


ISTITUTO DI DIRITTO PUBBLICO
UNIVERSITA' DI ROMA
GIURISPRUDENZA
inv.
7972

AVGVSTINI

BARBOSÆ

V. I. D.

PRAXIS

EXIGENDI PENSIONES,

CVM VOTIS ALIQVOT DECISIVIS,
& consultiuis Canonicis.

AVGVSTINI BARBOSÆ

I. V. D. LVSITANI,
PROTONOTARII APOSTOLICI,
& insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris,



PRAXIS EXIGENDI PENSIONES,

ADVERSVS

CALVMNIANTES, ET DIFFERENTES ILLAS SOLVERE,


PARTES DVÆ.

Quibus accesserunt

Vota aliquot decisiua, & consultiua Canonica.

Omnia nunc demum ab ipso Auctore recognita, & plus altero tanto locupletata.

EDITIO NOVISSIMA.



LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII DVRAND.
M. DC. XLIII.
CVM PRIVILEGIO.



ILLVSTR^MO ET EXCELLENT^MO D.

D. STANISLAO
MAKOSKI,
ABBATI LVBINENSI,

CANTORI GNESNENSI, ET SERENISSIMI
D. VLADISLAI IV. Poloniæ & Succiæ Regis apud
Sereniſſimum D. PHILIPPVM IV. Hiſpaniarum
Regem Catholicum Oratori, ſiue
Nuntio Ordinario, &c.

Doctor AVGVSTINVS BARBOSA Luſitanus.



VM mihi de fortunæ inſidiis, plerumque inconſtanti curſu, Dignitates, beneficiorumque ſuſtentacula deficerent, patentem, Excellentiſſime Domine, tuæ generoſitatis magnitudinem comperi, de cuius benignitate ſingularem amorem, affectum, & beneuolentiam cognoui,

eam dico, quæ Viris illustribus, atque eruditis à Principibus demonstrari solita est. At non mirum, Maiorum tuorum vestigia insectatus Magnitudinis tuæ termino diminui non poteris; cùm generositatis ea sit natura, vt quod sua est liberalitatis exerceat, non quod diminuendo obumbret, sed vt accrescendo propalet: hac tu clarescis, hac commendaris, hanc quasi innatam comparasti, vt cæterarum virtutum viam aperirent, honorem patriæ, familiæque ornamentum attrahentes. Tu enim postquam vigesimum secundum annum compleueris, à studijsque cessaueris, te comitem præbuisti patruo tuo excellentissimo in Hispaniam misso à Sigismundo III. Poloniæ & Sueciæ Rege, felicis recordationis, condolendi gratia mortem Philippi III. & gratulandi Philippo IV. Regni successionem, regnandique felicitatem; vbi ille functus legationis munere Poloniam rediens in itineris profectu Galliæ vitam cum morte commutauit: quo Tu ductus honore, lustrata Italia, Hispania, alijsque peragratis Regnis Poloniam versùs te contulisti, Aulam secutus Regalibus te mancipasti obsequijs, virtutum clarescens commendatione ab eodem serenissimo Sigismundo III. Belgium mitteris ad serenissimam Infantem Isabellam Archiducem Austriæ, penes quam negotiis optimi valoris ad effectum feliciter perductis, illinc in Hispaniam tuam prosequuturus missionem, deinde in Poloniam reditu facto, paulò post Serenissimi D. Vladislai IV. Poloniæ & Sueciæ Regis coronationem iterum in Hispaniam mitteris Internuncius, & post hæc Orator ordinarius creatus summa diligentia, & vigilantia munus tuum felicissimè adimpleuisti, & nunc adimplere non relinquis. In tuis referendis laudibus silere potius duco, quàm pauca dicere: nescio quidem quà verborum ipsemet veritatis amor ob inopiam sermonis silere cogitur, & si dum fandi facultas deficit, gaudet quodammodo inuidia, quòd veritas ipsa dum minus dicitur, sibimet detrahere videatur. Sed nihil inuidia proficit; nam (si verba S. Leonis mutua accipere fas est) inde oritur difficultas fandi, vnde adest ratio tacendi, neque atque ideo nunquam deficit materia laudis, quia nunquam sufficit copia laudatoris. Ergo cùm ad eloquendum tantæ gloriæ celsitudinem impares simus, nec promere valeamus, gloriosum est tibi quòd vincimur. Maiora enim tua sunt, Excellentissime Domine, in Deum, in Regem, inque patriam merita, quàm vt epistolæ angustijs valeant coërceri; superest nunc vt Deus Opt. Max. te diuturno æuo seruet incolumen. VALE.

APPRO

APPROBATIO DOCTORVM.

PRAXIM hanc exigendi pensiones contra calumniantes & differentes eas soluere, Domini AVGVSTINI BARBOSÆ, tam quoad primam, quàm secundam partem: & vota decisiua Iuris canonici, eiusdem authoris, Nos infrà signati Magistri in Theologia Parisiensis facultatis lustrauimus, & in omnibus nihil nisi rectè & vtiliter dicta, & laude digna agnouimus. Lugduni die 14. Ianuarij 1643.

FR. STEPHANVS MOLIN,
Carmelita.

FR. M. MICARD, Gardianus Conuentus
Sancti Bonauenturæ.

AD PRAXIM EXIGENDI PENSIONES,

AB ERVDITISSIMO, ET CLARISSIMO VIRO D. AVGVSTINO BARBOSA conſcriptam,

CARMEN

D. AVGVSTINI TERSAGI, Sacræ Theologiæ Doctoris, Protonotarij Apoſtolici oblati, & Canonici Mediolanenſis.

Astraa, & Themidi dum promere ſcita laboras,
Vendicat Auctorem qualibet ora ſuum.
Luſitana nouum iactat tumefacta nepotem,
Atque ait, è noſtro ſemine natus hic eſt.
Bætica Regna ſuum non ceſſant dicere alumnum,
Heſperium ſcriptis quòd bene ſchema probas.
Romula conſcriptum ſuſpirat Curia ciuem,
Sedas clamoſi iurgia quando fori.
Iam tua ſepoſitas peruadit gloria partes,
Et calami, & linguæ nomen vbique ſonat.
Fama per immenſi tractus ſpatiabitur Orbis,
Ibit, & Auctori poſthuma facta ſuo.

AD EVNDEM

EIVSDEM CARMEN.

Viuere Neſtoream debes BARBOSA ſenectam,
Vel precibus vivum te tua Roma vocat.
Mentis opes, animi fœtus arcana loquentes,
Laurigeram capiti compoſuere comam.
Scriptor inacceſſum Cœlo caput arduus infers,
Ingenio famam pandis ad aſtra tuo.
Pyramides Rhodium ſuperat ſpectanda Coloſſum,
Icarias ſpectat, nil tepefacta vias.
Quando reluctantem compeſcis dogmate turbam,
Et duce te fixa penſio luce datur.
Aulica Dædaleas tibi Curia fabricat alas,
Queis Labyrinthæo carcere tutus abis.
Romula ſed moles ſeptem te collibus addit.
BARBOSAM Petri iuris Atlanta vocat.

AD

AD DOCTISSIMVM, SAPIENTISSIMVMQVE virum D. AVGVSTINVM BARBOSAM I. V. D. præclariſſimum, &c.

HIERONYMI FONT PRESBYTERI, S. TH. D. olimque in Cathedrali Eccleſia Barcinonen. S. Scripturæ Lectoris, nunc verò in eadem Sacrarum Cæremoniarum magiſtri,

EPIGRAMMA.

QVisquis in occultos voluit penetrare receſſus,
Arcanique Noui Iuris inire vias.
Ancipites timuit docta caligine noctes,
Sudauitque vagos ire redire ſinas.
Sed BARBOSA facem poſtquàm intulit, omnis abeſto.
Hinc pudor, inde timor, peruia facta via eſt.
Scripſit: & infuſæ patuerunt luce tenebræ,
Et dedit obſcura nocte micare diem.
Effulſit calamo Phœbus, non ille colorem
Reddidit, ac tenebris ſydera mille dedit.

EIVSDEM AD EVNDEM.

VIderat ex alto legeſque, & Iura iacere,
Aſtræa in ſuperis contemerata locis.
Ecquis ait lachrymans, nam flent quoque ſydera noſtrum,
Reſtituet ſacræ Paonis arte decus.
Audiit atque pium BARBOSA aduertit amorem,
Diuitis ingenij pandit amicus opes.
Mox laceros artus, atque oſſa iacentia nectit,
Diſſita vitali membra tenore ligat.
Inde animam mentis ſpirantibus ingerit auris,
Legibus vnde nouus ſpiritus, vnde vigor.
Tunc Aſtræa oculos faciemque abſterſa relictis
Nunc ait, ô ſuperis terra habitanda mihi eſt.

IN LAVDEM PERILLVSTRIS D. D. AVGVSTINI BARBOSÆ Iuriſconſultorum peritiſſimi, & Iuriſperitorum conſultiſſimi, ob inſignia opera à ſe edita, & Praxim nouiſſimam exigendi Penſiones contra calumniantes, & differentes eas ſoluere,

EPIGRAMMA.

BARBOSÆ in multis Iuris prudentia libris
Emicat: hos toto mandat & Orbe legi.
Hic tamen excellit, quo penſio grata per annum
Currit, & hæc domino, lite ſilente datur.
Iudicij ambages, anfractus tollit, & omnes,
Quos auidus lucri ſæpe patronus amat.
Vt labyrintheis ſit penſio tuta periclis,
BARBOSÆ hæc praxis Gnoſia fila dabit.

ẽ ALIVD.

ALIVD.

HEsperidum male tuta domus, custode Dracone,
Perdidit Herculea poma beata manu.
Hunc BARBOSA malis purgas cultoribus hortum,
Dum facis vt proprio pensio cedat hero.
Pensio poma refert, est hortus Curia, serpens
Debitor, & Rabula hic, qui bona poma vorat.
Eiicis hos horto, & domino sua poma rependis,
Iam nouus in terris Amphytrioniades.

Deditissimus nomini, & virtutibus tanti viri,

Iacobus Valerius IC. Mediolanensis.

DOCTORIS D. SANCTII BRAVO DE LAGVNAS, Collegij Maioris Hispalensis alumni, de opere ad Lectorem

ODE.

SIste, BARBOSAM legito parumper
Vindicem sæcli miserè labantis
In tot anfractus, variique casus
Iurgia tanta.
Arboris fructus legito virentis
Pensiles, quorum renouauit hortos
Nomen antiquos superatque cingens
Tempore lauro.
In vias causæ latebras forensis
Per vias redit radiis acutus
Artifex, maiorque ope Dedalea
Sydera calcat.
Præstat exactas sua Pensiones
Dextra directam statuendo normam
Consona vt iudex faciat, negatis
Nomina rebus.
Fronte felices hilari labores
Creditor carpat, capite atque census
Soluat ingratus, careatque censu
Pendat, & agrum.

Eminen

Eminentissimo Doctori

AVGVSTINO BARBOSÆ,

IVRECONSVLTO MAXIMO, MVLTIPLICI ingenij fœtu perillustri.

DOCTOR DON FRANCISCVS DE ALARCON Coronado Mexicanus gratulatur.

Fama	BReuis	BLandè miracula	BArbara Memphis
Cantet,&	ASsiduis	ARtibus	AVctor ouans.
Hoc vnum	REferat	RAro de	RObore mentis
Hesperia, hoc iactet quàm		BAbylona magis.	
Vnum pro cunctis		OPus hoc nunc fama loquatur,	
Hoc vno	SIleant iam	SImulachra	SAtis.
Astra petat,	SVrgat	SOlito pro munere	SOlum,
Vt nouus	ALcides	ARdua iuris	AGat.

IDEM DIGNVM LAVDE PRÆDICAT beneficij prædonem.

QVisquis ades fœlix prædo, fœliciter adsis,
Iudice me, venia nomine dignus eris.
Nam nisi prædasses, Doctor BARBOSA taceret,
Materiam præda scribere iure dedit.
Contigit hoc nostra fœlici forte, libelli
Orbis vterque tibi debitor huius erit.
Materiam superauit opus, sic sæpe, quid ergo?
Tu dignus venia, victor ut ille canat.

CLARISSIMI, ET ERVDITISSIMI D. D. FERDINANDI DE HOIEDA, in summo Dominicæ Rei Catholici Regis prætorio Senatoris integerrimi, de hoc opere, & aliis libris Auctoris iudicium ad Lectorem.

CVm vir clarissimus, & de nostro Iure si quis alius, hoc præsertim tempore, optimè meritus AVGVSTINVS BARBOSA pro eo quòd litterarum cultores amore prosequitur, me vt suorum scriptorum admiratorem sæpius conuenerit meum Museum doctrinæ, qua pollet, maximè radiis illustrauerit, inter alios de communibus studiis sermones, quibus vterque nostrum inter nos oblectari solitus est, ille præcipuus occurrit, quo Praxis exigendi pensiones, & tractatus de regressu Dignitatis Thesaurariæ insignis Ecclesiæ Vimaranensis aduersus nescio quem ingratum quidem, & inciuilem beneficij in se collati malè memorem continetur; placuit mihi pro nostra amicitia, & vt ex tantæ diligentiæ, & doctrinæ thesauro aliquid, vt soleo, ex eiusdem Auctoris operibus exciperem, illum diligenter euoluere, quod quidem cum magno meo fructu effeci: nam in eo admirari subiit quot quantasque ad pensiones pertinentes quæstiones selegerit, & non difficiles, sed penè inaccessas enodauerit, atque ex instituto ad eum nitorem reddiderit, vt nihil amplius adiici deinde possit, præsertim cum tot de illarum exactione abdita, ac ferè noua protulerit argumenta. Vnde magnum me operæ pretium facturum sum arbitratus si in communem vtilitatem Auctori optimo, & doctissimo persuaserim, vt quamprimum in lucem vtilissimum, & eruditissimum tractatum emitteret. Est enim hoc scribendi genus vtpote absolutum in amplissima Iurisprudentiæ segete difficillimum, quodque hominem in Iure apprime versatum multarum rerum cognitione eruditum, digestione exquisita prudentem, laboreque indefesso insistentem requirit. Vnde effectum est, vt qui excelluerint in Iurisprudentia viri, hi solum tractatus eiuscemodi scribendi animum appulerint, quibus apud optimos rerum Italium æstimatores magnum sibi decus, atque ornamentum aliis profectum pastoris admiratione pepererunt, & meritò; nam quis non noscat quàm peruium omnibus semper fuerit variarum quæstionum, controuersiarum, consiliorum, disceptationum, obseruationum, aliorúmque id genus molem oggerere, atque agmina multiplicare: nam certè, vt ait Aristoteles, in Elenchis. Facillimè de multis agitur, de re vna difficillimum est sermonem instituere si accuratius res agatur. Non certè illos non probo, qui vtiliter de multis scripserunt; sed vtilius de singulis tractare semper iudicaui: nam verè inter illos Scriptor, seu materia non arctatur, seu stylo adstringitur, vtque omnia accumulare non debet, sicque profectò bona methodo duci adamussim non tenetur: inter hos tamen in ea scribendi ratione, quæ singularium rerum tractationem spectat, BARBOSA noster insigniores Hispaniæ Iureconsultos, non solum æquare, sed prope videtur antecellere. Si multitudinem voluminum consideres, quem illi parem inuenies? si varietatem rerum, quas enucleat, quem illi comparabis? Si Scriptorum, quos euoluit, numerum, nulli secundum dices? Et quod maiori admirationi est, ab ipsis infantiæ annis, ea publicauit, quæ vix prouecta ætate alij elucubrassent. Omnium itaque Catalogum texere Bibliotheca instruentis esset, non eius, qui vt tot scripta admiratur tam angustis styli limitibus eorum cupit numerositatem coarctare. Nam cui non doctè, & amplissimè *Collectanea in vniuersum Ius Canonicum* elaborata? quem *Pastoralis solicitudinis opus*, tam dignitate, quàm doctrina commendatum non rapuit in admirationem? *Episcopale formularium* quem non instruxit? labor ille de *Canonicis, & Dignitatibus* à quo non laudatus? *Vniuersi Iuris Ecclesiastici thesaurus*, quem non ditauit? Et ne singula prosequar, in cuius manibus non versantur alia tanta viri monimenta, quæ vir doctissimus Leo Alatius, vt *Apes suas Vrbanas* mellitiores redderet, Anno 1633. de Viris illustribus, qui Romæ scripserunt fol. 52. sigillatim nuper enumerauit. Verùm cum hic tot Scriptorum numerus tanta omnes afficiat admiratione, magis admirabitur illorum artificis pietas, doctrinæ admirabili non par solum, sed superior: ex qua affectus ille emanauit, quo Scriptor noster motus ea solum aggreditur, quem non vanæ ostentationi, ac gloriolæ inani deseruiant, sed publicæ vtilitati, & rei litterariæ commodo omnino conducant. Semper enim inoffenso pede eas opiniones prosequitur, quæ & veritati, & Religioni Catholicæ magis semper visæ sunt consentaneæ; vnde effectum est, vt Pij IV. Pontificis

Max.

Max. decreto cautum fuerit ne quis in posterum Commentaria scribere, aut notationibus illustrare Sacrosanctum Concilium Tridentinum auderet, sed ex ipsius Pontificiæ Sedis fontibus illustrationis vndam vnusquisque hauriret:cum noster BARBOSA remissiones olim, modo Collectanea Doctorum in illum non tantum scripserit, sed etiam sæpius recuderit, tanto omnium plausu lectæ vbique, & acceptæ fuerint, vt de illis nil vnquam censuerit ipsa librorum expurgandorum censio, & sanctum Tribunal, sed pene approbauerit. Accedit his alia non minoris æstimationis prærogatiua, nam cum, admirante ipsa Roma, sua ibidem noster Auctor scripserit, edideritque, nil ex Italiorum Iureconsultorum moribus in suis scriptis irrepserit. Sunt enim illi etiamsi doctissimi ita aliorum opinionibus inhærentes, vt nil aliud in suis litterariis monimentis curare videantur quàm nomina Scriptorum adminatim coaceruare, & integras paginas citationibus ad nauseam vsque repetitis opplere, de quibus falsum illud Cornelij Crossi distichon adaptabo,

In libris aliena tuis si nomina demas,
Nil præter nomen vix erit ante tuum.

Nam certè quid Auctores sentiant vix in ipsis reperies. Quantum ab his noster distet, passim videre est, cum non solum sententias, quas vel proponit, vel tuetur vniuersa Scriptorum numenclatura, vt alij, locupletatur: sed talibus rationum monimentis distinguit, vt inter aliorum sensus, quid ipse sentiat facilè cognoscamus. Hinc nata illi inter præcipuas laudes ea laus est, quæ ex virorum maximè laudabilium ore profecta est, nam quis à recentioribus BARBOSAM non dilaudat, & ab eo fatetur accepisse multa, quibus doctior extiterit: multos posse in testimonium adducere, sed paucos recensebo magni quidem nominis, & auctoritatis, eorum omnium familiam ducit Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Rodericus à Cuña Archiepiscopus, & dominus Bracharæ Augustæ singulare Præsulum ornamentum *in Comment. in Gratiani decretum*, quem sequuti sunt Martinus Bonacina, Iulianus Viuianus, Sebastianus Cæsar, Michaël Ioannes Vimbodinus, Ioannes Franciscus Ferentillius, Ascanius Tamburinius, Franciscus Ripa, Hieronymus Rodericus, Melchior Lotterius, atque alij quamplurimi,

Quos ager pena, aut metuente solui
Fama superstes.

Quorum si quas laudes BARBOSÆ attribuunt officiosè vellem enumerare in libri molem scriptiuncula hæc tenuis excresceret, præsertim cum nullum in Europa Ecclesiasticum Tribunal reperiri queat, in quo BARBOSÆ doctrina tanquam speculum Iudicibus non ante oculos obuersetur, tanta cum ipsius nominis acclamatione, vt amico liceat verè non amicè deinceps ominari. AVGVSTINE BARBOSA,

Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Sicque raptim scripsi in meo Museo ipsis Kalendis Aprilis, Anno à Christo nato M. DC. XXXV.

DOCTOR D. PETRVS ARIAS DE LA HOZ Complutensis Academiæ Magister, Regiusque Collega, Capellanus Catholicæ Maiestatis, & Thesaurarius Sanctæ Ecclesiæ Granatensis, doctissimo Doctori suo Augustino Barbosa salutem.

AD manus nostras. (nescio quo fato) peruenit Praxis ista tua exigendi pensiones aduersus calumniantes, & differentes illas soluere, & cum legissem perlegi, miratus equidem unde haurires quas doctrinas erutas verbis bonis, & elegantibus non solum commoditati tyronum utiles, verùm & præceptoribus è suggestu docentibus, quin & causidicis admodum necessarias, & quod utilius est, maxime Iudicibus discernere causas, & ius suum unicuique tribuere cupientibus plenas, & planas. Videor mihi videbaris cum fugeres è Codicibus tot volumina (Iurisprudentiæ miracula) exhaustos illos reliquisse, neque in illis inueniri iam posse quidquam prætermissum, aut desiderabile, qui nunquam desides. Tot scripsisti volumina Doctor doctissime, quibus mirabilis facta est scientia tua ex te: video namque non aliunde, nisi ex te hausisse. Memini legisse me apud Sabellicum lib. 1. cap. 7. *diuum Hieronymum affirmasse se vidisse librorum sex millia Origenis propria manu, ac arte conscriptos, sed non dicit Codices: at tu Iurisperitorum doctissime tot Codices prodis in lucem, quot faces accendis. Latebat hæc tua doctrina præ modestia tua, sed Charitas, qua ardes in proximum, quæ non est otiosa, & agit non perperam, eos nobis communicat, qui tenebamur vinculis ignorantiæ detenti. Perge quod agis, externi te videant, potiantur tui, dent tibi nomen, qui nouerint nomen tuum. Vale feliciter. Matriti Kalend. Maij* 1635.

D. MARIVS

D. MARIVS CVTELLI IC. SICVLVS, potentissimi Hispaniarum Regis à Consiliis, ad eundem à Prorege Siciliæ Legatus,

DOMINO AVGVSTINO BARBOSÆ, VIMARANENSIS Ecclesiæ Thesaurario Maiori, sacrarum humanarumque legum illustratori, scriptorique præclarissimo, salutem.

QVantum tibi vniuersa Iurisprudentia debeat, facile diiudicabit, qui numerosam illam, atque ingenrem operum tuorum supellectilem conspiciet, sed multò facilius is, cui contentam in eis doctrinam introspicere, ac comprehendere licebit, laudatis nempe viris, ac legalis huius disciplinæ coryphæis: vniuersi verò illud in primis admirantur, te cum annum quadragesimum quartum adhuc non attigeris tot tantaque scripsisse, quæ æuum integrum hominem curis omnibus vacantem requirerent, pluraque insuper edidisses, nisi temporis vsuram iniquissimæ litis molestia distractus amisisses; vt meritò studiosis omnibus dolendum sit illam animi quietem, qua pro Republica monimentis hisce in dies magis ornanda fruebaris perditi, ac ingratissimi hominis causa nunc tibi decesse, dum quod ob præstitum à te cessæ dignitatis beneficium pendere fuerat pollicitus, contumax præstare nunc recusat. In quo rerum, ac litium turbine intellexi, dignum tua officina libellum in lucem quotidie prodit urum fuisse, quo omnem exigendarum pensionum materiam nobis proponis absolutissimam, adeo ad sedandas quotidianas ea de re controuersias necessarium, vt gratiæ referendæ ingrato illi videantur, qui nobis bonum hoc tantúmve peperit. Te autem in tot tantisque laboribus, ac ærumnis ea, qua polles animi magnitudine vti semper cupio, ac vt confidas, exopto, Lusitanicum Senatum, cuius in iurdicundo integritatem, summamque sapientiam spectatam habes, quicquid calumniæ per sycophantarum nequitiam perpessus es, è vestigio discussurum: optaræque te paci, nostro, ac Reip. bono restiturum implotaturumque falsò ab aduersario Manus Regiæ auxilium, vt priuaræ vtilitati consuleretur, ne præstetur curaturum: sanctius enim hoc consilium in nihilo à Diis discrepat, vt verbis Taciti vtar, sed neque à Diis, nisi iustæ supplicum preces audiuntur, quod & Sophocles cecinit in Ionæ,

——— Non enim tangi decet
Manu nocente numina, at iustum fuit
Piis patere templa contra iniurias.

Tu interea bono animo esto, bene vale, ac tibi, Reipubl. & mihi diu viue. Matriti Kalendis Nouembris 1634.

MICHAEL

MICHAEL IOANNES VIMBODINVS, Hispanus, S. TH. D. Eminentissimo D. CARDIN. SPINOLÆ Archiepiscopo, & Domino Compostellano à secretis,

AD

V. CL. IOSEPHVM RIPAMONTIVM THEOLOGVM ex Doctoribus Collegij Ambrosiani Mediolanensis.

VBI DE AVGVSTINO BARBOSA aliisque viris Hispaniæ doctis.

TAndem Cardinalis meus post emensa quatuor annorum curricula, annuente Rege, Hispaniam tenet. Placida, sed lenta nauigatione Barcinonem appulsi, Aulam ineunte Octobri ingressi fuimus. Bone Deus, quàm alia rerum facies! quanta breui tempore mutatio! Amissis amicis, cuiusdam dictum in mentem venit, qui absentiam pestem amicorum vocitabat, ex superstitibus Barbosa, Tamaius, ac Marinerius, qua præstant humanitate primi salutatum accessere. D. Placidus Mirtus viuit, valetque semper idem, admirandus, totam vrbem ad audiendum effusam concurere de sublimi videtur, rarum in Italo apud Hispanos. Tribaldum sacto oleo perunctum animam agentem inueni; sensibus pene destitutus me pio alloquio ad brauium adhortantem, fixis in me oculis, manu apprehensa oprimus senex agnouit. Prisci moris virum, varia ad miraculum eruditione, ac solida amisit Hispania nostra. Testis erit Ophirica Salomonis nauigatio, Tartessiacis oris asserta, aliaque ipsius opera propediem, vt audio, euulganda. Res Indicas ad Occidentem stylo prosequendi prouinciam sustinebat Regius historicus post Herreram designatus. Successionem ambiunt multi. O vtinam hæc Tibi Sparta crederetur! non esset cur Lusitanis inuideremus Maffæum. Tuum opus Mediolanense Genuæ legendum obtuli Cardinali, auideque feruenti canicula percurrit, miratus verborum pondus, & acumina, atque decoram in narrando sublimitatem. Nullus apud nos, qui post Marianam res Hispanas Latino eloquio prosequatur, vernaculo contenti, an quia pereuntem assequi desperent! Humanarum certè litterarum cultus post Viues, Pintianos, Nunnesios, atque Ciacconios, clarissima nostrorum lumina, passim hîc desideratur, sine iniuria tamen aliarum disciplinarum. Theologi enim præclari qui Fidei dogmata pro ambone aut scripto luculenter exponant, non pauci occurrunt. Philosophorum, ac Medicorum cum antiquis de doctrina, ac celebritate certantium magna vbique seges. Legum interpretes ad miraculum doctos fœcunda mittit Salmantica, ex qua, ceu ex equo Troiano productos, sacra, ac prophana subsellia suspiciendos proponunt, vt non iam Couarruuias Toletanus, & Augustinus Iberus, sacra nomina, desiderentur. Vnus adest AVGVSTINVS BARBOSA nobis dulci amicitia, & frequenti alloquio Romæ notus, librorum fœtura inexhaustus, vir nostro sæculo maximus, siue probitatem morum, siue ingenium excellens, tenacem memoriam, Iuris variam, ac incredibilem cognitionem ab omni liuore purum iudicium ad veritatis trutinam examinaris. De quo si pauca attigero, operæ pretium me

factum

factùrum putem, vt tanti viri nomen in opere Miræano, *de Theologis, & Iurisconsultis Hispanis* iam affecto, Romæ nobis retulit Simon Staronolscius Nobilis Polonus simul,& doctus,ac penè confecto,immortalitati consecretur. Simul tuo voto ibimus satisfactum, qui demandata opera, nostrum de illo iudicium scripto conceptum Mediolani exquirebas. Breuiter delibabo, ne tædio longiori Epistola sim Tibi præsertim viro assiduis, & maioris momenti litterariis lucubrationibus semper distento.

Vimaranum oppidum insigne,& frequens Diœcesis Bracharensis in Lusitania in lucem dedit ex celebri, notaque familia Barbosarum, quæ Emmanuelem Augustini nostri patrem Aduocatum Regium, ac Petrum Regni Lusitaniæ Cancellarium Maximum viros superioris sæculi magnos iure deprædicat. Pucrulo non alia fuere chariora quàm pietatis cultus, librorumque peruolutatio ad nomen futuræ rei, quam nunc videmus, miramurque. Hic flos præcursor micantis indolis. Prima Grammaticæ rudimenta in patrio didicit solo, tum in politiori litteratura erudiendus Bracharam mittitur, deinde his litteris abundè instructus Conimbricam petit, nostra ætate in paucis celebrem scholam, vbi Iuri Ciuili, ac Canonico, in quæ studia natura ferebatur, per decem ferè annos strenuam operam dedit, actis in stuporem Magistris D. Cido Almeida primariæ doctrinæ viro, qui nunc ad Lusitaniæ gubernacula cum laude sedet supremi Auditor Consilij, D. D. Luysio ad Leiua, Ioanne Pinnario, & Francisco de Andrade Leirano Regiis nunc Senatoribus. Ita enim in illo addiscendo, ac enucleando, nec dum tot annorum adolescens profecit, sicque postea toto vitæ hucusque decursæ spatio versatus est, vt assidue exquirendo, vel scrutando Bibliothecas nullo tempore non aliquid moueret, ac promoueret. Omnes Auctores ad vnum legit, atque concoxit, flores delibauit vt pertinaci labore perfectam sibi Iuris notitiam compararet. Hinc Angustis Hispaniæ finibus non contentus, velut carceribus egressus, relicto summo sui apud suos desiderio in Italiam concessit, ætatis anno trigesimo, vbi in Vrbis, & Orbis luce amplissimum theatrum nactus, magnum miraculum sui præbuit. Paulo V. Pontif. Maxim. Purpuratis Patribus, Romanæ Rotæ, atque vtriusque Ordinis proceribus vnicè carus. Hic eandem viam iterum emensus tanta auiditate simul ac felicitate litteris se tradidit noctu diu assiduus, accubuus, vt Iuris interpretum imitatione, atque adeo æmulatione varios ingenij fœtus animo conceperit, quod probauit euentus, vasta monumentorum mole identidem Orbi proposita, vt librorum helluo merito dici possit, Iurisque diuini, ac Romani locuples penu. Emiserat in patria castigationes, & additamenta ad Commentaria parentis in Ordinationes Regias Lusitanorum, tum in varia Concilij Tridentini loca Remissiones quasdam, aliaque ab eruditis, & doctis viris in pretio habita. Fuit hoc illi famæ surgentis auspicium, quam Romæ de potestate Episcopi commentariis, variis Iuris tractatibus, ac de Parochorum officio, de Canonicis ac Dignitatibus, Collectaneis in Ius Canonicum vniuersum, in Romanorum Pontificum Constitutiones, ac facrarum congregationum Eminentissimorum Cardinalium Sacræ Romanæ Ecclesiæ Romæ existentium decisiones, & decreta; necnon in Concilium Tridentinum, aliisque voluminibus (quorum Indicem texit Allatius in apibus Vrbanis) publicatis, abunde confirmauit, auxitque. Testes in celebrioribus Europæ Typographiis torcularia, quæ hisce operibus recudendis perpetuò gemunt, sudantque. Spissis quidem his omnibus, & operosis, atque ad immortalitatem victuris

 monumen

monumentis, Pontificij Iuris mare vastum, interpretum, ac legum fontibus indicatis, ceu sacra Cynosura nauigabile reddidit: nec cessat vir impiger noua identidem in Ius Ciuile Doctorum Collectanea, vt vocat, in ordinem redigere, studiosorum vsui (quæ auide expectant) quàm maximè profutura. Paulus V. optimus ingeniorum æstimator indefessos viri labores, ac incredibile Reipublicæ litterariæ iuuando studium præmio allicere cupiens, vt animum faceret ad altiora, lauto in patria Sacerdotio cohonestauit, quod postea reseruata pensione, vt procul ab ambitu, & curis liberius litteris vacaret, annuente Pontifice Vrbano VIII. rogatus dimisit in Diazij cuiusdam gratiam. Audi carastrophem. Perbellus hic homo tali beneficio deuinctus, ingrati notam, nihil veritus, pro gratia scelus rependens, Barbosam inexplicabilibus litium nexibus implicuit, non soluta an verius pernegata pensione, Ecclesiæ fulmina variis artibus eludere tentans. Ad seuera Tribunalia Romæ, & in Hispania res traducta, in eisque ad fauorem Barbosæ laris semper sententiis, ob varios ad Regia Tribunalia recursus octo annis tenuit, nec finis. Flagitium immane! Tricæ comperendinationes, longissimæ litis tædia virum optimum immerito vexant. Similem calamitatem auorum ætate in se expertus Andreas Resendius, Lusitanus & ipse, præstanti vir eruditione, expostulatoria, cedro quidem digna, ad Iulium III. Papam, quam originalem apud me seruo, epistola deplorabat. Subit memoriam admirari excellentium doctrina virorum vicissitudines, & casus. Fato certè inscrutabili Dei prouidentia Heroes quosdam iniurios nemini, bono quia publico natos, vertenti fortunæ tribui, imperitorum telis appeti, variis iniuriarum procellis agitari, ac tantùm non obrui! quod olim in Petro Soto, ac Luysio Legionensi, nuper (vt de te sileam) in Ioanne Mariana (quibus viris?) dolenter vidimus, sed non est mirandum, cum ea ferè sit eruditorum conditio, aut potius infœlicitas. Habet quæque sua aduersa, & obstantia vitia, & quo altiores sunt turres, maioribus ventorum flatibus concutiuntur, &, vt rectè protulit ille, Horatius lib. 2. Carminum, oda 10.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

Stante vultu Barbosa contra omnium irruentium malorum impetum armatum constantia pectus opponit. Illatam contumeliam cominus verbo apud Iudices, neruosisque ex intimo Iuris penu petitis rationibus; eminus docto volumine propediem edendo, cui titulum fecit, *Praxim exigendi pensiones*, propellere nititur. Nunc in Hispania degit ab Illustrissimis Campegio Episcopo Senogalliæ, Pontificio Legato, & Sotomaiore Archiepiscopo Damasceno Regio Confessario, ac generali Inquisitore, virisque primariis, seriis consultationibus adhibitus, magnique habitus. Cui certo raro exemplo contigit gloriæ suæ superuiuere, & scripta de eo grauia Doctorum hominum testimonia audire, & lectitare. Quod mirere magis in tanta doctrina, in plausu tanto, nihil in illo elatum, aut tumidum, rara viri modestia, suauissima consuetudo. Nihil de se superbe sensit vnquam, loquutus est nihil. Non pauci Barbosam vident, & admirabundi requirunt. Annum agit ætatis quadragesimum quartum cum dimidio. Valetudo contigit firma, statura æqualis, & congrua, grata frontis hilaritas, color candidus, rutila coma,

cæsij.

cæsij oculi, quorum aciem lectione hebetatam vitreis roborat. Hæc habui, Iosephe optime, quæ de Barbosa meo dicerem, non ex incerta vulgi fama, inanique rumore conficta, sed à nobis metipsis cognita incorruptis testibus, & oculatis. Properantis calami epistolam si tuis verbis loquentem ad Miræum miseris, beneficium B M. conferes, contingetque denuo Achilli suus Homerus. Vale. Nunc ad alios Hispanos sermo, si prius de te vigiliarum illiberali, & paruo præmittam. In Vrbe frequenti, ac negotiosa secessum litterarium, ac solitudinem nactus semper meditans vir gnauus, & nunquam cessans immerito lucubrationes inuides Orbi. Auctarium tuæ Ecclesiasticæ Historiæ auide expectat Philippum II. Hispaniæ Regem cur præmiis? Fragmentum de bello Granatensi amicis legendum tradidi. Ex illo integro opere coniecturam faciunt. Narro tibi, luminibus ingenij, ac neruosæ elocutionis acumine ingenium contemplantur grande, perfectum studio, ac labore. Ego certè sæculo nostro gratulatus sum (nihil auribus do) extare quem in hoc genere conferre cum optimis antiquorum possimus. Solorzanum nostrum de Iure Indiarum accipies, opus spissum, eruditum, ac varium, vt ad Sepuluedæ, Casausiique rixas Iudex arbiter sedeas, Theologusque, si potes, concilies. Salgadus non cessat difficultatibus luctare. Post libros de *Regia protectione* seueriori Romanorum censura notatos alios molitur, *de retentione Bullarum*, periculosæ plenum opus aleæ, sic est homini ingenium viam nullius vestigiis tritam aperire, primus atque calcare. Videbis cum foras prodierint. Interim salebrosas concertationes condire iuuat amœniori, & arguta istorum operum lectione, quæ Munnosius post vestrum Carolum syrmate indutum Hispano de rebus Ioannis Auilæ, & Luisiæ Caruajaliæ separatis commentariis publici iuris fecit. Par Hispanorum editis pro Republ. Christiana egregiis facinoribus clarum cum primis, ac præstans. Luisia imperterritum periculis nomen in Anglia, veterem exorientis Ecclesiæ Pudentianam æmulata, ærumnis confecta euolauit ad palmam in ea Insula, cuius exuuiæ iubente Philippo III. Rege in Hispaniam aduectæ in Virginum Parthenone sacræ incarnationis Madriti conditæ asseruantur. Auilam credo, fando audisti, igneum superioris sæculi Hispanum Ecclesiasten, multorum filiorum in Christo patrem, qui Ignatio Loiolæ synchronos illi idem saxum voluenti volens, & lubens lampada tradidit. Opera cultiori Hispanorum lingua edita Latinè reddere erat in animo, vt egregia facta volitent per ora virum, pares modo votis nobis vires, otiumque contingat. Iterum vale amicorum optime, meque radamantem amare perge, R.P.D. Sfondratum meis verbis salutes velim. Madriti XV. Kal. Ianuarij labente anno M.DC.XXXIV.

PRÆCLARO D.D. AVGVSTINO BARBOSÆ, *Iuris vtriusque consultissimo, salutem.*

LÆtissima mihi fama iampridem à multis, doctissime Barbosa, de pensionibus tractatum in prælum festinare, tum id certius ex te ipso didici. Quod si non mihi gaudendi peculiares essent rationes, tamen ob vitæ professionem exultare debebam cum publicum augeri quotidie scriptis tuis, bonum seriò animaduertam: non enim Tu de eorum numero es, de quibus olim Claudianus Mamercus: *Si qua illis dicendi copia est* (inquit) *neglectis rerum causis rationis animam spernunt, & verborum corpora diligunt.* Sed cum maxima præstes vbertate, & facile quæcunque scribas; maius tamen ab eruditione, & scientia commendari: quod quidem eò in te sublimioris gloriæ est, quod non vnum, alterúmve libellulum edideris, sed ab exacta adolescentia paucis transactis annis, iustæ magnitudinis tot exprompseris volumina, non solum vtriusque Iuris selectis perfusa luminibus, sed Patrum, & Theologorum arcanis respersa sententiis cum humanarum pariter disciplinarum cognitione, quantis vix sufficiat longissima ætas, quorum laborum encomio, etsi consecutus es, vt merito rude donandus sis, quia tamen in vitæ optima verseris periodo, & communi interest vtilitati pergas in stadio, sine cum Hieronymo adhortet. *Accingere quæso te, accingere, dum viget ætas, dum non dum canis, spargitur caput, antequam subeant morbi, tristisque senectus, & labor, & diræ rapiat inclementia mortis.* Est quoque quod in te euehani nouisse cui lucubrationes consectare oporteret: plerique mortalium, aut generis circunspectant nobilitatem, aut officiorum eminentiam, quibus licet abundet titulis perillustris Laurentius Ramires de Prado, Ordinis S.Iacobi nimirum Eques, & Indiarum amplissimo in Senatu Regius Consiliarius; verùm non idcirco à te delectus, sed ob castigatissimi ingenij præclaras dotes: non enim is est solum, qui authoritate defendere possit, sed qui legendi corrigere, & laudare valeat: reliquum est vt Synesij verbis bene tibi optem. Ergo longa te, & fœlix senectus maneat, vir sapientissime; nam vita tua ingens lucrum eris, & maxima scholæ Christi accessio solemnium librorum numerus vnà cum annis excrescendi. Vale: ex Madrito Nonas Kalendas Decembris anni 1634.

Lib. 1. Exordio.

Epist. ad Paulinū.

Epist. 9. ad Theophilum Archiepiscop.

Tuus in Christo seruus

Paulus Sherlogus.

AL



AL DOCTOR AGVSTIN BARBOSA

CONSVLTOR DE LOS EMINENTISSIMOS, y Reuerendissimos Señores Cardenales de la S. Congregacion de Index, y Protonotario Apostolico,

EL DOCTOR DON IVAN DE CESPEDES, y Zuñiga Cauallero del habito de Santiago.

GRANDES alientos dà a la empresa el premio que se espera, y la remuneracion despierta al valor, y al ingenio, y por esto dezia vn Politico que no se han de diferir los premios, assi para la satisfacion de los seruicios, como para la disposicion de los animos con los de la partida, y ordenamiento, [a] y segun Seneca el tragico [b] la verdad aborrece la dilacion, porque en ella se pierde lo precioso del tiempo, que es el caudal proprio del hombre, [c] y lo estimable de la volunrad, que es la promptitud del beneficio. [d] De mas se desacredita la virrud quando le falta el premio, [e] y lo mismo es quirarselo que suspenderlo por lo que dixo Ausonio [f] que la merced que rarda tiene su pedaço de ingratitud.

No se desalienra, ni desmaya v.m. con la falra del premio deuido a sus grandes estudios, ni la dilacion del ha podido impedir el nacimienro de sus heroicas obras, que cada año nos da como fruros de su fecundo ingenio, y estos seruicios proprios que son meriros personales rienen mayor estimacion, y aprecio, los heredados; y assi el señor Rey don Alonso de gloriosa memoria, [g] mas arendiò en los galardones a la calidad de los seruicios, que a la fuerre de las calidades. Ciceron [h] se precia mucho de auer sido el principio y origen la nobleza de su linage, y assi funda su estimacion en el meriro de sus virrudes, y no en la gloria de sus passados. [i] Periandro encomendò a los generosos en sangre que se hiziessen dignos por sus hazañas de los rimbres illustres de sus

¶ 3 anre

a l.32. tit.26. part.2. & l.1. tit.85. eadem part. ibi, *porche en fecho de guerra no auian menester tardança ningana*, l.12. tit.2. lib.7. ordin. ibi: *Natalmente la esperança del galardon despierta a los hombres à trabajar.*

b Seneca in OEdipo, ibi: *Quid verba quaeris, veritas odit moras.*

c Seneca epist. 1. *Omnia, mi Lucilli, aliena sunt, tempus tantùm nostrū est.*

d Idem lib.2. de benef. cap.5. ibi: *Qui tardè, & diem de die extrahens profuit, non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus, & argumentum amica voluntatis.*

e Iuxta vulgare dictum, *Non creditur virtus, qua sequestratur à pramio*, Platea in l.1. C. de consulib. lib.2. Greg. Lop. l.5. glos. verbo *por bondad*, tit.18. part.3.

f Ausonius ex sententia Lucani, ibi: *Gratia quae tarda est ingrata est gratia, namque cum fieri properat gratia grata magis.*

g l.6. tit.27. part.2. ibi: *Que a tales fechos como estos fuessen galardonados a los omes que los fiziessen, maguer ouiesse algunos dellos que no lo mereciessen por linage, ni por otra bondad que en ellos ouiesse.*

h Cicero in orat. contra Caium Salust. ibi: *Ego meis Maioribus virtute mea praluxi, ut si prius noti non fuerint, à me accipiunt initium memoria sua.*

i Ibidem. *Satius est enim me meis rebus florere, quàm*

antecessores. [l] Seneca dize, que la noblessa adquirida con virtud propria es mas lustrosa que la heredada a caso de su progenie. [m] V. m. por si es aquel que este seculo reconoce por el mas eminente que oy viue, por su origen tan noble como sabemos por padre, y abuelos (que han enriquecido el mundo con el tesoro de tantas obras) digno de grande veneracion. [n]

El Principe tiene en la tierra por definicion de las leyes [o] nombre de Vicario de Dios, Teniente de su poder, y Administrador de iusticia, y ha de regir el Reyno, segun dotrina de santo Thomas, [p] y opinion de Cœlio Rodigino, [q] como Dios gouierna el mundo, y ha de presidir en su Republica de la suerte que el alma preside al cuerpo, y ha de querer para sus vassallos lo mismo que pide a Dios para si, [r] que como es coraçon y cabeça de su pueblo, no puede apartarse del, ni dexar de communicarles las virtudes, y propriedades de su ser. [s] Porque si el Rey tiene descanso, y los vassallos padecen miserias, o ellos gozan riquezas, y su Rey passa necessidades, o el alma desampara el coraçon, y la cabeça a los miembros; o ellos huyen de la cabeça, y dexan del coraçon, y de qualquier manera se deshaze la armonia deste cuerpo mistico; porque para su conseruacion todos han de assistir a su officio, el Principe a dar vida a su vassallo con mercedes, y honras, y esso es ser alma, y coraçon que comunican virtud; y alientan, y corroboran las flaquezas de la necessidad, y los desmayos de las infelicidades, y el subdito deue seruirle con su persona, defenderle con la vida, y socorrerle con la hazienda. Dezia Zenophonte, [t] que el mas seguro patrimonio de vn Monarcha no era el caudal de sus trofeos, sino el tesoro de los agradecimientos, que se funda en la magnificencia, que es la mas noble perfecion de vn Principe; y assi al Magno Alexandro que en tan corto tiempo logrò tantas vitorias, y sugetò el mundo, no le dieron el nombre de inuencible por su valor, sino de grande por su liberalidad. [u]

Reprehenden muchos la cortedad y miseria de Antigono, que pidiendo le Cynico vn talento, respondiò, que era mas de lo que deuia pedir: pidiò luego vna moneda, y dixo, que era menos de lo que vn Rey auia de dar. Exclama Seneca [x] gran Padre de la erudicion

Maiorum opinione uiti, & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum.

l Volaterran. lib. 28. in philolog. apophthegm. sapientium, ibi: *Fac te dignum Maioribus tuis.*

m Seneca in Hercule furente, ibi: *Nobiles non sunt mihi aui, nec aliis inclytum titulis genus, sed clara virtus. Qui genus iactat suum, aliena iactat.*

n Cassad. lib. 8. epist. 19. sic scribens Senatui Vrbis Romæ sub persona Regis Athalarici, ibi: *Quid enim generosius quàm tot litterarum proceres habuisse maiores? nam si inueterata, & per genus ducta diuitia nobiles faciunt, multo magis præstantior est, cuius origo thesauris prudentia locuples inuenitur.*

o l. 5. tit. 1. part. 2. & ibi glos. 1.

p S. Thom. lib. 1. de regimine Princip. cap. 12. ibi: *Hoc igitur officium Rex suscepisse cognoscat, vt sit in Regno sicut in corpore anima, & sicut Deus in mundo.*

q Cœli. Rhodigin. lib. 24. lect. antiq. c. 30. ibi: *Vt Regno ita demum sibi præsidendum opinetur, sicuti corpori præsidet anima, & amplius velut, vt mundo Deus.*

r Idem d. cap. 30. ibi: *Talem se ciuibus suis præstare Princeps debet, cuiusmodi deposcat Princeps sibi.*

s l. 5. tit. 1. part. 2. ibi: *E porem lo llamaron coraçon è alma del pueblo, &c.*

t Refert Volaterran. lib. 3. in philolog. Principum, ibi. *Præstat Regem gratiarum, quàm trophæorum hæreditatem relinquere.* u Idem d. lib. 30. ibi: *Alexander interrogatus quo nam modo, tam breui tempore orbem subegisset, consilio, inquit, viribus, & arte, vbi opus esset, noua.* x Seneca lib. 2. de benefic. cap. 17. ibi: *Ab Antigono Cynicus petiit talentum, respondit plus esse, quàm quod Cynicus petere deberet; repulsus petiit denarium, respondit minus.*

dicion Romana, y noble hijo de la lealtad Cordouesa. O indigna cauilacion, y astucia necia! hallaste escusas para negarle todo, a la humildad de Cynico el talento, a la Mageſtad de Rey la moneda. Puede v. m. sin duda esperar de nuestro Rey, y señor tan magnanimo el premio de sus bien logrados trabajos, sin que le obligue la desgracia del tiempo a romper quexosamente el silencio de su modestia, aunque el estimulo de la ignominia, que se adquiere con la falta del premio, siempre penetra lo interior del sentimiento. [y]

minus esse quàm quod Regem deceret dare. Turpissima est eiusmodi cauillatio, inuenit quomodo neutrum daret, in denario Regem talento Cynicum respexit, cum posset, & denarium tanquam Cynico dare, & talentum tanquam Rex.

y Cicer. 5. act. in Verrem, ibi: *Habet quendam aculeum contumelia, quem prudentes, ac boni viri difficillimè possunt.*

Los que mas importa es, no enojarse v. m. con los tiros de sus inuidiosos emulos, è ingratos competidores, porque antigua es la ingratitud, y no es menos anciana la embidia, y ambas exercitan siempre la crueldad de su condicion. Licurgo hizo leyes a los de Lacedemonia, y como nota Eliano, [z] fueron tan ingratos, que en lugar de premios, le pagaron con injurias. Belisario alcançò grandes vitorias de los Persas, y librò a Roma de muchas amenaças de sus enemigos, y como aduierte Pedro Crinito, [a] la embidia le sacò los ojos. Anacarsis Scita deseò mudar las leyes de su patria, porque no eran iustas, y procurò introduzir las de Grecia, donde estuuo muchos años para aprenderlas, y quando quiso publicarlos, arrojò la embidia sus saetas, y le quitò la vida. [b] O madrasta cruel a quantos persigues en su patria, y quantos destierras della.

z Elian. de varia historia lib. 13. cap. 23.

a Petr. Crinit. lib. 9. de honesta disciplina c. 6.

b Diogen. lib. 1. in vita Anacharsis.

Escriue Natal Comite [c] con auroridad de Pierio, que aquellos que la antiguedad dio nombre iniusto de dioses, viendose ya muy pocos en numero, atemorizados de los hombres por la crueldad que con ellos vsauan, fueron a Egipto, y se fingieron animales, porque con los brutos a las vezes ay mas seguridad que entre los hombres. Muchos por huyr de los embidiosos anduuieron voluntariamente desterrados, que es menor mal padecer las incomodidades de la peregrinacion, que sufrir la ponçoña de la inuidia, que es la hydra feroz, y venenosa, [d] que haze compañia con las calumnias, y asechanças, que son las fieras inexpugnables de la Republica. [e] Iphicrates dexò su casa, y habitò en Tracia, Canon en Chipre, Timotheo en Lesbos, Cabrias en Egypto, y Cares en Sigeo, y Pompeyo auiendo præsentado tantos trofeos, y vitorias al Pueblo Romano, por temor de la embidia huyò a la soledad del campo, [f] que quiso mas tratar con la ferocidad de los animales, que con la ingratitud de los hombres. Las memorias destos varones no se han escurecido con las nieblas de su desdicha, porque ella no sepulta en las vrnas lugubres

c Natal. Com. lib 5. Metamorph. in Ouid. fabul. 5. ibi: *Deos cùm adhuc numero pauci essent, impietate, & crudelitate hominum territos confugisse in Ægyptum, ibique similes se quibusdam animalibus finxisse, quo tutiores essent ab iniuria.*

d Ex Horatio Natalis Comes lib. 9. Metam. fabul. 1. in Ouid.
—— *Diram, qui contulit Hydram*
Comperit inuidiam supremo fine domandam.

e Ouid. lib. 2. Metamor. *Per insidias iter est formasque ferarum.*

f Volaterran. lib. 31. in philolog. de inuid.

lugubres del oluido las luzes claras de las virtudes, que fueron las que dieron a v. m. el lugar, è insigne nombre que siempre tu uo en Italia, y la mucha estimacion que siempre se hizo allà de su persona, sin embargo que la fortuna enemiga de la virtud [g] no le fauoresca.

Con grande confiança puede v. m. esperar el fruto de sus merecimientos, y la remuneracion del seruicio que hizo a la Republica literaria, teniendo ministros para esto tan graues, y prudentes, tan atentos, y iustificados, que les puedo dezir seguramente vna sentencia de Arcesilao, que hablando de Crates, y Polemon, los llamò dioses del mundo, o reliquias del siglo dorado, [h] epitetos proprios para los ministros de aquel supremo, y Real Consejo.

g Seneca in Hercule furente.
O fortuna viris inuidia fortibus,
Quàm non aqua bonis pramia diuidis.
Idem tragœd.4.
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit spargitque manu
Munera caca peiora souens.
Et Aristotel. in Orlando furioso, canto 16.
Fortuna anco piu bisogna assai,
Che senza val virtu raro, o non mai.

h Diogen. in vita Crater. lib. 4. ibi: *Hinc & Arcesilaum cum ad eos à Theophrasto diuerteret, dixisse ferunt illos deos esse quospiam, aut aurei saeculi reliquias.*



MEMORIAL
A LA CATOLICA Y REAL MAGESTAD DE FELIPE QVARTO.

POR EL DOCTOR AGVSTIN BARBOSA, PROTONOTARIO Apoſtolico, Abad de Mentreſtido, y Teſorero Mayor de la Santa Igleſia de Guimaraens, ſobre la remuneracion de ſus eſtudios, tan bien logrados en vtilidad publica, con la impreſſion de veinte y vn Tomos, en las Facultades de Canones, y Leyes, muchas vezes ſacados à luz en diuerſas partes de Europa.

SEÑOR.

EL Doctor Aguſtin Barboſa, Protonotario Apoſtolico, Abad de Mentreſtido, y Teſorero Mayor de la inſigne y Real Igleſia de Guimaraens, en el Reyno de Portugal, dize: Que es hijo mayor del Licenciado Manuel Barboſa, à quien por ſus muchas Letras, ſuficiencia, buenas coſtumbres, y demas partes, el ſeñor Rey Don Sebaſtian hizo merced de la Plaça de Procurador de la Real hazienda, en las Tierras que auian vacado por fin y muerte del ſeñor Infante don Duarte, como conſta por ſu Real Cedula, [1] ſiruiendo ſiempre en aquella Plaça

1 Cedula Real del ſeñor Rey Don Sebaſtian, dada en Lisboa a 6. de Mayo de 1578.

En el Rey faço ſaber aos que eſte Aluara viren, que auendo reſpeuo à boa informaçan, que ſe ouue em minha fazenda do Licencoado Manoel Barboſa, morador na villa de Guimaraẽs, que ategora ſeruio de Procurador das cauſas tocantes aos Reguengos, è direitos Reaes, que vagarã por falecimiento

Plaça con mucha satisfacion por espacio de veinte años a los señores Reyes dõ Sebastian, don Enrique, y don Felipe Segundo, trabajando, y aumentando la Real hazienda en grandes cantidades de marauedis, y muchas vezes à su costa, como parece de los instrumentos, y testimonios autenticos, que estàn en la Secretaria de Estado.

Y sin pedir de tantos seruicios condigna satisfacion, y dexando la plaça, se retirò a vna Aldea suya; y en ella passò lo restante de su vida, hasta edad de nouenta y tres años, en que falleciò, quedando muchas obras suyas escritas de mano, de Historia, y buenas Letras, y no pocas en las facultades de Canones, y Leyes, y entre ellas, las Remissiones a las Ordenanças Reales de Portugal; lasquales el Suplicante hizo imprimir en dos Tomos, de cuya leccion resulta al Reyno, y a los Ministros, y abogados del, grandissima vtilidad, como la experiencia va mostrando.

Desta singular Obra haze honorifica mencion el Doctor *Gabriel Pereira de Castro*, [2] Oidor, y Alcalde de Corte en la ciudad de Lisboa, Varon por sus Letras eminente, diziendo assi: *Para este punto alega otros el doctissimo Manuel Barbosa, en las Anotaciones à las Leyes Reales, y sobre aquella Ordenança, cuyo trabajo incansable, nunca llegarà a ser dignamente alabado, el qual juntò en vno con la larga esperiencia de casos, continuo exercicio de los Tribunales, y extraordinario estudio, ayudado de marauillosa industria propia, verdaderamente hombre digno de que V. Magestad, inuictissimo Principe, le premiasse, y no como quiera, sino es que le comprehendiesse la comun desgracia, que siempre fue inuidiosa de los hombres doctos.*

De tal Sugeto, tan lucido, y que supo tan bien escriuir, y seruir a los señores Reyes de Portugal, Progenitores de V. Magestad, y que ha dado Libros tan prouechosos a aquel Reyno, donde por ellos viua estarà siempre la memoria de sus Letras, es hijo mayor [3] el Doctor Agustin Barbosa, al qual siendo niño, antes que supiesse formar palabra Portuguesa, le enseñò a hablar la lengua Latina, como si esta fuera Romance propio, y originario de su patria, y fue tanta su applicacion, que no teniendo quinze años, imprimiò vn Vocabulario Portugues, y Latino, de mas de ciento y cincuenta pliegos, Obra de grande erudicion para los doctos, y muy prouechosa para enseñar, y deprender Gramatica.

Estudiò el Doctor Barbosa diez años las Facultades de Leyes, y Canones en la celebre Vniuersidad de Coimbra, vna de las mas insignes, y madre de los mayores ingenios de toda España; y luego que se graduò en ella, imprimiò las Remissiones sobre el Concilio de Trento, que por ser Obra tan deseada, y necessaria, breuemente se boluio a imprimir en diferentes partes de Europa; de que ay en España impressiones de Lisboa, Toledo, y Valladolid.

Con el deseo, y particular aficion de buscar, y conocer los Varones mas doctos en sus Facultades que tenia Europa, y de topar con Maestros ilustres, salio el Doctor Barbosa de su Patria, imitando en esto à personas insignes, y señaladamente à Pithagoras, y Platon, que peregrinaron buscãdo los famosos Sabios que se celebrauan por el Mundo en aquellos tiempos, como refiere Francisco de Monçon; [4] y al clarissimo Iurisconsulto, y cele

miento de dom Duarte meu tio, è da Infanta dona Isabel minha tia, que santa gloria ayam; è das mais cousas que pertenciam à sua fazenda, è à informaçã que se tẽ de suas Letras, sufficiẽcia, vida, è costumes; è auendo respeito à constar pella diligencia que sobre isto fez è Cõtador da minha fazẽda da comarca da villa de Viana foz de Lima da necessidade que ha de auer pessoa que na ditta villa sirua de Procurador da minha fazẽda della, è dos mais lugares que vagaram para minha Coroa por falecimiento de dom Duarte meu tio, ey por bem, è me praz, que è ditto Manoel Barbosa tenha, è sirua ò ditto cargo de meu Procurador, è assista em todas as causas que tocarẽ, è pertencerẽ à minha fazenda, assi è da maneira que ate hoje seruiè, e como seruẽ os Procuradores de meus feitos. Pello que mande ao Contador de minha fazenda na ditta Comarca de Viana, que lhe de iuramento dos Santos Euangelhos, que verdaderamẽte seruirà e ditto officio, e lhe de posse delle, e dahy em diante lho deixe ter e seruir, como assima he declarado, de qual juramento o posse se farà assento nas costas deste. Pello que mando outrosy as Iustiças, e aos officiaes, e pessoas a que este for mostrado, e o conhecimento delle pertencer, que ao ditto Licenceado Manoel Barbosa ayã pro Procurador de minha fazenda no modo assima declarado, e o conhecam em juizio e fora delle por tal, sem isso porem duuida nem embargo: por quanto pellos respeitos assima declarados, o ey assi por bem, e este quero, e me praz que valha, e tenha força, e vigor, como se fosse carta feita em meu nome por mym assinada, e passada, pella minha Chancelaria, sem embargo da Ordenaçã, que o contrario dispoem. Domingos de Varajam o fez em Lisboa à 6. de Iunho de 1578. Andre Pirez è fez escreuer. **R E Y.**

2 *Gabr. Pereyra* Senator Regius meritissimus, doctissimus Lusitan. decis. 83. n. 1. tom. 1. ibi: *Cum aliis citatis à doctissimo Emmanuele Barbosa in anotationibus ad leges Regias ad illam Ordinationem, cuius indefessus labor nunquam satis laudatus erit, qui cũ longa rerum experiẽtia, & fori exercitatione improbũ laborẽ mira industria copulauit, dignus quidem, vt non exiguo præmio ab inuictissimo Principe cumularetur, nisi commune fatum, quod studiosis inuidet, obstitisset.*

3 Horat. lib. 4. Ode 4. *Fortes creantur fortibus, ac bonis Est in iuuencis, est in equis patrum Virtus nec imbellem feroces progenerant Aquila columbam.* Poëta Pamphil. *Demonstrat signis prolem natura frequentẽ. Sapè solet filius similis esse patri.* *Senec.* Epist. 87. *Ad summum nata respondent, bona degenerare non possunt.* Refert hæc & alia D. *Didacus Altamiranus* in summo dominicæ rei, Patrimoniique Regij Senatus meritissimus Fiscalis, in doctissima sua Iuris allegat. pro Duce de Arschot except. 4. num. 768.

4 *Franciscus de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 36. in princ. fol. 78. verso.

5 Alcia

y celebre Escritor *Andres Alciato*, [5] que saliò de Milan su patria, y se fue à Tolosa de Francia, persuadido de *Albucio* Aurelianense, con vn sabroso Epigrama, [6] donde pinta vn arbol Persico, comunmente llamado melocotõ, que en la tierra de su nacimiento, que era Persia, fue venenoso, y trasplantado en suelo ageno, dio vna tan sabrosa fruta como esperimentamos. Las hojas deste arbol se parecen à la lengua humana, y el fruto al coraçon; significando por esto, que vn Varon de auentajadas Letras, y Estudios, fuera de su patria, merece ser con mayores premios remunerado, haziendose eminente en la Sabiduria, que mira al coraçon, y eloquente en el hablar, que corresponde a la lengua.

Passò pues el Doctor Barbosa à las mas principales Vniuersidades de Italia, Francia, y Alemania, estuuo en las Cortes de Roma, España, y Frãcia, para que le conociessen, y pudiesse conocer a otros, [7] trabajando siempre en esta tan larga peregrinacion, en componer, y sacar a luz por tiempo de diez y seis años, que gastò en ella, otros tantos Libros de materia practicas, y necessarias: fue siempre estimado, y honrado de los Principes; le buscaron, y reuerenciaron los mas doctos Varones que auia en aquellas Partes; donde quedò la fama de su nombre eternizada en las memorias de los mas conocidos, y eminentes sugetos desta edad.

Vio el Doctor Barbosa en qualquiera parte donde llegaua, imprimir sus Obras, pedirse siępre con grande afecto, alegarse en las principales Vniuersidades, y seguirse en los Supremos Tribunales; pudiendo dezir con mucha mayor razon, lo que de sus (solamente graciosos) Epigramas dixo otro Español trasladado de Aragon à Roma, [8] *Alaba, ama, celebra Roma mis Libros, no ay persona à quien se les caigan, ni del coraçon, ni de las manos.* A este agudo Poeta hazia tanto aplauso el Emperador Domiciano, que recibia, y fauorecia muchas vezes sus Epigramas, con que le dio ocasion, para que le pidiesse premio por ellos. [9]

Fue Roma ciudad de Letras, como dize *Cassiodoro*, [10] casa dõde se subieron de assiento, y emporio de todas las Ciencias [11] donde los hombres doctos han siempre hallado el lugar, y premio deuido à sus trabajos: Por conseguirlo, y deseoso de participar de tal Maestro, que es la aficion que lleua los Curiosos a su Estudio, como afirma *Seneca*, [12] se desterrò voluntariamente el Doctor Barbosa de su propia Patria, por conocer esta à todos comun. [13] Pero antiquada ya aquella tan loable costumbre, hizo segunda translacion de su persona à esta Corte, en la qual se promete de la Real clemencia de V. Magestad mejor logro, y cõdignas mercedes à sus trabajos, donde quiera que le lleue su suerte de poder mas bien emplearse en el Real seruicio de V. Magestad.

No se puede negar, que los premios, y hõras alcãçadas del que està fuera de su Patria, no tienen aquella sazõ, que traen las que se gozan en la propia, porque viuir ausente della, siempre se tuuo por destierro. Dixolo *Seneca*: [14] *Insufrible cosa es, carecer vn hombre de su propia Patria;* tanto que el mismo Filosofo, consolando à vn su amigo desterrado lo dize: [15] *Por ventura el mismo Emperador que te desterrò, que fue Iulio Cesar, no careciò de Roma su propia Patria, por espacio de diez años continuos, que gastò en España, y no por otro fin, que de propagar su Imperio? en hecho de verdad, aunque en tanta honra, y prouecho suyo, careciò de su Patria.*

Pero tambien es verdad, que los hombres doctos no estan atados à propias, y limitadas Patrias, sino que todo el Mundo lo es suya. Assi lo dizen *Democrito* [16], y *Euripides*; [17] son como el Aguila entre las demas Aues, que como Reyna de todas ellas, tie-

5 Alciatum omnium sui temporis Iurisconsultorum clarissimum appellat *Sarmien.* select. interp. lib. 2. c. 1 c. num. 1. in fine.

6 *Albucius* Aurelianensis.

Qua dedit hos fructus arbor calo aduena nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe prius.
Translata facta est melior, qua noxia quondam
In patria, hic nobis dulcia poma gerit.
Fert folium lingua, fert poma simillima cordi
Alciate, hinc vitam dirige, disce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus,
Multum corde sapis, nec minus ore vales.

7 *Ioan. Brant.* de Senatore lib. 1. c. 8. fol. 29. *Quid hominibus tam expetẽdum, quàm virtutem suam, moderationem animi, temperantiam non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce ciuitatis, in oculis clarissimarũ Prouinciarum, atque in auribus omnium gentium, ac Nationum esse positam? ipsos tanquam in alta quadam specula conspiciendos se, monstrandósque prabere, &c.*

8 *Martial.* lib. 6. Epigr. 61.

Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos,
Méque sinus omnis, me manus omnis habet.

9 Idem lib. 8. Epigr. 24.

Si quid fortè petam timido gracilique libello
Improba non fuerit, si mea charta, dato.
Et si non dederis Casar permitte rogari,
Offendunt nunquam thura, precésque Iouem.

10 Cassiod. *Roma ciuitas litterarũ.*

11 Symmacus. *Roma domicilium latioris facundia.*

Sidonius. *Domicilium legum gymnasium litterarum.*

12 *Senec.* in consol. ad Heluiam. *Romam multos adducit liberalium studiorum cupiditas.*

13 Roma communis omnium patria glos. verb. contra, in cap. fin. de form. comp. *Mandos.* in regul. 20. Cancel. quæst. 10. n. 2. *Dionys. Paul.* de vera quatuor Patriarchal. Sediũ erect. c. 16. n. 26. refert supplex orator *Augustinum Barbosa* in praxi exigendi pensiones, q. 4. n. 11. & q. 6. num. 57.

14 Idem Senec. vbi supr. *Carere patria intolerabile est.*

15 Idem ibidem. *Qui te expulit nonne ipse per annos decem continuos patria caruit? propagandi sine dubio imperij causa, sed nempè caruit.*

16 Democrit. *Viro sapienti omnis tellus peruia, & bona menti totus Mundus patria.*

17 Euripid. *Diffusus aer omnis Aquila peruius, Omnisque tellus patria animoso est viro.*

ne por su distrito, para espaciarse volando, no otro, sino toda la region del ayre. A esto mismo tuuo atencion *Socrates*,[18] que preguntandole vno, qual era su propia Patria? respondio, todo el Mundo.[19] Y *Seneca* hablando de si, dize: *Yo no soy hombre que naci para arrinconarme en vn solo Pueblo: porque mi Patria es todo este Mundo*. Y el mismo[20] en otro lugar afirma. *Que el hombre docto mira à todo el vniuerso Mundo, como si fuera vna sola casa particular*. Y otra vez[21] buelue a dezir: *Que los hombres insignes en la profession de Letras no se estrechan à las paredes de vna sola ciudad por grãde que sea, sino se espaciã por la comunicacion del Mundo todo, y dan a entender, que su patria es vn Mundo entero, para q̃ assi quede espacio per dõde se dilate, y cãpee su ingenio.*

En el discurso de los años passados, en todas las Partes dõde el Doctor Barbosa ba estado, fue deseada, y buscada su persona con grandes partidos, y auentajados salarios, para Plaças de primera Classe. En esta conformidad luego que llegò a Roma, le mãdo llamar Carlo Emanuel, Duque de Saboya: y la Republica de Venecia hizo que le lleuasse el Patriarca de Aquileya desde aquella Corte quando fue a ella, y hasta aqui le mandò buscar la misma Republica por sus Embaxadores Francisco Cornaro, y Iuan Iustiniani, de los quales el primero trabajò con grandissima instancia por lleuarle consigo, quando se partio desta Corte en año de 1634. proponiẽdole los mayores partidos que auia dado aquella Republica a personas de su professiõ; à demas de otros Principes de Italia, y Francia que han hecbo lo mismo, con no menos deseo de tenerle consigo:[22] y siempre escusò el Doctor Barbosa estas, y semejantes ocasiones de aprouecharse, por venir, y estar en esta Corte, y en ella como fiel vassallo, ofrecerse al seruicio de V. Magestad, donde reside mas ha de siete años, prosiguiendo sus acostumbrados Estudios, imprimiendo diferentes Obras, y haziẽdo Informaciones, y otros papeles de Derecbo en negocios de importancia, siendo para ellos consultado de muchas Partes; y auiendo sentẽciado como Iuez Apostolico grande numero de causas, cõ mucha satisfacion, y notoria entereza, poniendo siempre en los Estudios y Letras todo su gusto, y el consuelo y aliuio de otros trabajos, recibiendo dellos, despues de Dios, el verdadero sossiego del animo,[23] y alcançado por su enseñança, a conocer mejor los casos aduersos, pero juntamente a lleuarlos con mas prudencia.[24]

En tantos años, tan bien logrados, y passados con el recogimiẽto, y Virtud que se sabe, no ha tenido el Doctor Barbosa si quiera vn soplo de fauor, ò premio humano, que aya podido alentarle para proseguir las impressiones de sus Libros, cosa que pudiera auer retardado, aun a quien voluntariamente se huuiera puesto en esta carrera, ò agotado otro ingenio mas abundante,[24] auiendo gastado, y consumido toda su hazienda, y hallãdose al presente pobre, y menesteroso; incompatible calidad con las Letras: porque es grande embaraço la necessidad, y pobreza, para poder el Estudioso conseruar sus buenos intentos, y lleuarlos adelãte: Dixolo agudamente *Iuuenal*:[25] *Oprime, y no dexa leuantar la cabeça al mas auentajado ingenio*. Y en otra parte el mismo:[26] *Que no es possible compadecerse pobreza, con famosas demõstraciones de Letras*; y que el Poeta Horacio nunca estaua alegre, ni de vez para discurrir poeticamẽte, sino quãdo no le faltaua nada. Y quizà experimẽtando esto en su misma persona el ya citado *Alciato*, puso entre sus emblemas vna,[27] que intitulò, *La pobreza es de grande impedimento a los raros ingenios, para que no passen adelante*: y para significarlo, pinta vn bombre leuantada la mano derecba en alto, con vna ala en ella, y en el pie vna piedra grande, y debaxo vn distico[28] que dize: *Con mi ingenio podia yo remontarme por esso altos Cielos, si la embidiosa pobreza en que me hallo*

18 Socrates, *Cuiatem se ferret? Mũdanum*. Ex his fortè *Rebuf.* de priuilegiis scholastic. priuil. 65. n. 159. ait filios Doctoris Tholosæ natos mondinos vocari, quia mundo nati sunt.

19 *Seneca* epist. 28. *Non sum vni angulo natus, patria mea totus hic est Mundus.*

20 Idem lib. de benefic. cap. 10. *Sapiens Mundum, vt vnã domũ spectat.*

21 Idem de tranquil. c. 3. *Magno animo nos, non vnius mœnibus clausi, sed in totius Orbis commercium commisimus, patriámque Nobis Mundum professi sumus, vt liceret Virtuti latiorem campum dare.*

De Catone Vticensi protulit *Lucan.* lib. 1.

Nec sibi, sed toti genitum se credere Mundo.

Idem Senec. epist. 28. *Nulli loco addicere debemus animum, cum hac persuasione vincendum est. Non sum vni angulo nato, Patria mea totus hic est Mundus.*

22 *Franciscus de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. c. 34. propè fin. fol. 80. *Muestra quã obligados son los Principes de tener Sabios y doctes consigo, y de bonrarlos, y de buscar los por todas las partes que los huuiere; como hizieron Ptholomeo Rey de Egipto, Dionisio de Sicilia, y otros.* Y en el fol. 81. dize: *Que el Rey Xerxes oyendo la fama que por el Mundo corria del Principe de la Medecina Hipocrates le embiò grãdes dones por solo que le quisiesse ver. Y que el Rey Cresso de los Lydos, informado de la Sabiduria del Philosopho Anacharsis Scitha embiole a ofrecer grandes partidos que viniesse à viuir con el.*

23 *Plin.* lib. 4. epist. 19. *Est gaudium mihi, & solatium in litteris, nihilque tam latum, quod his latius, nihilque tã triste, quod non per has sit minus triste. Itaque & meorum periculo, & quorundam etiam morte turbatus, ad vnicum doloris leuamentum studia confugio', quæ præstant vt aduersa magis intelligam, sed sapientius feram.*

24 *Iustus Lipsi.* in epist. *Vt natus in malacia haret, sic ingenium in suo languore, cui melior aura non aspirat.*

25 *Iuuenal.* Satyr. 3.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Refert *Menchac.* de succession. creat. progressu, & resol. in præfat. n. 36. vbi ad hoc propositum adducit illud *Horatij* lib. 2. Satyr. 5.

Et genus, & virtus nisi cum re, vilior alga est.

26 Idem Satyr. 7.

Nec enim cantare sub antro
Pierio, Tyrsumvè potest cõtingere sana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieque *Corpus eget: satur est cum dicit Horatius Ohe.* *Petron. Arbit.* in Satyra: *Nescio quomodo bona mentis soror est paupertas.* 27 *Alciat.* Embl. 120. *Paupertatem summis ingeniis obesse ne prouehãtur.*

28 *Alciat.* dicto loco, *Ingenio poteram superas volitare per auras, Me nisi paupertas inuida deprimeret.*

hallo, no me apesgara, y arrastrara hasta el humilde suelo.

Y realmente tales huuieran sido Virgilio, y Horacio, celebrados Poetas, sino tuuiera cada qual dellos la liberalidad, y fauor de vn Mecenas: Dizelo *Marcial* [29] à Flaco su amigo, que culpandole, porque se arrinconaua, y no hazia ostentacion de sus Estudios, le respondio: *Dame Mecenates, que no faltaran Virgilios: yo lo serè, como aya vno que me de a mi lo que le dieron a el.* Y Iuuenal: [30] *Sabes quien es para ti Mecenas? (ô hombre docto) vn precio, y premio igual a tu ingenio.* Porque hasta que Virgilio tuuo ventura, y buena suerte del fauor, y prouechos de Mecenas, [31] no cantò batallas, ni cõpuso las heroicas Eneydas, sino materias humildes, tratando de los ganados, de las auejas, de los campos, y aun de vn mosquito, como el confiessa [32] al principio de sus mayores Obras, diziendo: *Yo soy aquel que antiguamente quando pobre, no se leuantaua mi Musa del poluo de la tierra, y de assumptos rateros: pero despues que se trocaron las suertes, y mejorè mi fortuna, leuantè el pensamiento, y me crecio el animo, y fue assi, que* como afirma el ya dicho *Marcial:* [33] *Luego al punto tomè la pluma para escriuir, no menos que a toda Italia, las Armas, y Batallas del gran Varon Eneas, auiẽdo antes desto andado tan amilanado, y cosido con la tierra, que apenas sabia, ni se animaua a abrir la boca, para pintar los efetos de vn mosquito.* Aduierte bien *Pedro Mexia* [34] en su Siluia de varia leccion: *Que las honras y dones crian las Artes, y aumentan las dotrinas.* Y el Principe de la Filosofia *Aristoteles* [35] dize: *Que no es possible, a lo menos no es facil, que vn hombre haga hazañas famosas, si le falta la hazienda: porque muchas cosas se hazen, ò por medio de los amigos, ò de las riquezas, ò del poder ciuil, como por instrumento necessario.* Y Ouidio [36] se quexa de lo poco que se premiauan sus Escritos, y quanto daño le hazia esto para campear su ingenio, diziendo: *Que antiguamẽte vn hõbre de ingenio era mas estimado que el oro; pero que aora ay mucha ignorãcia, porque ay grãde pobreza.*

Deseando pues el Doctor Barbosa dexar calificadas, y autorizadas sus Obras con la hõra, y merced que V. Magestad fuere seruido de hazerle, sale en nombre dellas à representar humildemẽte a V. Magestad las razones que apoyan la justicia de su pretension, diuidiendolas en quatro Articulos.

29 *Mart.* lib. 9. epigr. 53. ad Flaccũ.
Sunt Mecenates, non deerunt Flacce Marones,
Ergo ero Virgilius, si munera Mecenatis
Des mihi.

30 *Iuuenal.* Satyr. 7
Quis tibi Mecenas? tum par ingenio pretium.

31 Refiere *Francisco de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. c. 35. fol. 81. *Que Augusto Cesar, y su amado sobrino Mecenas dieron a Virgilio hazienda que valia seys mil sestercios, que segun la moneda destos tiempos, valdria dozientos y treinta mil ducados.*

32 Virg. Æneid. lib. 2.
Ille ego qui quondam gracili modulatus auena.

33 Martial. lib. 8. epigr. 53.
Protinus Italiam concepis, & arma, virumque,
Qui modo vix culicem fleuerat ore rudi.

34 *Petrus Mexia* in Sylua variæ lect. part. 3. c. 5. propè fin. pag. 368.

35 *Arist.* lib. 1. Ethicor. *Fieri non potest, aut non facile fit, vt is agat præclara, cui facultates desunt, multa nãque per amicos, per diuitias, per ciuilem potentiam tanquam per instrumentum aguntur.*

36 Ouid. lib. 3. de Arte amandi.
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,
At nunc barbaria est grandis habere nihil.
Refert *Rebuf.* de priuil. scholastic. priuileg. 22. in fin. n. 85.

PRIMERO ARTICVLO.

QVE el Doctor Barbosa siruiò a la santa Iglesia de Roma (de la qual V. Magestad es gran Protector) en los Pontificados de Paulo Quinto, Gregorio Dezimoquinto, y Vrbano Octauo, exercitando los cargos de Censor de Libros, y Consultor de la Sacra Congregacion del Indice, con grandissimo recogimiento, y exemplar Virtud; comunicando y tratando siempre a los mas doctos y virtuosos hombres de su orden, y professsion, que tenia aquella Corte:

SEGVNDO ARTICVLO.

QVE en Roma, y en otras partes de Europa ha compuesto, y impresso el Doctor Barbosa muchas Obras; con las quales ha hecho gran seruicio a Dios, y a su Iglesia nuestra Madre, euidente vtilidad al gouierno, y administracion de justicia de los Prelados, Curas, Cabildos, y otras personas Ecclesiasticas, y que por ser tales, muchos Obispos de Francia, Italia, y algunos de Cataluña, han mandado por Constitucion Synodal, que se lean, y sigan en sus Obispados.

TERCERO ARTICVLO.

QVE por tan singulares y prouechosos Escritos deue V. Magestad honrar, y premiar al Doctor Barbosa de justicia, que consiste en distribuir las mercedes con igualdad a los merecimientos de quien las recibe.

QVARTO ARTICVLO.

QVE se deue la remuneracion, y recompensa que se pretende, no solo porque obligan a ella todas las partes de justicia; mas aun tambien por la razon politica de la pena, y del premio.

PRIMER ARTICVLO.

QVE el Doctor Barbosa siruiò a la santa Iglesia de Roma (de la qual V. Magestad es gran Protector) en los Pontificados, de Paulo Quinto, Gregorio Dezimoquinto, y Vrbano Octauo, exercitando los cargos de Censor de Libros, y Consultor de la Sacra Congregacion del Indice, viuiendo con grandissimo recogimiento, y exemplar virtud, comunicando, y tratando siempre a los mas doctos y virtuosos hombres de su orden, y profession, que tenia aquella Corte.

LA valerosa, y alentada Nacion Portuguesa ha producido para todo el Mũdo ilustres Varones en Letras, y Armas: Porque los ingenios Portugueses cultiuados, excedieron siempre a los mas eminentes de Europa; principalmente fuera de sus Patrias; assi lo prueua el *Doctor Iuan de Barros* en vna carta que escriuio al señor Rey don Enrique siendo Cardenal de la santa Iglesia de Roma, de la qual haze mẽcion *don Rodrigo da Acunha*,[37] Arçobispo de Lisboa, Prelado de singular Virtud, y raro ingenio; entre muchos Varones insignes en Letras que florecieron en diuersas partes fuera de Portugal, nombra a *don Pedro Iulian* natural de Lisboa, que merecio por su eminencia ser Sumo Pontifice, llamado Iuan XXI.

Antonio Goueano insigne y eminente Iurisconsulto, reconociẽdose Portugues, y llamando suyos a los nuestros,[38] ha florecido en Francia, y ocupado Plaça superior en Saboya, que tambiẽ tuuo su hijo Manfredo Goueano. Al padre reconocierõ por Maestro todos los Iurisconsultos de aquel tiempo, y dezia Iacobo Cuiacio, como se lee en su vida, que està en el principio de sus Obras,[39] *que siendo moço se admiraua del grande ingenio de Antonio Goueano, y que no se atreuiera à enseñar, y imprimir, si este doctissimo Portugues con su grande y sutil ingenio huuiera querido dar à luz sus obras, que despues se imprimieron con admiracion grande de todos.*

Antonio de Gama, doctissimo Iurisconsulto,[40] fue Colegial, y Catedratico en Bolonia, auiendo dado muestras de sus muchas Letras, y pareciendo cortedad a Portugal su Patria, priuarse de tan grãde Sugeto, le embiò a llamar el Señor Rey don Iuan el Tercero, y trayendole su Embaxador de Roma a Portugal, le honrò con vna Plaça grande de Letras, ocupando la qual, cõpuso el tomo de Decisiones, que nos dexò impresso, y otro que està para imprimirse.

Arias Pinelo,[41] y *Manuel de Acosta*[42] excedieron en la ciencia Legal à los mayores Letrados de su tiẽpo; fueron Varones à quienes veneraron todos por los mas eminentes Iurisconsultos que conocio aquella, y oy admira esta edad: murieron ambos Catedraticos de Prima de la insigne Vniuersidad de Salamanca,[43] por la qual dexaron la de su Patria, enriqueciendo à todos con el tesoro de sus Obras, y singulares Escritos de que gozamos.

Digno de reparo parece ver, que quando Portugal producia, y daua al Mundo tantas, y tan floridas plantas en la Ciencia Legal, para esta misma buscaua otras de fuera[44] el Señor Rey don Iuan el Tercero, trayendo entre otros muchos[45] a su Vniuersidad de Coimbra al doctissimo, y pio *Martin Azpilcueta Doctor Nauarro*,[46] el qual estimò tanto la Nacion Portuguesa, que viuiendo muchos años, y muriendo santamente en Roma, nunca dexò el bonete redondo, y trage de que en aquel tiempo

37 Meminit huius epistolæ doctissimus *D.D. Rodericus à Cunha*, Archiepiscopus Vlysiponensis virtutum decus, & Iurisprudentiæ decor, en la historia Eclesiastica de los Arçobispos de Braga, tom. 2. c. 35. n. 4. in fine, ibi: *He a materia da carta mostrar à sua Alteza como os ingenhos dos Portugueses cultiuados prestaram sempre para muito, principalmente fora de seu natural, è entre outros tras por exemplo ao nosso dom Pedro Iuliam, o Summo Pontifice Ioan XXI. &c.*

38 *Anton. Gouean.* lib. 2. lection. var. c. 24. ibi: *Caput hoc meis potissimum Lusitanis scribitur, &c.* Et infrà: *Hunc assem semuncialem in partes duodecim Lusitani diuisimus, quas Ceitiles appellamus, &c.*

39 Auctor vitæ Iacobi Cuiacij, quæ ponitur in principio suorum operum, ibi: *Adolescens Antonij Goueani Iurisconsulti ingenium admirabatur, sed indiligentia hominis notata, nihil deterritus est, deterritum iri se dicens à iure tractando, si homo Lusitanus tanto ingenio, tamque subtili, labores ciuilium studiorum seriò suscipere, ac subire voluisset, &c.*

40 Doctissimum sacri Palatij Senatorem vocat *Franc. de Caldas Pereira*, de renouat. emphyt. lib. 1. q. 3. n. 1. in fin. Insignem Senatorem dicit *Melch. Phœbus* decis. 6. n. 9. to. 1.

41 *Arium Pinellum* inter recentiores nemini Iurisconsultorum secũdum appellat *Io. Bapt. Gemin.* de vsuris, commento 1. ad l. curabit in præfat. n. 6. C. de action. empt.

42 *Emanuelem Acosta* doctissimũ, atque ingenio præstantem vocat *Molin.* de primog. lib. 1. c. 3. n. 27. in fin. Acri & subtili iudicio, variaque eruditione præditum affirmat *Couar.* lib. 1. variar. c. 3. n. 12. Insignis eruditionis virum dicit *Gama* decis. 233. aliàs 234. n. 16.

43 *Ludouic. de Molina* in præfat. ... tract. de primog. Hispan. impression. Lugdunensis de anno 1538. ibi: *Arias Pinellus, atque Emanuel Acosta Iurisconsulti Lusitani Cathedras Primarias Iuris Ciuilis olim in Salamanticensi Academia consecuti, viri quidem litteris, atque ingenio præstantes, &c.*

44 *Saluian.* de prouid. Dei, lib. 1. *Equidẽ istud non raro accidit, vt aliena nobis, nostra plus aliis placeant.* Iustus Lips. in notis ad Politicã, *Vt vulgo remedia quędã ab Afris, aut Indis petita æstimamus, sic plerumque externa ingenia præferũtur internis.*

45 A todos refiere el Doctor *Francisco de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. c. 36. vers. Los Reyes, fol. 83. & infrà latius.

46 Vt dicitur in eius vita, quæ habetur impressa in initio tomi primi suorum operum, ibi: *A Serenissimo Lusitanorum Rege Ioanne eius nominis III. vsò in id D. Caroli V. & Augusta Regia sororis, cum & D. Francisci à Nauarra opera in Conimbricam Lusitaniæ, confirmanda Academia recens ibi id temporis erecta causa excitus fuit, mille aureorum Minerualì constituto, quod postquam bissenos, aut circiter annos Primariæ functionis in iure Pontificio Cathedram rexisset, etiam rude donatus (iubilatum vulgus dicit) dum maneret vita, mereretur, &c.* Et in argum. commen. ad c. inter verba 11. quæst. 3. se tunc primæ functionis Cathedram in sacra Canonum facultate in Academia inclyta Conimbricensi maximo cum fauore Christianissimi Regis Ioannis Lusitaniæ huius nominis III. regere ait,

po vsauan los Sacerdotes Portuguefes, y mandò fepultarfe en la Iglefia del Hofpital de Santo Antonio defta Nacion. [47] Y entrando cafualmente el Doctor Barbofa en vna cafa de Roma, fabricada como fe acoftumbra en Portugal, fupo informandofe, que ia auia mandado labrar efte infigne Varon, que hafta en efto fe quifo parecer a los Portuguefes, que tan de coraçon amaua.

La caufa de no fer eftimados los Sugeros dignos en fus propias Patrias, y parecer mejor los de las agenas, no es tan facil de aueriguar. La propoficion es infalible, y nos la enfeñò Chrifto nueftro Redentor, [48] diziendo: *De verdad os digo, que ningun Profeta està bien recibido, ni honrado como merece en fu propia Patria.* *Santo Tomas* [49] bufcando la razon defto, hallò dos: *La primera dize, que es, porque quando el hombre infigne està en fu propia Patria, muchos que conocieron fus principios, fiempre los conferuan en la memoria: Tanta es la malicia de los hombres, que la tienen mayor de los defetos de otros, que de fus Virtudes, y perfecciones. La fegunda razon puede fer efta, porque (como dize el Filofofo) el pueblo difcurre mal, y pienfa que los que en algo fon iguales, lo fon en todo; por lo qual, quando alguno està en fu propia Patria, como eftos mal entendidos ven a otros iguales afsi en linage, ò en otras cofas, danfe a creer que no puede fer mayor, ni mejor que ellos en lo demas.*

Y por effe aunque *Lucano* [50] llamò, *deftierro voluntario, el priuarfe vno de fu dulce Patria*: Y efte epiteto le dà vn defterrado. [51] Y *Virgilio* llora el faltarle la efperança que tenia de ver fu Patria. Y en otra parte [52] dize el mifmo, que es grande defconfuelo, no poder boluer a la Patria el que viue fuera della. Y nueftro *Camoes* Principe de los Poetas de Efpaña, [53] parece que fe enternece con los muertos fuera de fu Patria, imitando a *Homero*, [54] quando haze que fe llore menos la muerte de Sarpedonte, que la circunftancia de recibirla fuera de fu Patria. Tambien fe dolia defto, que es morir en tierra agena, *Antiocho.* [55] Porque es grã dicha eftar, y paffar la vida en fu propia Patria, y cafa, fegun el vulgar adagio, [56] y aun quando es vna pobre aldea, fe ama natural, y cordialmẽte. [57] Confirmalo Vlifes, [58] que antepufo vn corto lugar, en que naciò a la inmortalidad que le ofrecia Circe en fu peregrinacion: porque no ay cofa mas eftimada, ni mas agradable que la Patria. [59]

En hombres pero de valor, y de partes releuantes, todo el Mundo les es propia Patria, conforme lo dixo *Ouidio* [60] y lo afirma el *Garini*, [61] y mas copiofamente lo efcriue el poeta de las noches Tufculanas; [62] diziendo: *Qualquiera defea viuir en fu Patria, pero el cafo es, que ninguno de calidades fuperiores, es bien mirado de los vezinos de la fuya; fegun lo qual, los Varones dignifsimos de ferlo, ò tienen por propia Patria todo el Mundo mientras eftan en el, ò en dexandole, el Cielo folo es fu propia Patria.* Tambien fue adagio, [63] *Que aquellas es propia Patria, donde cada vno fe halla bien.* *Tucidides* en las exequias celebradas por Pericles, [64] dixo por los Atenienfes muertos

47 In fine eius vitæ fic dicitur: *Itaque iam nonagenarius quafi fõnum fuauiffimum capiens, in Cælum euolauit. Eius corpus delatũ eft humeris virorũ religioforum, ac fepultum in Æde D. Antonij de Padua nuncapata in campo Martio, Nationis Lufitanæ, cuius fe ciuem etiam moriens profeffus eft, &c.*

48 Luc. c. 4. *Amen dico vobis, nemo Propheta acceptus eft in Patria fua.*

49 S. Thom. in Matth. c. 13. relatus à *Iacobo Simanc.* de Repub. lib. 8. c. 6. n. 8. ibi: *Cur homo in Patria fua minus honoratur? vna ratio eft, quia quandò eft in Patria fua, multi, qui cognofcunt infima eius, femper illa reducunt in memoriam, & hæc eft malitia hominum, vt magis cogitent defectus aliorum, quàm Virtutes, & perfectiones eorum. Altera ratio poteft affignari, quia (vt ait Philofophus) populus multum paralogizatur, & credit quòd in aliquo pares, in omnibus sint pares fint: vnde quãdo aliquis eft in Patria fua, cùm videant alios eis pares in genere, vel aliis, credunt quòd nõ poffit effe maior, aut melior illis, &c.* Conducunt quæ *Seneca* de breuitate vitæ, c. 15. *In vicino verfatur inuidia, fimplicius longè pofita miramur.* *Euphorm.* in Satyr. part. 1. pag. 12. *Quoniam externa nefcio quo fuco fe adornant, & plerumque notis patria rebus beatiora videtur.*

50 Lucan. lib. 1.
Pellimur è patriis Laribus, patiárque volentes
Exilium.

51 *Ouid.* lib. 1. de Ponto, eleg 4.
Nefcio qua natale folum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non finit effe fui.

52 *Virg.* Æneid. 2.
Nec mihi iam patriam antiquam fpes vlla videndi.
Idem Æneid. lib. 10.
---Sed queis fortuna negarat
In Patriam reditus.

53 *Camoes* Poëtarum fui tẽporis facilè Princeps, cant. 4. eftan. 65.
La morreram em fim, e la ficaram,
Que a defejada Patria nao tornarã.

54 *Homer.* Iliad. 5. *Quoniam non futurus fum ego rediens domum dilectam in Patriam meam.*

55 Machab. lib. 1. c. 6. *Et ecce pereo triftitia magna in terra aliena.*

56 Adag. *Domi manere oportet bellè fortunatum.*

57 *Seneca* epift. 67. *Vlyffes ad Itacha fua faxa fic properat, quemadmodum Agamenon ad Mycenarum nobiles muros: nemo enim Patriam, quia magna eft, amat, fed quia fua.*

58 *Cicero* lib. 1. de orat. *Ac fi nos id, quod maximè debet, Patria noftra delectat, cuius rei tanta eft vis, ac tanta natura, vt Itacham illam in afperrimis faxulis, tanquam nidulum affixum fapientifsimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflãmati effe debemus in eiufmodi Patriã, quæ vna in omnibus terris domus eft, virtutis imperij dignitatis?*

59 *Quintus Curt.* lib. 5. *Nihil charius eft Patria.* *S. Ambrofius* enarrat. 3. in Ionam. *Mater quodammodo dulcis eft Patria, quæ te genuit, te nutriuit.* Vnde prouenit vulgare adagium, quod refert *Lucianus* in encomio Patriæ. *Patriæ fumus igne alieno luculentior.*

60 *Ouid.* de Trift. *Omne folum forti patria eft.* Suprà n. 10. cum feqq.

61 *Garini* en fu Paftor Fido acto 5. fcen. 1. in princ.
Per tuto è buona ftanza oue altrui gode, Et ogni ftanza al valent huomo è patria.

62 Poëta noctium Tufculanarum. *Quifque folum natale cupit, fed nemo propheta Ciuibus acceptus cernitur in Patria. Fortibus ergo viris, aut omnis Patria tellus, Patria vel tandem folus Olympus erit.*

63 Adag. *Vbi bonum, ibi Patria.*

64 *Pericles* lib. 2. *Illuftrium quippe virorum omnis terra fepul-*

muertos: *que qualquiera tierra puede ser sepultura de ilustres Varones.*

No reparando el Doctor Barbosa en salir de su Patria, o luidò las razones naturales, que obligan a amarla; animado solemente con las que dan al hombre de valor, todo el Mundo por Patria propia, como dize *Ciceron.*[65] *A los tales aquella es su Patria donde se hallan, y les và bien: porque la principal causa de que vno oluide el suelo en que la naturaleza le produxo, es quando la tierra agena le propone, y cõbida con auentajadas ocasiones, y motiuos dignos a sus merecimientos.* Y siẽdo verdad aquella tan celebrada sentencia de *Aristoteles*:[66] *El biẽ naturalmẽte obliga à ser amado, pero en primer lugar aquel que en particular lo es para cadanqual.* Aquello ha juzgado el Doctor Barbosa por bueno, y aun por mejor indiuidualmente para si mismo, que le ha dado ocasion de hazer bien, seruir à la Iglesia.[67] y mejorar a sus proximos, como sin duda lo es, enseñarlos sabiendo, y saber enseñandolos.[68]

Fuesse pues à Roma, donde conociendo aquella Corte sus Estudios, y informados los Sumos Pontifices de sus Letras, y Virtud, le ocuparon en los cargos de Censor de libros, y Consultor de la Sacra Congregacion del Indice. En esta ocupacion trabajò muchos años, sin perder tiempo, ni interrumpir su acostumbrado Estudio, y continua composicion de Libros; tratò, y comunicò[69] en las Academias, y particulares conferencias de Letras, a los mas doctos hombres, y insignes Escritores que alli residian, para en presencia conocer a los Autores de su Orden, y Profession, de cuyos libros ausente auia deprendido;[70] en Roma a *Martin Bonacina*, *Iuan Antonio Massobrio* Milaneses, *Iuliano Viuiano* de Pisa, *Melchior Lotterio* Monferrino, *Antonio Ricciulo* de Calabria, *Felix Contelorio* del estado de la Iglesia, *Mario Antonio* de Macerata, *Ssigismundo Scaccia*, *y Esteuan Graciano* Romanos; todos Varones por sus Letras insignes, por sus Obras conocidos, y por sus Vidas exemplares, amigos familiares del Doctor Barbosa,[71] y testigos calificados de su Vida, Costumbres, y Estudios.[72]

Otro exercicio de grande fruto, y prouecho comun tuuo el Doctor Barbosa en Roma; con el qual ha augmentado, y enriquezido sus Obras; y fue correspondencia con los Auditores de Rota, y sus Ayudantes de Estudio, ò Passantes, para auer las Decisiones de aquel Sacro Tribunal; y con las Secretarias, para alcançar as de las Congregaciones de Cardenales, cosa que ningnno ha podido cumplidamente obtener hasta aora, por la dificultad grande que siẽpre se tuuo en dar semejantes resoluciones; y fue tal la diligencia, y cuidado del Doctor Barbosa, que no perdonando a gastos, ni a trabajo, recogiò vna grande cantidad dellas, y disponiendolas por orden de Alfabeto las hizo imprimir en vn Tomo, y con ellas tambien ha ornado, y enriquezido mucho todas sus Obras: a lo que se debe tener grande atencion, para conocerse quanto le han costado sus Libros, y los desvelos con que los trabajò en Roma, en discurso de quinze años continuos, y en esta Corte por tiempo de siete, siempre con el mismo exercicio, y grande continuacion de Estudio,[73] el qual aunque deleite, quebranta tambien, y engendra fastidio, y cansacio; *Seneca*[74] el padre escriuiendo a sus hijos les dize: *Que los Estudios Scholasticos tomados por entretenimiento, y accessoriamente diuierten gustosamente, si se toman muy a pechos,*

chrum est. quem refert *Eman. de Faria*, nostri seculi in politioribus litteris apprime doctus, in Comment. ad insignem Poëtam, Cam. cant. 5. estan. 83. lit. D.

65 *Cic.* Tusc. 5. *Patria est vbicumque est bene, tunc enim, vel maximè patriam, ipsumque natale solum tradere solemus obliuioni, cum aliona regio meliorem nobis, & lautiorem conditionem proponit.*

66 *Arist.* ethic. *Amabile quidem bonum, vnicuique autem proprium.*

67 Qui studet, dicitur Ecclesiæ seruire; quia studet, vt postea melius Ecclesiæ seruiat, & eam protegat, *Fulgos.* in l. qui sub prætextu, C. de Sacros. Eccles. *Rebuff.* de priuil. scholar. in pr. n. 2. in fine.

68 *Cicer.* pro Muræna loquens de Seruio Sulpicio, *Magna laus est, & grata hominibus, vnum hominem elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura.* *Saluian.* in præfat. *Infructuosum saltem non est tentare prodesse.*

69 Prouerb. cap. 13. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.* Plin. epist. 82. *Salutare est non conuersari dissimilibus.* Gregor. super Ezech. *Qui Sanctis adhæret in assiduitate visionis, locutionis, exemplo operis, accipit vnde accendatur in Deum, vitia fugiat, minusque sentiuntur labores Virtutis.* Senec. ad Luc. epist. 6. *Nulla res magis animos honestos, & in prauum inclinabiles reuocat ad rectũ, quàm bonorum cõuersatio.*

70 *Hieronym.* in epist. 1. ad Paulin. *Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse Prouincias, nouos adiisse populos, maria transiisse, vt eos, quos ex libris nouerant, coram quoque viderent*, refert *Rebuf.* in auth. habita, n. 40. C. ne filius pro patre.

71 *Bernard.* ad Episc. Gebeneo. epist. 28. *Bonos in consilio, bonos in obsequio, ac contubernio habe, qui vitæ, ac honestati tuæ custodes sint, & testes.*

72 *Isocrat.* 2. orat. de Regno, *Mores eorum, qui tibi præstò sunt, & conuiuunt, diligenter explora, sciens quòd omnes, qui tibi non appropinquant, similem te iudicabunt his, quorum consortio, & familiaritate vteris.* Plura eleganter ad hoc propositum cumulat doctissimus, & eruditissimus *D. D. Ioannes de Solorçano, & Pereira*, à Consiliis Indicis, eiúsque filius tanto patre dignus *D. Gabriel de Solorçano Paniagua y Trejo*, en la traduccion de la dedicatoria Real del segundo tomo del Derecho, y Gouierno de las Indias Occidentales, y notas margenales, n. 75. cum seqq.

73 *Senec.* epist. 79. *Vnus dies hominum eruditorum plus patet, quàm imperiti longissima ætas.*

74 *Seneca* ita ait, *Scholastica studia leuiter tractata delectant, contrectata, & propius admota fastidio sunt.*

pechos, cansan y muelen el sugeto, y son vna lima sorda, que consume poco a poco, y como sin sentir.

SEGVNDO ARTICVLO.

QVe en Roma, y en otras partes de Europa ha compuesto, y impresso el Doctor Barbosa muchas Obras; con las quales ha hecho gran seruicio a Dios, y a su Iglesia nuestra Madre, euidente vtilidad al gouierno, y administracion de justicia de los Prelados, Curas, Cabildos, y otras personas Ecclesiasticas, y que por ser tales, muchos Obispos de Francia, Italia, y algunos de Cataluña, han mandado por Constitucion Synodal, que se lean y sigan en sus Obispados.

LOs Escritores de materias Ecclesiasticas, necessarios son para la conseruacion de la Fè, porque faltando ellos en la Iglesia, la Fè no està segura, la Caridad se resfria, falta la Esperança, Perece el Derecho, la Ley se confunde, y la verdad de nuestra Religion se oluida; assi lo pondera el Abad *Trithemio*, [75] alabando a los que escriuen: Y prosigue, que ellos hazen mas fruto en la Iglesia, que los que predican, siendo tanto el de los Predicadores, diziendo. [76] *Es mayor la piedad del que escriue, que el officio del que predica: porque este con el tiempo se acaba, aquel dura por edades largas. El que predica, solamente habla a los que le assisten, el que escriue, predica a los que no han nacido. El Sermon vna vez oido, se pierde; los escritos, si millares de vezes se leen, no se disminuyen. Muerto el Predicador, faltò en su oficio; muerto el que escriue, siempre està predicando con lo que dexò escrito.* Y como si no estuuiera bien ponderado, buelue à dezir. *Poco vale el oficio del Predicador, sin el ayuda del que escriue. Que auia de predicar, si el que escriue no le diera que leer?*

En alabança de los mismos Escritores, el sapientissimo *Iuan Gerson:* [77] *Que ellos son los que honran la Iglesia, le dan armas, la enriquezen, la guardan, la defienden. El que escriue està siempre administrando a la posteridad la sal de la Sabiduria, y sumamente liberal franquea lo mas rico, y precioso de su caudal, que es la Ciencia, que en sus Escritos, y Libros dexa para prouecho de todos.*

En tiempo de los Emperadores y Reyes, que fauorecieron los Estudiosos, y Letrados, huuo hombres muy señalados en Letras, como fueron en Roma Octauiano, y aun Claudio, Adriano, Vespasiano, y Antonino, son palabras expressas de Pedro Mexia en su Sylua de varia leccion. [78]

Eran muy aficionados los Principes a las Ciencias y Libros; y dezia *Gordiano* Emperador, que los mas firmes presidios del Imperio, consistian en la Letras, mas que en las Armas, y fueran estudioso, y aficionado a Libros, que publicaua, que los estimaua mas que tesoros de oro y plata, como lo refiere *Ambrosio Marliano.* [79]

Del impio *Iuliano* Emperador, (cuyas costumbres, y tiranias le hizieron odioso en su Imperio, y detestable en las Historias) se alaba en ellas con grande encarecimiento la estimacion con que tratò a los Sabios, y la codicia grande que tuuo de los Libros. [80]

Nicocles Rey de Chipre, estimò mucho los Libros, y por vno que le presentò Socrates, le dio doze mil ducados, como refiere *Iuan Cochier.* [81]

El Emperador *Antonino* estimò tanto el libro que hizo vn Filosofo de la propiedad de los peces, que le mandò dar tantos ducas

75 *Trithem.* de laudibus scriptorum, *Scriptores, si de Ecclesia tollas, vacillat fides, charitas friget, spes decidit, ius perit, confunditur lex, in obliuione transit Euangelium.*

76 Idem loco citato. *Maior est Scriptoris pietas officio prædicantis, quia illius cum tempore perit monitio, istius perseuerat in annos multos annuntiatio: prædicator loquitur duntaxat præsentibus, Scriptor prædicat etiam futuris: illius sermo semel auditus in nihilum redigitur, istius lectio millies repetita nunquam minuitur: cùm prædicator deficit, cessat officium, Scriptor etiam mortuus in volumine moribus facit institutum.*

Et paulo inferiùs. *Parum valet officium prædicantis, si Scriptorum ministerio nō iuuatur. Quid ergo prædicauerit, si Scriptor quod legat non scripserit? ex pietate igitur Scriptoru vtilis efficitur sermo prædicantis: nisi enim ille scriberet, iste quod prædicaret, non haberet.*

77 *Ioan. Gers.* de laudib. Scriptorum, tom. 1. *Scriptor Ecclesiam ditat, Scriptor Ecclesiam armat, Scriptor Ecclesiam custodit, Scriptor Ecclesiam honorat, scriptor posteris sal sapientiæ administrat, Scriptor largitur, miseretur & commodat.*

78 *Petru. Mexia* in Sylua variæ lectionis, par. 3. cap 9. pag. 368.

79 *Ambros. Marlian.* in Thesauro politico, cap. 15.

80 *Ioan. Bapt. Egnatius* in Iulian. apostata. *Puer hic ingenio sublimi, callido, & litterarum ardentissimo.*

81 *Ioan. à Cochier* in Thesauro politico. lib. 1. cap. 11.

82 Refierelo el Doctor *Francisco de Monçõ* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 35. fol. 81. verso.

ducados, quantos versos tenia.[82]

El grande *Alexandro* dio grandes expensas a Aristoteles, para que hiziesse el libro de los animales, y despues que se le presentò, le hizo merced de ochocientos talentos, que hazen suma de quatrocientos y cincuenta mil ducados. Tambien estimò en tanto las Obras de Homero, que las traya encadenadas en oro. Y el Rey *don Alonso* de Napoles le ponia cada noche a su cabeçera, y con su leccion se recreaua tanto, que con ella sanaua de graues enfermedades.

El Emparador *Augusto Cesar*, y su amado sobrino Mecenas honraron tanto a Virgilio, que le dieron hazienda que valia seis mil sestercios, y segun la moneda destos tiempos, valdria dozientos y treinta mil ducados. Y *Octauia* hermana de Augusto Cesar, mandò que se diesse al mismo Virgilio diez sestercios por cada vno de los versos que auia hecho a las exequias de su hijo Marcelo, que montaron cinco mil ducados.[83]

Tubierō siempre los Libros grande estimacion entre los Reyes y Principes; por lo qual dize *san Geronymo*[84], que se adornaban los Libros con pergaminos de color de purpura, bordados de plata y oro; y en otro lugar[85] añade, los esmaltaban con diferentes piedras preciosas, y lo dixo *Ouidio*[86] en vn disticho, donde encarga a los que leyeren su libro no le vistan de purpura, porque va manifestando su dolor y tristeza. Y refiere *Plutarcho*[87], que auiendole traydo a Alexandro Magno vn cofrecillo o escritorio, que era la mas preciosa alaja de quantas se auian hallado en los Palacios de Dario, consultò con sus validos que joya de grande precio guardaria en el, y acordo hazerle caxa y archiuo de las Iliadas de Homero. Y en tiempo de los Romanos se estimaron tanto los Libros de las Sybilas, que señalò el Senado dos personas nobles que los guardassen, y despues diez, y en tiempo de Silla quinze, que llamaron Decenuiros, y Quindecinuiros, y estauan en el Capitolio segun *Marco Varro* a quien refiere y sigue *Lactancio Firmiano*[88], y auiendose quemado determinò el Pueblo Romano se boluiessen a buscar en tiēpo de Augusto Cesar.[89] Encarece *Guillelmo Choul*,[90] el cuidado en la guarda destos Libros, y assistencia de los Decemuiros, y que se pusieron en vn cofre debaxo del Templo que fabricò a Iupiter el Rey Tarquinio, tan sumptuoso y grande que le costò la obra ochenta mil marcos de plata, sin los ornamientos, vasos, y cosas preciosas de que le adornò. Y no fue menor el aprecio de los Libros de la Sybila Cumana, que lleuando a vender nueuo al mismo Tarquinio, le pedio por ellos trecientas monedas de oro, y desestimada la peticion quemò ella en presencia del Rey los tres, y por los seis pedio la misma cantidad, y, petò sucediendole lo mismo, quemò los otros tres, y por los restantes pedio las dichas monedas. Y reparando el Rey en ello conociendo tendrian misterio grande aquellos Libros, diò a la Sibila el precio, que auia pedido, como afirman *Marco Varron, Lactancio Firmiano, Zonaras, y Aulo Gelio*[91], y todos dizen se puzieron en el Capitolio con gran veneracion. Pero afirma *Plinio*[92], que los Libros eran tres y no nueue, y quemando los dos, le dio el Rey por el que le quedo quanto le auia pedido por todos. Estan reputados los Libros por cosa preciosa.[93]

No acaban de encarecer los Escritores naturales, y estrangeros, la estimacion que de los Libros, y de los Varones doctos hizo el Rey de Aragon don Alonso Quinto,[94] por sobrenombre el Sabio, y el Magnanimo, sin que el continuo exercicio militar en que gastò su vida, le embataçasse tan sabrosa inclinacion: hontò marauillosamente, y fauoreciò todos los hombres de Letras que en sus tiempos por toda Italia, y Sicilia se

halla

83 Todo lo dize el Doctor *Francisco de Monçon*, referido en el numero antecedente.

84 *S. Hieronym.* in præfat. ad Job. *Purpureis membranis auro, argentóque distinctis libri ornabantur olim.*

85 *Idem* in Zachar. *Libros deauratos, & purpuratos, ac gemmarum varietate distinctos Romani venisse.*

86 *Ouid.* lib. 1. de Tristibus.
Nec te purpureo valeat vaticinia succo,
Non est conueniens luctibus ille color.

87 *Plutarch.* in Alexand. n. 15. & 55. *Delato ad eum scriniolo, quo nulla inter opes Dary sumptuosior, & ornatior, amicos suscitatur, quidnam in illo pretiosum dignè collocaretur? Hoc optimè Iliadis Homeri custodiæ dabitur.*

88 *Marc. Varro*, quem refert & sequitur *Lactant. Firmian.* lib. 1.

89 *Sueton.* in vita Augusti Cæsaris, *Corgel. Tacit.* lib. 5. histo.

90 *Guillelm. Choul* de antiquit. Roman.

91 *Marcus Varro* lib. 1. de rebus diuinis, *Lactant. Firmian.* lib. 1. c. 16. de falsa Relig. *Zonaras* lib. 2. Annal. *Aul. Gell.* noctium Atticar. lib. 1. c. 9.

92 *Plin.* lib. 13. c. 13.

93 *Horat.* de priuileg. schol. priuil. 27. ad fin. *Alber. de Rosate* de statutis, p. 1. q. 96. n. 1. *Rebuff.* de priuileg. scholast. priuil. 113. n. 3. *Villad.* in l. 9 tit. 1. lib. 2. del Fuero iuzgo, n. 6.

94 *Lucius Marinaus Siculus* en su obra de las cosas memorables de España, lib. 11. fol. 92. in prin. *Francisco de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 25.

hallauan, buscando por todas las partes quantos libros preciosos se podian auer, y comprandolos por qualquier precio que por ellos pidiessen. De cincuenta años se puso a estudiar; entraua en los generales de las Escuelas para honrar a sus Catedraticos; y oir sus lecciones: cincuenta vezes passò la Biblia de tabla a tabla: traya por empresa vn Libro abierto. Ochocientos ducados de oro señalò a Antonio Panormitano, Varon docto. Quiso que su hijo don Fernando estudiasse, y salio tan docto como valeroso. Señalole por Maestro a don Alonso de Borja, y entrambos salieron de Valencia sin patria, vno para Papa, y otro para Rey.

No menos aficionados a las Letras, y fauoreeedores de las Ciencias, y de sus Maestros, y Escritores, vsando con ellos de gran liberalidad, fueron los señores Reyes *don Alonso el Noueno*, y *Don Alonso el Sabio*, como lo refieren *Iuan de Mariana*, *Alonso Garcia Matamoros*, *Fray Geronimo Romano*, y otros. [95]

Y a todas exceden las alabanças que atribuyen al señor *Rey Don Iuan el Tercero* de Portugal, por la Vniuersidad que fundò en Coimbra, y por auer llamado a los hombres mas doctos que auia en sus Reynos, y en las Naciones estrangeras, animandoles con grandes mercedes, y singulares fauores, y honras, a que viniessen a enseñar en ella; como lo afirman algunos de los que auemos citado. [96]

Y cõ mas particularidad el Doctor *Francisco de Monçon*, [97] natural desta villa de Madrid, Predicador, y Capellan del señor Rey don Sebastian, Catedratico en la Vniuersidad de Coimbra, y Canonigo Magistral en la Santa Sè, y Iglesia Metropolitana de Lisboa (honras que sabian muy bien dar los señores Reyes de Portugal a los que no eran naturales quando las merecian) en vn libro que intitulò espejo del Principe Christiano, dize assi: *Los Reyes de Portugal, como defensores de la Fè, instituyeron vna Vniuersidad en Lisboa, sabiendo que no menos se defiende con las Letras, que con las Armas, y dotola el Infante don Enrique, despues que el Rey don Dionis la instituyò en està famosissima, y populosa Ciudad de Lisboa, a donde con loables Estatutos se rigio muchos años; saliendo della singulares hombres en diuersas Facultades, hasta que el Rey don Iuan el Tercero deste nombre determinò de hazer vna Vniuersidad de las mas insignes de toda Europa en la Ciudad de Coimbra, por no ser de tanto trafago como es Lisboa, y alli passò todas las rentas y Catedras de la Vniuersidad de Lisboa, y buscò los mas famosos Letrados que en aquel tiempo auia en toda la Christiandad, en todas Facultades, dandoles muy grandes premios, y prometiendoles grandes mercedes, y buscando los medios que le parecio que eran conuenientes para poder ayuntar los Letrados que deseaua, que la Emperatriz su hermana me mandò venir a mi en el tiempo que estaua predicando en su Corte cõ harta aceptacion. y estuue leyendo la Catedra de Prima de Teologia en la Vniuersidad de Lisboa, &c.* Y refiere, *que para leer Teologia truxe el mismo señor Rey don Iuan de la Vniuersidad de Alcala al Doctor Alonso de Prado; y dexando la Catedra de Prima de Canones, que leya en Salamanca el Doctor Martin de Azpilcueta, que se dize el Doctor Nauarro, vino a leer la misma en Lisboa; y el Doctor Luis de Alarcon la de Visperas; y para Leyes los Doctores* Xuarez, *y Santa Cruz; y para Retorica al Maestro Iuan Fernandez que auia professado, y leido con grande fama en las Vniuersidades de Alcala, y Salamanca.* Grandes alabanças dan a España los Escritores antigos por los hombres doctos que ha hecho, della dixo *Paçato en el Panegirico* que escriuio al Imperador Theodosio [98], que haçia valienres soldados, facundissimos Oradores, y clarisimos hombres, siendo Madre de los buenos Iuezes, y grandes Principes. Y *Horacio* [99] llama al Español docto y perito. Y san Agustin [100] dize: *Los Españoles son los mas*

95 *Ioan. de Marian.* de reb. Hispan. lib. 13. c. 1. *Alphon. Garc. Matamoros* de Academ. litt. & doctis viris Hispaniæ, *F. Hieron. Roman.* lib. 5. de Republic. Christ. c. 19. *F. Petrus de Medina, & Didacus Perez de Mesa* en la par. 2. de las Grandeças de España, cap. 85. *Alphon. Sanchez* de rebus Hisp. lib. 5. cap. 5. *Francisco de Mõçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 25. fol. 61.

96 *Ioan. de Mariana, Alphons. Garcia Matamoros, & F. Hieron. Roman.* citatis locis.

97 *Doctor Franciscus de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. c. 36. fol. 85.

98 *Pacat.* in Panegyrico ad Imper. Theodosium. *Hac* (nimirum Hispania) *durissimos milites, facundissimos oratores, hac clarissimos vates parit, hac Iudicum mater, hac Principum est.*

99 *Horat.* lib. 2. Ode 20.
Me peritus discet Hiber,
Rodanique potor.

100 *S. Augustinus* lib. de ciuitate Dei.

sabios del mundo. Y de la Turditania (que es la Prouincia del Andaluzia segun *Ptolomeo*[101]) dize *Strabon*, que de las Prouincias de España la del Andaluzia se tiene por la mas facunda de estudios, de letras, y de libros, y que los Españoles de las otras, las an siempre vsado. Buscaron libros de partes muy remotas para su enseñança. Lucino Español embio a Ierusalem seis escrientes que le copiassen y traxessen las Obras de san Geronymo, recibiendolas de su misma mano, para que consiguiessen la autoridad y certidumbre de originales, como lo refiere el mismo Sancto[103]; y Laercio Lucinio tambien Español daua a *Plinio el mayor* grã suma de dinero por sus Obras, de que testifica *Plinio el menor*.[104]

Con V. Magestad, Catolicissimo Principe, en quien la Fè tiene tan seguros, como antiguos fundamentos, y con sus clarissimos Progenitores, habla sin duda Dios quando dize:[105] *Oygan, y entiendan los Reyes, y sepanlo tambien todos los Iuezes de la tierra, que vale mas ser Sabio, y Prudente, que Fuerte, y Valerosa. Amen pues los Reyes la Sabiduria, si quieren perpetuar sus Reynos.* Que lindas palabras, Señor, y que verdad tan cierta. Que Reyno es estable? Que Armas preualecen, donde la Sabiduria no gouierna? Que fuerças, donde la prudencia no se halla?

Conforma con esta sentencia del Sabio Salomon, la de los Sabios que ha auido en todos los siglos y edades; y declara platon, que por mas ricos y poderosos que sean los Reyes, no son suficientes para gouernar sus Reynos, sino son Sabios, porque la Sabiduria los haze discretos para moderar las cosas presentes, y prudentes para proueer las cosas venideras.

Es mucho de notar, lo que el doctissimo *Iuan Gerson*.[106] dize: *Que no hallan los tiranos, que desean destruyr, y assolar las Monarquias, maquinas mas poderosas para postrarlo todo, que quitarles los Libros: porque esto hecho, no les queda defensa que importe.* Y siendo Iuliano Apostata en su mocedad grande hõrador de las Letras, y amigo de los Libros, despues que empeçò à apostatar, vio que no podia hazer a la Iglesia mayor daño, que prohibir los estudios de Letras; como hizo.[107]

Los libros ocasionan las disputas, y por ellos se alcança, y apura la verdad, como lo aduierte *Morla*.[108] y esta es la razon porque los Hereges los queman, y esconden, segun lo nota de algunos *Padilla*.[109] y ẽ Africa quitarõ los Cismaticos los libros a los Catholicos para enflaqueçer sus fuerças no talo *Torreblãca*.[110] son maestros originarios de la razon de Estado, como cõsta de su definiciõ que pone *Geronimo Fracheta*.[111] Es vna pericia o destreza que nace parte de lo que otro nos enseña, parte de la lectura de las Historias, y de los Escrittores politicos; parte de las relaciones; parte del sentido; y parte de la experiencia de las cosas del mundo. Medianre los frutos que produçen los Libros se sustentan y conseruan en paz tantos y tan dilatados Reynos como dependen desta Corona de que iustamente se admira *Adam Contzen*.[112] diziendo que con todo el poderio que alcançò el Pueblo Romano, y sa Imperio a penas se passaron diez años sin padeçer sediciones, motines, tiranias, y guerras ciuiles, que ocazionaron sa ruyna y perdicion.

Sabia aduertencia fue de los Mitilenos, que a los pueblos rebeldes que vencian, o conquistauan, no dauan otra pena, sino que no pudiessen enseñar Letras a sus hijos, como lo aduierten *Elianò*, y *Iuan Cochier*.[113]

Cerca puede temer su ruyna la Republica que no cuyda de la buena criança de la moçedad,[114] y por esto el Iurisconsul-

to

101 *Ptolem.* lib. 2. cap. 5.

102 *Strab.* lib. 3. *Hi inter Hispaniæ populos sapientia putantur excellere, & litterarum studiis utuntur, & memoranda vetustatis volumina habent. Poemata, Leges que qua versibus conscriptas ex sex annorum millibus; ut aiunt; cæteri autem Hispani usum habent litterarum.*

103 *S. Hieronym.* epist. 28. & 29.

104 *Plinius minor* lib. 3. ep. 5. ad Macrum. *Referebat ipse Plinius potuisse se cum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios Laertio Lucinio quadringentis millibus nummûm, & tunc aliquanto pauciores erant.*

105 Sapien. cap. 6. *Melior est sapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis. Audite ergo Reges, & intelligite; discite iudices finium terræ. O Reges populi diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.*

106 *Ioan. Gers.* de laudib. scriptor: *Non habent tyranni depopulatores regionum, sed religionũ efficacius machinamentum, quàm si libris ipsas expoliauerint, atque priuauerint.*

107 *Ioan. Baptist. Egnatius* in Iuliano Apostat. lib. 1. pag. mihi 371. *Christianos improbo quodam odio adeò infectatus, vt studia hisce interdixerit, &c. Francisco de Moçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 36. fol. 86. ibi: *De la qual (Iglesia Romana) como se apariò el Apostata Emperador Iuliano, luego entendio tambien en hazer destruir Vniuersidades, y Colegios porque no huuiesse Sabios, &c. S. Augustin.* lib. 18. de ciuitate Dei c. 5. *inter persecutiones Ecclesiæ Dei recenset hanc, & acerrimè ibid in Iulianum inuehitur, S. Gregor. Nazianzen.* orat. 4. in Iulianum, *vbi hoc eius factum appellat scelus & tyrannidem. Rot.* eleganter decis. 325. n. 8. cum seq. p. 5. recent.

108 *Morla* in emporio tit. 1. iuris in præfat. n. 5.

109 *Padilla* en su Historia Ecclesiastica p. 1. cent. 10. 24. ad fin. & cent. 4. c. 1. fol. 146. y fol. 165. col. 1. & cap. 39. col. 2.

110 *Torreblaca* en la deffẽsa de su libro n. 43. cum sequent.

111 *Geronimo Fracheta* despues de la idea del estado fol. 36. ad fin. y fol. 40.

112 Adam Contzen. lib. 7. de su Politica c. 9. §. 3. & 4. & c. 13. §. 12. & lib. 8. c. 22. §. 2.

113 *Ælian.* var. hist. lib. 7. cap. 15. *Ioan. à Cochier* in Thesaur. Polit. lib. 1. cap. 11. vers. Atque hoc præclarè.

114 R.P. Magister. *Fr. Hieron. de la Cruz*, en el Stoico ilustrado, cap. 5. pag. 33.

to Paulo. [115] nos dà a entender, que las ciencias, y la curiosidad de leer Libros muchas vezes hazen los hombres mejores, de lo que le permite su natural inclinacion; y afirma vn docto moderno, [116] que la importancia deste negocio, hizo a muchos grandes Principes desvelarse en buscar grandes Maestros para sus hijos. Achiles tuuo por Maestro a Chiron, doctissimo en las Ciencias naturales. Agamenon a Nestor prudentissimo. Hector a Polidamanto. Thelemaco hijo de Vlisses a Menelao. Alexandro Magno a Aristoteles, Antigono a Zenon, Augusto Cesar a Polidoro.

Los seruicios hechos por las Armas, aun en este tiempo, no deuen lleuarse todos los premios: porque las Letras, por lo menos tuuieron igual estimacion à ellas, como dizen los Emperadores *Leon, y Antemio,* [117] y algunos se la dieron mayor, como fue el gran Pompeyo, que despues de auer vencido a Mitridates, y sugetado al Oriente, y Occidente, las insignias de la suprema potestad, y triunfos ganados por las Armas, humillò a Polidonio Estoico Filosofo, por estimacion de sus Estudios, como lo refieren *Plutarco, Plinio*, y otros; [118] y muchas vezes lo que no pudieron acabar las fuerças, y esfuerços, lo acabò el consejo, y la pluma de vn Sabio, como con exemplos prueua *Francisco de Monçon.* [119] No ay en esta vida cosa de mayor estimacion y aprecio que la Sabiduria [120]. Cuya excelencia no esta sugeta a humanos accidentes [121] ni a diuersas calamidades no solo haze fuerte y magnanimo al Principe, como no enseña el *sacro Texto* [122], y *san Gregorio.* [123], y parece que lo da a entender *Tito Liuio* [124], mas le da maiores reales que el mesmo Reyno, como de Iuba primero Rey de ambas Mauritanias testifica *Plinio* [125], y fue precepto y ley expressa de Platon [126], que el Rey aya de ser sabio para gouernar biē, a quien refiere *Ciceron*, y lo repetio *Plutarcho*, y otros [127], y se prueua por la prudencia y sabiduria de Carlos Rey de Francia que siendo inclinado a las letras recuperò con ellas quanto a su padre le auian ganado los Ingleses por las armas, como lo refiere *Horacio Turcelino.* [128]

Pero es gran desdicha de nuestro siglo, que la armonia de las Leyes, y el suabe concento de las Musas, no resuene tan agradable y festiuo, como fuera justo, por impedirlo el estruendo de las armas, [129] pues que segune nos enseña *Vegeccio,* [130] *las mas valientes, y gloriosas hazañas duran sola vna edad, pero lo que se escriue en vtilidad publica, dura y permanece por siglos eternos.*

Pues si la mas digna accion de vn gran Principe, es honrar a los hombres doctos, estimar los Libros, y ser estudioso, [131] Y aun contra vn tirano cruel apostata (mereciendo injurias, iras, y desprecios) templò la pluma a los Historiadores, la inclinacion que tuuo a los Estudios, el fauor que hizo a los hombres doctos, y la codicia de Libros; excediendo V. Magestad, por tan singulares Virtudes, y Partes amables, a los que celebra la Fama, por perfetos Reyes, è Emperadores, con quanta mas razon pueden los Libros, y Estudios del Doctor Barbosa, esperar de la liberal mano de V. Magestad mayores honras, y mas auentajados premios.

Muy antigua es en España, la liberalidad con los hombres doctos, aunque estrangeros: hablando *Seneca* [132] el Iurisconsulto padre del Filosofo, en vna carta que escriue a sus tres hijos, de vn famoso Letrado, llamado Turrino, dize: *Que por lo*

ē 3 *mucho*

115 *Paul* Iurisconf. lib. 4. Epitom. in l. ad exhibēdum pen. ff. ad exhiben. ibi: *Nam illa ratione etiam studiosum alicuius doctrina posse dicere sua interesse illos, aut illos libros sibi exhiberi, quia si essent exhibiti, cum eos legisset, doctior & melior futurus esset.*

116 R.P. Magister *Fr. Hieron. de la Cruz*, cit. loco, d. pag. 13.

117 L. aduocat. 4. C. de aduoc. diuer. iudicior. ibi: *Non minùs provident humano generi, quàm si praliis, atque vulneribus Patriā, parentésque saluarent, &c.* *Seneca* lib. de vita beata, c. 32. *Nos certè sumus qui dicimus & Zenonem, & Chrysippum maiora egisse, quàm si exercitus duxissent, gessissent honores, leges tulissent, quas non vni Ciuitati, sed humano generi tulerunt. Namque professores publica Sapientia ciuitati tanti prosunt, quanti oratores, patroni Magistratus, Imperatores, & Legislatores, &c.*

118 *Plutarch.* in vit. Pompei, *Plinio* lib. 7. nat. hist. c. 30. *Pet. Greg.* de Republ. part. 2. lib. 18. cap. 3. num. 5. *Ioan. à Cochier* in Thesaur. polit. cap. 11. ad finē, vers. Pompeius ille magnus.

119 *Francisc. de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. c. 34. propè fin.

120 *Prouerb.* c. 16. vers. 16. *Posside sapientiam quia auro melior est, & adquire prudentiam quia pretiosior est argento.*

121 *Macobr.* lib. 9. Saturnal. *Existima disciplinā, multas multis esse diuitiis prastantiores, ista quidem citò desinunt, illa verò per totum tempus permanent; scientia enim sola possessio est immortalis.*

122 *Prouerb.* cap. 24. *Vir sapiens fortis est, & vir fortis robustus.*

123 *S. Greg.* in moralib. *Valde fortitudo destruitur, nisi per consilium fulciatur.*

124 *Titus Liuius* de bello Punico. lib. 2. *Malo te sapiens hostis metuat, quàm quod stulti ciues laudent, omnia audentem contemnet Annibal; nihil temerè agentem metuet.*

125 *Plin.* naturalis hist. lib. 5. cap. 1. *Iuba, qui primus vtrique Mauritania imperauit, studiorum claritate memorabilior etiam, quàm Regno.*

126 *Plato* lib. 5. de Repobl. quem citat Cic. ad Quintum fratrem. *Plato tunc denique fore beatas Resp. putauit. Si aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent omne suum studium in doctrina & sapientia, collocassent.*

127 *Plutarch.* in Platone, *Valer. Maxim.* lib. 7. c. 2. de sapienter dictis, *Boet. lib. 3. de consolat.*

128 *Horat. Turselin.* in epitom. lib. 9. anno 1350.

129 *Cicer.* in orat. pro Milone, *Silent leges inter arma, nec se expectari iubent. Valer. Maxim.* lib. 5. c. 2. *Inter armorum namque strepitum verba Iuris Ciuilis exaudiri non possunt.*

130 *Veget.* lib. 1. de re milit. *Nam vnius atatis sunt, qua fortiter fiunt, qua verò pro vtilitate publica scribuntur, aterna manent.*

131 L. 6. tit. 5. part. 1. & ibi Gregor. Lopez, verb. *Todos los saberes.*

132 Senec. *Pecuniam & dignitatem, quam primum in Prouincia Hispania habuit, eloquentia debuit.*

mucho que merecia por su eloquencia, fue primero en España honrado, y premiado con dineros y Plaça. Afirma *Francisco de Monçon*, en su espejo del Principe Christiano: [133] *Que la mejor manera para tener los Reyes consigo personas sabias, es honrarlos, y premiarlos, que como dize el Proverbio antiguo. La honra cria las Ciencias, y las Artes, que por alcançarlas se dan los hombres a Estudiar.* Y por esto los Romanos desearon siempre, que los seruicios hechos por las Letras, fuessen sin dilacion premiados: para significarlo, en vnò de los lugares mas publicos, y decentes de Roma leuantò el Senado vna Estatua de persona venerable, que en vna mano tenia vn Libro, y con la otra abierta pedia el premio de sus vigilias, y Estudio, como cuenta Pierio. [134]

Mayor beneficio haze à la Iglesia Catolica el que bien escriue, y con sus Libros enseña a bien obrar, y como se ha de administrar la justicia, que si huuiera restituido vista a los ciegos, y a los muertos dado vida. Assi lo dixo el Santo Pontifice Gregorio Dezimotercio, en el Breue [135] que embiò a aquel gran Maestro de la Vida espiritual que santificò la lengua Castellana con sus diuinos Escritos, el Padre Fray Luis de Granada, hablando de la vtilidad que de sus Obras sacò la Iglesia, y de los hijos que con ellas le ha dado, por las quales grandissima cantidad de Almas se han reducido al conocimento de la verdad, y salido del miserable abismo de pecados, donde estauan sepultadas. Dize pues aquel Santo Pontifice. *Quantos han aprouechado por vuestros Sermones, y Escritos (y es cierto, que han aprouechado muchos, y cada dia aprouechan) tantos hijos aueis engendrado para Christo, y les aueis hecho mucho mayor beneficio, que si estando ciegos, ò muertos, les recobrarades de Dios la vista, y la vida.*

De los libros (cuya leccion haze, que los hombres sean virtuosos, y destierra de su presencia los vicios, y enseña como han de exercer cada qual su ministerio) resulta gran seruicio a la Iglesia, y exaltacion a la santa Sede Apostolica. Esto mismo juzgò la Santidad de Vrbano Octauo, obrava la leccion de los Libros Ecclesiasticos del Doctor Barbosa, en vn Motuproprio, [136] llamandolos necessarios, y compuestos para la propagacion de la Fè Catolica, y exaltacion de la Santa Sede Apostolica.

El Obispo de Monopoli *Fray Iuan Lopez*, de la Orden de Santo Domingo, [137] y que lleuò adelante la Historia della, si huuiera leido esta clausula del Vicario de Christo, y sucessor de San Pedro, tanbien por las Obras del Doctor Barbosa, pudiera dezir lo que de las del Maestro Fray Luis de Granada dize, con las palabras siguientes. *Pocas cosas se han visto como estas, con que aquella santa Silla aya honrado a los benemeritos de la Iglesia; que quando en aquella Era vinieron los hombres muy insignes, que tuuieron las Iglesias Griega, y Latina, no sè si con mas encarecidas palabras se pudieron significar los trabajos, y obligaciones que se tenian a los antigos Padres.*

Reducen a mejor estado los hõbres la leccion de los libros, como se prueua de la ficcion de los antigos que pintaron, a Orfeo acompañado de fieras, aplaudido de riscos y peñas, y reuerenciado de las plantas y arboles por la dulce y atractio de su musica lo qual se origino de que auiendo sido Maestro de los de Tracia y dadosles libros, y dotrina, de intrarables los hizo dociles, de fieros mansos, de barbaros sugeros, y de rusticos y ignorantes, Doctos y sabios. [138]

Los Escritores de Tratados, y Discursos graues, necessarios, y de conocida doctrina, dan alimentos a los buenos ingenios, y desesos de saber, como dize *Seneca*, [139] son de consuelo para

quien

133 *Franciscus de Moçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 14. in fine.

134 *Pierius* lib. 4. variar. de lib. *Qui vna manu volumẽ replicatarum continebat, alterã ad mercedem operis sparsam porrigebat.*

135 *Greg. XIII.* in quodã Breui ad piũ illum Religiosum Fr. Ludouicum Granatensem trãsmissũ incip. *Diuturnus, atque assiduus labor tuus*, sub dat. 21. Iulij 1582. ibi. *Quot ex scriptis tuis profecerũt, (profecisse autẽ permultos, quotidiéque proficere certum est) totidem Christo filios genuisti, longéque illos maiori beneficio affecisti, quã si caecis aspectũ, aut mortuis à Deo vitam impetrasses.* Refert Licent. *Ludouic. Muñoz* en la Vida y virtudes del venerable Varõ el P. Maestro Fr. Luis de Granada, lib. 3. cap. 15.

136 *Vrbanus VIII.* in suo Motu propio incip. *Romanũ*, sub dat. Romę apud Sanctam Mariá Maioré anno Incarnationis Domin. 1626. 15. Kalend Septemb. ibi. *Romanum decet Põtificem personas litterarum scientiis praeditas, ac maximis, longis, immensisque laboribus in componendis, & edendis Libris, ex quibus Respublica Christiana incrementum suscipiat, indefessas praerogatiuis, & gratiis singularibus cohonestare, quò feruentius in eisdem laboribus insistant, atque alij eorum exemplo ad huiusce generis Virentes, peramplius excitentur. Cum itaque dilectus filius Augustinus Barbosa, Presbyter Bracharensis, Iuris vtriusque Doctor, spatio plurium annorũ ad Catholica Fidei propagationem, Sedisque Apostolica exaltationem Libros, &c.*

137 *Fr. Ioannes Lopez* Episcopus Monopol. in historia S. Dominici, p. 4. lib. 3. cap. 19. quem refert *Ludouic. Muñoz* in vita Fr. Ludouici Granatens. lib. 3. cap 15. pag. 231.

138 Natal. Comes in Ouid. lib. 10. metamorph. fab. 10. *Siluestres homines sacero, interpresque Deorum, Cadibus, & foedo victu deterruit orpheus. Dictus ob id lenire tigres, rapidosq. Leones.*

Quintil. lib. 1. de instit. orat. c. 8. *Quia rudes quoq; atq; agrestes animos admiratione mulceret non feras modo, sed saxa etiam, syluasq; duxisse, posteritatis memoria traditum est.*

139 *Senec.* epistol. 85. *Alit lectio ingenium, & studio fatigatũ, non sine studio tamen reficit.* Damas. ad Hieron. *lectione quidem veluti quotidiano cibo alitur, & pinguescit homo.*

ra quien los lee.[140] Los libros son pasto de ciencia y doctrina, como dixo el Espiritu sancto por *Hieremias*[141], y son manjar tan dulce y sabroso quanto lo significo el *Profeta Ezechiel*[142] diziendo sustentome con libros, y dexanme la boca de sabor de miel. *San Iuan*[143] lo repetiò en su Apocalypsi. Y por esso *Iosue*[144], aconsejaua no sea el alimento de otra cosa que de libros, y que continuamēte se esten leyendo y meditando: y esta fue la causa porque las fabulas de que se valieron los Gentiles para su enseñança se sacaron de los libros sagrados, como prueua *Torreblanca*[145]. Dan los libros memoria en los negocios, seguridad en las preuenciones, grandeza en la liberalidad, confiança en los trabajos, amistad en las prosperidades, efficacias en las razones, grauedad en el silēcio, rectitud en los pareceres, fortaleza en las determinaciones, y piedad en los despachos[146]. Enmiendan, y endereçan los libros las costumbres en los Principes, como muestra el *Padre Mariana*[147] son dechados y muestras de varias cosas y casos. Abrieron, dize el *Texto sagrado*[148], los libros en que hallaron muchas cosas que imitar. Estan reputados por muy fuertes, pues por ellos se suple y da ser a lo defectuoso de la naturaleza[149]. Finalmente de su trato se siguen conocidas medras, como dize *Valdesio*[150] refiriendo à *Salustio*[151], que trae el exemplo de los de Athenas de quienes dize fue mayor la fama que los hechos, pero por la copia de sabios Escritores que admitieron en su Republica, excedieron a todas las demas Prouincias con los innumerables libros, a diferencia de los Romanos que solo atendian a sus negocios particulares, anteponiendo el obrar al dezir y escriuir, sin loqual los talentos y ingenios no pudieron ser conocidos. Y por remate y conclusion son singularissimas las palabras de *Cassiodoro*[152], y tan conformes a los libros, quanto no es possible significarlo, sino es con ellas mismas. *Vos otros*, dize; *soys la honra destos Reynos, soys la defensa y presidio de todo el mundo, sin duda que teneis muchos de diuinos, pues todos vos buscan y reciben con singular afecto*. Y no se oluido el *Doctor de las gentes*[153] de honrar los libros pues afirma son prouechosos para enseñar, para arguir, para castigar, para administrar Iusticia, y para reduzir los hombres a vida ajustada y quieta. Todo esto puede y aun milagros mayores la continua leccion destos maestros mudos, destos amigos fieles, consejeros seguros, verdades sin afete, palabras sin lisonja, castigos con blandura, y desengaños verdaderos de nuestra cegueredad. Viene al mundo nuestra Alma enbuelta entre tenieblas, y llena de estupenda ignorancia, la qual sumergida vna vez en la misera carcel deste cuerpo crece, y se aumenta tanto mas quanto dura y se prolonga mas la vida, si antes la luz y resplandor de la dotrina, y las ardientes lumbres de la sabiduria no lo acrisolan, limpian, y purifican. Este admirable efeto obran los buenos libros, esta mudança noble; de vn ser rustico y basto a vn perfeto y hermoso. Assi miramos transformaciones semejantes cada dia, y essa ventaja lleua el docto al ignorante, que el muy sano al enfermo; el hombre racional a los brutos siluestres, el cauallo domado y corrigido, al indomable y fiero, y segun *Aristoteles*, la que haze el viuo al muerto. Tanto valor estimacion y aprecio se alcança y grangea con los libros, ninguno ay por insulto que sea de quien si le buscamos no saquemos prouecho. Pues si aquesto se afirma de los malos, que no podremos esperar de los buenos? que virtud, que excelencia no se encierra en su abismo? que piedad, que iusticia, que fortaleza, que templança, que prudencia, y auisos no ensierran sus ringlones? Si el que los trata es iusto

141 *Hierem. c. 3. Dabo vobis Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.*

142 *Ezechiel c. 3. Comedi volumen, & factum est in ore sicut mel.*

143 *S. Ioan. c. 3.* Apocalypsi. *Accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce.*

144 *Iosue c. 1. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo.*

145 *Torreblanca* in defens. de Magia, n. 48. & ex n. 54.

146 *Volaterran.* lib. 28. in Philolog. *Habebis in negotio memoriam, in occasione cautionem in moribus generositatem, in labore constantiam, in diuitiis amicitiā, in oratione persuasionem, in silentio ornatum, in sententia iustitiā, in audacia fortitudinem, in actione potentiā, & in natura pietatē.*

237 *P. Mariana* de Rege & Regno lib. 2. c. 8. ad fin. *In superiorum Principum vita suos mores quasi in speculo contemplabuntur, laudatos aliquando, castigatos sapiùs. Et vna ratio est Principis morbis, & imperitia medendi.*

148 1. *Machab. c. 3. Expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum.*

149 Ex *Plat.* notat *Carol. Scribani* lib. 2. instit Polit. c. 2. ibi, *In arte, & doctrina plus esse præsidij, quam in natura, Aristot.* lib. 7. Politic. c. 17. *Omnis ars & disciplina implere vult id, quod deest naturæ.*

150 *Valdes.* de dignitate Regū, Regnorumque Hispaniæ, in procem. n. 26.

151 *Salust. Atheniensium res gesta (sicut ego existimo) satis ampla, magnificaque fuerunt, verùm aliquanto minores tamen, quàm fama feruntur, sed quia prouenere sibi Scriptorum magna ingenia per terrarum Orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur; ita eorum qui ea fecere virtus tanta habetur, quantum verbis potuerunt extolli præclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit; quia prudentissimus quisque negocio suo intentus maxime erat. Ingenium nemo sine corpore exercebat. Optimus quisque facere quàm dicere, sua ab aliis benefacta laudari, quā ipse aliorum narrare malebat.*

152 *Cassiodor.* lib. 1. epist. 1. *Vos estis Regnorum omnium pulcherrimum decus, vos totius Orbis salutare præsidium, quòd cæteri dominantes iure suscipiunt, quasi in vobis singulare aliquid esse cognoscant.*

153 *S. Paul.* in epist. 2. ad Timoth. c. 3. ad fin. *Omnis scriptura vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo ad omne opus bonum instructus.*

es iusto con ellos es mas santo, si discreto, mas sabio, si entendido mas cuerdo, y si bueno mejor. Porque su leccion y discurso refresca la memoria, despierta el iuicio, inflama los dezeos para seguir la virtud, y caminar adelante con ella. Encomienda *San Pablo*[154] a su Discipulo Timotheo, que se ocupe con la leccion de los Libros. Y *San Geronimo*[155] aconseja a Eustochio, que sea tan assiduo en la leccion de los Libros, que no le tome el sueño sin ballarle con alguno en la mano, y que quando vēga, le sirua la santa Biblia de almohada. Son los libros los mejores, y mas seguros Consejeros que puede tener vn Principe, llamauales muertos aquel gran Rey de Aragon Alfonso el Primero:[156] porque estos sin adular, ni encubrir nada, nos dan a beuer la pura y mera verdad.

El Doctor Barbosa en estudiar, trabajar, y componer Libros, que ocasionan a tan importante ocupacion, y empleo, se ha adelantado a mucho mas que a los Autores muy auentajados se le pide, segun *Seneca*[157] sacando a luz juntamente tantos, y tan buenos Libros, siendo la causa de auer sabido tanto, la de auer enseñado mucho; danse la mano lo vno a lo otro, como dize el mismo *Seneca*[158] Es constante, que no ay libro por malo y inutil que parezca que no tenga algo, y mucho bueno, y de que se puedan sacar doctrinas y preceptos muy vtiles, aiustandolos el Lector al punto para que los busca, que es doctrina de *Plinio* aquien refiere el mayor politico destos Reynos[159], y por vna muy aguda y elegante metafora lo dio a entēder *Seneca*[160]. No es tan estrecho el asunto de vn libro que no se estenda a varias y diuersas materias, de que se puede el leyente valer para muchos casos, auiendo a penas libro en que no se halle algo nueuo, como aduiertio *Seneca*[161] y *San Geronymo*[162].

Està el gouierno de la jurisdicion Eclesiastica en los Obispos, como lo enseña el Apostol San Pablo, en diferentes cartas que escriuio a sus Discipulos Timoteo, y Tito, ambos Obispos; y de exercitarla, como ordenan las Bulas Apostolicas, y determinan los Sagrados Canones, redunda en el pueblo Christiano grandissimo prouecho, se arraiga mas la puridad de la Fe Catolica en la obediencia de la Santa Iglesia Romana, y en la reformacion de las costumbres.[163] Todo lo qual ha tratado copiosa, y doctamente el Doctor Barbosa, en aquel su Libro del Oficio, y potestad de los Obispos, donde comprehende con singular disposicion, y elegancia (como lo confiessan los que le han leido) toda la materia de tal manera, que no necessitan los Prelados de otro norte, ni guia para caminar, y gouernarse en el ministerio de su oficio Pastoral; Obra, cuyo argumento, y assunto no sè que en la nuestra Facultad aya podido escogerse, ni imaginarse mas prouechoso para todos los Prelados, ni mas ilustre en la grauedad, y dignidad de los puntos que trata, ni mas a proposito para la noticia, y gouierno de la carga, autoridad, y jurisdicion de los Obispos, muy parecido al que nos propone *Quintiliano*[164], y dignamente se le puede aplicar las alabanças, que de otros de su tiempo dexaron escrito *Plinio segundo*[165], y *Sidonio Apolinar*,[166] Prueuas son de su bondad, y recebida dotrina, las

siete

154 Paul. 1. ad Timoth. cap. 4. *Attende lectioni.*

155 *S. Hieron.* ad Eustochium. *Teneati codicem somnus obrepat, & cadentem faciem Pagina Sācta suscipiat.* De la grande vtilidad que se saca de la leccion de la sagrada Escritura, habla doctamente *Francisco de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 33.

156 *Iustus Lipsius* in epistol. ad Polit. *Alphonsus olim eximias ille Regum interrogatus, qui essēt optimi Consiliarij? Mortui respōdit, libros scilicet, & hac talia monimenta intelligens, qui nihil blandientes puram, meramque propinant veritatem.*

157 *Senec.* epist. 45. *Non refert quàm multos, sed quam bonos habeas libros.*

158 Idem epistol. 7. *Mutuò hac ano fiuat, Doctores dum doceat, discunt.* Docendo enim quis doctior efficitur, vt probat *Rebuff.* de priu. scholast. priuil. 31. n. 136. vb. adducit illum versiculum.

Discere si quaris, doceas, sic ipse doceris.

159 *Bobadil.* in sua politica p. 1. in procem. n. 16.

160 *Seneca* epist. 45. *In vno eodemque pacto bos quarit herbam, canis leporem, & spineta lacertā.*

161 *Idem Seneca* epist. 65. ad Lucillum. *Multum adhuc restat operis, multumque restabit, neque vlli nato post mille sacula pracludetur occasio aliquid adhuc adiiciendi.*

162 *S. Hieron.* aduersùs Vigilant. *Operis mei est, & studij multos legere, vt ex plurimis diuersos flores carpam, non tam probaturus omnia, quàm qua bona sunt electurus, assumo multos in manus meas, vt à multis multa cognoscam.*

163 Librorum sana doctrina ad virtutem homines trahit, & à vitiis eos abducit, orator *August. Barbosa* de Officio & potestate Episcopi, part. 3. allegar. 90. n. 1. *Fr. Marc. Anton. de Camoes* in sua microcosmia, part. 2. Dial. pag. 111. *Bobadil.* in sua Polit. lib 4. c. 1. n. 3. donde dize, *Que la leccion de buenos libros, es de mucha vtilidad.*

164 *Quintilian.* in Dial. de orat. *Studium, quo non aliud in ciuitate nostra, vel ad vtilitatem fructuosius, vel dignitatem amplius, vel ad vrbis famam pulchrius, vel ad totius Imperij, atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari potest.*

165 *Plin. iun.* loquens de libro Maximi, lib. 4. epist. 20. *Est opus pulchrum, validum, acre, sublime, varium, elegans, purum, figuratum, speciosum etiam, & cum magna tua laude diffusum.*

166 *Sidon. Apollinar.* agens de alio libro *Claudiani*, lib. 4. epist. 3. *At quod, Deus magne, quantumcunque opus illud est materia clausum, declamatione conspicuum, propositione obstructum, disputatione reseratum, vernantis eloquij flore mollitum, &c.*

ſiere impreſſiones que en tã pocos años ſe hã hecho della; y la aprouaciõ cõ que ha querido hõrarla la Sãtidad de Vrbano Octauo, Maeſtro doctiſſimo en qualquiera Facultad y Ciencia que ſea, el qual leyẽdola, preſẽre ſu Auctor, la alabò cõ palabras de grãde encarecimiẽto. [167] Y el *Cardenal Franciſco Barberino* ſu Nepote [168] cõ el miſmo afecto ha hõrado eſta, y las demas Obras del Doctor Barboſa, reconociẽdo ſiẽpre lo que merece por ellas, tãto en Roma, como con cartas que le eſcriuio a eſta Corte, y particularmenre en vna, cuya copia eſtà a la margen.

Deſpues del Obiſpo, ſe ſiguẽ en el Oficio Paſtoral, y Cura de las Almas, los Parochos, a cuyo cargo eſtà negocio de tãta importãcia, y que pide muy particurar eſtudio, y aplicacion, para que conoſcã el peſo de ſu obligaciõ, y como hã de cũplir cõ ella. Deſeãdo pues el Doctor Barboſa hazer vn Directorio que abraçaſſe lo vno, y lo otro, cõ la breuedad poſſible, y ſin que le faltaſſe coſa de importãcia; ſacò a luz vn Trarado del Oficio y Poteſtad de los Parochos, cõ admirable diſpoſicion, y claridad, del qual ſe hã hecho muchas impreſſiones; y porque cõtiene marcria tã vril, y neceſſaria [169] algunos Obiſpos de Frãcia, Italia, y Cataluña han obligado a los Curas de ſus Dioceſes, por Cõſtituciõ Synodal, que le tẽgã y eſtudiẽ, y ſe hagã capazes de ſu doctrina. Conoceſe tãbiẽ la grãde vtilidad que de ſu lecciõ reſulra, por la aficiõ cõ que ſe buſca, y comẽçandolo qualquiera a leer, no lo ſabe ſolrar de las manos, que es vno de los indicios cõ que ſe califica la bõdad de los Libros, ſegũ lo dio a entẽder *Plinio Segundo.* [170] El mas noble miẽbro del Eſtado Eccleſiaſtico, sõ las ſanta Igleſias, y ſus Cabildos, [171] y para que las Dignidades, Canonigos, y otros Prebẽdados, de que ellos ſe cõponen, conoſcã ſu oficio en la Igleſia, en el Coro, y en el Capirulo, hizo el Doctor Barboſa otro tratado, que lo cõprehende todo, del qual ſe hizierõ algunas impreſſiones, que ſe deſpacharõ breuemẽte; y para que no ſe eche menos tã importãte Obra, ſe buelue quarta vez a imprimir cõ las dos de arriba, por ordẽ, y cuenta de ſu Autor.

Otros muchos Libros ſobre todo el Derecho Canonico, y de materias Eccleſiaſticas, y Legales, no menos prouechoſos, y practicos, [172] ha impreſſo el Doctor Barboſa, ſiempre ocupado con el pleyto de ſu penſion (ya acabado, por auer obtenido la poſſeſſiõ de ſu Dignidad, en virtud de la clauſula del regreſſo) que catorze años conrinuos le truxo inquieto, y grandemenre diuertido de ſus Eſtudios: los quales requieren hõbre libre de otros cuydados, y ocupaciones. [173] Todas ſus Obras andan impreſſas en veinte y vn Tomos, y contienen dos mil y ſeiſcientos pliegos impreſſos en papel de Francia, que llaman de marquilla, y en caracteres pequeños; a demas de mil y rrecientos de informaciones en Derecho, que ha dado a la Eſtampa en eſta Corte. Concebir a ſacar a luz rales partos, no lo puede hazer ningun entendimiento, que no ſe halle inundado con vn grande raudal, o auenida de Letras, como dixo *Petronio Arbitro.* [174]

Entre rodos aquellos que haſta nueſtros tiempo han eſcrito materias Eccleſiaſticas, ſe podrà afirmar, que no ay alguno que aya hecho Libros, ni en mayor numero, ni mas eſcogidos, y prouechoſos: hallanſe en ellos para bien de la Republica, muchas coſas que perſuaden a la Virtud, y buenas coſtũbres, dichas cõ grauedad, diſpueſtas con aptitud,

I tratadas

167 *Plin. iun.* lib. 4. Epiſtol. 8. *Grauiſſimo Principis tuũ ſcinm in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt.*

168 Carta del Eminẽtiſſimo Cardinal Frãciſco Barberino; en el ſobre eſcrito de fuera. *Al molto Illuſtre, & molto Reuerẽdo ſignor il ſignore Dottor Auguſtino Barboſa. En Madrid* De dentro.

Illuſtre & molto Reuerendo ſignore.

Da V. S. receuo frequenti teſtimoni del ſuo merito, per che non può rimanere oculta, & ocioſa la ſua virtù, & valore, & io ſi come iò d'eſſere conoſcitore dell'uno, & dell'altro, coſi ſentirei non piccol guſto de poterla all'incontro riconoſcere conforme al ſuo merito, & alla ſtima en che io la tẽgo: & confidando che V. S. reſti interamente perſuaſa de ſi prõta mia diſpoſitione verſo lei, deſidero che ſe ne ripromettа ancho glò effetti in ogni occaſione, & in tanto le prego vero contento, di Roma 19. Gennaro 1636.

Al piacer de V. S.

Franciſco Card. Barberino

169 *Phadr.* lib. 3. fab. 56. *Niſi vtile eſt, quod facimus, ſtulta eſt gloria*

170 *Plin. iun.* lib. 1. Epiſt. 16. *Eſt ergo mecum per diem totum, eundem antequam ſcribam, eundem cum ſcripſi, eundem etiam cum remitto, non tanquam eundem lego.*

171 Canonici Cathedralis diciũtur Clerici primi gradus *Innocent.* in cap. Fraternitatem, verſic. Et maior, de ſepultur. *Boer.* de auctoritate magni Cõſilij in addit. ad Ioann. Mõtaig. in d. tract. par. 1. n. 24. *Rota* in Cæſaraugustana Synodi 22. Iunij 1626. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano.

172 Laudandus eſt ſcriptoris cuiuſque conatus, quoniã lenius in addiſcẽdo paſſurus ſit onus, qui collectas in vnũ materias lectitabis; ſicut è cõuerſo reprehẽdẽdus, qui poſſet, & nolit poſteris ſtudioſis quicquã ſcriptum relinquere, vt *Bald.* dicit in proœmio Decretal. in princ. n. 3. quem citat *Gonçal.* ad regul. 8. Cancellar. in proœm. n. 10.

173 *Ouid.* lib. 1. de triſtibus, elegia 1.

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quarunt.

Cicer. 1. Rhetor. *Studium eſt vehemens applicatio animi cum magna voluntate ad agendum. Seneca* de breuitate vitæ, c. 6. *Nulla res benè exerceri poteſt ab homine occupato.*

174 *Petrõ. Arb.* in Satyr. *Neque enim concipere, aut edere partum mens poteſt, niſi ingenti litterarũ flumine inũdata.*

tratadas cõ llaneza, y abũdácia, y juzgadas cõ exacciõ, y agudeça; lasquales siruẽ de hazer que se estimẽ en algo, y se juzguẽ por escogidos:[175] mayormẽte en tiẽpo que ay tãta falta de buenos Maestros.[176] I siendo las obras del Doctor Barbosa de tãta estimaciõ, y el tã buscado por ellas, y tã alabado de todos nũca excedio los terminos de la modestia en referir su parecer, antes con gran humildad habla con los doctos y enseña a los que no saben, le parece que qualquiera otro le excede sin nota de arrogãcia; alabò mucho este natural *Miguel Ioan de Vimbods* en vna carta que escriuio al Docto Varon Iosepho Ripamontio.[177] Podiera muy biẽ cõ las repetidas impressiones de sus obras manifestar al Mũdo los applausos que an tenido las primeras: no aguardu Ouidio a que otros le celebrasẽ la obra del Metamorphoseo, ni le prometiessen por ella la eternidad de su nombre, antes el mismo iuzgãdo por cierto que la dexaua alli vinculada, se atreuio a cantar sus alabãças,[178] siendo que lo mas seguro es remetir en esta parte nuestro iuycio al ageno, y aspirar solo a que la posteridad aprueue si quiera los buenos deseos, como *Plinio iunior* lo dixo de si.[179] y digo la posteridad porque en uida pocos ay que aun puedan cõseguir esto por ser ordinario (aunq; muy iniusto) se rescasos en estimar, y alabar los escritos de los Autores que comunicamos o conocemos, como lo aduierte *Marcial* y:[180] *Plinio Iunior* hablando de Põpeo Saturnino repruena como otros esta mala costumbre[181].

Vna de las cosas que mas euidẽcia muestra para conocerse la estimaciõ que destas Obras hazẽ los mejores, y mas lucidos Sugetos de Europa, fue lo que vio el Marques de Castel Rodrigo, Embaxador de V. Magestad en Roma, el qual en el primer dia que entrò en aquella Corte, y fue a besar el pie a la Sãtidad de Vrbano Octauo, le lleuò su Beatitud hasta la vltima pieça en que dormia, dõde le mostrò algunas Obras del Doctor Barbosa, que tenia solamẽte en vn bufete jũto a su cama, hõrãdo mucho las Letras, y Virtud de su Autor; argumẽto cierto, y fortissimo de la grãde estimaciõ que hazia dellas; hõra y fauor digno de estimarle en mucho,[182] mas sin cõparaciõ alguna, que los que antiguamẽte se haziã a Libros de Autores insignes. *Iuzga Plinio Segũdo,[183] por dichosos a aquellos a quiẽ cõcede el Cielo, que puedã obrar cosas dignas de ser escritas, ò escriuir cosas dignas de ser leidas.*

Venerauã los primeros honradores de las Letras por cosa sagrada en los Libros a los Autores que los cõponiã, y para sola esta demõstraciõ, teniã vna Diosa y Tẽplu a quiẽ, y dõde los dedicauã. A lo qual alude *Marcial,*[184] embiãdo siete libros que auia cõpuesto a vn su amigo, llamado Iulio, curioso en recoger con cuidado en su Libreria semejãtes Estudios, diziẽdole: *Entre otros Versos mas sagrados que los mios, si huuiere lugar para los que ha inspirado la Musa Talia, entremete estos siete Libros que te embio, aũque sea poniẽdolos en el vltimo lugar de tu Libreria, porque soy Autor dellos, los he limado con particular estudio.*

Tãbien el Tẽplo de Apolo se edificò para este mismo efeto, el qual estaua en aquella parte del Palacio Imperial, sobre que cayò vna vez vn rayo, y siẽdo cõsultados los Aruspices,[185] que misterio tuuiesse este caso, respondieron: *Que el Dios Apolo significaua, que por aquella manera queria que en aquel mismo lugar se le leuantasse vn sumtuoso Templo, como lo hizo Augusto y en el se pasiessen los Libros, y Escritos de los hõbres eminẽtes en Letras.* A esto alude *Horacio,*[186] famoso Poeta, y singular Filosofo moral, quãdo dize hablãdo cõ los Autores de Libros: *Qualesquiera q̃ tu pusieres en el Templo de Apolo, que està en el Palacio Imperial* Y *Marcial,*[187] en vna Prosopopea cõ vn Libro suyo, dize otro tãto: *Libro mio vsa de tu derecho,*

175 *Martial* lib. 7. Epigrã. 70. *Triginta toto mala sũt Epigrammata Libro, Si totidẽ bona sunt, Lause bonus liber est.*
Idem lib. 1 Epigram. 17. *Sunt bona, sunt quedam mediocria, sunt mala plura Que legis hic. aliter nõ fit Auite liber.*

176 *Seneca* lib. 1. de tranquil. c. 3. *Non is solus Regi prodest, qui Candidatas extrahit, & tuetur reos, & de pace, belloque censet; sed qui iuuentutẽ exhortatur, qui in tanta bonorum Preceptorum inopia, virtute instruit animos, & qui docet quid sit iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo.*

177 *Michael Ioan Vimbodinus. Quod mirere magis in tanta doctrina, in plausu tanto, nihil in illo elatum, aut tumidum, rara viri modestia, suauissima consuetudo, nihil ... se superbum sensit vnquam, io iuntus est nihil, &c.*

178 *Ouid.* lib. 15. Metamorph. *in fin. Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.*

179 *Plini. iun.* lib. 9. Epist. 14. *Posteris an aliqua cura nostri nescio. Nos certe meremur, vt sit aliqua non dico ingenio, id enim superbum, sed studio, sed labore, & reuerentia posterum.*

180 *Martial.* lib. 5. epigr. 10. *Esse quod hoc dicam viuis quod fama negatur.*

181 *Plini. iun.* lib. 1. Epist. 16 *Neque enim debet operibus eius obesse quod viuit. An si inter eos quos nunquam vidimus, floruisset, non solum libros eius, verum etiã imagines cõquireremus. Eius vero nunc honor prasentis, & gratia quasi satietate langaescet? at hoc prauũ, malignumq; est non admirari hominem admiratione dignissimũ, videre, alloqui, audire, complecti, nec laudare tantum, verum etiam amare contingit.*

182 *Plin. iun.* lib. 4. Epistol. 8. *Grauissimi Principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi, pulchrum est.*

183 Idem *Plinius iun.* lib. 6. Epist. 16. *Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datũ est, aut facere scribenda, aut scribere legenda; beatissimos vero quibus vtrumque.*

184 *Martial* lib 7. Epig. 15. *Inter carmina sanctiora siquis Lasciuæ fuerit locus Thaliæ, Hos nido licet inferas, vel imo, Septem quos tibi misimus libellos Auctores calamo sui notatos.*

185 Destas respuestas de Aruspices, y de los orac... Idolos habla *Fran. de Mõçõ* en el espejo del Princi[p]e Christiano, l. 1 c. 32. vers. Semejãte vanidad, fol. 7... 186 *Horat.* de Arte poet. *Scripta Palatini q... reponis Apollo.*

cho, y vè, y ponte en el Templo nueuo, que se hizo y consagrò a Apolo, para dedicar en el los Escritos de los hombres a quien fauorecen las Musas. Y aun *Ouidio*[188] embiando desde el Ponto donde estaua desterrado, sus lagrimas escritas, habla en la misma conformidad, diziendo: *Libro mio, à buen passo camina desde aqui, y subè de vn escalon en otro hasta lo alto del Templo de Apolo, dedicate en el, como lo hizieron los hombres doctos antiguos, y lo hazen los modernos, para que alli estès patente a todos los que te quisieren leer*

Dio principio a esta tan loable costumbre, y misteriosa inuencion aquel famoso Asinio Polion, grãde honrador, y estimador de los hombres Sabios, como refiere *Plinio*,[189] diziendo: *Esta sagrada inuencion la hallò en Roma Asinio Polion, que fue el primero que dedicò Libreria, y lugar donde colocàdo los Escritos de los Varones eminẽtes, hizo alarde, y publica manifestacion de los buenos, y raros ingenios;* como si dixera: *Hallè camino, y modo para poner otras tãtas Estatuas de los Autores en los diuinos Tẽplos, quãtos Libros suyos se cõsagrauã en ellos,* en emulaciõ de los Templos, y estatuas que se leuãtauã a los valerosos Capitanes, que peleauã en defensa y libertad de sus comunes patrias, a dõde mirò *Seneca*[190] quãdo dixo: *Que el hõbre docto nacio para el biẽ publico y comun prouecho;* y oy se veen en Roma, y en otras ciudades de Italia, Frãcia, y Alemania, colunas leuãtadas a la memoria eterna de Varones insignes en Letras, con estas B. P. N. ò estas B. R. P. N. que quieren dexir: *Naciò este hombre sabio para el bien publico, ò para el bien de la Republica.*

Mucho han honrado, y celebrado los Escritos del Doctor Barbosa, los mas graues Autores desta edad, haziendo dellos honorifica mencion, que el alabar a los buenos, es de mayor gloria, y prouecho a los mismos que los alaban, que a los alabados, como enseña San Agustin.[191] y la alabança quando procede de personas que por si son y se an hecho dignas de merecerla es la que se tiene y estima por verdadera segun el dichoantigo de *Neuio* poeta referido por *Ciceron*,[192] y la queida nobleza y realces al alabado, como dize *Ennodio*[193] ni excede el que se alaba a si quando cita en su abono testimonios agenos[194].

Miguel Iuan de Vimbodi[195] docto, y eloquente Escritor, Teologo excelente, en el libro que intitula, *Medico de las Almas*, cita al Doctor Barbosa con estas palabras: *Los Varones graues, que son deste mismo parecer que yo, refiere en su Pastoral el Doctor Agustin Barbosa Portugues, Varon de rara doctrina, cuya agudeza de ingenio, y continuo estudio en escriuir, hemos todos muchas vezes experimentado, de que daran testimonio en la futura posteridad las diferentes Obras que ha dado al Mundo.*

El mismo Autor[196] en vna carta que escriue al docto Varon Iosepho Ripamontio, vno de los Doctores Teologos del Colegio Ambrosiano de Milan, en vn capitulo della dize: *Agustin Barbosa (con quien en Roma tuue frequente comunicacion, y agradable amistad) hombre que no cessa en producir, y sacar a luz Libros; Varon en esta Era grande, ya en sus santas, y buenas Costumbres, ya en la excelencia de ingenio, memoria tenaz, vario, y increible conocimiento del Derecho; lo que hallarà ser assi qualquiera, si lo mirare con ojos desapossionados, y afecto de topar con la verdad.*

Leon Alacio[197] en el Tratado de Varones Ilustres, que fueron

I 2 en

188 *Ouid.* lib. 3. de Trist.
Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intensi candida Templa Dei,
Quaque viri docti veteres fecere, nouique,
Pectore lecturis inspicienda patent.

189 *Plin.* naturalis hist. lib. 35. cap. 2. *Asinij Polionis hoc Romæ inuentum, qui primus Bibliothecã dicãdo ingenia hominum rem publicam fecit.*

190 *Seneca* de tranquil. cap. 8. *Bono publico natus, sibi & aliis salutaris, qui ratione innixus per humanos casus diuino incedit animo.*

191 *S. August.* in Iob. *Bonum laudare, non laudato, sed laudantibus prodest.* Refert sapientissimus, & omni eruditione præditus D. D. *Ioannes de Solorçano Pereira* in Epistola dedicatoria tomi secundi de Iure Indiarum, ad excellentissimum Principem D. Gasparem de Guzmã, Comitẽ de Oliuares Ducem de San Lucar, &c. num. 78.

192 *Næuius* relatus à Cicer. 5. familiar Epist. 12. & lib. 15. Epist. 6. *Simach.* lib. 6. Epist. 101. *Nam est laudari a laudato viro vetus dictum est. Franc. Patris* l. 4. de regno c. 19. *Laus vera illa haberi debet, quæ à laudato viro proficiscitur.*

193 *Ennod.* dict. 2. *Quædam actionum nobilitas est, dignum inueniri laude Magnorum.*

194 *Plin. iun.* lib. 9. Epist. 23. *Ego vero & gaudeo & gaudere me dico neque enim vereor ne iactantior videar, cum de me aliorum iudiciũ, non meum prefero.*

195 *Michael Ioannes Vimbodinus* Sacræ Theologiæ Doctor, vir eloquẽtissimus, in medico animarum: *Viros magnos idẽ sentientes in suo Pastorali enumerat D. Augustinus Barbosa Lusitanus vir raris doctrinæ ornamentis excultus, cuius ingenij candorem, assiduúmque in scribendo studium sæpius nos experti, variáque ipsius opera Orbi proposita ad posteritatem non ingrata testabuntur.*

196 Idem in Epist. ad clarũ virum Iosephũ Ripamontiũ Theologum ex Doctoribus Collegij Ambrosiani Mediolanẽsis. *Vtus nuest. Augu.st. Barbosa nobis dulci amicitia, & frequẽti alloquio Romæ notus, librorum fœtura inexhaustus, vir nostro sæculo maximus, siue probitatem mo ũ, siue ingenium excellens, tenacem memoriam, & variam, ac incredibilẽ cognitionẽ ab omni liuore pronum iudicium ad veritatis trutinam examinaris, &c.*

197 *Leo Alatius* vir quidẽ Græcis, Latinisque litteris apprime versatus, in suo opere, de viris illustribus, cui titulus, *Apes vrbanæ*, pag. 53. postquam libros recẽsuit, quos Doctor Barbosa feliciter in lucem ediderat, sic de eo loquitur. *Barbosa omnes fere recẽtiores meminerũt, doctissimum illum, & in Canonicis quæstionibus decidendis, ac rebus Ecclesiasticis versatissimum ducunt, &c.*

en su tiempo vezinos de Roma, despues de auer hablado de Doctor Barbosa, y referido los Libros que hasta entonces felizmente auia impresso estando en aquella Corte, dize assi: *Hazen mencion del doctor Barbosa cosi todos los Modernos, y confiessan, que es Varon doctissimo, y muy verdadero en resoluer questiones, y puntos de materias Ecclesiasticos.*

Don Iuan del Castillo Sotomayor, [198] Catedratico de Prima que fue de la Facultad de Canones en la Vniuersidad de Alcala, y despues muriò Oidor del Consejo de Hazienda de V. Magestad en esta Corte, por sus muchas y singulares Obras bien conocido de todos, auiendo impugnado vna opinion del Doctor Babosa, acaba con estas palabras: *Pero por esto, y por auer consutado la opinion del Doctor Barbosa, y los fundamentos della, no me ha passado por el pensamiento menoscabar nada, ni desluçir sus trabajos, desuelos, y escritos: porque reconozco que es persona, que con grandissimo trabajo, y grande cuidado, y diligencia, assi en los Comentarios de otras materias, como en ajustar los Autores de todas Facultades dellas, y en las decisiones de todo Derecho Canonico, y de las Conclusiones que dellos se sacan, y en reduzirlas a cierto, y determinado numero, y juntamente en adornarlas, y enriquezerlas, realmente ha hecho grande beneficio a la Republica, y vniuersal prouecho à todos.*

Teofilo Raynaudo [199] Teologo de la Compañia de Iesus, en el Breuiario de la Cronologia Christiana, en la vltima parte, en tre los Iuristas insignes deste tiempo coloca à Agustin Barbosa

Iuan Antonio Massobrio [200] del Estado de Milan, Arcipreste de la Cuidad de Alexandria, en el Tratado que entre otros hizo, de la Synodo Diocesana, defendiendo contra vn Moderno cierta opinion del Doctor Barbosa, alaba mucho la disposicion con que trata las materias, y la claridad con que las enseña. Y en otro lugar, por auerle communicado familiarmente en Roma, testifica de sus continuos Estudios, exemplar Vida, y buenas Costumbres; y le llama singular interprete del Derecho Canonico.

Luis Muñoz, [201] Relator del Consejo de Hazienda en esta Corte de Madrid, pio, y deuoto Escritor de la vida y Virtudes del Venerable Varon el Padre Maestro Fray Luis de Granada, alegando al Doctor Barbosa, dize: *Que es muy conocido por sus muchos, y doctos Escritos.*

Iulio Vinfodino, [202] en vna repeticion Canonica, dize: *Que los Estudiosos, y toda la Republica Literaria deuen mucho al Doctor Agustin Barbosa, por su admirable ingenio, y gran promptitud en escriuir; y por que no lleuado del deseo de ganar honra, y opinion, sino animado con zelo solamente de seruir al Publico, ha siempre trabajado en la impression de sus Obras, sin que por ellas hasta aora se vea remunerado.*

Alberto Aldano [203] en el compendio que hizo de las decisiones Canunicas, auiendo citado muchas vezes en aquella Obra al Doctor Barbosa, en vn lugar dellas dize assi: *Agustin Barbosa Portugues, Varon doctissimo, que en la Curia Romana, estando yo en ella, y en otras partes de Italia, a compuesto, y impresso muchas Obras dignas de su ingenio, y muy prouechosas al Mundo, por las quales le deue nuestra Nacion tanto, como al que mas le ha honrado de sus Naturales.*

Feliz Contelorio [204] Prelado doctissimo, Canonigo de la Basilica de San Pedro de Roma, y Secretario de la Sacra Consulta de su Santidad, llama al Doctor Barbosa eruditissimo, y le nombra con otros epitetos dignos de sus Letras, en el Tratado que ha compuesto de la Canonizacion de los Santos.

Don

198 *Dō Ioan. del Castillo Sotomayor*, vir doctissimus, & numquam satis laudadus, to. 7. de Testiis, c. 41. n. 179. in fin. *Ob hac autem, & praedictam Barbosa opinionem, & in eius corroborationem obseruationes, quasconsulamus, nec ipsius laboribus, & scriptis detrahere, nec in aliquo detrahendum cogitationis nostra fuit: agnoscimus namque cū summo labore, & ingenti cura, & diligentia, tam in aliarum rerum commentariis, quàm in cumulandis omnium Facultatū Auctoribus, tot atque Iuris Canonici decisionibus, atque ex illis conclusionibus deductis, ad summam quandam reducendis, & exornādis, magnum quidem Respubl. beneficium, vniuersam, ac omnium vtilitatem se habuisse.*

199 *P. Theophilus Rainaudus* Societatis Iesu Theologus in Breuiario Christianae Chronologiae posteriori parte complectente humana, classi viii. *vbi Iuris vtriusque Consultos nostra tempestatis insignes referens, inter eos Augustinum Barbosam collocat.*

200 *Ioannes Antonius Massobrius* Archipresbyter Alexandrinus in suo tract. de Synodo Dioecesana cap. 4. dub. 40. secūdum Romanā impressionē, multa de August. Barbosa laudabilia congerit; alibique eum singularem Pontificij Iuris nostra aetate interpretem appellat.

201 *Licent. Ludouicus Muñoz* vir quidem pius, & integerrimus, olim in hac Curia Aduocatus, en la vida del venerable Varō el Padre Maestro fray Luis de Granada, l. 3. cap. 7. in fine. sic ait. *El Doctor Agustin Barbosa muy conocido por sus muchos y doctos Escritos.*

202 *Iulius Vinfodinus* in rep. cap. super specula, de magist. par. 2 num. 82. sic ait: *Augustino Barbosa studiosi omnes, atque vniuersa Respublica litteraria propter rarum, & admirabile eius ingenium, summamque in scribendo dexteritatem, plurimū debet, qui non inanis tituli gloria ductus, sed communis vtilitatis commodo inflammatus, maxima nominis celebritate per plures annos absque vlla vsque huc honestissimorum suorū laborum remuneratione, in suis Libris edendis plurimum insudauit, & vtiliter laborauit.*

203 *Albertus Aldanus* in compendio canon. decis. c. 3. n. 21. sic ait. *Augustinus Barbosa Lusitanus vir doctissimus, qui feliciter in Romana Curia, me ibi tunc degente, in diuersisque Italia partibus, quàm plurima suo ingenio dignissima, vniuersis identidē vtilissima opera, indefesso studio elaborauit, & in lucem edidit, ob qua tanquam de re litteraria cuilibet benemerito indigena nostro plurimum Italia debet.*

204 *Felix Contelorius* I. V. & sacrae Theologiae Doctor olim in Romana Curia Aduocatus, & Camerae Apost

Al Rey N. S.

Don Francisco Salgado de Somoza, [205] Oidor de la Real Chancilleria de Valladolid, aunque opuesto a algunas opiniones del Doctor Barbosa, en otras le alega, alaba, y sigue.

Don Ioan. de Solorzano Pereira del consejo supremo de Castilla y del de las Indias y Iunta de guerra dellas, y de la de Minas, eminẽte sugeto en ambos Derechos, y eruditissimo en letras humanas por sus obras bien conocido en Europa, en vn Memorial o discurso informatiuo, iuridico, historico, politico de los Derechos honores preeminencias y otras cosas que se deuen dar y guardar a los Consejeros honorarios y iubilados; y en particular si se les debe la pitança que llaman de sa Cãdelaria n. 324. alega al Doctor Barb. cõ estas palabras *I. Aguſt. Barboſa nũca dignamẽte alabado ni premiado por los muchos y doctos libros que ha escrito, &c.*

El Doctor Don Iuan Machado [206] con indefeso trabajo, continuo estudio, y grande despeza ha nueuamente impresso el *Perfeto Confessor y Cura de Almas*, obra singular y digna de tal Autor, en ella con graues palabras habla assi del Doctor Barbosa. *Y en proprios terminos lo enseña el Doctissimo Barbosa, cuyas portentosas letras tienen mas lugar en la admiracion, que en la alabança, pues esta no puede dibuxar con iguales matizes sus grandes partes de virtud, modestia, peregrino ingenio, erudicion, y rara comprehension en todas materias; y aquella viuira en el Mundo eternizada en treinta y quatro Tomos, que con singular aplauso, y vniuersal prouecho de la Iglesia ha produzido su facundo ingenio.*

Finalmente don *Lorenço Ramirez de Prado*, [207] dignissimo Oidor del Real Consejo de las Indias, y del de la santa Cruzada, Cauallero del Habito de Santiago, por sus muchas Letras, y eminentes partes, bien conocido en Europa, y muy venerado de los mejores ingenios della; honra muchas vezes al Doctor Barbosa con graues palabras, testimonio mas calificado de sus Letras, y Estudios; y principalmente en la alegacion que hizo de las razones que tiene para preceder en el Consejo de la Santa Cruzada a don Pedro de Viuanco, y Villagomez, y en las Notas al Cronicon de Luitprando, Escritos doctissimos, y verdaderamente dignos de su grande ingenio, y llenos de singular erudicion.

Con los mismos, ò otros honorificos Encomios hazen de las Obras del Doctor Barbosa mencion *Iulio Lauorio*, en las Lucubraciones varias; *Ascanio Tamburino* en el Tratado del derecho de los Abades; *Bartolome Gauãto* sobre las Rubricas del Missal, y Breuiario: *Iuan Francisco Ferentilli* en las Anotaciones a las Decisiones Rotales de Burato: *Francisco Ripa* en su tratado de Simonia, y otros muchos Modernos; los quales siempre que hazen mencion de sus Escritos, le nombran con suma veneracion, y son infinitos los que le citan, y siguen, haziendo en sus Libros grandes Elogios, y dando a sus Escritos muchas alabanças.

Sobre diferentes materias ha cõpuesto el Doctor Barbosa muchas Obras, bien conocidas de todos, por tan prouechosas, y practicas, como necessarias; siendo tan dificil, arduo, y fastidioso el escriuir Libros de Estudios, y publicarlos, [208] principalmente en la estrecha censura del siglo que corre, y dificultad de contentar gustos tan encontrados; [209] donde se tiene por negligencia si se dexa de dezir algo; y por cansancio dezirlo todo, [210] por peligroso el juzgar de lo que otros escriuen, y

Commissarius, nunc verò Basilicæ S. Petri de Vrbe Canonicus, & Sacræ Consultæ Secretarius meritissimus, & doctissimus, in suo tr. de Canonizat. SS. c. 15. n. 15. *Eruditissimũ appellat Auguſt. Barboſam.*

205. *Licent. D. Franciſcus Salgado Somoza* in Regio Vallisoletano Consilio Senator meritissimus, licèt nonnunquam opinionibus Doctoris Barbosæ contradicat, in aliis verò laudans, eius adhæret sententiæ: vt licet videre de retentione Bullarum, par. 2. c. 25. n. 47. ibi: *Et poſt hæc ſcripta vidimus Auguſtinum Barboſam in Paſtorali tom. 1. allegat. 92. à n. 15. erudite quidem huius difficultatis principalis, qua verſamur, veritatem callens, &c.* & c. 30. n. 46. ibi: *Prout perpendit ex relatione D. Auguſtini Barboſæ in ſuis ſingularibus, multiſque commentariis in lucem editis, &c.*

206. *Doctor Don Ioannes Machado*, vir indefessi studij, & in Morali Theologia apprimè doctus, in suo doctissimo tractatu Hispanico sermone conscripto, cui titulus est, El Perfeto Confesor y Cura de Almas lib. 3. Par. 1. tract. 11. documẽto 5. n. 8. in princ. pag. 613.

207. Doctissimus, & eruditissimus *D. Laurentius Ramirez de Prado*, in omni scientiarum genere apprimè versatus, & studiosorum omnium Protector singularis, in copiosa & eleganti sua Ioris allegatione de præcedendo Don Petro de Viuanco, & Villagomez in Consilio Sanctæ Cruciaræ, n. 8. in gloss. ibi: *Doctiſſimus Auguſtinus Barboſa nulli in componendis, & dirigendis Iuriſprudentia rebus ſecundus, &c.* & n. 73. in gloss. ibi: *Suo more doctiſſimus Auguſtinus Barboſa indefeſſi laboris, & exantlata eruditionis Magiſter.* Et in elaboratissimis & doctissim. notis ad Luitprandi Chronicon, n. 367. pag. 455. ibi: *Congeſſit ſuo more doctè, & plenè Auguſtinus Barboſa in collectan. &c.*

Iulius Lauorius in suis var. lucubrat.

Aſcan. Tãbur. de iure Abbatũ

Barthol. Gauantus in Rubric. Missalis, & Breuiarij.

Ioan. Franciſcus Ferentilli in annot. ad decisiones Rotales Buratti.

Franciſcus Ripa in tract. de Simonia.

208. *Plin. Iun.* lib. 6. ep. 17. *Eſt enim res difficilis, ardua, faſtidioſa, & quæ eos, à quibus contemnitur, dedignatur.*

Idem Plin. iun. lib. 1. ep. 20. *Varia ſunt hominum iudicia, variæ voluntates, &c.*

209. *Volaterr.* in præfat. suorum operum *In hac tam varia cum Principum virorum cenſura, tum rerum componendarum diſſidentia, vbi præterire quicquam indiligentius, omnia coniectari difficillimum, iudicare periculoſum.*

210. *Solon* apud Plutarchum in eius vita: *Omnibus in magnis difficile eſt placeas.*

y por impossible el poder agradar a todos en todo.[210]

Nunca faltan emulos, y embidiosos calumniadores, y destos tenia ya mucha noticia *Alberico de Rossate*,[211] y hasta *san Geronimo*[212] en el Prologo de algunas Obras suas, conocia que no le auian de perdonar, ni dexar de roer: Porque como nos enseña bien *Dion Cassio*;[213] *Es muy facil a qualquiera censurar las acciones que otros han hecho, pero sumamente dificil, y concedido a pocos el obrar hazañas illustres*. Parece impossible contentar a la muchedumbre, basta agradar a solo aquellos que pueden hazer concepto, y tener Sabiduria de lo que se obra, segun lo que dixo *Eliano*[214] y a los mas se podrà responder con *Marcial*[215] que viendo que Lelio, sin auer escrito, ni impresso Obra alguna, no cessaua de reprehender, y tachar las suyas, le dixo: *O saca a luz tus Versos, ò dexa de poner tacha a los mios*. Las Obras que ha impresso, y tiene para imprimir el Doctor Barbosa, son las que se siguen.

EL DOCTOR AGUSTIN Barbosa ha impresso.

I.

Vocabulario portugues, y Latino,[216] *impresso en Braga por Fructuoso Lorenço de Basto, año de 1611. en folio.* Es Obra de rara erudicion, y muy necessaria para todos los que deprenden, y enseñan Gramatica; quanto se dize en ella està prouado con autoridades de los primeros Maestros de la Latinidad, y mayores humanistas que conocemos.

II.

Remissiones de Doctores sobre varios lugares del Concilio de Trento,[217] *impressas primero en Lisboa, despues en Toledo, Valladolid, Leon de Francia, Douay, Brixia, Venecia*, y otras partes, en quarto. Tienen los Estudiosos en este librillo vna recoleccion de aquellos Doctores que en sus Obras trataron incidentemente de la materia de algunos capitulos del Concilio de Trento; assumpto nueuo, y trabajo singular; y sin embargo, que no se permite interpretar el mismo Concilio por vna * Bula de Pio IV. que lo prohibe: con todo, esta prohibicion no puede comprehender las interpretaciones dotrinales, que incidentemente dan los Doctores en sus Escritos, ni tanpoco ha lugar quando se refiere lo que ellos han dicho; que fue la causa, por la qual a instancia de los Abogados, y Estudiosos destos Reynos, se alçò la suspension con que este libro estaua detenido en tiempos passados.

III

Emiendas y Adicciones a las Remissiones Paternas sobre las Ordenanças Reales de Portugal,[218] *En Lisboa por Pedro Crasbeeck 1620. en folio.* Despues de auer impresso el Licenciado Manoel Barbosa estas Remissiones en dos Tomos con grandissimo aplauso, por no auerse sobre aquellas Ordenanças sacado a luz escritos algunos, las añadiò el Doctor Agustin Barbosa su hijo, con mas copiosa alegacion de Doctores modernos, y decision de algunos particulares casos.

IV.

Remissiones de Doctores que tratan de las Dicciones y Clausulas,[219] *En Roma por los herederos de Bartolomeo Zanetti 1621. en 4.* Este fue el primero libro que su Autor ha compuesto, y imprimiò en aquella Corte, trata con breuedad, clareça, y grande alegacion de Doctores, de la fuerça y efetos de las Clausulas, Particulas, Preposiciones, y Aduerbios.

210 *Solon* apud Plutarchum in eius vita: *Omnibus in magnis difficile est placeas.*

211 *Alber. de Rossate* in proœmio Codicis: *Scio enim abundare numerum æmulorum, quorum officium est omnia arguere, nulla mouere, &c.*

212 *S. Hieronym.* in prologo in lib. Paralip. *Hac pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt in publico detrahentes, & legentes in angulis.* Et in prologo in lib. Esdræ. *Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putãt, & interdum contra se repugnante conscientia publicè lacerant, quæ occultè legunt.* Et in prologo in Esaiam. *Nos quoque patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt, &c.*

213 *Dio Cassius* lib. 9. histor. Rom. *Res gestas taxare facillimum cuilibet: at res egregias gerere perdifficile, paucisque datum.*

214 *Ælian.* lib. 2. pag. mihi 35. *Qui vnumquodque rite gerunt, & administrat, non multitudini, sed iis tantum, qui rei scientiã habent, placere oportere.*

215 *Martial.* lib. 1. epig. 74.
Cum tua non edis carpis mea carmina Leli:
Carpere, vel noli nostra, vel ede tua.

I.

216 Dictionarium Lusitanico-Latinũ *Brachara Augusta, apud Fructuosum Laurentium de Basto 1611. in fol.*

II.

217 Remissiones Doctorum in varia loca Concilij Trid. Primũ *Vlyssipone apud Petrum Grasbeeck 1614. in 4.* Deinde *Toleti, Valisoleti, Lugduni, Duaci, Brixia, Venetiis*, & alibi.

* Pius IV. in sua Bulla incip. Benedictus, de qua meminit orator in Prologo Apologetico harum Remissionum.

III.

218 Castigationes, & Additamenta ad Remissiones Parentis in Ordinationes Regias Lusitanorum. *Vlyssipone apud Petrum Grasbeeck 1620. in fol.*

IV.

219 Remissiones Doctorum de Dictionibus, & Clausulis, *Romæ apud hæredes Bartholomæi Zanetti 1621. in 4.*

V.

V. y VI.

Descripcion de la solicitud Pastoral, ò del oficio y potestad del Obispo, diuidida en tres Petras.[220] *En Roma en la imprenta de la R.Camara Apostolica* 1632. despues en *Paris*, *venecia*, y otras partes, y con particular cuydado *en Leon por Lorenço Durand* 1628. y mas añadida *en el mismo lugar* 1640. *en dos Tomos en folio.* Esta Obra excede en el lustre, grauedad, y dignidad de la materia que trata a todas quantas tiene impresso su Autor; hallanse en ella muchas cosas singularmente dispuestas, y con elegante estilo tratadas en todo lo tocante a la aùtoridad, jurisdicion y gouierno de los Obispos, y demas Prelados Ecclesiasticos; de la qual se ha habladoarriba num. 163. cum seqq.

V. y VI.

220. Pastoralis solicitudinis, siue de officio, & potestate Episcopi tripartita descriptio. Primù *Roma apud Impressores Camerales* 1623. deinde *Parisijs*, *Venetiis*, & alibi. Accuratius *Lugduni apud Laurentium Durand* 1628. Demù ibid. multò diligentius, & sesquiamplius aucta 1640. *duobus Tomis diuisa in fol.*

VII.

Varios Tratados de Derecho, que son cinco Legales, excelentemente dispuestos por orden de alfabeto.[221] *En Leon por Lorenço Durand* 1631. *en folio.*

I. *Axiomas, ò Brocardicos de Derecho.*
II. *Apelatiua significacion de las palabras.*
III. *Lugares comunes.*
IV. *Clausulas, sus fuerças y efetos.*
V. *Dicciones, Preposiciones, y Aduerbios.*

Estos Tratados contienen materias manuales, y necessarias para aconsejar, y juzgar, son en su tanto los mas soccorridos, y prouechosos de quantos su Autor ha compuesto.

VII.

221. Variæ Tractationes Iuris, in quibus cōtinentur quinque Tractatus Legales iuxta seriē alphabeticam miro ordine dispositi, *Lugduni apud Laurentium Durand* 1631. *in fol.*

I. De Axiomatibus Iuris.
II. De Appellatiua verborum vtriusq; Iuris significatione.
III. De locis cōmunibus Argumentorum Iuris.
IV. De Clausulis.
V. De Dictionibus.

VIII.

Del oficio y potestad del Parocho Tratado,[222] *impresso la primera vez en Roma por Gullelmo Facciotto* 1632. despues en *Venecia*, *y en Leon por Lorenço Durand* 1634. *en* 4. vltimamente muy añadido, *en el mismo lugar* 1640. *en folio.* Fue para los Obispos, y otros Prelados Ecclesiasticos de grande vtilidad el doctissimo Tratado, que de su poder y autoridad imprimiò este Autor, no menos importante es para los Parochos, y Curas, esta obra que nos dio; parto digno de su grande ingenio, de la qual se hizò arriba mencion, num. 169. y 170.

VIII.

222. De officio, & potestate Parochi Tractatus, primum *Romæ apud Guillelmum Facciotum* 1632. *Deinde Venetiis*, postmodum *Lugduni apud Laurentium Durand* 1634. *in* 4. Demum cum additionibus, *Ibidem* 1640. *in fol.*

IX.

De los Canonigos, y Dignidades de las Santas Iglesias Catedrales, y Colegiales, y de sus oficios, assi el en Coro, como en el Capitulo, Tratado,[223] *impresso primero en Roma por Francisco Corbelleto* 1632. despues en *Venecia*, *y en Leon por Lorenço Durand* 1634. *en* 4. y finalmente muy adicionado, *en el mismo lugar* 1640. *en folio.* No se auia impressu otra Obra deste assumpto, carecian las Santas Iglesias de muchas resoluciones, y decisiones que sobre la materia estan hechas en las Sacras Congregaciones de Cardenales, vnas vezes a instancia de los Prelados, y otras a peticion de algunos Prebendadus, que las dexauan oluidar quando la resolucion que se auia tomado, no era en su fauor, y assi poca, ò ninguna noticia se tenia de muchos casos nueuos ya determinadus; para remediarlo todo, sacò a luz esta Obra el Doctor Barbosa, juntando en ella muchas declaraciones ya oluidadas, y decidiendo particulares dudas, no tocadas de otro Autor.

IX.

223. De Canonicis, & Dignitatibus Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, eorùmq, officio tam in Choro, quam in Capitulo Tractatus, primù *Romæ apud Franciscum Cerbelletum* 1632. Deinde *Venetiis*, postmodum accuratius *Lugduni apud Laurentium Durand* 1634. *in* 4 Et demum multis in locis illustratus, & auctus, *Ibidem* 1640. *in fol.*

X. y XI.

De todo el Derecho Eclesiastico, Tratado singular, diuidido en tres Libros, en el primero se trata de las Personas, en el segundo de los Lugares, y en el tercero de las cosas Eclesiasticas,[224] *En Leon de Francia por Lorenço Durand* 1634 *en folio.* El assumpto deste tratado no sè que en todas la Faculteades aya podido escogerse, ni imaginarse mas prouechoso paro los Prelados, Clerigos, Religiosos, y otras Personas Eclesiasticas tienen mucho que ver en esta Obra los Curiosos, y della podran sacar grande noticia destas materias, que son las que ordinariamente se controuierten en los Tribunales Ecclesiasticos.

X. & XI.

224. De Iure Ecclesiastico vniuerso Tomi duo, Libros tres continentes, in quorum primo de Personis, in secundo de Locis, in tertio de Rebus Ecclesiasticis plenissimè agitur. *Lugduni apud Laurentium Durand* 1634. *in fol.*

XII.

XII.

215 Praxis exigendi Pensiones, cui accesserunt Vota aliquot decisiua Canonica. Primū *Barcinone apud Gabrielem Nogues 1635. in fol.* Deinde *Lugduni apud Laurentium Durand 1636. in 4.*

XII.

Practica de como se han de cobrar las Pensiones Ecclesiasticas, con algunos Votos Canonicos decisiuos.[215] *En Barcelona por Gabriel Nogues 1635. en folio*, y despues en *Leon de Francia por Lorenço Durand 1636 en 4.* Tiene este Libro dos partes, en la primera se muestra doctamente, como se han de vencer las calumniosas dilaciones, de que vsan los Titulares para embaraçar la cobrança de las Pensiones que deuen; y con ser materia que tiene tan aparejada execucion, puede tanto la malicia de aquel que no quiere pagar, que ya no se tiene por segura Pension alguna, si el que la debe no obliga mas su propia Conciencia, que los mādatos del Iuez executor. La secunda parte contiene vnos Votos Canonicos de causas sentenciadas por el Doctor Barbosa, como Iuez Apostolico en el Tribunal desta Nunciatura de España, y los hizo con otros que saldran a luz Para mayor justificacion de sus Estudios, y mas verdadera prueua de la entereça con que procediò siempre en aquella judicatura.

XIII.

216 Collectanea Bullarij, aliarumve Summorum Pontificū Constitutionū, necnon præcipuarū Decisionū, quæ ab Apostolica Sede, ac Sacris Congregationibus S.R.E. Cardinaliū, Romæ celebratis vsque ad annum 1633. emanarunt. *Lugd. apud Laurentium Durand 1634.* Iterum eodem loco 1637. nouissimè multis in locis locupletata, *ibidem 1640. in 4.*

Sacra Cōgregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium.
Indicis Librorum prohibitorum.
Cōtrouersiis Iurisdictionalibus præposita.
S. Romanæ & vniuersalis Inquisitionis.
Negotiis Indulgētiarū præfecta.
*Negotiis Episcoporū, & Regularium præposita.
Concilij Tridētini Interpretū.
Sacrorum Rituum.

Collectanea del Bulario, y de otras diuersas Constituciones Apostolicas, y de las mas principales Decisiones que han salida de las Sacras Congregaciones de Cardenales hasta el año de 1633.[216] Imprimiose *en Leon por Lorenço Durand* 1634. y despues muy añadida *en el mismo lugar* 1640. *en* 4. Fue este trabajo el mas importante, y prouechoso que puede imaginarse: porque las resoluciones de las Sacras Congregaciones de Cardenales hechas con madura deliberacion, sobre casos de diuersas partes de Europa, y de todo el Mundo embiados a consultar a este Sacro Colegio, y supremas Iuntas de Eminentissimos Ministros, se tenian tan oluidadas, que sucedia preguntarse en vn año muchas vezes la misma duda: porque no se publicaua la resolucion tomada, sino a aquel a cuya instancia se auia pedido, sin que los Secretarios las quisiessen comunicar a otra persona. El Doctor Barbosa ha recogido con cuidado, y fielmente mas de tres mil Declaraciones antiguas y modernas, de buenos originales, no sin grande costa suya. Hallanse entre ellas muchas de aquellas Congregaciones, que hasta agora no las auian dado fuera, como son la del Indice, y Libros prohibidos, de las Controuersias jurisdicionales, del Santo Oficio, y de Indulgencias; no faltan en grande numero las de aquellas otras Congregaciones de Obispos, y Regulares, Concilio Tridentino, y de Sacros Ritos; * de las quales tenemos algunas, ya comunicadas en tiempos passados, si bien con las diuersas copias que se auian escrito de mano, andauan muchas dellas adulteradas, y otras supuestas; remediose esto lo mejor que se ha podido, y para mas comodidad de los Estudiosos se dispusieron las escogidas por materias debaxo de cada palabra por orden de Alfabeto; y sin embargo, que no se tienen por legales, sino las firmadas por el Cardinal Prefecto de la Congregacion, y por el Secretario della, y selladas con su sello, segun està nueuamente ordenado: * con todo dudandose de la legalidad de algunas, serà muy facil sacarlas con estos necessarios requisitos, teniendo la mayor parte dellas, el dia mes y año en que se propusieron, y resoluieron en Roma, para que se embien a pedir con certeza de que las ay, y que con gran facilidad se pueden hallar, sabiendose a donde estan, y el tiempo en que se publicaron.

* Sacra Cōgregat. Cardinaliū Concil. Tridē. Interpretū 2. August. 1631. relata per oratorē *Augustin. Barbosa* de Iure Ecclesiastico vniuerso lib. 1. c.4. num 83.

XIIII.

217 Collectanea Doctorū in varia loca Cōcilij Tridentini *Lugduni apud Laurentium Durand 1634.* Iterum multis nouissimorum Doctorū allegationibus, ac ipsius Cōcilij Textu exornata, *Ibidē 1641. in fol.*

XIIII.

Collectanea de los Doctores que han escrita sobre varios lugares del Concilio Tridentino.[217] *Leon por Lorenço Durand* 1634. *en* 4. otra vez con muchas alegaciones de Doctores modernos, y con el

mismo

mismo Texto del Concilio illustrada, 1641. *en folio.* Despues de las Remissiones ofreciose mas copiosa alegacion de Doctores sobre algunos lugares del Concilio, hallaronse decisiones, y resoluciones de grande importancia; de las quales se hizo esta Colectanea; vendiose toda la impression, y fue menester hazerse otra, en que se ha inserto el Texto del Concilio, para mayor comodidad de los Estudiosos.

Colectanea de Doctores sobre todo el Derecho Canonico.[228] *Primera vez diuidida en quatro Tomos, y sacada a luz en Roma en la Imprenta Cameral 1626. y 1629. en fol.* Despues añadida cõ algunas selectas interpretationes, impressa *en Leon en cinco Tomos 1656. por Laurẽço Durãd en fol.* En ella se ha dicho poco, ò mucho sobre todos los Textos, y mas principales Glossas del Derecho Canonico, segũ le permitia la materia. El trabajo fue inmenso, la diligencia grande, y la noticia de Libros raras: los especulatiuos tienen interpretaciones sutilissimas, y caudal junto con que poder lucir en las oposiciones, y leer en las Escuelas; y los practicos resoluciones con que decidir las materias en los Tribunales, y sin embargo, que algunas vezes se alegan remissiuamente Doctores modernos que las tratan, con todo no es de poca importancia al curioso Lector, hallar en la ocasion quien le alegue Doctor en terminos, auanque no se diga todo lo que el resuelue, y la materia pide, por no crecer mucho la Obra.

228. Collectanea Doctorum in Ius Pontificiũ vniuersum, primùm quatuor Tomis diuisa, & impressa *Romæ apud Camerales 1626. & 1629. in fol.* Deinde *Lugduni* quinque Tomis distributa, & selectis iuris Canonici interpretationibus locupletiora facta, 1656. *in fol.*

X V.

I. *Tomo, contiene la Colectanea sobre los dos primeros Libros de las Decretales,*[229] *en folio.*

229. I. Tomus continet Collectanea in duos priores Decretal. Libros, in fol.

X V I.

II. *Tomo, contiene la Colectanea sobre el Libro tercero, y quarto de las mismas Decretales,*[230] *en folio.*

230. II. Tomus continet Collectanea in lib. tertium, & quartum earundem Decretal. in fol.

X V I I.

III. *Tomo, contiene la Colectanea sobre el Libro quinto de las Decretales, con el Indice de los precedentes,*[231] *en folio.*

231. III. Tomus continet Collectanea in librum quintum Decretal. cum Indice, in fol.

X V I I I.

IV. *Tomo, contiene la Colectanea sobre el Sexto, Clementinas, y Extrauagantes,*[232] *en folio.*

232. IV. Tomos continet Collectanea in Sextum, Clementinas, & Extrauagantes, in fol.

X I X.

V. *Tomo, contiene la Colectanea sobre el Decreto de Graciano, con el Indice,*[233] *en folio.*

233. V. Tomus continet Collectanea in Decretum Gratiani, in fol.

Colectanea de Doctores sobre todo el Derecho Ciuil, diuidida en diez Tomos de los quales dos solamẽte estan impresso sobre los primeros cinco Libros del Codigo. En Leõ por Gabriel Boissat, y cõpañeros. 1637. y 1638.[234] los que faltan para cumplimiento de toda la Obra, estan en borron, y si el pleyto, ocupaciones, y poca salud del Autor no le tuuiera tan impedido, bien pudiera oy auer sacado a luz casi todos, ò la mayor parte dellos. La Obra acabada de imprimir, serà la mas prouechosa de quantas puede dar esta edad.

234. Collectanea Doctorũ in Ius Ciuile vniuersum, in decem Tomos diuisa, quorum duo tãtum super quinque priores Iustinianei Codicis Libros lucem aspexere. *Lugduni apud Gabrielem Boissat, & socios 1637. & 1638. in fol.*

Cæteri temperato stylo, temperatáque methodo in lucem quam primum prodibunt.

X X.

I *Tomo tiene la Colectanea sobre los tres primeros Libros del Codigo,*[235] *en folio.*

235. I. Tomos continet Collectanea in tres priores Iustinianei Codicis Libros, in fol.

236. II. Tomus continet Collectanea in quartum & quintum Iustinianei Codicis Lib. in fol.

X XI.

II. *Tomo tiene la Colectanea sobre el quarto y quinto Libros del Codigo,*[236] *en folio.*

X X I.

236. II. Tomus continet Collectanea in quartum & quintum Iustinianei Codicis Lib. in fol.

EL DOCTOR AGVSTIN Barbosa tiene para imprimir.

X X I I.

III. *Tomo tiene la Colectanea sobra el sexto, septimo, octauo, y nono Libros del Codigo,*[237] *en folio.*

X X I I.

237. III. Tom. continet Collectanea in sextum, septimum, octauum, & nonum Libros Codicis, in fol.

ò XXIII.

XXIII.

IV. *Tomo tiene la Colectanea sobre el decimo, vndecimo, y duodecimo Libros del Codigo,*[238] *en folio.*

XXIV.

V. *Tomo tiene la Colectanea sobre los Libros de los Authenticos, Feudos, y Instituta,*[239] *en folio.*

XXV.

VI. *Tomo tiene la Colectanea sobre los doze primeros Libros del Digesto viejo,*[240] *en folio.*

XXVI.

VII. *Tomo tiene la Colectanea sobre los vltimos doze Libros del mismo Digesto viejo,*[241] *en folio.*

XXVII.

VIII. *Tomo tiene la Colectanea sobre los primeros siete Libros de la segunda parte del Digesto, que vulgarmente se llama Inforciado,*[242] *en folio.*

XXVIII.

IX. *Tomo tiene la Collectanea sobre los vltimos siete Libros del Inforciado,*[243] *en folio.*

XXIX.

X. *Tomo tiene la Colectanea sobre todo el Digesto nueuo,*[244] *en folio.*

XXX.

Libros dos de Repeticiones Canonicas, en los quales se interpretan, y declaran los mas dificultosos Textos del Derecho Canonico,[245] *en folio.*

XXXI.

Repertorio de todo el Derecho Canonico, y Ciuil, en lo qual por orden de Alfabeto se exornan las mas principales y practicas Conclusiones de entrambos Derechos,[246] *en folio.*

XXXII.

Votos decisiuos Canonicos, tomo segundo en folio.[247] Continuanse con los ya impressos, en la pratica de como se han de cobrar las pensiones Eclesiasticas; deciden estes muchos casos, que muy de ordinario se controuierten en las Audiencias Ecclesiasticas.

XXXIII.

Comentarios sobre las Ordenanças Reales de Portugal, con las Concordancias de entrambos Derechos, Leyes, y Estatutos de otras Prouincias, donde se ayuntan muchas cosas praticas, vtiles, y necessarias sobre crear, y proueer los Oficios publicos, y ordenar los Tribunales, y sobre contratos, vltimas voluntades, y delitos,[248] *en folio.* Despues que el Licenciado Manuel Barbosa, Padre del Autor, salio con sus Remissiones sobre estas Ordenanças, fue disponiendo esta Obra el Doctor Barbosa su hijo, por ser tan necessaria, assi para el bien publico de aquel Reyno, como tambien para que en los estraños se participe de la legal, y excelente disposicion de nuestras Ordenanças, combidando los con la materia destos doctissimos Comentarios, trabajados con tanto Estudio, sacados de otros de diuersas partes, hechos sobre Constituciones, y Estatutos de Reynos agenos.

XXXIV.

Lusitanos Tribunales, y Consejos de Iusticia, y de Gracia: tratase de sus Ministros, Oidores, y Consejeros, oficio y potestad; del derecho, estilo y practica que tienen de proceder, decidir, y despachar materias de gracia,[249] *en folio,*

TERCERO

XXIII.

238. IV. Tom. continet Collectanea in decimum, vndecimũ, & duodecimum posteriores Libros Codicis, *in fol.*

XXIV.

239. V. Tom. continet Collectanea in Authenticorum, Feudorum, & Institutionum Libros, *in fol.*

XXV.

240. VI. Tom. continet Collectanea in Libros XII. priores Digesti veteris, *in fol.*

XXVI.

241. VII. Tom. continet Collectanea in alios Libros XII. posteriores eiusdem Digesti veteris, *in fol.*

XXVII.

242. VIII. Tom. continet Collectanea in Libros septem priores Digestorum Iuris Cæsarei secundæ partis, quod vulgo Infortiatum dicunt, *in fol.*

XXVIII.

243. IX. Tom. continet Collectanea in alios septem posteriores eiusdem Infortiati Libros, *in fol.*

XXIX.

244. X. Tom. continet Collectanea in Digestum nouum, *in fol.*

XXX.

245. Canonicarum repetitionũ Libri duo; in quibus difficiliores Iuris Pontificij Decretales, enucleantur, interpretanturque, *in fol.*

XXXI.

246. Repertorum totius Iuris Canonici, & Ciuilis; in quo ordine Alphabetico principaliores, & practicæ vtriusque Iuris Cõclusiones exornantur, *in fol.*

XXXII.

247. Vota decisiua Canonica, Tomus secundus, *in fol.*

XXXIII.

248. Commentaria in Ordinationes Regias Lusitanorum, cum Concordantiis vtriusque Iuris Legum, & Statutorum aliarum Prouinciarum, in quibus nouè circa Officiorum creationes, Iudiciorum ordinem, Contractuum, Vltimarum voluntatum, & Delictorum materias plura cumulantur, deciduntúrque, nostris, & alienigenis perutilia, & necessaria, *in fol.*

XXXIV.

249. Lusitana Tribunalia Iustitiæ, & Gratiæ, vbi de eorum Ministris, & Senatoribus: officio, & potestate; procedendi, decidendi, & concedendi Iure, stylo, & praxi exactissimè agitur, *in folio.*

TERCERO ARTICVLO.

QVE deue V. Mageſtad honrar, y premiar al Doctor Barboſa de juſticia, que conſiſte en diſtribuir las mercedes con igualdad a los merecimientos de quien las recibe.

ES Como natural [250] en los hombres, buſcar la ſatisfacion de ſus trabajos: y es obligacion en el Principe, quando los ſeruicios ſon hechos en beneficio de la Republica, remunerarlos con proporcion del premio regulado al trabajo: [251] porque quando ambos andan en vna balança, entonces es ſuaue el trabajar. [252]

La primera propoſicion es de San Pablo. [253] Y hablando con los Predicadores, nos la enſeñò Chriſto Señor nueſtro. [254] Y dize vna Ley del Ordinamento, [255] que es orden de juſticia, que los mercenarios no ſean defraudados de ſu merced: porque el trabajo no puede que dar ſin remuneracion y fruto, [256] tiene ſu valor como el dinero; ſegun dixo Papiniano, [257] que alega para eſte propoſito el Doctor *Don Iuan Bautiſta de Larrea*, otro Papiniano Eſpañol.

La ſegunda es in falible en los que ſe ocupan en ſeruicio de ſu Principe, ò de la propia Patria; [258] porque a ambos tābiē ſiruā aquellos que con ſus Eſtudios trabajā en la viña del Señor, para mayor exaltaciō de ſu Sāta Igleſia; [259] y à eſtos de juſticia eſtàn obligados los Principes remunerar, cō proporciō del premio regulado al trabajo, como auemos dicho, y anteponerlos a todos los demas. [260]

Obligales la juſticia diſtributiua, que mira en vniuerſal à la conſeruacion de la Republica, y en particular à la diſtribucion de los premios: [261] que toca propiamente al Principe, ò al Miniſtro, a cuyo cargo eſta hazer eſtas diſtribuciones. [262]

Deueſe guardar en ellas la igualdad Geometrica, regulada, y proporcionada a los merecimientos de cada vno; [263] que es el fin primario, y intrinſeco a que mira la juſticia diſtributiua. [264]

No es mera gracia del Principe, la diſtribucion de los premios, a que obliga la juſticia diſtributiua; la qual tiene calidad

ō 2 de

250 Quia ſalariū, & merces eſt; tā natutali, quàm diuina ratione laboranti debita, *Perez* ad l. 1. in prin. tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 36.

251 Apoſt. ad Corinth. 2. *Mercedem ſuam quiſque accipiet ſecundum ſuum laborem.* refert *Maſtril.* de magiſtr. lib. 1. cap. 21. n. 6. & *Bobadil.* in ſua Polit. lib. 4. cap. 5. cap. 61. *Burſat.* conſ. 343. n. 14. vol. 4. *Decimo ille perfecto praponitur alteri, qui fructus vberiores praſtat, & alium ſuperat comparatione laborum* l. vnicuique, in princ. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. l. contra publicam, in fine, C. de re mil. eod. lib. ibi: *Quia honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquemque conuenit deneniri.*

252 Idem *Bobad.* d. cap. 5. no. 55. in fine, vbi refert.
Cum labor, & pramium aquali lance cohatent,
Tunc labor eſt dulcis.

253 *Dignus eſt operarius mercede ſua*, Paul. 1. ad Timot. cap. 5. refertur in cap. quicumque 12. quæſt. 1. & citant *Perez* l. 1. tit. 5. lib. 7. Ordin. *Petr. Gregor.* ſyntagm. iuris, lib. 49. cap. 8. n. 13. & l. 27. c. a. n. 11. *Monter* Arag. deciſ. 29. num. 1. & 2.

254 Luc. cap. 10. refetūt *Surd.* de aliment. tit. 1. quæſt. 59. n. 2. & *Valençuel.* tom. 2. conſ. 179. num. 33.

255 L. 1. tit. 5. lib. Ordinam.

256 Vt colligitur Geneſ. c. 15. *Domine Deus quid dabis mihi?* & Matth. 19. *Quid ergo erit nobis?* Cap. fin. & ibi gloſſ. verbo laborem 7. quæſt. 1. *Caſſiodor.* l. 2. variar. Epiſt. 33. *Æquum eſt vt vnicuique proficiat labor ſuus, & ſicut expendendo cognoſcit incōmoda, ita rebus perfectis conſequatur augmenta.* *Mexi.* in tract. taxæ panis, concl. 2. n. 87. *Gregor. Lop.* l. 14. gloſſ. 1. tit. 6. par. 3. *Valaſc.* conſ. 125. n. 2. *Gonçal.* ad regul. 8. Concel. gloſſ. 4. n. 17. *Menoch.* de præſ. l. 6. præſumpt. vlt. n. 3. in fin. Opera enim requirunt pretium, aut præmium, l. cum duobus, §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio, *Valençuel.* tom. 2. conſ. 179. n. 30. nam vt refert gloſſ. in d. cap. fin. 7. quæſt. 1. *Optat pramium quiſque labor.*

257 *Papinian.* in l. Seio amico, ibi: *Cum tam labor, quàm pecunia diuiſionem recipiat, &c.* ff de annuis leg. cum aliis citatis à *Bobad.* in ſua Polit. l. 1. c. 13. n. 48. lit. G. & nouiſſimè à Doctore *D. Ioan. Baptiſt. de Larrea*, Iuriſprudentiæ peritia ipſo Papiniano non inferior, in ſuis doctiſſimis deciſionibus Granatenſ. tom. 2. deciſ. 8. n. 9.

258 Optimè *Gonçal.* d. gloſſ. 4. n. 23. ibi: *Sicut etiam ſunt remunerandi tanquam benemeriti, qui pro Principe, ſeu patria laborarunt, & fidelem operam preſtiterunt, &c.* Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. par. 3. n. 62. verſ. Infertur 14. vbi affirmat, *ita obſeruaſſe antiquam Romam Senatus prudentiam, omnemquè Rempubl. benè inſtitutam.*

259 Idem *Gonçal.* d. gloſſ. 4. n. 24. & 25. ibi: *Vnde cum ſtudioſi in vinea Domini laborauerunt, c. ſuper ſpecula, in fin. de magiſt. ac proinde in ſeruitio Eccleſiæ, Principis, & Patria inſudauerint, totus Mundus per illos illuſtretur vt in auth. habita, C. ne filius pro patre, Bald. ibi n. 12. in 3. notab. Mand. in reg. 16. Cancel. quaſt. 15. n. 3. merito ſunt tanquam benemeriti remunerandi, & in Eccleſiaſticis beneficiis prouidendi, &c.*

260 *Burſat.* conſ. 343. n. 19. vol. 4. *Sexto laborantes pro regimine populi, ſic pra vniuerſis fidelibus debent habere prarogatiuam ſupra alios,* l. benè à Zenone, C. de quadr. praſc. *ibi, qui ſuis laboribus, ſuiſquè conſiliis pro toto orbe terrarum diu, noctùquè laborant.*

261 *Molin.* de iuſt. tract. 1. diſp. 12. n. 5. cum ſeqq. *Leſ.* eod. tract. lib. 2. cap. 1. dub. 4. *Rebel.* de oblig. iuſtit. lib. 1. quæſt. 3. ſect. 3. per tot. eruditè, & eleganter *D. Ferdinandus Pizarro* de los Varones iluſtres del nueuo Mundo, en el diſcurſo legal, y politico, pag. 7. nouiſſimè *VViggerſ.* de iuſtitia & iure, lib. 1. art. 1. dub. 4.

262 *Leſſ.* d. lib. 2. cap. 1. dub. 4. n. 20. ibi: *Hac propriè, & principaliter reſidet in Principe, vel Magiſtratu, ad quem pertinent huiuſmodi diſtributiones, &c.*

263 *Rebell.* d. quæſt. 3. ſect. 3. n. 14. ibi: *Diſtributiua verò aqualitatem Geometricam, hoc eſt proportionalitatem, ſiue proportionem proportionum, reperiam inter plures perſonas, vt ſicut ſe habet vna perſona ad alteram perſonā quoad merita, ſiue dignitatem, ita ſe habeat pramium, ſiue res reddenda vni ad rem alteri reddendam, &c.*

264 *Leſſ.* dict. dub. 4. num. 23. ibi: *Reſpondeo proportionum ſimilitudinem, ſeu aqualitatem non reſultare per accidens, ſed eſſe primariò intentam à iuſtitia diſtributiua tanquam finem intrinſecum, &c.*

de deuda; aunque menos obligatoria que la que resurta de la cõmutatiua: porque si bien en esta vltima la deuda es rigurosa, en razon de ser contraida con vn derecho propio, y personal; en la otra no es assi, sino que se le deue el premio como parte de la Republica, en la distribucion de los bienes, y oficios publicos de ella; y desta manera deue el Principe destribuidor premiar con ellos al que mejor los mereciere, con igualdad proporcionada a sus trabajos. Y sino lo hiziere assi, no se administrara justicia

Llamase injusticia aquel acto que se opone a la justicia distributiua, segũ la qual, los bienes, y oficios publicos de la Republica, se han de dar, y diuidir a proporcion de los merecimientos de cada vno; como resuelue *Gabriel Vaz quez.*[266] este vicio comunmente se llama *Accepcion de personas*; la qual no solamente procede en la distribucion de los Oficios, y Beneficios Ecclesiasticos; sino tambien en la de los Oficios Seglares, como tiene *Lessio*,[267] y en la de la honras deuidas, segun otros;[268] porque en dar mas honra de la que se debe, o en quitar la que se ha merecido, està la injusticia, como se dize en los Prouerbios.[269]

Al Doctor Barbosa no solo se deue de justicia distributiua el premio deuido a proporcion de tantos trabajos tan bien logrados en vtilidad publica, como se ha mostrado en los Articulos antecedentes; sino que tambien por la comutatiua, es acreedor de condigna remuneracion, que se le deue, atenta la promessa cõ que V. Magestad le quiso honrar de mandarle dar vna Plaça grande de Letras; y concurriendo esto, la obligacion que de antes no era tan precisa, se haze deuda rigurose, deriuada de la justicia comutatiua, ajustada a los meritos, y trabajos del Suplicante: y assi es preciso dezir, que no se cumpliendo con el, se quebranta la justicia comutatiua; a lo menos indirectamente, por la inclusion desta, en la distributiua.[270]

Deue luego V. Magestad (a quien agrada sumamente la justicia, sabiendo que en ella se funda la duracion de las Monarquias[271]) de cumplir con estas primeras, y mas propias obligaciones,[272] a que los Reyes nacen sugetos por los efectos de ellas, y si en cierta manera Dios se dà por obligado al premio correspondiente a los seruicios que le hazemos;[273] V. Magestad (que tanto deue imitarle) justissimamente deuerà mandar satisfezer a los cõtinuos Estudios, multiplicadas impressiones, y incomportables trabajos del Doctor Barbosa, hechos en tanto seruicio de la Iglesia, de la Republica, y consiguientemente de V. Magestad; no permitiendo, que a seruicios de tanta importancia, falte la deuida remuneracion, y que merced tan aplaudida que de sin efeto, deuiendo tenerle muy cũplido todas las que

V.Ma

265. *Rebel*.d.q.4.s.3.n.17.ibi: *Cõmutatiua respicit debitum rigorosũ, quod creditori ex proprio ipsius iure debetur; distributiua vero respicit minus rigorosum debitum, quod non ex proprio iure recipientis, sed ex eo dumtaxat, quòd ipse pars sit Communitatis, debetur eidem in distributione bonorum cõmuniũ, &c.* nouissimè *VViggers*. de iust. & iure lib. 1.2.1.dub.4.

266. *Gabr. Vazq*. in opusc. de benefic.c.1.§.3.n. 47.pag.673.

267. *Less*.d.lib.2.c.32.num.7.ibi: *Tertiò in conferendis officiis secularibus, vt in officio Consulis, Prætoris, Senatoris, Consiliarij, Quæstoris, & similibus; hæc enim sunt bona quædam Communia Reipubl. instituta ad ipsius commodum, quorum distributio pertinet ad Principem, vnde tenetur iure naturæ ea maximè idoneis, & Reip. vtilibus conferre, &c.*

268. *Torres* 2.2.disp. 24. dub.1. n. 14. sapientissimus D. *Ferdin. Pizarro* in d.discursu legali, & politico omnium, quos vidennim, in hac materia doctissimo & eloquentissimo, fund.4.fol. 44. Debet enim Princeps prudenti, & Christiano zelo iustitiam distributiuam honorum ministrare, *Lal. Zechi*.lib.1.de Principe, c.6.n.19. *Ant. Palat*. de ratione status, par.1.c.13. *Ioan. Cochier* lib. 2. Thesaur.aphor. polit.c.3. *Ribadeneira* de Principe Christiano, lib.2.c.6. & 7. *Simanch*. de Republ. lib.9.c.21.

269. Prouerb.c.11.ibi: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem, &c. Egisippus* lib.1. de excidio vrbis Hierosolymitanæ, c.39. *Non enim tantam quis delectat eum, quem supra mensuram honorat, quantum lædit eum, cui debitum negat; & plerumque vtrumque eorum offenditur, vbi prælationis adulatio est.*

270. *Rebel*.d.sect.3.n.18.ibi: *Colligunt Doctores communiter regulam per violationem iustitiæ commutatiuæ, non verò distributiuæ induci restituendi obligationem, quæ regula vera est nisi cum iustitiæ distributiuæ violatione simul violatio alicuius iuris commutatiuæ coniungatur, &c. Less*.d.lib.2.c.1.dub.4.n.23.in fine, per argumentum à contrario, ibi: *Quando fit distributio rerum, quæ stricto iure non debentur, secundam conditionẽ personarum, tunc iustitia distributiua non includit commutatiuam, &c.* nouissimè *VViggers*. de iustitia & iure, lib.1.art.1.dub.4.

271. Isai.37.17. *Opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum*, Prouerb.25.ver.4.& 5. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum; aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur Iustitia Thronus eius. Velasq*. lib. 3.Ps.100.annot.3. *Gregor*.lib.7.ep. 20. *Summum in Regibus bonum est Iustitiam colere, & sua cuique iura seruare.*

272. Lib.3.c.10. vers.9. *Et constitui te Regem vt faceres iudicium & iustitiam. Petr. Greg*. de Republc. 6. n. 4. *Valençuela* en el discurso de estado y Guerra, par.2.cõs.22.n.51. *Patric*. de Regno, li.2.c.1. *Ioã. Salgado de Araujo* en la ley de Portugal, discur.1.n.21. *Pedro Barbosa* en la Politica tr.1. de la Iuridioa y verdadera razon de Estado, fol.mihi 248.ibi: *Entre las mas propias, la que se puede llamar propissima, es la justicia, en cuya administracion essencialmente consiste el oficio del Principe, &c.*

273. Iuxta illud Sapien.10. *Mercedem laboris reddet Deus*, refert *Mastril*. de magist.tom.1.lib.1. c.21.n.6.

V.Mageftad haze,[274] y aunque modeftamente parezca grande en la perfona del pretendiente:pero regulandofe con el poder de V.Mageftad,que es quien la haze,no ay beneficia,ni merced que fea inmenfa:[275] porque los Principes que fe dan por feruidos de fus Vaffallos, fe compararon fiempre a la fertilidad de los campos,[276] que bueluen contantas ventajas lo que recibieron con limitada mano.

No aurà ia quien dude que llegando el tiempo de la recompenfa ha de fer fin con ques ni reparos, fino como de las Reales manos de V.Mageft.figuiendo en ello fu natural y la doctrina de Caffiodoro[277] que dize hablando en perfona de vn Principe fupremo. No fe contenta mi grandeza con boluer lo que recibo, fi no multiplicolas honoras, procuro los augmentos, y hago mercedes tan de buena gana como fi me hallara deudor de todas ellas.Lo mefmo dize *Alexãdro ab Alexandro,*[278] añadiẽdo no tiene el Principe pezo y modida,ni contaduria de los feruicios que recibe,para que cõforme a ellos fea la fatisfaciõ.

Diò Alexãdro Magno[279] vna Ciudad grande a vn particular, por vn limitado feruicio;el que la recibia fe embaraçò cõ la grãdeça,dando le a entẽdor,que era indigno de merced, que nũca aüia imaginado.Y aquel gran Principe refpondio. *No miro yo lo que te eftà bien recibir,fino lo que à mi grandeça coutene dar.* V.Mageftad,auentajado por tantos titulos a Alexandro (affi en las Virtudes,como en el Poder,en la Grandeça y en el Animo)claro eftà que no mirarà quien es el que recibe el beneficio,fino a fu mifma Grandeça que le dà.

QVARTO ARTICVLO.

Qve fe deue la remuneracion,y recompenfa que fe pretende, no folo por que obligan a ella todas las partes de jufticia;mas aun tambiẽ por la pena,y del premio.

MVy affentada propoficiõ,Señor,es efta,los premios hazen los hombres buenos,Eftudiofos,y valiẽtes.[280] Los premiados, y honrados de muy buena gana fe dan al trabajo,y al Eftudio,[281] por fer efte el camino de merecer mas Combidan los premios a bien proceder, y fe defpiertan con ellos los ingenios ya caidos.[282] Con el premio fe realça el verdadero, y honefto trabajo[283] Hafta los Santos tienen por objeto,fino por principal,por fecundario,el premio de la Bienauenrurança,[284] y eftà canonizado por el Santo *Concilio Tridentino,*[285] y en contrapoficion *San Iuan Chrifoftomo*[286] dixo : *Que merecieron mas*

274.Cap. fi fuper gratia de offic.deleg.lib. 6. c.decet,de reg. iur.eodem lib.*Dec.*conf. 107.ad fin.vbi inquit:*Quòd bonus Princeps in liberalitate concefforũ conftanter perfiftere debet.Cots.*in memorab.verb.Princeps, *Rendinn* de maieft.Principium,verb. fed etiam per legitimos tramites n. 21.*Molin.*de primog.lib. 4.c.3. n.19.*Camil. Borrel.* de præftantia Regis Catholic. c. 64.n.64. *Valenzuel.*conf.2.num.60.vol.1. Theod. Rex Agapito Præfecto Vrbis fcribens apud *Caff.od.*lib. 1.var.c.33.ita ait:*Nefcit Serenitatis noftra femel prolatum titubare iudicium, nec quòd pronida difpofitione conftituit, cuiufquam occafionis fubreptione mutari.*

275.*Hippol.Rimin.*in §.1.Inftit. de donat.ibi:*Quòd nulla donationes a Principe facta immenfa videri debent,quia liberalitas Principis nullis huiufcemodi frenis coerceri poteft.* *Rebuf.*conf.148.col. 8.verf.Quare dictos comitatus, ibi:*In Principe immẽfitas ipfa mẽfura eft,cũ propria Princip.Virtus fit liberalitas.* *Menoch.* cõf.331. n.76.to.4. *Melch.Phæbos* Lufit. dec.111.n.14.& 15.tom. 1. ibi: *Quando Princeps aliquid concedit ob meritũ,nunquam dicitur læfus , quia celfitudo Principis , & eius munificentia indicat ea effe æqualia recompenfationi,&c.*

276.*Dec.*in l.quæ dotis,ff.folut. matrim.ibi : *Vbi beneficia acceptorum inftar agri fertilis fructuũ plus reddentes quàm accipiant.* Senec.de benefic.lib.2.c.18.Cicer.de benefic. lib.1. *Quid non beneficio pronocati facere debemus?an imitari agros fertiles , qui multò plus afferunt, quàm acceperunt,&c.*

277.*Caffidor.* lib. 1.ep.12. *Nec tamẽ benignitas noftra vna remuneratione cõtenta,honorẽ geminat, augmenta procurat , & eo ftudio donn reparat,quafi debent omne quod praftat.* 278. Idem dicit *Alex. ab Alex.* lib.5. dierum Genial c.1. ita fubdens.*Nec tantum eadem menfura, fed multo maiore,fi poteft,beneficium remunerare, & bene cumulatam gratiã referre decet,nec vocare ad calculos expenforum,& acceptorum.* 279. *Alex.Magn.*ita ait:*Non curo quid te accipere deceat,fed quid mihi dare cõgruat.*Referunt *Cal.Rhodig.*lib.7.antiq.lect.c.28. *Tymp.*in fpec. Princ.fing. 23. *Senec.*de benef.lib.1 c.6.*Frãcifco Mõçon* en el efpejo del Principe Chriftian.lib.1.c.83 f. 205.ver.Moftrarãfe. 280.*Cicer.*1.Tufc.*Præmia ftimulent ad Virtutem.Caffiod.*lib.2.var.c.16. *Nutriunt enim præmiorum exemplo Virtutes, nec quifquam eft,qui non morum fummam nitatur afcendere, quando irremuneratum non relinquitur, quòd Confcientia tefte laudatur.*Idem *Caffiod.*lib.1.var.c.16.*Nam fi equorum curfus hominum clamoribus incitantur,& ingentium manibus agitur,vt à mutis animalibus velocitas appetatur:quantum inde homines ftimulari poffe credimus , quos ad laudis auiditatem natos fingulariter inuenimus.* *Arnol.Ferron.*lib.1.*Præmiis magnorum etiam virorum animi excitantur.*

281.Præmiis ac honoribus donati liberius ftudiis,& laboribus operam dant. *Menoch.*de præf. lib.6.præf.vlt. *Gorgal.*ad reg.8.Cancel.gloff.4.n.21. 282. *Claudian.*lib.6. -- *Egregios inuitant præmia mores , Hinc prifca redeunt artes,felicibus inde Ingeniis aperitur iter,defpectaque Mufa Colla leuant.*

283.*Cic.*1.de orat.*Verus quidẽ,iuftu ,ac honeftus labor præmiis,ac fplendore decoratur,* refert *Menoch.* d.lib.6.præf. vlt.n.3. 284. *Dauid* Pf.118.*Inclinaui cor meum ad faciendas iuftificationes tuas in æternũ,propter retributionem.*

285.*Conc.Trid.*fef.6.can.31.*Si quis dixerit iuftificatũ peccare dũ intuitu æternæ mercedis bene operatur , anathema fit.*

286.*S.Ioan.Chryfoft.*in Ioan.c.4.hom.33.*Nam veteres Patriarcha feminando,Apoftoli autem metendo quodammodo laborauerunt, ficut autem fatio longius abeft à fructu,quàm meffis,ita Patriarcharum labores longius aberant à præmiis vitæ æternæ,quàm labores Apoftolorum;labores igitur Patriarcharum duros ac difficiles reddebat abfentia præmiorum; at verò Apoftolorum labores,quamuis multò grauiores,& acerbiores fuerint , tamen ipfa præfentia præmiorum leues, ac penè nullos efficiebat,&c.* *Mend.*ç.in lib.1.Reg.c.8.n.8.fect.2.9.2.

los Patriarchas antiguos, que los Apostoles: porque estos tenian el premio proximo, y aquellos mas lexos, respeto de que no le aguardauan, hasta que el Hijo de Dios encarnasse. Y San Ambrosio [287] dize *Que para alentar Christo a los Discipulos, y apartarles el fastidio de la dilacion del premio en este siglo, y en la Bienauenturança, se les asseguró.*

Por lo contrario, faltando los premios, no ay quien atienda a la Virtud, [288] ella no se busca, [289] desvanecese el trabajo, [290] se abaten los mas gallardos ingenios, y se acobardan las mas animosas resoluciones. Porque segun nos enseña *Caton,* [291] *se quita el deseo de emprender hazañas honrosas, quando la Virtud se halla falta de premios:* y como añade *Xenophonte:* [292] *Gran desesperacion amenaça a los buenos (por mucho que lo sean) quando no se ven diferenciar en los premios de los holgazanes, o que los que se ponen y arrojan a los peligros, y trabajos, son medidos con los que huyen dellos, por vn rasero.* Lamentalo con el peso y grauedad de palabras, que suele el docto Padre Iuan de Mariana, en la carta que el año de 1608. escriuio de Toledo a Valencia al Doctor Miguel Iuan de Vimbodi, cuyo fragamento imprimió Leon Alacio. [293]

Y aûnque pareciò a algunos Filosophos bastante premio, seguir el camino de la Virtud, [294] y auer merecido, [295] y hazer cada vno lo que deue, [296] y tener el Sabio harto consigo. [297] Sin embargo, el commun apetito, y natural deseo de diferenciarse vno de sus vezinos, y de ver sus trabajos bien logrados, y lleuada su persona a puestos grandes por ellos, le incita a apetecer estos premios, como demonstraciones de su Virtud y valor; [298] porque no ay hombre por agreste que sea, que no le incite este apetito [299] de alabança, y honores lustrosos, estos facilitan la carga, y al mas modesto y retirado le incitan a emprender, y conseguir hazañas prodigiosas, dignas de memoria eterna. *Quintiliano,* gran preceptor de moços nobles, dize que deseaua, que los discipulos que huuiesse de enseñar, fuessen inclinados a alcançar honra, y fama: porque aquel deseo les incitaria a hazer Obras auentajadas, y gloriosas por donde mereciessen ser loados, y honrados: y conforme a esto *Lucrecio* Poeta aconsejaua a los Maestros, y Ayos de los moços generosos, que los mouiessen, y incitassen a ganar honra porque este intento les daria nueuas fuerças para hazer hechos illustres.[300]

287. *S. Ambros.* lib. 1. de pœnit. cap. 16. *Omne studium torpescit dilatione, & ideò Dominus, vt præsentium fructu cumularetur deuotio Discipulorum, dixit, quoniam qui dimisisset omnia sua, & eum sequutus esset, centies tantum reciperet, & hic, & in futurum prius hic promisit, vt fastidia dilationis auferret.*

288. *Iuuenal* Satyr. 10.
— *Quis enim Virtutem amplectitur ipsam*
Præmia si tollas?

289. *Cassiod.* lib. 1. var. epist. c. 3. *Nec credi potest Virtus, quæ sequestratur à præmio.*

290. *Gregor.* homil. 53. super Matth. *Opera sine præmiis vacua sunt. Et Tertulian. Nullum certum opus est mercedis incerta.*

291. *Cato.* in apophtheg. apud Plutar. quem refert Carol. Pascal. in tract. de Legato, cap. 87. *Iuuentuti auferetur studium honoris quoties Virtus præmiis viduatur.*

292. *Xenophon.* in Aleonom. *Magna imminet bonis desperatio cum ab ignauis se præmiis discretos non aspiciunt, & qui se periculis, & laboribus obiiciunt, cum subterfugientibus pari ratione haberi.*

293. *Allatius* in lib. cui titulus est, Apes Vrbanæ, in verbo Michael Ioann. Vimbodinus: *Hic humaniorum literarum cultus desideratur passim nullis propositis præmiis, honore nullo misere iacent. Quæstuaria in pretio, si sunt res nostra, nimirum Artes, si prouentu careant, plerique inanes arbitrantur, studia vtilitate metientes & lucro. Valentinis præ cæteris Hispaniæ populis ingenium acre, & viuidum Cælo datū agnoscimus. Habes tuos, quos imiteris, vt doctior euadas, Pereirā Theolog. præclarum, Perpenianū eloquentia cum veteribus comparandum. Nostros quondam Romæ sodales, Falconem præstantis ingeny virum Nunnesium varia ad miraculum lectione, nuper, vt audio, extinctos.*

294. *Senec.* epist 67. *Virtus nullo honestamento eget, ipsa & magnum sui decus est. Sylius Italic.* lib. 3. bellor. Punic. quem refert *Valençuel.* tom. 1. conf. 81. nom. 41.
Ipsa quidem Virtus sibimet pulcherrima merces.

295. *Philosophus,* quem refert *Doctor Sebastian. de Soto* en el Discurso Medico y legal de las enfermedades, porque seguramente pueden las Religiosas dexar la clausura, prop. 4. fol. 123. *Satis est meruisse.*

296. *Sen.* de clemēt. lib. 1. c. 1. *Rectè factorū verus fructus est, fecisse, nec vllū virtutū pretiū dignū illis extra ipsas est.*

297. *Laert.* in Antist. apud eloquentissimum P.M.Fr. Hieron. de la Cruz en el Stoyco illustrado, cap. 5. pag. 32. dum ait *Sapientem sibi sufficere.*

298. D. Paul. ad Hebr. c. 11. vers. 26. *Aspiciebat enim in remunerationem Nat. Com.* lib. 15. *Præclara præmia, & insignia Virtutis conueniunt, quibus conferendis vtile est Principibus esse magnificos. Bieffi.* de Republ. libr. 4. c. 3. folio 194. *Boter.* de ratione Status, lib. 9. fol. 162. cum sequent. *Sebast. Foxius* de Regni, & Regis insti. lib. 2. n. 3. cum seqq. *Hect. Pinto* par. 2. dial. 2. de iust. f. 108. amicus noster *Marc. Anton. Peul.* de exteriori Principis munere, lib. 5. c. 50. *Mendoça* lib. 1. Regum. c. 8. n. 8. f. 2. §. 3. *Valenzuel.* d. tom. 1. cons. 82. n. 41. vbi asserit *Sylium Ital.* lib. 13. bellor. Punic. censuisse absque honoris, vel vtilitatis præmio homines pœnitere insignia operari.

299. *Osor.* noster de gloria humana, lib. 1. in princ. *Primum enim adeò late patet, vt nullus sit neq; tanta humanitate præditus, neq; tā agrestis, & inhumanus, neq; tantis honoribus insignis, neque tam obscurus, & ignotus, neque tot Virtutis ornamentis excultus, neque tam multis flagitiis coopertus, qui non flagret infinita quadam gloria cupiditate. Ioan. Brantius* de Senatore, lib. 1. c. 8. f. 29. *Quid homini potest dari maius quàm gloria, laus, & æternitas?*

300. Refierelo *Francisco de Monçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. c. 68. in prin.

301. Plu

Y ſegun la ſentencia de *Plinio iunio*;[301] aun la alabança plebeya ſe ſuele eſtimar, por donde refiere de ſi meſmo que le acontecia lo que a Demoſthenes que ſe olgo de oyr a vna vejecilla, que como a hombre raro le ſeñalo con eldedo.[302]

Mueuelos tambien, ò deurà mouerlos, lo que diran las Naciones eſtrañas, porque eſtas, y la Patria propria no regùla mas eſtendidamente los merecimientos de los ſeruicios, que por las medras, y aumentos que vè en el dueño que los hizo; reſpeto de que como los Principes tienen en ſu mano buſcar entre ſus Subditos, los mejores para que le ſiruan, ſiempre ſe entiende ſer el mas auenrajado, quien para tales miniſterios pudo ſer eſcogido, ò premiado por ellos[303] ò alomenos en la aparencia exterior los pueſtos ſon conſequencia de meritos, y la falta de eſtimacion, ilacion de indignidades. Y por eſto Ariſtoteles de quien refiere *Eliano*.[307] conſar tan gran Philoſopho no pudo lleuer bien que ſe le menoſcabaſe los honores que por publico decreto le auian concedido en la ciudad de Delphos, diziendo que toleraua mejor que no ſe los hubieran dado.

Por feliz ſe tiene el Reyno donde los merecimientos ſon preiniados, ſegun de Socrates refiere *Tucidides*,[304] pues como dixo *Simacho*,[305] el premiar a los profeſſores de Letras, es indicio de que la Republica ſe halla muy floreciente; y dezia *Platon*,[306] que eran bienauenruradas las Republicas a donde los Sabios reynan, ò los Reyes ſe dan al Eſtudio de la Sabiduria. De la qual bienauenrurança la mayor ſeñal es, ver que los Principes honran y premian a los Sabios, y Letrados, conſiderando la honra que a la Sabiduria ſe deue, y el prouecho que de ſu compañia ſe les ſigue.

Por lo contrario, ſe tiene por infeliz la Patria, que deuiendo a ſus hijos el agradecimiento de auerla hecho conocida y luſtroſa, los paga con ingratitudes, y malas obras. Y añade *Ciceron*[308] que no puede permanecer la Republica donde no ay premio para los buenos, ni caſtigo para los malos. Y *Solon*, vno de los ſiete Sabios de Grecia, dezia, que en roda la Republica bien concertada ha de auer premio, y pena, como refiere *Caſiodoro*;[309] (que ſon los dos Polos ſobre que ella ſe deue gouernar:) porque ſi los premios ſe dieſſen a los malos,[310] ò a quien no los mereciesse, no ſe hallaria, quien graciosamente fueſſe bueno, y voluntariamente quiſieſſe trabajar, ſeria deſcamino para roda pretenſion, el merecimiento, de lo que ya ſe quexauà *Seneca*;[311] y ſe prerenderian los premios, mas con el trabajo de las diligencias, que con el fruto de las Obras eſcritas.

Premiar alos benemeritos, es eſpecie de gratificacion,

ō 4 que

301 *Plini. iun.* l. 4. Epiſt. 12. *Omnes enim, qui gloria, famaq; ducuntur, mirum in modum aſſenuo, & laus etiam à minoribus profecta delectat.*

302 *Idem* lib. 9. Epiſt. 23. *Verũ fatebor capio magnũ laboris mei fructum. An ſi Demoſthenes vere lotatus eſt quod illũ anus Attica ita demonſtrauit. Iſte eſt Demoſthenes. Ego celebritate nominis mei gaudere non debeo.*

303 *Caſſiodor.* lib. 2. Epiſt. 3. *Cum quis à nobis promouetur, præcipuus, & plenus meritis æſtimatur.*

304 *Tucidides* lib. 1. *Socrates vnus ex ſeptemSapientibus Græciæ pronuncianit ciuitatem illam eſſe optimã, in qua plurima Virtutis præmia poſita ſunt; nam inde fit, vt ille ait, vt in quos maxima Virtutis præmia proponuntur, apud illos optimi etiã viri inueniantur*, refert *Melch. iun* par. 3. politic. quæſt. 106. *Alençue*, la tom. 1. conſ. 82. num. 83.

305 *Symmachus* ita ait: *Scimus enim bonas artes honores nutriri, atque hoc ſpecimen eſſe florentis Republicæ, vt diſciplinarũ profeſſoribus præmia opulenta pendantur.*

306 *Plato* relatos à *Franciſco de Moçõ* en el eſpejo del Principe Chriſtiano, l. 1. cap. 35. in princip.

307 *Elian.* lib. 14 de varia hiſtoria *Ariſtoteles cùm quidam ei decretum Delphis honorem eripuiſſet, ſcribens de his ad Antiparrum inquit. Ea quæ Delphis mihi decreto ſunt aſſignata, quibuſq; nunc priuatus ſum, animã meam afficiunt, vt neq; magnopere mihi cordi ſint, neq; omnino non ſint. Sapientiſſime autem putauit non eſſe ſimile dignitatem aliquam non ſuſcipere, & cum iam acceperis ea ſpoliari, non enim graue eſt non adipiſci, & cùm adeptus ſis rurſum amittere id ſatis quidem moleſtum eſt.*

308 *Cicer.* lib. 3. de Nat. Deorum: *Nec domus, nec Reſp. ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis præmia extẽt vlla, nec ſupplicia peccatis*; refert *Menoch.* d. lib. 6. præſ. vlt. nu. 2. & *Simanch.* lib. 9. de Repub. cap. 20 nu. 1. cũ ſeqq.

309 *Caſſiod.* lib. 9. cap. 22. *Indiſcreti hominum mores, confuſique vagarentur, ſi culpa formidinem, aut Virtus præmia nõ haberet*, L. 2. tit. 27. par. 2. *Ca la juſticia non es tan ſolamente en eſcarmentar los males, mas aun en dar galardõ por los bienes*, *Phil. Heb.* in tract. de præmiis & pœnis, *Carol. Scrib.* in polit. Chriſt. c. 14. fol. 119. eleganter R. P. *Hierõ. de la Cruz*, en la defenſa de los Eſtaruros, par. 1. c. 17. in reſp. *Caſiã.* in Catal. gloriæ mũdi, par. 11. cõſid. 21. ibi. *Prudẽter enim Solõ vnus è ſeptẽ Sapientibus, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem Remp. duabus rebus contineris dixit, præmio ſcilicet, & pœna, vt hinc boni ad Virtutes inuitẽtur, & honoribus exornẽtur, illinc mali à flagitio arceantur pœna, vt in officio omnes ſint; concordat* l. 1. §. nam vt, ibi. *Bono non ſolum metu pœnarum, verũ præmiorũ quoque exhortatione efficere cupientes, ff. de iuſtit. & iure, & ibi gloſſ. in verb. metu pœna ũ, allegat verſus Horatij,*

Oderunt peccare boni Virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœna,

Propter quod *Democritus* duos eſſe omnino Deos cenſoit, pœnam, & beneficium, vt recenſet *Plinius* l. 2. naturalis hiſtor. cap. 7.

310 *Saluſt.* in frag. hiſt. *Vbi malos præmia ſequuntur, haud facilè quiſquis gratuitò bonus eſt.*

Sylius Italicus l. 13. bellorũ Punicor. *Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint, Nõ mouet, & gratis pœnitet eſſe probũ*

312 *Seneca. Labor contra Virtutem ſemper eſt.*

que se opóne a la ingratitud. Y afirma *Seneca*, [311] ser esto tan natural en las gentes, que hasta las Naciones barbaras lo guardan, y los animales mas irracionales sienten su falta.

Añade vna Ley de la Partida, [312] que coouiene mucho que lo obseruen todos; y principalmente el Principe conforme lo enseña *Cassiodoro*, [313] diziendo: *Que el mas firme, y continuo proposito del Principe deue ser honrar con palma de colmada remuneracion los honestos trabajos: porque viendo premiar, y que llegò su vez a los que se ocupan en ellos, se muerdan de embidia los que no han sabido imitarlos, y puedan imputarse a si mismos, y a su propia floxedad, y desidia, no auer merecido premios en tiempo de Principe tan clemente, y que sabe repartirlos con tanta igualdad.*

No tuuieron los Romanos accepcion de personas en honrar a Sabios, porque como supiessen que lo eran, les hazian grandes honras, aunque fuessen Estrangeros, como se refiere en el espejo del Principe Christiano. [314]

Siendo pues natural el agradecimiento, y deuido el premio, no teniendo hasta aora alguno el Doctor Barbosa, ni auiendose tomado resolucion en el complimiento del a Plaça que se le mandò dar que es tocarle en lo viuo de la opinion, pues se desacredita la Virtud, quando le falta el premio; [315] y lo mismo es quitarselo, que suspenderlo; assi por lo que dixo *Ausonio*, [316] que la merced que tarda, tiene su pedaço de ingratitud *Seneca* tambien lo dixo. [317] como por lo que enseñan los Iurisconsultos; [318] que la duda, y suspension tiene los mismos efetos, que la negacion: y sin embargo, que la verdadera Virtud resplandece mas, siendo contrastada; [319] y es como echar el oro en la fragua, que crece su fineça, y resplandor. Con todo, nunca son buenos los emulos: [320] porque la embidia es contraria a la felicidad; [321] y la Fortuna enemiga de la misma Virtud: [322] pero no se puede tapar la boca a los maldicientes, en tanto grado, que quien desea viuir sin calumnia, y emulacion, es como si quisiesse ponerse al Sol claro sin hazer sombra [323] Importa obrar bien, y no temer la murmuracion: porque hasta Alexandro Magno auiendo con igual animo oido, que dezian mal de su persona, respondio: *Ser propio de los Reyes hazer bien, y oir hablar de si mal.* [324] Y pues, Señor, en la vuestra Real clemencia, y magnanimo pecho no ay persona, que aũ por moderados seruicios, y con limitados Estudios no consiga las medras muy colmadas; por que la Corona de los Principes consiste en la honra de sus vassallos. Pòr tanto prostrado el Suplicante a los Reales pies de V. Magestad, le ofrece humildemente estos seruicios hechos a la Republica, con la impression de sus Obras; para que en cõsideracion de lo referido, y en premio de tantos trabajos, desvelos, y Estudios suyos, y de su Padre, se sirua V. Magestad de hazerle alguna merced, de la qual quedarà viua la memoria en quanto la huuiere de sus Libros, otros tantos pregooeros della al Mũdo, y millones de gracias darã a V. Magestad los Estudiosos; y el

supl

311 *Seneca* ad Lucil. Epist. 28. *Credamus nihil grato animo honestius; omnes hoc Vrbes, omnes etiã ex barbaris Nationibus gẽtes clamãt in tanta studiorũ diuersitate referendã benemeritis gratiã vno ore affirmãt, in hoc discors turba cõfirmat.* De Alexãdro Magno ait Diodorus Siculus *apud benemeritos adeo fuisse gratũ nõ Diis tãtũ, nõ hominibus, sed brutis quoque animalibus gratitudinem pro beneficiis acceptis ostẽdere voluerit.*

312 L.2.tit.27.par.2. *Ca dar galardõ à los que biẽ fazen, es cosa que conuiene mucho a todos los homes en que ha bõdad, mayormẽte los grãdes señores que han poder de lo fazer, porque en galardonar los buenos fechos, mostrasse por conoscido el que lo faze, &c.*

313 *Cassiodor.* l. 9. Epist. 9. *Principalis propositum esse debet honestos labores palmæ remunerationis ornare, vt vicissitudine, qua prouecti gaudent, desides mordeantur, sibique imputare possint, quod clementissimis temporibus iudicij principalis præmia non merentur.*

314 *Franc. Mẽçon* en el espejo del Principe Christiano, lib. 1. cap. 35. fol. 81. vers.

315 *Greg.* in l 5. in gloss. verb. por bondad, tit. 18. par. 3.

316 *Auson.* ex sentẽtia Lucani.
Gratia, quæ tarda est, ingrata est gratia, namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

317 *Seneca* l. 2. de benefic. cap. 1. *Ingratum est beneficiũ quod diu inter manus dantis hæsit quod quis ægre dimittere visus est, & sic tanquã sibi præciperet. &c. 5. Omnis benignitas properat, & proprium libenter facientis cito facere.*

318 L. 1. l. sufficit, l. Iulianus in 2. resp. ff. de condict. indebiti 1. §. si pendeat ff. ad Maced.

319 *Seneca.*
Marceret sine aduersario Virtus, tunc apparet quãtum valeat, polleatque, cum quid possit, patientia ostendit.

320 *Lucan.* lib. 1. Phars.
Stimulos dedit æmula Virtus,
Nec quemquam iam ferre potest, Cæsarve priorem, Pompeiusve parem. *Alan.* de planctu naturę, loquẽdo de inuidiosis. *Ille autem alienæ famæ serenitatem, detractionis nubilo nubilare conantur, aut eiusdem gloriam sola taciturnitate fœdare, &c.*

321 *Phil. Hebr.* de vit. viri ciuilis, siue de Ioseph. *Sed inuidia magnarum felicitatum aduersaria perpetua.* Seneca. *Sæpe maiori fortunæ locum fecit inuidia, multa ceciderunt, vt in altum consurgerent, & in maius. Amian. Marcel.* l. 3. histor. *Solet amplissima gloria obiecta esse semper inuidia*, cũ aliis per *Valençuel.* in discursu Status & belli, par. 2. consid. 18. *D. Solorçan* de iure Indiar. tom. 1. lib. 1. cap. 16. ex num. 94.

322 *Senec.* in Herc. furente. *O fortuna viris inuida fortibus. Quãm non æqua bonis præmia diuidis.* Idẽ tragœdia 4.
Res humanas ordine nullo Fortuna regit, spargitque manu Munera cæca peiora fouens. *Ariosto* in Orlandos furios. can. 16. *Fortuna anco piu bisogna assai. Que senza val virtu raro, o non mai.*

323 *Commineus* l. 5. histor. *Imo qui vult suauiter viuere in hac vita sine calumnia, & inuidia, is perinde facit, ac qui vult in clarissimo Sole sine vmbra versari.* 324 *Lycostenes* in lib. apophtheg. *Alexander, pari animo cum obtrectari sibi audisset. Regium esse respondit benè facere, & malè audire.*

Suplicante (hallando en la grandeça de V. Mageſtad la proteccion de que gozan todos los benemeritos de la Igleſia, y que ſe ocupan en ſeruir al Publico) proſeguira con ſus Eſtudios, y trabajara con mas cuydado, para como fiel, y obligadiſſimo vaſſallo de V. Mageſtad, poder correſponder a las obligaciones, que como a tal le ocurren, moſtrandoſe grato, y no indigno de los fauores y merecedes que eſpera conſeguir de la liberalidad de V. Mageſtad, cuya vida proſpere el Cielo, para biẽ de la Chriſtiandad.

Eſte Memoral dio el Doctor Barboſa aſu Mageſtad Catholica, y al Conde Duque, y Miniſtros de tribunales ſupremos, a la Baronle, mucho, y reconocieron ſu iuſtificacion, ſin embargo no ſe ha deferido a tan iuſta ſupplica, ni el Doctor Barboſa deſpues del ſucceſſo de Portugal trato mas deſta pretenſion, diziendo que en ſus deſdichas y trabajos no hallo me por, ni major conſuelo que conformaſe con ſu diuina voluntad, y reconocer ſu ſuerte, aiuſtandoſe a ella, ſeguendo el Conſejo de Dario que refiere Curcio.[A] lo que ſirue muchas verzes de remediar, corregir, o templar algo el daño y deſconſuelo de los tiempos aduerſos; conſejo que le qualifico por prudente *Neliodoro* [B] Trato de encerrarſe, y eſconderſe dentro de los limites de ſu corte fortuna ſeguendo lo que dixo *Ouidio*. [C] deſeando vacar ſolo a Dios y a ſus Libros lo que le reſtara de vida, ſiendo aſſi que los Varones prudentes in quienes no predomina la ambicion de mandar, deſean ſolamente verſe libres de embaraços y ocupaciones, como enſeña *Stacio*.[D] Guſtoſa vida paſſa quiẽ la gaſta en ſus proprios negotios como dixo *Terencio*. [E] y es verdadero deſcanço el que le tiene ſin occupaciones *publicas*; [F] que quien hauiuido y ſeruido la que le baſta para merecer algun nombre, no yerra en pedir para ſy lo que le reſtare de vida; como lo a conſeja *Marcial*. [G] mas quando ſe procura eſte ocio para darle al trabajo de leer, o eſcriuir varios libros, como de Malio Heodoro lo noto *Claudio* en ſu *Panagyrico*. [H] donde refiere que viuia guſtoſo auiendoſe retirado para entregarſe a ellos. [I] de humilis o ſimirio leemos que dexo grandes pueſtos, y retirandoſe a vna granja viuio en ella ſiete años en vida ſolitaria y priuada, y mando poner en ſu tumulo.[A] *qui rare ſimili, cuja edad fue larga, y ſin embargo tan ſolamente viuio ſiete años della*, dando a entender que los que ocupo en oficios publicos mas ſe deuian reputar por de muerte.

A *Quint. Curt.* lib 4. *Didici enim eſſe infelix, & ſape calamitatis ſolatium eſt noſſe ſortem ſuam.*

B *Helioaor.* en hiſtor. Æthiophium pag. 153. *Prudentium eſt etiam parum proſperos caſus, quatenus fieri poteſt in melius conuertere.*

C *Ouid.* lib. Triſtium Epiſt. 4. *Crede mihi benè qui latuit bene vixit, & intra Fortunã debet quiſquis manere ſuam.*

D. *Stat. Papinian.* lib. 11. ſylu.
—dubio quos non in turbine rerum
Deprehendat ſuprema dies, ſed abire paratos
Ac plenos vita.

E. *Terent. Iucundiſſimum viuẽdi genus agere ſua.*

F. *Seneca* Epiſt. 73. & de tranquillit. cap. 1. *Pingue otium & arbitrium ſui temporis, & imperturbata publicis occupationibus quies.*

G. *Martial.* lib. 1. epigr. 50. in fine. *Non imprudenter vita quod reliquũ eſt petit, cum fama quod ſatis habet.*

H. *Claudianus* in Panegytico Ma-Theodori. *Iam tibi compoſitam fundauerat anchora puppim Telluris iam certus eras, facũda placebant Otia, naſcentes ibunt in ſecula libri.*

I. *Hic ſimilis iacet, cuius ætas multorum fuit annorum, & tamen ex eis ſeptem ſolum vixit.* Referunt *Dion Caſſius* lib. 9. hiſtoriæ Roman. pag. 801. *Bapt. Fulgoſ.* lib. 4. memorabil. c. 10. n. 6. *Hect. Pintus* in dialogo de vita ſolitaria cap. 2. *Petr. Sanchez* en la vida de Sãion §. 6. de vita ſolitoria pag. 307. *Laurẽt. Beyerlinch.* in theatro vitæ humanæ tit. G. pag. 64.

IOANNES GILABERT, S. TH. D. ET D. L. Sacrista, & Canonicus Sedis Minorissæ, & sacrosanctæ Inquisitionis Commissarius, Doctori AVGVSTINO BARBOSÆ, Protonotario Apostolico, S. P. D.

MAGNI æstimo hos tuos labores mihi commendatos. Ærarium tuæ doctrinæ ditissimum reserasti; vnde dites ingenia opulentiora. Fidelitatem meam tibi amicam duxisti, amicitiam tuam mihi fidelem duco. Votis tuis parui. Operi diligenter, & auidius inuigilans, Typographo solicitudinem adhibui. Antiquum mihi est, hæc & maiora tibi obsequia præstare. Sacraui curam, atque mihi semper erit sacra tuis scriptis consecrata. Legeram tuos cum voluptate libros, & te inter primos & vrbis, & orbis viros electione legi. Felicem mihi fore statui, si tecum amicitias ponerem: Te humanum hominem, & diuinum quæsiui Canonistarum doctissimum. Qualem te animo finxi, sine fictione reperi. Delitiæ meæ illi dies cum te & Doctore, & amico vsus sum. E mari descenderas Barchinonem, Matritum paraturus iter. Fœlicissimum me Barchino fecit quæ me in id tempus ad grauissima negotia vocarat.

Nauigabas Roma eruditissimum opus annotationum in Concilium liberaturus nota, qua illud doctissimi Hispaniarum notabant. Iuisti, pugnasti, vicisti, cum summa lætitia de victoria apud supremum, & integerrimum Inquisitionis Senatum certior factus fui. Hoc summum tuæ doctrinæ Catholicæ argumentum. Plures Sysiphi libro tuo admouerant saxum, sed vnus remouisti. Defendisti tuum laborem Hercules contra duos, & contra plures Hercules. Laudo fortitudinem, immo sapientiam laudo, quam tot Doctores scriptam legunt, alij audiunt, omnes admirantur.

Multa egregiè scripsisti: hæc extrema maximi facio, mihíque vendico gloriam: quia voluntati meæ illa, & studio commisisti, vt prælo mandarentur: distentus tamen grauissimis sacræ Inquisitionis rebus, subsidio sapientissimi Hieronymi Font S. Th. D. prædicatoris eximij, & amici mei, iussis tuis obtemperaui libenter. Liber typis datus est quem cum euoluo, laudo Balthasaris culpam: quia præbuit ansam, vt tantam in hac praxi eruditionem inuenires. Fecimus quod iussisti. Maiora iube, quæ voluptati parendi æqualia sint. Hoc vnum enixè rogo, atque obsecro, vt tractatus aliquos de rebus sanctam Inquisitionem pertinentibus cures. Existimo enim laborem hunc, & vtilem, & laudandum. Vale.

¶ DOCTIS

DOCTISSIMO VIRO AVGVSTINO
BARBOSÆ de sua praxi exigendi pensiones Pater Frater
GABRIEL LOPEZ Nauarro, Ordinis Prædicatorum,
Consilij sanctæ ac generalis Inquisitionis
Qualificator ex munere.

FOELIX culpa (liceat mihi sic per antiphrasim loqui) grata ingratitudo vnius hominis, quæ tanto operi, tantis opibus dedit ansam, præbuit occasionem. Ingratus ille, qui post magnum à te in se collatum beneficium, debitum ex contractu non soluit, ne dum cum vsura acceptum (vt par erat) reddidit, te iustissimè dolentem, nos ex corde diligentem, ad hos ingenij tui fœcundissimi fœtus, nobis prælo dandos impulit. Fœlices nos illo fruentes, nec tu infœlix, qui etsi ære proprio fraudatus, multos vt fraudes caueant, dum mones, diuites facies. Non ne fœlix que faciunt aliena pericula cautum? *Fert* (verba sunt Senecæ) *sortem suam quisque, vt in cæteris rebus, ita in amicitijs*; at sors aduersa tua nobis prospera fuit. Tu eiusdem Philosophi sententiam amplectens, *Non respondeant* (inquis) *potius quàm non dentur beneficia, & sæpe post malam segetem serendum est.* Nos lectores tanto pro munere grati erimus, à nobis fructus vberiores expecta, illos tibi proculdubio promitte. Vos ô Sycophantæ, Liuidi, Zoili ex auctoris ingenij obtrectatione laudem aucupantes, cauete ne rigidiori nota digni reddamini, quo pretiosiori dono cumulati maioris beneficij debitores redditi. Immane flagitium, horrendum facinus ingratitudo, de quo ille gratitudinis præceptor præclarus. *Huic vni rei non posuimus legem tanquam natura satis cauisset. Plures* (adijcit) *inquies ingrati erunt, si nulla aduersus ingratum detur actio? immo pauciores, quia maiori delectu dabantur beneficia.* Quid ni fœlicem culpam, gratam ingratitudinem vnius dixerim, quæ tanti in commune commodum beneficij magno cum delectu fomitem ministrauit?

2. de benef. c. 18

Epist. 81

4. lib. de benefic. c. 17.

Sed abeat ingratus, valeas tu, iterum atque iterum feraci solo semina studiorum tuorum mandans. Vir haud dubium hominum causa natus, nunquam euoluendis libris quietem impetrare nouisti, atque vt non solum ætatis tuæ hominibus, sed & posteris quoq; consulens totum te toties ad elucubrationes litterarias in lucem edendas dedisti, & das. *Prodennt quandoque in lucem quorumdam studia, & labores, qui nisi & ipsi lucem adspicerent, lux eadem, & fulgor tantus ab eorum operibus emissus ingeniorum aciem velut offenderent.* Omnes dies sapientiæ studiis impendis, vnde simul tibi, & nobis viuis. O viuas! Quædam tempora surripiuntur alijs, quædam subducuntur, quædam effluunt. Magna vitæ pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus. Sed tu pertinax intempestiuum improbumque laborem non celas, sicque omnia excedis incommoda, omnia pertractas, non solum tangis. Nulla pars temporis tibi infructuosè elabitur, idcirco longa ante longam, ætas tua abunde satis ad discendum, ad docendum. *Mutuo ista fiunt, & omnes dum docent discunt.* Larga hæc spatia videntur, annos, quibus studes, non quibus viuis computando. *Summa hæc est rei, cito scribendo non fit vt bene, bene scribendo fit vt cito.* Tu vtrumque. Atque scripta tua, & doctis probata, & plana semper erunt imperitis. Vir tot eximiis virtutibus commendabilis, non est quod vulgum timeas, (vulgum autem, non solum pannosos, sed & chlamydatos voco) nulla tibi sit de cæca, & ignata turba cura, nulla querela, imperitam multitudinem, tua scripta calumniantem ne metuas, minimè dixeris.

Senec. epist. 7.

Quintil. lib. 10. instit. orat. c. 3.

Martial. lib. 5. epigr. 9.

Vos tamen, ô nostri ne festinate libelli
Si post fata venit gloria, non propero.

Immo te, tuosque libros amantes redama, amplectentes complectere, incessanter clames?

Martial. lib. 5. epigr. 13.

Sed toto legor ore frequens, & dicitur hic est,
Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.

ad Regul.

Ab illa communi regula te omnino liberum, omnesque te liberare cõmuni calculo crede.

Idem ibi. a cm.

Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores
Præferat antiquos semper, vt illa, nouis.
Omnia post obitum fingit maiora vetustas;
Maius ab exequiis nomen in ore venit.

Nulla non tua scripta habenti, lectitanti, præ admiratione illorum in stupore detento gratus affirma.

Martial. lib. ep. 1.

Cui lector studiose quod dedisti
Viuenti decus atque sentienti
Rari post cineres habent Scriptores.

Do

De te quod Plinius de Pompeio Saturnino loquens, loquor. Neque debet operibus eius obesse quod viuit, an si inter eos, quos nunquam vidimus, floruisset, non solum libros eius, verum etiam imagines conquireremus, eiusdem nunc honor præsentis, & gratia, quasi satietate languescit? At hoc paruum, malignumque est, non admirari hominem admiratione dignissimum, quia videre, alloqui, audire, complecti, nec laudare tantum, verum etiam amare contigit cum sapientibus, & gratis, de hoc tuo libro congratulor. Cum illo Antiquo; (1 Lib. 1. ep. ad Septim in Clarum.)

Indignor, quicquam reprehendi non quia crasse
Compositum, illepideve putetur, sed quia nuper,
Nec veniam antiquis sed honorem, & præmia posci. (Horat. lib. 2. ep. 1.)

Tibi nupero honores cumulatissimos, vtpote tanto viro dignos, nos omnes poscimus, & optamus præmia. Sed tu cogita, quàm iucundum sit nihil poscere, quàm magnificum sit plenum esse: cum adspexeris quot te in honoribus, & præmiis antecedant, cogita quot sequantur, cogita quàm multos antecesseris. Quid tibi cum cæteris? te ipse antecessisti. Sic contentus est sapiens ad beate viuendum, non ad viuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad illud tantum animo sano, & erecto, & despiciente fortunam. Infaustum sæculum, in quo nimia eo ipso nocent. Sic segetem nimia sternit vbertas, sic rami onere franguntur. Idem quoque nunc animis virorum sapientium euenit. Sed audi Senecam. *Si magnus vir cecidit, magnus iacuit, non magis illum contemni, quam cum ædium sacrarum ruinæ calcantur, quas Religiosi æque, ac stantes adorant.* Gloria vmbra sapientiæ est, etiam inuitos comitabitur, sed quemadmodum aliquando vmbra antecedit, aliquando sequitur, ita gloria aliquando ante nos est, visendamque se præbet; aliquando in aduerso est, maiorque quo serior. Vnum è plurimis tibi ex hoc numero annumerabo, quandiu Catonem ciuitas ignorauit, respuit, nec intellexit, nisi cum perdidit. (De consolatione ad Heluiam c. 14.)

Hæc pauca, insignis, & potentissime vir, præ temporis angustia pro huius tui libri dignitate pauciora, pro voto meo, pro debito paucissima ELOGII vice à me sint vtcunque dicta, qui vicem meam doleo vehementer cùm vix illimitatas, & Auctoris operis laudes à limine salutauerim. Quamuis autem incipientem, non tam me vicit præstandi, quod optaui, fiducia, quàm abstinendi formido, latius se tamen apetiente materia, plusquam ipse mihi imposui onoris, adquisiui honeris, nec vulgarem obiter mihi gloriam comparaui, dum alienorum, qui me omnimodo præcedunt, viam ingressus, maiorum maiora de te loquentium vestigiis insisto. Non statim pusillum est si quid maximo minus est. Cedam. In re tanta, eminere est, & post eminentes esse. Vale. Matriti Kalendis Iulij. 1635.



SERIES
Partium, & Quæſtionum.

PARS PRIMA.

PARS SECVNDA.

PRAXIS



PRAXIS
METHODICÆ EXIGENDI PENSIONES.

ADVERSVS

CALVMNIANTES, ET DIFFERENTES EAS SOLVERE,

PARS PRIMA.

PROOEMIVM.

1 *Causa exprimitur, qua motus Auctor hunc tractatum composuit.*

2 *Pensio vnde originem traxit, ostenditur.*

3 *Leges, vel Canones non habentur, qui de his pensionibus agant.*

4 *Pensionis Ecclesiasticæ quot sunt causæ.*

5 *Pensiones perpetuæ non reseruantur sine auctoritate Papæ.*

6 *Papa nunquam confirmat reseruationes pensionum per Ordinarios factas.*

7 *Alimentorum suppeditatio est finalis causa reseruandi pensiones.*

8 *Beneficia simplicia, & Curata quibus pensionibus grauari soleant.*

9 *Pensionis reseruatio nullo modo dicitur odiosa.*

10 *Papæ auctoritas excusat à simonia, quia prohibita.*

11 *Pensio imponitur super fructibus, & emolumentis omnibus beneficij.*

12 *Pensiones super fructibus non reseruat vsus Sedis Apost. sed de certa quantitate pecuniæ.*

13 *Pensiones non solet reseruare Papa sine consensu Titularis.*

14 *Causæ ad efficiendam validam reseruationem pensionis necessariæ, reperiuntur in pensione Auctoris.*

15 *Pensionem ad fauorem Auctoris Apostol. auctoritate reseruatam recusat soluere B.*

16 *Summa consensus, & obligationis Cameralis.*

17 *Papa in resignationibus sub vna, & eadem supplicatione, & data vni confert beneficium, & alteri pensionem reseruat.*

18 *B. excommunicatur per Auditorem Cameræ propter terminos pensionis per eum debitos, & non solutos.*

19 *B. ad Rotam appellauit vbi mandata, & declaratoriæ litteræ Auditoris Cameræ fuerunt confirmata.*

20 *B. sententiam contrariam ab executore, & Metropolitano, ac Illustrissimo Collectore reportauit.*

21 *B. in sacra Rota fuit excommunicatus declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus eo, quòd noluit obedire sententiæ Canonizatoriæ regressus.*

22 *B. à Iudice executore in litteris Apostol. reseruationis pensionis deputato excommunicatur ob non solutionem pensionis.*

23 *Vtilitas cognoscendi exceptiones, quæ executionem litterarum Apostolicarum impedire possunt.*

24 *Prima oppositio, ex qua oritur prima quæstio.*

25 *Secunda oppositio, ex qua venit secunda dissertatio.*

26 *Tertia oppositio, ex qua insurgit tertia disputatio.*

27 *Quarta oppositio, ex qua prouenit quarta dubitatio.*

28 *Quinta oppositio, ex qua oritur quintaquæst.*

29 *Sexta oppositio, ex qua subsequitur sexta disputatio.*

30 *Septima oppositio, ex qua se se offert septima disputanda disceptatio.*

31 *Octaua oppositio, ex qua venit discutienda octaua dubitatio.*

32 *Nona oppositio, vnde oritur nona quæstio.*

33 *Decima oppositio, ex qua prouenit decima quæstio.*

1 Vetus exigendarum pensionum modus à Sede Apostolic. & sacra Rota adinuentus malitia soluere debentium, & ignorantia Iudicum quandoque adulteratus, malè intellectus, & sinistrè vsitatus in causa fuit, vt ego illorum malitiæ, & ignorantiæ malleo percussus, vtilissimum reputauerim praxim breui methodo conficere, qua facilis pensionum exactio fiat, & malitiis obuietur calumniantium, & differentium eas soluere. Sed antequam ad hæc particulariter descendam, quædam necessaria duxi præmittenda.

2 Pensionis impositio, vt ab eius origine incipiatur, ab ipso B. Gregorio initium videtur sumpsisse, qui scilicet Episcopo propter ægritudinem renuntianti sumptus debitos de eiusdem Ecclesiæ redditibus quousque vixisset, ministrari præcepit *in cap. quamuis triste. 7. q. 1.* necnon etiam ob merita litteratum, & personarum sublimium, quas Romanus Pontifex maioribus beneficiis honorandas affirmat, vt considerau in meo tract. *de Iure Ecclesiast. lib. 3. c. 11. n. 54. infr.* † Sed verum est super hac materia non
3 haberi Leges, vel Canones, vt rectè pronuntianit Hier. Gabr. *cons. 191. n. 1. lib. 2.* licèt enim in aliquibus fiat mentio de pensionibus, constat tamen eos loqui de pēsionibus latissimè sumpto vocabulo, nō de hac, quæ per Papam ad vitam alicuius pro alimentis reseruatur, vt bene aduertit Melchior Lotter. in Romana Curia Aduocatus integerrimus, & mei amicissimus, in suo tract. *de re benefic. lib. 1. q. 36. n. 9. & 10.* Quare pensionis Ecclesiasticæ materiam esse regulandam tam actiuè, quàm passiuè secundum Iuris dispositiones loquētes de vsufructu, tenet post alios Rota *coram Duran. decis. 448. n. 17.* & reddit rationē *n. 30.* quia pensio subrogatur loco fructuum, & eorū sapit naturam. *l. mercedes. ff. de petit. hered. l. prædiorum. ff. de vsur.*

4 Ecclesiasticæ pensionis causa alia est efficiens, alia finalis, alia impulsiua, alia materialis, alia denique formalis.

5 Efficiēs causa est solus Papa, sine cuius auctoritate perpetuæ non reseruantur pensiones, Rot. *decis. 437. n. 2. p. 1. recentior.* Lotter. *d. tract. de re benef. lib. 1. q. 35. num. 18.* nouissimè Sanch. *in consil. moral. lib. 2. c. 3.*
6 *dub. 45. n. 3.* † Vnde fit, quòd si de facto Ordinarius pensionem reseruat, petaturque illius confirmatio à Papa, nusquam talis confirmatio conceditur; vel enim reiicitur supplicatio, vel ipsemet Papa nulla habita ratione præcedentis facti per Ordinarium, prouidet de beneficio, & pēsionem reseruat, Rebuff. *in praxi, tit. de reseruat. num. 17. ad fin. vers. Et confirmatio pensionis.* quod alia ratione non constat, quàm quia Ordinarius funditus hac in re caret omni potestate, vt etiam aduertit Mandos. *de signatura gratia, §. Confirmationes, vers. Pensionis ab Ordinario.*

Finalis causa est alimentorum suppeditatio, quo- 7
cunque enim Iure Papa prouidet alicui sub reseruatione pensionis, siue ex causa simplicis resignationis, siue ex causa cessionis iurium, aut simpliciter pensionē reseruet, tam in supplicatione, quàm in proœmio litterarum inserit clausulam expressiuam causæ huius alimentorum, nam in causa cessionis etiam ex concordia concipitur per hæc verba: *Ne ex cessione tua huiusmodi nimium dispendium patiaris.* & cùm ex natura subiectæ materiæ id reseratur ad personā Clerici dimittentis beneficium, vel ius in eo, præ se fert intentionē Papæ eam reseruandi in causam alimentorū, vt bene obseruat Hier. Gabr. *cons. 187. n. 11. lib. 2.* quē refert Lotter. *d. lib. 1. q. 35. n. 47.* Rot. *decis. 407. n. 1. p. 1. recentis.* aliàs *in posthumis Far.* vbi quòd pēsionis natura accedit ad naturam alimentorum, & *decis. 548. n. 7. in fin. p. 1. recentiss.* vbi quòd pensio reseruata ad effectum vt pensionarius se decenter alere possit, æquiparatur alimentis, Duran. *Rota decis. 448. n. 23.*

Finis ergo est prouidendi egenis de alimentis, & 8
ita supponendi necessariò sunt termini habiles, videlicet superfluentia reddituum in titulari, eo modo, quòd eis simul possit de congrua sustentatione prouideri. Vnde si beneficium sit simplex, non cōsueuit grauare Papa titularem vltra medietatem iusti valoris, vt Gig. *de pensionib. q. 9 sub n. 2.* altera verò medietas plusquam superflua est, præcipuè respectu beneficiorum omnino simplicium, idest, quibus non est annexus Ordo, vel munus residentiæ à Iure aliquo speciali: si verò beneficium sit Curatū, non dat pensiones, nisi cum claus. *Dummodo remaneant centū pro Rectore*, si Ecclesia sit Parochialis, vel cum claus. *Dūmodo remaneant mille pro Episcopo*, si sit Cathedralis: de quarum vi, & effectu latè egimus in tract. *de claus. vsufrequent. claus. 47. & 48.*

Ex quo resultat reseruationē pensionis nullo modo dici odiosam, immo semel in esse deductā fauora- 9
bilem censeri tenent Gig. *de pension. q. 96. n. 5.* Cabed. *decis. 149. n. 1. cum seqq. p. 1.* Valenzuela *cons. 185. n. 9. tom. 2.* iustum enim, & sanctum est ex superfluis ab vno auferri, vt detur egenti per eum, cui redditum Ecclesiasticorū absoluta est administratio, præcipuè vbi concurrit consensus eius, qui videtur grauari, in quod perpetuò Papa defigit oculos. Cassad. *decis. 11. sub num. 8. de rescript.* ac certè pēsio nō est odiosa, quia nō reseruatur in odiū in Titularis, sed fauorē tertij, habetque admixtā illā publicæ vtilitatis rationē, vt scilicet ex pingui beneficio plures Clerici alantur, Burgens. *cons. 126. n. 90. lib. 2.* Mandos. *super reg. 19. q. 11. n. 1. cum seq.* Gonzal. *§. proœm. 6. n. 51.* quos refert Rota
corā Duran. decis. 67. n. 1. Quare patet iniustissimè cō- 10
queri Titulares, quos acerrimè increpāt, viuisque rationibus conuincunt Mandos. *ad reg. 19. q. 11. & n. 4.* & Gambar. *de officio Legati à latere lib. 6. ex n. 51.*

Impulsiuæ causæ, quibus impellitur Papa ad reseruandam pensionem, duæ principales sunt, ad quas omnes aliæ reducuntur, videlicet resignatio, seu cessio, siue simplex, siue pro concordia; & contingēns noua vacatio, vt aduertit Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 35. num. 45.* Potest enim quilibet beneficiarius suum beneficium cum pensione, accessu, & regressu coram Papa tantùm resignare, cùm à simonia, quia prohibita, illa scilicet, quæ à Iure communi inducta est, auctoritas, & sententia Summi

Pont.

Pont. excuset, glos. *verb. illicitè, cap. cùm pridem, de pactis*, vbi Imol. *num.*8. Cassad. *decis.*2. *de simon. num.* 3 Roduan. *in tract. de simonia, part.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. Rut. *in Oseen. pensionis* 27. *Iuny* 1621. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Balneoregien. simonia* 17. *May* 1624. *coram eodem*, & ita de stylo Curiæ obseruari testantur Nau. *in man. c.* 13. *num.* 107. *vers. Ad decimum*, & Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 14. *quæst.* 3. *num.* 14.

11 Materialis causa est certa pecuniarum summa: nam quamuis pensio imponatur super fructibus, & emolumentis omnibus beneficij, Rot. *decis.* 508. *sub num.* 3. *par.* 2. *recentior.* Vsus tamen Sedis Apostol.
12 non est reseruare pensiones super fructibus, sed de certa quantitate pecuniæ, Couar. *var. lib.* 1. *c.* 15. *sub num.* 13. *vers. Tertio*, Hippol. Riminald. *cons.* 634. *num.* 4. Lutter. *d. lib.* 1. *q.* 35. *num.* 54. vbi *num.* 55. obseruat ex magna causa, & intuitu personæ alicuius eximiæ concedi quandoque gratia reseruationis fructuum, vel quotæ illorum; quæ tamen non dicitur pensio, sed est quid penitus diuersum ab illa. Reseruata pensione in certa monetæ specie, quæ reperitur, tam de tempore reseruationis, quàm de tempore solutionis, non posse liberari debitorem, nisi soluendo in illa ipsa specie, ex reg. *l.* 2. *§. mutui datio, ff. si certum pet.* resoluit Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 165. Verùm illud in hoc loco aduertendū duxi quòd licèt vt plurimū reseruatio pensionis non sit in quota fructuū, sed in pecunia reseruanda, habet tamen respectū ad fructus non demonstratiuè, sed taxatiuè, cùm in vna, eadēque oratione onus pensionis cum adiectione fructuū in Bullis exprimatur, vt distinguit Gig. quē omnes sequuntur, *de pension. q.* 62. *per tot.* atque ideo quòd illa censetur affecta sub tacita conditione, si fructus nascantur, refert Rota *corā Duran. decis.* 468. *n.* 39. & quòd pēsionarus non possit petere pensionē ab eo, qui beneficij fructus nō percepit, videtur tenere eadem Rota *decis.* 407. *n.* 4. *p.* 1. *recentissim.*

13 Formalis denique causa huius pensionis est cōcursus consensus titularis, & auctoritas Papæ, nā neque sine illo Papa gratiam hanc facit, Cassad. *decis.* 4. *n.* 6. *de pēsionib.* Burs. *cons.* 395. *n.* 28. Valēzuel. *cons.* 48. *n.* 3. quia de potestate ordinaria consensū Titularis non potest supplere. Sarnen. *in compendio vtriusque signat. n.* 71. *vers. item est in consensu*, Rota *decis.* 458. *n.* 11. *q.* 3. *diuers. & coram Durān. decis.* 324. *n.* 21. bene tamen ex plenitudine potestatis derogando regulæ de præstādo cōsensu, vt resoluunt Caccialup. *de pensionib q.* 19. *n.* 28. Gig. *in simili tract. q.* 6. *n.* 17. Garc. *de benefic. par.* 1. *c.* 5. *n.* 278. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 116. *&* 117. Papa enim vti dominus beneficiorū, sicut potuit super beneficio pensionem imponere, potuit pariter Titularem, ratione eiusdem beneficij, prout voluit, prægrauare, ad tex. *in c.* 2. *de preben. lib.* 6. Rota apud Nicol. Garc *d. p.* 1. *c.* 5. *n.* 247. *vers. nec obstare dixerunt*, & corā Duran. *d. decis.* 324. *n.* 23. Neque consensus partium sine auctoritate Papæ aliquid præstat, Ferret. *cons.* 319. *n.* 4. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 65. *&* 66.

14 Causas huiusmodi, quas in reseruanda pensione interuenire debere hucusque diximus, in hac mea nō defuisse satis cōstat, vt patet ex litteris Apostol. reseruationis, in quibus Papa est efficiēs illius causa, sicut ex prooemialibus verbis videre est, ibi: *Vrbanus Episcopus*, &c. Adest quoque in ea reseruanda finalis causa, hoc est, alimētorū suppeditatio, ibi: *Nos tibi ne ex cessione huiusmodi nimiū dispendium patiaris de alicuius subuentionis auxilio prouidere*, &c. Nō abest impulsiua, videlicet cessio de beneficio facta in manibus Papæ, ibi: *Omni, & cuicunque Iuri, & actioni tibi in dicta Thesauraria, vel ad illam quomodolibet competēti*, &c. *In manibus nostris sponte, & liberè cesseris*, &c. *nos tibi ne ex cessione huiusmodi*, &c. Nec quoque materialis desideratur, idest, certa pecuniarum quātitas, ibi, *ac pensionem annuam ab omni decima*, &c. *liberam, immunem, & exemptam ducentorum ducatorum auri de Camera super dicta Thesaurariæ fructibus*, &c. Nec denique deficit consensus Titularis, vt patet ibi, *per dictum Balthasarem, cuius ad hoc expressus accedit assensus*, &c. & ibi, *præsentibus Balthasari, qui illas pro sibi legitimè intimatas, habet*, &c.

Nihilominus tamen cùm dictus Balthasar mi- 15
nus legitimè pensionem huiusmodi purè reseruatam, soluere recusauerit, & exceptiones ad illam intricandam, & eius solutionem procrastinandā opposuisset, non potui quicquam spatio octo annorum exigere, quod videtur penè incredibile, nisi tragœdia huiusmodi attentè audiatur.

Insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurariā maio- 16
rem lōgissimis, iisdemque assiduis studiorum meorū vigiliis sanctæ Sedis Apost. munere assequutus, & ad eā accedere multis, potissimū autem librorū, quos eram elucubraturus, impressionis negotiis præpeditus, ne propter meam absentiam aliquod amplius in Diuinis pateretur incommodum, illi renunciare decreueram, quādo Antonius Diaz de Fonseca Curialis occurrit, cum quo egi, & tractatū absolui ad fauorē Balthasaris Diaz eius fratris. Supplicatione hac de re meo, & eius nomine Sanctissimo Domino nostro Vrbano VIII. porrecta & per illum signata, iuxta eius formam, & tenorem Balthasar præfatus per dictum Antonium Diaz eius legitimum, & sufficientem procuratorē consensit, & sponte, &c. promisit, ac solēniter se obligauit soluere mihi annuā pensionem ducatorum ducentorum auri de Camera annis singulis quoad vixerim, vel Procuratori meo Romæ, aut alibi vbi pro tēpore ad voluntatis meæ libitum commorari, & residere contigerit, in terminis, & temporibus, ac cum libertatibus, & immunitatibus, &c. In reseruatione, & illius supplicatione latius expressi, sub consuetis sententiis, censuris, & pœnis; necnon cum expresso decreto, *quòd si dictus Balthasar, seu aliquis ex successoribus in solutione dictæ pensionis in toto, vel in parte cessauerit, vel defecerit, vel illam ad minorem summam reduci, annullari, vel inualidari petierit, vel procurauerit, liceret mihi ad dictam Thesaurariam liberos habere accessum, & ingressum, illiusque corporalem possessionem, &c. propria auctoritate liberè apprehendere, tam mei prioris tituli, quàm super præsentibus conficiendarum litterarum vigore, quas vim valida, & efficacis prouisionis mihi de illa ex nunc prout ex tunc habere sua Sanctitas decreuit.* Pro quibus omnibus, & singulis in ampliori forma Cameræ Apostol. dictus Balthasar se ipsum obligauit, suosque hæredes, & successores, ac bona iurisdictioni, compulsioni, condemnationi, sententiis, & censuris, ac mero examini D. N. Papæ ipsiusque Camerarij, necnon Curiæ causarum Cameræ Apost. & generalis Auditoris, Viceauditoris, Locūtenentis, aliorūque Iudicum, &c. totaliter subiecit, & submisit. Per quarū quidem Curiarum Iudices, & Officiales, Viceauditores, Locūtenentes earū præfatus Balthasar voluit posse conueniri, cogi, cōpelli, coarctari, condēnari, excōmunicari, aggrauari, & reaggrauari, ac realiter, & personaliter capi, & detineri etiam cum inuocatione brachij secularis, vsque ad integram satisfactionem omnium, & singulorum contentorum, &c. Et exceptioni-

nibus doli mali, vis, metus, fraudis, non ſic celebrati contractus, rei non ſic geſtæ, necnon priuilegiis fori, feriis meſſium, & vindemiarum, beneficio ceſſionis omnium bonorum, & dilationis quinquennalis, *c. Odoardus. & c. peruenit, & c. renuntiauit*, &c. Et demum conſenſit relaxationi mandari executiui vnica citatione, & intimatione præcedente in Romana Curia contra ſe ipſum exequenda in domo ſuæ ſolitæ habitationis, ſi eam illic habuerit: ſin autem, ſuo legitimo Procuratori quatenus adſit: ſin autem per diligentias, ſiue edictum publicum, quæ ſic facta ita arctent, & afficiant, ac ſi ſolemniter, & perſonaliter facta fuerint, executionem contra dictum Balthaſarem Diaz habeant, liberè, &c. Et ſic tactis Scripturis ad ſacroſancta Dei Euāgelia iurauit, &c. prout latiùs continetur in inſtrumento rogato per Ioannem Baptiſtam Cennum R. Cameræ Apoſtol. Notarium *die* 5. *Ianuary* 1614. quod adeſt in fine praxis inter ſcripturas n. 5. & atteſtatur eundem Antonium Diaz omnibus ſupradictis conſenſiſſe, & iuraſſe procuratorio nomine dicti Balthaſaris Diaz, prout ex mandato publico procuræ in actis demiſſo conſtabat, quod fuerat rogatum in oppido de Thomar per Notarium Antonium Diaz Nogueira *ſub die* 2. *Iunij* 1612. cum ſpeciali facultate ad acceptandum omnes, & quaſcumque beneficiorum, dignitatum, & Abbatiarum renunciationes, cum quibuſcumque penſionibus ſibi bene viſis, & præſtatione cedulæ banchariæ pro illarum ſecuritate, & obligandi ſe ad complementum, & ſolutione dictæ penſionis, & penſionum, cum quibuſcunque obligationibus, cautelis, proprij fori renunciatione, & aliis, quæ per reſignantes petita fuerint, &c.

17 In executione prædictorum omnium, dictus Balthaſar ex eademmet ſupplicatione litteras ſuæ prouiſionis, necnon reſeruationis meæ penſionis expedire fecit, & ſuarum vigore poſſeſſionem dictæ Theſaurariæ accepit, non enim Papa prouidet ſub vna, & reſeruat ſub altera ſupplicatione, vel data ſed ſub eiſdem ſupplicatione, & data vni confert beneficum, & alteri penſionem reſeruat, vt tenet Romanæ Curiæ ſtylus, de quo teſtatur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 73. Vnde Romæ per annum cum dimidio exegi à campſore, & dicto Antonio Diaz procuratore, tres terminos huius penſionis, prout conſtare feci ex inſtrumento teſtium, qui in eadem Curia Romana examinati fuerunt.

18 Alios deinde huius penſionis ſubſequentes terminos dictus Balthaſar ſoluere recuſauit: pro quorum exactione, ac renouatione cedulæ banchariæ, iuxta formam ſuæ obligationis, & præſtiti conſenſus agere cœpi coram Auditore Cameræ, & obtinui mandatum executiuum, ac declaratorias litteras contra eundem Balthaſarem relaxari, quarum vigore Cedulones per loca conſueta Curiæ affixi fuerunt, & ipſe in dicta inſigni Eccleſia ſemel, & iterū publicè denuntiatus excommunicatus, & tanquam talis ab eadem Eccleſia, & diuinis Officiis expulſus fuit.

19 Inſtitit tunc fortiter pro reuocatione mandatorum relaxatorum dictus Antonius Diaz procurator in Vrbe degens coram eodem Auditore Cameræ, & poſtquam me audito Ipſe Auditor Cameræ, ſiue eius Locumtenens in ciuilibus reiecit iniuſtam eius petitionem, & mandauit, matura præhabita conſideratione, exequi, quibuſcunque non obſtantibus; idem Antonius Diaz, qui tanquam procurator ſui fratris conſenſerat cum iuramento reſeruationi penſionis huiuſmodi, per Thomam Lutiolum in Romana Curia cauſarum patronum, quem vigore mandati à fratre Balthaſare etiam ad lites motas, & mouendas in ampliſſima forma habiti ſubſtituit, & loco ſui poſuit, & appellauit ad Sanctiſſimum, & cauſa in plena ſignatura iuſtitiæ me citato per illum acerrimè ventilata ſuper aſſerta nullitate mandatorum relaxatorum, tandem obtinuit cauſam committi in Rota coram R.P.D. Pirouano, & ad dicendum contra commiſſionem per illum factam, & in actis præſentatam, me ſtatim citare, & inhibere fecit, ac ad partes litteras inhibitorias tranſmiſit; quas illicò idem R. P.D. Pirouanus de voto Rotæ pronunciauit non impedire executionem mandatorum relaxatorum ab Auditore Cameræ; & demum citato dicto Thoma Lutiolo procuratore ſubſtituto ad tranſportanda acta; ipſiſque eo negligente per me & expenſis meis tranſportatis, idem R.P.D. Pirouanus ſuam in omnibus, & per omnia moderauit inhibitionem.

Cùm in Romana Curia repulſam habuerit di- 20
ctus Antonius Diaz, videretque nullam ſibi eſſe viam differendi debitam penſionis ſolutionem, impediendique mandatorum relaxatorum executionem, ab Vrbe diſcedere, inſalutato, vt aiunt, hoſpite, non erubuit, & in Luſitaniam ſe transferens, cùm ibi nec à Cantore ſanctæ Eccleſiæ Bracharenſis Iudice executore ab Auditore Cameræ deputato, nec ab Archiepiſcopo Metropolitano Iudice quicquam extorquere poſſet, ſed ſemper contrariam reportaſſet ſententiam, tandem appellauit ad Illuſtriſſimum, & Reuerēdiſſimum Collectorem Vlyſſipone degentem, in cuius Tribunali dictus Balthaſar comparens, & ſe excommunicatum dicens, obtinuit ab eo ſæpe ſæpiùs abſolutiones ad reincidentiam, ſed cùm fuiſſent propter eius inſordeſcentiam, & obſtinatum animum poſtmodum denegatæ, nec daretur ſpes aliqua litteris Apoſtolicis, & Superiorum mandatis obſequendi, repulſam ab illo quoque Tribunali habuit; ſed adhuc durius perſiſtens, tanquam reprobus Cain à facie Domini, & hominum communione fugit, nec ad dictam Eccleſiam ampliùs rediens, nec in oppido Vimaranenſi, aut cognito loco habitationem faciens, ſic profugus quatuor ferè conſumpſit annos; quibus tranſactis comparui, & vigore mandati à quodam Iudice laico obtenti, me non citato, & penitus inaudito, abſolutionem excommunicationis, aliàs ipſi Auditori Cameræ reſeruatæ, à quodam prætenſo clerico extorſit, ſequeſtra per eundem Audit. Cam. relaxata violauit, fructus omnes ſequeſtratos, & iam penes tertium depoſitos pro huiuſmodi penſione ſoluenda, exegit, & ad participationem fructuum ſubſequentium, & quotidianarum diſtributionum, ac ad Officia diuina admitti obtinuit, &, quod peius eſt, eiuſdem Iudicis laici mandato diſtributiones, quas illo tempore, quo fuit excommunicatus, lucrari non potuit, integrè à Capitulo, ſeu eius œconomo violenter extorſit.

Violentiam huiuſmodi admiratus quid hac in re
mihi faciendum foret, cœpi cogitare; regredi ad 21
Theſaurariam vigore decreti tentaui, præhabita commiſſione propria manu Sanctiſſimi ſignata, qui iuxta generales prioris commiſſionis clauſulas mandauit eidem R.P.D. Pirouano, vt in cauſa, & cauſis emergentis quæſtionis ſuper regreſſu, ingreſſu, & acceſſu huiuſmodi, & illius canonizatione procederet, &c. & ſeruatis de Iure ſeruandis ſententiam regreſſus, & acceſſus canonizatoriam reportaui; ſed cùm adhuc dictus Balthaſar acquieſcere noluiſſet, ac propterea eadem S Rota excommunicatus

municatus declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus esset, nihilominus tamen eiusdem Iudicis laici mandato, & imperio sententiam aspernans huiusmodi, & censuras paruipendens vt priùs, experiri cœpi nec hoc modo me posse ad beneficium saltem reintegrari.

22 Denique sine præiudicio præfatarum sententiarum, censurarum, & mandatorum relaxatorum, & non aliàs, &c. proprias, & originales litteras Apost. reseruationis pensionis huiusmodi præsentaui coram dictæ insignis Ecclesiæ Cantore in illis Iudice executore deputato, qui iuxta Romanæ Curiæ stylum in tota Hispania communi vsu receptum, monitorium contra dictum Balthasarem Diaz cum clausula iustificatiua relaxauit, vt scilicet intra sex dies tot terminos dictæ pensionis debitos, & non solutos solueret, seu intra eosdem coram eo venisset allegaturus exceptiones legitimas, quare non deberet condemnari, & excommunicari; transacto illo termino cùm nihil allegasset, nec contra litteras Apost. exceptiones aliquas opposuisset, fuit ab eodem exequutore declaratus excommunicatus; sed cùm postmodum apud eundem Iudicem laicum querimonias finxisset, & sibi vim inferri asseruisset, nihilominus tamen illi deferre noluit, tacitè annuens præfatam excommunicationem fuisse à dicto executore ritè, & rectè relaxatam. Rediit iterum idem Balthasar coram eo, & quasdam friuolas, ac calumniosas simulans exceptiones ad differendam, & procrastinandam pensionis solutionem, petiit ne ad vlteriora procederet, sed illas suo Ordinario via ordinaria discutiendas remitteret; quas cùm nec admittere, nec remittere Iure potuisset, apud eundem Iudicem laicum tertiò conquestus est; ille verò iurisdictionem alienam sibi vsurpans, mandauit ne ampliùs dictum Balthasarem ad pensionis huiusmodi exactionem compelleret præfatus exequutor, neve eius sententiæ, censuræ, & mandata exequerentur; illumque deprecatus est iuxta stylum vt præfatas exceptiones iudicio Ordinarij ordinariè discutiendas remitteret, qua de re litteras styli contra eundem exequutorem relaxatæ fuerunt.

23 Verùm, quia qualitates exceptionum, quæ contra litteras Apostolicas opponi possunt, & earum exequutionem impedire, & retardare valent, dignoscere difficile est, & nonnunquam admittuntur, quæ reijci debent, & reijciuntur, quæ recipiendæ erant, ideò exceptiones, quas dictus Balthasar opposuit, referre operæ pretium duxi, ex quibus decem quæstiones pro earum resolutione disputandas assumam; pensionum exactionem qualiter faciendam demonstrando, & cauillationes, ac calumnias soluere nolentium aperiendo.

24 Primò igitur opposuit dictus B. nullo modo ad consentiendum mandatum procuræ dedisse, & litteras reseruationis meæ pensionis de eo mentionem facientes ex assertione Papæ, esse subreptitias, & falsas, eo maximè, quia ipse B. in suis litteris prouisionis non grauatur aliqua pensione ad meum fauorem. Ex qua oppositione prima venit disputanda quæstio, An, & quale mandatum speciale requiratur ad consentiendum reseruationi pensionis, & qualiter illud probetur, & quomodo interuenisse præsumatur.

25 Secundò opponit, quòd nunquam exegi dictam meã pensionem, nec ille ad eam soluendam mandatum procuræ dedit, & quòd à multis annis reperitur in libertate non soluendi illam, qua de causa ait me non posse probare quasi possessionem exigendi. Vnde secunda oritur quæstio discutienda, Vtrùm, & quando existens in quasi possessione exigendi pensionem sit in ea manutenendus, & quomodo illa acquiratur, & probetur?

Tertiò opponit, quòd in obligatione, & consensu Romæ præstito per Antonium Diaz eius fratrē, & Procuratorem, & rogato in Tribunali Reuer. Cameræ Apost. nõ poterat se submittere correctioni, & censuris Auditoris Cameræ sine consensu proprij Episcopi, vnde tertia insurgit disputatio, Vtrùm Clericus ex contractu possit ad soluendam pensionem auctoritate Apost. reseruatam se submittere correctioni, & censuris alieni Iudicis in Romana Curia existentis sine consensu proprij Ordinarij? 26

Quartò opponit, quòd nec in actu resignationis potuit Romæ per viã contractus se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ, in cuius Tribunali contractum celebrauit. Vnde prouenit quarta dissertatio, Vtrùm Clericus Lusitanus in actu resignationis, seu iurium cessionis possit Romæ per viam contractus se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ, in cuius Tribunali contraxit, & se obligauit de soluenda ibi pensione? 27

Quintò opponit, quòd etsi cõtraxerit Romæ etiã cum expressa proprij fori renuntiatione, & procuratore ad id constituto in Curia, pro pensionis solutione illic destinata, non poterat in propria, vel procuratoris persona inibi conueniri cùm eodem in loco minimè fuerit inuentus. Vnde oritur quinta quæstiò, Vtrùm Clericus Romæ pensionem soluere promittens per viam contractus cum expressa proprij fori renunciatione, possit pro eius solutione illic destinata in propria, vel procuratoris persona conueniri, quamuis ibi non inueniatur? 28

Sextò opponit, quòd visus sum contrauenire dispositioni Concil. Trid. & Ordinationum Lusita. ac priuilegiis ab Apostol. Sede Regibus nostris concessis, obligando ipsum in prima instantia respondere Romæ pro solutione pensionis inibi facienda iuxta formam contractus ibi celebrati, & solutionis eo in loco destinatæ. Vnde sexta subsequitur disceptatio, Vtrùm obligans Clericum in prima instãtia respondere Romæ pro solutione pensionis ibi facienda iuxta formam obligationis Cameralis eo loci celebratæ, & Apostolica auctoritate confirmatæ, dicatur contrauenire dispositioni Concilij Tridentini, & Ordinationibus, ac Priuilegiis Regibus nostris concessis? 29

Septimò opponit, quòd Iudex executor litterarũ Apostol. in Regno deputatus tenebatur exceptiones oppositas contra illarum executionem iudicio ordinario discutiendas remittere, & quòd omnia exinde sequuta ante remissionem huiusmodi nulla sint, & inualida. Vnde septima se se offert dissertatio, Vtrùm, & quando executor litterarum Apostol. pensionis in Regno deputatus, teneatur exceptiones oppositas per Titularem contra earum executionem admittere, vel reiicere, seu iudicio Ordinarij discutiendas remittere? 30

Octauò opponit litteras declaratorias Auditoris Cameræ, & sacræ Rotæ, ac Iudicis exequutoris in partibus deputati fuisse nulliter relaxatas, proindeque non ligari censuris earum vigore promulgatis, potuisseque Iudicem secularem ita declarare, prout declarauit, & acquiescendo eius sententiæ, & declarationi posse nunc tuta conscientia absque alicuius censuræ, seu pœnæ incursu Officiis diuinis assistere, Ordines sacros accipere, celebrare, fructus, & distributiones lucrari. Vnde venit discutienda 31

octaua quæst. Vtrùm, & quando Iudex laicus possit declarare censuras esse nullas, & iniustas, ac proinde minimè ligare personas contra quas promulgatæ fuerunt?

32 Nonò opponit, quòd propter allegatam nullitatem contra Bullas reseruationis meæ pensionis, ac cessationem in solutione illius, non possum regredi ad dictam Thesaurariam. Vnde suboritur nona dubitatio. Vtrùm, & quando pensionem non soluens, vel eius validitatem impugnans, possit vigore decreti cogi beneficium resignatum restituere resignanti?

33 Decimò opponit, quòd non possum petere pensiones decursas, & simul regressum ad Thesaurariam, propter quarum cessationem illius successit canonizario, cùm eas recipiens visus sim illi renunciare. Vnde prouenit decima disceptatio. Vtrùm regressarius recipiendo pensiones decursas videatur regressui renunciare.

An, & quale mandatum requiratur ad consentiendum reseruationi pensionis, & qualiter illud probetur, & quomodo interuenisse præsumatur?

QVÆSTIO PRIMA.

1 *Procuratoris factum censetur factum principalis fictè, & interpretatiuè, declarando, vt num. 3.*

2 *Ecclesia, quæ per aliam acquirit, per se ipsam acquirere dicitur.*

4 *Mandans Procuratori, vt aliquid faciat, tenetur ac si id quod gestum est cum Procuratore, fuisset gestum cum ipso mandante.*

5 *Mandatum quomodo speciale requiratur ad consentiendum reseruationi pensionis.*

6 *Mandatum procuræ præsumptionibus, & coniecturis probari potest.*

7 *Mandatum sufficiens præsumitur interuenisse ad illum actum, in quo Princeps illud enuntiat.*

8 *Verba Papæ factum secum gestum narrantis plenam fidem faciunt.*

9 *Claus.* Cuius ad hoc expressus accedit assensus, *probat consensum interuenisse.*

10 *Titularem consensisse reseruationi pensionis quando ex Bullis constat, non potest opponi de nullitate ex defectu consensus.*

11 *Bullæ nunquam expediuntur sine consensu.*

12 *Papa prohibet expeditoribus litteras super resignationibus, & pensionibus expedire sine consensu.*

13 *Notarij non recipiunt supplicationes, nisi primum eis constiterit de sufficienti mandato procuræ.*

14 *Procurator, qui promisit exhibere mandatum magis sufficiens, si non exhibeat, ad quid teneatur, ostenditur.*

15 *Notarius nullus consensum notat in Bullis pensionis, nisi prius constiterit de sufficienti mandato procuræ.*

16 *Mandatum præsumitur ex impensa, etiamsi de eo minimè constaret.*

17 *Ratificatio, quæ actis fit validius confirma actum, quàm illa, quæ fit verbis.*

18 *Supplicatione vtens ad prouisionem expediendam tacitè videtur consentire reseruationi pensionis contentæ in eadem supplicatione.*

19 *Scripturam recipiens, & multo magis illa vtens, censetur omnia in ea contenta approbasse.*

20 *Prouisionem facto acceptans visus consentire omnibus in prouisione contentis.*

21 *In gratiosis non est meræ facultatis partem acceptare, & partem impugnare.*

22 *Vnum qui admittis repudiare ei non licet, quod amisso connectitur, ab eoque necessariò decurrit.*

23 *Vnum, qui vult, censetur etiam velle aliud, sine quo illud quod vult, stare non potest.*

24 *Obligationem non debet quisquam ex parte comprobare, & ex parte tanquam de iniqua queri.*

25 *Contractus est indiuiduus eo respectu, vt vel in totum debeat approbari, vel reprobari.*

26 *Pensione ex causa resignationis reseruata nulla existente non acquiretur per eam aliquod ius resignatario, nec abdicatur à resignante.*

27 *Conditione deficiente, contractus celebratus censetur resolutus ab ipso initio.*

28 *Claus.* Non aliàs, &c. *inducit formam, & præcisam necessitatem, & secum trahit conditionem.*

29 *Clausula,* siue per obitum dicti defuncti, *insel. e ctus.*

30 *Pensiones propter consensum æquiparantur contractui.*

31 *Clausulæ appositæ in contractu sequuntur naturam contractus principalis.*

32 *Clausulæ omnes appositæ in concessione subreptitia sunt quoque subreptitiæ.*

33 *Contractus quando est simulatus, tales quoque sunt clausulæ in eo insertæ.*

34 *Pensionis mentio non fit in Bullis prouisiis, nisi illa esset antiqua.*

35 *Pensionis reseruatio admittitur infra biduũ post collationem.*

36 *Forma,* prouidimus, *ponitur pro prouisionibus eodem instanti factis.*

37 *Vacatio prima per aliam in forma gratiosa à Papa factam quando dicatur consumpta, ostenditur.*

Licèt

1 Licet regula sit, quòd factum Procuratoris, censeatur factum principalis ficte, & interpretatiuè, nō autē realiter, & verè, iuxta doctrinā Batt. *inl. fin. qui pro emptore n. 56. cū seqq. vers. Venio adsecundū, col. 15. ff. de vsucapiō.* Alex. *cons. 65. n. 13. vol. 4.* tamē fallit quando agitur de acquirendo, & de lucro captando, quia cùm acquisitio fiat realiter principali, censetur etiam factum eiusdem propriè, & verè, iuxta tex. *in l certè §. si procurator, ff. de precario,* ibi, *procurator meus me mādante, vel ratum habente precarium rogauit, ego precario propriè habere dicor,* quem tex. ad hoc vnicum, & singolarem in Iure reputat Bald. *in l. vnica, §. ne autem, num. 9. & num. 19. vers. Item nota, C. de caduc. tollen.* vbi quòd in omnibus factis, in quibus vertitur adminiculum acquisitionis, qui per aliū facit, ipse propriè facit, & mirabilem appellat Ias. *in §. 1. in fine, num. 114. Instit. de*
2 *actionib.* Vbi magis ad casum nostrum quòd Ecclesia, quæ per alium acquirit, per se ipsam acquirere dicitur, quos etiam *in d. §. si Procurator,* allegat glos. marginal. & priùs idem per illum text. dixerunt Domin. *in cap. qui per alium, de regul. iuris in 6.* & Bart. *vbi suprà num. 57.*

3 Ego verò existimo non videri posse firmari regulam, quòd faciens per procuratorem dicatur fictè, & interpretatiuè facere, sed potiùs esse distinguendum, prout magistraliter distinguunt Batt. *in l. sed si vnius, § seruus meus, ff. de iniur.* & Alex. *d. cons. 65. num. 16.* quos Doctores communiter sequuntur, videlicet inter mandatum rei licitæ, & honestæ, & de genere permissorum; & mandatum rei licitæ, & de genere prohibitorum, vt primo casu factum procuratoris indistinctè dicatur factum principalis realiter, & verè, dum procurator post susceptum mandatum necessitate ciuili illum exequi tenetur; secus autem esse in secundo caso, cùm etiam post susceptum mandatum procurator liberum habeat arbitrium exequendi, aut non exequendi, quia rei turpis nullum est mandatum, *l. si non remunerandi, §. rei turpis, ff. mandati, l. si à reo, §. fin. ff. de fideiussor.* Bald. & Salicet. *in l. non ideo minus, C. de accusat.* Cùm igitur Antonius mandatum procuræ habuerit à fratre B. ad acceptandam renunciationem, & consentiendum reseruationi pensionis sub beneplacito Sedis Apostol. &c. & sic fuerit mandatū rei licitæ, & quod post illud susceptum necessitate ciuili exequi tenebatur, propterea consensus per illum præstitus dicitur verè, & realiter per B. præstari, nec hoc patitur aliquā
4 difficultatem. † Accedit quia mandans Procuratori, vt aliquid faciat, tenetur ac si id, quod gestum est cum procuratore, fuisset gestum cum ipso mandāte, *§. fin. Instit. quod cum eo,* Alban. *cons. 104. num. 5.* Surd. *cons. 326 num. 3.* Rot. *decis. 857. n. 3. in fine, par. 1. recentissim.* quia regulariter quod quis facit per alium, per se ipsū facere videtur, *l. 2. C. de veteri iure enucl.* ibi, *omnia enim meritò nostra facimus, quia ex nobis omnis impartietur auctoritas, cap. vt fama, ad fin. de sent. excom.* ibi, *cùm hoc non ipsi, sed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur,* cum aliis citatis à Valenzuela *tom. 2. cons. 155. n. 23.*

5 Vnde potest quis per alium acceptare beneficium, & pensioni super illud consentire, interueniente tamen suo speciali mandato, ad notata per Couar. *lib. 3. var. cap. 16. num. 4. & 5.* Villalob. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 24. n. 15. pag. 611.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. mandatum n. 14.* Flamin. Paris. *de resignat benefic. lib. 10. q. 6. n. 13. & q. 8. num. 34.* Camill. Borrell. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 66. n. 165.* Masfobr. *in sua praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes, prælud. 25. dub 8. secundum Romanam impress.* Prout etiam ad capiendā beneficij possessionem requiritur speciale mandatum, vt ex multis Rotæ decisionibus colligit Theodos. de Rubeis *in singularib. Rot. p. 1. verb. mandatū §. 1. pag. 69.* Ea enim, quæ sunt magni præiudicij, non potest facere Procurator etiam cum libera, & generali administratione, nisi speciale interueniat mandatum, Menoch. *cons. 331. n. 90. & cons. 400. n. 4.* Quæ quidem specialitas non debet esse de aliquo beneficio in specie, sed sufficiens est generale mandatum ad acceptanda quæcunque beneficia, quæ in constituentem fuerint resignata. Cou. *d. cap. 16. n. 4.* Bursat. *cons. 395. n. 27.* Flamin. Paris. *d. tract. lib. 9. q. 7 num. 21.* Cùm ergo dictus B. mandatum procuræ dedisset in personam eius fratris ad acceptanda quæcunque beneficia, & consentiendum cuicunque reseruationi pensionis super illis impetitæ, cum quibuscunque conditionibus & cautelis, quæ per partes resignantes petitæ fuerint, & eius frater reseruationi meæ pensionis consensum præstitisset in forma solita vigore præfati mandati, quod produxit, nihil est quòd de legitimo consensu dubitari possit.

Verùm hæc omnia locum habent qoando de 6
mandato procuræ expresè coostat, & illius teoor iu actis legi potest: at vbi de eo legitimè constare nō potest, tunc præsumptionibus, & coniecturis probabitur, sicut ad hoc propositum firmauit Rot. *decis. 174. n. 3. in fine, & decis. 722. n. 3. p. 1. recentissim. & decis. 445. n. 2 ead. p. 1. & decis. 166. n. 3. p. 2. etiam recentissim.* & coram Gregor. XV. *decis. 111. num. 1.* Vnde si de mandato non constaret prout constat, & dictus B. penitus negaret illud vnquam dedisse, prout ausus est negare; nihilominus tamen abundè probatum remaneret ex coniecturis iofrà referendis, & absque dubio præsumi deberet.

Coniecturæ autem, & præsumptiones, ex quibus 7
elicitur cum mandato sufficienti fuisse expeditam renunciationem, & præstitum consensum reseruationi pensionis huiusmodi, plures sunt.

Prima, & priocipalis est quando Princeps enunciat mandatum, quia tunc ad illum ictu præsumitur interuenisse sufficiens, vt resoluunt Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 33. n. 10.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. q. 22 n. 2.* Enunciatio autem Papæ in hoc casu euidenter apparet ex Bullis reseruatiuis, ibi, *per dictum Balthasarem, cuius ad hoc expressus accedit assensus.* quæ † verba cùm sint Papæ factum secum gestū 8
narrantis, plenam fidem faciunt, vt est text. expressus *in Clem. 1. de probat.* & tenent Anton. Gabr. *commun. opinion. tit. de probation. concl. 2. num. 2. & 13* Mascard. *de probat. concl. 139. & conclus. 621. num. 2.* Caputaq. *decis. 120. par. 1.* Verall. *decis. 186. p. 2.* Pute. *decis. 829. in fin. p. 1. in correctis,* Farin. *in praxi crimin. q. 63. n. 92. & seq.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. conclus. 62. ex num. 2.* Caual. *decis. 533. n. 1.* Rot. *decis. 405. sub n. 1. p. 1. recentior. & decis. 191. n. 2. p. 2. recentissim. & in Farfen. seu nullius Monasterij 26. Aprilis 1624. coram bonæ memor. Vbaldo,* vt refert nouissimè Ferentil *in annot. ad decis. 621. Buratti num. 17.* Quod adeò verum est, vt in contrarium probatio non admittatur; sicut expresè tenent Mascar. *d. conclus. 139. num. 1.* Cardin. Tosch. *dict. lit. P. conclus 62. n. 10.*

Et in terminis illius clausulæ hoc idem expresè 9
firmauit Rot. *in Bergomen. Capellania 18. Maij 1629. coram R. P. D. Merlino,* his verbis: *Vt apparet ex attestatione Clementis VII. quorum expressus ad hoc accedit assensus, quæ cùm sit præcisa de actu coram se gesto, non autem simplex enunciatiua de facto alieno, in quo fortasse error potest aliquando cadere, probat omnino consensum fuisse præstitum ante literarum expeditionem, &c.* Eandem

dem opinionem in his terminis eleganter tenet Melch.Lotter. primarius Romanæ Curiæ Aduocatus, in tract.de re benefic.tom.1.lib.1.quæst.35. num.73. ibi, Quando Papa reseruat pensionem super fructibus beneficij de Iure, & de facto vacantis, secundum terminos in quibus versatur hac nostra disputatio, non prouidet sub vna, & reseruat sub altera supplicatione, vel data, sed sub eisdem supplicatione, & data uni confert beneficium, & alteri pensionem reseruat; & in ea parte supplicationis, in qua petitur reseruatio, adijcitur dicta clausula, cuius, scilicet Titularis, ad hoc expressus accedit assensus, quæ postmodum in litteris repetitur, quo fit vt semper Papa supponat huiusmodi consensum casualem, illius verò probatio eo ipso iustificetur, quo Titularis velit, nolit, cogitur sub eadem supplicatione litteras expedire; nam rescriptum Principis est indiuiduum, l.1.C. de diuersis rescript. in indiuiduis autem non potest dari consensus pro parte, & pro parte dissensus, l.cùm quæreretur 17.ff.de admin. tutor. Angel.cons.304.num.5.vers.quinimo.

10 Secunda est, quando ex eisdem Bullis constat Titularem consensisse reseruationi pensionis; tunc enim non potest opponi de nullitate ex defectu consensus; vt per Nicol.Garc.de benefic.p.6.cap.3.num.
11 91 † Quia Bullæ huiusmodi nunquam expediuntur sine consensu, Mart.de claus.part.1.claus.22.num.2. Flamin.Paris.de resignat.benefic.lib.8.quæst.8.num.55.
12 † Cùm prohibeat Papa expeditoribus litteras super resignationibus, & pensionibus expedire sine consensu formali in Camera, vel Cancellaria præstito, vt attestantur Cassador. decis.1.num.6.de renunciat. Caputaq.decis.179.num.4.p.2.Mohed. decis.5.in fine, de renunciat.Rot.decis.396 num.8.part.1.diuers. & in Firmana pensionis 26. Februarij 1625. coram bona memor. Remboldo in vers.Non obstat.

13 Tertia resultat ex admissione renunciationis per Papam, quia statim illa describitur in libris Notariorum Cameræ, aut Cancellariæ Apostol. quo casu non potest dubitari de existentia sufficientis mandati, quia dicti Notarij nunquam recipiunt supplicationes, vt per illas expediantur Bullæ, nisi primum eis constiterit de sufficienti mandato procuræ, prout
14 attestatur Flamin.Paris.dict.q.22.n.5. Et solent esse adeò canti, vt quamuis mandatum coram eis producatur sufficiens, pro maiori assecuratione, cùm abundans cautela non noceat, faciunt vt Procurator, qui consentit, non amplius vt Procurator, sed nomine proprio promittat exhibere mandatum magis sufficiens, aliàs teneri ad omnia damna, &c. quo casu si non exhibuerit magis sufficiens mandatum, consensum, & ratificationem iuxta formam suæ obligationis, clarum est intrare ipsius obligationem, & sic loco damnorum, ad quæ se obligauit, teneri ad solutionem pensionis annuæ, Ruin.cons.141.num.9.propè fin.lib.1.Rimin.sen.cons.297. num.10.cum duobus seqq.lib.2.Rot.decis.741.n.1.p.1.diuers. & fuit dictum in Perusina dotis 5.Decemb.1607.coram Ortembergo, apud Marches.de commiss.tom.2.fol.588. Nec excusatetor sic obligatus demonstrando sufficientiam primi mandati, quia nihilominus pro maiori securitate conuentum fuerat de ratificatione obtinenda per obligatum huiusmodi, in quo euentu mandatum illud primum qualecumque fuerit, & quantumcumque sufficiens, non suffragatur, nec releuat ipsum obligatum à dicta ratificatione obtinenda, vt fuit resolutum à Rota in Bononien.bonorum de Sauonarolis 15.Decembris 1600.coram recolenda mem.Cardin. Millino.& nouissimè in Romana, seu Carthaginen. pensionis 24.Ianuarij 1628.coram R.P.D.Dunozetto in vers. Non obstant.

15 Quarta in nostro casu euidenter apparet ex eo, quia Notarium Cameræ Ioannes Baptista Cennus à tergo litterarum Apostol. reseruationis pensionis, testificatur Antonium Diaz Procuratorem Balthasaris consensisse, & iurasse his verbis: Anno à Natiuitate Domini 1624.die verò secunda mensis Ianuarij retroscriptus Balthasar Diaz da Fonseca per Antonium Diaz da Fonseca Romanam Curiam sequentem eius Procuratorem, retroscriptæ pensionis annuæ reseruationi, ac litterarum expeditioni consensit, iurauit, &c. Ioannes Baptista Cennus. Et est stylus Romanæ Curiæ, quòd nullus Notarius consensum notat in Bullis pensionum, nisi sibi prius constiterit de sufficienti mandato procuræ, vt attestatur Flamin.Paris. etiam in eadem Romana Curia Aduocatus suo tempore, & practicus, in tractat. de resignat, benefic lib. 9. quæst. 6. num.8.

Quinta elicitur ex maximis pecuniis expensis 16
in resignationis huiusmodi expeditione, quia tunc præsumitur facta de mandato illius, cuius interest, vt resoluunt Flamin. Paris. dict.tract.lib 10. quæst. 8. num.54.Seraph.decis.856.à princip. Rot.decis.206.n. 2.par.2.recentior.mandatum enim præsumitur ex impensa considerabili, Cassad.decis.3.num.4. de Procurator.Cæs.de Grassis decis.3.eodem tit Mohedan.decis. 3.de præsumpt.Verall.decis.190.num.4.par.1.Stephan. Gratian.disceptat.forens.tom.2.cap.296.num.22. Valenzuel.tom.1.cons.185.num.38.Coccin.decis.155.n.5. Cardin.Caualer.decis.590.num.10.Rot.decis.174.n. 2.part.1.recentissim.& in Corduben. portionis 14. Ianu. 1635.coram R.P.D.Panzirolo.

Sexta irrefragabiliter colligitur ex eo, quòd di- 17
ctus B. vsus fuerit supplicatione, in qua præfatus aderat consensus, ac propterea per eas suæ prouisionis litteras expedierit, possessionemque acceperit, vt est omnibus notum, visus fuit dictæ reseruationi consensisse, quamuis de alio eius mandato non constaret, quia ratificatio, quæ actis fit, validius confirmat actum, quam illa, quæ fit verbis, Menoch.remed.15.recuper.num.118.cum seqq. cùm plus sit aliquid ratificare facto, quàm verbo.cap.dilecti filij il 1. de appellat.Roman.cons.291.num.4.vers.Quinimo, cum aliis citatis per me, de Axiomat. Iuris vsufreq. Axiom. 93.num.9. cum seqq. tum, quia ita in his terminis firmauit Rot.in Casalen.pensionis 13. Iunij 1608. coram Cardin.Caualerio, inter eius impressas, decis.26. quæ sic cantat:

Fuit a Sanctissimo Domino nostro Paulo V. prouisus 18
D. Franciscus Surdus de Archidiaconatu Ecclesiæ Casalen. & in supplicatione fuit reseruata pensio scutorum 30 ad fauorem D.Octauij Sannazarij cum clausula, quòd Francisci titularis ad reseruationem pensionis, & infrascripta omnia expressus accedit assensus: verùm, quia prouisus negabat se vnquam tali reseruationi consensisse, causa in Rota commissa dubitaui, an in reseruatione de qua agitur, esset necessarius consensus, & si sic, an probaretur? Et Domini censuerunt constare de cõsensu sufficienti: tum enim ab initio talis consensus tanquam casualis videretur fuisse necessarius, quia Papa ex eo videbatur fuisse motus saltem facilius ad reseruandam pensionem, vt colligitur ex verbis dictæ clausulæ. propterea tanquam pars gratiæ debebat iustificari, cap.2. de rescript. Cæs. de Grassis decis.12.num.1.& 4. de probat. Et licèt adesset derogatio regulæ de præstando consensu, tamen illa derogatio intelligebatur de formali consensu, qui præstatur in Cancellaria pro expeditione litterarum, non autem de consensu casuali ad perfectionem reseruationis, Mohedan decis.5. de renunciat. circa fin.Sarnen. in reg. de impetran. benefic.per obitum famil.Cardin.quæst.11.num.3.& fuit dictum in Cremonen.pensionis 5.Nouembris 1578. coram bona memor. Rubeo. De hoc autem consensu suffi-

cienti

ficienti Domini satis constare dixerunt, quia cùm prouisio Francisci, & reseruatio pensionis legatur in eadem supplicatione, Franciscus eo ipso, quod vsus est dicta supplicatione, & secundùm illas expediuit literas prouisionis Archidiaconatus ad sui fauorem, consensit etiam dictæ reseruationi pensionis, talis enim consensus vndecumque colligi potest, Cassador. decis. 1. n. 3. de renunciat. & habetur in d. decis. Cremonen. pensionis. Recipiens enim scripturam, & multo

19 magis illa vtens, censetur omnia in ea contenta approbasse, l. filiusfamilias, vbi notatur, ff. ad Macedon. Bart. in l. cùm tabernam, §. idem quæsiuit, in fine, ff. de pignorib. Mathesil. sing. 12. Et talis acceptatio se extendit etiam ad ea, quæ propter alia prolata fuerunt, Anchar. in Clem. 1. in 5. notab. de iureiur. & in terminis nostris, Puteus decis. 100. lib. 2. Vbi clarè dicit, quòd acceptans beneficium in vim certæ supplicationis, debet illud acceptare cum omnibus qualitatibus dictæ supplicationis. Nec dicebant obstare, quòd supplicatio non fuerit porrecta ab ipso Francisco, sed ab eius fratre, quia cùm hodie obtineat Archidiaconatum vigore dictæ supplicationis, censetur ratificare illius impetrationem, Caputaq. decis. 193. part. 1. & sic eam omnibus qualitatibus, vt in d. decis. Putei 100. in fine, & per tot. lib. 2. &c. Hactenus Rota.

20 Vnde negari non potest dictum B. acceptasse prouisionem à Sanctissimo sibi factam de Thesauraria huiusmodi vacante per resignationem, siue cessionem meam, vt cantant literæ Apost. suæ prouisionis: cessio autem in eadem supplicatione prouisionis ea conditione facta reperitur, vt mihi validè reseruarentur ducenta ducata de Camera, & non aliàs, aliter, nec alio modo, quo casu non potest dictus B. prouisionem acceptare, & reseruationem in eadem supplicatione contentam reiicere, iuxta doctrinam Melch. Lotterij in his terminis loquentis, quem suprà citaui num. 9. quia facto prouisionem acceptans visus est consentire omnibus in prouisione contentis, in puncto Puteus decis. 369. aliàs 359. i cip. In vna Hispalen. lib. 2. eleganter Rot. in Elboren. pensionis 19. Nouemb. 1614. coram R. P. D. Pironano, ibi, Tamen cùm in præsens Bernardus fuerit prouisus cum narratiua pensionis 300. ducatorum ad fauorem Michaelis annuatim percipiendæ, satis visum est constare de consensu Bernardi eo ipso, quòd dictas literas expediuit, & gratia vsus est per octo annos,

21 & vltrà, quo stetit in possessione beneficij, quia † in gratiosis non est mera facultatis partem acceptare, & partem impugnare, diuidendo in hac parte iudicium concedentis, l. nam absurdum, ff. de bonis libert. l. si ita stipulatur, in fine, ff. de operis libert. latissimè Surd. cons. 107. num. 1. cum seqq. dicens, quòd huiusmodi qualitates sunt indiuidua ab ipsa concessione, idem affirmauit in decis. 288. n. 7. &c.

22 Non enim potest stare vnum sine alio, nec consensus, & dissensus vnà in re considerati valet, qui enim vnum admittit, repudiare ei non licet quod admisso connectitur, ab eoque necessariò decursit, glos. fin. in l. Lucius, ff. depositi, Paul. de Castro cons. 286. Quoniam fundamentum, col. 3. lib. 1. Aym. Crauett. cons. 356. num. 5. Et † qui vult vnum, censetur etiam

23 velle aliud sine quo illud, quod vult, stare non potest, Castr. cons. 306. col. 1. vers. Qui autem, lib. 2. Abb. cons. 101. col. 1. n. 3. vers. Moueor primò, lib. 2. Rot. in Sabinen. Castri montis Rotundi 8. Februarij 1627. coram

24 R. D. meo Coccino Decano. † Nec quisquam debet ex parte obligationem comprobare, & ex parte tanquam de iniqua conqueri, l. si ita stipulatus, in fine, ff. de operis libert. Et enim † contractus est indiuiduus eo respe- 25
ctu, vt vel in totum debeat approbari, vel reprobari, l. si quis aliam, ff. de solut. l. quod si vno pretio, ff. de in diem addict. Bec. cons. 169. num. 1. lib. 2. Cald. Pereira quæst. forens. cons. 39. Fachin. cons. 59. num. 10. lib. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 301. num. 57.

Confirmatur hæc resolutio ea ratione, quia quan- 26
documque pensio reseruata ex causa renunciationis fuerit nulla, siue subreptitia, aut quia non potuit verificari conditio, seu modus sub quo à principio facta fuit reseruatio, tunc isto casu non potuit per talem resignationem acquiri ius aliquod resignatario, nec conditionibus minimè seruatis abdicari à resignante, qui noluit aliter consentire, prout benè resoluunt Caputaq. decis. 216. n. 3. p. 1. Flamin. Paris. d. lib. 1. q. 3. ex n. 95. & 117. q. 14. n. 7. Seraph. decis. 25. n. 1. Rot. decis. 419. & decis. 699. n. 4. p. 1. diuers. & decis. 92. n. 5. p. 1. recentior. & decis. 4. n. 2. & decis. 432. num. 2. p. 2. recentior. & in Leodien. Canonicatus sancti Dionysij 25. Maij 1626. coram R. P. D. meo Pironano, & in Verdunen. Abbatia 5. Maij 1614. coram bonæ memor. Buratto, inter eius impressas, decis. 48. num. 9. Et tunc optimo iure potest redire ad beneficium si fortè resignatarius eius possessionem occupauit, Rot. decis. 286. n. 2. p. 1. recentior. Vnde Ioan. Honor. in sum. Decretal. tit. 12. num. 63. ait, quòd si resignatio facta fuerit sub conditione, id est, reseruata sibi valida pensione, quæ fuerit nulliter reseruata, non conualidatur resignatio, quia ius remansit in resignante, quod ab ipso abdicari non potuit sine facto Papæ. in terminis Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 14. n. 74. vbi quòd in hoc casu Papa accommodat suam auctoritatem consensui ipsius resignantis. Conditione enim deficien- 27
te, contractus celebratus censetur resolutus ab ipso initio, l. necessariò, §. 1. ff. de peric. & commodo rei vend. l. pecuniam, vbi Alex. num. 4. ff. si certum pet. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. reuertatur num. 277. vbi quòd defectus conditionis habet oculos retro ad tempus dispositionis, Flamin. Paris. dict. lib. 1. quæst. 3. num. 27.

Et maximè stante clausula, Non aliàs, aliter, 28
nec alio modo, in dicta supplicatione inserta, quæ inducit formam, & præcisam necessitatem, vt tenent Doctores, quos plena manu retuli in tractat. de clausul. vsufreq. claus. 82. num. 6. cum seqq. & secum trahit conditionem, qua deficiente perinde est, ac si nihil actum fuisset, Seraph. decis. 838. num. 7. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 803. num. 38. & cap. 949. num. 7. & cap. 971. num. 2. Rot. in Ilerden. Canonicatus 2. Decembris 1624. coram bonæ memor. Buratto, & sic actum contra eam factum ipso iure esse nullum, resoluunt Cephal. cons. 80. num. 2. vol. 1. Ossasc. Pedem. decis. 163. num. 13. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 53. Farin. fragm. crimi. part. 2. lit. D. n. 105.

Non obstat claus. Siue alio quouis modo, ne- 29
que alia, siue per obitum dicti defuncti, quasi velit, quòd dictus B. possit capere beneficium alio modo, quàm vigore resignationis, siue cessionis, quia dictæ clausulæ sunt accessoriæ ad resignationem narratam, & non possunt aliquid operari, nec vim habent vllam, subreptitia, siue nulla existente resignatione, vt optimè in his terminis voluit Pute. decis. 267. in antiquis aliàs decis. 267. in correctis lib. 3. ibi, Non obstat clausula, siue per obitum, quæ videbatur æquè principaliter in supplicatione apposita, quia non facit, cùm accessoria esset ad resignationem

tionem narratam,&c.clariùs Rot.*in Messanen.regressus*
30 *24.Ianuary 1622. coram bonæ mem. Vbaldo.* † Clausulæ enim appositæ in contractu (cui æquiparantur pensiones propter consensum, vt resoluunt Gig. *de pension. quæst. 99. num.10.* Achil.*decis. 13.num.8.*
31 *de pensionib.*) sequuntur naturam contractus principalis, itavt si contractus annulletur, clausulæ quoque in eo insertæ annullantur, iuxta gloss. *verb.Fabiana, in l.si patronus, §. patronum, ff.si quid in fraudem patron.* cum multis aliis citatis à Valasc. *tom.1. consult.85.num.3.* quibus addo Decian.*resp.104.num.34.vol.2.* Surd.*decis.7. num.19.* Reinoso *obseruat.45. num.25.*Castagn.*in tract de benef. deductione egea. q.1. fallent.1.à num.40.* D. Noguerol. post hæc scripta
32 visum *allegat.Iuriscon.1. alleg.26. num. 373.* Et ideò omnes clausulæ appositæ in concessione subreptitia, sunt quoque subreptitiæ, & nullum producunt effectum, Decian.*resp.23.num.47.vol.1.* Rei-
33 noso *d.obseruat.45.num 30.* † Et quando contractus est simulatus, tales quoque sunt clausulæ in eo insertæ, Paris.*cons.53.num.3. vol.1.* Reinoso *d.obseruat. 45.num. 30. vers. Item.* Sic similiter quando contractus principalis, & instrumentum ab eo confectum est nullum, tunc omnis obligatio, & omne pactum in eo appositum redditur nullum, ex Bald.*in l.ex testamento.C.de fideicom.* quem sequuntur Alex. *in l.1. §.si vir vxori,col.1. & in l.quod meo,in princ. ff. de acquir.possess.* Ias.*cons.133. num.20. lib. 4.* Galganet. *de condit.& demonstrat.part.2 cap.5. quæst.25. num.1.* Et annullato, seu reuocato contractu annullantur omnia alia promissa in eodem contractu, Menoch. *cons.888.* Pontan.*de spolio lib.3. cap.132.* Carol. de Grassis *de except.31.num.2.* Et omnes effectus ab eo prouenientes reuocati censentur, *l. nam origo,ff.quod vi,aut clam, l. hactenus, in fine, cum l. seq. ff. de aqua plun.arc.* Cranet. *cons. 182. num.2.* Caualc. *decis.14. num.18.part.5.*

34 Nec obstat, quòd in Bulla prouisionis dicti B. nulla sit mentio de pensione reseruata, quia secundùm veteratum Curiæ stylum de ea nihil agitur, nisi esset antiqua, prout attestantur Curiales, & refert Melch. Lott. in eadem Curia Aduocatus *in d. suo tract.de re benef.lib.1.q.35. num. 81. in fin.* ibi, *in litteris prouisiuis nusquam de pensione fit mentio.*

35 Nec etiam obstat verbum, *prouidimus*, siue *prouiderimus*, quo nonnunquam vtitur Papa in litteris prouisiuis, quod videtur denotare collationem præcessisse reseruationem, quia in his terminis Rot.*de-*
36 *cis.68.num 2.part.1.recentissim.* tenuit,† quòd admittitur reseruatio pensionis infra biduum post collationem, attestatúrque esse stylum Cancellariæ Apostol. quòd forma, *prouidimus*, ponitor pro prouisionibus eodem instanti factis, & quòd verba præteriti temporis non excludunt actum antea incontinenti factum, & citat Bartol. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num. 3. vers. Item aduerte, ff. de verbor. obligat.* Sed hac non indigemus solutione cùm sub eadem data, & supplicatione litteræ prouisionis, & reseruationis expeditæ sint, ac proinde eodem instanti, vt per se patet.

37 Denique non obstat, quòd dictus B.asserit, videlicet se velle capere vacationem per obitum Ioannis Nogueira, quia cùm postea fuerim in forma gratiosæ à Papa prouisus, & sic veram, & realem collationem obtinuerim, quæ tribuit ius in re, vacatio per obitum dicti Ioannis Nogueira fuit consumpta, gloss. *verb. collatio in Clem. 1. vt lite pend.* & ibi Vitalen.*num.47.*Bellam.*decis.563.* Gonçal.*ad reg.8. Cancel. gloss.15. num. 14. & 15.* Caualer. *decis. 214.num.2.*Reuer. Coccin. *decis. 188. num.3.* Rota *apud Tambur. post tom.3.de iure Abbatum decis.25. à princ.* etiamsi possessionem nunquam fuissem adeptus, Simoner. *de reseruat.q.55.* Nicol.Garc. *de benef.p.4.cap.2.num.2.* Durao.*decis.263. num.12.* Rot. *decis.24.de præben.in antiq.& decis.498. per tot. & decis. 523. num.1.part.2.recentior.* Quæ omnia fuerunt decisa a Rota *in causa Corduben. portionis 14.Ianuary 1635. coram R. P. D. Pancirolo*, in hæc verba. *Resolutum fuit sub die 26. Iunij præteriti, Ægidio dandam esse immissionem in vim gratiosæ subrogationis. Hodie verò vnanimi voto recessum fuit à decisis, quia licèt portio de qua agitur, vacauerit in mense reseruato per obitum Francisci de Salinas, illa tamen vacatio fuit consumpta, ex quo Papa de eodem beneficio gratiosè prouidit Franciscum Gonzalez, qui etiam quòd possessionem non acceperit, attamen stante prouisione gratiosa dicitur acquirere ius plenum in beneficio*, cap.fin.in fine,de concess.præben.in 6.gloss.fin.in cap.pen.eod.lib. *Miles* in repert.verb.beneficium acquiritur, num.1. *Couvar.*lib.3.cap.16.num.1. & 10. *Rot.* decis.8. num.1. & 2.de rescript.in antiq. *quod ius facit primam vacationem esse consumptam, Rebuff.* cons. 48. num. 1. *Cassad.* decis 4.num.1.& 4.de causa possess. & propr. *Simon.* de reseru. cap.55. & seq. *Rot.* decis. 24. de præbend. in antiq. *Mohed.* decis. 9. vt lite pend. *Rota* decis 427. num.2. part.1. diuers. & decis.498. num. 2.p.2.recentior. *Nau.* de orat. cap.7. num.29. *Gonzal.* ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. §. 1. num.15. & 33. &c.

Vtrùm, & quando existens in quasi possessione exigendi pensionem sit in ea manutenendus, & quomodo illa acquiratur & probetur?

QVÆSTIO II.

1. *Littera Apostolica quomodo verificari debeant.*
2. *Pensionis ad solutionem compelli non potest Titularis non verificata priùs narratiua conditione, vel modo, sub quo à principio facta fuit reseruatio.*
3. *Conditionis ea est vis, vt gratia sub illa facta stet in suspenso donec conditio purificetur.*
4. *Claus.* Dummodo, &c. *ita qualificat gratiam, vt siue modum, siue conditionem importet, nihil actum censeatur donec plena sit iustificata.*
5. *Claus.* Dummodo, &c. *non remittit formam obligationis Cameralis.*
6. *Pensio quamuis sit modificata signatura, non consueuit parcere clausulæ præseruatiuæ.*
7. *Claus.*Constito de litteris, *intelligitur simpliciter de litteris, nudáq; earum existētia.*
8. *Signatura solet rescribere cum claus.*Nō retardata solutione, *etiam quando reseruatio pensionis est facta sub conditione.*
9. *Pensionis iustificata, seu purè reseruata solutio non potest impediri propter superuenien*

nientem litem super nullitate, extinctione, vel reductione.

10 *Exceptio subreptionis pensionis iustificatæ, seu puræ, reiicienda est ad petitorium.*

11 *Alimentorum causa nullo modo est suspendenda.*

12 *Pensio æquiparatur alimentis.*

13 *Pensionis solutio etiam puræ, & iustificatæ, retardatur quando ex ventre litterarum resultaret notoria nullitas.*

14 *Nullitas ex ventre litterarum quando dicatur oriri, ostenditur.*

15 *Signatura iustitiæ nunquam omittit clausulas præseruatiuas solutionis pensionis, quando exceptiones sunt turbidæ, aut eludibiles in progressu litis.*

16 *Rota, cui per Signaturam iustitiæ fuit rescriptum in materia pensionis cum clausf.* Arbitrio, *prætextu æquitatis retardat solutionem.*

17 *Pensionarius non indiget aliqua iustificatione quando contra consentientem pensioni purè reseruatæ agitur.*

18 *Pensionarius tenetur litteras reseruationis producere, & iustificare contra illum, qui non consensit pensioni antequam agere valeat, ad exactionem pensionis.*

19 *Pensionarius, qui est in possessione, vel quasi exigendi, & agit iudicio summariissimo, non tenetur exhibere titulum, nec priuilegium, nec etiam iustificare narrata.*

20 *Titulus, eiusque probatio non requiritur in possessorio.*

21 *Possessio an sit iusta, vel iniusta, non est disquirendum in possessorio.*

22 *Pensionarius, qui agit iudicio summariissimo, non tenetur exprimere causam suæ possessionis, vel quasi.*

23 *Possessio, vel quasi exigendi pensionem probatur regulariter per quietantias, seu instrumenta solutionum, & ex fide Notarij, & per confessionem titularis.*

24 *Probationes informes, & leuiores sufficiunt ad manutentionem obtinendam, & in iudicio possessorio, maximè concurrentibus adminiculis.*

25 *Testes examinari possunt sine partis citatione quando in longinquis partibus factum fuit examen, & non potuit haberi copia partis.*

26 *Pensionarius, vt constituatur in quasi possessione exigendi, requiritur, vt solutio fiat per solum titularem.*

27 *Titulum qui non habet, non dicitur dominus, vel quasi vt possit Ecclesia, vel vero titulari præiudicare.*

28 *Administratores, & deputati pro exigendis fructibus Ecclesiæ vacantis, an soluendo pensionem, possint constituere pensionarium in quasi possessione exigendi, & quid de sequestrariis, subcollectoribus spoliorum, & reseruatariis fructuum.*

29 *Possessio exigendi pensionem, vt acquiratur, sufficit vt eius solutio fiat per alium de mandato Titularis.*

30 *Compsor, qui ex pacto in Bullis inserto dedit cedulam banchariam, si virtute illius soluerit pensionem, constituit pensionarium in quasi possessione exigendi, &* num. 38.

31 *Actus attribuitur ordinanti, & non exequenti.*

32 *Mandatum de soluendo pensionem quibus concurrentibus præsumatur ad constituendum pensionarium in quasi possessione, ostenditur.*

33 *Titularis scientia de solutione pensionis facta facit præsumi mandatum de soluendo.*

34 *Solutiones factæ per plures annos à tertio faciunt præsumi mandatum de soluendo.*

35 *Solutio facta à tertio de vno termino tantùm, sed quantitatis minimæ, facit præsumi mandatum.*

36 *Possessio percipiendi pensionem acquiritur etiam per vnicum actum exactionis.*

37 *Mandatum præsumitur in soluente.*

39 *Possessio percipiendi pensionem acquiritur etiam per vnicum actum exactionis.*

40 *Manutentio datur pensionario contra successorem in beneficio ex vnica solutione facta per antecessorem.*

41 *Possessio percipiendi pensionem non acquiritur per solutionem partis vnici actus, nisi soluat cum promissione soluendi residuum.*

42 *Possessio percipiendi pensionem probatur per antecedentem etiam vnicam eius solutionem, quamuis facta fuerit metu censurarum, quando non apparet de protestatione.*

43 *Possessio exigendi pensionem an amissa proponatur eo, quòd pensionarius per decennium acquieuerit negligendo petere.*

44 *Pensionarius existens in quasi possessione exigendi, est manutenendus contra quemcumque successorem in beneficio etiam qui nunquam soluit.*

45 *Pensioni qui consensit non solùm pro se, sed etiam pro successoribus consentit.*

46 *Successor in beneficio spoliat, si pensionem integrè ab antecessore solutam soluere recusat.*

47 *Pensionarius acceptando beneficium pensione grauatum censetur obligare se ad onera posita super tali beneficio, &c.*

48 *Pensionarius qui non consensit, non debet compelli,*

compelli, nisi quatenus adsint fructus.

49 Successor in beneficio pensione grauato non tenetur soluere pensionem maturatam quando fructus non percepit.

50 Pensio est onus fructuum, & ipsis fructibus inhaerens.

51 Pensionis excessiuæ reseruationi consentiens sibi praeiudicat.

52 Existens in quasi possessione exigendi manutenendus est in ea summa, quam constat sibi fuisse solutam.

53 Pensionarius tenetur in petitorio iustificare gratiam, etiamsi sit in quasi possessione exigendi.

54 Pensione reseruata super Episcopatu, dummodo mille remaneant pro Episcopo, pensionarius existens in quasi possessione exigendi non tenetur in possessorio probare remanere.

55 Manutentionem non impedit allegatio de extinctione pensionis per matrimonium à pensionario contractum.

56 Clausula Sine retardatione, intrat stante quasi possessione exigendi, licèt ex ventre Bullarum constaret de vitio, seu nullitate pensionis.

57 Translatarius pensionis existens in quasi possessione illam percipiendi non tenetur ad aliquam iustificationem.

58 Translatarius pensionarius, quid iustificare teneatur, ostenditur.

59 Pensionis translatio facta vigore priuilegij Conclauistarum, est nulla exhibito coram exequutore solo transumpto priuilegij absque originali.

60 Pensiones transferendi facultas data Conclauistis non extenditur ad pensiones semel translatas.

61 Appellatio suspensiua non admittitur vbi fuerit pronuntiatum litteras translationis esse exequendas.

62 Titularis impugnatio, quòd ex translatione pensionis sibi inferatur praeiudicium considerabile, non potest illam suspendere.

63 Translatio pensionis non requirit derogationem, & expressionem.

64 Priuilegium Equitum Lauretanorum retinendi pensiones matrimonio non obstante comprehendit etiam pensiones reseruatas super Regio patronatu.

65 Mentio non est facienda de iure incerto, & euentuali.

66 Pensionis in reseruatione super beneficio facienda est mentio de regressu quem quis haberet ad illud beneficium.

67 Translationis litteræ habent paratam executionem

68 Cessionario datur via executiua quæ datur cedenti.

69 Viam exequutiuam translatario competentem non potest titularis peruertere præueniendo in iudicio nullitatis translationis.

70 Solutio realis, & non confessata requiritur ad acquirendam quasi possessionem exigendi pensionem reseruatam pro tertio à patruo ad fauorem nepotis.

71 Confessio de recepto non suffragatur ad acquirendam quasi possessionem exigendi pensionem reseruatam pro tertio à patruo ad fauorem nepotis.


ITTERÆ Apostol. sub reseruatione 1
pensionis non purè expeditæ, earumque narratiua, & modus, seu conditio, sub qua pensio fuit reseruata, verificari debent etiam quando proceditur executiuè, *cap. 2. de rescript.* Cassad. *decis. 10. eod. tit.* Mohedan. *decis. 35. de renun.* Rot. *decis. 221. n. 4. & 5. part. 1. diuersor.* Quia † non verificata priùs 2
narratiua, conditione, aut modo, sub quo à principio facta fuit reseruatio, non potest Titularis ad solutionem compelli, Cassador. *sub num. 8.* & Mohed. *citatis locis*, Cæs. de Grassis *decis. 35. num. 13. de re iudic.* Gig. *de pensionib. quæst. 85. num. 10.* Rot. *decis. 310. part. 1 diuers.* Nec litterarum executio habenda, Rot. *decis. 119. num. 5. part. 1. recentissim.* Quia prouisio, siue reseruatio pensionis ante iustificationem non habetur pro gratia Apostolica, Ioan Andr. *in cap. 1. vt lite non const.* Gom. *super reg. de non tollendo quæst. 20.*

Conditionis enim ea est vis, vt gratia sub illa 3
facta stet in suspenso donec conditio purificetur, *c. si pro te*, vbi glos. & Doctores *de rescript in 6. Clem. 1. de concess. praeben.* Paris. *cons. 82. ex num. 7. lib. 4.* Menoch. *cons. 38. num. 15. & 16.* & in hoc illi æquatur modus, *l. 1.* vbi Corn. *num. 3. C. de his quæ sub modo*, idem Menoch. *cons. 653. num. 8.* refert, & sequitur Lotter. *de re benef. tom. 1. lib. 1. quæst. 38. num. 16. & 17.* Vnde si actor in possessione exigendi non existat, & pensio sit conditionalis, quamuis iudicium sit possessorium, & agatur contra eum, qui reseruationi consenserat, implementum conditionis probare debet, Cassad. *d. decis. 10. num. 6.* Gig. *de pension. q. 85. n. 10.* Nicol. Garcia *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 464.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 113. n. 74.* Seraphin. *decis. 1017.* quos refert, & sequitur Rota *in Troiana pensionis 14 Maij. 1629. coram R. P. D. Queipo*, quæ reperitur impressa per Ludou. Posti. *post tract. suum mandati de manutenendo decis. 316.*

Expresè inducitur modificatio ex clausula *dummodo*, &c. vel alia simili, per eam enim ita qualifi- 4
catur ea gratia, vt siue modum, siue conditionem importet, nihil actum censeatur donec plenè sit iustificata, vt tentom fuit in Rota, *coram Seraph. decis. 1017. num. 4. & coram Gregor. XV. decis. 57. num. 2.* quos refert, & sequitur Lotter. *dict. quæst. 38. num. 40.* vbi *n. 48.* post alios quos citat, resoluit necessitatem iustificandi clausulam, *dummodo*, &c. † non 5
remittere formam obligationis Cameralis, cùm illa arctiùs quidem liget, sed non extendat obligationem vltra formam reseruationis. Similiter conditionalis reseruatio videtur ex illis verbis in litteris Apost. reseruationis pensionis apponi solitis pro valore exprimendo, *& a ducatos tot similes annuatim, vt etiam asseris, ascendentibus*; quando enim assertio valoris beneficij per ascensum ad secundam perso

perſunam referrur, veluti, *vt aſſeris*, conditionem indueit, & ex eius defectu gratia corruit; quia illa verba, *vt aſſeris*, expreſſam conditionem inducunt, ex Rota *dec ſ.1. num.1. & a de preben.in antiq. & in d.Troiana penſionis*, per doctrinam Felin. *in cap. ad-nerſis num. 0 de reſcript.* quæ cùm ſint verba à parte in gratiæ impetratione narrata, debent ab ea iuſtificari, propter regulam text. *in cap. 1. de reſcript.* & ſic plena requiritur probatio pro iuſtificatione huiuſmodi gratiæ, vbi agitur de probando valore affirmatiuè per aſſenſum expreſſo in gratia penſionis, Garc. *de benefic.p.1.c.5.ex n 470.* Verall. *decis. 330.p. 3.* Rot. *decis. 444.n.1.p.2.recent.* Maximè cùm actori obſtet iuris communis præſumptio; tum quia beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione debent conferri, *cap. 1. & per tot. vt eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conf.* Tum, quia beneficiato alimenta congrua debent reſeruari; nam qui Altari ſeruit, de Altari viuere debet, ex D.Paulo 1. *ad Corinth. c. 9.* tum denique, quia quælibet res libera præſumitur. *l. ſicut 8.§. Ariſto, ff. ſi ſeruit. vind.* cum ſimilibus. Quod quidem intelligendum eſt de actore penſionario, qui beneficium in fauorem reſignatarij minimè reſignauit, non autem de eo, qui beneficium renunciauit; reſignatario enim non licet retento beneficio reſignato, ſuper quo penſio fuit reſeruata, de nullitate penſionis excipere, ſecundùm Creſcent. *decis 17. de reſcript.* Card. Mantic. *decis. 183.num.1.* Rota *decis. 231.p.1.recent. & in d. Troiana penſionis*; prout hoc etiam procedit quando cum dicta clauſ. *vt aſſeris*, relata ad penſionarium acceſſerit conſenſus titularis, quia tunc illa remanet iuſtificata, Melch. Lotter. *de re benef. lib. 1. q.38.num.46.* quem refero *de clauſulis vſuf. clauſ.188. num.8.* optimè Rota *decis 512. num.3. & 4.part.2.recentior.*

6 Quamuis autem videatur modificata penſio ſub conditione, ſeu modo reſeruata, ita vt ante iuſtificationem executio non debeatur, iuxta ſuprà dicta, tamen etiam hoc caſu non conſueuit Signatura parcere clauſulæ præſeruatiuæ, *Sine præiudicio executionis*, præſtat enim adhuc, & fauor litterarum Apoſtol. & cauſa alimentorum, cùm ſatis ſit gratiam apparere factam ex litteris: & licèt litteræ non iuſtificatæ non ſint exequibiles, probant tamen ſub-
7 ſtantiam ipſius gratiæ, Seraph. *decis. 664. num. 3.* † Nec clauſula, *conſtito de litteris*, ex qua aliquando qualificatur clauſula præſeruatiua, intelligitur de litteris iuſtificatis, ſed ſimpliciter de litteris, nudaque earum exiſtentia, Putc. *decis. 215.num.1.lib.1. in correctis*, quem refert Lotter. *dict. lib.1.quæſt. 38.n.*
8 86. vbi *num.94.cum ſeqq.* † idem reſoluit de clauſula, *Non retardata ſolutione*, dicens cum illa ſolere reſcribere Signaturam, etiam vbi reſeruatio penſionis eſt facta ſub modo, vel conditione: quæ clauſula appoſita in cauſa reductionis, ſeu nullitatis penſionis, efficit conditionalem commiſſionem, quòd, niſi ſoluatur penſio, & conditioni pareatur, non poteſt iudex procedere. Andr. Gambar. *de poteſtate Legati à Latere, lib.6.tit. de penſionib.num.507.* Valenzuel. *d.tom. 2.conſ.185. num.10.* Greg.XV. *decis.19.num.3. & decis.93. & 119.*

9 Verùm ſi penſionarius modum adimpleuit, conditionemque purificauit, aut de conſenſu partium Papa ſimpliciter, & purè reſeruauit penſionem, (prout in caſu noſtro,) tunc non poteſt impediri penſionis præſtatio, propter ſuperuenientem litem ſuper nullitate, extinctione, vel reductione, aut ſi in ipſis appellatum ſit, nouiſſimè Valenzuel. *conſ.127. num. 3.tom. 2.* Greg.2. *decis.36.n.3. & decis. 57.* Rot. *decis. 301.num.2.part.2.diuerſ. & decis. 163.num.1. part.1. recentiſſim* & apud Marcheſ. *de commiſſion.part.1.§.1. pag.514 num.6.* Theodoſ. de Rubeis *in ſingular. Rotæ p.2.verb litteræ § 2.pag.65.* † Quæcunque enim ſub- 10
reptionis exceptio reiicienda eſt ad petitorium, cùm non poſſit impedire executionem litterarum Apoſtolicarum, & obligationis Cameralis, Gig. *de penſionib. quæſt. 35.num.9.* Cou. *lib.2.var. c.1.num. 9.in fine*, Putc. *decis.495.num.2.lib.1.* Pacif. *de Saluiano interd.inſpect.2.num. 52.* Rota apud Ludou. Poſti. *poſt tract.mandati de manutenen. decis.309.n.4.* eadem Rot. *decis.441.num.4. part.2. recentiſſim.* tum ex eo, quòd penſionis cauſa eſt executiua. Rot. *decis. 193. num. 3. part.1.recentiſſ.* & executiuè proceditur virtute litterarum contra Titularem, tam ob earum reuerentiam, quàm ob obligationem Cameralem, quæ fieri aſſolet, Gig. *de penſion.quæſt.95.n. 5.* Flores de Mena *var. quæſt.12.à num.24* Salgad. *de Regia protect.part.5.cap.*
3.n.7. Sicut † & alimentorum cauſa, quæ nullo mo- 11
do eſt ſuſpendenda, cùm venter non patiatur dilationem, Caſſad. *decis.vnic.num.1.de mutuis petit.* Surd. *de aliment.tit.8.priuil.60 num. 5. 8.10. & 11.* Lotter.
dict.lib.1.quæſt. 38. num. 3. † Nam penſio æquipara- 12
tur alimentis, Roman. *conſ. 388. num. 3.* Rot. *decis. 548.num.1.part.2.recentiſſ.* Lotter. *dict. lib.1. quæſt.45. num.47.* Valenz. *dict.conſ.127.num 5.* & accedit ad naturam alimentorum, Creſcent. *decis.3.de ſolut.* Rot. *decis.407.num.1.ead.part.1.recentiſſim. quia regulariter conceditur ex cauſa alimentorum, vt commodius penſionarius ſuſtentari valeat*, Valenzuela *dict. tom. 1.conſ. 193.num.6.* vbi citat Hieron. Gabr. *conſ. 191. num.9. lib.2.* Garc. *de benef.part.1.cap.5.num.32.* Mar. Anton. *var.reſol.lib.1.reſol.vlt. caſu 10. in fine*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 548. num. 8. 23. & ſeq.*

Nihilominus tamen quando ex ventre litterarum 13
reſultaret notoria nullitas, ſiue non exiſtentia gratiæ, tunc retardaretur penſionis ſolutio, etiam puræ, & iuſtificatæ, non tamen exactæ, Rot. *decis.310. ſub num.1.verſ. Addebant par.1.diuerſ.* Mateſcot. *var. reſol.lib.1.cap.20.num.18.* Lotter. *dict. lib.1. quæſt. 38. num.95.* Salgad. *dict.part.3.cap.3. num.26.* Dicitur au-
tem, † quoad hunc effectum oriri nullitatem ex 14
ventre, vbicunque etiam ex inſpectione litterarum per aliquod accidens extrinſecum, quòd nequeat in dubium reuocari, reſultat nullitas, vel reductio gratiæ de eſſe ad non eſſe. Rot. *decis. 649.num. 3. lib. 3.part.3.diuerſ. & decis.617.num.3.p.1.recent.* Lotter. *d.q.38.n.96.*

Nunquam enim Signatura iuſtitiæ omittit di- 15
ctas clauſulas, vbi exceptiones ſunt turbidæ, aut elidibiles in progreſſu litis, nec Rota, cui per illam fuit
reſcriptum cum clauſula *Arbitrio*, æquitatis præ- 16
textu retardat ſolutionem, vt plenè fuit deciſum *in Cremonen.penſionis, ſiue Prioratus 25. Februarij, & 2. Martij 1612. & 23. Iunij 1623.* cuius meminit Lotter. *d.q.38.n.103.*

Et licèt quando agitur contra conſentientem 17
penſioni purè reſeruatæ, non indigeat penſionarius aliqua iuſtificatione, vt reſoluunt Beltramin. *in annot.ad Gregor.57.num.11. & 12.* Seraph. *decis. 1017. num.3.* Rot. *decis.547.num.3. & 4. par. 1.recentior. & decis. 517.num. 2.cum ſeqq. part. 2. etiam recentior. & decis.443. num.2.part.2.recentiſſim.* & apud Marcheſ. *dict.p.1.pag.518.num.31.* & in aliis citatis per Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ part.1.verb. Penſio §.11.pag.77.* Et hinc dicat eadem Rot. *decis. 436.n. 1.p.1.recentiſſimor.* quòd penſionis ſolutio retardari non poteſt ſub prætextu, quòd reſeruatio illius eſſet nulla, quando Titularis reſeruationi conſenſit.

18 Attamen si agatur contra illum, qui non consensit pensioni, tunc tenebitur pensionarius litteras reseruationis producere, & iustificare antequam agere valeat ad exactionem pensionis, tam in petitorio, quàm in possessorio, vt affirmant Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 2. num.* 65. Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. §. 4. num. 442. cum seqq.* Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 37. num.* 37. Salgado *de protect. Regia, part. 3. cap. 3. num.* 31. præterquam si gratia esset *Motu proprio*, vel litteræ essent per Titularem acceptatæ, siue expressè, siue tacitè per actum id explicantem, vt benè adnotauit post alios Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 37. num. 38. & 39.* Litteræ enim Apostolicæ concessæ *Motu proprio*, non egent iustificatione, *cap. si motu proprio, de præben. in 6.* Seraph. *decis.* 1484. *num. 10. vers. ex quo gratia*, Rota *decis. 656. num. 1. & 2. part. 2. recent.* Dutan. *decis. 448. num. 2.*

19 Hucusque dicta procedunt eo casu, quo pensionarius adhuc non exegerit quicquam pensionis ad suum fauorem, reseruatæ: nam si fuerit in possessione, vel quasi exigendi, & egerit iudicio summariissimo possessorio, non tenetur exhibere titulum, nec priuilegium. Nicol. Garc. *dict. part. 1. cap. 5. num.* 446. Maresc. *var. lib. 1. cap. 11. à num. 11.* Ludou. Posti. *dict. tract. obseru. 41. num.* 34. Reinoso *obseru. 62. num.* 8. Seraph. *decis. 582. num.* 5. Rot. *in Anconitana pensionis 5. Iunij 1585. coram Plato, & in Romana, seu Carthaginen. pensionis 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Dunozetto*, & apud Cene. *post tract. de censib. decis. 242. num. 16.* & apud Ludou. Post. *decis. 70. num. 1. & 16. & inter posthumos Farinacij decis. 523. num. 2. & decis. 193. num. 14. part. 1. recentissim.* In qua fuit dictum quoad effectum manutentionis sufficere solam quasi possessionem exigendi, & pēsionario agenti ad pensiones non esse necesse producere pensionis reseruationem. Nec etiam tenetur iustificare narrata, Mohed. *decis. 9 de causa possess. & propr.* Beltramin. *in annotat. ad Gregor. decis. 57. num. 16.* Rot. *apud Marches. dict. part. 1. pag. 914. & in Meleten. pensionis 7. Iunij 1630. coram R. D. meo Coccino Rota Decano*, Salgado *dict. cap. 3. num.* 34. Immo licèt de facto titulum producat, non est cognoscendum de eius validitate, Coccin. *decis. 156. num.* 3. nec aliqua illius iustificatio habenda. Giouagn. *cons. 11. num. 15. lib. 1.* Beltramin. ad Greg. XV. *decis. 322. num.* 4. Rota apud Ludou. Postium *post suum tract. mandati de manutenendo decis. 264. num.* 3. quia in hoc iudicio non tenetur quis declarare, quo titulo possideat, sed sat est detentatio, Menoch. *remed. vlt. retin. num.* 18. Rota *Camarinen. prædij 21. Iunij 1624. coram Remboldo*, apud eundem Ludou. Postium *decis. 189. n. 3.*

20 Ratio est, quia in possessorio non requiritur titulus, eiusque probatio, *cap. in litteris, de restitut. spoliatorum.* Rota seruat quòd in manutentione non requiratur titulus. Mohed. *decis. 153. aliàs 22. de restit. spol.* Greg. XV. *decis.* 275. vbi Beltramin. *n.* 17. Theodos. de Rubeis *in singularib. Rotæ part. 2. verb. manutentio §. 1. pag.* 68. vbi *in §. 2.* attestatur Rotam passim concedere in beneficialibus manutentionem sine tituli productione. tunc enim sufficit nuda detentatio de facto, Neuisan. *cons. 80. num.* 3. Couar. *pract. capit. 17. n. 5. vers. Sic sanè*, Boccat. *de interdicto vti possidetis cap. 2. num. 81. & 85.* Contard. *de moment. possess. limit. 21. num.* 14 plures citati à Ludou. Postio *obseru. 42. num* 74. nouissimè Mendez à Castro *in prax. Lusitana part. 2. lib. 4. cap. 10. num.* 24. Rot. *decis. 641. num. 8 part. 1. diuers. & dict. decis. 523. num. 1. part. 1. recentissim.* 21 † Nec est disquirendum an possessio sit iusta, vel iniusta, quia semper iusta est respectu non possidentis, *l. 2. ff. vti possidetis.* me citato *in hoc loco*, nouissimè Mendez à Castro *dict. part. 2. lib. 4. c. 10. num.* 24. Tum, quia 22 † quasi possessio huiusmodi releuat ab onere probandi, cùm non teneatur pensionarius in hoc casu exprimere causam suæ possessionis, vel quasi. glos. per text. ibi *in l. sicuti, §. sed si quæratur, ff. si seruitus vendicetur*, Abb. *in cap. querelam num. 2. de elect.* Tum denique, quia est adeò efficax in iudicio manutentionis possessio exigendi pensionem, vt nihil aliud requiratur de ipsius validitate, in tantum, quòd donec lis per tres conformes super possessorio fuerit decisa, non retardetur solutio, vt fuit tentum in Rot. quam citat Garc. *d. p. 1. c. 5. n.* 456.

Probatur quasi possessio huiusmodi exigendi pensionem regulariter per quietantias, seu instrumenta solutionum, Rot. *decis. 122. sub num. 7. vers. Hic autem part. 1. recentior. & decis. 387. num. 2. part. 2. etiam recentior.* Et ex fide Notarij dicentis coram se, & testibus solutum fuisse, etiam quòd non vtatur verbo, *numerauit*, vt per Bart. *in l. singularia. num. 23. ff. si certum pet.* vel si dicat pecunias fuisse datas, vt in his terminis censuit Rot. *in Calagurritana pensionis 17. Iunij 1624. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo.* Necnon per confessionem Titularis; ex adductis per Pute. *decis. 325. lib. 2. in correct.* Rot. *decis. 460. n. 1. p. 1. recentissim.* 23

Per testes examinatos adhuc sine partis citatione probatur huiusmodi quasi possessio, quia ad manutentionem obtinendam, & in iudicio possessorio sufficiunt informes, & leuiores probationes, Alexand. *cons. 103. n. 3. lib. 7.* Menoch. *remed. vlt. retin. num.* 34. Seraph. *decis. 1113. num. 1.* Gregor. *decis. 258. num.* 3. Rot. *decis. 375. num. 2. lib. 3. part. 3. diuers. & decis. 193. num. 1. & decis. 460. num. 8. & decis. 564. num. 4. part. 1. recentissim.* Christoph. de Paz *de tenuta cap. 3. n. 31. & cap. 31. num.* 28. & nouissimè Ludou. Posti. *dict. tract. mandati de manutenendo obseru. 38. à num. 1. & præcipuè num.* 10. vbi *num.* 11. rationem præstat, quia agitur de nullo, vel modico præiudicio, & reparabili in alio iudicio. Maximè concurrantibus adminiculis, quibus stantibus scripturæ, quæ aliàs non probarent, probant, *l. instrumenta, C. de probat.* Crauet. *de antiquis tempor. p. 1. §. vidimus, n.* 19. Rot. *decis. 813. num. 13. cum sequentibus, part. 1. diuersorum, & dict. decis. 564. num. 3. part. 1. recentissim.* 25 † Et præcipuè si in longinquis partibus fuit factum examen vbi non potuit haberi copia partis, nec vocari, iuxta doctrinam addit. ad Bartol. *in l. 2. C. de naufrag. lib. 11. in addit. lit. B.* ibi, *& aduerte, quòd in tali examinatione non est necesse citari partem, quæ fortè multum est à longinquo.* Quod euidentiùs probat Rota *in Bononien. affictus 4. Iulij 1629. coram bonæ memor. Card. Virili*, impressa per Lodou. Posti. *post suum nouiss. tract. mandati de manutenendo decis. 169. num.* 4. ibi, *Et licèt testes sint examinati sine citatione, tamen in hoc iudicio summariissimo manutentionis, in quo leuiores probationes sufficiunt, & etiam vnicus, videbantur admittendi*, *Alex.* cons. 147. in princ. lib. 6. *Decius* cons. 559. num. 8. *Neniz.* cons. 80. num. 7. *Cephal* cons. 19. in fine, lib. 1. *Roland.* cons. 8. num. 30. lib. 4. *cùm testes etiam sine citatione faciant adminiculum.* *Alex.* d. cons. 147. num. 2. lib. 6. *Aym.* cons. 103. num. 11. *Ruin.* cons. 46. num 16. lib. 4. *Seraph.* decis. 185. num. 1. *&c.* 24

Vnde videtur sufficere qualis qualis probatio, etiam minor, & leuior semiplena, Menoch. *remed. vlt. retin. num. 34. & 39.* Boccac. *de interdicto vti possidetis, cap. 14. num.* 22. Seraph. *decis. 1154. num.* 4. Rota apud Ludou. Postium *decis. 42. num. 2. & decis. 132. num. 3.* Et admittuntur etiam præsumptiones Giouagn. *cons. 14. num. 72. lib. 2.* Boccac. *d. cap. 14. num.* 24. 26

Rota

Rota *decis.173.num.1.par.3.lib.3.diuers.* Et testes deponêtes de possessione de publica voce & fama, Menoch. *d.remed. vlt.num.* 34. Plot. *de in litem iurando §.3.num.43.* Steph. Gratian. *decis.192.num.3.* Card. Caualer. *decis.653.num.4. & decis.559. num.2.* Rota *decis.212.num.1.part.1. recentior.* quos refert Ludou. Post. *d. obseru.38. num. 35.* Necnon deponentes de actibus singularibus. Rota *decis. 27.num.1. part.1. diuers.* Farin. *in praxi crim. quæst. 64 n. 164.* Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.425.num. 54.* Card. Caualer. *dict.decis.379.num. 3.* Immo satis est vnicus testis. Farin. *in d. praxi quæst .63. num. 31. cum seqq.* Surd. *cons.75.num.38.* Steph. Gratian. *decis.192.num. 34. & discept.forens.c.425.num.56. & cap. 503. num.16. & 17. & cap.910.num.23.* Giouag. *d. cons. 14. num. 72. lib.1.* Seraph. *decis. 624. in fine, & decis. 1326. num.1.* Gregor. XV. *decis.458.num.1.* Caualer. *decis.44.num. 3. & decis.223.num.1. & decis. 306.num.3. & decis.379. num. 3.* quamuis sit minus idoneos. Rota apud Farin. *post 2.vol.consil.decis.303.num.2.* Ludou. Post. *dict.obseru.38.num.19.*

26 Ad constituendom pensionarium in hac quasi possessione exigend requiritur, vt solutio fiat per solum Titularem, cùm totum id pendeat ex eius animo, *l.quemadmodum, ff.de acquir.possess.* cum simi-
27 libus; † ille enim, qui non habet titulum, non dicitur dominus, seo quasi, vt possit Ecclesiæ, vel vero Titulari præiodicare, Seraph. *decis. 436. ex num. 1.* Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.113.num.52.* Nicol. Garc. *d. cap.5. num. 433.* Melch. Lotter. *de re benefic.lib.1.quæst.38. à n.130.* Rot. *decis. 681.num. 3.p. 4.diuers.* & apud Pacific. *de Saluiano interdicto decis.*
28 *44.num.2.* Vt † dicitur de Administratoribus, & deputatis pro exigendis fructibos Ecclesiæ vacãtis, sicut respondit Rot. *decis.184.num.1. & per totum part. 1.diuers. & decis.508.num.4.part.2.recentior.* Caputaq. *decis.165.par.3.* Greg. XV. *decis.275. num. 8.* vbi Beltramin. *in annot.num.22.* Melch. Lotter. *dict. quæst. 38. num.134.cum seqq.* Ludou. Posti. *in d. tract. mandati de manutenendo obseru.33. num. 76.* Et de sequestrario, Seraph *d. decis. 456. ex num. 3.* & de Camera Regia, Gratian. *discept.forens. cap. 113.num. 52.* & de Subcollectoribus spoliorum quamuis dubitatiuè, Greg. *decis.275 num.8.* & ad minus pro adminiculo admittit Rot. *decis.193.num.5.part.1. recentis.* Quidquid sit de solutionibus factis per reseruatarium fructuum, qui habet facultatem eos percipiendi propria auctoritate, vt latè firmauit Rot. *decis. 508. num.3.part.2. recentior.* & apud Zachiam post tract. *de societate officior.decis.17.num.5.7. & 9.* Beltramin. *ad decis.275.Gregorij XV. num. 23.* Lotter. *d. quæst. 38.num.:38.* Ludou. Posti. *d. obseru. 35. num.81.* qui resoluont non constituere in quasi possessione exigendi contra Titularem solutiones factas à reseruatario fructuum, nisi habeat facultatem percipiendi propria auctoritate, quia iste soluendo peosionem constituit in quasi possessione exigendi contra verum Titularem.

29 Nec ad huiusmodi quasi possessionem exigendi acquirendam desideratur, vt solutio fiat per ipsummet Titularem; sufficit enim, vt de eius mandato per alium fiat, quod dupliciter potest interuenire, verum scilicet, vel præsumptum. Si versemur in vero, quòd prætendatur insufficiens, diligenter eius fines sunt expendendi, iuxta reg. *l. diligenter, ff.mandati.* Nam vbi mandatum est solui, nihil est quin ea solutio facta per mandatarium, vim hanc obtineat, Gregor. *d. decis. 275.sub num. 9. vers. Vlterius adest mandatum.* Veluti † quando ex pacto in actu renun-
30 ciationis inito, & in Bullis pensionis inserto (proot in casu nostro) data fuerit cedula bancharia, & campsor, qui eam conscripsit, pensionem soluerit, vt in his terminis censuit Rot. *in Cremon. pensionis 25. Februarij 1612. coram bonæ memor. Vbaldo*, quia † 31
actus attribuitur ordinanti, & non exequenti, *l.item eorum, § si decuriones, ff. quod cuiusque vniuers. nom. l.pater ex prouincia ff.de manum. vind.* ibi, *solam enim electionem filio concessit, cæterum ipse manumittit, l.restituta §.sed & si voluntate.ff.ad Trebell.cap.cum aliquibus, de rescript. in 6.* cum similibus adductis per Aym. Crauet. *cons.961.num.4. vers. & cùm mandatum superioris executus sit, superiori & mandanti, non exequenti actus est tribuendus, vol.5.* Salgad. *de Regia protect. lib.4.cap.1.à num.16. & cap.3.num.26.cum seqq.* Surd. *decis.297.num.1. & decis.299.num. 9.* & non suffragatur Titulari ad effectum impediendi ne pensionarius constituatur in quasi possessione exigendi, controuersia post mandatum, & ordinem huiusmodi super nullitate pensionis contra ipsum pensionarium exorta, nisi talem ordinem, seu mandatum reuocauerit monendo in tempore campsorem ne solueret, vt per text. *in l.si fideiussor, in princip.ff.mandati,* ibi, *potuit enim atque debuit*, & inferiùs, *debuit enim notam facere*, firmauit Rota *in dict. Cremonen. pensionis.*

Quoad præsumptum verò mandatum de soluen- 32
do est aduertendum, illud sufficiens videri, vbi solutio per alium facta fuerit, & de vero non constiterit, concurrentibus tamen aliis adminiculis, vel quouis argumento, per quod excluderetur sinistra præsumptio doli, & machinationis; potest enim esse, quòd soluens, vel id effinxerit in præiudiciom alterius, vel etiam simplicitate inductus; proindeque valde iniquum foret si titularis ex facto alterius, tam enormiter prægrauaretur. Nicol. Garc. *dict.cap.5.num.453.* Melch. Lotter. *d.quæst. 38.num. 142.* Rota *decis.681. num.3.part.4.diuers.* & apud Pacif. *de Saluiano interd. decis.43.num.3.cum seqq. & decis. 44.num. 12.* & apud Zachiam *post tract.de societate officior.decis. 27.num.1.* & post Ludou. Post. post *tract.mandati de manutenendo, decis.318.n.6.cum seqq.*

Primum ergo, & præcipuom adminiculum, qood 33
facit præsumi mandatum de soluendo, est scientia Titularis, si quo modo possit probari, Veral. *decis. 165.num. 2.part. 3.* & hanc solam sufficere, rectè resoluit Beltramio. *in annot. ad Gregor. decis. 275. num.20.*

Secundum, si solutiones proponerentur factæ 34
per plures annos, neque enim est verisimile soluentem nomine alieno pecunias suas iactare voluisse. Rot. *decis. 2.de causa possess. & propr. in antiq.* Cæs. de Grassis *decis.6.num.6.de probat.* Gig. *de pension.quæst. 48.* Lotter. *dict.quæst.38.num.146.cum seqq.* Rota apud Zachiam *post tract. de societate offic.decis.27. num.1.* & apud Ludou. Posti. post *tract.mandati de manutenendo decis.47.num.2. & 3. & decis.318.num.7.* Greg. XV. *decis.275.num.4.* & apud Valenzuela *tom. 2. cons.183.n.*
40. Vel † si solutio esset quidem de vno termino tan- 35
tùm, sed quantitatis non minimæ, vt non cadat sub sensum cuiusdam sani capitis, quòd vel soluens voluerit tantam iacturam facere si de suo soluit, vel pensionarius interdictum retinendæ tanti emere, hoc enim casu de plano mandatum est præsumendum, quia soluitur tale quid, quod non solet dari, seu gratiosè concedi, Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig.conuent.lib.7.tit.6.num.3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 296. sub num. 20.* Gregor. XV *decis. 273.num.4* Lotter. *dict.lib.1.quæst.48. num. 148.* Rot. *decis.296.num.4.part.1.diuersor. & decis. 193.num.21. part.1.recentissim. & decis.538.a princip.part.2.etiam recentissim*

recentissim. & apud Posti. *decis. 47. num.* 1. eleganter Gambar. *de potestate Legati a latere, lib.6. de pensionib. num.* 677. qui non distinguit inter solutionem magnæ, vel minimæ quantitatis, concludens,
36 *quia licet alias mandatum non præsumatur, tamen hoc casu præsumitur, cùm non sit verosimile, quòd*
37 *aliquis de suo soluat*, &c. Eandem rationem, quòd scilicet in soluente præsumatur mandatum, cùm solutio sit actus, qui verisimiliter absque eo expediri non solet, ponderauit Rot. *d.decis.*196. *num.4.& d. decis.*538 *num.*1. ex notatis per Cassad. *decis.3.num.4. de procuratorib.* Felin. *in cap.sicut, sub num.* 31. *in fine, de re iudic.* Aym. *de antiq. tempor. part.2. num.65.* Optimè Iacob. Cancer. *var. resol. tom.2. cap.6. de solution. sub num.*44. vbi eleganter quæstionem soluit his verbis. *Quæro octauò de difficili quæstione, & practicis obuia. Prætendebam Petrum mihi teneri singulis annis ad certam pensionem ex certa causa: cùm vellem exigere dictam pensionem à Petro, & ab eo illam petijssem, quidam tertius mihi dictam pensionem soluit, & per aliquot annos similiter fecit; cùm tamen ego inscius essem an ille solueret de mandato Petri, vel non; demum petij dictam pensionem à Petro, ille eam soluere recusauit, petij me conseruari in mea possessione, seu quasi, recipiendo ab eo dictam pensionem: ille replicabat, me non esse in dicta possessione, seu quasi, quia ille nunquam dictam pensionem soluerat: probaui quòd post petitam dictam pensionem à Petro quidam tertius mihi pro eo, seu saltem eius nomine dictam pensionē per multos annos soluisset. Prætendit Petrus dicti tertij factum sibi nocere non potuisse, maximè cùm ipse nihil (prout dicebat) de dicta solutione sciret. Quæsitum fuit quid iuris? Ex facto consultus respondi, quòd licèt verum sit solutionem non factam per personam legitimam, aut mandatum habentem in futurum non obligare, vt pulchrè notat Laurent. de Pinu* cons.143. Reuerende, num.9. *Verumtamen quoad hoc vt dicat esse in dicta possessione, seu quasi recipiendi aliquid, sufficit illa solutio facta à tertio, quia præsumitur à iure facta de voluntate illius, qui prætendebatur debitor, cùm non sit verisimile illum, qui soluit, voluisse iactare suas pecunias,* l. cùm de indebito, ff. de probat. *& ita notat Laurē. de Pinu* d. cons.145. num.9.& 10. *Andr. Gambar.* de officio, & potest. Legati de latere, lib.6. num.510. *Socin.* cons.21. Visis, p.1. *Felin.* in cap. sicut, num.31. in fine, de sent. & re iudic. *Osasch.* cons.1. num.62. *Caualcan.* decis.45. num.12. circa finem p.1. Hactenus Cancer. qui eandem sententiam sustinet, *cap.14. de procurator.*

38 Tertium, si solutio facta fuerit à campsore ex præexistenti pacto de dando cedulam bancariam, (campsor enim per eam se obligat statis temporibus per 10t annos se soluturum pensionem sub iuramento, & obligatione Camerali, absque vlla prorsus exceptione, excepto casu mortis Titularis, & pensionarij.) Duran. *decis.*514. *num.*14. & fuit firmatum *in dicta Cremonen. pensionis*, quæ hunc campsorem verè esse fideiussorem tenet, ac proinde censeri habere mandatum de soluendo à principali debitore, pro quo fideiussit, per text. *in l. indebitum* 47. *ff. de condict. indebit.* ibi, *quoniam potest videri id ipsum se mandasse, vt suo nomine solueretur*, per quem text. ita censuit *gloss. vlt. in l. si quis mandato 29 ff. de negot. gestor.* Honded. *cons.*17. *num.*34. *lib.*2. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib 6 tit.*12. *num.*4. Quam quidem decisionem *in dicta Cremonen. pensionis*, impressam reperi apud Ludou. Posti. post *d. tract. mandati de manutenendo decis.* 163. vbi *num.* 8. bene quoad propositum sic censuit. *Quòd autem pensionarius sit in quasi possessione exigendi pensionem patet, quia cùm Abbas promisisset dare cedulam bancariam, & illam dedisset, cuius vigore campsor soluit pensionem, vt suprà dictum est, dicitur constituisse pensionarium in quasi possessione exigendi tanquā soluens de mandato Titularis, vt fuit dictum* in causa Pistorien. pensionis 3. Iulij 1606. coram Sanctissimo, &c. actus enim tribuendus est ordinanti, & non exequenti. Surd. *decis.*292. *num.9.& decis.297. num.*1. Rot. *decis.*167. *num.2.p.2. diuers.* & sibi imputare debet Abbas si non monuit in tempore campsorem ne solueret, ad text. *in l. si fideiussor, in princ.* ibi, *potuit enim atque debuit, ff. mandati*, &c. Mandato enim Titularis data & facta præsumitur cedula bancaria pro soluenda pensione, Duran. *decis.*314. *num.*14. *part.*2. Cùm ergo B. in suo mandato procuræ dederit facultatem eius fratri dandi cedulam bancariam, & in litteris Apostolicis reseruationis promissa inueniatur, ipsaque ad eius instantiam data fuerit, ac per campsorem, qui illam confecit, tres termini pensionis huiusmodi, ad summam trecentorum ducatorum auri de Camera ascendentes, soluti probentur, non potest dubitari quin ex hac solutione constitutus sim in quasi possessione exigendi, iuxta suprà resoluta. Vnde solutiones factæ ex præcedenti obligatione de soluendo, & mandatum procuræ in eiusdem fratris personam ad consentiendum pensionis reseruationi, & ad obligandum Titularem, eiusque bona pro solutione pensionis, vt in puncto est casus noster) absque dubio me constituunt in quasi possessione exigendi contra dictum Titularem, vt censuit Rota apud Pacific. *de Saluiano interdicto, decis.*43. *num.*4. *cum seqq.* & in terminis resoluit Ludou. Posti. *obseru.* 35. *num.*73.

Procedit autem vis hæc quasi possessionis, etiāsi 39
fuisset acquisita per vnicum actum exactionis, vt in terminis bene resoluunt Nicol. Garc. *d. part.1. cap.5. num.*450. Seraphin. *decis.*436. *num.*1. *& decis.*141. *num.*2. Lotter. *d. lib.1. q.48. num.*106. Marescot. *var. resolut. lib.1. cap.*11. *num.* 32.& 33. D. Marius Cutelli, vir apprimè doctus, & mei amicissimus, *in patrocinio pro Regia iurisdictione Inquisitoribus Siculis concessa, cap.3. in fin. num.*127. *fol.*47. nouissimè Ludou. Posti. *d. tract. mandati de manutenendo obseru.* 18. *num.* 36. Rota apud eundem *decis.* 318. *num.*1. *cum seqq.* Reynoso *obseruat.*62. *num.*10. *cum seqq.* Cancer. *var. resolut. part.2. cap.6. num.* 45. me citato *in hoc loco* Mendez à Castro *in praxi Lusitana part.2. lib.3. c.*21. *num.*158. & est in Rota indubitatum, vt ipsa sæpe sæpiùs firmauit, & signanter *dec.*196. *num.2. part.1. diuers. & decis.*193. *num.*2 *& decis.*460. *num.*6 *part.1. recentiss. & decis.*310. *à num.*1. *& decis.*382. *num.*1. *& decis.*538. *per tot. part.2. recent. & in Spoletana pensionis* 21. *Iunij* 1619 *&* 1. *Iulij* 1620. *coram bona mem. Vbaldo*, quod in cæteris iuribus incorporalibus locum obtinet, iuxta ea, quæ notauimus *in collect. ad*
cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr. Et 40
sæpissimè ex vnica solutione facta per antecessorem Rota pronunciauit pro manutentione pensionarij contra successorem in beneficio, vt per Greg. *decis.*275. *ex num.*1. vbi Beltram. *in annotat.* plures decisiones cumulat, aliasque refert, Lotter. *d. lib.1. q.*48. *num.*113. nouissimè Theodos. de Rubeis *in singularibus Rota p.2. verb. possessio, §.*14. *pag.*80.

Vnde non videtur sufficiens quoad hunc effe- 41
ctum solutio partis vnici actus, hoc est, termini, nisi soluat Titularis partem illam quantumcumque minimam, cum promissione soluendi residuum, & hoc animo etiam exigit pensionarius; id enim satis erit pro acquisitione huiusmodi quasi possessionis exigendi in totum *cons.*130. *num.2. lib.*2. Quia quando agitur ad effectum simplicis manutentionis, non

ita

ita attenditur factum ſolutionis , quin magis atteodatur animus , & ſoluentis,& exigentis;in quo tota vis acquiſitionis conſiſtit : & his fundamentis ita cenſuit Rot.*in Calnguritann penſionis 17. Iuny* 1624. *coram bonn memor. Patriarcha Manzanedo.* Ex qua conſtat ſecus dicendum eſſe eo caſu,quo ſoluens ita ſolueret,vt nollet deinceps,vel vltra id, quod ſoluit aliud ſoluete, hac enim ratione non daretur ipſius animus,& patientia,niſi limitatè,vt benè pooderant Lotret *dict.lib.1.quaſt.38.num.127.& ſeq.* & Ludou. Poſti. *d.obſeru.18.num.34* his verbis. *Nam ex ſolutione partis acquiritur quaſi poſſeſsio totius; intelligendo tamen in dubio,quando ſcilicet non apparet quòd ſoluens habuerit in animo agnoſcendi debitum pro parte tantùm; ſecus verò ſi appareat habuiſſe animum agnoſcendi debitum ſolùm pro parte, cùm præcipuè ſoluentis animus attendatur in hac materia*, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.426.num.3.11.& 16.* Rota *in recentiorib.*decis. 547.0.8.p.1.*Nec ſolutio in vna parte præiudicat in alia non ſoluta,quam quis non videtur tanquam debitam agnouiſſe, Gratian.*diſcep.forenſium c.485.in fine;*Unde non datur manutentio quoad totum, Gratian.*d.c.426.n.11.*&c. & ſic intelligenda eſt* Rota *corā Duran.deciſ.324.à num.1.*

42 Amplia,& intellige,ſupradictam reſolutionem de probanda huiuſmodi quaſi poſſeſſione exigendi per antecedentem etiam vnicam eius ſolutionem, procedere etiamſi non ſpōte,ſed facta fuerit metu cenſurarum quando non apparet de proteſtatione in actu ſolutionis,Rot.*deciſ.196.n.3.part.1.diuerſ. & in Oſcen.penſionis 25.Iunij.1618.coram R.P. D.Pirenano*,Gregor.*deciſ.365.n.2.*vbi adden.Lotter.*dict.lib.1.q.38.num.208.* Seraph.*deciſ.1047.n.11.*nouiſſimè Ludou.Poſt *d.obſeru.35.n.43.*vbi *num.ſeq.*addit neceſſariam eſſe proteſtationem facta in ipſo actu ſolutionis,ad hoc vt ipſo ſolutio conſtituat penſionarium io qoaſi poſſeſſione exigendi non ſolùm ſi excommunicatus & ſolummodo in litteris comminata, ſed etiamſi fuerit deuentum ad ipſam excommunicationem,niſi præceſſiſſet reſcriptum cum clauſ.*ſine retardatione ſolutionis penſionis.*&c.quia tunc neceſſitas remouet voluntatem liberam ab actu ſolutionis. Theodoſ.de Rubeis *in ſingulnrib.Rota p.2.verb.poſſeſſio §.15.* Nam ſi appareat de tali proteſtatione , vtique ita proteſtando Titularis remouebit animum ab actu , locoque patientiæ introduceretur diſſenſus,& ſic impediretur acquiſitio poſſeſſionis in penſionario,Puteus *deciſ.273.n.2.lib.2.*Achil.*deciſ.11.de penſionib.*quos refert Lotter.*d.q.38.n.205.* Mareſcot. *var.reſol.lib.1.c.22.n.22.*Seraph.*dec.1017.n.6.*Steph. Gratian.*diſcept.forenſ.c.112.n.10.cum ſeqq. & c.310. n.30.*Rota apud Ludou.Poſtium *deciſ.302.n.4. & 6.* Idem erit ſi ſoluens in actu ſolutionis & numerationis proteſtetur ſe ſoluere metu mandati, ſeu exequutionis,vel carcerationis, & de proteſtatione appareat;Mareſc.*d.c.22.n.22.*Cenci.*de cenſib.p.1.c.2.q.5.art.4.n.19.*Gratian.*d.c.310.n.38.* Rota apud Pacif. *de Saluiano interdicto deciſ.44.n.8.& 14.*& alij citati à Ludou.Poſtio *obſeru.35.num.37.*

43 Intellige deinde procedere quamuis huiuſmodi quaſi poſſeſſio exigendi penſionem amiſſa proponatur, eo quòd penſionarios per decennium acquieuerit,negligendo petere;nam licèt videatur abiicere animum poſſidendi, & ſic ciuilem ipſam poſſeſſionem amittere per lapſum tanti temporis , quaſi eius oblitos,ex doctrina Bart.*in l.ſiue poſsideris n.8. ad fin.C. de probat.* Rip. *in d.c.cùm Eccleſia Sutrina n. 23.de cauſa poſſ.* Gig.*de penſionib. q. 85. n.3.* Mart.*de clauſ.p.1.clauſ.149.aliàs 165.in vlt.impreſſ.n.25.*Flores de Mena *variar.reſ.lib.2.q.12.n. 41.* Marcheſ. *de commiſsionib.p.1.pag.148.* Salgad. *de Regia poteſt. part.3. cap.5.num.68. & 69.*Nihilominus tamen in materia penſionis , vbi adeſt ſimplex denegatio ipſius Titularis, hoc applicari non poteſt, eo quòd vt ſit locus amiſſionis ciuilis poſſeſſionis per lapſum iſtius decennij,id exigatur,quòd naturalis fuerit per alium occupata , cùm non detur terminus habilis, quod tertius penſionem iterum exigat, ita auctoritate Baldi *conſ.12 num.11.lib.1.* & aliorum in terminis penſionis reſoluunt Rot.*deciſ.404 num.7.p.2.recentiſsim.*Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.310.num. 52.& 53.*Seraph.*deciſ.299. num. 8.* Lotter. *d.lib. 1.q. 38.num.216.& ſeq.*qui duo vltimo loco citati aduertunt alios Doctores ſuperiùs citatos loqui in caſibus,in quibus vnus poſſidet naturaliter tantùm, quod non poteſt applicari controuerſiæ ſuper poſſeſſione,ſeu quaſi penſionis. nam licèt penſionarius tantum poſſideat ciuiliter,tamen Titularis non poteſt poſſidere naturaliter , cùm penſio ſit quædam ſeruitus,& res ſua nemini ſeruiat, *l.in re commun.ff. de ſeruit. vrban.præd.*

Rota *dec.287.n.5.*apud Farin.*p.2.recentior.*ibi.*Nec facit quòd ciuilis poſſeſſio ſpatio decem annorum amittatur,& quòd prædicta præſumptio continuationis non duret vltra decennium , Bart.*in l.ſiue poſſideris n.8.probat, *& quòd in noſtro caſu ab vltima ſolutione de anno 1592.effluxerit decennium atque ad litem motam de anno 1602.Quia reſpōdetur prædicta procedere quādo alius poſſeſsionem naturalem occupauit, qua tunc dicta præſumptio continuationis poſſeſſionis ciuilis non militat vltra decennium,ſecus(prout in caſa noſtro)quando non fuit naturalis poſſeſſio occupata; tunc enim etiam poſt decenniū præſumitur illius continuatio,& animi retentio*, &c. Eadem Rota apud Ludou.Poſti.*deciſ.156.n.7. & deciſ. 143.*ſub n.2.ibi, *Non obſtat quòd per decem annos nunquam facta fuit exactio in dictis 55.de Camera, ſed in minori ſumma,ac propterea videatur amiſſa quaſi poſſeſſio animi quaſita: quia vltra quòd ex ſupradictis apparet obiectum hoc in facto non ſubſiſtere,tollitur etiam difficultas ex eo,quòd præſumptio dicta admiſsionis non procedit quando (vt in noſtro caſu) non conſtat alium exquiſiuiſſe poſſeſsionem naturalem , quia tunc etiam poſt decennium præſumitur illius continuatio,& retentio*, &c.Idem Ludou.Poſt.*obſeruat.10.n.100.*

Quidquid ſit de reſolutione ſupradicta , illa minimè adaptari poteſt ad noſtrum caſum, io quo non cadit conſideratio longi temporis, decem ſcilicet annorum , cùm tantùm lapſi ſint octo , in illis ſemper litem moui , penſionem petij, & propter eius obſtinatum animum non ſoluendi, quolibet anno literas declaratorias contra illum relaxari obtinui; vnde colligitur, quòd nunquam neglexi petere , & ſic non data negligentia ex mea parte minimè potui amittere animum poſſidendi, & exigendi , vt in terminis tenet Marta *dict. part. 1. clauſul. 149. aliàs 165. num. 25. in vlt. impreſſ.* quem refero *in tractat de clauſulis vſufreq. clauſul. 162. num. 19.* Quare nunquam poſſeſsio cenſetur amiſſa lapſu decennij , vbi quis fecit diligentias in ſignatura , & in Rota , vt ipſamet cenſuit apud Ludou. Poſt. *deciſ. 42. num. 4.* ſolutionis enim denegatio , & ſubſequuta taciturnitas per decennium , requiritur ad perdendam quaſi poſſeſſionem exactionis penſionis, vel fructuum , vt cenſuit eadem Rota apud Ludou. Poſti. *deciſ. 86. num. 8.* his verbis , *Præſertim in caſu exactionis penſionis , aut fructuum in quo ad perdendam quaſi poſſeſsionem requirebatur denegatio ſolutionis , & quòd poſtea per decennium tacuerit , Innocen. in capit. querelam numer. 3.*

de elect. *Afflict*.decis.67. num.1. *& ita loquitur Pmt.* decis. 276. num.1. lib.1. *dum conſiderat negligentiam recuperandi naturalem,&c.* Optimè in materia Rota *in Meliten. penſionis 7. Iunij 1630. coram R.D. meo Coccino Decano*,quæ cenſuit Modernum Titularem, qui non conſenſit reſeruationi penſionis, nec illam ſoluit per triginta annos, obligandum eſſe ad illius ſolutionem ſi penſionarius narrata reſeruatione penſionis iuſtificaueris. Accedit, quia ſi hoc allegat dictus B.in viro præſcriptioni,illa ei ſuffragari non debet,habito reſpectu ad malam fidem , quam ſemper habuit,ad tradita per Creſcēt. *decis.1.de praeſcrips. alias 235.num.4.* Alexand.*conſ.* 185. *vol.* 2. immo indignum videtur , vt tam turpiter allegans audiatur , quem elegantibus verbis increpat Petr.Greg. *ſyntagm.iuris part.3.lib.40.cap.8. num.5.* ibi , *Potiſſimum ſi agatur de ipſo debitore , qui per ſe contraxit , & qui nunquam factum proprium ignorare impunè poteſt: & ita nunquam praſcribere poterit actionibus creditoris,iuxta ſententiam quoque Hoſt. Ioan. Andr. & Cardinalis. Quid enim meruit creditor , vt actione priuetur,qui gratiam fecit debiti per patientiam longam debitori : ingratiſſima enim eſt retributio ei , qui nec vſuras accepit,ſic enim intelligo, & beneficium contulit ſuo primario.*

44 Ex quibus omnibus primò infertur penſionarium exiſtentem in quaſi poſſeſſione exigendi , manutenendum contra quemcumque ſucceſſorem in beneficio, etiam qui nunquam ſoluit ; cùm ad effectum manutentionis ſufficiant ſolutiones per prædeceſſorem factæ:ex mutatione enim , & variatione perſonarum,contra quas poſſidetur , non variatur poſſeſſio , nec ius actoris,*l.2. §.ex his,ff.de verb.obligat.* Guid. Papæ *decis.629.* Gig.*de penſion. q.47. num.10.* Menoch. *remed.1.recuper. num.89.* Felician.*de cenſib. lib.3.cap.1.à num.8.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. part.2.lib.3.cap.21.num.159.cum ſeqq.* Pute.*decis.151. lib.3.*Seraph.*decis.1147.num.1.* Gregor. *decis.275. in princip.*Lotter.*d.lib.1.q.38.num.109.& 111.& q.39. num.76.* Rot.*decis.562. num.1.p.2. recentior.& decis.508.num.1.p.2.etiam recentior.& decis.193. num.2.& 3.part.1.recentiſſim.& decis.310.num.2. & decis.530. num.6.part 2.recentiſſim.* Rota *coram Duran. decis.67. num.19.& 20.* & apud Ludou. Poſt.*decis.102.num.2.* Valenzuel. *conſ.124. num.32. tom.2.* nam prædeceſſor,& ſucceſſor in beneficio reputatur vna, eadémque perſona. gloſſ. *verb. ſubſtitutum in cap. quoniam Abbas 14. de offic. deleg.* & quaſi poſſeſſio defuncti anteceſſorum abſque noua apprehenſione,ſeu exercitio tranſit in ſucceſſorum, Garc. *de benefic. p.5. cap.5. n. 33.* quem refert Mendez à Caſtro *d. lib. 3.*

45 *cap.21. num.160.* Penſioni enim, qui conſenſit,non ſolùm pro ſe,ſed etiam pro ſucceſſoribus conſenſit, Lotter.*d.lib.1. q.39.n.101.*

46 Vnde ſucceſſor in beneficio ſpoliat ſi penſionem integrè ab anteceſſore ſolutam ſoluere recuſat , datúrque penſionario remedium reintegrandæ, Guid. Pap. *decis.629.* Lotter. *d. lib. 1. q. 38.*

47 *num. 112.* Quia † acceptando beneficium penſione grauatum videtur obligare ſe ad onera poſita ſuper tali beneficio , *l. ex maleficiis , §. 1. verſ. Sed vtilitatis cauſa , ff. de action. & oblig.* & ſic ad penſionis ſolutionem non ſolùm actione reali tanquam percipiens fructus , ſuper quibus fuit impoſitum onus reale penſionis, *cap.querelam*,& ibi Abb. *not.3.de elect.*Felin. *in cap.ad audientiam el 2. num. 6. de reſcript.* Caſtr. *conſ.338. num. 4. verſ. aut quaritur lib.1.* Decian. *conſ.185. num.8. tom.2.* Greg. *de penſionib. q. 39. num.1. & q.40. num. 1. & q.47. num.2.* Gonzal.*ad reg.8. Cancel. gloſſ.54. n 45. & ſeq.* Card. Mantic.*decis.273.n.1.* Greg. X V. *decis.507. num.2.* Duran.*decis.369.n.1.*ſed etiā actione perſonali,quia titularis acceptans beneficium penſione grauatum videtur quaſi contrahere cum eo *§. omnium , Inſtit. de actionib.* Et cenſetur quaſi contraxiſſe cum eo, cui penſio fuit reſeruata , & ſe obligaſſe ad penſionis ſolutionem, Gig.*de penſion. 51. num.5.* Caputaq. *decis.13.p.1. & decis.302.p.2.* Verall. *decis.13. p.1. & decis.302.p.2.*Rot.*decis.110.n.5. p. 1. recentiſſim.* Gonzal. *gloſſ.5. §.5.n.46.* Valenzuel. *tom.2.conſ.127. n.13.*Lotter. *lib.1.q.36.n.87. & 88.* Greg. *decis.215. num.7.*Rota *decis.176.n.3.p.2.recentior.* nec eſt locus excuſationi ſub prætextu ignorantiæ , Verall. *decis. 107. n.4. p.3.* Lotter. *d.q.39.n.43.* Quod bene procedit etiam quòd ſucceſſor fuerit auctoritate ordinaria prouiſus , vt per Gate. *p.1. c.5. n.187.* Lotter. *d.q.39. n.101.* Et licèt de illo in reſeruatione nulla facta fuiſſet mentio, Gloſſ. *verb. Prioratus,in cap.niſi eſſent,de prabend.*Butſat.*conſ.361.n.16.*Gig.*de penſionib.q.44.n.2.* Valenzuel.*conſ.104.n.5.tom.2.* Rota *in Toletana penſionis, Iulij 1630.coram R.P.D.Merlino.* Et in tantum ſunt veræ præcitatæ concluſiones , vt etiam intruſus in beneficio teneatur ad ſolutionem penſionis ſi percepit illius fructus , Burſat.*d. conſ.361. num. 19. & 25.lib.4.* Gig. *reſp. 29. per tot.* Bellene.*inde charit. ſubſid. q. 34. num. 1.* Garc. *p. 5. c.5. num.182. cum ſeq.* Seraph. *decis.66. num.3.* Durand. *decis. 369. num.2.* aliàs eſſet iniquum , vt qui nullos fructus percepit, ſoluere penſionem teneretor , Valenzuel. *conſ. 137. num. 37. tom. 2.* Card. Mantic. *decis.339.n.3.* Buratt. *decis.669. n.4.& decis. 636. n.9.& decis.915.n 3.*

Quod ego intelligendum puto , dummodo fructus ſufficientes ſint ad penſionem ſoluendam, 48
quia cùm iſte ſucceſſor non fuerit, qui illius reſeruationi conſenſit , & curauit illam ſoluere , non debet compelli , niſi quatenus adſint fructus , ſuper quibus reſeruata reperitur, Mantic. *decis. 224. num. 1.* † Vnde ſucceſſorem in beneficio penſione 49
grauato, non teneri ſoluere penſionem maturatam, quando fructus non percepit , tenent Creſcent. *decis.3. de ſolution.* & Rot. *decis.130. num.1. p.1.recentiſſim.* Nicol. Garc. *de beneficiis part.1. cap.5.n.190.* ibi , *Quartò infertur in dicta definitione penſionem ſoluendam eſſe inter anteceſſorem in beneficio pro rata temporis , quo quis poſſidet beneficium, & gaudet fructibus, non habita conſideratione temporis quo erat ſoluenda*, &c. Non enim conuenit , vt qui fructus non percepit , compellatur ad ſolutionem penſionis , Mantic. *decis.339. num.3.* Nicol. Garc. *de benefic. part.1. cap.5. num.201.* ibi , *Neque enim tenetur ad decurſa tempore ſuo ſi fuit impeditus vti fructibus.* nouiſſimè Valenzuel.*tom.2.conſ.137.num.37.* Ex illa ſanè ratione, quia penſio eſt onus fructuum,& ipſis fructibus 50
inhærens , & debitum ab eo , qui fructus percepit, Gig.*reſp.29. num.4. verſ.Propterea quod.* Valenzuel. *d.tom.2.conſ.193. num.1.* Idem reſoluit Flamin. Par. *de reſignat. benef. lib.1.q.8.num.52.* ibi. *Et ſciat,quod licèt quis cœperit poſſeſſionem tempore May,non tenetur ſoluere terminum in natiuitate S.Ioannis de menſe Iunij, quia diuiſio terminorum ſit cauſa commodioris ſolutionis, & ſic ſi non percepit fructus,non tenetur, quare erit obligatus,qui percepit fructus illius anni.* Vnde quamuis penſionarius habens reſeruationem penſionis in pecunia, non teneatur recipere fructus , Rota apud Ludou .Poſt.*decis.163. num.6.* nihilominus tamen ſucceſſor in beneficio ſatisfacit cedendo omnes fructus pro penſione;cuius reſeruationi minimè conſenſit,

vt

vt poſt Ioan. Bapt. Ferre. conſ. 73. & Burſat. d. conſ. 361. num. 18. reſoluit Felician. de cenſib. tom. 2. cap. 1. num. 6. in fine verſ. nec obeſt; quia licèt certi iuris ſit aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſe, l. 2. §. mutui datio ff. ſi cert. pet. tamen hoc dictum limitatur cùm pecunia propter ſpeciem debetur. d. l. ſi verò §. fin. ff. ſoluto matr. l. miles §. 1. ff. de re iudic. l. ſi fundum per fideicommiſſum ff. de legat. 1. Cancer. var. lib. 1. cap. 6. de ſolut. n. 87.

Non obſtat, quòd conſentiens impoſitioni penſionis exceſſiuæ videtur ſaltem in vim pacti ſibi præiudicare, ad l. 1. §. vſque adeò, ff. de iniur. cum aliis citatis per Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de penſionibus, verſ. Aduertendum etiam eſt. Valenzuel. tom. 2. conſ. 127. à num. 11. quia hoc procedit in conſentiente reſeruationi, non autem in ſucceſſore, ſecundùm ea, quæ notat Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 368. Nec iſte ſucceſſor tenetur ex fructibus maioribus ſubſequentis anni ſupplere illud, quod deficit in præcedenti, quia annuæ præſtationes (vt ſunt huiuſmodi penſiones) tot ſunt debita, quot ſunt anni, l. cùm notiſſimi, §. in his, C. de præſcript. triginta, Lotter. dict. l. 1. quæſt. 39. num. 9. & tot dicuntur obligationes, quot ſunt termini ſolutionum, Greg. XV. decis. 345. num. 2. Duran. decis. 388. num. 8. Rota apud Zach. poſt tract. de obligat. Camer. decis. 122. n. 4. & vnumquodque reſpicit illius anni, quo debetur, fructus, & cum illis reciprocat, l. ſi autem, l. fructus, ff. ſoluto matr. Lotter. d. q. 39. n. 91. Verùm licèt hæc attento rigore iuris vera ſint, nihilominus tamen iuxta formam litterarum reſeruationis, fructus beneficij non ſolum ſunt obligati pro penſionibus decurrendis ſingulis annis reſpectiuè; ſed immo fructus vnius anni ſunt etiam obligati pro penſionibus aliorum annorum. Gig. de penſionib. q. 43. num. 2. verſ. quia autem, Rot. coram Duran. decis. 369. num. 6. In hac materia ſolutionis penſionis eſt aduertendum quòd primus terminus illius ſoluendæ, licèt in litteris, ſecundus terminus, ſeu tempus fuerit priùs in ordine nominatus, cùm non ſit attendendus ordo ſcripturæ, ſed intellectus, qui colligitur ex tempore reſeruatæ penſionis, Seraph. decis. 29. Rota apud Ludou. Poſt. poſt tract. mandati de manutenendo decis. 188. n. 7.

52 Secundò infertur exiſtentem in quaſi poſſeſſione exigendi manutenendum eſſe in ea ſumma, quam conſtat ſibi fuiſſe ſolutam, abſque eo quòd indagandum ſit quid in ea ſolutione comprehendatur, & an aliud vltra debitum fuerit deductum, vt cenſuit Rot. in montis Faliſci penſionum 27. Maij 1627. coram R. P. D. Vbaldo ſen.

53 Tertiò infertur teneri penſionarium in petitorio iuſtificare gratiam, etiamſi ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, Mantic. decis. 196. num. 3. Greg. decis. 57. & ibi adden. ſub num. 16. Rot. apud Marcheſ. de commiſſionib. part. 1. pag. 614. & in Auerſana penſionis 27. Martij 1628. coram R. P. D. Merlino

54 Quartò infertur penſione reſeruata ſuper Epiſcopatu, cum clauſ. Dummodo mille remaneant pro Epiſcopo, penſionarium exiſtentem in quaſi poſſeſſione exigendi non teneri in poſſeſſorio probare remanere, vt cenſuit Rot. apud Nicol. Garc. d. part. 1. cap. 5. num. 435. & coram Mantic. decis. 196. n. 1. & 2.

55 Quintò infertur penſionarium exiſtentem in quaſi poſſeſſione exigendi, in ea eſſe manutenendum, quamuis conſtaret penſionem illi tanquam Clerico fuiſſe reſeruatam, & ad præſens reperiri vxoratum, abſque eo quòd conſtat de exiſtentia diſpenſationis Apoſtol. quia allegatio de extinctione penſionis per matrimonium ab eo contractum non impedit manutentionem, vt tenuit Rot. quam refert Nicol. Garc. d. part. 1. cap. 5. num. 550. præcipuè ſi quaſi poſſeſſio probetur poſt mutationem ſtatus, vt ipſe Garc. declarat d. cap. 5. à num. 553. quem refert Salgad. dict. part. 3. c. num. 78. Nam quamuis nullitas hæc videatur oriri ex ventre litterarum, adhuc ſtante quaſi poſſeſſione exigendi, illa diſcutienda eſt in petitorio, Rot. apud eundem Garc. d. p. 1. cap. 5. num. 117. & 553. quæcunque enim exceptio ſubreptionis, hoc caſu reſpicit petitorium, Pute. decis. 495. n. 2. lib. 2. Rota decis. 239. n. 1. part. 2. recentiſſim. & in Cordubea. penſionis 28. Iunij 1634. coram R. P. D. Panzirolo, Pacific. de Saluiano interdicto inſpect. 2. n. 42.

Sextò infertur ſtante quaſi poſſeſſione exigendi intrare clauſulam, Sine retardatione, licèt ex ventre Bullarum conſtaret de vitio, ſeu nullitate penſionis, & non iure penſionarij, vt eſt tritum in Rot. in deciſionibus relatis per Aloyſ. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 1163. in limit. & per Matt. de clauſul. part. 1. clauſul. 195. num. 12. Mareſcot var. lib. 1. cap. 21. num. 10. & cap. 22. num. 21. & 22. Salgad. d. part. 3. c. 3. n. 29. Nam Marcheſ. & alij, quos pro contraria citauit opinione in ſimili tract. de clauſ. vſufreq. clauſul. 162. n. 18. loquuntur quando non adeſt quaſi poſſeſſio exigendi, & ſic extra terminos huius illationis; vel quando poſſeſſio eſt turbida, & non clara; vel penſio ſoluta fuiſſet per compulſionem, & metu cenſurarum, vt aduertit Salgado n. 30. dicto loco. 56

Septimò infertur ex dicta ratione Tranſlatarium penſionis exiſtentem in quaſi poſſeſſione illam percipiendi, petentemque in ea manuteneri, ac pro terminis decurſis, & decurrendis ſibi relaxari mandatum, non teneri ad aliquam iuſtificationem, ex reg. l. 2. ff. vti poſſidetis, atque ita, nec litteras reſeruationis, nec habilitatem, aut ſuam, aut transferentis debere probare, ſed ſufficere oſtendere litteras expeditas, & tranſlationem factam, & ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi, Mohed. decis. 9. ſub num. 1. de cauſa poſſeſ. Pute. decis. 239. ſub num. 2. lib. in correctis, Rot. decis. 305. ſub num. 2. par. 2. recentior. 57

Vnde firmauit Rot. apud Mohed. decis. 2. de locat. & conduct. & reſoluit Gig. de penſionib. q. 74. n. 1. & q. 88. n. 8. debere conſtare quòd fuerunt exhibitæ litteræ reſeruationis, quia Iudex procedit per viam caſſationis antiquæ, & creationis nouæ ſimilis, & propterea, niſi oſtendatur antiqua, non poteſt dici certus de qualitatibus illius, itaut videri poſſit an noua, quæ creatur, ſit ſimilis, vt ponderauit Rot. in Recanaten. penſionis 28. Februarij 1628. coram R. D. meo Coccino Decano. Et deinde quòd litteræ originales facultatis transferendæ, fuerunt quoque exhibitæ coram executore, vt certus ſit de ſua iuriſdictione, tenent Ferret. conſ. 85. num. 1. lib. 1. Creſcent. decis. 13. de conceſſ. præbendarum. Achil. decis. 7. de penſionib. Pute. decis. 245. lib. 3. in correct. Rot. decis. 143. part. 2. recentiſſ. & in Bononien. tranſlationis penſionis 1. Maij 1618. coram Card. Sacrato, & in d. Recanaten. penſionis. 58

Vnde eadem Rot. decis. 485. num. 1. part. 2. recentiſſ. firmauit quòd tranſlatio penſionis facta vigore priuilegij Conclauiſtarum, eſt nulla exhibito 59

coram exequutore solo transumpto priuilegij absque originali, & subdit *num.* 4. facultatem transferendi pensiones datam Conclauistis non extendi ad
60 pensiones semel translatas. Addit tamen Achill. *decis. 2. de officio deleg.* quod saltem de facultate transferendi debet constare ex transumpto apposito in processu fulminato, de quo tamen non est standum assertioni Notarij, secundùm Ferrer. *d. cons. 85. num. 1. lib. 1.* & fuit resolutum *in dictis Carthaginen. & Bononien.*

61 Vbi autem fuerit pronunciatum litteras translationis esse exequendas, non admittitur appellatio suspensiua, sicut nec datur à decreto de exequendo instrumento garentigio, Bart. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Couarr. *pract. cap. 23. num. 9. vers. Tertium exemplum,* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 827.* Gurieri. *in repet. l. nemo potest, num. 447. ff. de legat. 1.*

62 Neque impugnatio Titularis, quòd ex huiusmodi translatione sibi inferatur præiudicium considerabile, potest illam suspendere, quia quidquid antiquitus senserit Rota, an facultas transferendi pensionem dicatur noua gratia, & nouum contineat grauamen, prorogando seruitutem beneficij, vt *in Eugubina pensionis 11. Decembris 1561. coram Rubeo,* & in aliis; certè hodie constans, & receptissima est sententia in illo sacro Tribunali, quòd huiusmodi translatio, licèt facta in articulo mortis, cùm & prius quandocumque fieri potuerit, non sit nouum grauamen, nec noua dicatur pensio, sed solùm quædam mutatio personæ, & vitæ transferentis in personã, & vitam translatarij, & delegatio solutionis alteri faciendæ, nec inde resultare præiudicium considerabile, sed euentuale dumtaxat, cùm aliquando contingat translatarios etiam iuniores præmori ipsis transferentibus, licèt senioribus. Ita Rota coram Crescent. *decis. 1. num. 1. de rebus Eccles. non alien. & in Veronen. pensionis 14. Ianuarij 1613. coram Cardin. Verospio,* quæ est *decis. 119. num. 2. part. 2. recentissim. & in Mediolanen. pensionis 17. Iunij 2613. coram Cardin. Pamphilio iuniore,* quæ est *decis. 105. num. 4. part. 1. recentior. & in Romana pensionis 17. Iunij 1622. coram bona memor. Buratto, & in Regien. pensionis 9. Februarij, & 17. Iunij 1624. coram Reuerend. Patr. Domino meo Pirouano, & in Firmana pensionis 26. Februarij 1625. coram bona memor. Remboldo, vers. Et licèt translatio.*

63 Semoto autem præiudicio non est opus aliqua illius expressione, nec cadit vitium subreptionis, Grauet. *consil. 68. num. 12. vers. Secus,* Rot. *in Firmana pensionis 2. Iunij 1593. coram bona memor. Cardin. Millino.* Et ex hoc, quòd translatio pensionis non requirit derogationem, & expressionem, sicut re-
64 quirebat pensio translata, infert Rot. *decis. 305. per tot. par. 1. recentissim.* quod priuilegium Equitum Lauretanorum retinendi pensiones, matrimonio non obstante, comprehendit etiam pensiones reserua-
65 tas super Regio patronatu. Et de iure incerto, & euentuali, quod potest esse, & non esse, & quod à conditionis purificatione pendet, mentionem non esse faciendam, tenet Felin. *in cap. in nostra num. 15. de rescript.* Paris. *consil. 5. num. 96. lib. 4.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 21. numer. 26.* Cassador. *decis. 16. num. 2. de preben.* Caputaq. *decis. 337. num. 2. & 3. part. 1.*

66 Non obstat, quòd in reseruatione pensionis super beneficio facienda, fit mentio de regressu, quem quis haberet ad illud beneficium, Cassad. *decis. 1. de pensionib.* Pute. *decis. 97. lib. 2.* Mohedan. *decis. 7. & 10. de renunciat.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 6. q. 5. num. 56. & 72.* Quoniam vltra quòd non propterea pensio est subreptitia ob huiusmodi taciturnitatem regressus, sed quia Papa de consensu Titularis tunc reseruat pensionem soluendam ab ipso, & proinde iure meritò quando beneficium peruenit ad regressarium, cùm ille non sit successor Rectoris consentientis, sed capiat beneficium ex suo primæuo iure, quamuis pensio fuerit à principio valida, attamen illa post purificatum regressum ipsi regressario non præiudicat, non autem, quòd adsit subreptio; & ita loquuntur Cassad. *d. decis. 1.* Gig. *de pensionib. quæst. 79.* & Pute. *d. decis. 97. lib. 2.* Nec possumus negare veram esse decisionem Cassadori in ipsa reseruatione pensionis, ob quam tunc seruitus imponitur beneficio, & præiudicium indubitabile infertur: secus autem in translatione, quæ, vt diximus, præiudicium non infert, vel nisi euentuale, & sic non considerabile; per illam enim translationem solùm mutatur casus extinctionis de vna persona in aliam, & fieri potest, quòd mediante huiusmodi mutatione citiùs libertatem assequatur beneficium, quàm si non fuisset pensio translata. Nec etiam obstat *decis. Pute. 128. lib. 3.* quia ibi non agebatur de sola mutatione vnius personæ in aliam, quod est merè euentuale, sed præiudicium ibi erat considerabile, & quasi certum dum ius habentis expectatiuam suspendebat quamdiu tres personæ viuerent, quibus defunctis probabiliter ille habens expectatiuam, non erat superuicturus, & ita dictam Putei *decis. 188. lib. 3.* explicant Mandos. *super regul. de iure quæsito non tollendo quæst. 9.* & Rot. *decis. 664. num. 5. part. 2. recentiorum.*

Litteræ translationis habent paratam executio- 67
nem, itavt detur translatario via executiua pro executione suæ translationis, sicut dabatur pensionatio transferenti; ita Vestr. *in praxi lib. 3. c. fin. num. 3.* Cassad. *decis. 10. num 8. de rescript.* Rot. *in Bononien. pensionis coram Cardin. Millino, & in Cremonen. pensionis coram Cardin. Caualerio, apud Marches. de commissionib. p. 1. pag. 558. & seq. & in Firmana pensionis in princip. 26. Februarij 1625. coram bona mem. Remboldo, & in eadem 23. Ianuarij 1627. coram R. P. D. Duran.* inter eius impressas *decis. 60. num. 3.* Lotter. *d. lib. 1. q. 40. num 305.* adeò, vt contra translatarium non soleat rescribi, nisi cum clausula, *Sine retardatione,* vt post Ludou. Gom. testatur Anton. Augustin. *in epit. tit. de translat. pensionis, num. 80.* Nicol. Garc. *d. p. 1. cap. 5. num. 470.* Ego ipse *in tract. de clausulis vsufrequent. claus. 162. num. 3.* Rot. *in d. Bononien. apud Marches.* Duran *d. decis. 60. num. 4.* Et generaliter via 68
executiua, quæ datur cedenti, datur etiam cessionario cum eisdem priuilegiis, Ioan. And. *in addit. ad Speculat. in rebus de cessionib.* Paul. de Castr. *cons. 91. n. 2. vol. 1.* Roman. *cons. 38. & cons. 242.* & communiter Doctores *in l. si sic legatum. § si quis ita,* vbi Ias. dicit communem, *ff. de legat. 1.* refert Duran. *d. decis. 60. num. 5.*

Neque huiusmodi viam executiuam translata- 69
rio competentem potest Titularis peruertere præueniendo in iudicio nullitatis translationis, quasi exceptio litis prius pendentis debeat executionem retardare, quia per præuentionem non impeditur via executiua, Bald. *cons. 261. num. 2. volum. 1.* vbi quòd si tollitur exceptio, quia est parata executio, non impeditur via executiua, licèt reus agendo præueniat, Paul. de Castro *cons. 260. volum. 1.* Petr. Belluga *in speculo Principum rub. 41. § leges Regni num. 47.* Galles. *de forma Cameralis obligat. part. 3. in cap. de vi instrument. obligat. Cameral.* Et hoc recta ratione

tione, quia alioquin esset in potestate debitoris præueniendo iudicium, viam executiuam, & sic omoia iuris remedia pro expedita exactiooe ob bonom publicum inuenta eludere. Licèt, vt suprà diximus, ad fauorem translatarij competat via executiua, & possessio transferentis releuet illam ab onere iustificandi pensionem; nihilominus tamen huiusmodi possessio non potest suffragari translarario ad effectum, vt ei debeat coocedi mandatum de maoutenendo, vt per Maresc. *var. lib. 1. cap. 21. à num. 14.* Stephan. Gratian. *discept forens. cap. 113. à num. 75.* Melch. Lotter. *d. lib. 1. q. 36. num. 119. cum seqq.* Rota *decis. 122. num. 11. p. 1. recentior.* & coram Gregor. XV. *decis. 57. num. 3. & 4.* & apud Viuian. *post praxim de iurepatron. decis. 43. num. 7.*

70 Octauò infertur posse acquiri quasi possessionem exigendi pensionem reseruatam pro tertio à patruo ad fauorem nepotis cum decreto, quòd illa nulla sit si non fuerit soluta verè, & realiter quandiu vixerit ipse patruus, vbi vnica solutio realis producta esset, quæ sola sufficeret dicto nepoti ad obtinendam maoutentionem; ita Rot. *in Lucana pensionis 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Spoletana pensionis 21. Iunij 1619. coram bonæ memor. Vbaldo sen.*

71 Confessio autem de recepto non suffragatur, quia hæc non est actualis, & vera solutio, vt requiritur in dicto decreto; prout censuit eadem Rot. *in Bergomen. pensionis 7. Nouembris 1625. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Parmen pensionis 27. Ianuarij 1627. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo, & in Ceruien. pensionis 22. Martij 1631. coram R.P.D. Verospio,* Ferentil. *in annot. ad decis. Burat. 156. lit. A.* Nam huiusmodi quietantiæ, & coofessiones de recepto noo probant in fauorem eius, qui tenetur docere de vera, & reali solutione, Card. Seraph. *decis. 802. num. 2. cum seq.* Ratio autem præstatur à Burat. *d. decis. 156. à num. 3. cum seq.* quia modernus Titularis non est successor, nec habet causam à Titulari, nec à pensionario, & ideo eius confessio præiudicare non potest, quia confessio vnius alteri non nocet, *l. duobus*, §. 1. vbi Alexand. & alij, *ff. de iureiur.* cum multis per Cepal. *cons. 101. num. 9.* Roland. *cons. 58. num. 14. vol. 2.* Afflict. *decis. 243. num. 11.* & pluribus exornat Surd. *dec. 218. num. 4. cum seqq. & dec. 309. num. 4.* Menoch. *cons. 313. n. 53.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 448. n. 39.* Hinc confessio resignantis non nocet resignatario si venit alio iure, quàm resignantis, Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 16. num. 24. vers. Et confessio.* Genuina tamen, & principalis ratio supradictæ resolutionis illa est, quia in reseruatione pensionis ad fauorem nepotis de consensu patrui super eius beneficio, de facili præsumitur fraus, Rot. *decis. 244. num. 2. & part. 2. diuers.* Burat. *d. decis. 156. num. 6. cum seqq.* Et ideo Papa in his pensionibus reseruandis solet addere clausulam, *quòd si dicta pensio realiter, & cum effectu soluta non fuerit, nullasit eo ipso*, ad tollendam fraudem, & collusioois suspicionem, & sic confessio de recepto non potest tertio præiudicare, prout generale est in omnibus confessionibus factis inter personas suspectas, vt pluribus comprobant Ant. Gabr. *commun. tit. de action. conclus. 5. num. 23.* Gam. *Lusit. decis. 226. num. 1 & decis. 236. num. 1.* Gabr. Pereira *decis. 107. num. 2.* Ad euitandas igitur huiusmodi fraudes, & collusiones, quæ in hac materia vtplurimum euenire solent, solutiones pensionum huiusmodi probari non possunt, nisi per iostrumentum publicum à Notario confectum cum testibus, in quo asseratur se vidisse patruum io eorum præseotia numerare peosionum pecunias, & nepotem illas ad se traxisse; ita fuit sæpè sæpiùs resolutum in Romana Rota, & signanter in dictis *Bergomen. Parmen. & Ceruien.* suprà citatis, aut saltem requirebatur Notarij fides cum testibos assereotibus in eorum præsentia fuisse solutum, & pecunias à pensionario receptas; quamuis non vtatur verbo, *numerauit*, vt fuit dictum *in Calagurit. pensionis 17. Iunij 1624. coram Patriarcha Mançanedo*, vt refert Ferētil. *in annot. ad d. decis. 156. Burat. num. 14.* quæ reperitur impressa apud Ludou. Posti. post suum *tract. mandati de manutenendo decis. 188.* vbi dicitur inter patruum Titularem, & oepotem pensionariom probari veram & realem numerationem, ex quo Notarius attestatur fuisse in sui & trium testium præseotia solutam pensionem. Intellige aliquando in hac materia confessiones de recepto sufficere si nudę nō sint, sed aliquibus adminiculis, & veris præsumptionibus suffultæ, vt cēsuit singulariter eadē Rota apud Post. post *dictū tract. decis. 304.* Vnde si pēsionarius hoc modo nō probauerit præcedentes solutiones, noo constituitur io quasi possessione exigeodi, nec ei competere possuot remedia possessoria, vt in hac specie resoluit Cardin. Seraph. *decis. 292. num. 2. & decis. 436. num. 6.* Burat. *d. decis. 156. per tot.* & consului in causa Elboren. pensioois super Thesauraria, quod est indubitatum in sacro Rotæ Tribunali. Verùm si per rescriptum Signaturæ gratiæ fuerit coocessum arbitrium Rotæ super cumulatione petitorij, & possessorij, & inter solutiones productas appareat non omnes fuisse reales, sed confessatas, & Rota censuerit locum esse cumulationi, tunc cùm ex dicta solutiooe confessata inter alias reales producta appareat de nullitate tituli inualidi, videtur iustificatum decretum annullatiuum, quod inficit titulum, & possessionem tanquam habens vim decreti irritantis, vt in terminis huius decreti fuit dictum *in decis. 124. n. 3.* inter impressas R. D. Coccini Decani, *& in Bergomen pensionis 7. Nouembris 1625. coram eodem, & in Syracusana quarta 24. Maij 1585. coram Cardin. Blanchetto*, quam refert, & sequitur Goozal. *ad regul. 8. Cancel. glos. vltim. num. 64.* & Rot. *in d. Ceruien. pensionis coram R.P.D. Verospio.*

Vtrùm clericus ex contractu possit ad soluendam pensionem auctoritate Apostol. reseruatam submittere correctioni, & censuris alieni Iudicis in Romana Curia existentis sine consensu proprij Ordinarij.

Qvæstio III.

1 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine proprij Episcopi consensu.*

2 *Clericus contrahendo, vel delinquendo potest iurisdictionem alterius prorogare sine consensu proprij Episcopi, & n. 3.*

4 *Clericus qui promisit soluere certo loco, ad illum est remittendus.*

5 *Prorogatio facta ratione contractus non procedit immediatè à voluntate contrahentis,*

ſed ex diſpoſitione iuris.

6 *Conſenſus proprij Epiſcopi non requiritur ad renuntiandum proprio foro, quoties voluntas Clerici non eſt cauſa immediata, vt coram alio Iudice conueniatur.*

7 *Contrahens certo loco, & in alio reſpondere, vel ſoluere promittens, in quo ſit conueniendus? remiſſiuè.*

8 *Penſiones propter conſenſus æquiparantur contractibus.*

9 *Clericus quando prorogat iuriſdictionem in perſonam delegati Papæ, tunc neceſſarius non eſt conſenſus proprij Epiſcopi.*

10 *Auditor Cameræ eſt Iudex Ordinarius Curiæ cum facultate ſibi à Papa ſpecialiter attributa cognoſcendi priuatiuè de omnibus contractibus Camerali obligatione vallatis.*

11 *Papa eſt Ordinarius Ordinariorum, & Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ.*

12 *Dolus non debet alicui patrocinari.*

13 *Fidem fallere, & promiſſa non adimplere, graue eſt.*

14 *Hiſpanorum morem eſſe non ſeruare fidem aliqui incautè dixerunt.*

15 *Hiſpanorum fidelitas mirè extollitur.*

16 *Auctor declarat quomodo poſſet ſine damno recurrentibus ſuccurri.*

17 *Auctor dicit ſe optare, vt in Luſitania Tribunal erigeretur pro cognoſcendis violentiis, & controuerſiis iuriſdictionalibus.*

18 *Contentiones auertendæ.*

19 *Reipublicæ ſalus litium multitudine ſummopere læditur.*

20 *Tribunal competentiarum fuit in Hiſpania inſtitutum de an. 1625.*

1 Ndubitata eſt Iuris concluſio, Clericum non poſſe prorogare iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici ſine proprij Epiſcopi conſenſu, vt expreſsè probat text. *in cap. ſignificaſti, de foro comp.* ex quo ita colligunt Bertachin. *in tract. de Epiſcopo in ſp. limit. 4. num. 96.* Benedict. Capra *in ſuis reg. ſub tit. de prorogat. num. 16.* Cumia *ſuper ritib. magna Cur ia cap. 42. num. 124.* Bernard. Vvroeſ. *pract. forenſ. lib. 1. obſerua. 12. num. 1.* Narbona *l. 59 gloſſ. 1. num. 8. & 12. tit. 4. lib. 2. Recop.* Anton. de Matthæis *de prorog. iuriſ dict. num. 14.* & inſignis D. Petr. Barboſa *ad l. 1. art. 3. num. 179. cum ſeqq. ff. de iudic.* Anguian. *de legib. lib. 3. controuerſ. 26. num.* 8. nouiſſimè Carlaual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 8. ſect. 2. num.* 1075. vbi *num.* 1077. ſubdit ad Abbatem, vel ad alium habentem iura Epiſcopalia, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & non ad Epiſcopum, ſpectare præſtare conſenſum prorogationi, à Clerico factæ; & addit Epiſcopum, & Archiepiſcopum non poſſe prorogare iuriſdictionem Iudicis non ſui ſine conſenſu ſuorum Superiorum, & exemptum non poſſe ſine conſenſu, & licentia Papæ, cui ſubditur, prorogare aliorum Iudicum Iuriſdictionem, & *à num.* 1078. *cum ſeqq.* plures aſſignat rationes, cur in clericis hoc ſit ſpeciale.

2 Quæ tamen intelligenda venit de Clerico volente, & expreſsè prorogante, non autem de illo, qui contrahendo, vel delinquendo prorogat, quia tali caſu poterit abſque vlla ſui Epiſcopi licentia prorogare iuriſdictionem alieni, illius loci in quo contraxit, vt probat *cap. dilecti, de foro comp.* & in propriis terminis reſoluit Marant. *de ordine iudic. part. 4. diſt. 12. num. 14.* ibi: *An autem Clericus poſſit prorogare iuriſdictionem alterius Epiſcopi ſine conſenſu ſui Epiſcopi? dic quod non, ſed requiritur conſenſus proprij Epiſcopi, text. eſt in cap.* ſignificaſti 18. *& ibi Abb. & Doctores* de foro comp. *quod intelligitur quando vellet expreſsè prorogare, ſed contrahendo, vel delinquendo poteſt iuriſdictionem alterius prorogare abſque conſenſu proprij Epiſcopi, per* cap. Romana *in* §. contrahentes *3.* de foro comp. in *6. ita tenet Alex. ad Bart.* in l. ſi ſe 1. ff. de Iudici. in addit. quæ incip. adde, *&c. & proditio ad iſe Specul* in titul. de comp. Iud. ad princ. col. 9. verſ. In Clericis. ſequuntur Marta *de iuriſd. p. 4. cap. 6. num. 47.* Caroc. *decif. 52. n. m. 14.* Carol. de Graſſis *de effect. lib. clerical. effecta 1. num. 67. cum ſeqq.* Sigiſm. Scacc. *de ſent. & re iudic. gloſſ. 7. q. 3. limit. 1. num. 43. cum ſeqq.*

Nouiſſimè in his noſtris terminis poſt hæc ſcripta, & impreſſa viſus doctiſſimus D. Mar. Cutelli *in Codice legum Sicularum ad leg. Petri II. not. 7. num. 6. cum ſeqq. pag.* 298. *&* 299. in hæc verba. *Pendet autem omnis diſſeratatio ab intelligentia* cap. ſignificaſti, de foro comp. *poſſitne Clericus alterius diœceſis Prælato, ut proprius aſſeatiatur, ſe ſubiicere, frequenter enim exiſtimarunt non poſſe, vt ex multis fundat Petr. Barb.* ad l. 1. art. 1. ex n. 179. ff. de iudic. *Anton. Matthæ.* de præcog. iuriſd. n. 19. *Anguian.* de legib. lib. 2. controu. 21. n. 7. *vbi in id allegat textum* in c. 1. cum ſeq. 9. q. 2. *concludens in ipſo cap.* ſignificaſti, *nil innouatum fuiſſe, quod in antiquis ſacriſta (canonibus conſtitutum non reperiretur. Sed an illud quoque procedat vbi quis per ſubſequens in alterius territory iudicem, paciſcendo quid certo loco ſoluere, conſenſit, non leuu eſt dubitatio; nam id per Decretalem ſublatum non videtur, nec vlla poſcebat ratio vt fieret, ne libertas contrahendi, qua iura gentium innititur, non modicè reſtricta cenſeretur. Præterea Gregorius Pontifex hoc excepiſſe videtur in* c. dilecti 17. de foro comp. *per hoc verba. Verùm quia etſi fuiſſet priuilegium tale conceſſum, non tamen prodeſſet illis, qui ſe certo loco reſpondere, vel ſoluere aduerſariis promiſerunt, cùm ibi, & vbi domicilium habeant, valeant conueniri; nec enim in proprium alienus Iudex conſtituitur, vt loquitur ipſe idem Pontifex* in d. cap. ſignificaſti, *per electionem clerici; ſed legis miniſterio quiſque Iudicem eius territorij, ia quo contraxit, ſortitur; quo ſtabiliri quoque cenſent nonnulli per* cap. §. contrahentes eod. tit. in 6. *quo loci Innocentius Pontifex ſummus vetat auelli à iuriſdictione Archiepiſcopi Remenſis eos, qui cùm aliorum eſſent diœceſam, in ipſius propria contraxerunt, niſi fortè ratione domicilij volentes traherentur, quamquam nobis in quæſtione hac induſtrie non quadret, dum de iuris operatione, contra eum, qui ſoluere in alieno territorio deſtinauit, non verò de ſimpliciter contrahente extra diœceſim diſputamus; quamobrem putandum eſt Marantam* de ordine iudic. part. 4. diſt. 12. num. 14. *ac Barboſ.* in l. hæres abſens, §. 1. ex num. 61. ff. de iudic. *licèt in cæteris opinionem præfatam amplectantur, in hoc tamen defuere quod vtuntur Decretali præfata, vt ſtabiliatur, cùm illa ſine vllo, aut aliquo obſtaculo ex relatis fundamentis conſiſtat. In quod pariter conducunt complures, qui id expreſsè tenuerunt magni nominis Iureconſulti, Speculator nempe, Alexander, Abbas, ac Ripa, dilatantque concluſionem ad delicta, &c.*

Recenter Carlaual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 1. q. 8. ſect. 1. num.* 1083. eandem ſequutus ſententiam, ita ait.

ait. Qua tamen prædicta prima limitatio ſic probata, ſublimitanda eſt primò, vt Clericus etiam ſine ſui ſuperioris conſenſu poſſit prorogare iuriſdictionem alieni Iudicis Eccleſiaſtici tacitè, videlicet ſi contrahat, vel quod idem eſt, ſolutione deſtinet, vel delinquat in territorio alterius. Ratio eſt, quia hac prorogatio non oritur ex ſola voluntate, & conſenſu clerici prorogantis, ſed ex diſpoſitione, & aſſiſtentia Iuris, quod iubet quem forum ſortiri, vbi contrahit, vel delinquit, & ibi eum etiam inuitum reſpondere compellit, cap.dilecti, c.vlt de foro comp.&c.

3 Eandem opinionem eleganter, vt ſolet, probat D. Barboſa *d. art.3. num.* 222. & expreſſiùs *in l.hæres abſens*, §.1.*à num.*61.*ff.de iudic.*ibi, *quia Clericus poteſt conueniri in loco contractus, etſi non acceſſerit conſenſus Epiſcopi proprij, vt probat* cap.dilecti, de foro comp.*& ibi notat* Panot. *num.* 4.*Alex.* conſ. 89.n. 1.lib.7.*ergo in eo renunciatio proprij priuilegij valida debet cenſeri, cùm in effectu importet renunciationem exceptionis declaratoria ſi in loco contractus non reperiatur, & velle, quod in eo præcisè teneatur reſpondere, & planè deciſio* d.cap.ſignificaſti, *non habet locum ſi Clericus renunciauit declinatoria, & obliget ſe reſpondere coram Iudice aliàs competenti, & eius non declinare iuriſdictionem, Panormit.* conſ.25.col. 1.lib.1. *Ripa* in cap.1.num.49.de iudic. Et hanc ſententiam nouiſſimè ſequitur Tribunal Nunciaturæ Hiſpan. in cauſa vertenda inter Alphonſum Moreoum ex vna, & Ioannem Bertozanum Canonicum Placentinum partibus ex altera, de & ſuper comparatione dicti Ioannis Bertozani coram Ordinario Hiſpalen. vbi contraxit, cum renunciatione proprij fori, non obſtante exceptione fori declinatoria, qua idem Ioannes ad proprium Ordinarium Placentinum remittendum fore & eſſe poſtulabat, & ſic fuit deciſum eundem Ioannem Hiſpali comparere debere in vim requiſitoriæ per dictum Ordinarium Hiſpalen. relaxatæ ſub die 4. Decembris 1624. à quo decreto cùm ſupplicaſſet dictus Ioannes ad ſupremum Regium Conſilium, ab eo fuit capta reſolutio tenoris ſequentis, videlicet, *En la Villa de Madrid en 15. dias del mes de Febrero de 1635. viſtos eſtos Autos y proceſſo por los ſeñores del Conſejo ſupremo de ſu Mag. que ſon entre partes de la vna Alonſo Moreno y de la otra el Canonigo Iuan Berrozano, de cuio perdimento vino al Conſejo, pretendiendo que el nuncio de ſu Santidad le haſe fuerça en no remitir la cauſa al Ordinario de Placencia, y en auerla remetido al Ordinario de Seuilla, y en no otorgar la apelacion, dixeron que el Nuncio de ſu Santidad no ha hecho ni haſe fuerça, anſi lo proueyeron y ſennalaron,* &c.

4 Id ipſum in Clerico, qui promiſit ſoluere certo loco, vt ad illum ſit remittendus, quamuis ſine conſenſu proprij Epiſcopi promiſſionem huiuſmodi feciſſet, tenent Rip. *in d.cap.* 1.*n.*68. Cou.*pract. cap.*10.*num.*5.*verſ.Nono*, Franciſc.Molina *de brachio Reg in cap.*28*n*14.

5 Ratio huius reſolutionis eſt, quia prorogatio huiuſmodi facta ratione contractus non procedit immediatè à voluntate Clerici ſic volentis, ſed ex diſpoſitione Iuris, quæ iubet partes etiam inuitas reſpondere in loco, in quo contraxerunt, *d. cap.*1.*§.contrahentes, de foro comp. lib.* 6. Quotieſcunque enim voluntas Clerici non eſt cauſa immediata, vt coram alio Iudice conueniatur, ſed ſolùm neceſſitas, quæ procedit à diſpoſitione legis; tunc ad renunciandum proprio foro non requiritur conſenſus proprij Epiſcopi, vt optimè ratiocinantur Panorm.*in d.cap.dilecti num.*4.*& in cap.*1.*num.*21.*de iudic.*& ibi Rip.*num.*67.Nauat. *in cap. accepta oppoſ.* 8 *num.*5.*de reſtit. ſpol.* quos refert, & ſequitur D. Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 3. *num.*223. Scacc.*d.limit.* 1.*à n.*23.

Iuuat etiam, quia quando obligatio alicui prohibetur, non intelligitur obligatio tacitè inducta à lege incidenter ex contractu permiſſo, bene Carthar.*deciſ.*46.*à num.*23.Et quia licèt minori prohibeatur alienatio abſque conſenſu & decreto Iudicis, tamen quando alienatio tacitè inducitur à lege tanquam neceſſaria comprehendit minorem etiam ſine decreto Iudicis, latè de variis exemplis per Steph.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*27.*num.*44.*cum ſeqq.*Et prohibita alienatione intelligitur facta ab homine, non tamen ea, quæ tacitè inducitur à lege ex aliquo actu, Meres *de maioratu part.*4. *quæſt.*1.*limit.*1.*à n.*6.

Nec eſt dicendum poſſe Clericum contrahere, 6
ita vt tacitè inducatur prorogatio; at non poſſe contrahendo expreſsè prorogare iuriſdictionem Iudicis loci contractus cum renuntiatione proprij fori ſine ſui Epiſcopi conſenſu. Quia facilè occurritur reſpondendo hoc caſu renunciationem non eſſe extrinſecam à contractu, ſed illi acceſſoriam, & intrinſecam independenter ad corroborationem fori inducti per legem; quo caſu, vt aliquid operetur renunciatio, habebit ſuum effectum, etſi non acceſſerit voluntas proprij Epiſcopi, vt in his terminis poſt alios à ſe relatos reſoluit inſignis, & doctiſſimus D. Petrus Barboſa, in ſupremo, ac Regio Matritenſi Conſilio olim Senator meritiſſimus, poſtea Regni Portugaliæ Cancellarius maximos *d.art.*3.*num.*224. cuius auctoritas omnes ſui temporis ſcriptores longè ſuperat: tum, quia attenditur, quod principaliter agitur, non quod incidenter, ex dictis *quæſt.*6.*num.*& clauſulæ appoſitæ in contractu non ſtant independenter, ſed acceſſoriè, & ſequuntur naturam, & priuilegia contractus principalis, per ea quæ adduxi ſuprà *quæſt.* 1. *à num.* 26. Quare Doctores citati hac eadem *quæſt. num.* 2. *&* 3. aſſerunt communiter diſpoſitionem *d.cap. ſignificaſti*, non procedere in Clerico, qui contrahendo, vel delinquendo renuntiat proprio foro, quod de expreſſa intelligitur renunciatione, vt eſt indubitatum apud omnes ferè, qui hucuſque ſyncero animo, & veritate inſpecta hac de re ſcripſerunt. Denique cum hac noſtra ſententia remanet poſt ſecundam huius tract.impreſſionem à me viſus Carlaual.*de iudic.lib.*1.*tit.*1.*diſp.* 2. *quæſt.*8.*ſect.* 6.*num.*1252.*pag.*514.his verbis.*Amplianda autem eſt hac reſolutio vt procedat etiamſi clericus contrahens extra locum domicilij renuntiauerit foro ſine ſui ſuperioris licentia; nam ex vi huius renunciationis remittendus eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum loci contractus, vt ſuprà tetigi num.*1083.*& docuit Barboſa* in d.l.1.art.3.num. 223.*quem ſequutus eſt Capiblanc.*in pragm.8.part.2. n. 153.de Baronibus; ratio eſt, quia *renunciatio iſta non dat forum, ſed corroborat forum contractus à Iure conſtitutum*, in d.c.dilecti, de foro comp. &c. Ex quibus firma remanet hæc ſententia, quicquid modernus quidam ei detrahere non deſinat, ſolito animo, quem habet, Eccleſiæ tam infeſto, vt pro ea quicquid reſoluat, inuitus facit, & ſemper argumenta & mendicata ſuffragia diſcurrit, non aduertens quòd miſerorum, & pauperis Doctoris refugium eſt regulas citare generales, vbi in terminis reperiretur Doctoris alicuius cogniti deciſio, Viui. *deciſ.*135.*num.*4.*cum ſeqq.& deciſ.*401. *num.* 30. Caualcan.*deciſ.*30.*num.*38.*par.*1. Cùm ergo habeamus tot Doctores in terminis loquentes, fruſtrà laborat, timeat Dominum, quia nunquam vidi, vt

dicebat

dicebat quidam, alchymistam diuitem, nec Ecclesiæ
inimicum diu prosperantem.

7 Licèt autem valde cõtrouersum sit, vtrùm quan-
do quis contraxit certo loco, & in alio respondere,
vel soluere promisit, in quo sit conueniendus quan-
do consensus proprij Ordinarij non interuenit, vt
videre est apud D. Barbos. *in d. l. 1. art. 3. num. 226.*
& seqq. nihilominus tamen hæc controuersia non
pertinet ad nostrum casum, in quo contractus sol-
uendi pensiuuem fuit Romæ celebratus, ibique de-
stinatus locus solutionis cum pacto expresso re-
spondendi coram Auditore Cameræ Apostol. vt
constat ex obligatione, & consensu in eius Tribu-
8 nali præstito, de quo memini *in proœm. num. 16.* Qui
quidem consensus, contractus naturam accipit, cum
pensiones propter illum æquiparentur contracti-
bus, Gig. *de pensionib. q. 99. num. 10.* Achil. *decis. 13.*
num. 8. de pensionib.

9 Accedit, quia quando Clericus prorogat iuris-
dictionem in personam delegati Papæ, tunc neces-
sarius non est consensus proprij Episcopi, secun-
dum Bellam. *in d. cap. Romana, in princip. num. 7. de*
foro comp. lib. 6. Bellet. *disquisit. Clerical. p. 1. tit. de*
fauore Clericorum personali, §. 2. num. 7. D. Barbosa *in*
10 *d. l. 1. art. 3. num. 224.* Cùm igitur Auditor Cameræ
Apostol. sit Iudex Ordinarius Curiæ, quia illi ra-
tione officij immediatè competit iurisdictio, vt post
Octauian. Mandos. & alios in specie de illo loquẽs
resoluunt Anguian. *de legib. lib. 2. controuers. 26.*
num. 55. & Scacc. *de appellat. q. 19. remed. 1. sub*
num. 79. cum facultate tamen sibi à Papa speciali-
ter attributa cognoscendi priuatiuè quoad alios de
omnibus contractibus Camerali obligatione valla-
tis, vt colligitur ex Bulla Pauli V. 28. *aliàs* 20. incip.
Eximiæ §. 7. & 20. sub dat. Romæ apud S. Marcum
Kal. Octobris 1606. & tangit Rot. *decis. 647. num. 1.*
p. 2. recentiss. nil mirum si ad eius iurisdictionem
prorogandam proprij Episcopi consensus minimè
desideretur.

11 Denique in consensibus, qui Romæ præstantur in
actu resignationis, vel iurium cessionis coram Papa
factæ, ipsius expressa interuenit auctoritas, in ad-
missione, collatione, & pensionis reseruatione, vnde
non est ambigendum proprij Episcopi licentiam
suppleri interueniente huiusmodi Papæ auctoritate,
cùm sit Ordinarius Ordinariorum, *cap. cuncta per*
mundum 9. q. 3. Gonçal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. proœm.*
num. 44. Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 1. tit. 4.*
num. 10. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 8. q. 7.*
num. 8. cum seqq. & alij citati per me *in tract. de Iure*
Eccles. vniuerso lib. 1. cap. 2. num. 15. Et Episcopus
vniuersalis Ecclesiæ, Turrec. *in cap. in nouo, num. 6.*
dist. 21. Ioan Selua *de benefic. p. 2. q. 1. num. 18.* Card.
Tusch. *tom. 6. lit. P. conclus. 40.* Flamin. Paris. *d. tract.*
lib. 11. q. 13. num. 132. Ego ipse *d. c. 2. num. 12.* ha-
beátque pro propria Diœcesi totum Orbem, gloss.
verb. priuata, in cap. felicis, §. fin. de pœnis in 6. Gon-
çal. *d. §. 2. proœm. num. 46.* quia in vniuerso Orbe
habet plenitudinem potestatis, Camill. Borrel. *de*
præstantia Regis Cathol. cap. 51. num. 12. & ideo con-
currit cum omnibus Ordinariis, Gonçal. *ad d. reg. 8.*
Cancel. §. 1. proœm. num. 32. cum sequentib. Matta *de*
iurisdict. p. 3. cap. 21. num. 13. cum seqq.

12 Si Lusitani nostri tales solent inuenire excusa-
tiones, & subterfugia, ne promissa adimplere co-
gantur, nullus inuenietur, qui cum eis contrahere
velit, quod hac de re agens maturè considerauit D.
Marius Cutelli *in Codice legum Siculorũ ad leges Pe-*
trill. cap. 6. not. 7. num. 20. ibi, *Aliis Lusitanos omnes*
humana societate (ne præter Regni fines contrahere pos-
sent) pelleremus: id esset de propria opinione parum
curare, cùm graue sit fidem fallere, & promissa non
adimplere, *l. 1. in princip. ff. de constit. pecun. l. 1. ff. de*
pactis, cum citatis per me *Axiomat. 98. num. 1.* pro-
missi enim adimplementum adeò præcisum leges
indicant, vt dicant nihil esse posse fidei humanæ
conuenientius, aut naturali rationi conformius, do-
cent Iurecons. Vlpian. *in d. l. 1. ff. de pactis,* ibi: *Hu-*
ius edicti æquitas naturalis est, quid enim tam congruum
est humanæ fidei, quam ea, quæ inter eos placuerint, ser-
uare, & *in d. l. 1. ff. de constit. pecun.* ibi: *Hoc edicto*
Prætor fauet naturali æquitati, qui constituta ex con-
sensu facta custodit, quoniam graue est fidem fallere,
idem habetur in *l. 1. §. 1. ff. depositi, & in l. non mino-*
rem, C. de transaction. & in multis aliis Iuribus rela-
tis à Roland. *consil. 1. num. 38. lib. 2.* Mendoça *in d. l. 1.*
de pactis, in princip. Prateio *in dichalogia cap. 5.* An-
ton Pichard. *in princip. Instit. de fideicom. hered.* Va-
lençuela *cons. 2. num. 54. cum seqq.* Iacob. Thoming.
cons. 39. num. 24. lib. 1. vbi citat Ciceron. *lib. 1. offi-*
cior. referentem etymologiam particulæ, *Fides,* quasi
fiat, quod dictum est, & sit dictorum factorúmque
constantia, & veritas, & *cons. 19. num. 9. cum seqq.*
lib. 2. vbi ait, quòd Aristoteles discipulum suum
Alexandrum Magnum ad fidei præstationem hisce
verbis cohortari solebat. *O Alexander obserua fidem*
datam, & fœdera confirmata, aliàs malus finis sequetur.

Nescio quare homines his se credant, qui cùm 13
beneficia aliorum sub obligatione pensionis soluen-
dæ obtineant, postea eadem sibi adeò appropriant,
& Sedis Apostolicæ gratia impetrata asserunt, vt
inde affirmare audeant se ad nullam pensionis solu-
tionem teneri, aut obligatos esse, reseruationémque
fuisse nullam, & subrepritiam, vnde incipit
procrastinari, & differri solutio longa lite, Iudice
irresoluto, exceptionibus per calumniam oppositis,
appellationibus ad superiores interpositis, & de-
mum per vim ad consilia Regia delata causa; quare
meritò talibus non esse credendum, nec fidem ad-
hibendam omnes clamant, quia Deo illam non
seruarunt, dum sub iuramento resignantibus pro-
miserunt soluere pensionem, dum Papæ Summo
Ecclesiæ Pastori, & Principi se soluturos esse dixe-
runt, homini à quo beneficia acceperunt, calum-
nias adstruentes, & alimenta denegantes promissa,
hi sunt qui Hispanam nationem inhonorant, pro-
pter quos Ioan. Andr. *in proœm. Decretalium,* incau- 14
tè affirmauit Hispanorum morem esse non seruare
fidem, vbi hoc idem protulit Bald. *col. 6. vers. Quæ-*
re si aliqua, quorum dicta referunt Boër. *decis. 179.*
num. 8. & Menoch. *de arbitrar. casu 57. num. 48.* sed 15
nostrorum fidelitatem mirè extollunt Titus Liuius
decad. 4. lib. 4. Mar. Sicul. *de Hispanor. moribus lib. 4.*
propè fin. Ioan. Rendina *de maiest. Princip. in verbo,*
non armis solùm declaratam, num. 17. cum seqq. Et ideo
Imperatores Romani consueuerunt, fidelitate Hi-
spanorum nota semper apud omnes existente, in
custodiam corporum milites Hispanos adhibere
iam inde à Iulio, & Augusto Cæsare, vt recensent
Sueton. *in August. cap. 49.* Liui. *decad. 3.* & Morales
lib. 9. cap. 41.

Arbitrantur se vincere si causa ad Regia Tribu- 16
nalia etiam fictæ oppressionis prætextu deferatur,
ob summum, quem in illis sperant fauorem conse-
qui, & ob id, quod Regiam (vt illi aiunt) defen-
dunt iurisdictionem, principalem causam iurisdi-
ctionalibus controuersiis inuoluunt, & pensionis
exactionem impediunt, & executionem obliga-
tionis Cameralis retardant. Optarem maximè, vt
quando recurrentes huiusmodi Regiam non rectè
implorant

implorant protectionem contra ſententiaa, mandata,& declaratorias litteras, quæ paratam habent executionem, priuſquam iſtis recurrentibus ſuccurratur, ſummaria ſaltem informatione conſtare debeat an bonam foueant cauſam,viſque illis verè, & realiter inferatur, ne ſub prætextu huiuſmodi tollendæ violentiæ, quæ non extat, alteri damnum inferatur irreparabile, priueturque ſuo iure ſine Iure,vt vſus docet, & experientia compertum eſt.Quo animo, bonóve, an malo recurrat quis pro prætenſa vi ſibi illata tollenda,dum à ſua poſſeſſione ſe eiectum aſſerit, vel bonis ſpoliatum vigore alicuius mandati, quod habeat executionem paratam,vel ſententiæ,quæ tranſiuit in rem iudicatam, difficile eſt percipere, niſi totius negotij cognitio præcedat,quæ laico Iudici non conceditur,iuxta ea, quæ dixi *q.8.num.14.cum ſeqq.*& ideo nullum aliud opportunum remedium aſſignari poteſt, quàm deprecari, vt res controuerſa,ſiue beneficium, eiuſque fructus ſub ſequeſtro penes tertium ponantur, quia ſi recurrens habet bonum ius,bonamque cauſam fouet,nihil curabit, quod ſequeſtrentur bona huiuſmodi, cùm ſibi remaneat ſpes certa ea iterum recuperandi:ſi verò iure destitutus recurrat, ſolum prætextu differendæ ſolutionis,ſeu vt interim fruatur bonis, in quibus eſt intruſus, cùm per ſequeſtrum malo huic occurratur, recurſui renuntiabit abſque dubio,litique cedet,& bonis.

17 Ad vias controuerſiarum, & diſſenſionum penitus intercludendas,& diſcordiarum occaſiones præſcindendas, quæ ſuper his recurſibus inter Eccleſiaſticos, & ſeculares Iudices quotidie apud nos euenire ſolent, vir quidam inſignis neceſſarium reputabat in Regno Portugaliæ, vt non vnus Iudex, qui dicitur Regiæ Coronæ,cauſas violentiarum,vt vocant, cum aliis ſibi adiunctis per circumferentias tantum terminaret, vt nunc fit; ſed quod Tribunal erigeretur cum certo numero Senatorum ad huiuſmodi cauſas ſpecialiter deputatorum, qui eas præhabitis deciſionibus,ſicut in aliis fieri ſolet,audito Procuratore Regiæ Coronæ, & Eccleſiaſticæ iuriſdictionis defenſore cum voto,ſummariè negotium cognoſcerent,omni ſtrepitu iudiciali remoto, illudque decernerent, quod in cauſa iuſtitiæ conſentaneum iudicauerint,& quod omnibus, aut eorum pluribus viſum fuerit, illud fieri deprecetur,vt ſic Iudices Eccleſiaſtici & ſeculares ſumma ſint,vt decet,animorum conſenſione, & contentiones penitus inter eos extinguantur, quas auertere tenemur exemplo Iuſtiniani Imperatoris hoc durè ſe-
18 rentis *in auth.vt omnes obediant Iudici,collat. 5.cap.1. in fine*,& ſummi Pontific *in cap.1.de appellat.*dicentis cordi ſibi eſſe lites minuere, & laboribus rele-
19 uare ſubiectos.*Salus enim Reipublicæ*, vt ait Cicer. *lib.1. de legib. litium multitudine ſummopere læditur.*
20 Vnde in Regnis Hiſpaniarum de anno 1625. fuit optimo iure inſtitutum Tribunal competentiarum, expreſſa conſimili cauſa in litteris eius erectionis, datis ſub die 9.Decembris,vt refert D.Mar.Cutelli *in ſuo patrocinio pro Regia iuriſdictione Inquiſitoribus Siculis conceſſa, in princip. num. 6. Æquiſſimum eſt enim*,vt ait Vlpian.*in l.18. tit.de vſufruct. quaſi communi diuidendo iudicium dari, vel ſtipulatione inter ſe cauere qualiter fruantur, cur enim ad arma, & rixas procedere patiatur Pretor, quos poteſt ſua iuriſdictione componere.* S.Auguſtin.*de verbis Domini,cap.9.*ita ait, *Pax eſt ſecuritas mentis, tranquillitas animi, ſinceritas cordis,vinculum amoris, conſortium charitatis*,&c. Et paulo inferiùs.*Hanc qui perdidit,quærat,qui amiſit requirat, quoniam qui in ea non eſt inuentus à Patre ab-dicabitur, à Filio exhæredabitur, à Spiritu ſancto alienus efficietur: nec ad hæreditatem Dei poterit peruenire, qui teſtamentum patris noluerit conſeruare.* Et paulò pòſt: *Hæc eſt, quæ ſimultates tollit,bella compeſcit, iras comprimit,ſuperbos calcat,humiles eleuat, diſcordes ſedat,inimicos concordat,cunctis eſt placida, neſcit extolli*, &c. Eleganter Caſſiodor. *lib.1. epiſt.1.* ibi: *Oportet nos,clementiſſime Imperator,pacem quærere, qui cauſas iracundiæ cognoſcimur non habere,quoniam ille moribus obnoxius iam tenetur, qui ad iuſta deprehenditur imparatus, omni quippe Regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas,in qua, & populi proficiunt, vtilitas gentium cuſtoditur. Hæc eſt enim bonarum artium decora mater, hæc mortalium genus reparabili ſucceſſione multiplicans, facultates protendit, mores excolit, & tantarum rerum ignarus agnoſcetur, qui eam minimè quæſiuiſſe ſentitur*, &c.

Vtrùm Clericus Luſitanus in actu reſignationis, ſeu iurium ceſſionis poſſit Romæ per viam contractus ſe ſubmittere iuriſdictioni Auditoris Cameræ Apoſt. in cuius Tribunali contraxit,& ſe obligauit de ſoluenda ibi penſione?

QVÆSTIO IV.

1 *D.Gabriel Pereira de Caſtro laudatur.*
2 *Princeps ſupremus poteſt inhibere ſuis ſubditis ne alieni Principis iuriſdictioni ſubiciantur.*
3 *Barones poſſunt ſuis inhibere vaſallis ne ſuam in alium iuriſdictionem prorogent.*
4 *Clericus Luſitanus poteſt Romæ in actu reſignationis contrahendo ſe ſubmittere iuriſdictioni Auditoris Cameræ de ſoluenda ibi penſione.*
5 *D.Petri Barboſa doctrina in terminis refertur.*
6 *Prorogatio neceſſaria non fit de conſenſu, & voluntate contrahentis, ſed auctoritate legis,quæ illam inducit.*
7 *Lege permittente,& inducente,quod fit dicitur iuſtè,& bene fieri.*
8 *Papa non poteſt vocari Princeps alienus, ſed proprius omnium,& maximè Clericorum.*
9 *Papa cùm habeat pro Diæceſi totum Orbem, Crucem vbique terrarum ante ſe defert.*
10 *Papa ſemper,& vbique pallio vtitur.*
11 *Roma eſt patria communis omnium.*
12 *Auditor Cameræ omnibus contrahentibus in forma Cameræ eſt Iudex competens.*
13 *Clericus non poteſt opponere Auditori Cameræ exceptionem incompetentiæ fori.*
14 *Laicus non poteſt de iure Luſitano prorogare iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici.*

15 *Index loci contractus potest cognoscere de illius adimplemento inter contrahentes ac si fuissent verè, & realiter sui subditi.*

16 *Pro responsione obiectionum ad alium locum se remittit Auctor.*

1 OCTOR Gabriel Pereira, & Castro Senator Regius meritissimus, vir in omni scientiarum genere apprimè versatus, *in suo tract. de manu Regia,*
2 *p.2.cap.35.num.1.* plures rationes congerit, quibus supremus Princeps innixus potest suis subditis iubere ne alieni Principis iurisdictioni se subiiciant, eius autem verba sunt, quæ sequuntur. *Consideratur enim in tali prorogatione ipsius Principis præiudicium dum sui subditi alterius Imperio se submittunt, ex quo Coronæ Regiæ per indirectum potest præiudicium gigni, dum tales subditi alienum Regem adeunt pro iustitia consequenda, quod in dedecus Regis naturalis redundat, qui subditis suis reddere tenetur, & patrimonia ciuium exhaurirentur dum ad lites prosequendas aliena Tribunalia frequentarent; & insuper esset occasio, vt subditi Regibus obsequium aliquando denegarent contra Reges vicinos, apud quos eorum negotia pendebant indecisa; quare vt iis, & aliis, quæ considerari possunt, occurratur, iustissime introductum est ne exteri Principis iurisdictio prorogari possit,* &c.

3 Ex quibus rationibus colligitur posse Barones suis inhibere vasallis ne suam in alium iurisdictionem prorogent; vt ex Afflict. Octauian. Frecc. & aliis, tradit D Barbosa *ad l.1.art.3.num.145.ff.de iudic.* immo id eisdem prohiberi vasallis tenent Afflict. *in cap. Imperialem, §. præterea, num.24. & 25. de prob. feudi alienat.* per Federic. Abb. *in cap. ex transmissa notab. 1. de foro compet.* Capic. *decis. 9. num.15.* Oralor. *de nobilit.part.3.cap.9.num 13.* Sesse *de inhibit.cap.9.§.3. num.3.* quo fundamento existimauit B. non posse Romæ in actu resignationis, seu iurium cessionis huiusmodi per viam contractus se submittere iurisdictioni Auditentis Cameræ, in cuius Tribunali contraxit, in Regis naturalis, & proprii Ordinarii præiudicium.

4 His tamen non obstantibus in principali quæstione pars affirmatiua est tenenda, videlicet posse Clericum Lusitanum Romæ in actu resignationis contrahendo se submittere iurisdictioni Auditoris Cameræ Apost. de soluenda ibi pensione, quia prorogatio iurisdictionis alieni Iudicis, vigore contractus facta est consequutiua necessaria, & accessoria ipsi contractui, & non voluntaria, quo casu non intrat consideratio D. Gabrielis Pereira, nec ista hoc casu prohibetur, vt in pro-
5 priis terminis eleganter, vt solet, aduertit D. Petrus Barbosa *in d.l.1. ff. de iudic. art. 3. num. 172.* his verbis, *Item valere posse* (prorogationem scilicet) *si contractus sit celebratus extra Regnum, nam tunc valebit prorogatio facta in Iudicem contractus, etsi in extraneo Regno iurisdictionem habeat.* Et sic communiter obseruatur. Magis in nostris terminis Mar. Cutelli *in Codice legum Sicularum ad leg. Petri II. cap.6. not.7. num.6 cum seqq. pag. 298. & 299.*

6 Ratio huius resolutionis est, quia hæc prorogatio, quam diximus necessariam, non fit de consensu, & voluntate contrahentis, sed auctoritate legis quæ illam inducit, vt per text. *in cap. dilectis, de foro comp.* resoluunt Rip. *in d. cap.1. num.68. de iudic.*
7 Couarr. *practic. cap.19. num.5. vers. Nono.* Lege enim permittente, & inducente, quod fit dicitur iustè & benè fieri, *l. si quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædilit. edicto, cap. quæ dicam 14. quæst. 4.*

Accedit, quia dictus B. se submisit iurisdictio- 8
ni, compulsioni, condemnationi, sententiis, iuribus, & censuris, ac mero examini Domini nostri Papæ, ipsiusque Camerarii, necnon Curiæ causarum Cameræ Apost. generalis Auditoris, &c. vt constat ex eius obligatione, de qua *in proœmio. num.16.* Vnde respectu omnium, & maximè Clericorum non potest Papa vocari Princeps alienus, cum sit Ordinarius Ordinariorum, & Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, ac habeat pro Diœcesi totum Orbem, vt suprà probauimus *quæst. 3.*
num.11. Ob quam rationem Crucem vbique terra- 9
rum ante se defert, quam tamen Patriarchæ, & Metropolitani, ac Apostolicæ Sedis Legati in suis tantum prouinciis ante se ferunt, *cap. antiqua. de priuileg.* vbi *in collect. num. 4.* plures citaui Docto-
res. Hinc etiam Pallio, quo Patriarchis, & Archie- 10
piscopis in solis Missarum solemniis, & in suis Ecclesiis dumtaxat vti licet, solus semper vtitur, & vbique, *cap. ad honorem, de auctorit. & vsu Pallii,* Henriq. *in summ. lib.10. cap.31. in princip.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 22. num. 20. & 21.* Illustriss. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Pallium 6. num. 2. distinct. 100.* Ego ipse *de iure Ecclesiastico,*
lib.1. cap. 2. num.76. Nec etiam Roma potest dici 11
extranea cùm sit communis omnium patria, gloss. *verb. contra in cap. fin. de foro comp.* Mandos. *in reg. 20. Cancel. quæst. 10. num. 2.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.16. num. 26.* cum aliis per me citatis infrà *q.6. num.57.* Mari. Cutelli *vbi supra num. 10.* ibi, *Roma enim cunctorum diœcesis est, Pontifex verò summus omnium Pastor, cap. cuncta per mundum 9.q.3.* &c. Sigism. Scacc. *de iudic. lib.1. cap.66. num.24.*

Vnde fit vt eandem potestatem respectu Cle- 12
ricorum habeant Papæ officiales, & vicem eius gerentes in Romana Curia, & maximè vbi adest obligatio Cameralis, prout in casu nostro, quia tunc Auditor Cameræ omnibus taliter contrahentibus, & maximè Clericis est Iudex competens, vt benè resoluunt Massa *ad formam Cameræ quæst.1. part. 2. num.3. & 4.* Vestr. *in pract. lib. 2. cap. 4. num. 4. & 6.* Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordinar. in exemptos part.2. quæst. 46. num.7.* Rot.
decis. 52. num.1. part. 1. recentiss. Et ideò Clericus 13
non potest illi opponere exceptionem incompetentiæ fori, vt benè notant Mandoz. *de inhib. q.93. num.5.* Surd. *cons.280. num.13.* Zachi. *de obligat. Camerali q.7. num.3.* nam obligatus in forma Cameræ potest vbique conueniri. Vestr. *in praxi lib.2. cap.4. num.4. in fine, & seq.* Thesaur. *decis.26. sub num.13. vers. Sed alia additur clausula.* Marc. Anton. de Amatis *decis. 81. num.2.* Rota apud Zachi. *post tract. de obligat. Camer. decis.78. num.6.* optimè Surd. *cons.280. num.12. in fine vol.2.* ibi, *Sed quia ipse D. Forestus obligauit se, & sua in forma Camerali pro solutione dictorum aureorum quadraginta mille, cuius obligationis vigore conueniri potest coram quocumque Iudice, & in quocumque foro, quia obligatio Cameralis inter alia continet renunciationem fori, proindeque sic obligatus potest vbique locorum conueniri,* &c.

Qua sententia retenta non obstant Doctores, quos 14
suprà citaui *n.2. & 3.* quia non loquuntur de Clericis, sed de vasallis laicis, & subditis Principum secularium, & ita intelliguntur secundùm Iura quæ allegant, nam Lusitani nostri ad sui intenti comprobationem adducunt Ordin. Regiam *lib.2. tit.1. §.14.* quæ iubet non posse laicum prorogare iurisdictionem

nem Iudicis Ecclesiastici, & sic illam interpretatur D. Gabriel Pereira *de manu Regia part.1.cap.9.n.13.* ibi : *Illa lex Regia*(scilicet in d.§.14.) *procedit inter laicos, qui alios seculares vocant ad iudicium Ecclesiæ.* Castellani verò fundantur io simili, *l.3.tit.1.lib.3. Ordin.* quæ idem statuit, & ad eundem tendit effectum.

Hæc post primam & secundam huius tract. impressiooem optimè considerauit D. Mari. Cutelli *in Codico legum Sicul. ad l.Petri II. cap.6.not.7.n.11. & 12.pag.299.* ibi, *Nam quod spectat ad præiudicium secularium Principum videtur absolutum in consideratione non venire, vbi de personis ecclesiastici Ordinis agitur, illi namque, vt ex Bart. probauimus in contron. 3.num.46. adeò plenam proprij status mutationem assequuntur, vt Ordinibus suffulti, iam non pristini territorij sint, ac si originis, & domicilij, quoad iudicialia, forum mutassent. Quamobrem quod Pereira præmisso tract. p.2.c.35.num.2. concludit ne possint subditi alienum Regem ve sibi ius dicant, eligere, ex rationibus, quas sapienter conduxit, extraneum est ab eo, de quo quæritur, nam id Reges in suos subditos, quibus imperant, iure optimo constituunt, vt nos sæpius firmauimus supra nota 6. at quoad Clericos secus est; hi enim non alienum Regem, sed proprium superiorem adeunt qui Summus est Pontifex, cuius vices Auditor Cameræ sustinet, in his, quæ ad Cameram spectant, quales sunt executiones huiusmodi instrumentorum,* &c.

15 Et in omni euentu illæ leges non loquuntur quando protogario est necessaria, quæ per se fit ratione contractus, quia hoc casu potest Iudex loci vbi celebratus fuit contractus, cognoscere de illius adimplemento inter contrahentes, ac si fuissent verè, & realiter sui subditi, & ab eodem loco oriundi, seu domiciliarij, ita Marian. Socin. *in d.cap. dilecti, num. 23. de foro comp.* & Panorm. *in cap.fin. num.36. eod.tit.* quos refert & sequitur D. Barbosa *in l.heres absens, §.1.num.7.ff.de iudic.* benè Salgado *de Regia protect. tom.1.part.2. cap.17. num.6.* iooctis adductis infrà *q.6.num.28.*

16 Non etiam obstat alia *Ordinatio Lusitana lib.2. tit.13.§1.* ibi : *Non impetren Iuizes Apostolicos fora de nossos Reynos*, quia de illius intellectu particulariter agendum est, *quæst.6.num.22.cum seqq.* Necnon de Breue Iulij III. latè agemus ibidem *num. 31.cum seqq.* Ac de *Concilio Trident. sess.24. de reformat.cap.20.* eodem loco *num.2.cum sequent.* quæ Iura mihi obiiciunt aduersarij, sed non solum minimè probant eorum intentum, sed etiam, si benè expendantur, contrarium ex illis desumitur argumentum, vt ex adductis *d.q.6.* apertè colligitur.

Nec denique obstarent omnia ea, qoæ ex aduerso adducuntur ad mentem Pontificum impiè peruertendam, & illorum auctoritatem labefactandã, de quibus in præsenti agere iustis de caosis non cõoenit; esset enim facta per illum, qui à nemine iudicatur, syndicare; nulli enim licet dicere Principi cuilibet superiorem non recognoscenti, cur ita facis, iuxta doctrinam Baldi *in præl.ud.feudorum, & in l.fin.C. sentent. rescind.non pos.* & fuit dictum originale Specul. *in tit.de legatis, § nunc ostendendum, vers. 85.* per text. *in cap.quamuis, iuncta gloss. ibi verbo Deo, de pœnit.dist.1.cap.in memoriam 19.dist. & in l. disputare, C.de crimine sacrileg.* ibi, *disputare de principal. iudicio non oportet sacrilegij enim instar, est dubitare an is dignus sit, quem elegerit Imperator,* quia, vt inquit idẽ Bald. *in cap. Ecclesia, col.pen. vt lite pend.* cùm Princeps sit causa causarum, non est de eius potestate inquirendum, cum primæ causæ nulla sit causa, & illud quod primum est, aliud ante se habere non potest,

Barbosa Vota decisiua.

iunctis aliis, quæ vltra scribentes in eisdem Iuribus tradunt Anton. de Butrio *in cap.2. num.60.de translat. Præl.* Petr. Rauena *sing.813.* Gregor. Lopez, per text. ibi *in l.11.tit.18. part.3.* Franc. de Curte *inter consilia Murtianesij cons. 10. num. 6.* Mich. de Añinon. *in tract.de vnitate ouilis, cap.23. num.7.* Ferdinand. Mendoça *lib.1. disput. de pactis cap.1.* Modir. *in §. Principum placita dub.33.ex num.1.* Annæ. Robert. *lib.2. rerum indic. cap.11.* Valençuela *in monit.contra Venetos, part.5. num.146.* In omnibus gratiosis, aut à iure positiuo prouenientibus sola voluntas Principis pro iusta habetur causa, vt per gloss. & Bart. *in l.relegati, ff.de pœnis, cap.cùm à nobis, in fine, de testib.* Abb. *in cap.nisi speciali, de offic.deleg.* Bald. *in l.rescripta num.9.C.de precibus Imp.offer. & cons.333. in princip. lib. 1.* vbi ait quòd quodlibet motiuum etiam leue habetur pro iusta causa, Alexaod. *cons.2. num.10.vol.1.* Ias. *cons.236.vol.1.* Paris. *cons.5.n.125.* Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs.10.* Rodolphin. *de potestate Principum, cap.6. num.103.* & alij relati à Modir. *vbi suprà num.8.* Valençuela *cons.4.num.122. pag.44.* Cornel. Tacit. *lib.6. annal.* ibi : *Non est nostrum æstimare, Cæsar, quem supra cæteros, & quibus de causis extollas. Tibi summum rerum iudicium Dij dedere, nobis obsequij gloria relicta est.* Vnde in simili Virgilius *lib.1. Æneid.*

——Tuum ô Regina quid optes
Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.

Vtrùm Clericus Romæ pensionem soluere promittens per viam contractus cum expressa proprij fori renunciatione possit pro eius solutione illic destinata in propria, vel Procuratoris persona conueniri quamuis ibi non inueniatur?

QVÆSTIO V.

1 *Contractus ratione in aliquo loco celebrati acquirit contrahens forum in eo.*

2 Cap. Romana 1.§. contrahentes, de foro comp. lib.6. *declarat posse quem in loco contractus conueniri si ibi inueniatur.*

3 *Contractus in loco conueniri potest contrahens etiamsi in eo non inueniatur quando iurauit ibi soluere, & renuntiauit proprio foro.*

4 D. Petri Barbosæ *elegans sententia refertur.*

5 *Idem de Clerico loquens tenet.*

6 *Renuntians proprio foro potest conueniri vbicumque.*

7 *Iuramentum adstringit iurantem ad factum præcisum.*

8 *Contractus locus non dicitur ille in quo transmittuntur litteræ, seu nuntius, sed ille in quo consensus coniunguntur.*

num. 54. vol. 2. VVamef. conf. 14. num. 3. cent. 1. Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 2. §. 1. num. 5. Sigism. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 40. num. 6. & cap. 101. n. 30. & de commerc. §. 2. gloss. 5. num. 108. & à num. 194. & de sentent. & re iudic. gloss. 7. q. 3. limit. 4. num. 107. cum seqq. & præcipuè n. 110. 111. & 113. & sub n. 116. vers. secundus casus est, nouissimè Carlaual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 4. n. 218. cum seqq. pag. 110. in fine. & Ioseph. Vela iuris controuersi in Hispalensi Senatu tom. 1. dissert. 26. in fine. Vnde B. in Portugalia commorans allegat se non potuisse ab Auditore Cameræ Romæ existente condemnari pro adimplemento contractus coram eo gesti, & celebrati, ac proinde mandata, & declaratorias litteras per illum relaxatas executionem non mereri.

3 Verùm hæc dicti B. allegatio casui nostro applicari non potest, sed in eo securè tenendum affirmatiuam partem huius quæstionis, videlicet dictum B. aliumve Clericum Lusitanum contrahentem Romæ cum pacto iurato de soluenda ibi pensione, & respondendi coram Auditore Cameræ cum expressa proprij fori renunciatione (vt in eius obligatione) posse Romæ, in loco scilicet contractus, conueniri, quamuis ibi non inueniatur, iuxta traditionem gloss. 2. in l. 1. ff. si quis in ius vocatus, quam celebratissimam dicit Cou. pract. cap. 19. n. 5. in princip. Parlad. d. l. 2. c. fin. p. 1. § 1. num. 2. cum seqq. Sigism. Scacc. de sentent. & re iudic. gloss. 7. q. 3. limit. 4. num. 116. cum seqq. Coleti. de processibus execut. p. 2. c. 1. num. 50. Antonin. de Amato resolut. 33. num. 19. Gutierr. de iurament. confirmat. p. 3. c. 16. num. 4. & 5. Dec. in cap. 1. num. 65. de iudic. & ibi Alciat. num. 63. Alex. cons. 39. num. 4. lib. 7. quod expressa lege Lusitaniæ in fortioribus terminis cautum reperitur lib. 3. tit. 6. §. 2. cuius verba infra referemus num. 9.

4 Optimè in his terminis idem resoluit D. Barbosa in l. 1. ff. de iudic. art. 5. num. 224. ibi: Quod adeò verum est in loco contractus conuenire posse etiamsi ibi non inueniatur, dummodo in contractu illo proprio foro renuntiaueris, iuxta traditionē gloss. 2. in d. l. 1. sup. si quis in ius vocatus non ierit, nam cùm hæc renunciatio proprij fori conueniat ad corroborationem fori inducti per legem, vt aliquid operetur, habebit effectum supra relatum, etsi non accesserit voluntas proprij Episcopi, &c.

5 Expressiùs de Clerico loquens hoc ipsum tenet idem D. Barbosa in l. heres absens, §. 1. num. 60. ff. de iudic. ibi: Sed insistendum est, quia traditionem gloss. 2. in d. l. 2. etiam locum habere in Clerico contrahente, & renuntiante proprio foro defendit Dec. hic col. 1. ad med. Roger. à Mota num. 43. Marian. in d. cap. dilecti, num. 30. de foro compet. & in cap. 1. num. 68. de iudic. &c.

Pulchrè in nostris terminis Iacob. Gall. consil. 25. ferè per tot. & præcipuè num. 8. cum seqq. ibi: Nam licèt Doctores in hoc differentiam constituant in foro ratione rei sitæ, & contractus, tamen loquendo in foro contractus cum renunciatione proprij fori, vt in nostro casu, dicunt destinantem solutionem, vel contrahentem in loco posse conueniri etiamsi ibi non reperiatur, ita Roman. singul. 185. vbi ait, quòd licèt regula sit, quod in contractibus non habeat locum remissio, fallit tamen quando contrahens renuntiauit priuilegio fori, & quando in loco contractus litigare promisit. in vtraque fallentia nos versamur, D. Victoria renuntiauit in amplissima forma proprio foro, & domicilio, item etiam promisit litigare coram Regni Tribunalibus: Romani opinionem communem testatur Couarr. practicar. cap. 10. vers. 10. Licèt ipse exigat iuramentum, quod nos habemus, & quod stante ista renuntiatione fori proprij, & omnium legum omnino teneatur contrahens respondere in loco contractus, dicit Capol. caut. 70. quem sequitur Laurent. Tinni. in tractat. cautelar. caut. 93. Quia facta huiusmodi renuntiatione fori non potest amplius declinare forum, Caraua ritu Neapol. 166. num. 75. Marcel. Cala de modo articulandi, gloss. 1. §. 1. num. 61. & pulchrè Mandel. cons. 785. num. 7. Hactenus Iacob. Gallus, &c.

Nouè Carlaual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 4. 6
num. 219. ibi: Sublimita primò dictam primam limitationem principalem, vt absens possit conueniri in loco contractus, & ad eum sit remittendus cum se submiserit Iudici loci contractus cum renunciatione proprij fori. ita sensit gloss. in d. l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit, verbo pro non dato; quæ sublimitatio celeberrima est apud Doctores, & quoniam est in iudicijs frequentissima, & approbata à lege nostri Regni, videlicet l. 20. tit. 21. lib. 4. Recop. &c. Ripoll. var. resol. tom. 1. cap. 1. de iurisdict. omn. Iudic. num. 404. ibi: Contendi è contrario causam in prima instantia posse euocari in Regia Audientia, motus ex eo, quod aderant Iura meam opinionem confirmantia, l. omnem obligationem 10. ff. de iudic. iuncta gloss. verb. obligetur, & clarius in auth. vt omnes obediant, §. hæc considerantes, & ibi gloss. verb. pecuniatum, vbi ratione contractus statuit Imperator posse quem in loco contractus conueniri, tum ex eo quod in dicta venditionis instrumento inter clausulas obligationum reperiebatur clausula, quod dictus Franciscus Mare renuntiauerat suo proprio foro, ex qua renuntiatione certum est posse conueniri vbicumque, iuxta doctrinam Bart. in l. hæres absens, num. 1. col. 1. de iudic. Hanc sententiam dicunt esse communem Marian. Socin. & Couarr. practicarum quæst. cap. 10. num. 5. Maximè vbi dicta renūciatio vallata erat iuramento, ex pluribus fundamentis traditis per Ioan. Gutierr. de iuram. confir. part. 3. cap. 19. num. 5. Nam iuramentum adstringit vacantem ad factum præcisum, ex Gutierr. dict. cap. 16. num. 5. vers. Mihi tamen placet declaratio, &c. 7

8 Nec potest in dubium reuocari Romam vbi consensus præstitus, & obligatio facta fuit, locum esse contractus celebrati, ac proinde in eo teneri respondere dictum B. non verò in loco vbi fecit mandatum procuræ in personam Antonij eius fratris, mandans enim non conuenitur in loco, in quo mandatum fuit executioni traditum, vt bene resoluunt D. Barbosa in d. l. hæres absens, §. Labeonem, num. 26. Sigismund. Scaccia de commerc. & cambiis, §. 11. gloss. 3. num. 212. ibi, Explico, vt locus contractus non dicatur ille ex quo transmittuntur litteræ, seu nuncius, sed dicatur ille in quo consensus coniunguntur. Sic etiam locus contractus intelligitur ille, in quo facta est conuentio, non autem in quo conscriptum est instrumentum, quia iste locus non est in consideratione, Anton Gabr. commun. lib. 6. tit. de consuetud. concl. 2. num. 15. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 14. tit. 19. num. 25. Carlaual. d. disp. 2. q. 5. num. 281. pag. 131. vbi limitat nisi contractus fieret in scriptis.

9 Vnde licèt nonnulli existimauerint contrahentem ligari statutis loci à quo originem ducit, & sic in hoc casu negotium totum esse resoluendum secundum leges Portugaliæ, nihilominus tamen si illæ attendantur, bene probant intentum nostrum, & resolutionem supra positam, vt patet lib. 2. tit. 6. §. 1. ibi: E se algum priuilegiado se obligar por scrittura publica, ou que tenha força de scrittura publica, nos casos em que se ella requere, a responder per alguna razon, ou via a pagar algua diuida em certa villa ou

lugar, ou perante certo, è declarado Iuiz, poderà ahi por ante ellecser citado, è dimandado, posta que hy naon seia achado, sem embargo de qualquer priuilegi que em contrario senha, &c. cuius meminit D. Barbos. *in d. l. haree absens*, §. 1. *num.* 47. & Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 72. num. 2.* ibi, *Et circa contractus factos per Lusitanos in aliis partibus extra Regnum existentibus, iubentur obseruari dispositiones Iuris communis. Ordinationes, & consuetudines earum partium, vbi instrumenta, & contractus celebrantur, vt probatur in vtraque Ordin.* §. 1. *scilicet lib. 1. tit. 45. & 59.* &c.

10 Sed dicta Constitutione Portugaliæ etiam non extante, vel contrarium statuente, de Iure communi est indubitatum contrahentem in Regno extraneo ligari statutis illius Regni in quo contraxit, ex *l. venniar.* § *si constat ff. communia pred.* Iafred. Lanfranc. *decis.* 376. Camill. Borrell. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 43. de foro compet. num.* 107. Bruuor. à Sole *in locis commun. verb. forensis, num.* 5.

11 Semper enim contractus regulatur secundùm leges, & constitutiones loci in quo celebratus fuit, *l. si fundus*, vbi Bart. *ff. de euiction.* Gam. *Lusit. decis.* 174. *num.* 2. Osasc. *decis.* 114. *num. vlt.* Cardin. Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 39. *num.* 24. Melch. Phœbos *Lusitan. decis.* 102. *num.* 7. *p.* 2. D. Gabr. Pereira *Lusit. decis.* 2. *num.* 8. vbi expressè ait, quòd contractus factus a Lusitano extra Regnum debet regulari secundùm solemnitates loci, vbi celebratus fuit, quem refero *in collect. ad c. vlt. num.* 3. *in fine, de*
12 *foro compet.* Quia quando tractatur de forma, & solemnitate actus extra proprium territorium gesti, non attenduntur statuta loci, à quo originem ducunt contrahentes, sed vbi contractus fuit celebratus, Bec. *conf.* 62. *num.* 8. *lib.* 1. Surd. *decis.* 129. *num.* 16.
13 *& decis.* 197. *per tot.* Et ideo ratione contractus tenetur quis etiam extraneus præcisè seruare solemnitates loci in quo contraxit, ad notata per Franc. Marc. *Delphin. decis.* 279. *vol.* 1. Ioan. Cephal. *conf* 171. *num.* 26. *vol.* 2. Camill. Borrell. *d. tit.* 43. *de foro compet. num.* 109. Mari. Antonin. *variarum resolution. lib.* 2. *resolut. fin. casu* 28. eleganter Rota in *Aximana fideicommissi* 4 *Maij* 1630. *coram R. P. D. Merlino* ibi: *Et hinc etiam videmus quòd si forensis testamentum faciat more Veneto, hoc est, minori numero testium quàm à iure sancitum fuerit, testamentum tamen sustinetur, & habet executionem etiam respectu bonorum extra Statum Venetum, & in quo ius commune, vel aliud municipale seruatur, vt per Bart. in l. cunctos populos. num.* 36. 37. *C. de summa Trinit. Gabr. de testib. concl.* 4. *num.* 1. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 14. *Magdalen. de numero test. requis. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 86. *&* 87. *& gerens actum in loco censetur tacitè se accommodasse ad contrahendum secundum statuta illius loci, cap.* 1. *vbi Anchar. & Innoc. de empt. & vend. Aretin. conf.* 11. *num.* 5. *Alderan. Mascard. de stat. interp. concl.* 6. *num.* 178. *& illius loci solemnitates sat est seruasse. Bald. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. in repet. Lamberteng. de contract. gloss.* 2. *verb. mulierum, num.* 43. *in fine, Aretin. conf.* 73. *num.* 6. *cum seqq. Et tenetur etiam forensis seruare solemnitates præscriptas à statuto loci, in quo contrahit, Bart. in d. l. cunctos populos, num.* 25. *Castr. num.* 11. *Purpur. num.* 98. *C. de sum. Trinit. Mascard. d. concl.* 6. *num.* 22. *cum seqq.* &c.

Intellige in his, quæ spectant, & pertinent ad substantiam contractus, vel obligationis, quia tunc semper est attendendus locus contractus celebrati; secus in his, quæ pertinent ad ordinem iudicij, quo casu inspicitur locus iudicij, & non contractus, vel instrumenti confecti. Ita Roder. Xuar. *in l. post rem iudicatam, in declar. leg. Regni*, §. *circa iudicem, n.* 14. Anton. Gom. *l.* 64. *Tauri, num.* 8. Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. p.* 1. §. 11. *num.* 13. Cancer. *var. resol. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. *post princ.* Vnde in executiuis attenditur statutum loci vbi petitur executio, cum pertineant ad ordinem iudicij, Auil. *ad c.* 40. *Prætor. in gloss. donde se hipere*, Roder. Xuar. *d.* §. *circa Iudicem, num.* 22. Borgnin. Caualc. *decis.* 10. *num.* 31. *p.* 3. Cancer. *d. c.* 3. *sub num.* 10. *vers. quoniam.*

Prædictorum omnium illa videtur esse ratio, quam aliis in locis assignauimus, quod scilicet ratione contractus in alio Regno celebrati efficitur contrahens eo modo subditus Iudicis loci illius in quo contraxit, quoad ipsum contractum, quo ipsi subsunt proprij originatij, seu domiciliarij subditi, vt eleganter resoluunt D. Barbos. *in d. l. heres absens*, §. 1. *num.* 7. & Salgado *de Regia protect. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 17. *num.* 6.

In Curia autem Romana, in qua celebratus fuit 14
contractus, de quo agitur, nemo ignorat posse Auditorem Cameræ procedere contra ibi obligatum vndecumque fuerit; etiamsi eo loci adsit priuilegium ne quis extra fines Regni extrahatur ad alibi litigandum, vt viget in Regnis Germaniæ, Franciæ, & Siciliæ, ex quibus ad Rotam nullæ deferuntur causæ; adhuc enim Auditor Cameræ pro exequendis Romæ editis contractibus genuinus, ac ordinarius ius dicens dicetur; ita D. Mari. Cutelli *in suo Codice legum Sicularum ad leg. Petri II. cap.* 6. *not.* 7. *num.* 13. *in princ. pag.* 300. & dicit ita quoad suos practicari his verbis. *Quoque vt in Regno Siciliæ, in quo Rex noster pariter Sedis Apost. Legatus est, ac ex quo causæ nullatenus extrahuntur, in dies tamen sententiæ Auditoris Cameræ per Ordinarios etiam contra absentes lata, vel contra res inibi sitas exequuntur, vt in causa exactionis pensionis contra heredes Doctoris Flores fauore Petri de Carualhosa Lusitani, anno* 1630. *apud Archiepiscopum Panormitanum, ac ipsius Legatum Iudicem seruatum vidi: in quo iudicio planum apud omnes fuit absentem, qui pensioni se abdixerat, condemnari, ac censuris subiici potuisse, attento Romana Curia more, citato absente per edictum*, &c. Potest enim absens per audientiam contradictarum vocari, prout refert Salust. Tiber. *lib.* 1. *cap.* 12. & censuit Rota *in Romana, seu Bracharen. pecuniaria* 2. *Decembris* 1594. *coram Orano*, impressa per Zachiam *de obligation. Camerali* 115. *num.* 7. vbi cùm Antonius Lopez Cantor Ecclesiæ Bracharensis esset obligatus in forma Cameræ ad soluendam Romæ certam pecuniarum summam, & ob non solutionem factam præcedente citatione per contradictas fuisset declaratus excommunicatus, ac de validitate excommunicationis ageretur, Rota tenuit pro eius validitate, eo quòd vigore obligationis Cameralis tribuatur Auditori Cameræ facultas procedendi per audientiam contradictarum absque eo, quòd dictus Cantor principalis semel personaliter, vel domi ad iudicium vocaretur.

Et nouissimè eadem Rota *in Elboren. fructuum* 15
17. *Nouembris* 1629. *coram R. P. D. Oneipo*, tunc meritissimo Rotæ Auditore, nunc Valisoletano Præside, hoc idem censuit his verbis: *Cum Hieronymus de Guinea Canonicus Elboren. propter debita Romæ contracta sub obligatione Camerali Auditore Cameræ excommunicaretur, & per affixionem cedulonum declaratus fuisset, & à Capitulo Elboren. ab ingressu Ecclesiæ, & à perceptione fructuum, & distributionum excluderetur, ad Collectorem Apostolicum Regni Portugaliæ recursum habuit, qui Auditori suo causam commisit, & ab eo dictus Hieronymus sententiam fauorabilem reportauit, nempe condemnantem dictum Capitulum*

ad

ad restitutionem prædictarum distributionum, & fructuum, vt latius in dicta sententia, a qua sententia dictum Capitulum Elboren. appellauit, & mihi commissa causa proposui dubium. An præfata sententia Auditoris esset confirmanda? & Domini negatiuè responderunt, tum propter eius nullitatem, quia Collector Apostolicus non est superior Auditore Cameræ, tum propter eius iniustitiam, nam de legitima excommunicatione dicti Hieronymi apparet ex stylo Curiæ quoties virtute obligationis Cameralis proceditur contra absentem, &c. Quæ quidem decisio, & sententia eius vigore lata fuit ab eadem sacra Rota confirmata *in alia Elboren. participationis fructuum, & distributionum 14. May 1631. coram R. P. D. Ghislerio*, & reperiuntur impressæ apud Franciscum Ripam *in fine sui tractatus de simonia.*

16 Prædictus Romanæ Curiæ stylus, qui facit Ius, *cap. ex litteris, de constitut.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 2. quæst. 38. num. 2.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 23. & 87.* lege, & ratione fundatur.

17 Lege, quia Auditor Cameræ habet in mandatis amplissimam hanc facultatem à Summis Pontificibus concessam, & principaliter à Paulo V. *in sua constitut. 28. aliàs 20. Bullarij noui*, incip. *Eximia* §. 2. & 20. *sub datum Romæ apud sanctum*
18 *Marcum, Kalend. Octobris* 1606. Nec mirum, quia cùm omnes actiones introductæ sint à lege Ciuili, *l. 2. §. deinde, & §. exactis, ff. de origine Iuris*, proindeque sint positæ in mera, & absoluta potestate Principis, *l. vltim. C. si contra Ius, vel vtil. publ.* in illis denegandis, vel concedendis sufficit sola eiusdem Principis voluntas cum generali clausula derogatoria obstantiarum, Doctores *in l. cùm hæredes 23. in princip. ff. de acquirend. possess.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 214.* cuius quidem voluntatis satis est nobis constare, siquidem de eius potestate non licet dubitare. Felin. *in cap. quia in Ecclesiarum, num. 60. & sequent. de constitut.* Alexand. *cons. 92. num. 35. lib. 6.* Ne videamur aliàs supremi Principis potestatem in dubium reuocare, de qua haud disputare licet; Gozadin. *cons. 92. num. 17.* Duen. *reg. 43. fallent. 5.* Berol. *cons. 367. num. 8. & cons. 393. num 5.* Bec. *cons. 56. num. 53. vol. 1.*

19 Ratione pariter fundatur prædictus stylus, quia efficacia, & prærogatiua obligationis Cameralis, & modus procedendi in illa tota consistit in eius forma, quæ habet vim sententiæ, Anton. Fab *ad lib. 7. Codicis tit. 26. de appellat. defini. 33. num. 9.* quem refert Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 40. num. 249.* D. Gabriel Pereira *de manu Regia part. 1. cap. 9. n. 6.* Sesse Aragon. *decis. 40. num. 3.* Et continet iudicialem confessionem, Vestr. *in praxi Rom. Cur. lib. 7. cap. 3. sub num. 17.* Marches. *de commission. part.*
20 *1. §. 1. num. 44. pag. 696.* Et ideò contra debitores obligatos in forma Cameræ proceditur executiuè, Ceuall. *de cognit. per viam violentiæ, part 1. quæst. 135. num. 1.* Mantic. *decis. 240. num. 1.* D. Gabr. Pereira *d. cap. 8. num. 6.* Rot. *decis. 126. num. 1. part. 1. recentiss.* Et sic sine libello. Marant. *de ordine iudic. part. 4. distinct. 9. num. 4.* Roman *cons. 142. num. 1.* Rot. *in Firmana pensionis 23. Ianuar. 1627. coram R. P. D. Duran.* etiam quòd in instrumento non adsit obligatio Cameralis, Gales. *de obligat. Camer. 3. part. quæst. 4. in fine*, Thesaur. *decis. 26. num. 6.* Rot. *decis. 601. num. 2.*
21 *part. 1. recentiss.* Obligatio enim Cameralis habet executiuam paratam, Hieron. Gabr. *cons. 67. n. 17. lib. 1.* Gales. *ad formam obligat. Cameral. part. 1. quæst. 20. num. 11. & 18.* Rot. *decis. 608. num. 4. & decis. 585. num. 1. part. 1. recentissim.* & apud Zachi. *decis. 12. num. 1. & decis. 70. num. 2. & decis. 98. num. 1. & decis. 118. num. 5. & decis. 155. num. 1.* Maximè interueniente consensu, & voluntate contrahen- 22
tium, qui possunt inter se concordiam facere, quod exinde nullus ordo iudiciarius inter ipsos obseruetur, iuxta doctrinam gloss. *verb. illustrium propè fin. in cap. fin de sentent. & re iudic. lib. 6.* & Abb. *in cap. de causis, num. 8. de offic. deleg.* iunctis traditis per Valasc. *tom. 2. consult. 173. num. 5.* Et valet pactum, 23
& conuentio adhibendi omnimodam fidem ipsismet, & solis litigatoribus, vt per Cou. *lib. 2. var. cap. 13. num. 2.* Anguian *de legibus lib. 3. controuers. 18. num. 4.*

Non debet igitur B. hoc amarè ferre, nec con- 24
queri, quòd executiuè procedatur contra ipsum, tum ex dictis, tum etiam, quia idem ferè obseruatur in Regno Portugaliæ dum per assignationem decendij proceditur ad debiti exactionem quando petitur vigore instrumenti, aut chirographi liquidi, & illo termino debet obligatus probare perfectè exceptiones oppositas contra instrumentum debiti, quo elapso si illæ contineant materiam releuantem, sed probari intra illud tempus non potuerunt, Iudex condemnabit debitorem, & exceptiones oppositas admittet, sententiam tamen præfatam executioni mandabit appellatione quacumque non obstante, vt est dispositum *in Ordin. Regia, lib. 3. tit. 25. in princip. & §. 1.* Qui terminus decem dierum habitus fuit pro breui, ita vt probatio intra illum facta dici possit incontinenti fieri, quæ tantum admittitur ad impediendam executionem alicuius instrumenti liquidi, & Cameralis obligationis, seu garentigiæ, Rebuff. *ad leges Galliæ, titul. de litteris obligat. artic. 1. gloss. 9. num. 18.* Reinoso *obseruat. 45. num. 49.* Licet circumscripto speciali iure illius Regni non esset dicenda incontinenti facta probatio, nisi [illegible] instrumentum præ manibus, illudque [illegible]eratur, & ostendatur sine alia dilatione, Dec. *cons. 424. volum. 2.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. libertis, num. 15. & de retract. lign. §. gloss. 1. ex num. 20.* Reinoso *de obseruat. 45. num. 13.*

Hinc fit Iudicem Ecclesiasticum obligationis 25
Cameralis executorem nullam vim facere exequendo appellatione remota, vt bene resoluit Ceuall. *de cognitione per viam violentiæ, part. 2.*
quæst. 135. ibi: *Quia licet obligatio Cameralis non* 26
habeat paratam executionem vigore alicuius statuti, vel consuetudinis, exequitur tamen obligatio, quia componitur ex materia, quæ de Iure Ciuili est exclusiua appellationis. Primò componitur ex confessione iudiciali debitoris, & deinde ex præcepto facto contra ipsum debitorem confessum. Secundò componitur ex susceptione præcepti ad soluendum. Tertiò, ex susceptione censurarum, & mandati executiui, vnde sic obligatus habetur ac si esset iudicialiter confessus, vel de debito constaret per rem iudicatam, vt tradit, Hieronym. Gabr. conf. 67. num. 8. lib. 1. *Quartò componitur ex pacto, & expressa renunciatione, qua debitor iureiurando promittit, & renuntiat appellationi, & iuri appellandi, quod pactum excludit appellationem, vt docet Paul. de Castro* in l. post rem iudicatam, num. 2. ff. de re iudic. *Ex quibus constat Iudicem executorem non facere vim exequendo appellatione remota, &c.*

Ex dictis etiam colligitur nullam vim fieri 27

ſi non vocetur obligatus in forma Cameræ, nec perſonaliter citetur, cùm non poſſit ſine fraude manifeſta ſuæ obligationis ignorantiam allegare, quia licèt actiuè, & paſſiuè tranſeat in hæredes obligantis, non ideò tranſit in hæredes obligati, vt
28 cenſuit Rot. *deciſ.647. num.1. p.2. recentiſſ.* Fraus ſiquidem à promittente committitur ſi ad diem, & locum conſtitutum non ſoluerit, & ſoluturus debitam quantitatem non acceſſerit, idcirco præſens iudicatur, vt ille qui dolo deſiit poſſidere, *l. is, qui dolo, l. ſin autem. § 1. ff. de rei vend.* Duen. *reg.514. fallent.15.* Gou. *practic. cap.10. num.3. verſ. Decimotertiò,*
29 Franc. Molin. *de brachio Regio, cap.32. num.2.* Nam loci adiectione, & temporis certi conſtitutione ſoluere promittens illius lapſu in mora eſt, *l. magnam, C. de contrab. & committ. ſtipul.* Potti. *commun. lib.4.*
30 *reg.23.* Rot. Genuenſ. *deciſ.150. num.1.* Dies enim interpellat pro homine, & conſtituit debitorem in mora, *ll. magnam, cap. potuit, in fine de locat.* Surd. *de aliment. tit.1. q.41. à num.115. & deciſ.57. num.7.* Maſcard. *de probat. concl.1066. num.19.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.579. num.12.*

31 Ex quibus omnibus, & aliis quæſtione præcedenti adductis apertè conuincitur opinio D. Gabrielis Pereira, viri alias doctiſſimi *in tract. de manu Regia, part.1. cap.9. num.10 cum ſeqq.* dum probare intendit vim fieri Clerico, qui cum eſſet in Luſitania, excommunicatus fuit Romæ ob non ſolutionem penſionis, ex eo ſolùm quia reperiebatur in forma Cameræ obligatus, & in hanc prorupit ſententiam. *Hæc quidem attento Iure procedunt, & propius ad noſtras leges Regias accedendo adhuc vltimus labor ſupereſt circa caſum, qui quotidie in manibus Senatorum incidit, quando prohabita Camerali obligatione pro penſione Romæ ſoluenda; Clericus, qui in hoc Regno eſt, excommunicatur, quòd tempore ſtatuto non ſoluerit, an à tali executore pateat querela ad Regem, quando nulla ex his cauſis opponatur, quas diximus executionem ſuſpendere. Et primò excommunicationem obſtat, quòd Clericus in eo caſu prorogat iuriſdictionem alieni Iudicis, quod fieri non poteſt ſine proprij Epiſcopi conſenſu, cap. ſignificaſti, de foro compet. adeò vt nec laicus in caſibus mixti fori præiudicare prorogando queat proprio Epiſcopo, vt communiter receptum eſt contra diſtinctionem Butrij. Deinde dubitari poteſt an valeat pactum, quod à Iudice etiam competenti poſſit ſic obligatus excommunicari non præcedente monitione, citatione, & contumacia,* &c.

32 Sed vir iſte doctiſſimus hallucinatus eſt, ad ſuamque ſententiam comprobandam tria adducit fundamenta, quæ in Iure non ſubſiſtunt, à veritateque penitus aliena ſunt; in primis ait hoc caſu Clericum prorogare iuriſdictionem Iudicis alieni ſine conſenſu proprij Epiſcopi, quod exiſtimat in his terminis non eſſe licitum per *cap. ſignificaſti, de foro comp.* Sed hoc fundamentum non applicatur prorogationi huiuſmodi, de qua agimus ex latè adductis ſuprà *quæſt.3. per totum.*

33 Secundò, ſuamque quoque fundat opinionem in eo, quod ſic obligatus excommunicatur nulla præcedente monitione, citatione, & contumacia, & ſic concludit. *Hoc caſu ab initio ſuſcipitur obligatio cum illa cenſura, & ampliùs non citatur debitor, vt conſtituatur in contumacia, neque ad videndum ſe excommunicari, quo caſu nemo ambigit obſtare*, cap.1. Romana, de appellat. in 6. *quod non patitur pro futura culpa quem excommunicari poſſe.*

At dictum hoc non conſiſtit in facto, immò euidenter contradicit ſtylo Romanæ Curiæ, quia quando agitur de exigendo debito ſub obligatione Camerali contracto, aut pro illo relaxantur declaratoriæ litteræ, praxis & ſtylus illius Curiæ habet, vt citationes fiant in iudicio contradictarum ibi principali, aut eius legitimo Procuratore non exiſtente: & ſic expeditur mandatum exequutiuum contra debitorem, quod conſignatur miniſtris iuſtitiæ ad faciendam executionem perſonalem, ſeu realem in bonis condemnati quatenus eo in loco reperiantur, & relatione per eum facta in ſcriptis quatenus ibi nulla bona inueniri potuerunt, nec perſonalis exequutio fieri potuit, tunc præuiis aliis tribus citationibus per contradictas diuerſis temporibus factis loco monitionis Canonicæ prima pro prima, ſecunda pro ſecunda, & tertia pro tertia, debitor in Iuris ſubſidium excommunicatur, & ita proceditur in his excommunicationibus decernendis, vt atteſtatur Marcheſ. *de commiſſion. p.1. pag. 803. num.154. in vlt. impreſſ.* Vnde infertur omnia fuiſſe ritè, & rectè geſta, non autem nulliter, & inualidè, vt ex aduerſo gratis dicitur, nec eſt de facili credendum in Romana Curia, & in Tribunali Auditoris Cameræ Apoſtol. & coram ſummo Eccleſiæ Paſtore, eoque approbante, & mandante, in huiuſmodi excommunicationum promulgatione, & relaxatione, quæ quotidie ibi fiunt, errari poſſe, aut hoc aſſerto errore tanto tempore perſeuerari, quod non eſt dicendum à Chriſtiano homine.

Concludendum igitur prorſus à veritate alie- 34
num eſſe dicere, quòd in actu obligationis Cameralis faciendæ excommunicatio decernitur ſine alia citatione, vt vidimus, nec eſt de eſſentia iudicij, quod perſonaliter vocetur debitor, ſeu audiatur quando contrahentes inter ſe conueniunt, quòd nullus inter eos obſeruetur iudicialis ordo, vt ſuprà probauimus *num.22. & 23.* nec eſt inſolitum paciſci hac de re, immo in noſtra Luſitania tritum, & vulgare apud omnes exiſtit; vt colligitur ex adductis à Valaſc. *conſult.144. num.1.* ibi: *In cauſa D. P. de multis fuit dubitatum, & primo de illo, quod fit quotidie, obligat enim ſe debitor ſi non ſoluerit in tempore limitato, quod poſſit pro eo citari Titius, & Gon. publicus tabellio huius ciuitatis, an valeat talis obligatio? & non eſt dubium quod ſic, nam præterquam quod hoc vbique praxis admittit, quæ eſt optima legum interpres, & talis citatio reputetur legitima, probatur etiam Iure, quia videtur ad hoc conſtitutus Procurator, qui indubitanter poteſt citari tali caſu, ex ſcriptis per Bart.* in l. ſolent, ff. de alimēt. & cibar. legat. *Alex.* in l. eum qui res, C. de procurator. colum.1. *Vbi omnes pro conſtanti ponunt, quod prima citatio cauſæ poteſt incipere à Procuratore, & non eſt omnino neceſſe dominum citari, & hæc eſt magis communis concluſio ſecundùm Iaſ.* ibi col.2. &c. refert & inducit ad materiam D. Mar. Cutelli *in Codice legum Sicular. ad leges Petri II. not. 7. num. 16. pag. 100.*

Tertiò idem D. Gabriel Pereira ſuam compro- 35
bat ſententiam quodam Breui Iulij III. quod ponderans *d. cap.9. num.13.* ſic ait: *Quia ſatisfit, quod in hoc Regno eſt quoddam Breue Iulij III. quo Regibus huius Regni, indultum eſt à Sede Apoſt. ne cauſæ è Regni finibus extrahantur, vt à Iudicibus exteris iudicentur, vnde cùm originarius huius Regni, vel perſonaliter, vel Procuratore conſtituto ſe obligat in forma Cameræ nunquam ius Principis lædi poteſt, vt ſubditum etiam inuitum defendat, & tueatur;* de quo tamen in præſentiarum agere non intendimus, quia de eius intellectu ex profeſſo tractabimus *q.6. num.31. cum ſeqq.* His potiſſimum fundamentis motus vir ille aliàs doctiſſimus, & Regius Senator, ſententias non ſemel pro hac parte protulit, cùm fuerit huius opinionis

primus

primus auctor, & acerrimus defensor, vnde illi in his materiis fides habenda non est, sicut bene resoluit Iauius Langleius *in semestria Iuris, lib. 5. cap. 5. fol. mihi* 247. ibi, *Iudici soli de his, quæ ipse gesserit, vel quæ gesta coram eo sunt, fidem adhibendam non esse, maxime si quicquam dicat quod ad mendam sententiam suam, à qua prouocatus fuerit, pertinere videatur. Non enim iustum est de his, quæ ad laudem, vel opprobrium iudicis spectant, fidem ei haberi. Nam, & vt verè Imbertus scribit pro vindicanda contumelia ob suspicionis causas sibi illata fortè aduersus eirantem malè affectus aliquid in eius perniciem affirmare posset: vnde aquius videtur nihil illi sua assertioni fidem haberi*, &c.

56 Quare cognoscens idem D. Gabriel Pereira prædicta tria fundamenta non subsistere, cœpit de sua opinione dubitare, licèt in ea comprobanda multum insudauerit, & ideò noluit absolutè firmare semper; & in omni casu mandata, & declaratorias Romæ relaxatas vigore obligationis Cameralis in partibus minimè esse exequendas, sed totum Iudicis arbitrio relinquendum existimauit, dum eodem *cap. 9. num.* 13. ita concludit. *Quare hac omnia prudentis Iudicis arbitrio relinquenda sunt; vt æstimatis circumstantiis loci, temporis, personarum, & causæ subueniendum parti decernat, vel non*, &c.

57 Cuius quidem prudentis Iudicis arbitrium mihi iustè petenti non esse denegandum plures rationes suadebant, quæ virum prudentem, & quemquã doctissimum hominem mouere poterant, nec aliquod præiudicium Regiæ Coronæ illatum considerari potest, dum propter auctoritatem litterarum Apostol. & viam exequutiuam mandata illa ritè, & rectè relaxata debitæ exequutioni demandantur, nec id cuiquam displicuisse præsumendum est, cum semper Hispaniarum Reges tanquam obedientissimi filij ipsam Sedem Apostol. eiusque mandata pluris fecerint, & maximè coluerint. Quod probauit primus Lusitaniæ Rex D. Alphonsus Enriquez, qui populi sui electione iustè in Regem creatus, noluit Regio vti titulo, nisi ab Apostolicâ Sede illius confirmationem obtineret, nec ob id Regnum illud eidem Sedi Apost. feudatarium permansit, vt latè ostendimus *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. tit. 3. cap. 2. num. 56. cum seqq.*

58 Rex Ioannes huius nominis secundus prætendens sibi competere ius retinendi Bullas Apost. in Regio consilio, sponte illi renuntiauit, vt attestatur D. Gabriel Pereira *de manu Regia, part. 1. in concordatis Regis Ioannis I. pag. 217. num. 258. in fine*, referens Resendium in *Chronica eiusdem Regis Ioannis II. cap. 65. in fine*, qui ita historiam refert. *Costumanasse antiguamente nestes Reynos que todos los Breues, è rescriptos, letras, è Bullas, que de Roma viessem, naõ se fizesse por ellas obra algua, sem primiro serem vistas, è examinadas pello Chanceller maior; è as que achaua serem verdadeiras, è direitamente expedidas, daua licença que se publicassem, è se darem a execuçaõ, è isto era con saõ è bom respeito por se escuzarem falsidades, com que as partes naõ recebessem enganosamente perda, è dano, como muitas vezes se vio, naõ se auia de obedecer nestes Reynos se naõ ao Padre Santo de Roma. E ao Papa Innocencio Octauo com o Collegio dos Cardeaës por lhe parecer isto cousa graue, è algum tanto desobediente, i quebra de sua authoridade, no anno de 87. mandaraõ requerer a el Rey que naõ vsasse mais de tal costume. E el Rey por lhes obdecer como Catholico Principe, è comprazer em tudo, o fez assy como lho mandaraõ pedir, de que o Papa, è Cardeaes ouuieram muito prazer, è muito contentamento, e com muitos louuores del Rey lho mandaraõ muito agradecer, e depois para qua sempre se fez assy.* Et Regum chronicis plenam adhiberi fidem constat ex *l. vnic. in princ. &* §. 1. vbi notat Bald. *num. 2. ff. de offic. quæst. gloss. verb. trapezitas in cap. 1. 23. dist. & verb. magis in cap. inter dilectos, de fide instrum.* Ioan. Leceriel *de primog. lib. 1. q. 12. n. 8.* Mascard. *de probat. concl. 287. num. 1. cum seqq.* nouissimè Ioseph. Vela *de iure controu. in Hispalensi Senatu, dissert. 4. num. 14.* Valenzuel. *cons. 201. num. 22.* O mira piissimi Regis in Sedem Apostolicam deuotio, & humilis obedientia, in quo sanè tantus ille Rex imitatus est Carolum Magnum simili deuotione præditum, qui cùm obtinuisset priuilegium ab Adriano I. eligendi Summum Pontificem, & eandem Sedem gubernandi, vt habetur *in cap. Hadrianus 63. dist.* illi sponte etiam cessit, & à se penitus abdicauit, sicut referunt Doctores per me citati *in collect. ad illum text. num. 6. & 7.*

Huius summæ nostrorum Regum pietatis, & deuotionis in Sedem Apostol. testimonium nobis præbet consuetudo illa hucusque obseruata, qua Itali in Portugalia pensiones obtinent, & Bullas Apost. sub proprio nomine de illis expedire faciũt, cùm id in aliis Hispaniæ Regnis minimè eis liceat, vt attestatur D. Gabriel Pereira *d. tractat. de manu Regia part. 1. cap. 64. num. 42.* his verbis: *Et ex stylo totius Hispaniæ est, quod exteri in ea pensiones non habeant, & ipsi in capite cuiusdam Hispani eas constituũt, à cuius manu pensiones percipiunt, in quo quidem, & fraus versatur. meminit huius styli Gonçal.* gloss. 34. num. 129. *At in hoc Regno de plano maxima pensiones constituuntur Italis sine aliqua contradictione à Sede Apostolica, à qua maximis etiam indultis, & gratiis cumulantur*, &c. 39

Vnde vidimus inuictissimis Regibus nostris tot Regnorum Coronas deuolutas esse, quia semper Apostolicam Sedem singulari quadam obseruantia, & mirabili deuotione venerati sunt, nec de iurisdictione contendere cum illa vnquam voluerunt, sed tanquam obedientes filij eius mandata adimplere nunquam prætermiserunt; non enim Regiam amittunt auctoritatem Ecclesiæ cedentes, sed suam augent, & dilatant, vt longo discursu comprobant Bossi. *de signis Ecclesiæ tom. 3. lib. 20. cap. 89.* Cardin. Bellarmin. *tom. 1. controuers. generali de Ecclesia militante, lib. 4. cap. 18.* Bonfad. *in suo theatro politico*, vbi ita eleganter. *Hac enim* (scilicet Ecclesiasticæ libertatis obseruatione) *Regnorum iurisdictio non infirmatur, sed confirmatur, Principatus dignitas non deiicitur, sed erigitur, imperij amplitudo non coarctatur, sed dilatatur, splendor Regius nõ obscuratur, sed illustratur.* 40

Per contrarium autem vbi in debita reuerentia, & subiectione eiusdem Sedis Apostol. defectus aliquando considerari potuerunt, Regnorum incrementa tunc deficere euidenter constitit, vt loquens de Hispania probat Francisc. Longos à Coriolano *in Breuiario chronologico, an. Domini 704. pag. mihi* 208. ibi: *Non alia maior causa intercessisse excogitari potest cum Regnum illud* (Hispanum scilicet) *Deus impiis Sarracenis tradiderit inculcandum, quàm defectio à Sede Apost. non quidem in rebus Fidei, sed in iurisdictione, & temporalitate*, refert Illustriss. D. Roder. à Cunha *in comment. ad text. in cap. si gens Anglorum, num. 5. dist. 56.* Hinc Ludou. Viu. *in opere reg. in 4. persecutione Ecclesiæ Romanæ*; Imperatores, Reges, cæterosque Principes, qui contra libertatem, & Ecclesiasticam auctoritatem insurrexerunt, aut contra Prælatos statuerunt, vel in hoc seculo defecerunt, vel diu infelicissimè vixere, affir- 41

mar, ſubdens nunquam alchymiſtam diuitem, neque incantatorem bene morientem, neque Eccleſiæ rebellem bene proſperantem vidiſſe, quod etiam Platina *in vita Clementis IV.* dicit, prout eos refert Marchel. *de commiſſion. p. 3. de commiſſ. relaxat. iuram. ad effectum agendi, cap. 1. num. 74. & 75. pag. 196. in vlt. impreſſ.*

Si verò meæ cauſæ circumſtantiæ inſpiciantur, quis iudicabit dictum B. fauore aliquo, & Regia protectione dignum? quis dicet violentiam notoriam illi fieri dum ſoluere compellitur penſionem, quam ſe ſoluturum promiſit, & iurauit? quis modum exigendi coram exequutore in Regno deputato condemnabit, cum licitus, & vſitatus à multis retro annis fuerit, nec reprehenſione dignos eſt ſtylus Romanæ Curiæ, à qua mandata, ſententiæ, & declaratoriæ litteræ emanarunt, interueniente circa hoc dicti B. conſenſu, eiuſque ſpeciali obligatione, & id dictante vniuerſali praxi hucuſque ab omnibus obſeruata, & ideò non poteſt conqueri, ſed viam, quam ſibi elegit; ſequi debet, *l. ſi mulier §. fin. ff. quod metus cauſa, cap. quod ſemel, de reg. iuris, lib. 6.* cum vulgatibus citatis per me *Axiom. 225. num. 1.* Eo maximè, quia notorietatem aſſertæ oppreſſionis, & violentiæ non probat, vt requirit Ordin. Regia *lib. 1. tit. 9. §. 11.* ibi: *Porem nam tomaraõ conhecimento de aggrauo que as partes tiraraõ dos Iuizes Eccleſiaſticos nos caſos de que o conhecimento lhes pertence, ſaluo quando ſe aggrauaren de notoria oppreſſaon, ou força que ſe lhes faça.* Et reſoluit D. Gabriel Pereira *d. part. 1. cap. 7. num. 11.* ibi: *Oportet oppreſſionem, ſeu violentiam eſſe notoriam, & patentem, quæ celari nequeat, aut effici dubia.* Vide reſoluta ad eandem Ordin. *quæſt. 6. num. 22. cum ſeqq.*

Vtrùm obligans Clericum in prima inſtantia reſpondere Romæ pro ſolutione penſionis ibi facienda iuxta formam obligationis Cameralis eo loci celebratæ, & Apoſtolica auctoritate confirmatæ, dicatur contrauenire diſpoſitioni Concilij Trid. & Ordinationibus, ac priuilegiis Regibus noſtris conceſſis?

QVÆSTIO VI.

1 *Expenduntur plures rationes ob quas inter Eccleſiaſticam, & ſecularem poteſtatem oriuntur diſſenſiones.*

2 *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi beneficiales ſint in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſci debent.*

3 *Dictio,* omnis, *eſt vniuerſalis.*

4 *Dictio,* quomodolibet, *omnia continet, nullumque reſpicit caſum.*

5 *Iuri prima inſtantia à partibus in præiudicium Ordinariorum renuntiari non poteſt.*

6 *Rex Hiſpaniarum eſt protector, & defenſor Concilij Trid.*

7 *Dictio,* omnis, *aliquando reſtringit.*

8 *Sedis Apoſtolicæ auctoritas nihil eſt imminuta ex decreto* Concilij Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.

9 *Auditor Cameræ cauſas omnes Camerali obligatione firmatas etiam in partibus exiſtentes auocare poteſt.*

10 *Obligatus in forma Cameræ tenetur coram Auditore eiuſdem Cameræ in prima inſtantia citatus reſpondere.*

11 *Auditori Cameræ expreſſè demandatur executio obligationum Cameralium.*

12 Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform cap. 20. *non ſuſtulit modos legitimos, quibus quis ex iuris diſpoſitione forum ſortitur.*

13 *Contractus, vel delicti commiſſi ratione poteſt quis in prima inſtantia cognoſcere, quamuis non ſit loci Ordinarius.*

14 *Ordinarij locorum non poſſunt ſe intromittere in executione litterarum Apoſt. in quibus dantur executores.*

15 Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 20. *non habet locum in cauſa, quæ fuit commiſſa per ſpeciale reſcriptum manu propria Sanctitatis ſuæ ſubſcriptum.*

16 *Veritas examinata magis eluceſcit.*

17 Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 12. *intelligitur.*

18 *Iudicibus laicis integrum eſt defendere ne Regia vſurpetur iuriſdictio.*

19 *Violentia debet eſſe notoria, vt ratione illius ſecularis Iudex cognoſcat de cauſis Eccleſiaſticis.*

20 *Vim turbatiuam inducere videtur recuſans ſoluere, vel debitum negans, & n. 21.*

22 Ordin. lib. 2. tit. 13. §. 1. *declaratur.*

23 *Auditor Cameræ procedit aliquando tanquam Iudex exequutor deputatus in Bullis penſionis.*

24 *Vel procedit tanquam Iudex Ordinarius Curiæ vigore obligationis Cameralis.*

25 *Auditor Cameræ quando procedat ordinaria iuriſdictione ſibi à lege ratione officij conceſſa.*

26 *Attenditur quod principaliter agitur, non quod incidenter.*

27 *Iudex loci contractus poteſtatem acquirit ad cognoſcendum inter ipſos contrahentes tanquam ſi eſſent ſui ſubditi.*

28 *Fictio tantùm valet in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero.*

29 *Iudex loci contractus ſuper contrahentes alterius Regni iuriſdictionem habet.*

30 *Luſitani debens obſeruare Ordinationes alterius Regni circa contractus in eo factos ſicut volunt, vt ſuis auctoritas præſtetur, & veneratio.*

31 *Cauſæ criminales, ciuiles, & mixtæ à Regni*

Portu

Portugaliæ finibus non extrahuntur.

32 *Breue Iuly III. refertur.*

33 *Causis beneficialibus Regni Portugaliæ non possunt impetrari Sacræ Rotæ Auditores, secundùm vnius sententiam.*

34 *Breue Iuly III. euidenter loquitur de causis criminalibus.*

35 *Proœmialia verba ostendunt, & declarant mentem concedentis.*

36 *Præfatio inducit causam finalem.*

37 *Dispositiua regulatur à proœmiali ratione.*

38 *Mens, & ratio statuentium præponderat verbis, & attenditur magis quàm dictum.*

39 *Dictio,* talis, *est præcedentium restrictiua, & est repetitiua certa, & determinata qualitatis.*

40 *Dictio,* huiusmodi, *est relatiua præcedentium.*

41 *Criminalis causa propriè dicitur quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantum.*

42 *Causa ciuilis, criminaliter intentata est quando pro delicto principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum.*

43 *Causa mixta dicitur vbi pœna partim parti, & partim fisco venit applicanda.*

45 *Causarum ciuilium, & criminalium appellatione non comprehenduntur causæ beneficiales.*

46 *Persona loquentis nunquam comprehendetur in generali concessione, vel sermone, sed semper intelligitur excepta.*

47 Ordin.lib.2.tit.10. in princ.*refertur.*

48 *Rota cognoscit, & semper cognouit de causis beneficialibus Portugaliæ.*

49 *Obseruantia subsequuta tollit omne dubium.*

50 *Dispositio qualibet declaratur per subsequentem obseruantiam.*

51 *Priuilegium quatenus declaratione indigeat declaratur ab obseruantia subsequuta.*

52 *Dispensationis verba declarat obseruantia interpretatiua.*

53 *Obseruantia plurimum defertur in interpretandis constitutionibus.*

54 *Contradictio non dicitur ea, quæ fit de Iure.*

55 *Argumentum valet à delictis ad contractus.*

56 *Casus duo quando sunt æquiparati dispositum in vno censetur quoque dispositum in alio.*

57 *Roma est patria communis.*

1 RAVIS est controuersia inter Ecclesiasticos, & seculares Iudices Hispanos, an in executiuis prima debeatur instantia Ordinario, & quando censeatur Papa derogare dispositioni in Concilij Trid.*sess.*24. *de reform. c.* 20. & an habeat locum in contractibus, delictis, executione litterarum Apostol. & in causis obligatione Camerali firmatis? At breuiter omnia fere tangendo in proposita quæstione negatiuam probabo sententiam, particulariter examinans Concil. Trid. *d.cap.*20. & inducens aliquas Regni Portugaliæ Ordinationes, & priuilegium Iulij III. quæ ad contrarium probandum solent allegari, vt ita pateat quid in hac re iuxta earundem Ordinationum formam tenendum, & iudicandum sit, cum viderim nonnullos Iudices aliter illas interpretantes, verum earum sensum, ac sanam Regum nostrorum eas condentium intentionem peruertisse, Regni quietem perturbasse, dissensiones inter vasallos excitasse, ac plurimis scandalis exinde ortis ansam præbuisse. Sed spero modo, vt Rex noster Philippus IV. multis nominibus maximus, qui æqua lance omnium subditorum commodis studet, studio pacis, qua sublata leges, ac iudicia subsistere non possunt, opportunum adhibeat remedium, quo ciuilia bella nonnunquam inter Magistratus seculares, & Ecclesiasticos Iudices excitata, extinguantur, *concordia* enim, vt ait Salust. *in Iugurtha, parua res crescunt, discordia maxima dilabuntur*, quia magnæ sunt concordiæ commoditates; illa namque radix atque otij est fundamentum, bonorũ ciuium seminarium, quietis publicæ seges, almæque pacis altrix, per quam Reges ipsi, eorumque Respubl. diutissimè conseruantur, vt optimè ratiocinatur D. Marius Cutelli *in controuersiis inter Siculos Inquisitores, ac Ordinarios Magistratus*, *n.*184. Videamus nunc quid disponat Conc. Trid. *d.c.*20. quomodo intelligendum, & apud nostros obseruandum.

Ad Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20.

Causas omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscendas, statuit Concil. *d.cap.*20. *in princip.* sub cuius dispositione omnes comprehendi causas, eius qua loquitur generalitas demonstrare videtur; nam dictio illa *omnes*, est vniuersalis, & nihil excludit, vt *in l. Iulianus, & in l. sectatorem, in princip. ff. de legat.* 1. *l. hoc articulo, ff. de hæred. institut.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 397. *num.* 1. Greg. XV. *decis.* 315. *num.* 11. & alij per me citati *de diction. vsufreq. dict.* 241 *num.* 1. Tum etiam ex alia dictione, *quomodolibet*, quæ omnia continet, nullumque respicit casum. Francisc. Molin. *de brachio seculari, c.* 4. *n.* 48. & idem importat, quod, *quocumque modo*, ad not. per Paris. *cons.* 58. *num.* 10. *vol.* 1. *& cons.* 58. *num.* 1. *vol.* 1. *& cons.* 142. *num.* 6. *vol.* 4. cum aliis per me citatis *diction.* 330. *num.* 1. ac proinde cum sit vniuersalis, omnes ferè comprehendit causas, Cened. *sing.* 95. *n.* 3. Ego ipse *d. dict.* 330. *sub num.* 1. Vnde existimant nonnulli coram Ordinariis in prima instantia omnes sine delectu causas esse cognoscendas, & iuri huiusmodi primæ instantiæ renunciari à partibus in præiudicium Ordinariorum non posse, bene resoluunt Suar. de Paz *in praxi tom.* 2. *præl. vlt. num.* 18. Ludou. à Sarauia *de iurisdict. Adiunctor. q.* 7. *num.* 7. quos refero nouissimè *in collect. ad d. cap.* 20. *Concilij Tridentin. num.* 2.

Quare Rex noster inuictissimus vti protector, & defensor Concilij Tridentini ex adductis per Suar. de Paz *in pract. tom.* 2. *præl. vlt num.* 10. Azeued. *l.* 2. *vers. Septimò, & consequenter tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Ceuall. *commun. tom.* 4. *q.* 897. *n.* 120. Narbona *l.* 59. *gloss.* 2. *à princ. & n.* 14. *tit.* 4. *& l.* 81. *gloss. vnic. n.* 3. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop. in* 3. *p.* P. Henriq. *de Pontificis claue, lib.* 2. *cap.* 15. *post princ.* §. 1. *in gloss. lit. D. & cap.* 20. *gloss. fin.* Carrasc.

in interpret. aliquarum legum Regni, cap. 9. §. 8. n. 18.
Salgad. de Regia protect. part. 1. cap. 1. prael. 2. num. 73.
potest cogere ad illius obseruantiam, pro qua D.
Philippus II. Reg a mandata expediuit, vt in vni-
uerso Regno custodirentur decreta eiusdem S. Con-
cilij iuxta illius dispositionem in d. cap. 2. sess. 25. de
reform. prout attestantur Herrera in historia eiusdem
D. Philippi II. lib. 6. cap. 1. anno 1564. Fr. Emman.
quaest. Regular. tom. 2. quaest. 63. art. 19. Bobadil. in sua
politica, lib. 2. cap. 18. num. 194. Iacob. Valdes. de digni-
tate Regum Regnorumque Hispaniae, cap. 22. num. 5.
quos nouissimè refero in collect. ad d. cap. 2. sess. 25. de
reformat. num. 2. & sic pro defensione contentorum
in eo recursum legitimum interponi posse ad eun-
demmet Regem firmarunt Bobadil. dict. cap. 18.
num. 135. Flores de Mena var. lib. 1. q. 4. num. 35 Sal-
gado d. tract. p. 2. cap. 17. num. 3. Ego ipse in collect. ad
d. cap. 1. num. 3. quod verè est ipsius summae pieta-
tis, & maximae in Sedem Apost. obseruantiae.

7 Verum dispositio Concilij Trid. d. cap. 20. non
est ita amplè extendenda propter vniuersales di-
ctiones, quas suprà ponderauimus, quin aliquando
restringatur, vel ratione subiectae materiae, vel
quando ex tali extensione absurdum in iure resul-
taret, vt de dict. omnis notant Cened. sing. 25. n. 4.
& 5. & alij citati per me dict. 241. num. 19. & 20.
Et demum ex ipsius Summi Pontificis declaratio-
nibus, & Iuris communis dispositione, vt numeris
sequent. demonstrabo.

8 Certum namque ex decreto Concilij d. cap. 20.
in vers. ab his excipiuntur, nihil imminutam esse au-
ctoritatem Sedis Apostol. adeò vt omnes causas,
quae à principio ex dispositione sacrorum Cano-
num, & legum ante illud decretum poterant apud
dictam Sedem cognosci, posse etiam hodie illo de-
creto non obstante, vt tetigi de officio, & potest. Epi-
scopi, part. 3. alleg. 81. num. 14. & nouissimè in collect.
ad d. cap. 20. num. 42.

9 Quare causas omnes obligatione Camerali fir-
matas etiam in partibus existentes Auditorem Ca-
merae auocare posse, etiamsi extra Curiam contra-
ctum sit, & licèt pendeant coram Ordinariis, re-
soluunt Lancel. de attent. lite pend. limit. 15. num. 3.
& cap. 20. limit. 26. Flores de Mena variar. lib. 1.
q. 12. num. 48. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 118.
in fine, Aloys. Ricc. in praxi aurea, resolut. 342. No-
uar. in singul. Iuris Canon. coniclus. 54. num. 5. Ego ipse
d. alleg. 81. num. 16. & in collect. ad d. cap. 20. num. 5. &
censuit Sacra Congreg. in vna Colimbrien. quam ori-
10 ginalem, & authenticam anno praeterito Vlyssi-
pone vidi. Et sic obligatus in forma Camerae te-
netur coram Auditore eiusdem Camerae in prima
instantia citatus respondere, nec potest opponere
fori exceptionem declinatoriam, aut Iudicis in-
competentiae, sicut tradunt Mandos. de inhibit.
q. 93. num. 5. Marc. Anton. de Amatis decis. 81. n. 2.
Surd. cons. 280. num. 13. Zach. de obligat. Cameral. q. 7.
11 num. 26. qui loquitur de Clerico: Tum quia expres-
sè illi demandata est executio obligationum Ca-
meralium, Gal'es. de obligat. Camer. quaest. 7. num. 3.
Erasm. à Cochier de iurisd. Ordin. in exemptos, part.
2. quaest. 46. num. 7. vtpote earum legitimus Iudex ex
Rot. decis. 52. num. 1. p. 1. recentiss. in tantum vt Papa
inhibeat quibuscumque Iudicibus, & personis, et-
iamsi Cardinales fuerint, sub poenis, si se in obliga-
tionum Cameralium executionibus intromittant,
sicuti ex facultatibus illi concessis apertè constat,
& nouissimè expressit Paulus V. constitut. 20. incip.
Eximia, §. 13. sub dat. Romae apud S. Marcum Kalend.
Octobris 1606.

Hinc etiam infertur praefatum Concilij Trid. de- 12
cretum in d. cap. 20. non sustulisse modos legiti-
mos, quibus quis ex Iuris dispositione forum sor-
titur, vt tetigi d. p. 3. alleg. 81. num. 14. & nouissimè
in collectan. ad d. cap. 20. num. 42. in fine, & ibi per me
citatis adde Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5.
cap. 837. à num. 15. Narbona l. 59. gloss. 1. num. 238.
lib. 2. Recop. tom. 3. Vnde ratione celebrati contra- 13
ctus, vel delicti commissi posse quem in prima in-
stantia cognoscere quamuis non sit loci Ordina-
rius, dicit à sacra Congreg. Concilij fuisse resolu-
tum Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 1.
num. 75. quem refero d. alleg. 81. num. 14. Et quamuis
Doctores id communiter intelligant, si contra-
hens in loco contractus reperiatur, per cap. Roma-
na, §. contrahentes, de foro compet. lib. 6. tamen huic ob-
iectioni latè respondi q. 3. per totam. Rationem ele-
ganter praestat insignis D. Barbosa in l. haeres absens,
§. 1. num. 7. ff. de iudic. his verbis: Et est praedictorum
ratio, quia ratione contractus, vel delicti quis effici-
tur subditus illius Iudicis, in cuius territorio contra-
ctus fuit celebratus, vel delictum commissum, cap. fin.
de foro compet. & ideo ille Iudex potest procedere
contra praedictorum personas tanquam contra personas
sibi subditas, & ibi notat Marian. Socin. num. 23. Panor.
cap. fin. num. 36. eod. tit. hoc idem ferè tradit Salgado
de Regia protect. tom. 1. p. 2. c. 17. n. 6.

Pari modo dicendum videtur in executione 14
litterarum Apostolicarum, in quibus dantur exe-
cutores, Ordinarios locorum se intromittere non
posse, etiam executioni auxilium praestando; tum
quia ita declarauit sacra Concilij Trident. Con-
gregatio; tum etiam, quia id non obscurè in-
sinuat eiusdem Concilij decretum in d. cap. 20.
in princip. ibi, ad forum Ecclesiasticum quomodo-
libet pertinentes, dum videtur statuere causas fo-
renses, & contentiosas tantum coram Ordina-
riis locorum duntaxat cognoscendas, vt expres-
sè habui d. allegat. 81. sub num. 17. & in collect. ad
d. cap. 20. num. 46. ad notata per Bald. in cap. 1.
§. si facta, in fine, num. 6. si de feudo fuerit controu.
& Dec. in cap. super eo, & ibi Felin. col. fin. vers.
Quaero tertiò, de praesumpt. Cùm igitur agatur in
praesenti de executione litterarum Apostol. in
quibus dantur executores, pariterque de exe-
quenda obligatione Camerali, in qua executi-
uè, & sine tela iudicij proceditur, vt dixi q. 5.
num. 20. cum seqq. ideò Ordinarij locorum in his
causis executiuis, in quibus dictum decretum
Concilij locum non habet, se intromittere non
poterunt, vt per se patet.

Nec sufficit si ex aduerso dicatur id proce- 15
dere quoad mandata, & declaratorias litteras ab
Auditore Camerae relaxatas, in quo procedunt
doctrinae, & auctoritates supra relatae, non verò
in sententiis, & declaratoriis à S. Rota emanatis,
quia respondetur causam, de qua loquimur, eidem
Rotae fuisse commissam per speciale rescriptum
manu propria Sanctitatis suae subscriptum, quo
casu non intrat dispositio dicti decreti Conci-
lij in principio, sed illum excipit paulò infe-
riùs, his verbis: Ab his excipiuntur causae, quae
iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem Apostolic.
sunt tractandae, vel quas ex vrgenti, rationabili-
que causa iudicauerit Summus Romanus Pontif. per
speciale rescriptum Signaturae Sanctitatis suae manu
propria subscribendum committere, aut auocare. ex
quo ita colligunt Piasec. in praxi Episcop. part. 2.
cap. 4. n. 3. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 2.
cap. 1. num. 73. Aloys. Ricc. in decis. Curiae Archiep.
Neapol.

Neapol.p 4. 'ecif.272. 7. Ego ipſe *d. alleg.*81. *num.* 10. quibus adde Nicul.Garc.*de benef p.*6.*c.*3. *à num.* 6.Flores de Mena *in practic. lib.* 1. *quæſt.*12. *num.*11. Ioan. Maria Nouar. *in nouo Iure Pontific. concl.* 54. *num.*7. Narbona *l.*59.*à num.*195. & 204. *tit.*4.*lib.*2. *Recop. tom.* 3.

Reſcriptum autem propria manu Sanctiſſimi ſubſcriptum, eſt prout ſequitur: *Beatiſſime Pater. Deuotus S. V. orator Auguſtinus Barboſa obtinuit ab Auditore Cameræ mandatum exequutiuum pro ſolutione cuiuſdam pecuniariæ ſummæ, ac renouatione cedulæ banchariæ annuæ penſionis ducentorum ducatorum auri de Camera, aliàs auctoritate Apoſtol. ſibi reſeruata ſuper fructibus certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis Theſaurariæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharenſis Diœceſis, contra Balthaſarem Diaz da Fonſeca modernum Theſaurarium. Cæterùm appellante dicti Balthaſaris Procuratore, & cauſa in Rota commiſſa R. P. D. Pirouano, & nunc in gradu appellationis huiuſmodi indeciſa pendente, quia idem Balthaſar continuat in ſua contumacia, & proterua denegatione de ſoluenda dicta penſione, & renouando cedulam, inde apertu eſt via regreſſui, & acceſſui ad fauorem Oratoris in litteris Apoſtol. reſeruatis, & veretur idem Orator ne in perſequutione huius iudicij cogatur per tres ſententias conformes defatigari: Ideo S. V. humillime ſupplicat quatenus dignetur committere, & mandare eidem D. Pirouano, vt in cauſa, & cauſis emergentis quæſtionis ſuper regreſſu, ingreſſu, & acceſſu huiuſmodi, & illius canonizatione procedat omni, & quacunque appellatione remota cum poteſtate, tam dictum Aduerſarium, quàm omnes quoſuis alios etiam per edictum publicum conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, tam in Curia, quam extra citandi, necnon inhibendi etiam ſub cenſuris, pœnis, &c. inobedienteſque, & rebelles eaſdem cenſuras incurriſſe declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdictúmque ponendi, ſeruata forma Concilij Trident. implorato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, cæteraque facienti, & neceſſaria, & opportuna. Præmiſſis, necnon Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatij, cæteriſque contrariis, quorum tenores, &c. non obſtantibus quibuſcunque, ſtatum, &c. pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes. De mandato D. N. Papæ Auditor procedat omni, & quacunque appellatione remota, vt petitur, & iuſtitiam faciat.* Placet M.

16 Vnde in cauſa de qua agitur, non eſſe primam inſtantiam coram Ordinario loci agitandam, vel quia Auditor Cameræ cauſas omnes obligatione Camerali firmatas illo decreto non obſtante cognoſcit, vel quia idem decretum non ſuſtulit modos, quibus quis ex Iuris diſpoſitione forum ſortitur, veluti ratione contractus, vel delicti, vel etiam quia agitur de executione litterarum Apoſt. reſeruationis penſionis, in quibus ſpeciales dantur executores; vel denique quia commiſſa fuit cauſa per ſpeciale reſcriptum manu propria Sanctitatis ſuæ ſubſcriptum. Cùm igitur hæc omnia in caſu noſtro ſimul concurrerint, quis ſine lege, immo contra tot leges, & doctrinas audebit dicere me contrauenille diſpoſitioni *Concilij Trident. d. cap.* 20. exequendo mandata, & declaratorias litteras Auditoris Cameræ, & S. Rotæ iuſtè, & matura deliberatione relaxata. Videant ipſi quo fundamento ad hoc affirmandum moti fuerint, & ſi dignabuntur, illud in ſcriptis ad me mittant vt ſic, huius negotij veritas diſputando examinata magis eluceſcat, iuxta *cap graue* 36. *quæſt.* 9. *cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib* 11. *quæſt.* 11. *num.* 3. cum aliis citatis per me *Axiom.* 224. *num.* 1. nam veritas arguendo inuenitur, *l. munerum, §. fin. ff. de muner. & honor.* Card. Tuſch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 507. *numer.* 1.

Ad Ordinat. lib. 1. *tit.* 9. *§.* 12.

Statuit hæc Ordinatio Luſitana, vt Iudices Regiæ Coronæ cognitionem non habeant querimoniarum, quas litigantes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad illos deferunt, vbi iuriſdictio ad Eccleſiaſticos ſpectat, niſi quando à notoria oppreſſione, aut vi illata, vel vbi non fuit ſeruatum Ius naturale, conqueruntur ante illos; quia his caſibus Regis officium eſt vaſallis ſic preſſis ſubuenire. Poſtquam Iudices Regiæ Coronæ adiudicauerint cognitionem cauſæ Regiis Iudicibus, non verò Eccleſiaſticis pertinere, eiſdem Regiis Magiſtratibus iubebunt, ne excommunicatos ab Eccleſiaſticis euitent; pœniſve vllis contra excommunicatos apponi ſolitis eos afficiant, cum fuerit ita obſeruatum, & nullum aliud poſſit dari medium opportunum ne Regia vſurpetur iuriſdictio. Luſitano autem idiomate ſic diſponit. *Porem nnon tomaraon conhecimento de aggrauo que as partes tirarem de Iuizes Eccleſiaſticos nos caſos de que ò conhecimento lhes pertence, ſaluo quando ſe aggrauaremde notoria oppreſſaon ou força, que ſe lhes faça, ou de ſe lhes nam guardar, ó direito natural, porque neſtes caſos Nos como Rey è ſeñor temos obrigacaon de acodir à noſſos vaſſallos. E depois de os Iuizes de noſſos feitos iulgarem que ò conhecimento pertence à noſſas Iuſtiças, è naon as Eccleſiaſticas, mandaraon as noſſas Iuſtiças que naon euiten as taes peſſoas, nem lhes leuen penas de excomungados; por ſempre aſſi ſer coſtume, è naon auer outro mejo para ſe naon tomar noſſa iuriſdaçam.* Hac Ordinatione motus Iudex Regiæ Coronæ declarauit me notoriam vim facere dicto B. dum penſionem meam ab eo exigere intendo, & declaratorias litteras ab Auditore Cameræ, ſacra Rota, & Iudice executore in Regno deputato rite, & recte pro terminis illius decurſis, & non ſolutis relaxatas, nullas, & iniuſtas eſſe pronuntiauit, ac dictum B. in excommunicationem eiſdem litteris contentam non incurriſſe declarauit; ac denique omnibus Iuris, & facti remediis pro non excommunicato habendum quoad fructus, & diſtributiones lucrandas indebitè mandauit, ab omnibúſque obſeruari fecit; quod non ſolum eſſe contra Iuris communis diſpoſitionem, ſed à vero huius Ordin. ſenſu, & Legiſlatoris intentione penitus alienum perſpicue demonſtrabo. 17

Duo continent capitula ſeparata præſens Ordinatio Luſitana, ac diuerſimode ſuper quolibet eorum diſponit; primum eſt quando aliquis conqueritur penes Iudicem Regiæ Coronæ de notoria oppreſſione, aut vi ſibi illata ab Eccleſiaſtico Iudice vel ob denegatam ſibi naturalem defenſionem, vbi ad eundem Iudicem Eccleſiaſticum cognitio cauſæ ſpectat; quo caſu Ordinatio permittit poſſe recurri ad dictum Iudicem Regiæ Coronæ, vt vim illam comprimat, cum Regis officium ſit liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, *c. Regum officium* 23.*q.*5. Aliud eſt quando cauſæ cognitionem non ad eundem Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare prætenditur, ſed ad ſecularem; quo caſu ſi ad laicalem poteſtatem pertinere adiudicatum fuerit, ſeu manifeſtum ſit temporalem 18

iurisdictionem vsurpari, tunc videtur integrum esse laicis Iudicibus defendere suam iurisdictionem, vt per Bernard. Laurent. *in tractat. de casibus in quibus secalares contra Clericos possum procedere, num.13. cum seqq.* Auiles *ad cap.20. Prator. verb. vsurpan. num.9.* Anguian. *de legib. lib. 3. controu.33. num.47.* Et Regij Magistratus Lusitani in defensionem suæ iurisdictionis, quam dicunt sibi notoriè vsurpari, solent iubere ne euitentur personæ sic ab Ecclesiasticis excommunicatæ, neve pœnas contra excommunicatos à Iure impositas pati permittant; quod quidem satis insinuat ratio à Legislatore assignata, ibi: *E nam auer outro mejo para se naõ tomar nossa iurisdiçaõ.* ergo medium opportunum iudicat illud de non euitandis personis hac de causa excommunicatis, ne Regia vsurpetur iurisdictio; quæ ratio est anima ipsius Ordinationis, *l. cùm oratio, ff. de bonis damnat.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom.6. lit. R. concl.31. num.15. in medio*, cum aliis citatis à metipso, *axioma.197. num.1.* & dum loquitur de vsurpata Regia iurisdictione, quod pertinet ad secundum caput, non potest eius dispositio extendi ad primum, quod apertè disponit de iurisdictione ad Ecclesiasticos Iudices spectante, ibi: *Porem naõ tomaraõ conhecimento de aggrauo que as partes tiraraõ de Iuizes Ecclesiasticos nos casos de que o conhecimento lhes pertence*; cùm igitur diuersa ratio militet in primo casu: diuersa quoque debet esse legis dispositio in secundo, *l. si ita, ff. de manum. testam. l. seruus, ff. de statu.lib.* Surd. *consil.67. num.19.* & diuersitas rationis, diuersitatem quoque Iuris inducit, *l. inter stipulantem, ff. de verbor. obligat. l. fin. ff. de ritu nupt.* Vnde contra dispositionem huius Ordinationis Iudex Regiæ Coronæ nulliter processit, dum iussit ne euitaretur dictus B. legitimè excommunicatus, cum certum sit non agi in nostro casu de vsurpanda Regia iurisdictione, de qua disponens Ordinatio in secundo casu medium iudicauit opportunum, ne illa vsurparetur, mandare ne euitarentur sic excommunicati, sed de pensionis exactione, cuius cognitionem ad Ecclesiasticum Iudicem spectare nemo ambigit, quo casu, vt se intromittere valeat ad effectum solummodo assertam reprimendi vim, non autem censuras tollendi, necesse est quod notoria, & patens sit violentia, de qua numero sequenti.

19 Videndum nunc est an dictus Iudex Regiæ Coronæ potuerit iuxta dispositionem primi cap. huius Ordinationis iubere ne mandata, & declaratoriæ litteræ Romanæ Curiæ, & Iudicis exequutoris in litteris Apost. huius pensionis specialiter deputati, & in Regno procedentis, executioni mandarentur, quod vt pateat totus negotij cardo versatur in perquirendo an vis vlla fieri dicatur exequendo dicta mandata, ita vt compellendi veniant eorum Iudices ab ea cessare. Perquiramus ergo in quo consistat huiusmodi vis, quæ non debet esse qualis qualis, sed notoria, & patens; vt ipsamet Ordinatio disponit, ibi, *de notoria oppressaõ ou força*, itavt hæc qualitas sit essentialis ad firmandam in hac specie iurisdictionem Iudicis laici, sicut agnoscit D. Gab. Pereira *de manu Regia part 1. cap.7. num.11.* ibi: *Oportet oppressionem, seu violentiam esse notoriam, & patentem, quæ celari nequeat, aut effici dubia*, &c.

20 Ad quod comprobandum sic argumentor. *Vel vis in hac materia est consideranda in eo quod petitur indebitum, & sic iniustè, vel in eo quod exigitur mandato Iudicis incompetentis, hoc est nulliter; sed nullum ex iis, est dicendum, ergo Iudex Regiæ Coronæ absque iurisdictione, & de facto se intromisit ad impediendam prædictorum mandatorum executionem.* De iustitia autem pensionis reseruatæ, & debitæ non est ambigendum: tum, quia constat de valida eius reseruatione in actu renunciationis Apostolica auctoritate factæ de consensu dicti B. *q.1.* probatum est: tum etiam quia similiter constat de mea quasi possessione illam exigendi, itavt sim omnino manutenendus in ea, sicut *q.2.* ostensum est: qua veritate inspecta videant domini mei, quis nostrorum vim alteri notoriè inferat, an scilicet ego petendo, quod mihi debetur, an dictus B. denegando quod soluere tenetur, eleganter quæstionem dissoluit Ioseph Sesse *de inhibit. cap.9. §.3. num. 33.* ibi: *Vim turbatiuam inducere videtur recusans soluere, vel debitum negans*, ob idque nunquam in Lusitania dictus Iudex Regiæ Coronæ partes egit recusantis soluere, sed petentis pensionem, eo quòd iste, non autem ille vim pati videtur, dum illi sua denegatur pensio, illaque indebitè spoliatur. Dicitur enim spoliare debitor non ab eo tempore, quo desinit soluere, sed ab eo die, quo requisitus, vt solueret, recusauit, iuxta elegantem doctrinam Innocentij *in cap. querelam, num.3. de elect.* ibi: *Et nota quod licet per vnum annum, vel plures ego omiserim ex causa petere debitam pensionem; vel si vna vice omisi interesse electioni, non per hoc amitto possessionem, quæ sine animo non amittitur, sed quando petam pensionem, si denegetur, tunc amitto possessionem, arg. l. fin. C. de seruit. & aqua, & tunc possum vti interdicto recuperandæ possessionis, & in eo veniunt omnes pensiones præcedentium annorum*, idem tenent Angel. *in l. quemadmodum, num.1. ff. de acquir. possess.* Guid. *decis. 629. num.2.* Bertrand. *cons. 243. num. 2. lib.3.* quos refert & sequitur Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom.1. alleg.75. num.6.* me citato in hoc loco Mendez à Castro *in praxi Lusitana part.2. lib. 3. cap.21. num.157.*

Si autem prætendatur Iudicem mandantem esse incompetentem, ac proinde eius mandata nulla esse; optarem in primis, vt constitueretur pro certo pensionem huiusmodi fuisse validè reseruatam, & absque dubio debitam, dictumque B. calumniosè distulisse eam soluere (vt omnes ferè Regij Magistratus fatentur) quo supposito non potest dici oppressionem fuisse notoriam, cum talis solummodo consideretur quando exigitur notoriè indebitum, prout euenit in casu cuiusdam Canonici Regni Aragoniæ, qui pro quodam termino pensionis per eum in partibus, debito tempore solutæ legitimo Procuratori, fuit ad instantiam principalis Romæ degentis, & solutionem huiusmodi ignorantis per Auditorem Cameræ declaratus excommunicatus. Et quicquid sit Auditor Cameræ in nostro casu potuit procedere ex dictis *quæst. 3. 4. & 5.* & similiter sacra Rota, vt suprà hac ead. *quæst. num. 15.* comprobatur, iunctis iis, quæ infrà *quæst. 9.* adducuntur. Et denique Iudex executor litterarum Apostol. in Regno deputatus ritè, & rectè secundum praxim, & stylum in tota Hispania vigentem processit, vt clarè constat ex dictis *quæst. 7.* Vnde licet daretur aliqua occasio dubitandi an competentes, vel incompetentes essent, & vtrum in procedendo excesserint? adhuc dictus Iudex Regiæ Coronæ, dubio hoc stante, non poterat se intromittere, cum sibi obstaret dispositio dictæ Ordinationis, ibi: *De notoria oppressaõ ou força*: nihilominus 21

tamen

tamen de competentia dictorum Iudicum euidente apparet; de quo multorum annorum subsequuta obseruantia in Regno Portugaliæ exequendi eorum mandata, vt dictis locis abundè comprobatum est, nulla propter hoc habita querela apud dictum Iudicem Regiæ Coronæ.

Ad Ordinat. lib. 2. tit. 13. §. 1.

Habet hæc Ordinatio ne impetrentur Iudices
22 Apost. extra Regna, & dominia Regum Portugaliæ, ibi: *Nem impetrem Iuizes Apostolicos fora de nossos Reynos, e senhorios, nem requeirn perante elles cousa algua.* Inde colligit dictus B. Auditorem Cameræ, & sacræ Rotæ Auditores, Iudices esse extra Regna, ac contra formam huius Ordinat. à Sede Apost. impetratos, quod an verum sit patebit ex dicendis.

23 Et vt certa ab incertis separemus, sciendum est Auditorem Cameræ contra non soluentes pensionem duplicem habere iurisdictionem, dupliciterque posse procedere; vel enim procedit tanquam Iudex exequutor deputatus in litteris Apost. reseruationis (solent enim Romæ in omnibus Bullis, in quibus Iudices deputantur executores, tres nominari, quorum primus semper est Auditor Cameræ, alij duo sunt ex illis partibus vbi executio facienda est) & tunc cum sit Iudex Apostol. à Sede Apost. partibus petentibus impetratus, aliquibus visum est comprehendi sub dispositione huius Ordinat. licèt aliter in Hispania obseruetur; sed de veritate nihil dicendum in præsentiarum existimaui, quia hic non est casus noster.

24 Aut procedit tanquam Iudex Ordinarius Romanæ Curiæ, prout est, iuxta notata suprà *quæst. 3. num. 9.* quando cognoscit vigore contractus Camerali obligatione firmati cum destinatione solutionis inibi faciendæ, & præhabita, quatenus opus esset, proprij fori renunciatione, vt in puncto est casus noster, & tunc dubitari non potest illum minimè comprehendi sub eius dispositione, ex sequentibus.

25 Primò, quia non potest dici à Sede Apostol. per partes contrahentes impetratus, cum ex vi ordinariæ iurisdictionis sibi à lege ratione officij concessæ, in hac causa, procedendum esse duxerit, vt constat ex mandatis, & declaratoriis litteris, quæ per illum relaxatæ fuerunt.

26 Secundò, quia si nullibi prohibetur Lusitanis extra Portugaliam contrahere, cur illis permitti non debet, quod in consequentiam contractus celebrati venire solet, iuxta text. *in cap. prudentiam, §. si vero, de offic. deleg.* attenditur enim, quod principaliter agitur, non quod incidenter, *l. 1. ff. de auctor. tutor. l. is qui. ff. de liber. causa*, cum aliis citatis à Gonçal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. §. 1. num. 35.*

27 In consequentiam venit, quod eo ipso, quòd quis in aliquo loco contractum celebrat, statim in eo forum sibi acquirat, *cap. fin. de foro compet. l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudic.* iunctis traditis per me suprà *quæst. 5.* & etiam Iudex loci contractus auctoritatem acquirit cognoscendi inter ipsos contrahentes (inibi scilicet repertos, aut expressè illius foro se submittentes, vel proprio renuntiantes, vt in casu nostro) ac si essent sui subditi domiciliarij, vel originarij, vt in his terminis optimè resoluunt Salgad. *de protect. Regia, tom. 1. part. 2. cap. 17. num. 6.*
28 D. Barbos. *in d. l. hæres absens, §. 1. num. 7.* Quæ fictio in hoc casu idem operatur, quod veritas, *l. 1. ff. de adoption. l. cum ex oratione, ff. de excus. tutor.* Et tantum valet in casu ficto, quantum veritas in casu vero, *cap. ab audientiam, de Cleric. non resid.* Euerard. *in topicis legalibus in vi fictionis, num. 4. cum seqq.* Gonçal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. fi. num. 28.* cum aliis citatis per me *Axiom. 97.*

Quod quidem non ex mera voluntate, & con- 29
sensu contrahentium procedit, ita vt in fraudem legis fieri locus sit præsumptioni, sed à lege ipsa, quæ sic contrahentibus authoritatem præstat nouum acquirendi forum absque aliquo sui ministerio, ad tradita per Rip. *in cap. 1. num. 68. de iudic.* & per Cou. *practic. cap. 19. num. 5. vers. Nono.* Ob quam rationem potestatem illam, quam obtinet Iudex loci contractus super contrahentes alterius Regni originarios, seu domiciliarios, prorogationem necessariam, consequutiuam, & accessoriam eidem contractui vocant Doctores, ac proinde validè fieri posse non obstante dispositione huius Ordinationis resoluit in his terminis D. Barbosa *in l. 1. art. 3. num. 173. ff. de iud.* ibi: *Item valere posse* (prorogationem scilicet) *si contractus sit celebratus extra Regnum, nam tunc valebit prorogatio facta in Iudicem contractus etsi in extraneo Regno iurisdictionem habeat.* Faciunt quæ suprà adduxi *quæst. 3. 4. & 5.* vbi respondi ad aliqua, quæ in contrarium adduci poterant. Et conducunt adducta per Thom. Valasc. *alleg. Iuris, tom. 1. alleg. 72. num. 2.* dum resoluit contractus per Lusitanos extra Regnum Portugaliæ celebratos regulandos esse secundùm Ordinationes, & consuetudines illarum partium.

Optarem maximè, vt sicut nostri desiderant, sta- 30
tuta, & Ordinationes suas obseruari, eodem modo debeant facta in alieno Regno iuxta illius consuetudines, & leges obseruanda proponere, illisque venerationem præstare, & custodiam. Memini me Romæ Lusitanos cognouisse, qui cum vxores in Lusitania ducerent, maluerunt cum eis in Romana Curia vitam transigere, sed ibi dubitatum fuit aliquando an dotales scripturæ in Lusitania factæ per chartam medietatis iuxta Regni consuetudinem, essent Romæ obseruandæ, vbi solet contrahi per dotem, & arrhas; sed fuit semper resolutum præfatas dotales scripturas, eo modo, quo in Lusitania celebratæ fuerunt, esse Romæ inuiolabiliter obseruandas. Sic cum de anno 1619. Vlyssipone diem vltimum clausisset nobilis quidam Mediolanensis, & ibi suum conderet testamentum, eius filij, inter quos fuit R.P.D. Litta vtriusque signaturæ S.D.N. Papæ Referendarius, contendere cœperunt circa hæreditatis partitiones, & dum Romæ circa illas controuerterent, fuit resolutum faciendas esse Vlyssipone, vbi testamentum conditum extitit, & iuxta Regni Portugaliæ statuta, & Ordinationes, secundum ea, quæ resolui suprà *quæst. 3. cum seqq.* Si ergo Romani Magistratus venerationem hanc, & custodiam Ordinationibus Lusitanis præstant circa contractus, & vltimas voluntates in nostro Regno celebratos; cur similiter, & nos contractibus Romæ celebratis eandem non præstamus venerationem, & custodiam? Non est meum hic tractare, sed tantum de interesse proprio agere, & ideo ad alia transire operæ pretium duxi.

Ad Breue Iulij III.

Portugaliæ Regibus à Sede Apost. indultum as- 31
serit D. Gabriel Pereira *de manu Regia, p. 1. cap. 9. num. 15.* ne causæ criminales, ciuiles, & mixtæ è Regni finibus extrahantur, vt à Iudicibus exteris iudicentur; Breue autem huius indulti refert, *part. 2.*

part. 2. cap. 6. numero 14. in hæc verba.

31 *Iulius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem prouidere, ne quod in bonorum fauorem indultum extitit, iis, qui Christianæ Religionis decorem suis flagitiis deturbare non verentur, delinquendi licentiam in delictis patrocinium cum impunitate subministret. Hinc Christianissimus in Christo filius noster Ioannes Portugaliæ, &c. Algarbiorum Rex Illustris nobis nuper exponi fecit, quod cum nonnulli Clerici, tam in minoribus, quam in sacris Ordinibus constituti, & Beneficiati, ac alij, tam seculares, quàm Regulares personæ Portugaliæ, & Algarbiorum Regnorum, ac aliorum Dominiorum ipsius Ioannis Regis, præsertim facinorosi, & diuersis criminibus obumbrati, magis ne liberius in suis delictis insordescant, & suorum delictorum impunitatem diutius consequantur, suosque aduersarios molestare valeant, cum primum sibi alicuius delicti, seu criminis conscij extiterint, aut ex quauis occasione se in causam tales trahi posse præsentiunt, suorum Ordinariorum, ac Iudicum, & Officialium eorundem Regnorum, & Dominiorum iurisdictionem declinant, ipsiusque Ordinariis, Iudicibus, & Officialibus per diuersas commissiones, litteras, & rescripta à Nobis, & Sede Apostolica, aut illius Nuntiis, & Legatis per eos obtenta, vel potius extorta sub certis grauaminibus in illis expressis, censuris, & pœnis inhibere, ac commissiones, litteras, & rescripta huiusmodi Iudicibus extraneis extra Regna, & Dominia prædicta commorantibus, delictorum, & criminum causas, ac delinquentium eorundem demerita ignorantibus, & vt plurimum eorum aduersariis suspectis, ad quos aduersarij ipsi pro beneficio iustitiæ consequendæ se commodè conferre non audent, neque possunt, idque si possint, vel audeant, ab eo tamen ob nimios labores, & expensas in persecutione causarum huiusmodi, præsertim in partibus alienis subeundas, & faciendos causantibus, & non minus longè, periculosisque itineribus, & viarum discriminibus reuocantur, committi procurant, quo fit vt locorum Ordinarij, aliique Iudices prædicti, eorumque officiales, Promotores, & Procuratores fiscales, Clericos, & laicos, etiam enormibus delictis, & homicidiis notatos, prout illis incumbit, & iustitia debitum requirit, inquirere, coercere, & punire, atque ij, quorum interest, illos accusare, & in causam trahere non possunt; vnde Clerici, & laici præfati in suis malitiis insordescentes, suorum delictorum impunitatem, vel absolutionem facile consequuntur, & ad delinquendum longè procliuiores fiunt, ac à suorum aduersariorum petitione indebitè liberantur, in non modicum Christi fidelium scandalum, & iustitiæ perturbationem, ac status Ecclesiastici depressionem, atque non ad mala impunè agenda, sed ad iustitiæ adminiculum concedi debent litterarum Apost. non in abusum. Quare idem Ioannes Rex Zelo iustitiæ accensus cupiens omnibus iustitiam æqualitate ministrare, ac sceleratos quoscumque debitis pœnis mulctare, probos vero ab iniuriis releuari per dilectum filium Alphonsum de Alencastre eius consobrinum, & præceptorem maiorem Militiæ Iesu Christi Cisterciensis Ordinis, & pro eo ad Nos, & Sedem Apostol. Oratorem supplicare fecit, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostol. dignaremur. Nos igitur, qui omnibus præsertim Regia dignitate fulgentibus, & iustitiæ debitum exoptantibus personis fauorabiles esse debemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nulli Clerici, tam in minoribus, quàm Sacris, & Presbyteratus ordinibus constituti, seu Beneficiati, tam seculares, quàm quorumuis Ordinum Regulares personæ, & laici, super criminibus, & delictis per eos in Regnis, & Dominiis Ioannis Regis huiusmodi hactenus, & pro tempore quomodolibet perpetratis, aut rebus ad eos pertinentibus, vel alia quauis occasione litteras etiam in forma Breuis, aut rescripta à Nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore existentibus ad alios, quam in Regnis, & Dominiis Ioannis Regis huiusmodi commorantes Iudices, & personas directa in prima, seu alia quacumque instantia, & nunc motas, & indecisa pendente, & cum præsentium litterarum speciali, & specifica mentione, & expressa derogatione ex quauis causa etiam per viam grauaminis, & appellationis impetrare possit. Et si illa quandoque impetrauerint, ac eisdem extraneis Iudicibus communiter, vel diuisim committi obtinuerint, locorum Ordinarij, eorumque Officiales, & Promotores, & Procuratores fiscales, ac quomodolibet in causis ipsis interesse habentes, ac Iudices, & quæcumque alia persona Regnorum, & Dominiorum Ioannis Regis huiusmodi eisdem commissionibus & rescriptis, atque in eis appositis clausulis, necnon eorum vigore, seu prætextu emanantibus inhibitionibus, citationibus, decretis, mandatis, censuris, pœnis, & sententiis exinde subsequutis (nisi commissiones, & rescripta huiusmodi super supplicationibus manu nostra propria, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, & cum clausula Motus proprij signatis expedita fuerint) obedire, vel acquiescere minimè teneantur, nec ad id obligati existant; quinimò prædicti Ordinarij, Officiales, Promotores, Procuratores, Iudices Regnorum, & Dominiorum Ioannis Regis huiusmodi commissionibus, & rescriptis, atque exinde subsequutis citationibus, inhibitionibus, & decretis, mandatis, censuris, & aliis executionibus prædictis non obstantibus contra Clericos, & laicos, ac alias personas huiusmodi super criminibus, & delictis per eos perpetratis, ac bonis, & rebus contra eos quomodolibet motis inquirere, & per inquisitionem, aut ex mero officio, ac alias iuxta formam Iuris procedere, & punire, ac carceribus mancipare, causasque, & lites ipsas audire, cognoscere, & decidere, insontes absoluere, aliaque in illis necessaria, & opportuna facere exequi liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, ac si littera, & commissiones, & rescripta huiusmodi nullatenus emanassent, aut illis nominatim, & expressè directa fuissent, auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia statuimus, & ordinamus, ac omnes & singulas, tam criminalium, quàm ciuilium, ac etiam mixtarum causarum huiusmodi commissiones, & rescripta, ac alias, & gratiæ, litteras Apostolicas contra præsentium tenorem a Nobis, & Sede Apost. pro tempore emanata, necnon citationes, processus, executiones, & sententias exinde subsequutas, ac excommunicationes, & alias censuras, & pœnas promulgatas, sequestraque, & interdicta quomodolibet apposita, nullius roboris, vel momenti fore, & esse, ac eosdem Ordinariorum Officiales, Procuratores, & alios Iudices, atque quomodolibet interesse habentes, citationibus per easdem Iudices extraneos, vt præfertur, pro tempore factis obedire, differre, vel acquiescere nullatenus debere, ipsasque præsentes ex quauis causa de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu nostra intentionis defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, ac sub quibusuis, & illarum totum tenorem inserentibus reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis eis in toto, vel in parte derogantibus, etiam à Nobis, seu Romano Pont. pro tempore existente, seu dicta Sede, vel illius Legatis quomodolibet pro tempore emanatis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis per huiusmodi exceptas, & quoties emanabunt toties in pristinum, & validum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse, & censeri, ipsisque præsentibus nullatenus derogari posse, sicque per quoscumque quauis auctoritate fulgentes Iudices, & Commissarios, & causarum Palatij Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,*

facultate, & auctoritate, interpretari, & decidi debere, & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, non obstantibus præmissis, & Apostol. ac in Prouincialibus, ac synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, Constitutionibus & ordinationibus, necnon statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, & confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roberatis, priuilegiis quoque, indultis, ac litteris Apostol. & conseruatoriis quibusuis Vniuersitatibus, Ecclesiis, Monasteriis, locis, Militiis, & Ordinibus, eorumque superioribus & personis ac quibusuis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis etiam irritantibus, & aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, & approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamsi eis caueatur expresiè quòd illis nullatenus, aut nonnisi sub certis forma, & modo in eis expresso derogari possit, illorum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus prosufficienter expressis, & insertis habentes, illas aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresiè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Et quia difficile foret easdem præsentes litteras ad singula quoque loca, in quibus expediens fuerit, deferri, volumus eadem, & auctoritate Apostol. decernimus, quod illarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta, seu Curia Ecclesiastica munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbilibet adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die 21. Iulij 1554. Pontificatus nostri anno quinto.

33 Præfati Breuis vigore sunt qui dicant non posse in causis beneficialibus à Sede Apostol. impetrari S. Rotæ Auditores, cæterosque Romanæ Curiæ Iudices etiam per viam grauaminis, & appellationis, in prima à Iure illis permissa, seu quacunque alia instantia, quod est contra mentem Summi Pontificis, & expressa verba dicti Breuis, ex seqq.

34 Primò, quia Breue euidenter loquitur de causis criminalibus tantum, vt constat ex verbis procemialibus, ibi: *Hanc Christianissimus in Christo filius noster Ioannes Portugaliæ, & Algarbiorum Rex illustris nobis nuper exponi fecit, quod cum nonnulli Clerici, tam in minoribus, quàm in Sacris Ordinibus constituti, atque aliàs, tam seculares, quàm Regulares personæ Portugaliæ, & Algarbiorum Regnorum, ac aliorum Dominiorum ipsius Ioannis Regis, præsertim facinorosi, & diuersis criminibus obumbrati, vt magis ac liberius in suis delictis insordescant, & suorum delictorum impunitatem diutius consequantur, suosque aduersarios molestare valeant, cum primum sibi alicuius delicti, seu criminis conscij existunt, aut ex quauis occasione se in causam talem trahi posse præsentiunt, suorum Ordinariorum, ac Iudicum, & officialium eorundem Regnorum, & dominiorum iurisdi-*
35 *ctionem declinant*, &c. Quæ procemialia verba ostendunt, & declarant mentem Papæ concedentis; ad notata *in l. item quia, §. fit, ff. de pactis, l. cum hi in princ. ff. de transact.* Mascar. *de probat. concl.* 1284. *num.* 6. Gutiert. *pract. lib.* 1. *q.* 89. *à num.* 3. Nihil autem est vnde magis voluntas concedentis declaretur quam à præfatione, *l. cùm hi, in princ.* & *ibi* Bart. & Ias. *ff. transact.* Crauet. *cons.* 221. *numer.* 8. *vers. Septimo*
36 *verò*. Cum enim præfatio inducat causam finalem, *l. fin. ff. de hæredibus instit. l.* 1. *ff. ad Maced.* Rom. *cons.* 180. *numer.* 6. vbi loquitur in priuilegio, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 2. *à princip.* vbi agitur de statuto, Bullis, & rescriptis, cum aliis citatis per me *Axio.* 192. *num.* 1. aperit mentem concedentis, ita vt illa à præfatione vt à sua causa finali reguletur, limitetur, aut extendatur, *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legatis* 3. *l. si de certa*, *vbi* Bart. *Cod. de transact.* Bald. *in l. sub prætextu numer.* 12. *Cod. eodem*, Paulus de Castro *cons.* 332. *libr.* 1. Crauet. *cons.* 16. *numer.* 5. Vbi quòd verba sunt restringendi ad rem super qua exprimuntur, *l. si quis ita, ff. de testam. tutel.* Surd. *decis.* 217. *numer.* 6. Vbi quòd quando exprimitur certa causa, verba generalia vltra dictam clausulam nihil operantur, sed debent restringi ad eam, quando salua ratione recti sermonis restrictio fieri potest. Hic autem recti sermonis ratio postulat, vt fiat dicta restrictio, ne Pontificis gratia, seu concessio trahatur ad eos, quibus non conuenit ratio concessionis, ratio enim fine causa procemialis dicitur influere in dispositiuam, Rot. *decis* 454. *numer.* 4. *p.* 1. *diuers.* Vnde eadem Rot. apud Mohed. *decis.* 13. *de præben.* dicit, quòd in priuilegiis, & gratiis, non tam verba sunt attendenda, quàm mens consideranda: nam verba trahuntur ad mentem, & rationem, non è contra, Oldrad. *cons.* 9. *vers. Item cum Iura dicens n.* 3. & 4. Feder. de Senis *cons.* 4. *n.* 5. *vers. Multum, est*, iunctis aliis per me adductis, *Axio.* 148. *n.* 2.

Ratio procemialis dicti Breuis hoc ipsum aper- 37
te demonstrat, ibi: *Vnde Clerici, & laici præfati in suis malitiis insordescentes suorum delictorum impunitatem, vel absolutionem facile consequuntur, & ad delinquendum longe procliuiores fiunt, ac à suorum aduersariorum petitione indebitè liberantur*, &c. Et ideo ab hac ratione debet regulari dispositiuus, quia sicut corpus ab anima, ita dispositio à procemiali ratione regulatur, ex Ias. *in l. qui quadringenta, col.* 2. *ff. ad Trebell.* quem refero *Axiom.* 192. *n* 4. & ab ea intentio colligitur legislatoris, Angel. *cons.* 67. *incip. Municipalis lege n.* 2. *versic. de secundo.* Barbat. *cons.* 1. *n.* 1. *lib.* 4. & illius mens, *cap. ex multa* 9. *§. Secundo quæsiuisti, de voto*, Octau. Glorit. *resp.* 1. *s.* 3. *numer.* 136. Rot. *decis.* 619 *num.* 5. *p.* 2. *recent.* cum aliis adductis per me *Axiom.* 148. *n.* 7.

Nec eius dispositiuus aliud insinuat, quia in ea 38
sic dicitur: *Nos igitur, qui omnibus, præsertim Regia dignitate fulgentibus, & iustitia debitum exoptantibus, fauorabiles esse debemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nulli Clerici, tam in minoribus, &c. super criminibus, & delictis per eos in Regnis*, &c. Loquitur igitur de causis tantum criminalibus, & quamuis apertè non insinuasset, vt insinuauit; secundum procemialem rationem, de illis erat decisio omnino intelligenda, quia mens, & ratio statuentium præponderat verbis, Mari. Socin. *cons.* 35. *circa prædictam col.* 2. *vers. Et quamuis lib.* 1. Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. R. conclus.* 31. *numer.* 16. & attenditur magis quam dictum, *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legat.* 2. Brunor. à Sole *in locis communibus verb. ratio* 2. eo quod dictum per rationem ampliatur, & limitatur, *l. vnum ex familia, §. fin. ff. legat.* 2. *l. si is qui animo, ff. de acquiren. possess.* Surd. *cons.* 67. *num.* 20. *cum seq.* Octau. Glorit. *resp.* 2. *numer.* 35. *& resp.* 5. *n.* 58. Rot. *decis.* 10. *numer.* 2. *p.* 1. *recentiss.*

Cui interpretationi ex procemiali ratione, ac
narratiua, & dispositiua Breuis desumptæ non 39
obstat generalitas quorundam verborum dicti Breuis eius, ibi: *Aut ex quauis occasione se in causam talem, &c.* Quia particula, *talem*, est præcedentium restrictiua, *c.* 2. *de tempor. ordin.* Grat. *cons.* 54.

num. 15. *lib.* 1. Ego ipse *de diction. vsufreq.dict.* 398. *num.* 1. & est repetitiua certæ, & determinatæ qualitatis, Seraph. *decis.* 822. *num.* 2. Minus obstant alia verba paulò generalia, *Ac omnes, & singulas, tam criminalium, quàm ciuilium, atque etiam mixtarum*
40 *rum huiusmodi*, &c. Quia particula, *huiusmodi*, est relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, glos. *verb. huiusmodi, in cap. Abbate, & in cap. nemo, de elect. lib.* 6. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 4. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 338. *numer.* 6. & *decis.* 608. *num.* 6. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 387. *num.* 1. Rot. *decis.* 373. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* Debet igitur generalitas horum verborum restringi secundum procemialem rationem, à qua mens, & voluntas concedentis declaratur, vt supra probaui *in vers. Primo n.* 34.

41 Remanet vt explicem quid importent verba illa, *Ac omnes, & singulos, tam criminalium, quam ciuilium atque etiam mixtarum huiusmodi*, &c. Si enim Breue de criminalibus causis tantùm agit, ad quid de ciuilibus, & mixtis mentionem facit. Quia facile refuluitur obiectum si aduertamus dari triplicem causarum criminalium speciem. Vna dicitur propriè criminalis, quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantùm, seu ad publicam vindictam, vt per Mascard. *de probat. concl.* 463. Farin. *in praxi crim. p.* 3 *q.* 100. *à princip.* & alios quos retuli *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque Iuris signif. appel.* 44. *n.* 2. Marant. *de ordine iudicior. p.* 4. *dist.* 1. *n.* 2. Et hinc est, inquit ipse, quòd si aliquis ea delicto venit puniendus corporaliter ad publicam vindictam, dicitur causa criminalis, quia ex tali pœna corporali nullum commodum sentit priuatus, refert, & sequitur Bucearon *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. in procem.* 1. *n.* 3.

42 Altera dicitur ciuilis, quando pro delicto principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum, pro pœna scilicet pecuniaria parti applicanda, Ias. *in rub. C. de iudic. & in l. plerique, ff. de in ius vocando num.* 14. Clar. *in praxi crimin.* §. *fin. quæst.* 1. *in vers. Quarto igitur, & vers. seq.* Buccaron. *d. procem.* 1. *n.* 4. Camill. Borrell. *in summa decis. tom.* 1. *tit.* 42. *n.* 11. Cabed. *p.* 1. *decis.* 14. *n.* 4. Rot. *decis.* 19. *n.* 1. *de iudic. in antiq. & decis.* 113. *numer.* 2. *post tom.* 2. *consiliorum Farin.*

43 Tertia denique dicitur mixta, vbi pœna partim parti, & partim fisco venit applicanda, vt aduertunt Alex. ad Bart. *in l.* 3. *in princip. ff. de sepulchro viol. in lit.* D. & per Dec. *in rubr. de iudic. numer.* 52. *vers. Et causa mixta in* 2. *lect.* Bossi. *in pract. crimin. titul. de appellat. numer.* 8. vbi de communi, Ioseph. Ludou. *decis.* 71. vbi dicit hanc opinionem esse canonizatam per vniuersum Orbem, Cardos. *in praxi Iudicum verb. causa* 3. Cabed. *d. dec.* 14. *num.* 6.

44 Cùm ergo habeamus dari causam mere criminalem, ciuilem criminaliter intentatam, & mixtam, vbi pœna partim parti, & partim fisco venit applicanda; de his intellexisse Pontificem clarum est, tum ea ratione procemiali; & dictione, *huiusmodi*, cum qua videtur se referre ad causas, de quibus in principio egerat; tum etiam ea aliis supra adductis, in quibus probandis immorandum non est, cum sint notoria, & in dubium attento Iure reuocari non possint.

45 Secundò probatur euidenter Breue non agere de causis beneficialibus, quia etiamsi concedamus sine veri præiudicio, quòd comprehendat causas etiam mere ciuiles, contra verba, procemialem rationem, & mentem Pontificis concedentis, adhuc non comprehenderet causas beneficiales, cum appellatione causarum ciuilium, & criminalium illæ non veniant, vt pote quia aliam speciem constituunt à ciuilibus, & criminalibus distinctam, Lap. *alleg.* 70. Papon. *in addit. ad decis.* 27. *de procur. in nouis. vers. Qui dicit*, Pute. *dec.* 247. *alias* 241. *lib.* 2. *in correctis*, ibi: *Tamen fuit dictum, quod si erat procurator constitutus ad causas criminales, & ciuiles, non censebatur constitutus ad causas beneficiales, secundum* Franc. *in cap. qui ad agendum*, §. *procurator col.* 3. *vers. Tertio an in beneficialibus, de procurat. in* 6. &c.

Tertiò, quia non est credendum Iulium III. voluisse Sedi Apostolicæ & Sacræ Rotæ causarum Portugaliæ omnimodam cognitionem verbis hoc non importantibus, in perpetuum tollere, arg. *cap. super eo* 55. *de offic. delegati*, Grammat. *cons.* 2. *num.* 11. Gonçal *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 2. *procemial. numer.* 17. Tum, quia in generali concessione, vel sermone nunquam comprehenditur persona loquentis, vt læsa censeatur, *l. si mercedem* 53. §. *si habitatoribus, ff. de action. empti*, vbi glos. *verb. habitatio*, Rot. *decis.* 241. *n.* 5. & *seqq. par.* 1. *diuers.* 3. & in indiuiduo in statutis, legibus, & priuilegiis, Angel. *in l.* 1. *numer.* 6. *ff. quod quisque iuris*, Surd. *decis.* 13. *num.* 12. Lancellot. Gallia *cons.* 97. *ex numer.* 29. Alderan. Mascard. *de statutis conclus.* 5. *num.* 176. *cum sequentib.* Matiens. *l.* 6. *glos.* 5. *tit.* 15. *lib.* 5. *nouæ Recop.* Immo semper intelligitur excepta, *cap. fin. de offic. deleg. lib.* 6. Mand. *reg.* 11. *Cancel. cap. fin.* Surd. *cons.* 47. *num.* 19. *cum seqq.* Vbi quòd generale rescriptum, & generalis dispositio non comprehendit Principem concedentem; tum denique quia in quibuscunque concessionibus semper Principis auctoritas censetur præseruata, Natt. *cons.* 580. *numer.* 4. *vers. Nam prædictis*, Mench. *de successione creat. lib.* 2. §. 17. *num.* 88. *cum seqq.* Surd. *cons.* 152. *num.* 16. Papa enim nunquam censetur tantum concessisse quin maiorem auctoritatem sibi, & successoribus reseruauerit, *cap. dudum & cap. quamuis lib.* 2. *de preben. in* 6. Alphon. Soto *super reg.* 24. *Cancel. n.* 3. Aym. *cons.* 126. *n.* 4. *vers. itaque si Papa*, Cephal. *cons.* 135. *n.* 4. & *consil.* 168. *num.* 28. Et quicquid dicendum sit in Papa concedente an possit sibi ligare manus, vt non valeat dispositio contraria absque speciali derogatione, secus est in successore qui absque derogatione non habet manus ligatas, Prob. ad Monach. *in cap.* 1. *numer.* 11. *de constit.* Alphons. Soto *super reg.* 40. *num.* 4. & *reg.* 24. *numer.* 4. Rota *in Comaclen. seu Ferrarien. Præpositura* 15. *Decemb.* 1624. *coram bonæ mem. Remboldo, & in Cracouien. iuris legendi* 21. *Maij* 1627. *coram R. D. meo Coccino Decano.* 46

Quartò, quia D. Gabrielle Pereira *d. p.* 2. *de manu Regia cap.* 64. *num.* 44. dum colligit ex dicto Breui non posse Lusitanum per viam grauaminis, seu appellationis in secunda, seu alia vlteriori instantia ad Romanam Curiam appellare, loquitur expresse contra Ordin. Regiam *lib.* 2. *tit.* 10. *in princ.* quæ ita statuit, *Mandamos, que sendo algua sentença dada por Iuiz Ecclesiastico contra algum Clerigo, ou Beneficiado, ou cõtra leigo, no caso em que he de sua iurisdiçion, posto que à sentença dada contra o Clerigo naon seia sobre posse de beneficio; se o Clerigo, ou leigo appellar para a Corte de Roma, no caso em que podem appellar, è antes que o tempo do seguimento d'ella seia acabado pedir carta para que pendendo a appellaçio, se naon proceda contra elle por nossas Iustiças, nem seia preso, nem citado, nem lhe leuem penas de excomungado, hauemos por bem de lhe ser dada a cada hum delles quando mostrarem por escritura publica que appellaraçio, è seguem suas appellaçiones, posto que lhes naon sciam recebidas, por quanto* 47

asse

assi foi sempre vsado, è praticado, è se costumanas semelhames cartas ferem dadas pellos Desembargatores do Paço. Defendit ergo Ordinatio hæc appellantem ad Curiam Romanam ad effectum, vt pendente tali appellatione nihil innouetur. ac per consequens illa permissa debet censeri, & non prohibita, vt ex aduerso dicitur, & est ridiculum dicere appellationem posse quidem interponi ad Romanum Pontificem, sed vt ipse cognoscat, nec vt committat causam in Curia Romana cognoscendam, sed vt ad Regnum remittat, deputato in eo Iudice, qui ibi de illa cognoscat; frustra enim de Romana Curia mentionem fecisset dicta Ordinatio, sed tantùm de Pontifice committente, nam si Papa non posset causas huiusmodi ad ipsum appellatas, in Rota, vel aliis Iudicibus in Curia committere, excusaretur Curia Romana, quod non est dicendum, aut ferendum, nec vllatenus impediendus recursus ad eam, & esset quodammodo contra Bullam in Cœna Domini, vt optimè aduertit Valasc. *consul.61.num.7.*

48 Denique probatur irrefragabiliter ex pacifica possessione, in qua ab immemoriali tempore est S. Rota cognoscendi de omnibus causis beneficialibus, & aliis Ecclesiasticis ad eam per viam appellationis è nostro Regno deuolutis, quod constat ex innúmeris pene decisionibus Vlixbonen. scilicet Bracharen. Colimbrien. Visen. Eglitanien. Eluen quæ habentur in collectis per Farinacium, Seraphinum, Manticam, Cavaler. Gregorium XV. Burattum, Duran. pluresque alios ipsius S. Rotæ Auditores, ante, & post dictum Breue, vsque ad præsentem diem, & hoc tanquam indubitatum suo tempore præsupponit Valascus, vir quidem doctus, & Senator Regius, *d.consult. 62. per totum.*

49 Vnde dato; & non concesso, quòd dictum Breue potuerit capere alium sensum, vel eius verba quoad hanc dispositionem obscura essent, nihilominus tamen obseruantia hæc per tot annos subsequuta tolleret omne dubium, Bart. *in l.omissi opinatores num.14.Cod.de exact. tribut.lib.*10. Becc.*cons.* 140.*num.*21.& latè *cons.* 201.*num.*11. *lib.*2. Osasch. *decis.*156.*num.*4. Alex.*cons.*19. *col.*1.*vol.*3.*cons.*211.*in fine,lib.*6. vbi quod si statuta de gabella soluenda, essent in aliquo verbo dubia, tamen deberet attendi, quod ante fuerit obseruatum, nec erit recedendum ab intellectu, & interpretatione declaratiua, data communi obseruantia, Menoch. *cons.* 825.*num.*23.*lib.*9. Marta *cons.*143.*num.*21. Stephen. Gratian. *discept. forens.tom.*5. *cap.*825.*n.*14. & 15. Ramon *cons.*68.*n.*28.

50 Est enim generale, quod quælibet dispositio declaratur per subsequentem obseruantiam, *cap. cùm venissent*, vbi Imol. *num.*19.*de constit.* Cravet. *cons.* 294. *sub num.* 8. & *cons.* 459. *num.* 21. Natt. *cons.* 498. *numer.* 28. Beroi. *cons.* 91. *num.* 10. *vol.*1. Decian. *cons.* 44. *num.* 28. & 115. *vol.*4. Honded. *cons.*6. *num.*34.*lib.* 1. Cassanat.*cens.* 45. *numer.* 144. *cum seq.* Menoch. *cons.* 104. *num.* 13. & *cons.* 341. *num.* 23. Becc. *cons.* 101. *numer.* 49. *libr.* 1. Ioseph. Ludou. *consil.* 38. Valenz. *cons.* 52. *numer.* 45. *cum seqq.* Solorzan. *de Iure Indiarum lib.* 2. *cap.* 24. *ex numer.*84. nouissimè Castillo *tom.* 7. *de tertiis cap.* 31.*numer.*65. D. Mari. Cutelli *decis.* 20.*numer.* 80. & *in patrocinio pro Regia iurisdict. In quisitoribus Siculis concessa contron.* 1. *num.* 45. Rota apud Tamburin. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum decis.* 114.*n.*10.

51 Et ideo priuilegium, quatenus declarationem indigeat, declaratur ab obseruantia subsequuta, Coro.*cons.*193.*num.*10.*vol.*1. Socin. *consil.* 111. *in fine lib.*1. Osasch.*d. decis.*136. Honded. *cons.*92.*numer.*38. *lib.* 1. & *cons.* 60.*num.*11. *lib.* 2. & *cons.*35.*numer.*44. *eod.lib.*2. Obseruantia enim subsequuta dicitur priuilegiorum interpres, Ioseph. Ludou. *dicta conclus.* 38.*illat.*13. Roman. *consil.* 89. *circa fin. vers. Vltimò,* & *cons.* 271. *numer.* 3. Menoch.*cons.*390. *numer.* 16. Vincent. de Franch. *decis.*56.*num.*6. *par.* 1. Honded. *consil.*1.*n.*16.*lib.*2.

Et obseruantia interpretatiua declarat verba dispensationis, *l.si de interpretatione, ff.de legibus.* Aym.*consil.*101.*num.* 4. Seraph.*decis.*600.*num.*3. Rot. *decis.*574.*num.* 3. *p.*1.*diuers.* & *in Romana pecuniaria* 26. *May* 1627. *coram Cardin. Virili in vers. Quinto.* 52

Ac in interpretandis constitutionibus plurimum defertur obseruantiæ, *l.si de interpretatione, ff.de legibus cap.cum dilectus, de consuetud.* Aym.*cons.*294. *n.* 6.*vers.*21. Menoch.*cons.*276.*n.*19. Surd.*cons.* 362.*n.* 10. Rot. *decis.*455.*n.*1.*p.*2.*recentissim.* quod sine dubio quando verba sunt dubia, nam vbi fuerint clara, non est locus obseruantiæ interpretatiuæ, Aretin. *cons.*85.*num.*5. & *cons.*215.*n.*2. Rota *decis.*108. *n.*6.*p.* 2.*diuers.* & *decis.*37.*n.*27 *p.*2.*etiam diuers.* & *in Toletana Canonicatus Pœnitentiaria* 25. *Iulij* 1640. *coram R.D. Coccino decano.* Nouissimè post primam & secundam huius praxis impressionẽ ad manus meas peruenit Codex legum Siculorum à doctissimo D. Mario Cuteli in lucem editus, vbi dum ageret *de legibus Petri II.c.6.not.7.n.19. cum seqq.pag.*301. meminit præfati Indulti Iulij III.& iisdemmet nostris terminis sententiam à me suprà defensam, sequitur his verbis. *Quod si aliqua differentia ratio conducatur ex indultu Iulij III. Pont. Max. quo statuitur ne causæ Lusitaniæ finibus extrahantur, neve à Iudicibus exteris terminentur, hoc quòd ex speciali indultu proficiscitur: quoad cæteras prouincias nequaquam dispositionem variat: licèt existimarem hoc idem seruari ibi quoque debere ni aliud aduerseitur: quoniam si bene illud perlegi, de delictis, vel contractibus in illa ditione perfectis loquitur, quorum definitionem noluit alibi præterquam in Regno agitari; vt nec externorum Iudicum postulatio, ac designatio proficeret, nec à Regni finibus excessus. Cæterum quin si extra Regnum contraherent, vel delinquerent, forum ibi quoque sortirentur, non vetauit; nam hoc eius effectus esse pernoscitur, vt in illa specie pro incola, ac originario eius loci delinquens habeatur, vt supra ex Barb. in l.hæres absens §.1.n.7.tractatum est, ac euidenter constitutio Imperialis dictat in auth. de Consulibus, & in auth. de mandat. Princip. At indultum quin aliud domicilium possit constitui, quando eo animo non fit, vt legi fraus inducatur, non prohibet, ALIAS LVSITANOS OMNES HVMANA SOCIETATE (ut præter Regni fines contrahere possent) PELLEREMVS: vel loci delicti in præiudicium eius loci dominorum, quibus inquirendi ius quæritur, denegaretur, cum potius expressis verbis ex indultu colligatur loqui tantum de causis illis, quæ ibi debuissent eadem ratione terminari; ita dictant illa verba exordij, Quidam, &c. vt magis ac liberius in suis delictis insordescant, vt suorum delictorum impunitatem diutius consequantur, suosque aduersarios molestare valeant, cum primum sibi alicuius delicti conscij existunt, aut ex quauis occasione in causam talem trahi posse præsentiunt, suorum Ordinariorum, & Iudicum & officialium eorundem Regnorum, & dominiorum iurisdictionem declinant, &c. & inferius. Nulli, &c. super criminibus, & delictis per eos in Regnis, & dominiis Ioannis Regis huiusmodi hactenus, & pro tempore quomodolibet* 53

perpetratis, aut rebus ad eos pertinentibus, vel alia quauis occasione litteras etiam in forma Breuis, &c. *impetrare possint. Quibus ad idem sine vlla, aut aliqua dubietate pertrahor: præsertim dum supposita natura huiusmodi contractuum, qui executionem præseferunt, quicquid exequendum remanet, dum reus ibi moram agit, eiusmet Regni Iudici remittitur, nec persona aliter extrahuntur, nec processus. Quodque apud Auditorem Cameræ agitur, aliud non est, quam clausulas contractus præambulas in ordine ad executionem implere, vt expeditior Iudici executori via ad implementum promissorum pateat: quæ vt coram eo fierent, nulla ratio suadebat. Demum quoniam dispositio hæc ad euitandas, quæ in recta iudicia, excogitabantur fraudes, inducta fauori cederet eorum qui cum Roma contrahunt, eludere autem Auditoris Cameræ iudicia excogitant, quod eodem modo vitari debet, quo constitutum est, ne id in fraudem Lusitanorum Iudicum fieret, vt legem quam tulere, vel vt ferretur, rogauere patiantur, vt quisque Iuris quod in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur: neque enim quos mores quis pro se probauit sine iniuria in aliis reprobat l. 1. Cod. de inoffic. testam. & Pandect. tit. 2. quod quisque Iuris; his quoque fauet natura iudicij exactionis, nempe pensionis beneficij, cui quis in manu Sanctissimi cedit, cuique videtur ille, cuius gratia fit, se obligasse ad onus assumptum pendendum: huius enim generis causa coram eo agitari debent tum ratione loci contractus, tum quia beneficiales sunt, ex consideratis per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 2. proœm. n. 6. post Rot. decis. 36. n. 1. de appellat. in nouis: per quæ existimo recedendum esse à Pereira quoad hoc spectat, quoniam nullum secularibus Principibus agitur præiudicium, si causæ huiusmodi clericorum Romæ perfecta, Ordinario Prouinciarum exequenda transmittantur, cum nec reus, nec processus alibi trahantur, licèt Regius Iudex vices executoris sortiatur.* Hactenus d. Marius Cutelli. Tutissimum, inquit Viu. *decis.* 135. *num.* 4. *cum seqq.* se constituit pro victoria obtinenda, allegans decisionem legis, vel alicuius Doctoris in terminis; Caualcan. *decis.* 30. *num.* 38. *p.* 1. idem dicit his verbis. *Volo tibi tradere vnam medicinam his nostris temporibus propter tot scribentium auctoritates: quando habes causam aliquam, noli acquiescere donec legem, glossam, aut decisionem in terminis terminantibus inuenies, & postea illa inuenta, videas de veritate articuli, & librum mitte Iudici, vt faciebat pater veritatis D. Alex. in cons. 207. num. 5. vol. 4. quia hodie sunt pomposi Iudices, quod si non vident textum aut decisionem in terminis, nolunt credere, vt dicit Pract. Papien. formul. cap. quando testes, in fine art.* 113. &c.

54 Videat ergo pius lector, & attente consideret an in aliquo Concilij Trid. & Ordinationum Regiarum, ac dicti Breuis dispositioni contrauenerim, exequendo mandata Auditoris Cameræ, S. Rotæ, & Iudicis executoris in partibus deputati pro exigenda pensione mihi debita; & non soluta ritè, & rectè relaxata, vt quæstionibus præcedentibus, & sequenti latè probaui, non enim dicitur contradictio ea, quæ fit de Iure, vt de clausula contradictores resoluunt glos. & Doctores *in cap. pro illorum, de prebend.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 44. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. §. 1. *in annot. num.* 42. & alij per me citati de *clausulis vsufreq. claus.* 33. Nec potest dici legum violator, qui eas intelligit iuxta sensum Iuri communi consonum, per ea quæ adducit Pareos meos *in Remiss. ad Ordin. Regias Lusitan. in prælud. libri quarti.*

55 Adhuc in fortioribus terminis accipientes dictum Breue, illudque (vt contrarij volunt) ad omnes causas extendentes, contra eius verba, mentemque Pontificis concedentis, existimamus locum non habere in nostro casu; tum quia apertè agit in criminibus, & delictis in Portugalia commissis, ibi: *Super criminibus, & delictis per eos in Regnis, & Dominiis Ioannis Regis huiusmodi hactenus, & pro tempore quomodolibet perpetratis*; ergo non loquitur de delictis extra Portugaliam commissis, proindeque nec contractibus alibi, quam in Portugalia celebratis, valet enim argumentum, à delictis ad contractus, *l. omnes l. tam ex contractibus, ff. de iudic.* Cardin. Tusch. *practic. conclus.* 10. 1. *lit. A. concl.* 507. *n.* 26. cum aliis citatis per me *de locis communibus, argumen. Iuris loco* 35. Nam quoad hoc æquiparantur delicta, & contractus, *cap. vlt. de iudic.* & quando duo casus sunt æquiparati, dispositum in vno censetur dispositum in alio, glos. *verb. aduocandum in l. mancipia. C. de seruis fug.* glos. *in cap. si postquam, de elect. lib.* 6. cum aliis citatis per me *Axiomat.* 39. *n.* 9.

Iustum est enim, vt Princeps, qui vult punire de- 56
licta in suo Regno commissa, & contractus in eo celebratos obseruari facere priuatiuè quoad alios permittat, & ipse, vt idem fieri possit ab aliis Principibus in suis Dominiis. Tum etiam, quia loquitur de causis commissis per litteras, & rescripta à Sede Apostol. emanata, ibi, *per diuersas commissiones, litteras, & rescripta à Nobis, & Sede Apost.* &c. In nostro verò casu non cognoscit Auditor Cameræ per speciale Sanctissimi rescriptum, sed vigore generalium facultatum Iure ordinario sibi competentium per ea quæ adduximus suprà *quæst.* 5. Tum denique quia agit dictum Breue de causis commissis Iudicibus extraneis, ergo non comprehendit illas, quæ non committuntur, sed mero Iure spectant ad Iudices, qui propter iurisdictionem, quam in partes contrahentes in suo territorio acquisierunt, non extranei, sed propriè naturales censentur; sicut & ipsi contrahentes tanquam veri originarij, & domiciliarij eius subditi habentur, quoad ipsum contractum, iuxta ea quæ notant Salgado *de Regia protect. tom.* 102. *cap.* 17. *num.* 6. D. Barbos. *in lege hæres absens, §.* 1. *num.* 7. *ff. de iudic.* Facit quia Roma est pa- 57
tria communis, Cicer. *in orat.* 2. *de lege Agraria, verò Romam esse omnium nostrûm patriam, dicit* Iul. Cæsar Bulenger. *lib.* 2. *de imperio Romano cap.* 5. *pag.* 315: *Romam à Modestino communem patriã appellari affirmat,* Plin. *lib.* 35. *cap.* 5. *appellans Romam vnam esse cunctarum gentium in toto Orbe patriam*, Restanc. Castald. *de Imper. q.* 103. *num.* 8. Paleoth. *de nothis, & spur. cap.* 3. *num.* 6. glos. *verb. compelli in cap. vlt. de foro comp. in Mandos. reg.* 10. *Cancel. q.* 10. *num.* 2. Sigism. Scacc. *de iudic. cap.* 66. *num.* 24. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. sedium erect. cap.* 16. *num.* 26. & 27. nouissimè D. Felician. de Vega nunc Archiep. Mexicanus *in relect. ad d. cap. fin. num.* 15. *de foro compet.* vbi *n.* 18. id intelligit quoad clericos & personas Ecclesiasticas, quia ibi residet Sedes Apost. & audientia causarum omnium Ecclesiasticarum spectantium ad ipsam Sedem, quamuis de facto contingat quod Summus Pontifex absens sit, seu mortuus, Stephan. Gratian. *discept. Forens. tom.* 3. *cap.* 569. *num.* 14. & 15. Gabr. Pereira *decis.* 2. *num.* 13. Valenzuel. *cons.* 200. *num.* 13. Ita vt omnes Romæ habitantes dicantur esse in propria patria, ac proinde Iudices ibidem existentes non tanquam extranei debent quo ad eos censeri, & maximè si sint Clerici, iuxta notata *q.* 3. *vers. Denique num.* 11. Vnde prouenit, vt qui exulatur à ciuitate, vel oppido vnde originem ducit, eo ipso exulatur etiam ab Vrbe Roma, vti patria omnium communi, vt *in l. fin. ff. si seruus exportandus*

portandus veniat, Marian. *in d. cap. vlt. n.* 13. Alberic. *in l. Roma, n.* 3. *ff. ad municip. & in diction. verb. Roma*, Farin. *fragm. crimin. part.* 1 *lit. D. n.* 197. Scip. Rouit. *super fragm. Regni Neapol. tit. de contumacib. n.* 8. *&* 9. Valenzuel. *d. cons.* 200. *n.* 15.

58 Ex quibus omnibus fit consequens ordinationes præfatas nihil probare ex quo veniat impedienda executio mandatorum, & declaratoriarum Auditoris Cameræ, & S. Rotæ, ac Iudicis executoris in partibus deputati, nec adest lex aliqua Regni, quæ hoc prohibeat, nihil enim euincit aduersarij malitia, dum affirmat me plura allegasse in hac causa contra Regiarum ordinationum dispositionem; omnes enim valde eorum audaciam admirantur, qui talia falsò affirmare non erubescunt, vt sic amisso ministrorum sæcularium fauore causam perdere coactus sim; sed quis credet me ignorasse Concilij Trident. dispositionem, quod olim non infructuosis Remissionibus, & hodie copiosis Collectaneis exornaui? Quis dicet me non considerasse Ordinationes Regias, cum mea opera, & diligentia super illis vtilissimas ediderit remissiones doctissimus Parens meus, quem non minus naturæ, quàm doctrinæ meæ reuereor auctorem; credendum est igitur me inuidia potius quàm lege persecutionem hanc, & animi afflictionem pati, quæ in causa est, vt à libris meis penitus distentus non possim vltimam imponere manum Collectaneis in Ius ciuile vniuersum, opus omnibus in Iure versantibus maxime vtile, & necessarium.

Vtrùm, & quando executor literarum Apostolicarum pensionis in regno deputatus teneatur exceptiones oppositas per Titularem contra earum executionem admittere, vel reiicere, seu iudicio Ordinarij discutiendas remittere?

QVÆSTIO VII.

1 *Iudex executor pensionis quomodo ad eius exactionem procedi debeat ostenditur.*

2 *Exceptio non potest impedire effectum excommunicationis iam productum.*

3 *Factum legitimè retractari non debet licet casus postea euenerit à quo non possit inchoari.*

4 *Causa quando produxit effectum perfectum, & consummatum, licet possit cessare ipsa causa, non tamen cessat effectus.*

5 *Nullitatis intrinseca exceptio nescit cessare executionem.*

6 *Nullitas opposita facit cessare executionem quando ex ipsis actis, & contextu probabatur, nec altiorem indaginem requirit.*

7 *Nullitas, quæ constat ex actis, dicitur intrinseca inhærens visibus instrumenti.*

8 *Probatio quando dicatur fieri in continenti.*

9 Ordinatio Regia lib. 3. tit. 25. §. 1. *expenditur, & n.* 16.

10 *Exceptiones, quæ ab extrinseca sunt probanda, & requirunt altiorem indaginem, potest executor remittere Ordinario.*

11 *Iudex executor, qui exceptiones altiorem indaginem requirentes remisit Ordinario, non tenetur interim in executione supersedere.*

12 *Executionem non impedit nullitas extrinseca, nec illa, cuius probatio altiorem requirit indaginem.*

13 *Possessorium exequutiuum abhorret exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

14 *Iudex cognoscens exceptiones per calumniam oppositas fuisse, vt executio retardetur, non debet eas admittere.*

15 *Iudex tenetur calumniis obuiare.*

17 *Appellatio à sententia lata per executorem pro soluenda pensione emissa à possessore condemnato non est admittenda.*

18 *Exceptio nullitatis si repellatur nullo modo ad Regem patet recursus.*

19 *Iudex executor an possit procedere contra Capitulum pro terminis pensionis decursæ de tempore vacationis beneficij, ostenditur, & num seqq.*

20 *Gregorius XIII. & Clemens VIII. declararunt Capitula Elboren. & Vlixbon. teneri soluere pensiones tempore vacationis Canonicatus decursas.*

21 *Decisio aurea S. Rotæ quoad hoc propositum refertur.*

22 *Dictio*, quomodolibet, *comprehendit omnem modum, & omnia etiam vltra expressa.*

23 *Verba*, quibusuis aliis, *comprehendunt maiora expressis, immo extranea, & dissimilia.*

24 *Pensio est onus reale, & sequitur beneficium.*

25 *Capitulum si bona fide fructus inter præsentes distribuat, an post talem distributionem teneatur soluere terminos pensionis decursa de tempore vacationis Canonicatus, ostenditur.*

26 *Scientia præsumitur circa facta & gesta ab amico, vicino, & socio.*

27 *Notorium factum est quod à maiori parte populi, Parochiæ, viciniæ, aut Communitatis scitur.*

28 *Executor solum habet iurisdictionem aduersus nominatos in commissione.*

29 *Executor vt contra nominatos possit procedere non est necesse quod sint nominati in indiuiduo, & expressè, sed sufficit quod comprehendantur in commissione per clausulas generales, tacitè, incidenter, aut virtualiter.*

30 *Exceptio defalcandi onus à titulari solutum non admittitur in iudicio possessorio si in*

eo petat Pensionarius manuteneri in ea summa quam exigere solitus est.

31 *Pensionis reseruatio posterior subsidio, & excusato est ab eo exempta, & immunis, secus, si fuerit anterior.*

32 *Exemptio in subsidio, & excusatio solùm durat pro illo quinquennio, nam in sequenti solet derogari exemptioni huiusmodi.*

33 *Exemptio Pensionis amplissima refertur, quam non diminuit posterior subsidy & excusati concessio.*

34 *Subsidy & excusati concessio solum afficit Pensionarios Hispanos quoad Regem.*

35 *Nisi concordia inita fuerit inter Regem, & Clerum Hispaniarum super modo soluendi, quia tunc afficit etiam totum Clerum inter se.*

36 *Principis concessio ita intelligi debet, vt respectu impetrantis aliquid operetur.*

1 IN quolibet debito petendo, cui via executiua competit, debet Aduocatus cauere ne verbis ad viam ordinariam spectantibus, puta damnandi, condemnandi, quoquomodo vtatur, sed ad executiuam propriè pertinentibus, hoc est, compellendi, soluendi, &c. aliàs pars præiudicabit, quia ordinaria via slecta, non ei postea ad executiuam patebit regressus, Burg. de Pace *cons.* 39. *n.* 7. Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *c. fin.* §. 1. *n.* 17. & 18. & §. 11. *n.* 20. Valasc. *cons.* 88. *n.* 9. Villadieg. *in politica cap.* 2. *n.* 52. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 6 *n.* 192. Sigism. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *c.* 62. *n. vlt.* & *c.* 76. *n.* 9. *post princ. vers. quia qui potest agere, & de appellat. q.* 17. *limit.* 9. *n.* 45. Garc. Mastrill. *decis.* 157. *ex n.* 1. *p.* 2. Cancer. *var. lib.* 1. *c.* 17. *de appellat. à n.* 34. & *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 91. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 39. *n.* 5. Matescnt. *var. resolut. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 4. Mar. Antonin. etiam *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 29. *n.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 118. *à n.* 49. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 7. *p.* 5. *glos.* 2. *n.* 30. Cenci. *de censib. p.* 2. *c.* 2. *q.* 5. *art.* 6. *n.* 28. Salgado *de protect. Regia, p.* 3. *c.* 4. *n.* 60. & *p.* 4. *c.* 7. *n.* 172. Mari. Giurba *decis.* 55. *n.* 18. & *decis.* 74. *n.* 11. & *decis.* 100. *n.* 53. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis c.* 27. *per tot. maximè num.* 18. Quod verum est vbi lite contestata in via ordinaria actor ad executiuam progredi vult; secus si lis non fuerit contestata, quia ad executiuam tunc actor redire refusis expensis poterit, Francisc. Auiles *ad c.* 30. *Prætor. verb. execucion n.* 2. *ad fin.* Gutier. *d. q.* 39 *n.* 6. Stephan. Grat. *d. c.* 118. *à n.* 51. Hermosilla ad Greg. Lop. *l.* 56. *gloss.* 11. & 12. *n.* 158. & 159. *tit.* 5. *part.* 5. Ioan. à Sande *decis. Frizicarum lib.* 1. *tit.* 7. *de except. definit.* 1. Vnde praxis & stylus Romanæ Curiæ, vbique terrarum communi calculo obseruatus obtinuit, vt cum Iudex executor deputatus in litteris Apostolicis pensionis procedere vult contra recusantem eam soluere, monitorium expediat cum clausula iustificatiua, vt scilicet soluat intra tot dies, aut infra illos compareat ad allegandam legitimam exceptionem, quo termino transacto, si nihil alleget, vel exceptiones producat illius qualitatis, quæ executionem retardare non possint, tunc Iudex executor declarat eum excommunicatum: de qua praxi, & stylo etiam in tota Hispania vigente attestantur Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *à n.* 532. & Franc. Salgado *de Regia protect. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 31. *cum seqq.* Nec tenetur in ferenda huiusmodi sententia excommunicationis seruare formam decreti Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 3. cum facultas illi data in litteris Apostolicis excommunicandi morosum in solutione pensionis non censeatur data in subsidium, vt refert decisum Nicol. Garc. *d. c.* 5. *num.* 587. vbi tamen *in addit.* subdit, quod licet *in vna Illerden. pensionis* 13. *Nouemb. is* 1593. *coram Orano*, Rota dixisset sententiam Auditoris Cameræ latam contra resignatarium ob non solutionem pensionis resignanti reseruatæ fuisse nullam, ideóque reuocandam, quia non fuit in potestate Auditoris Cameræ per sententiam declarare eum incidisse in censuras comminatas in monitorio ob non solutionem pensionis, nisi præmissis diligentiis requisitis de faciendo executionem realem, vel personalem, iuxta dispositionem illius decreti; hoc tamen asserit esse contra declarationem Sacræ Congregat. & tenorem ipsarum litterarum pensionis; quod ego intelligendum esse censeo locum habere quando Auditor Cameræ procederet vigore obligationis Cameralis, qua pensionarius ad pensionem soluendam obligatus existit, in quibus terminis malè reprehenditur à Garcia, refero ego ipse *in collectan. ad Concil. Trident. d. cap.* 3. *n.* 25. Potest enim Auditor Cameræ duplici iurisdictione vti, vt ostendi *q.* 6. *n.* 23. & 24.

Post cuius excommunicationis declarationem si pars alleget exceptionem legitimam, illa non poterit impedire effectum censuræ iam productum tempore habili, in quo nihil fuit oppositum, quod illum posset reprimere, arg. text. *in cap. pastoralis, § verum, & in cap. ad hæc, de appellat. cap. ad reprimendum, de offic. Ordin. cap. is qui, §. fin. de sent. excom. lib.* 6. & *est l. Regia Castella* 21. *tit.* 9. *part.* 1. Salgad. *d. tract. de Regia protect. p.* 2. *cap.* 5. *cum seqq.* vbi latè quando excommunicatio sub termino, aut conditione lata est, & intra terminum, aut conditione pendente contradicat, & appellet grauatus, tunc solùm suspenditur eius effectus, cùm adhuc non fuerit ad esse productus. 2

Quod vlteriùs comprobatur, quia ea, quæ legitime semel facta sunt, durant, quicquid postea contigerit; & quia factum legitimè retractari non debet, licèt casus postea euenerit, à quo non possit inchoari, text. *in l. pluribus, §. si placet, ff. de verb. obligat. l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, l. vt primum,* §. 1. *ff. de seruitut. l. in ambiguis, §. non nouum,* vbi latè Deci. *ff. de regulis iuris, l. fin. ff. de acquirend. possess. capit. factum legitime, de regulis Iuris lib.* 6. quæ Iura latissimè exornant plures relati à Castill. *controuers. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 4. & *de tertiis, c.* 21. *n.* 19. *cum multis seqq.* 3
Tum etiam, quia quando causa produxit effectum perfectum, & consummatum, licet possit cessare ipsa causa, non tamen cessat effectus. *l. fin. in princip. ff. unde liberi, l. sancimus, C. de administ. tutor.* cum aliis citatis per me *de Axiomat. Iuris vsufrequen. Axiom.* 40. *n.* 11. 4

Sed tota quæstio est de exceptionibus infra terminum oppositis an obstent executioni: in qua distinguendum est inter exceptiones intrinsecas nullitatis, seu subreptionis pensionis, quæ ex ventre, & contextu Bullarum, vel incontinenti probantur, & inter illas, quæ ab extrinseco sunt probandæ, & requirunt altiorem indaginem. In primo casu certum est, quod nullitas opposita facit cessare executionem, iuxta ea, quæ resoluit D. Gabr. Pereira *de Manu Regia tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 16. ibi: *Vnde regula est quod si ab illo, qui excipit, nihil est extrinsecus probandum, tunc exceptio expedit executionem, veluti si* 5

nullitas

nullitas constaret ex actis, vbi sit notoria, &c. *&* *n*.27. idem ferè resoluit, ibi : *Nullitas opposita facit cessare executionem quando ex ipsis actis, & contextu probatur, nec altiorem indaginem requirit*, &c. Ad idem faciunt quæ notant Giurba *decis*. 100. *num*. 8. Salgado *de Regia protect. part*. 3. *c*. 9. *à princip*. Catoc. *de exception. except*. 42. *n*. 44. *&* 46. vbi ait quod euidens, & notoria nullitas dicitur illa, quæ constat ex actis, & oculo corporeo ex lectura processus potest videri.

7 Vnde huiusmodi nullitatem, intrinsecam inhærentem ossibus instrumenti vocat Mari. Antonin. *var. resol. lib*. 2. *resol*. 3. *num*. 29.

8 Cessat etiam executio, vt supra tetigi, quando probatio nullitatis, seu subreptionis allegatæ offertur incontinenti, quæ tunc dicitur facta incontinenti, cum quis habet instrumentum præ manibus, illudque offert, & ostendit sine alia dilatione; ita Dec. *consil*. 424. *volum*. 2. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. libertis num*. 15. *C. de reuocand. donat. & de retract. lign*. §. 1. *glos*. 1. *ex num*. 10. Reinoso *obseruat*. 45. *num*. 13. Nulla est enim actio adeò priuilegiata, etiamsi executiua, & possessoria sit, quæ si contra eam opponatur exceptio releuans, & incontinenti probetur, non suspendat eius effectum, *cap. literas, de restitut. spoliat. l. si is à quo, ff. vt in poss. legat*. Menoch. *de recup. possess. remed*. 1. *quæst*. 21. *num*. 240. *cum seqq. & de retinenda remed*. 3. *q*. 75. *num*. 633. *& seqq*. Molin. *de primog. lib*. 3. *cap*. 13. *num*. 16. vbi resoluit, quòd dicitur probari incontinenti quando intra terminum à Iure assignatum instantiæ, & processui principali probantur, Azeued. *l*. 1. *num*. 158. *tit*. 21. *lib*. 4. *nona Recop*. Giurb. *decis*. 21. *num*. 1. *&* 2. Stephan. Gratian.
9 *discept. forens. cap*. 384. *n*. 9. Sed apud Lusitanos ex *Ordinat. Regia lib*. 3. *tit*. 15. §. 1. dicetur fieri probationem incontinenti, quæ per testes, vel scripturam fiet perfectè intra decem dies, & ideò consulerem Iudici executori in Lusitania procedenti, vt si pars vigore monitorij citata comparuerit, & intra terminum exceptiones produxerit, si releuantes fuerint, & admitten læ, decem assignet dies, intra quos si perfectè pars eas probauerit, tenetur in executione supersedere. Idem quoque videtur tenendum in Hispania, iuxta ea, quæ adducit Azeued. *d. l*. 1. *num*. 158. & D. Ioannes Alphonsus de Butron *in sua iuris allegatione pro Ioanne Garcia de Veldoñaz* admittendæ enim sunt in quacunque causa exceptiones, quæ intra decem dies à lege præfinitos probantur, vt optimè consuluit Fului. Pacian. *cons*. 10. *per tot*. Parlad. *lib*. 2. *rerum quotid. cap. fin. part*. 5. §. 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap*. 411. *n*. 25. *&* 26. Gaito *de credito, cap*. 2. *tit*. 9. *de apocha banchar. num*. 2232. Giurba *decis*. 21. *num*. 1. *&* 2. Salgad. *de Regia protect. p*. 4. *cap*. 7. *à princip*.

10 In secundo verò casu, quando scilicet exceptiones huiusmodi ab extrinseco sunt probandæ, & non incontinenti, ac proinde requirunt altiorem indaginem, tunc potest dictus Iudex executor eas Ordinario remittere, ad quem spectat prima instantia ad hoc vt de illis plenariè cognoscat iuxta tenorem Concil. Trident. *sess*. 24. *de reform. c*. 10. vt tenent in terminis Flores de Mena *var. quæst. lib*. 1. *q*. 12. *n*. 17. *cum seqq*. Aloys. Rice. *in praxi aurea resolut*. 339. Ioan. Maria Nouar. *in practica noui Iuris Pontificij, tit. de causis in prima instantia conclus*. 1. *aliàs* 54. *num*. 15. 16. *&* 17. Nicol. Garc. *de benefic. part*. 1. *c*. 5. *num*. 546. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p*. 1. *cap*. 5. *num*. 546. latè, & eleganter, D. Ferdinandus Azcon *in sua doctissima Iuris allegatione pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Fratre Antonio de Sotomaior Archiepiscopo Damasceno, Inquisitore Generali, & à Confessionibus Catholicæ Maiestatis, contra Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Valentinæ fol*. 5. *verso*, ibi : *Praterea, en satisfacion del primero fundamento se dize, que dado que sin embargo de las razones referidas pudiera auer alguna dificultad en la capacidad que oy tiene el señor Inquisidor general para obtener dicha pension, y que las excepciones que por parte del Cabildo se oponen fueron considerables, no puede el executor desta causa conocer de aquellas, porque todas ellas*, requirunt altiorem indaginem, *y siendo tales*, non extenditur iurisdictio executoris ad illarum cognitionem, &c. Et paulo infrà. *Deinde, se responde, que aunque es verdad, que regularmente, el executor en estos casos puede conocer de las excepciones, quæ oriuntur ex ventre rescripti; & per illius inspectionem de facili liquidari possunt, esto no procede quando el pensionario està in quasi possessione exigendi pensionem : porque en este caso, cum ratione quasi possessionis reddatur turbida, & dubia exceptio oriens ex ventre rescripti, & sic altiorem requirat indaginem, no puede el executor conocer della, assi lo resueluen en proprios terminos*, Pute. *decis*. 585. &c.

Remissa in hoc euentu dictarum exceptionum 11
causa ipsi Ordinario, illáque coram eo pendente, non ob id tenetur executor in executione supersedere, nec Ordinarius illi potest inhibere, aut aliquo modo impedire potestatem, quam habet, exequendi, vt optimè resoluit Nicol. Garc. *d. p*. 1. *cap*. 5. *n*. 525. ibi : *Pendente tamen causa nullitatis, seu reformationis pensionis coram Ordinario absque commissione, certum videtur non impediri executionem litterarum pensionis*, Flores *d. num*. 32. *Etiamsi oppositum esset de litis pendentia, & inhibitum, quia Ordinarius non potest inhibere executori, qui est superior : & quia executor est Iudex solius pensionis, Ordinarius verò nullitatis, & reformationis, & sic vnus non debet impedire alium*, Ceuall. *q*. 897. *num*. 909. & seq. *cum aliis, qui tamen male id intelligit quando pensionarius est in possessione percipiendi, non enim id necessarium, vt executor possit procedere*, &c. refert, & sequitur Salgad. *de Regia protect. p*. 3. *cap*. 3. *num*. 44. *&* 45.

In Iure enim constans est conclusio, quod execu- 13
tionem non impedit nullitas extrinseca, vt resoluit Mari. Antonin. *var. resolut. lib*. 2. *resolut*. 3. *n*. 29. nec illa, cuius probatio requirit altiorem indaginem, Ripa *in l*. 4. §. *condemnatum, num*. 1. *cum seqq. ff. de re iudic*. Caputaq. *decis*. 321. *p*. 1. Mohedan. *decis*. 4. *n*. 3. *de fide instrum*. Rota *in Firmana pensionis* 23. *Ianuarij* 1617. *coram R. P. D. Duran*, inter eius impressas *decis*. 60. Salgado *d. p*. 3. *cap*. 3. *à num*. 51. ibi : *Hoc autem, quod de exceptione nullitatis diximus, ita erit intelligendum, vt si non sit notoria, & euidenter de ea constet, sed requirat altiorem indaginem, siue cum ex litis pendentia simul, siue ipsa sola apponatur executioni, vtique obstare non tenetur ex iis, quæ per* Bart. & aliis *in l*. 4. §. *condemnatum, de re iudic*. Lancellot. *de attentat. tit. de attentat. nullit. pendent. & nos ex iis, quæ sursum diximus, & inferius in cap*. 9. *vbi latè, vt putà quando nullitas versatur circa extrinseca gratiæ pensionis, videlicet quando pensio fuit reseruata ex causa resignationis, aut cessionis Iuris, & litis, & disputatur de titulo, & Iuribus resignantis, vel de validitate concordiæ, quæ non impediunt, sed reseruantur iudicio Ordinario ; & procedunt Doctores supra secundum* Flores de Mena *d. quæst*. 11. *num*. 32. quem in hoc sequitur Garcia *suprà n*. 546. &c.

Idem tenet D. Gabr. Pereira *d. tom*. 1. *cap*. 9. *sub* 14
num. 16. ibi : *Si verò aliquid probatum est, & probatio altiorem indaginem requirit, executionem non impedit*, &c. Et huiusmodi possessorium executiuum abhorret exceptiones requirentes altiorem indaginem,

vt

vt per Pacific. *de Saluiano interdicto inspect.* 2. *n.* 42. vbi cumulat plures Rotæ decisiones.

14 Si verò cognoscat Iudex exceptiones per calumniam oppositas fuisse, vt executio retardetur malitiosè (prout tales præsumuntur quando ab extrinseco sunt probandæ, & non ex ventre, & contextu Bullarum, nec probatio offertur in continenti, vt in nostro casu) tunc non debet eas admittere, nec Ordinarij iudicio discutiendas remittere, sed tenetur omnino reiicere, vt patet Honded. *cons.* 17. *n.* 45. *vol.* 2. Giurba *decis.* 8. *num.* 8. Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *part.* 5. §. 11. *num.* 60. Salgado *d. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 24.

15 Iudex enim debet calumniis obuiare, & exceptiones ad intricandum, & procrastinandum iudicium oppositas etiam ex officio repellere, secundùm Innocent. *in cap. post electionem, de concess. prabend.* cum aliis per Foler. *in pract. crimin. in verbo etsi confiscantem in* 3. *p. tertia partis post num.* 50. & per Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 326. *cum seqq.* quos refert, & sequitur Salgado *d. p.* 3. *cap.* 6. *n.* 71. *cum seqq.*

16 Hoc idem ferè decidit Ordinat. Regia Lusitana *lib.* 3. *tit.* 25. §. 1. in casu, de quo loquitur, videlicet quando proceditur vigore alicuius instrumenti garentigij per assignationem decendij, ibi: *E nam prouando perfeitamente nos dez dias os embargos, è forem taes que prouados releuem da condenaçaõ, ò Iuiz ò condenara no contendo na scritura, è lhe receber à os embargos, è darà sua sentença a execuçaõ sem appellaçaõ, nem aggrauo.* Id est. *Et si non probauerit perfectè intra decendium exceptiones, qua tales proponantur, vt illis probatis non veniat reus condemnandus, tunc Iudex illum pro contentis in scriptura condemnabit, & exceptiones huiusmodi admittet, sententiámque suam, quacunque appellatione remota, executioni mandabit.* Adiongit verò eadem Ordinat. Regia, §. 2. *E em caso que ò Iulgador naõ condenar o Reo por lhe parecer que prouou seus embargos perfeitamente dentro dos dez dias, ou lhe receber os embargos, è o condenar por lhe parecer que os naõ prouou perfeitamente, a parte que se sentir aggrauada se podera aggrauar por instrumento, ou petiçaõ aos Superiores, porem naõ se sobrestarà na execuçaõ da sentença por causa de dito aggrauo.* Id est. *Et in euentu, quòd Iudex Reum non condemnauerit, eo quòd existimauit exceptiones perfectè non probasse intra decendium, aut illas admiserit, & condemnauerit, eo quod putauit eas perfectè minimè probasse, tunc pars qua se grauata senserit, poterit superiori per instrumentum, vel petitionem supplicare, sed ob causam dicta supplicationis non supersedeatur in executione sententia*; quid clarius? Has ordinationes refert Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 76. *n.* 46. vbi à princip. plura vna earum legum, & similium intellectus cumulat.

17 Vnde non est ferenda resolutio Iudicis omnino incompetentis, qui contra Iuris regulas, & expressas Doctorum resolutiones, de quibus suprà, voluit prætextu assertæ violentiæ, vt executor propter friuolas quasdam exceptiones aduersarij extrinsecis probationibus indigentes, ac altiorem petentes indaginem, teneretur illas, principaléque causam Ordinario via ordinaria discutiendas remittere, quod est merum delirium Iuris, vt non obscurè colligitur ex iis, quæ adducit Francisc. Salgado *de Regia protect. p.* 3. *n.* 5. ibi: *Quando autem pensio alicui reseruata fuit, eo quod beneficium resignauis, seu litigando cessit iuri, liti, & causa, super qua littera Papales fuerunt expedita, & tunc pariter neque à sententia lata super eis per executorem pro soluenda pensione appellatio emissa à possessore condemnato minimè admittenda est, nec in denegata dilatione violentia committitur, cum careat suspensiuo*, &c. Nec est admittenda altera eius resolutio, qua pronuntiauit debere Iudicem executorem expressè pronuntiare super exceptione incompetentiæ suæ iurisdictionis, quam opposuit aduersarius, & ante omnia declarare formiter super illius articulo, itaut exinde sequuta non facta huiusmodi declaratione nulla essent, & attentata; nam exceptiones personam Iudicis respicientes per processum ad vlteriora non reiiciuntur, Bart. *in l.* 2. *in repet. num.* 17. & *ibi* Ias. *n.* 45. *ff. si quis in ius voc. non ierit*, Vant. *de nullit. tit.* 14. *quibus mod. sent. nullit. possess. rep. n.* 9. Abb. *cons.* 14. *In causa seu quæst. num.* 3. *p.* 1. Maluas. *cons.* 73. *n.* 7. Garc. *de nobilit. glos.* 1. *n.* 25. Marc. Ant. Natta *cons.* 271. *num.* 3. *tom.* 2. Schrader. *de feud. tom.* 2. *p.* 10. *in praam. n.* 39. Grassis *de except. except.* 18. *num.* 15. quia respondetur aduersarium approbasse illius executoris iurisdictionem, dum coram eo super meritis causæ principalis exceptiones opposuit, & quamuis protestatus fuisset se id facere absque approbatione iurisdictionis, tamen protestatio huiusmodi tanquam contraria facto nihil operatur, ad tradita per Menoch. *cons.* 375. *num.* 28. Rot. apud Farinac. *decis.* 539. *num.* 6. *p.* 2. *recentior.* Præterea quando Iudex habet iurisdictionem, & pars aduersa tractat de elidendo illam ope alicuius exceptionis, tunc necesse non est, vt formiter fiat declaratio super competentia iurisdictionis, sed sufficit tacita, procedendo scilicet ad vlteriora, Franc. *in c. si duobus, de appellat.* Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 7. *à n.* 54. quos refert, & sequitur Salgado *de Regia protect. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 18. *num.* 26. Iudex enim in hoc casu ad vlteriora procedendo videtur oppositas exceptiones reiicere, *l.* 1. *C. de ordine iudic. l. à procedente*, vbi Bart. *C. de dilat.* Anton. Gabr. *commun. tit. de except. concl.* 1. *per tot.* Brunor. à Sole *in compendio resolut. Iuris, lit. I. verbo Iudex ad vlteriora procedendo.* Vnde prouenit, quòd ex quo Iudex executor in hoc casu habet indubitanter iurisdictionem ad procedendum contra debentes pensionem, licèt aduersarius ope exceptionis intendat illam elidere, non tenetur formiter super competentia iurisdictionis declarare, sed sufficit tacitè procedendo ad vlteriora, ita in his terminis Iudicis delegati resoluit Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapolit. cap.* 69. *de causis deleg. n.* 9. & doctissimè ponderauit D. Ferdinandus Azcon *in sua Iuris allegatione pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Fr. Antonio de Sotomaior Archiepiscopo Damasceno Inquisitore generali, & à Confessionibus Catholica Maiestatis contra Capitulum Metropolitana Ecclesia Valentina, fol.* 10. *vers. No haze dificultad.*

Ex quibus clarè conuincitur defendendi nullo modo posse iudicium, quod Iudex Regiæ Coronæ emisit reuocatorium sententiarum declaratoriarum, & mandatorum Cantoris insignis Ecclesiæ Vimaranensis executoris in litteris Apostolicis dictæ meæ pensionis deputati, dum scilicet eundem Cantorem inhibere fecit, vt dictas exceptiones, quas vti friuolas, & calumniosas summo cum iudicio reiecerat, Ordinario remitteret, mandando ne deinceps dictum B. ad pensionis solutionem compelleret, aut sententias, & declaratorias litteras, ac mandata, quæ in hac causa pronuntiauerat, exequi curaret, sub grauibus pœnis amissionis naturalitatis, & quod peius est, eundem B. post terminum elapsum, ac ante exceptiones per eum oppositas legitime excommunicatum iussit non habendum pro tali, deberéque admitti ad Officia diuina, & participationem fructuum, ac distributionum quotidianarum, arrogans sibi hoc casu cognitionem huiusmodi, quam nec per viam excogitatæ violentiæ 18

poterat

poterat vsurpare, vt in terminis resoluit D. Gabr. Pereira *de Manu Regia p.1.cap.9.num.25.* ibi: *Primo casu opposita nullitate si talis exceptio repellatur, regulariter nullo modo ad Regem patet recursus, cum appellari possit ad Superiorem Ecclesiasticum*, &c. Quod est multum considerandum, ne tam facilè admittantur in Lusitania falsæ recurrentium querimoniæ, & tarò casus euenit, quòd aliquis ex huiusmodi recurrentibus repellatur improuisus, vel ei postulatum denegetur auxilium: audi casum inauditum, & Catholicas aures offendentem, quidam vt præceptum Ecclesiæ in Quadragesima adimpleret Communionem à proprio Parocho petiit, quem cum repelleret, eo textu, quod esset ab Episcopo excommunicatus denuntiatus, cuius excommunicationis absolutionem sibi reseruauerat; ex hac responsione Parochi tam iustè Communionem denegantis, dum absolutionem non obtinebat, subditus iste apud Iudicem Regiæ Coronæ Vlyssiponensis de illo Parocho querelatus est, & causam proposuit, quòd cùm vti Christianus fuisset in pacifica possessione quolibet quadragesimali tempore recipiendi Corpus sanctissimum Domini nostri Iesu Christi ab eo vti suo Parocho; ipse priuando illum tali possessione denegauerat Communionem, Iudex verò prædictus statim indicauit vim fieri in denegatione huiusmodi, & sub pœnis amissionis naturalitatis iussit eidem Parocho, immo coëgit, vt communicaret hominem illum; vidi processum, & acta propria, & valde admiratus sum. Aliter procedit supremum Regium Concilium Matritense, in quo assistunt grauissimi Patres Iurisconsulti eminentissimi, sapientissimi, & integerrimi, in his materiis consideratissimi, & rarò euenit casus, quo illi Iudices Ecclesiasticos vim facere declarent, & vt plurimum Ecclesiasticam sustinent, & non destruunt iurisdictionem, & lætus obseruaui, quod in hoc mense Ianuarij 1635. intra quindecim fere dies quatuor causas per viam violentiæ ex Tribunali Illustrissimi D. mei Nuntij ad dictum Consilium Regium delatæ fuerunt, & in omnibus integerrimi illi Consiliarij declararunt nullam vim fieri partibus querelantibus, & re vera abominantur illos, qui hoc prætextu sine iusta, & euidenti causa, & violentia, ad eos accedunt. Etenim si Iudex executor teneretur quascunque exceptiones coram se oppositas Ordinario remittere, nec amplius posset ad executionem procedere, nec de illis cognoscere in casibus supra enarratis, non habito respectu an sint friuolæ, vel calumniosæ, seu an ab extrinseco veniant probandæ, vel earum probatio altiorem requirat indaginem, nullus recusante titulare suam posset exigere pensionem, sed cuicunque ansa præberetur calumniandi, & differendi illius solutionem, & sic in potestate debitoris esset obiiciendo quascunque exceptiones, excludere viam exequutiuam, & omnia Iuris remedia pro expedita pensionum exactione ob bonum publicum inuenta malitiosè eludere; quomodo ergo, qui ex Regis gratia pensiones obtinent, in tuto essent quin contra eos huiusmodi posset rigore procedi, & sic esset commune omnium damnum, cui maximè mediis omnibus obuiare oportet.

19 Superest vt videamus an contra Capitulum posset Iudex executor procedere ad terminos pensionis decursæ de tempore vacationis beneficij, super cuius fructibus fuit reseruata, eo modo, quo potest procedere contra possessores titulares? Quidam existimarunt id minimè licere, quia Capitulum non consensit illius reseruationi; neque est successor consentientis, & quamuis succedat in fructibus applicatis distributionibus, illos iure proprio, & non alieno retinet; hanc partẽ sustinet Monet. *de distrib. quotid. p.3. q.8. à n.17.* & nonnulli, quos tacito nomine refert D. Ferdinandus Azcon *vbi suprà fol.6. verso.*

Verùm contrariam sententiam merito tuentur Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. tit. de pensionib. decis. 434.* Ceuall. *commun. contra communes lib.4. q.897. n.505. cum seqq.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.5 §.4. à n.44.* Garc. *de benefic. p.1. c.5. n.122.* Marescot. *variar. resol. lib.2. c.18. à n.51.* Bonacin. *de distribut. disp.2. q.6. puncto 3. n.11.* Ego ipse *in tract. de iure Ecclesiast. vniuerso, lib.3. c.11. n.93. circa fin.* & me citato in hoc loco neruosè D. Ferdinandus Azcon *citato loco*, & maximè post Gregorium XIII. qui declarauit Capitulum Ecclesiæ Elboren. teneri soluere pensiones tempore vacationis Canonicatus decursas, idem declarauit Clemens VIII. contra Capitulum Vlixbonen. quarum declarationum meminit Nicol. Garc. *d. cap.5. à num.217.* & Rota apud Farin. *d. decis. 133. num.2. part.2. recentior.* Idem censuit Vallisoletana Cancellaria dum ad illam per viam violentiæ recurreret Capitulum Ecclesiæ Giennen. prætendens vim facere Iudicem executorem illud compellendo ad soluendas pensiones tempore vacationis decursas, & dicta Cancellaria tãdem concludit violentiam in hoc casu nõ fieri, vt tradit Ceuall. *d. lib.4. q.897. n.511. cum seqq.* Et in Senatu Curiæ Iustitiæ Aragonum temporibus proxime elapsis idẽ fuit iudicatum, non obstante consuetudine, seu possessione in contrarium, quam in his terminis iniustam, & iniquam appellant Crescent. *decis.3. de solution.* Gonzal. *d. §.5. num.44.* Maresc. *d. lib.2. cap.18. num.5.* Denique insigne Capitulum Toletanum conuocatis hac de re Canonicis Doctoralibus, & aduocatis ad videndum quid Iuris in hac quæstione, omnes vnanimiter censuerunt teneri soluere pensiones tempore vacationis Canonicatus diuersas, prout refert Ceuall. *d. q.897. n.505. cum seqq.*

Rationem huius resolutionis præstat Rota *in vna Colimbrien. coram bona mem. Cardin. Millino*, relata per Farin. *decis.133. par.2. per tot.* & maximè *n.2.* ibi: *Et præterea omisso hoc fundamento Domini firmarunt quòd quamuis pensio imponatur super distributionibus Scholastriæ, vel alterius Dignitatis, quæ non acquiruntur à Titulari ante præstitum seruitium; tamen intentio Papæ est grauare ab initio in fauorem pensionarij non solum illas distributiones, quæ acquiruntur titulari post seruitium, sed etiam eas, quæ sunt destinata Canonicatui, & Scholastriæ, quas titularis residendo, & inseruiendo acquisiuisset.* Quæ quidem ad hoc propositum antea decisio numeris seqq. quatuor refert fundamenta. Primum, quia in litteris Apostolicis reseruationis exprimitur valor distributionum, quæ debentur Titulari si inseruiat, & non valor illarum, quæ actu ei acquiruntur, vnde infertur Papam voluisse grauare distributiones ante præstitum seruitium, & acquisitionem Titularis. *Secundum*, quia pensio in fauorem Pensionarij reseruata fuit, cui sine aliquo seruitio est debita; & per consequens Papa voluit grauare distributiones ab initio non habito respectu ad seruitium Titularis. *Tertium*, quia si pensio non fuisset hoc casu debita, non esset annualis, sed euentualis pendens ex seruitio Titularis, & illius assistentia quod est absurdum, & contra verisimilem mentem Papæ, & stylum vsitatum, iuxta quem pensio omni tempore debet solui absque aliqua subductione ratæ tempore

vacationis. *Quartum*, quia ita statuit Summus Pontifex contra Capitulum Ecclesiæ Vlixbonen. vnde infertur Papam voluisse ab initio grauare huiusmodi distributiones in abstracto, quas lucraturus erat titularis seruiendo, siue massa particulares Canonicis sit assignata, siue non; ex quo prouenit Capitulum non posse amplius illas percipere in præiudicium pensionarij iure proprio per ius non decrescendi, siquidem Papa illas segregauit à massa Capitulari, & per consequens necesse est quod veniant ex iure accrescendi, quod transit ad Capitulum cum onere pensionis.

22 Confirmatur hæc resolutio ex clausulis apponi solitis in litteris Apostolicis reseruationis pensionum, quæ dum agunt de illis, qui ad eas soluendas cogi possunt, sic cantant. *Soluantur per F. eiusque successores pro tempore Præbendam & Canonicatum quomodolibet obtinentes*, ponderando particulam illam, *quomodolibet*, quæ ex sui natura importat idem quod, *quocunque modo*, vel *quolibet modo*, Parif. *consil.* 58. *num.* 10. *volum.* 1. Gozadin *cons.* 14. *num.* 22. & sic comprehendit omnem modum, & omnia etiam vltra expressa, Seraphin. *decis.* 313. *num.* 3. latè ego ipse *de dictionib. vsuf. dict.* 23. 329. & 330. Vnde manifestè colligitur Papam noluisse Titularem consentientem solum grauare onere solutionis, & eius successores in Canonicatu verè & propriè, hoc est obtinentes titulum præbendæ per Canonicam institutionem, sed etiam obtinentes Canonicatum quomodolibet, hoc est succedentes in fructibus, alias frustra adiungeretur particula illa, *quomodolibet*, si solus successor in Dignitate, & Præbenda per Canonicam institutionem teneretur soluere pensionem, quia iste taliter succedens vere, & propriè dicitor obtinere Præbendam.

23 Idem ea aliis verbis earundem litterarum circa fin. clarius confirmatur, vbi post illa verba, *non obstantibus quibuscunque constitutionibus Apostolicis, & consuetudinibus contrariis*, &c. additur. *Aut si F. aut successoribus prædictis, aut quibusuis aliis communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicuius minime teneantur*, ex quibus verba illa, *aut quibusuis aliis*, comprehendunt maiora expressis, immo extranea, & dissimilia, Couarr. *pract. quæst. cap.* 25. *num.* 3. Mandos. *in reg. Cancel. quæst.* 5 Caputaq. *decis.* 246. *n.* 6. *p.* 2. ibi: *Quod si quis impetraurt rescriptum contra talem Sacerdotem, & quoscunque alios, comprehendit rescriptum non solum Sacerdotes, sed etiam laicos.* Ex quo manifestè infertur teneri Capitulo ea vi illorum verborum, dato quòd non esset successor in Canonicatu, soluere pensionem de qua agimus; hoc ipsum bene insinuauit Rota *decis.* 407. *num.* 2. *part.* 1. *recentis.* siue *tom.* 1. *in posthumis Farin.* vbi post illam clausulam, *Etiam Ascanio, aut quibusuis aliis ab Apostolica Sede sit indultum*, &c. addit verba sequentia. *Ex quibus verbis ibi, & quibusuis aliis satis apparet Papam cogitasse quòd pensio solueretur ne dum à Commendatariis, verùm etiam ab aliis, qui non essent Commendatarij.*

24 Non obstat quòd contrariæ opinionis Auctores pro sua tuenda parte superius dedocebant quia Capitulum hoc casu succedit eo modo qui sufficit ad hoc vt teneatur pensionem soluere cùm sit successor in fructibus, & distributionibus super quibus est imposita pensio. Et proot successor in beneficio tenetur soluere pensionem, quia pensio est onus reale & sequitur ipsum beneficium super quo fuit reseruata, Gig. *de pensionib. q.* 40. *n.* 1. Rot. apud Farin. *decis.* 352. *n.* 1. *p.* 2. *recentior.* & *decis.* 407. *n.* 2. *tom.* 1. *recentissimar.* ita etiam successor in fructibus tenetur illam soluere pro tempore, quo illos percepit, quia pensio non solùm super beneficio, sed etiam super fructibus imponitur, immo potius magis videtur imposita super fructibus, quam super ipso beneficio, prout resolui in meo tract. *de iure Eccles. vniuerso lib.* 3. *c.* 11. *n.* 93. *circa fin.*

Sed difficultas non modica versatur an hucusque dicta procedant eo casu, quo litteræ Apostolicæ reseruationis pensionis non fuerunt Capitulo intimatæ antequam fructus, super quibus est reseruata pensio, distribuerentur inter præsentes? ansam huic dubio præbuit, Gonzal. *d. glos.* 5. §. 5. *num fin. vers. Declara tamen*, ibi: *Antequam diuideret bona fide tales fructus, & distributiones*, &c. dum resoluit Capitulum quando bona fide distribuit fructus inter singulos, non teneri soluere pensionem, quia debetur à singulis. Contrarium resoluit Garc. *d. p.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 221. dicens hoc casu pensionarium habere electionem procedendi contra Capitulum, vel contra singulos. Quas quidem contrarias opiniones componit idem Garc. *d. cap.* 5. *num.* 224. dum ait suam opinionem procedere in casu, quo fructus non distribuuntur in integrum singulis diebus inter interessentes; vt verò subiungit sententiam Gonzalez habere locum quando fructus seu distributiones singulis diebus distribuuntur à Capitulo, cui primo loco, & immediate perueniunt, in integrum pro rata inter interessentes, itaut penes Capitulum nihil remaneat ex portione fructuum qui correspondét distributionibus illius diei. 25

Sed adhuc firma remanente resolutione Gonzalez non verificatur bona fides, quam ille exigit, in nostro casu, quia certum est Capitulum habuisse explicitam notitiam reseruationis pensionis huiusmodi, soluendæ per dictum B ex assidua conuersatione, amicitia, & vicinitate, vnde circa facta, & gesta ab amico, vicino, & socio præsumitur scientia, Bart. *in l. is potest num.* 18. *ff. de acquir. hered.* Bald. *in l.* 1. *num.* 11. *C. de cadnc. tollen.* Menoch. *de arbitr. casu* 186. *num.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 879. *num.* 11. & 12. & *conclus.* 1106. *n.* 16. Quod adeò verum est, vt in facto huiusmodi ignorantiam allegare, dicatur affectata ignorantia quæ scientiæ æquiparatur, Ias. *in l. si seruus plurium*, §. *si quis ante n.* 2. *ff. de legat.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 316. *num.* 56. Mascard. *vbi suprà n.* 30. & *n.* 32. Rot. apud Farin. *decis.* 364. *num.* 3. *part.* 3. *recentior.* & *decis.* 342. *p.* 2. *etiam recentior. n.* 2. & 3. ibi: *Huiusmodi autem ignorantia debet esse verisimilis, probabilis, & valde iusta, nec sufficit ignorantia crassa, & affectata: talis enim ignorantia crassa, & affectata pro scientia habetur, & ideò illa generica præsumptio ignorantiæ sufficit, quod in casu isto per contrarias coniecturas elidatur ad hoc, vt non possit peti restitutio; stantibus enim coniecturis scientiæ, ignorantia non est probabilis, nec verisimilis, quotiescunque adest præsumpta scientia allegantis ignorantiam non datur restitutio.* 26

Et quamuis nonnulli ex Capitularibus hoc ignorauerint, verè, & realiter, non possunt præiudicare aliis, quia sufficit, vt maior pars seiuerit non solùm ad constituendum Capitulum in mala fide quoad distributiones fructuum, super quibus pensio fuit reseruata, sed etiam ad confitendum scientiam interuenisse, quia versamur circa factum notorium, enim tale sit quod à maiori parte populi, Parochiæ, viciniæ, aut Communitatis scitur, quando factum ad populum, Parochiam, 27

seu

ſeu Communitatem pertinet, Capr. *in tract. de notorio memb.2. num.4.* Farinac. *in praxi crim.p.1.q.21. num. 45.* vbi cum Bart. ait: *Quòd quando factum ſui natura tale eſt, vt omnes id ſciant, vel ſcire veriſimiliter poſſint, tunc illud debet à Iudice reputari notorium.* Nec in hoc caſu ignorantia debet præſumi, quia cum Capitulum ope exceptionis allegat ſe ignoraſſe talem reſeruationem, cum hoc ſit fundamentum ſuæ intentionis, ad ipſum pertinet ignorantiam probare plenè, veriſimiliter, probabiliter, iuſtè, & non affectatè, Rot. *deciſ. 342. n.2.p.2.recentior.*ibi: *Regula enim quòd ignorantia præſumatur, non habet locum quando ignorantia eſt fundamentum intentionis agentis*, &c.

28 Non obſtat quòd iuriſdictio executoris eſt delegata, ac proinde non poteſt extendi vltra nominatos in ſua commiſſione, & ideò cum Capitulum ibi non nominetur, nec de eo fiat vlla mentio, videtur non poſſe executorem contra illud procedere pro terminis penſionis decurſæ de tempore vacationis beneficij; quia reſpondetur, quod licet verum ſit executorem ſolum habere iuriſdictionem aduerſus nominatos in commiſſione, itaut procedendo contra alios, nihil agat, & vim inferat; ex latè traditis per Doctores *in cap. P. & G. & in cap. cùm olim, de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Menoch. *conſil. 340. num. 54.* Cochier *de iuriſdict. Ordin. in exemptos part. 2. quæſt. 11. num. 2.*

29 Nihilominus tamen ad hoc vt executor contra nominatos poſſet procedere, non eſt neceſſe, quòd ſint nominati in indiuiduo, & expreſſe, ſed ſufficit, quòd comprehendantur in commiſſione per clauſulas generales tacitè, incidenter, aut virtualiter; ita deducitur ex Doctoribus proximè citatis, & ex aliis quos refero *in collect. ad d. cap. P. & G.* videndus Salgado *de Regia protect. part. 4. cap.8. num. 2.* Vnde colligitur, quòd cùm Capitulum comprehendatur in commiſſione ſaltem per regulas generales, & virtualiter, vt conſtat ex illis verbis litterarum Apoſtol. ibi, *aduerſus F. eiuſque ſucceſſores quomodolibet*, &c. & ibi, *vel quibuſuis aliis*, &c. vt ſuprà ponderauimus, ideo neceſſariò fateri oportet executorem in hoc caſu habere iuriſdictionem contra Capitulum, & refert deciſum in Cancellaria Vallisoletana Ceuall. *commun. contra communes lib.4.q.897.n.511.cum ſeqq.*

30 Denique quod attinet ad aliam exceptionem defalcandi onus à Titulare ſolutum, eſt tenendum in Iudicio poſſeſſorio minime eſſe admittendam, quamuis de viribus exemptionis dubitetur, quia manutenendus eſt penſionarius in ea ſumma, quam conſtat ſibi fuiſſe ſolutam, abſque eo, quòd indagetur quid in ea ſolutione comprehendatur, & an aliud vltra debitum fuerit deductum, vt cenſuit Rota *in Montisfaliſci penſionum 27. Maij 1627. coram R.P.D. Vbaldo.*

31 Dubitabatur etiam an pleniſſima exemptio, quam obtinent penſiones ſecundum hodiernum ſtylum reſeruatæ, præiudicet in aliquo ſubſidio & excuſato? in quo dubio vera eſt diſtinctio eorum, qui reſoluunt reſeruationem penſionis poſteriorem excuſato eſſe ab eo exemptam, & immunem, ſecus verò ſi anterior fuerit reſeruatio; quia per poſteriorem excuſati conceſſionem ſeu prorogationem cenſetur derogatum clauſolis anterioris exemptionis, ita Monet. *in tract. de decim. c.9.q.3.n.89.* vbi poſtquam reſoluit penſionarium teneri contribuere pro rata ad ſolutionē ſubſidij, & deinde limitat in caſu quo penſio fuerit immunis & exempta ab iis & aliis oneribus, tandem *n.90.* ſublimitat, ibi: *quæ tamen declaratio reſtringitur niſi eidem exemptioni per Pontificem poſtea in litteris impoſitionis decimarum, quod ſemper fit, aut alias derogetur cum clauſ. quorum tenores*, &c. Idem ferè tenet Azorl. *inſtit. moral. part.2. lib.8. cap.9. quæſt.2.* ibi: *Priuilegium poſterius ſubſidij ita conceſſum, vt contribuere debeant penſionarij etiam habentes penſionem liberam, & exemptam derogat exemptioni penſionis anterioris*, &c. & cenſuit Rota coram Seraphin. *deciſ.1348.*ibi: *Fuit reſolutum quantum ad primum dubium an gratia conſeruationis penſionis Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Aſtenſis ſuper fructibus Canonicatus, faciat illum eſſe immunem, & exemptum à ſolutione ſubſidij Apoſtolici conceſſi Sereniſſimo Duci Sabaudiæ, itavt ad contributionem non teneatur, prædictam gratiam non præiudicare in aliquo ſubſidio debito Sereniſſimo Duci propter prægnantiam clauſularum in indulto contentarum cum clauſulæ ſublata, & derogatoriarum derogatoriis*, &c. In idem tendit eadem Rota apud Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. cap. 5. num 174.* ibi: *Fuit reſolutum Penſionarium teneri contribuere pro rata ſuæ Penſionis in oneribus per Religionem Hieroſolymitanam impoſitis ſuper fructibus ſuper quibus eſt reſeruata, non obſtante clauſula exemptionis ab omni onere, quia hæc exemptio ſublata per Conſtit. Gregorij XIII.* Eadem Rota *deciſ. 162.p.2. diuerſ.* ibi: *Fuit concorditer concluſum Epiſcopum Vrgelenen. teneri contribuere ad ſolutionem excuſati pro rata ſuæ penſionis ſecundum diſtributionem Indictum excuſati, quia reſeruatio ſuæ penſionis eſt anterior excuſato; & licet in ea adſint clauſulæ prægnantiſſimæ, nihilominus fuit illis derogatum in confirmatione concordiæ excuſati.* Optimè Nicol. Garc. 32
d.p.2.c.5.n.175. ibi: *Quæ tamen exemptio in ſubſidio & excuſato ſolum durat pro illo quinquennio, nam in ſequenti ſolet derogari huiuſmodi exemptionibus & clauſulis in concordia, quæ ſumitur inter Regem, & ſtatum Eccleſiaſticum, & confirmationem illius*, &c.

Quæ reſolutio procedit etiamſi exemptio penſionis ſit concepta per verba ampliſſima, & quamuis dicat quod penſionarius non teneatur nec compelli poſſit ad præſtationem, vel ſolutionem ſubſidij & excuſati niſi litteræ conceſſionis talis ſubſidij plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indultu huiuſmodi exemptionis mentionem fecerint; quia adhuc huiuſmodi exemptionibus ſolet per ſequentem ſubſidij conceſſionem derogari, niſi concipiatur clauſula exemptionis prout vidi in exemptione cuiuſdam penſionis auctoritate Apoſtolica reſeruatæ ſuper fructibus, &c. dignitatis & Canonicatus S. Eccleſiæ Toletanæ, videlicet. *Ac Imperatorum, Regum, & Reginarum, Ducum, & aliorum quorumcunque Principum inſtantiam canonicè, vel de facto etiam motu proprio impoſita, & pro tempore quomodolibet imponendis, etiamſi in impoſitionibus huiuſmodi caueatur expreſſe quod penſionarij quacunque pro rata penſionum ſuarum quantumuis exemptarum premiſſis omnibus contribuere teneantur, quam ratam dictus Petrus tum etiam ſuorum ſucceſſorum infra ſcriptorum nominibus de ſuo, & eorum proprio, etiamſi exemptionis huiuſmodi per Sedem prædictam pro tempore derogare contingat; quo caſu & in euentum in quem idem Petrus, & ſucceſſores prædicti ſubſidij & excuſati deductionem petant, ſeu procurent, alia ſimilis ſumma, & quantitas pro rata dictorum ſubſidij & excuſati penſionis annua eadem auctoritate Apoſtolica eo ipſo reſeruata intelligatur, ſoluere promiſit, abſque ſpe vnquam aliquid poſtea repetendi, ſeu defalcandi.*

Illud hac in re adhærere oportet conceſſionem ſubſidij, & excuſati ſolum afficere Penſionarios 34

Hiſpanos, quoad Regem, vt ſæpius fuit reſolutum in Rota coram Seraphin. *deciſ.* 1348. *& in Bergomen. penſionis* 13. *Nouembris* 1626. *coram R. P. D. Duran. & in Romana, ſeu Carthaginen. penſionis* 9. *Febr.* 1629. *coram eodem*, inter eius impreſſas *deciſ.* 48. & 184.
35 quæ deciſiones loquuntur in terminis ſimplicis conceſſionis Regi factæ; at verò ſi concordia inita fuerit inter Regem, & Clerum Hiſpaniarum ſuper modo ſoluendi, & diſtribuendi ſubſidium, & excuſatum per Papam in forma ſpeciali confirmata, tunc afficit non ſolum penſionarios quoad Regem, ſed etiam totum Clerum inter ſe, ex reg. text. *in l. ſi in rem* 12. *C. ſi certum pet.* in puncto Rota *deciſ.* 161. *p.* 2. *diuerſ. & in d. Bergomen. penſionis*. Vnde nō applicatur, quod concordia nihil addat conceſſioni ſubſidij, & excuſati prius factæ; quia eſt verum quoad Regem, cui tam penſionarij, quam titulares etiam conſcripta concordia vigore conceſſionis tenebantur; operatur tamen quoad Clerum inter ſe, prout ſunt clara verba concordiæ, dum in ea conuentum fuit ſubſidium, & excuſatum pro rata diſtribui inter Titulares, & penſionatios cum derogatione omnium, & quarumcunque exemptionum, quæ derogatio, niſi effectum aliquem haberet ad Cleri vtilitatem, ad cuius etiam petitionem fuit concordia confirmata, profecto fuiſſet ſuperflua, quia quoad Regem exemptio nihil operabatur, ſed ſolum quoad Titulares, vt reſoluit Rot. *in Valentin. ſubſidij* 22. *Maij* 1615. *coram Cardin. Pamphilio iuniore*, quæ eſt *deciſ.* 702.
36 *p.* 1. *recent.* & *in d. Bergomen. penſionis*. Principis autem conceſſio ita intelligi debet, vt reſpectu impetrantis aliquid operetur. *cap. ſi Papa de priuileg. lib.* 6. Dec. *in l.* 1. *col. vl. C. de ſecund. nupt.* & in ſimili Menoch. *conſ.* 276. *n.* 2.

Vtrùm, & quando Iudex laicus poſſit declarare cenſuras eſſe nullas, & iniuſtas, ac proinde minimè ligare perſonas, contra quas promulgatæ fuerunt?

QVÆSTIO VIII.

1 *Pœna nulla maior in Eccleſia eſſe poteſt quàm excommunicatio.*
2 *Excommunicatio vocatur animæ, & corporis detrimentum, æternæ mortis damnatio, mucro Epiſcopi.*
3 *Excommunicatio contemni non debet.*
4 *Sententia Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt.*
5 *Theodoſij iunioris exemplum refertur.*
6 *Excommunicatio quibus modis iniuſta dicatur.*
7 *Excommunicans non poteſt quatuor modis in excommunicatum poteſtatem habere, & tunc excommunicatio ab eo prolata eſt nulla, & iniuſta.*
8 *Sententia excommunicationis eſt iniuſta, & iniqua, quando conſtat de manifeſta cauſa ſuæ iniuſtitiæ.*
9 *Sententia excommunicationis quando ſit iniuſta ob non ſeruatum Iuris ordinem in ea promulganda, oſtenditur.*
10 *Excommunicationis ſententia quamuis iniuſta, ſed tamen valida, habet quoad Eccſiam ſuum integrum, & completum effectum.*
11 *Auctoritas S. Gregorij, quod excommunicatio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, declaratur.*
12 *Iuſtitia ſententiæ excommunicationis latæ contra B. oſtenditur.*
13 *Refertur opinio P. Suarez, & D. Gabrielis Pereira.*
14 *Iudex ſæcularis non poteſt cognoſcere de cauſis excommunicationis nullæ.*
15 *Iudici ſæculari non licet declarare an excommunicatus euitari debeat, vel non.*
16 *Laicus eſt incapax Iuris, & poteſtatis ſpiritualis, & non poteſt illam præſcribere.*
17 *Dubitans de ſua excommunicatione ſi nihilominus celebrauerit ſic excommunicatus, efficitur irregularis.*
18 *Sententia excommunicationis ſi ſit iniuſta, & nulla, adhuc timenda eſt, vt illa non contemnatur in foro exteriori, & n. ſeq.*
19 *Excommunicatus iniuſte debet ſe gerere pro excommunicato, etiamſi nulliter ſit excommunicatus, interim dum non agnoſcitur publicè de nullitatis cauſa.*
20 *Suſpenſionem incurrit indiſpenſabilem qui excommunicatus ſe promoueri fecit ad ſacrum Ordinem.*
21 Cap. cùm illorum, de ſent. excom. *extenditur ad quamcunque excommunicationem, & n.* 22.
23 *Suſpenſio* cap. cùm illorum, de ſentent. excom. *eſt lata ſententia.*
24 *Populi rumore qui habetur pro excommunicato, debet ſe abſtinere.*
25 *Ignorantia an excuſet à ſuſpenſione*, c. cùm illorum, de ſentent. excom.
26 *Paria ſunt non eſſe, vel eſſe nullum, & non fieri ac inutiliter fieri.*
27 *Abſolutio excommunicationis Auditoris Cameræ eſt reſeruata.*
28 *Executor, cui nuda poteſtas excommunicandi fuit commiſſa ab auditore Cameræ, potuit ligare, ſed non abſoluere.*
29 *Executor ab Auditore Cameræ non poteſt declarare cenſuras ab eo promulgatas eſſe nullas.*
30 *Executor ab Auditore Cameræ non poteſt, niſi publicari facere cenſuras ab eo promulgatas, & quæ præter illud attentauit fuerunt nulla.*
31 *Depoſitio ſacculi clauſi non prodeſt.*
32 *Penſionarius, qui non ſoluit penſionem infra terminum, quomodo in excommunicationem incidat, oſtenditur.*

32 *Excom*

1 NVLLA maior in Ecclesia pœna est quàm excommunicatio, vt probat text. *in cap. corripiantur* 24. q. 3. ibi: *quia nulla maior in Ecclesia esse potest pœna,* & ob id illa vocatur animæ, & cor-
2 poris detrimentum *in cap. de manifesta.* 2. q. 2. æternæ mortis damnatio *in cap. nemo Episcoporum,* 11. *quæst.* 3. & mucro Episcopi *in cap. visis* 16. q. 3. de qua ita August. in. *quæst.* 39. *in Deuteron. Hoc agit in Ecclesia excommunicatio, quod in veteri fecisse legitur mors corporalis.* Item S. Cyprianus *lib. 1. epist. 11. Interfici Deus iussit Sacerdotibus suis non obtemperantes, Iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes, & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc, & circumcisio carnalis manebat, nunc autem, quia circumcisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei cepit, spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de Ecclesia eiiciuntur.* Idem ferè refert S. Hieron. *epist.* 1. his verbis: *In veteri lege quicunque Sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore: nunc verò inobediens spirituali mucrone truncatur, & eiectus de Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur.*
3 Grauis pœna, & tanti ponderis, & momenti in Ecclesia Dei contemni non debet, vt habetur *in cap. nemo* 11. q. 3. ibi, *nemo contemnat vincula Ecclesiastica, non enim homo est qui ligat, sed Christus,* quamuis ob illius iniustitiam non videatur obli- 4
gare, vt ait S. Gregor. *homil.* 26. *in Euangel.* relatus *in cap.* 1. 11. *q.* 3. *sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est.* Memoriale Theodosij iunioris, exemplum ad hoc propositum referunt, Theodo- 5
ret. *lib.* 1. *cap.* 36. Nicephor. *lib.* 14. *cap.* 4. Mari. Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *in fine,* ibi: *Vir quidam vitam excolens monasticam animo paulo audaciore praditus ad Imperatorem rei cuiusdam petenda gratia accedit, quod cum sapius fecisset, nec ab Imperatore quicquam impetrare potuisset, Imperatori Ecclesiastica interdicit communione, vinculoque Ecclesia ei iniecto decedit. Imperator autem fide excellens in primis ad Palatium veniens cum tempus instaret conuiuij, & omnes conuiua adessent; dixit se non prius capturum cibum quam Ecclesia vinculo solueretur; prouide vnum ex familiarissimis ad Episcopum mittit, vt potestatem faciat ei, qui ipsum ligauerat, vinculo soluendi. Cum autem Episcopus respondisset non debere cuiuscunque vinculum admittere, significaretque eum solutum esse, non tamen solutione illa contentus fuit, donec is qui eum ligauerat, magno cum labore conquisitus, communi illum restituisset, huiusmodi erat Imperatoris erga leges Ecclesiasticas fides, & deuotio.*

Vt autem pateat verus intellectus ad auctoritatem 6
S. Gregorij suprà relatam, constetque de qualitate iniustitiæ, seu nullitatis, quam allegat dictus B. contra litteras declaratorias, & censuras Auditoris Cameræ, sacræque Rotæ ne debeat tanquam excommunicatus reputari, præsupponendum est excommunicationem iniustam tripliciter dici. *Primò* quando relaxatur ab eo, qui non habet potestatem in excommunicatum. *Secundò*, quando fuit relaxata ex caosa iniusta, & irrationabili. *Tertiò*, quando in ea promulganda non fuit seruatus Iuris ordo: sed necessario excommunicatio iniusta non semper est inualida; quia quædam est valida, alia vero inualida, eo modo, quo aliæ sententiæ quamuis iniustæ regulariter sont validæ in foro exteriori, & executioni mandantur, ac si fuissent iustæ, *cap. cum inter, de re iudic. l. res iudicata ff. de regul. iuris,* & aliæ sunt irritæ & nullæ, *l. prolatam, C. de sentent.*

Quoad primum modum, aduertendum est qua- 7
druplicitet excommunicantem in excommunicatum potestatem habere non posse, aut quia non est eius superior, *cap. nullus, de Paroch.* aut quia non est ab Ecclesia toleratus, seu quia pronunciauit censuras contra formam alicuius priuilegij, *cap. quanto, de priuil. cap.* 1. §. *ex parte, de concess. prab. lib.* 6. Vel denique, quia excommunicauit post appellationem legitime interpositam, *cap. per tuas, de sentent. excomm. cap. ad prasentiam, de appellat.* & in his quatuor casibus excommunicatio est nulla, & iniusta, ita Mari. Alter. *de censur. tom.* 1. *disp.* 2 *lib.* 3. *cap.* 1. *vers. Modo tractandum.* Nouissimè Doctor Ioannes Machado *del perfeto Confessor y Cura de Almas lib.* 1. *part.* 3. *tr.* 2. *docum.* 15.

Circa secundum modum est sciendum quòd sententia excommunicationis potest esse iniusta, quando constat de manifesta causa suæ iniustitiæ, & tunc dicitur etiam iniqua, ac per consequens non obligat vtpote continens errorem intolerabilem si fuerit in eadem sententia deductus, *cap. solet, de sentent. excom. lib.* 6. Fr. Ludou. à Miranda *in man. Pralat. q.* 2. *q.* 35. *art.* 14. Mari. Alter. *d. cap.* 1. *vers. In primo,* Bonaci. *de censur. disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 10. *numer.* 4.

Filliuc. *tom.1.tract.11.num.*224. Machado *d. docum.* 15.*n.*5.

9 Circa tertium est notandum sententiam excommunicationis posse esse iniustam, eo quod in ea promulganda non fuit obseruatus ordo à iure præscriptus, qui vel est accidentalis, vtpote quando primum non interuenerunt tres Canonicæ admonitiones, seu est substantialis, & necessarius, puta quod saltem vnica citatio non præcessit. Quando deficit solum accidentalis iuris ordo, tunc dici potest sententia iniusta, sed non inualida: at quando deficit conditio substantialis, tunc certum est sententiam excommunicationis non solum esse iniustam, sed etiam inualidam, quia intrinsecè est nulla, ac proinde nullum potest producere effectum, *l.4.§ condemnatum ff. de re iudic.* cum aliis citatis per me *de Axiomat. Iuris vsufreq. Axiom.* 164.*n.*1. Vide Machad. *d. docum.* 15.*n.*7.

10 Ex quo iam infertur quamcumque excommunicationis sententiam quamuis iniustam, sed tamen validam, quantum ad formam Iuris integrum, & completum suum effectum habere quoad Ecclesiam, taliter, & eo modo, vt si Clericus ita excommunicatus suos ordines exerceret, irregularitatem incurreret, S. Thom. *in 4. dist. 18.q.2.art.1.q.4. glos. verbo præterquam in cap.1. de sent. excom. in 6.* Siluest. *in sum. verbo excommunicatio 2.§.2. & verbo restitutio*

11 8.§.6. Caiet. 2.2.*q.70.art.4.ad* 2. & in hoc sensu secundum nonnullos intelligitur auctoritas S. Gregorij *suprà* relata, vt scilicet procedat in sententia excommunicationis, quæ iniusta est, sed tamen valida, v. g. si Prælatus excommunicaret aliquem ex praua intentione, vel non seruato ordine ab ipso iure præscripto, sed ex vera, & iusta causa, & ex consequenti valida, quia tali casu vere legat excommunicatio, ita Soar. *de censur. tom.5. disp.* 31.*sect.7. in fine*, Mari. Alter. *d. cap.* 1. *vers. Secundò*, vbi addit sic interpretandum quoque esse dictum Vrbani Papæ *sua epist. Decretali, cap.* 5. dum ait valde timendam esse sententiam Episcopi, licet iniuste leget aliquem. Idem fere tenet Bonacin. *de censur. disp.* 1.*q.*1. *puncto* 10.*num.* 3. ibi: *Hinc patet quomodo intelligenda sit illa* Gregorij *sententia*, homil. 26. in Euangel. *vbi sic habetur. Sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta sit, timenda est, intelligenda enim est de illa sententia, quæ fertur à Pastore non seruato Iuris Ordine tantum accidentali, aut de illa sententia, quæ prouenit ex prauo affectu.*

12 Nostro casui totam hanc doctrinam applicantes videamus an sententiæ excommunicationis relaxatæ contra dictum B. fuerint iniustæ, & inualidæ ad hoc ne illum obligent, iuxta opinionem, quam tenet D. Gabr. Pereira *loco infrà citando.* In primis non possunt tales dici eo quod fuerint latæ à Iudice non habente in illum aliquam potestatem, quia *quæst.* 3. *cum duobus seqq.* latè ostendimus potestatem & iurisdictionem Auditoris Cameræ in cognoscendo de hoc contractu, & obligatione Camerali, & in censuris promulgandis iuxta illius formam; *& 9. seq.* pariter videbimus sacram Rotam censuras in dictum B. ritè, & rectè promulgasse. Nec vllo modo dictæ sententiæ dici possunt iniustæ, & inualidæ, eo quod in eis promulgandis non fuit seruatus ordo à Iure præscriptus, quia *quæst.* 5. *ferè per tot.* & præcipuè *numer.* 14. *cum seqq.* latè demonstrauimus multis ad id relatis decisionibus S. Rotæ, fuisse obseruatum stylum Romanæ Curiæ in relaxandis his censuris hucusque præscriptum, & vsitatum.

13 Vnde ex dictis colligitur nullo modo applicari posse nostro casui resolutio si vera esset (quod omnino negamus) D. Gabrielis Pereira *d. tract. de manu Regia p.1. cap.7. num.* 13. dum tenet (ex mente, vt ille ait P. Francisci Suarez) quòd bene potest Iudex Regiæ Coronæ declarare excommunicationem iniustam, & inualidam minimè obligare, ac proinde tuta conscientia posse excommunicatum acquiescere hac declaratione. Verba autem dicti D. Gabrielis Pereira, quibus suam hanc profert sententiam, sunt quæ sequuntur. *Adhuc tamen superest dubium an lata ea sententia in fauorem subditi adhuc teneatur pro absolutionis beneficio excommunicatorem adire, vt eum absoluat, vel an possit acquiescere sententia, & declarationi Iudicis Regij? In qua quæst. & aliis olim consultus P. Franciscus Suarez cuius fama sydera pulsat, respondit cum distinctione in hæc verba. Prima interrogatio est quando Iudex Regiæ Coronæ iudicat censuram esse iniustam, & ideo iubet, aut petit censuras non mandari executioni per Ecclesiasticum executorem, sed potius tolli si ab ipso sint lata, vel procurare ab eodem, vt à Superiore tollantur, si ab ipso posita fuerunt, an pars excommunicata teneatur petere absolutionem ab eo, qui censuram tulit, si executor non potest, aut non vult illam concedere? In quo puncto distinguendum esse censeo an censura iudicetur non solum iniusta, sed etiam inualida, nam in priori casu si sententia Iudicis Regij iusta, & data ex fundamentis moraliter certis, & euidentibus, poterit, persona quæ excommunicata fuerit in illa sententia acquiescere, nec tenebitur amplius ad Ecclesiasticum Iudicem recurrere vt absolutionem, vel declarationem petat. Ratio huius partis est, quia licet Iudex Regius non possit absoluere à censura, neque habeat iurisdictionem spiritualem, nec directam in materia Ecclesiastica, nihilominus potest declarare nullitatem censuræ supposita consuetudine (quam suppono esse iustam) & ideo eius sententia quoad talem declarationem reputari potest authentica, & sufficiens quandiu de illius errore non constiterit. Vt autem Iudex talem sententiam iustè, & sine scrupulo ferat, oportet, vt tam ex probationibus facti, quàm ex Iure clarum, certum, & euidens sit sententiam censuræ fuisse non solum iniustam, sed etiam habuisse impedimentum irritans, & annullans illam, quia in dubio potius debet faueri validitati actus, & iuri superioris, pro quo semper præsumitur. At verò si sententia sit valida, quamuis iniusta, necessarium est, vt persona excommunicata ab aliquo Iudice Ecclesiastico absoluatur, alioquin semper sub censura manebit, & illam obseruare tenebitur, etiamsi Iudex Regius millies in fauorem eius iudicet,* &c. Hactenus D. Gabriel. Pereira.

Ad hoc igitur, vt Iudex Regiæ Coronæ possit 14
declarare sententiam excommunicationis non obligare secundum assertam doctrinam P. Francisci Suarez, quam refert, & sequitur D. Gabriel. Pereira *citato loco*, necesse est, quod illa sit iniusta, & inualida, consterque de eius iniustitia, & nullitate ex fundamentis moraliter certis, & euidentibus, tam ex probationibus facti, quàm ex Iure, & quod habuit impedimentum annullans, & irritans. Quæ tamen videntur difficillimè posse in simul concurrere, immo in materia nostra iudico impossibile, nisi quando quis fuerit excommunicatus pro termino pensionis, quem iam soluerat proprio Pensionario, & quietantiam ab eo obtinuerat, aliàs enim negari non potest nunquam posse eidem Iudici Regiæ Coronæ constare euidenter de nullitate, & iniustitia sententiæ excommunicationis, deque eius impedimento annullante, & irritante, nisi super hoc processum formet, plenariéque cognoscat de causis excommunicationis nullæ, quod illi est prohibitum, & solum ad Iudicem spectat Ecclesiasticum,

ve-

vt benè resoluit Ceuall. *de cognitione per viam violentia, glos. 9. num.* 111. *cum seqq.*

15 Non enim secularibus personis permittitur, sed illis semper, & quocunque casu prohibitum à Iure reperitur cognoscere de iniustitia, nullitate, & inualiditate censurarum, neque eis licet declarare an excommunicatus euitari debeat, vel non, per ea quæ resoluunt Nau. *in Man. cap.* 27. *num.* 40. Ceuall. *d. n.* 111. Ioseph. Sesse *de inhibitionib.* §. 3. *num.* 104. D. Gabr. Pereira *d. c.* 7. *n.* 12.

16 Neque consuetudine, aut præscriptione aliqua poterit dictus Iudex talem acquirere potestatem, quia esset contra libertatem Ecclesiæ, & sanctorum Patrum instituta, ac proinde inualida, *cap. 2. de foro compet.* tum etiam, quia laicus est omnino incapax iuris, & potestatis spiritualis, nec potest illam ciuiliter possidere, ac per consequens, nec vllo tempore præscribere, *cap. causam*, vbi omnes, *de præscript.* Ioan. Andr. *in c. quanto, n. 2. de consuetud.* Deci. *in c. decernimus n.* 38. *de iudic.*

Quicquid sit, requisita supra dicta verificari non possunt in nostro casu; siquidem declaratoriæ litteræ, mandata, sententiæ Auditoris Cameræ, & Sacræ Rotæ iustè, & validè contra B. latæ fuerunt, euidenterque constat de notoria iniustitia, ac summa proteruia ipsius B. soluere nolentis, & malitiosè retardantis, vt apud omnes in confesso est, quibus stantibus non apparet in quo consistat euidentia nullitatis, & iniustitiæ, ac impedimenti irritantis, & annullantis, qua tantum suffultus poterat dictus Iudex deuenire ad declarationem, qua cum notabili scandalo, ac irreparabili omnium damno præcipitanter vsus est.

17 Debebat igitur dictus Iudex ab his se abstinere, sed quando propria auctoritate, & de facto hanc cognitionem sibi vsurpare vellet, tenebatur in omni casu pro censurarum validitate iudicare, eo quod essent tantorum Tribunalium approbatione roboratæ, veluti Auditoris Cameræ, signaturæ iustitiæ, Metropolitani Bracharensis, Iudicis executoris, sasacræ Rotæ, & Collectoriæ Apost. Vlyssipone existentis non obstante quacunque partis contrariæ oppositione, ex qua posset dictarum censurarum validitas in dubium reuocari, quia in dubiis quando agitur de salute animæ, tutior pars est amplectenda, alioquin dubitans exponeret se periculo peccati mortalis, & celebrando sic excommunicatus efficeretur irregularis, vt bene resoluunt Sot. *in 4. dist. 22. q. 2. art.* 3. Ludou. Miranda *d. art.* 14. *concl.* 3. Bonacin. *de censur. disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 10. *n.* 11. Mar. Alter. *d. cap. 1. vers. Quando verò.* Et addit paulo infrà. *Potest etiam propositio Gregorij habere locum interdum in sententia iniusta, quæ re ipsa sit nulla, quando non constat certo de nullitate, quia in re dubia parendum est Prælato, & hoc pertinet ad commune bonum, & conuenit optimo regimini Ecclesiæ, & est magis expediens ad salutem animæ, cum agatur de pœna spirituali, qua in re tutior pars est eligenda. Tandem illud etiam est addendum, quod quamuis sententia excommunicationis esset iniusta, & nulla, & id constaret reo, non tamen illam contemnere deberet in exteriori foro, si in illo de sententia inualiditate non appareret, vel cum aliorum scandalo, vel etiam si omnia essent publica & nota: non idcirco reus ita Prælati sententiam despicere posset, vt eius potestatem negligere videretur, sed moderate, & prudenter liceret ei solum Iure suo vti.*

18 Idem fere tenet P. Franciscus Suarez *d. disp. 4. sect. 7. in fin.* ibi: *Denique addo etiamsi sententia sit iniusta, & nulla, idque euidenter constet subdito, adhuc timendam esse, vt eam non contemnat in foro exteriori si forte in illo sit valida, vel vt non cum aliorum scandalo, si forte alij ignorent illius defunctum, vel certè, vt licet omnia publica sint, & nota, non propterea ita sententiam, vel præceptum Superioris despiciat, vt ipsum etiam superiorem & potestatem eius contemnere videatur.*

19 Excommunicatus enim iniustè debet se gerere pro excommunicato etiamsi nulliter sit excommunicatus, interim dum non agnoscitur publice de nullitatis causa, vt tenent S. Antonin. *p. 3. tit. 24. c. 73. §. 1. in fine*, Nauar. *in Man. cap. 27. num. 3. & in c. cum contingat, remed. 3. num. 5. de rescript.* Ratio est, quia excommunicatio quamuis iniusta contemni non debet ne ex ipso contemptu reus remaneat ligatus, *cap. si is qui §. cùm ergo in fine* 11. *q.* 3. Mari. Alter. *d. tom. 1. lib. 4. disp. 5. c. 4. prope fin. vers. Respondet vtrobique.*

20 Remanet igitur firmum declarationem dicti Iudicis Regiæ Coronæ contra censurarum validitatem esse nullam, dictumque B. legitima excommunicatione ligatum esse non tantum semel, sed etiam pluries ob maximam eius contumaciam, debereque pro tali reputari, vnde in ea excommunicatione ad Subdiaconatus Ordinem se promoueri faciens, suspensionem incurrit indispensabilem, sicut resoluunt Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 6. num.* 6. Nauar. *in Man. cap. 27. num. 241. in princip. & in cap. consideret, §. cautus num. 29. de pœnit. dist.* 5. Suar. *de censur. tom. 5. disp. 31. sect. 1. num.* 57. Auila *in simili tract. p. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 6. vers. Secunda conclusio*, Mari. Alter. *eod. tract. tom. 2. disp. 10. de suspens. cap. 6. in princip.* Bonacin. *etiam eod. tract. disp. 3. de suspens. puncto 5. §. 1. n. 10. & nouissimè de suspens. in particulari disput. 3. q. 1. puncto 6. num.* 1. Filliuc. *in quæst moral. tract.* 17. *c. 5. n.* 94. Ad hoc afferentes textum expressum *in cap. cum illorum, de sentent. excom.* cuius verba melius suspensioni, quam irregularitati accommodari verius duco, licet Henriq. Nauar. Maiol. Valent. & Reginald. existiment hunc irregularitatem incurrere.

21 Quamuis autem in *d. cap. cùm illorum*, fiat expressa mentio excommunicationis propter violentam manuum iniectionem in Clericum, nihilominus tamen generaliter de quacunque alia excommunicatione debet intelligi sicut in terminis tenet Suar. *d. num. 57. in fine*, ibi: *Solum ego video posse probari suspensionem hanc in cap. cum illorum, de sentent. excom. vbi expresse ponitur, non tamen in generali, sed specialiter in casu excommunicationis propter violentam manuum iniectionem in Clericum, quia tamen ibi non videtur spectari ad grauitatem illius delicti excommunicationis, sed ad generalem culpam suscipiendi Ordines cum excommunicatione, ideo illa pœna, & suspensio generalis esse censetur pro omnibus excommunicatis suscipientibus Ordines.*

22 Idem tenet Mari. Alter. *d. cap. 6. vers. Ad probandam, in fine*, ibi: *Et licèt in specie sermo sit de excommunicatione propter violentam manuum iniectionem in Clericum, nihilominus Summus Pontif. in responsione ad quæstionem non videtur respexisse peculiare illud crimen, & excommunicationem eidem annexam, sed generaliter considerasse quam indecens, & à Religione alienum apparet, vt quis censura obstrictus Ordinibus Ecclesiasticis insigniri præsumat, ideo pœna suspensionis ibi posita locum habet in omnibus excommunicatis.*

23 Non obstat quòd suspensio dicti *cap. cùm illorum*, videtur ferendæ sententiæ, ibi deponendos, vnde cùm non fuerit dictus B. talis declaratus, non potest illam incurrere; quia respondetur huiusmodi suspensionem ipso iure latam esse, vt optimè declarat

est Bonaein. de suspens. in particulari disp. 3. q. 1. puncto 6. num. 5. his verbis. Neque obstat illud perspicuum, deponendos: quod est futuri temporis, & non videtur continere censuram ipso iure latam, sed ferendam: respondeo enim continere censuram ipso iure latam, tum quia coniungitur eo illo verbo, censemus, quod est temporis præsentis, & illud verbum, deponendos, non adhibetur ad significandam suspensionem comminatoriam, sed ad significandum eos, qui in futurum post editionem illius textus ordines capient in excommunicatione, censura suspensionis obnoxios esse: tum quia vna pars dispositionis aliam explicat, l. 2. ff. de reb. dubiis, sed in eodem texta fertur suspensio ipso facto contra Religiosos, ergo etiam ipso facto fertur contra Clericos secalares: tum quia in præcitato cap. denegatur Episcopis facultas dispensandi, ibi: In reliquis casibus, tam Archiepiscopi, quam Episcopi, absque mandato Sedis Apostolicæ speciali dispensandi facultatem se noscerior non habere: ergo censuta censetur ipso iure lata, alioquin frustra denegaretur dispensandi facultas.

24 Neque obstat allegata Balthasaris ignorantia dictæ excommonicationis; quia contrarium constat euidenter, tum quia fuit publicè excommunieatus in dicta Ecclesia Vimaranensi cum magno populi eoocursu, solemniter, campanis pulsatis, candelis aceeosis, & demum extinctis, ac in terram proiectis, Cruce erecta, Religione indicta; tum etiam quia pro tali se reputans à Fidelium communione per quatuor fere annos se abstiouit; tum denique qoia concurrebat populi rumor, qui sufficiens, ad hoe videbatur, cap. illud, de Clerico excom. minist. vbi Abb. nam. 4. Syluest. in sum. verbo irregularitas, §. 15. q. 13. vers. Sextum, & §. 4. q. 2. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 34. num. 4. vbi reddit rationem, quia cùm excommunicatus scire debeat, est in culpa si igaoret.

25 Nec etiam obstat, quòd dictus B. postea fauore dicti Iudicis Coronæ Regiæ fuit per illum declaratus non excommunicatus, & sic ignoranter cum hac bona fide ad sacrum subdiaconatus Ordinem se promoueri fecit, quia nulla illa declaratio, & affectata ignorantia non prodest, eo quod dictum cap. cùm illorum, probat necessariam esse dispensationem Episcopi quando ignoranter ignorantia facti, vel ioris Ordioes recepit excommunicatus, ergo supponit culpam præcedentem: ita Couar. in cap. alma mater p. 1. §. 6. num. Maiol. d. cap. 34. numer. 4. Mar. Alter. d. cap 6. dub. 2. In nostro verò casu nullo modo potest dictus B. allegare ignorantiam, siquidem ab Archiepiscopo Bracharense responsionem accepit, ob excommunicationem, qua erat ligatus, Ordinis requisiri incapacem esse; sed hac responsione non obstante subreptitiæ, & sine eius licentia, litterisque dimissorialibus ab alio Ordines accipere non expauit.

26 Denique non obstat, quod de mandato dicti Iudicis Regiæ Coronæ quidam Clericus dicto B. absolutionem impertiretur, quia ex defectu iurisdictionis, tam ex parte mandantis, quam absoluentis talis absolutio debet nulla censeri, ac proinde habenda ac si facta non esset, paria enim sunt non esse, vel esse nullam, l. duo sunt Tity, ff. de testam. tutel. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonor. possess. contra tab. Surd. decis. 51. num. 14. & decis. 222. num. a. cum aliis citatis per me, Axiom. 174. n. 13. Et paria sunt non fieri, & inutiliter fieri, l. pen. in princ. ff. de suis, & leg. hered. l. quoties, vbi gl. & Doctores, ff. qui satisdare cog. §. sciendum Instit. de satisdat. tutor. glos. verbo inutilem in cap. 2. de translat. Prælat. iunctis aliis, quæ refero dict. Axiom. 174. num. 14. vel minus legitimè fieri, l. si autem nullum, Cod. de legitim. hered. capit. inter corporalia, de translat. Episcopi, c. veniens, de presbyt. non baptiz. Cardin. Tusch. tom. 6. lit. P. conclus. 87. num. 1. cum seqq. Surd. consil. 45. num. 42. & cons. 88. num. 16. plures, quos refero d. Axiom. 174. n. 15.

27 Quod autem Clericus ille inualidè absoluerit ex defectu iurisdictionis, ex eo apertè constat, quia declaratoriæ litteræ Auditoris Cameræ, quarum vigore tanquam earum merus executor Cantor Ecclesiæ Bracharensis declarauit excommunicatum dictum B. habebant expressam clausulam reseruationis censuræ eidem Auditori, in hæc verba: Cuius absolutionem nobis reseruamus. Tum etiam, quia nullus potest absoluere à censuris Auditoris Cameræ, nisi ipsemet, aut eius Locumtenens, seu ab eis deputatus, vt decidit Paulus V. constit. sua 28. aliàs 20. incip. Eximia §. 21. sub Dat. Romæ apud S. Marcum Kal. Octobr. 1606. ibi: Et quod à te vel Locumtenentibus, & aliis prædictis pro tempore excommunicati, seu aliàs censurati ab aliis, quàm à te, vel Locumtenentibus, & aliis tuis huiusmodi etiam de partium consensu præter quàm in mortis articulo constitutum absolui non possint ad euitandas collusiones statuere, &c.

29 Et hoc adeò verum est vt etiam dictus Cantor merus dictarum declaratoriarum executor, cui tantùm nuda potestas excommunicandi fuit commissa ab Auditore Cameræ potuerit solùm ligare, sed non absoluere, si id facere voluisset, quod noluit suarum facultatum conscius ne excederet fines mandati, glos. verbo ligare in cap. cùm infertur, de maiorit. & obed. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 20. num. 13. Azeued. l. 1. numer. 123. tit. 5. libr. 8. nouæ recop. Rendina in prompt. receptar. sentent. tom. 1. tit. 41. de excommun. n. 4. Flores de Mena var. lib. 1. q. 4. num. 4. Et in his terminis hoc ipsum decidit, Rot. in Elboren. fructuum 17. Nouembris 1629. coram R. P. D. Queipo, his verbis: Neque obstat, quòd executor ab Auditore Cameræ in partibus deputatus declarauerit censuras ab eodem Auditore Cameræ promulgatas esse nullas, quia in hoc huiusmodi executor nulliter processit, cùm executori non liceat super validitate sententiæ, cuius executioni additus est, pronuntiare, l. sicut proponis, l. executorem, Cod. de execut. rei iudic. l. si Prætor 75. ff. de re iudic. Bart. in l. à diuo Pio in princ. à num. 4. Alex. num. 9. Ias. num. 12. ff. de re iudic. Felin. in cap. pastoralis, §. quia verò num. 16. de offic. deleg. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 38. Surd. cons. 405. numer. 15. Couar. pract. cap. 16. numer. 5. &c.

30 Eadem Rota in eadem causa sub die 14. Martij 1631. coram R. P. D. Ghislerio, hanc eandem sententiam firmauit, dum in gradu appellationis vigore ante dictæ decisionis emanatam confirmaret, ibi: Nec prætextu, quod fueris nulliter excommunicatus potuit lucrari distributiones, quia cum executori fuerit tantum commissum nudum parum factum publicationis censurarum, non potuit declarare Hieronymum non incurrisse in censuras, vel ex quo non fuerit in Curia personaliter citatus ante relaxationem mandati, vel ex quo non fuerit seruata forma solita in illis intimandis: quia de legitima excommunicatione apparet, & de stylo Curiæ cum censuræ emanassent ab Auditore Cameræ, executor de partibus non potuit, nisi eas publicari facere, & quæ præter illud attentauit fuerant nulla ad tex. in l. si vt proponis, & in l. penultim. Cod. de execut. rei iud. Bart. in l. à diuo Pio numer. 10. vers. Quandoque post latam sententiam, ff. de re iudic. Doctores in cap. de cætero, vbi Abb. & Felin. eod. tit. cùm essent partes Iudicis delegantis, cap. si delegatus in fine, de offic. deleg. lib. 6. Franch. in cap. dilecti el 3. num. 30. de appellat, &c. Quæ quidem

dem sacræ Rotæ decisiones repetiuntur impressæ apud Franc. Ripam *in fine sui tract. de simonia pag. 333. cum seqq.*

31 Ex quibus omnibus euidenter apparet quot censuris misere irretitus fuerit dictus B. & adhuc in eis pertinaciter remaneat sine proposito aliquo obtinendi absolutionem, vel soluendi quod mihi debet, seu dimittendi Thesaurariam vigore ingressus, & accessus, de quo *quæst. seq.* agendum est, parum sibi suffragante ficta, & affectata protestatione, quod paratus erat soluere, si tuoc & adhuc hodie in actis affirmauerit pensionem meam fuisse, & esse nullam, ac proinde ad eius solutionem non posse obligari, vt constat ex assertis oppositionibus, quarum memini *in proœm. n. 24. cum seqq.* Vnde non poterat effugere censuras, seu ingressus canonizationem, protestando se velle soluere, sacculo, vt aiunt, clauso, sed debebat pecunias effectiuè deponere, *l. 8. tit. 14. part. 5.* Ioseph. Ludou. Perus. *decis. 105. num. 2.* ibi: *Imò nec etiam realis sufficeret oblatio, nisi offerens habens pecunias in marsupio dictas pecunias de marsupio extraheret, & testibus ostenderet*, &c. & optimè resoluit Rota *decis. 102. num. 2. part. 2. recentior.* ibi: *Et vbi fuisset locus deposito, istud tamen, quod prætendit Iosephus, illum ex pluribus non liberasset. Primo, quia factum fuit per depositionem sacculi clausi absque eo, quod ne dum numeraretur, sed nec etiam videretur pecunia*, Bartol. *in l. cum seruus, num. 3. ff. de condit. & demonstr.* Paul. de Castro *consil. 228. num. 1. circa medium, lib. 2.* Roman. *consil. 351. n. 3. in fine.* Ias. *d. cons. 9. col. penult. vers. Minus etiam valet, lib. 1.* Curt. iun. *consil. 28. sub n. 1.* &c.

32 Excommunicatus igitur sæpissimè fuit dictus B. & hodie adhuc extat vigore litterarum declaratoriarum Auditoris Cameræ, quæ Vrmatanis, & Romæ affixæ, & publicatæ fuerunt: deinde à S. Rota cum aggrauatione & reaggrauatione, vt ostendimus *quæst. sequent.* & cum affixatione cedulonis, de quo *num. sequent.* Et licèt de huiusmodi censuris non ita euidenter appareret, sufficiens ad hoc videri debet decretum, quod habetur *quæst. seq. num. 21.* ad hoc, vt dictus B. excommunicationem in eo contentam incurrere diceretur; quia vel sequi debeamus opinionem eorum, qui tenuerunt incidere in excommunicationem ipso iure sine aliqua intimatione pensionatium qui non soluit pensionem antequam terminus elapsus fuisset, quia dies interpellat pro homine, ex quorum numero sunt Anton. Massa *de obligat. Camer. pag. 136.* Nauarr. *in Man. cap. 27. num. 274.* Vel teneamus aliorum sententiam, qui affirmarunt hanc excommunicationem non incurri priusquam creditor Pensionarius declaret velle illum incurri, vt per Couarr. *in cap. alma mater, p. 1. §. 9. num. 4.* Mart. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 2. disp. 1. cap. 4. vers. Primam opinionem pag. 177.* Nihilominus tamen cum sæpe sæpius declarauerim velle illum incurri, & facto sæpissimè id demonstrauerim petendo declaratorias litteras, easque publicando, & affigendo, non potest dubitari quin remanserit legitimè excommunicatus dictus B. vt palam est apud omnes.

33 Interdictus quoque per sententiam S. Rotæ fuit declaratus, & illius vigore cedulonis affixio facta fuit, vt ex illo constat, cuius tenor est vt sequitur. *Hic auctoritate Apostolica denuntiatur excommunicatus declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus ad loca, in qua deuenire contigerit, ac proinde ab omnibus arctius euitari mandatur quidam Balthasar Diaz de Fonseca assertus Clericus Thomarien. Prouincia Vlixbonen. ob non paritionem mandati de emittendo, & manutenendo respectiuè contra illum in causa Bracharen. Thesauraria per sacram Rotam relaxati ad fauorem D. Augustini Barbosæ, & alias prout in actis, instante eodem D. Augustino Barbosa principali, sine*, &c. Philippus Pirouanus Auditor, Archangelus Batonus sacri Palatij Apost. causarum Notarius. *Supradicta cedula affixa, & publicata fuit in acie campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apostolicæ per me Iulium Marzitellum S. D. N. Papæ Cursorem.*

34 Suspensus, quia cùm esset excommunicatus declaratus se fecit ad Subdiaconatus Ordinem promoueri, vt hac eadem *quæst. num. 20. cum seqq.* latè demonstrauimus.

35 Irregularis, quia cum esset excommunicatus, & suspensus ingessit se diuinis Officiis iuxta text. *in c. 1. de sentent. & re indic. lib. 6.* ibi: *Scientes, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se Diuinis irregularitatis laqueo se inuoluet secundum Canonicas sanctiones, à qua nonnisi per summum Pontificem poterit liberari.* Idem probat similis text. *in cap. 1. de sentent. excommunic. lib. 6.* ibi: *Caueant autem Ecclesiarum Prælati, & Iudices vniuersi ne prædictam pœnam suspensionis incurrant, quoniam si contingeret eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut prius irregularitatem non effugient iuxta Canonicas Sanctiones*, vbi gloss. *verbo sicut prius*, ita ait: *Id est, quasi in officio suo agens, quod verum nota in quocunque Officio cantando, & in quibuscunque Horis officiet Ecclesiam addit*, quod si intret chorum cum aliis legendo, & cantando locus est irregularitati; & ideo irregularem effici qui suspensione durante diuinis se ingessit resoluunt Couarr. *in cap. alma mater part. 1. §. 6. num. 9. part. 2. §. 1. num. 4.* Cened. *ad Decretal. collect. 25. num. 1.* Farinac. *in praxi criminal. part. 3. quæst. 111. num. 72. cum seqq. & quæst. 138 num. 58.* Ego ipse *in collect. ad d. cap. 1. n. 7. de sent. & re indic. lib. 6.*

36 Periurus, quia cùm sub iuramento promiserit meam soluere pensionem, vt constat ex eius obligatione, & præstito in Camera Apostol. consensu, ausus est contra suum venire iuramentum, vt optimè resoluit Rot. *decis. 5. num. 1.* apud Fario. *p. 2. recentior.* ibi: *Resoluerunt Domini obstare Abbati agenti ad nullitatem pensionis exceptionem periurij, cum impugnent pensionem, quam se iurauit soluturum, dicitur enim contrauenire iuramento, ob cuius reuerentiam, priusquam ageret, debuit absolutionem petere*, Socin. *cons. 3. num. 1. vol. 3.* Paris. *cons. 41. num. 14. lib. 1. quapropter repellendus est ab hoc iudicio*, Specul. *in tit. de actionib. quæst. 1. vers. Item quod est periurus*, Alex. *cons. 61. num. 19. lib. 5.* Deci. *in cap. intelleximus, num. 18. de iudic.* Roland. *cons. 16. num. 28. lib. 8.* Clar. *in §. periurium, vers. Præterea periurus*, &c. Nam ratione iuramenti imponitur titulari præcisa necessitas soluendi etiam, quod aliàs possit videri indebitum id quod petitur, itavt nisi deducatur exceptio, quæ oriatur ex venire Bullarum, penitus denegetur audientia excipienti ad effectum euitandi, vel differendi solutionem, Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 256. & seq.*

37 Suspectus de hæresi ex eo, quia stetit pertinaciter in excommunicatione per annos fere sex, & adhuc persistit, cum vnus sufficeret, vt statuit Concil. Tridentin. *sess. 25. de reformat. cap. 3.* ibi: *Excommunicatus quicunque si post legitimas monitiones non resipuerit non solum ad sacramenta, & communionem fidelium non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum*

tia iam fortissimis fundamentis, & clarissimis rationibus à grauioribus vtriusque scholæ Doctoribus verissima profitetur, fereque omnes fauore Ecclesiæ securius, & firmius amplectendam iudicant, vt post Bobadil. *in politica, lib. 2. cap. 14. numer. 98. & cap. 17. numer. 154. cap. 19. numer. 40.* Bellug. Germon. Azcued. & alios tradit, & docte defendit modernus Narbona *in l. 20. glos. 23. ex num. 74. tit. 1. lib. 4. noua recop.* & vltra ibi relatos defendunt etiam Farin. *de immun. cap. 22. ex num. 366.* vbi pro hac parte alios refert, & vtroque Iure hanc sententiam veriorem probat recedens à contraria opinione quam voluit defendere antea *in quæst. 28. praxis crimin. num. 76. in fine,* Marta *de iurisdict. p. 2. cap. 50. per tot.* Gambacurt. *de immunit. Eccles. libr. 6. cap. 9.* Bonacin. *tom. 2. tractat. de immunit disp. 3. quæst. 7. punct. 3. num. 16.* Et confirmatur prædicta sententia, & extra omnem controuersiam iam extat Bulla Gregorij XIV. *de anno 1591.* vbi *in §. 8.* ita ait: *Nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum an ipsi vere crimina superius expressa comiserint.*

45 Ex quo legitimè consequitur, quod pendente causa immunitatis in tribunali, Ecclesiastico Iudicis Ordinarij, vel superioris, minimè posse procedi per Iudicem secularem ad sententiam corporis, vt aiunt, afflictiuam delinquentis ab Ecclesia extracti, nec minus ad prædictæ sententiæ executionem. Si verò contrarium Iudex secularis non ritè fecerit, & iniustè attentauerit, merito incurret, & ligabitur censuris à Iure, vel ab homine impositis ob talem inobedientiam, & attentatum, committetque indebitam, & iustè punibilem actionem in contemptum iurisdictionis Ecclesiasticæ præcipuè si ab eo cautio ordinaria fuisset facta non procedendi ad pœnam corporalem, aut corporis afflictiuam contra reum interim dum causa immunitatis in tribunali Ecclesiastico omnibus instantiis finiatur (vt semper, & ordinariè fit) secundùm tex. *in cap. inter alia, de immun. Eccles. cap. id constituimus 17. q. 4. & dictam Bullam Gregorij XIV.* Conducit ad probationem huius illationis tradita, & congesta à Lancell. *de attentat. p. 2. c. 4. in præfat. ex n. 346.* Marchesf. *de commiss. p. 2. c. 2. n. 136.*

46 Neque obstat, vt hæc sententia sine scrupulo semper amplectetur si obiiciatur aduersus eam non esse receptam in nostra Hispania dictam Bullam Gregorij XIV. immo expressè Regiis decretis declaratur non loqui cum iudicibus, nec tribunalibus huius Regni, vt habetur *in Ordinationibus Cancellariæ Granatensis lib. 4. cap. 7. fol. 185.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 1. n. 36.* Carrasc. *ad leges recop. c. 3.* Heuia *3. p. §. 12. num. 57.* nam duplici ratione, seu satisfactione scrupulus reiicitur.

47 Primus causas, seu species, in qua Bulla non videtur admissa, nec in illis huius Regni Tribunalibus eam vidimus obseruari, est quando scilicet in delictis à Iure exceptis, Iudex secularis extrahit per vim reum confugientem ad Ecclesiam absque vlla facultate Pastorum Ecclesiæ: tunc enim non agitur contra immunitatem, immo Ius ipsum dat talem facultatem, quod communiter à Doctoribus semper fuit sequutum, refert aliquos & tradit Soar. *de Relig. lib. 3. cap. 13. ex numer. 1.* & legitima consuetudine iam in Hispania receptum esse constat ex Bobadil. *d. lib. 2. cap. 14. numer. 94. & 95.* Couarr. *libr. 2. var. cap. 20. numer. 18.* Belluga *in speculo Principum rub. 11. § sed quia lit. L.* Iul. Clar. *in praxi, §. fin. q. 30.* Villadieg. *vbi sup.* & alij Regnicolæ.

Barbosa de Pensionib. Pars I.

Vbi enim hæc Bulla Gregorij XIV. non obligat impune, & iuste posse per Iudicem secularem id fieri non est dubium, vnde in hac specie solum non esse receptam dictam Bullam in hoc Regno, refert Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 7. vers. Capi sortiarios* (cum prudenti tamen nota, & cautione.) 48

Verùm enim verò, quod attinet ad prædictam nostram, quam defendimus, sententiam per Bullam expressè confirmatam, vt suprà ostendimus, non est vllæ considerationis, aut fundamenti, quòd sit recepta, aut non prædicta Bulla in hoc Regno, quia Iure communi sufficientes vires accipit nostra opinio, & validissimis fulcitur rationibus: nihil ergo est, quod quisquam conqueri possit, ait Farinacius, ex eo, quòd Gregorius XIV. statuerit ad Episcopum spectare cognitionem super immunitate Ecclesiæ, an ad eam confugiens ille debeat gaudere nec ne? postquam hoc idem statuerint Iura Ciuilia, & Canonica, Doctoresque ferè omnes vnanimiter hoc dixerunt etiam ante ipsius Constitutionis promulgationem, ita Farin. *d. cap. 22. de immun. num. 369.* Et praxis etiam Hispaniæ ante Bullæ editionem currenti; & inconcusso stylo idem obseruabatur, vt videre est apud Bobadil. *d. cap. 19. n. 40.* vbi consuetudinem, & praxim Hispaniæ in hac immunitatis cognitione ait esse confirmatam ante dictam Bullam, tantum abest, vt ea oppugnet Hispaniæ consuetudini. 49

Secundò, non incongruè potest responderi, quod ad propositum aduertit Farinac. *in addition. ad impressa opera ad d. q. 28. in fin.* ait enim prædictam Bullam semper seruandam fore, quicquid aliàs esset de Iure communi; cum certum sit Pontificem vbique locorum statuere posse, quando præsertim agit de Ecclesiæ immunitate, & libertate; ad quod multum facit, quòd longo, & elegantissimo discursu in materia tradit Gambacurt. omnino videndus *d. c. 9. ex n. 2.* Ceuall. *d. q. 5. tom. 5. de violentia.* Ius enim Pontificium, & non Ciuile attendi debet in decisionibus harum causarum, non solum in terris Ecclesiæ, sed imperij, & cuiusuis Regni, vt post quamplurimos Doctores, quos refert, defendit Farin. *de immunitat. c. 2. n. 15. cum seqq.* 50

Quod probatur communi, & verissima Theologorum, & Iurisconsultorum scholæ sententia, quæ securè constituit ad firmitatem legis positiuæ Canonicæ in rebus spiritualibus, aut spiritualia concernentibus non esse necessariam acceptationem, aut obseruantiam populi (sicut in legibus secularium Principum controuertitur) Pontifex enim non à populo, nec ab Ecclesia, sed à Christo Domino immediatè suam accepit iurisdictionem, vt ex quamplurimis expressis sacræ Scripturæ locis, & Iuribus docet Soar. *de legib. lib. 4. n. 3. & cap. 16. per tot. & lib. 3. c. 6.* Sosa *in tract. de largitione munerum. n. 112.* 51

Secundò principaliter ad exclusionem prædictarum sententiarum constituo, quòd admissa etiam aliquotum Doctorum opinione, (quam veram iudico) cognitionem huius immunitatis esse mixti fori, quos refert, & sequitur Marta *d. tract. de iurisdictat. p. 2. cap. 50. per tot.* In casibus autem à Ceuall. supra propositis iam per Ecclesiasticum Tribunal iurisdictio legitimè præuenta, itaque prædictæ controuersiæ, & cognitionis immunitatis priuatiuus extat Iudex, vt ex se patet, quia præuentio iurisdictionis est appropriatio sibi soli in aliqua causa, quæ principaliter in solidum, & in actu pluribus competebat, vt ex Ma- 52

rian.Soccin.& aliis refert Marta *d.lib. 2.de iurisdict. c.2.per tot.* vbi quamplurima de effectibus præuentionis insinuat, Farinac. *d.c.22.n.369.*

53 Quibus sic constitutis sequentia euidenter colligi, & defendi possunt. In primis, *que en el caso referido al principio, en que el Consejo, o Chancilleria declara, que el Iuez Ecclesiastico haze fuerça, y que otorgue, y reponga, no tiene el efeto que del sacan Ceuallos, Pax, y Villadiego, sino solo que el Ecclesiastico absuelua al Iuez seglar, y alce las censuras que (sin embargo de la apelacion interpuesta por el seglar) huuiere impuesta hasta que la causa de la inmunidad se determine en las instancias de derecho en tribunales superiores Ecclesiasticos.*

54 Deinde colligitur ex supradictis nulla, nec apparenti ratione, nec colore posse defendi, quod prædictus Auctor constituit *d.quæst.5.numer.22.* ibi: *Y con este auto de fuerça queda acabado el articulo de inmunidad sin embargo de apelacion, como se dispone en el Motu proprio de Gregorio XIV.* Ex dicta enim Bulla tale non colligitur absurdum, non enim loquitur Pontifex ibi in casu cognitionis Ecclesiasticorum Iudicum. Præbuit enim ansam, seu occasionem doctissimo viro ad æquiuocationem capiendam, & non rectum, & congruum decisionis Pontificiæ sensum percipiendum, illud noue dispositum, & statutum vltra Ius commune à Gregorio XIV. in dicta Bulla. Declarante enim Ecclesiastico Iudice confugientem ab Ecclesia, vel extractum ab ea exceptum crimen commisisse, tunc quacunque appellatione remota reus per Ecclesiasticum Iudicem seculari consignatur, vt constat ex verbis Bullæ, ibi: *Tuncque demum de mandato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ seculari quacunque appellatione postposita consignetur.* Quod noue dispositum prudenti admodum, & perspicua ratione statuit Summus Pontifex, aliquas insinuat Farinac. *d.cap.22.numer.371.* Gambacurt. *d.lib.6.cap.17.* omnino ad propositum videndi.

55 Item ex supra dictis tertio Infertur, *que mientras dura el conocimiento de la causa de la inmunidad, y si el reo sacado de la Iglesia es, o no de los exceptuados para no gozar d'ella; este conocimiento es mere Ecclesiastico con todas las instancias, hasta que* legitimè res iudicata in causa sententia pronuntietur, probatur ex iam dictis, & colligitur ex *dicta Bulla*, §.7. ibi: *Iudicio suo commisisse videbuntur*, *& in* §. 8. ibi. *Ne autem secularis Curiæ prædicti ministri*, &c.

56 Ex quo etiam sequitur fortis exclusio placiti prædicti Auctoris, *en dezir, que con el dicho auto de de fuerça arriba referido, queda acabado el articulo de la inmunidad, supuesto que el auto de* otorgue, y reponga *no obra mas que lo que està aduertido, que es obrar las censuras que pendiente la apelacion se fulminaron poner la causa en el estado que estaua al tiempo que se apelò, y sobre estos puntos solamente tiene la causa determinacion, y no sobre el principal de la inmunidad, pues ni el tribunal, y juyzio sobre que se lleua el processo puede admitir esto. Y el auto que ordinariamente llaman de legos (quando el Iuez Ecclesiastico nulla iurisdictione procedit) solo, y tiene el efeto de quitarsele la causa in totum a el Ecclesiastico, pero en on los casos dichos no concurren, ni militan las razones que en el auto de legos,* vt inferiùs videbimus.

57 *De lo dicho assi mismo se excluye la diferencia*, quæ ex dictis constituitur, *si el Tribunal dixere que otorgue, y reponga*, nam præterquam quòd est omnino falsa doctrina, quæ ibi refertur, versatur etiam *en supuesto falso, porque nunca ay auto en Chancilleria, ni Consejo en causas de fuerça, ni iamas lo ha auido que diga* otorgue, *solo, ni puede auer fundamento para tal auto, pues la violencia, y fuerça se induze solo por auer executado sin embargo de apelacion el Ecclesiastico lo que por derecho deuia suspender, &c. y con el de* otorgue *solo no quedaua ocurrido a el punto de la violencia executada.*

Ex superioribus etiam quarto elicitur nota, & censura iudicij Francisci Salgado, viri aliàs in materia meritò celeberrimi *in suo tractat. de Regia protect. tom.1.p.2.cap.4.num.116.in fine*, qui videtur sensisse idem, quod Hieronym. de Ceuallos *in locis superiùs citatis*, licet eius verba ibi sint subiecta tantæ obscuritati, & intricationi, vt potius sint tribuenda incuriæ Impressoris quàm vitio, aut iudicio Auctoris (& ita vere censeo) ita sunt scripta, (hi qui non gaudent immunitate Ecclesiarum iustè, & debite à Iudice capi possunt, & ab Ecclesia extrahi, qui si appellauerint, sintque protestati Regium auxilium violentiæ, causa ad ipsum Iudicem remittenda est, & vim non ficti declarandum. Ex quibus verbis percipi non potest congruus sensus, nec aliqua Iuri consona propositio, supponit enim illa oratio reos ab Ecclesia extractos appellasse, & Regium auxilium protestasse, causamque esse remittendam ad Iudicem secularem, & vim non fieri ab Ecclesiastico; quod omne ipsa rei natura, aut proprietate maximam in se, & pugnam, & resistentiam continet. 58

Postremò iam vltra omnes in huiusce materiæ tractatu obseruandum aduerto, *que nunca en esta materia de inmunidad Ecclesiastica, en ninguna causa, o controuersia de delito exceptuado, o no exceptuado para gozar de la inmunidad, lleuandose el processo por via de fuerça a la Chancillieria, o Consejo no puede auer auto, o prouision que decida, que en conocer, y proceder el Ecclesiastico haze fuerça que se remita la causa Seglar, como se decide en el auto de legos,* vt ex superiùs resolutis euidenter apparet. *Saluo en vn caso que es el siguiente. Quando el Iuez Ecclesiastico despues de auer declarado, que por crimen exceptuado en la Bula no goza el reo de inmunidad, y le manda entregar a la Curia seglar, le otorga a el reo la apelacion, y proceda con censuras a que el Iuez seglar no innoue, &c. En este caso en proceder y conocer, atentarà, y procederà sin iurisdicion, pues por el mismo Motu proprio le està denegada, y el progresso de la causa in totum.* Hactenus D. Ferdinandus de Hoieda. 59

Vtrùm, & quando pensionem non soluens, vel eius validitatem impugnans, possit vigore decreti cogi beneficium resignatum restituere resignanti?

Qvæstio IX.

1 *Decretum regressus, & ingressus refertur.*

2 *Accessus, & ingressus in resignationibus beneficiorum conceduntur ob non solutionem pensionis.*

3 *Accessus, & regressus ex quibus causis concedantur.*

4 *Rota sæpius ad regressus canonizationem processit.*

5 *Regressus*

5 *Regressus canonizatio ex quibus fieri debeat.*

6 *Rota non solet admittere accessum, & ingressum nisi concurrat nimia proteruia in denegante solutiones, vel aliter resistente.*

7 *Rota quomodo in hac causa processit.*

8 *Pacta inter contrahentes sunt diligenter seruanda.*

9 *Resignationes beneficiorum habent semper tacitam conditionem si pacta seruentur.*

10 *Resignationes beneficiorum, vtplurimum conceduntur ad vota resignantium.*

11 *Iniuriam nemini facit, qui vtitur iure suo.*

12 *Ius à resignante non abdicatur conditione minime adimpleta.*

13 *Conditione deficiente contractus celebratus censetur resolutus ab initio.*

14 *Regressus canonizatio non est pœna, nec priuatio, sed conditio qua inest.*

15 *Regressus non operatur translationem, sed restitutionem tituli.*

16 *Beneficium resignatum recuperans vigore regressus, recuperat locum, quem priùs habebat.*

17 *Titulus post canonizationem regressus resolutus est quoad resignatarium, & consolidatur in resignantem.*

18 *Intrusus, & merus detentator, non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem.*

19 *Possessio potest dari ad tempus limitatum.*

20 *Possessio capta virtute alicuius tituli præcedentis, sequitur naturam tituli, & secundum illum regulari debet.*

21 *Pensionarius, qui non soluit pensionem, Titulare declarante ipso facto est excommunicatus, & elapsus sex mensibus ipso iure priuatus.*

22 Ordinatio Regia lib.2.tit.13.*est pœnalis, & ideò non est trahenda extra casum, de quo agit.*

23 Flaminius Parisius *declaratur, & num. seqq.*

25 Clauf.quam, & quas, &c. *quam vim habeat, ostenditur.*

26 *Impediens citari etiam auxilio Consilij Regij habetur pro citato.*

27 *Mandatum generale sufficit si deducatur ad speciem.*

28 *Principalis præsumitur à suo procuratore. certioratus de statu causæ.*

29 *Decisio sacra Rota refertur.*

1 D præcaoendas hominum malitias, qui eo animo beneficia sibi resignata capiunt cum reseruatione certæ annuæ pensionis, vt illam nunquam soluant, & sic resignantes eludant, solet Papa fauore resignantium clausulam regressus in Bullis Apostolicis reseruationis pensionis huiusmodi inserere, & mihi in hæc formalia concessit verba. *Tibique, quod Balthasare, aut aliquo ex successoribus prædictis in solutione pensionis per præsentes reseruata huiusmodi modo, & forma præmissis facienda in toto, vel in parte cessante, aut deficiente, vel illam ad minorem summam reduci, annullari, vel inualidari petente, seu procurante, aut pensionem per præsentes reseruatam huiusmodi ex quauis causa nullam, & inualidam, seu malè, & nulliter assignatam esse dicente, vel allegante liceat tibi ad dictam Thesaurariam liberos habere accessum, & ingressum, illiúsque corporalem, realem, & actualem possessionem per te, vel per alium, seu alios nomine tuo propria auctoritate libere apprehendere, ac tam tui prioris tituli, quàm earundem præsentium vigore, quas vim valida, & efficacis prouisionis tibi de illa ex nunc prout ex tunc, & è contra Apostolica auctoritate facta habere volumus absque alia tibi desuper de nouo facienda prouisione.*

Hos enim accessus, & regressus, qui in resignationibus beneficiorum conceduntor ob non solutionem pensionis, non abstulit Concil. Trident. *sess.25. de reform. cap.7.* prout resoluunt Mandos. *in reg.de impetr.benefic.vac.per obitum, q.3. n.3.* Flamin. Paris. *de resignat.benef.lib.6.quæst.5.num.*110. Ego ipse *in collect. ad d. cap.7. n.4.* quia regressus huiusmodi ex pacto inter resignantem cum pensione, & resignatarium, nihil habent in se amari, Lotter. *de re benef.lib.1.q.40. n.266.* & ideò qoando petitur canonizario gratiæ regressus, vel accessus cootra eum, qui consensit huiusmodi reseruationi, non est necessarium verificare pensiones aut narratiuam continentem ius præcedens ad effectum obtineodi canonizatoriam sui accessus. Ita Mohed *decis.*110. *&* 357. Pute. *decis.4. & 6. de regressu*, Theodos. de Rubeis *singular. Rota p.2. verbo littera*, §.3.*n.1.* vbi *n.2.* subdit procedere etiam contra eum, qui non consensit, sed venit ex iure eius, qoi consensit. 2

Ex duplici igitur capite locus fit dicto decreto, siue clausulæ ad hoc, vt ad Thesaurariam, de qua agitor, regredi possim. *Primò*, ex cessatione B. in solutione pensionis, vt bene notant Mandos. *de signatura gratia, tit.de regressu col.8.vers.regressus, in princip.* Flamin.Paris. *d.tract.de resignat.benefic.lib.3.q.3.n.4.* *Secundo*, quia ab eodem B. Titulare petitum fuit illam annullari, vel ad minorem quantitatem reduci, & dictum, seu allegatum eam esse nullam, aut malè, & nulliter assignatam, vt adue tunt Mandos. *d.loco*, Flamin. *d.q.3.n.8.* Lotter. *de re benef.lib.1.q.40. num.*272. Et ex his duabus causis, seu illarum vna tantùm Rotæ sæpe sæpius processit ad regressus canonizationem, vt apud Verall. *decis. 9 p.3. & in Salamantina beneficiorum 7. April. 1617. coram bonæ memor. Vbaldo, & in Cremon. pensionis super regressu 23. Iunij 1623. coram eodem*, & in aliis citatis per Lotter. *d.lib.1.q.40. n.283.cum seqq.* & dicit Crescent. *decis.17. sub num. 3. vers. Aliàs vidi, de rescript.* se aliàs vidisse nolentem soluere pensionem octo ducatorum amisisse Canonicatum valoris nonaginta, dando de nullitate pensionis, quæ refert Lotter. *d. q.40.n.* 273. vbi etiam quod si is, à qoo petitur pensio, excipiat de illius nullitate, implicat etiam nullitatem resignationis, & sic aperit viam regressui ad beneficium. 3

Quare cùm B. cessauerit in solutione pensionis per quinquennium, & vltra, passúsque fuerit censuras, & adhuc illas sustineat, pensionis meæ validitatem impugnauerit, inde patet conditiones verificari, & decreto pro exequutione accessus, & ingressus 5

gressus locum fore, Verall. *decis.* 147. *p.* 1. *& decis.* 313. *p.* 2. Achil. *decis.* 2. *num.* 5. *de iureiur.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 6. *q.* 3. *n.* 7. Rot. *decis.* 631. *n.* 1. *p.* 1. *& decis.* 286. *n.* 2. *p.* 2. *recentior. & in d. Cremonen. pensionis super regressu.* Per quae Iura, & auctoritates eadem Rota praeuia decisione facta *sub die* 22. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Pirouano*, censuit in hac met causa locum esse ingressui, & accessui.

6 Et in dicta mea decisione fuit firmatum non obstare, quod Rota non solet admittere huiusmodi accessum, & ingressum, nisi concurrat nimia proteruia in denegante solutiones, aut aliter resistente, Gig. *de pension. q.* 99. *num.* 19 Flamin. Paris. *d. quaest.* 3. *num.* 13. Lotter. *d. quaest.* 40. *n.* 277. *cum seqq.* Quia de magna proteruia constat ne dum ex eo, quod dictus B. per triennium, & vltra distulit soluere pensionem, sed multò magis quia declaratas censuras sustinet, & surda aure pertransiit per annos fere octo, quae sine pertinacia, & proteruia admitti non possunt, vt declarat idem Paris. *d. q.* 3. *n.* 14.

7 Vnde vigore dictae decisionis Rota seruatis seruandis mandatum de immittendo, & manutenendo respectiuè ad mei fauorem sub Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis in illo contentis in forma solita, & consueta decreuit, & relaxauit, quod cum dicto B. ob impedimenta per eum praestita personaliter intimari, & notificari non posset; & super huiusmodi impedimentis per illum praestitis, & non tuto accessu fuissent in Curia examinati testes, & producta aliqua Iura, & documenta, ac illis lectis, & visis per eandem Rotam accuratè, tam quoad intimationem dicti mandati de immittendo, & manutenendo respectiuè, quam quoad alia in praesenti causa per edictum publicum in forma solita, & consueta, & iuxta stylum Curiae Romanae procedi mandauit, & cum deinde fuisset legitima dicti mandati intimatio quamuis per edictum facta, vtpote quia ordo de Iure requisitus sufficienter fuit seruatus, ac originales citationes probentur ea fide Cursorum, & Notariorum affixae in locis solitis Curiae, & in aliis duobus locis viciniorïbus, & illis parere ac obedire neglexisset, seu recusasset, eodem instrumento dicti mandati de immittendo, & manutenendo respectiuè vna cum intimatione & notificatione, vt supra per edictum facta in actis reproductis, ac terminis substantialibus ad docendum dicto mandato de immittendo, & manutenendo respectiuè paruisse, & obediisse seruatis; subsequenter causa huiusmodi in plena Rota, vt moris est, proposita, inibique diligenter ac mature discussa, fuit in ea resolutum dandam esse declaratoriam contra dictum B. & apponendum sequestrum, & eius vigore fuit pariter decretum illum incurrisse poenas, & censuras in dicto mandato de immittendo contentas ob illius non paritionem, & crescente contumacia, & inobedientia, excommunicationis, & declaratoria sententiam antedictam aggrauandam, & reaggrauandam duxit, & ad interdictum vsque processit, licet semper pertinaciter, & inobedienter, prout adhuc, non sine scandalo perseuerauerit.

8 Nil me vidisse profiteor Iuri, & rationi magis consonum, quàm regressus canonizationem, quia aequum est, vt qui non vult soluere pensionem, beneficium non habeat, sed restituat resignanti, ne aliàs cogatur ipse resignans, & pensionem non habere, & suo beneficio fraudulenter spoliari: tum quia clausula regressus ex speciali conuentione inter resignantem, & resignatarium apposita est, & per Papam confirmata; vnde prouenit, vt haec pactio inter eos facta diligenter obseruari debeat, *ad l.* 1. *& lege iurisgentium*, §. *Praetor ait ff. de pactis, & l. semper in stipulationibus*, *ff. de regulis iuris*, Surd. *decis.* 182. *num.* 2. *& decis.* 248. *num.* 2. Glotit. *resp.* 1. §. 2. *num.* 78. Rota *in Romana, seu Comen. societatis* 5. *Iulij* 1627. *coram bona mem. Vbaldo*, quod adeò verum est, vt nec ad minorem quantitatem pensionem reduci petere possit Titularis, quia simpliciter ei denegatur actio quasi proponenti de directo contraria, ex quo validitas eius tituli pendet ea toto à validitate reseruatae pensionis in ea quantitate, vnde vel debet integrè soluere, vel dimittere beneficium resignatum, quia dum petit reduci, concludit ad non consensum resignantis, & consequenter ad nullitatem totius gratiae, aperitque viam resignanti ad reintegrationem sui beneficij Mantic. *decis.* 173. *n.* 1. *vers. nam in eo casu*, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 41. *num.* 38. Rot. *decis.* 286. *n.* 2. *p.* 2. *in recentior.* Nam huiusmodi 9
resignationes habent semper tacitam conditionem si pacta seruentur, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 45. quia vtplurimum admittuntur, & conceduntur ad vota resignantium, idem Flamin. *d. q.* 3. *num.* 55. Vnde si fuit expressè conuentum in 10
actu resignationis, vt cessante d. B. in solutione pensionis, vel eam annullari petente possem propria auctoritate realem, & actualem possessionem dictae Thesaurariae libere apprehendere, nihil poterit impedire quin eueniente casu possem iuxta formam decreti ad Thesaurariam regredi, nemini enim facit 11
iniuriam, qui vtitur iure suo, *l. iniuriarum*, §. 1. *ff. de iniur. l.* 3. §. *si tamen*, *ff. de liber. hom. exhiben.* Ioseph. Vela *de Iust. controuersio in Hispalensi Senatu dissert.* 26. *num.* 78. cum aliis ibi citatis, *Axiom.* 135. *num.* 8.

Accedit, quia resignatio facta fuit conditionaliter, scilicet valida existente pensione reseruata, & 12
cum effectu soluta, vnde si nulla allegetur, vel soluttio non fiat, conditio deficit, proindeque intrat dictum decretum, & ex nunc prout ex tunc, censetur facta prouisio, adeo vt collatio censeatur facta ab initio, Achil. *decis.* 7. *num.* 4. *de renunciat.* quo casu ius à me resignante abdicatum non censetur, ad tradita per Caputaq. *decis.* 216. *num.* 3. *p.* 1. Flamin. Paris. *d. tract. lib.* 1. *quaest.* 3. *n.* 82. *cum seqq.* Buratt. *decis.* 833. *num.* 33. cum aliis etiam per me *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 79. sicut nec abdicatur non seruatis conditionibus, Flamin. *d. lib.* 1. *quaest.* 14. *num.* 10. Ego ipse *d. cap.* 15. *num.* 80. quia conditione defi- 13
ciente contractus celebratus censetur resolutus ab initio, *l. necessario*, § 1. *ff. de peric. & commodo rei vend. l. pecuniam*, vbi Alexand. *n.* 4. *ff. si certum pet.* Flamin. *d. lib.* 1. *quaest.* 3. *num.* 27. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num.* 277. *C. de reuocand. donat.* vbi quòd defectus conditionis habet oculos retro ad tempus dispositionis. Iuuat etiam quia renuntiatio facta fuit in eum finem, vt pensio reseruaretur valida ne ex illa renuntiatione nimium dispendium pati videar, & ita correspectiuè, quo casu, vbi scilicet aliqua sunt correspectiua, quia vnum fit propter alium, adeo sunt indiuidua, vt vnum tantum censeantur, sicut notat Alexand. *cons.* 121. *col.* 2. *in fine*, *vol.* 3. Crauet. *cons.* 230. *num.* 2. *& cons.* 298. *lib.* 3. & est elegans quoad hoc propositum doctrina Baldi *in l. pollicitatione in fin. C. de donat. ante nupt.* vbi dicit, quòd quando contractus se inuicem contingunt per modum causae habentur pro eodem, & ita cum resignatio, prouisio, & pensio fuerint correspectiuè facta, vnum scilicet propter aliud, si deficiat aliquod eorum, totum resoluitur, *l. etiam*, §. *ex causa*, *ff. de minor.* Menoch. *cons.* 156. *num.* 4. *& 5. vol.* 2. Decian *resp.* 1.

resp.1.num.38.vol.3. Alexand. *cons.11.col.3.num.3.lib.3.* Crauet. *consil.230.num 2.* Stephan. Gratian. *discept.forens.tom.2.cap.246.* Grassis *de except.cap.14.num.42.* Aldouin. *cons.20.à num.94.* Iniquum, & iniustum est in contractu correspectiuo, quod firmitas eius, aut valor ipsius ab vnius dumtaxat ex contrahentibus voluntate penderet, & quod esset in eius arbitrio implere, vel non pro parte sua, alterúmque ad ipsius contractum implementum adstringere, iuxta doctrinam Baldi *in l. in vendentis, C.de contrah.empt.* Surd.*cons.136.n.24.lib.1.* Federic. Scot.*resp.17.n.4.lib.1.*

14 Ex quo inferebam non posse dictum B. conqueri de beneficio amisso, nec fingere vim sibi inferri, dum à me vigore regressus canonizati occupatur; nec denique agere vti spoliatus, seu priuatus, quia canonizatio regressus non est pœna, nec priuatio, sed conditio, quæ inest, vel modus rei traditæ, vt optimè resoluit Lotter. *de benefic.lib.1.q.40.n.293.*
15 & ideò non operatur translationem, sed restitutionem tituli, ex Rot. *decis.427. num.7. part.1. diuers.*
16 Et hinc prouenit, vt ille, qui vigore regressus restituitur ad beneficium per eum resignatum, recuperat locum, quem prius habebat, prout resoluit Flamin. Paris. *d.lib.1.quæst.14. num.28.* facilis est enim recursus & conuersio ad pristinam rei naturam, & originem *l. si vnus, §. pactis ne peteret. ff. de pact.* ibi, *non fit causa dotis deterior, sed formæ suæ redditur; l.filio quem pater,* ibi, *quia non translatus, sed redditus videretur, ff.de liber.& posthum.cap.ab exordio 25.dist. c.2. de decim. lib.6.* Socin. sen. *cons.35.n 6.vol.1.* vbi adducit notabile dictum Boëtij *lib.3. de consolat. Repetunt proprios quæque recursus, reditúque suo singula gaudent.* Crauet. *cons.616.n.5.vol.4.* Crot. *in l.omnes populi, n.213 ff.de iustit.& iure,* Tiber. Decian. *cons.90. n.6. & 7. vol.3.*

17 Vnde fit dictum B. post canonizationem regressus siue ingressus titulum non habere, resolutus enim fuit, & consolidatus in me virtute dicti regressus canonizati, Rot. *in Ciuitatis plebis pensionis 15. Iunij 1616. coram bonæ memor. Cardin. Sacrato:* ac proinde illum tanquam intrusum ac merum detentorem non posse dici hodie legitimum contradictorem ad impediendam immissionem, Seraphin.
18 *decis.1257.* quia paria sunt titulum non habere, vel nullum habere, Surd. *decis.45. num.17.* Vtcunque enim contingat resignantem regredi ad beneficium resignatum siue per actionem in spolio motam siue per canonizationem regressus sibi reseruati in casu non solutæ, vel in dubio reuocatæ pensionis, constat verum titulum esse penes regredientem, & pensionem ipsam extingui in tantum vt si ex noua concordia beneficium iterum cedat resignatario, & non conualescat, sine nouo Papæ decreto, modo scilicet circa regressum nullæ remanserint reliquiæ litis, in quibus iste effectus videatur suspensus, ita Ferentil. ad Buratt. *decis.528.n.4.& 5.* Lotter. *de re benef.lib.3.q.16.n.62.*

19 Nec vllum inconueniens considerari potest ex eo, quòd beneficium conferatur à Papa sub certa conditione, vel ad certum tempus, quia possessio accipit suum esse ab animo, & patientia illius contra quem quis prætendit acquirere quasi possessionem, *l.si ego §.1. de publicand. l.3. §.dare, ff.de vsufructu,* ex quo sequitur, quòd possessio ad tempus illo elapso non dicitur amplius possessio ex natura temporis limitati, *l.Imperator, ff.de postulando, l.statu liberi, §.Stichum, ff.de legat.2.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.13. num.94.* Et possessio data tempore limitato, siue, vt aliquid impleatur, cessat illo impleto, vel transacto tempore, Decian. *cons.108.num.10.tom.3.* Nicol.
Garc. *de benefic.p.1.cap.2.num.87.* Et tantum abest, 20
quod possit dictus B. dicere se esse in possessione libertatis de non soluendo dictam pensionem, quinimo potest opponi ex dictis illum non habere beneficij possessionem, nisi dum soluerit, illámque cessasse cum incœpit deficere in solutione pensionis huiusmodi regressu, siue ingressu ob id canonizato, arg. *l.si à te, ff.de seruit.vend.* & quæ tradunt Roland. *cons.9.n.39.vol.3.* Mantic. *decis.213.n.3.* Flamin. Paris. *d.tract.de resignat.benef. lib.10. quæst.5. num.45.* Rota *decis.363.num.2.p.1.diuers.* dum tenent possessionem captam virtute alicuius tituli præcedentis sequi naturam tituli, & secundùm illum regulari debere.

Ex alio capite dictus B. iure, si quod habebat in 21
dicta Thesauraria, priuatus existit, nempe ex decreto in litteris Apostolicis reseruationis meæ pensionis inserto, quod sic cantat. *Et eadem auctoritate statuentes quod ille ex Balthasare, & successoribus prædictis, qui in dictis festiuitatibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediatè sequentes pensionem per præsentes reseruatam prædictum per eum tibi tunc debitum non persoluerit eum effectu lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat, à qua donec tibi, vel eidem procuratori de pensione per præsentes reseruata huiusmodi tunc debita integre satisfactum, aut aliàs tecum, vel cum dicto procuratore super hoc amicabiliter concordatum fuerit præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere. Si verò per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipso animo (quod absit) sustinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem dicta Thesauraria perpetuo priuatus existat, illaque vacare censeatur eo ipso.* Nam cùm Papa declarauerit dictam Thesaurariam vigore huius decreti vacasse, & de illa sic vacante mihi prouiderit sine præiudicio regressus, siue ingressus intentati, non potest dictus B. titulum allegare, quo suffultus retinere illam valeat, ita D. Gabr. Pereira *de manu Regia part.2. cap.64. num.18.* ibi: *Limitabis suprapositam resolutionem non procedere in Pensionario, qui licet non soluens pensionem ipso facto sit excommunicatus, & elapsis sex mensibus ipso iure priuatus,* vt tradit Gig. *de pensionib. quæst.78. Illud tamen intelligitur si modo placeat pensionario,* teste Cassad. *de locato, quæst.2.num.3.& q.3. num.4. Quare quandiu voluntatem suam pensionarius non aperit, titulum habet, & renuntiare potest,* &c. Ergo à contrario sensu postquam resignans suam declarauerit voluntatem; resignatarius non habet titulum, nec potest renuntiare.

Non obstat *Ordin. Regia lib.2. tit 13.* quæ contra 22
impetrantes beneficia viuentium pœnas statuit, quia, vt suprà diximus, ad beneficium rediens virtute regressus non dicitur de nouo impetrare beneficium alterius, sed sui restitutionem obtinere per illam clausulam, *ex nunc, prout ex tunc,* quæ inserta reperitur in dicto decreto, adeo vt collatio censeatur facta ab initio, Achil. *decis.7. num. 4. de renuntiat.* Cuius quidem Ordinationis decisio, cùm sit pœnalis, est restringenda, nec vltra casum, de quo agit, trahenda, *cap.pœna, de Pœnit.dist.1.cap.in pœnis, de regul.Iuris lib.6. & ipsamet Ordinatio Regia in vers.fin.* hoc ipsum declarat, his verbis. *E queremos que isto se entenda nos casos expressos nesta Ordenaçaõ somente, e naõ se farà della extençaon a outros casos fora delles.* Accedit quia negari non potest licere hoc casu ad beneficium regredi; ergo talis regressus siue accessus permissus debet censeri, & minime illa ordinatione comprehensus; non enim puniri quis debet,

deber, qui fecit id, quod sibi licere putaoit, Crauet. *cons.* 111. *num.* 24. *vol.* 1. *& cons.* 203. *num.* 2. *vol.* 2. Immo & omnis dolus excluditur, ex quo quis vtitur iure suo, aut iure permittente aliquid agit, vel exequitor actum fieri solitum, *l. nullus, ff. de regul. Iuris*, Magon. *Lucens. decis.* 29. *num.* 16. Mascard. *de probat. concl.* 531. *n.* 12. *& concl.* 815. *n.* 41.

23 Nec etiam obstant resoluta per Flamin. Paris. ex aduerso allegatum *d. tract. de resignat. benef. lib.* 6. *q.* 1. *num.* 140. *& quæst.* 3. *num.* 37. dum ad regressus canonizationem videtur exigere personalem resignatarij citationem, quia illa in hoc casu fuit ex multis pro sufficienter habita.

24 Et primò, quia litteræ Apostolicæ reseruationis meæ pensionis me instante die 28. Augusti 1625. per Notarium Apostolicum eidem B. intimatæ, lectæ, & declaratæ fuerunt cum dicto decreto, ac omnibus ibidem contentis, vnde non potest prætendere ignorantiam dicti decreti, & intimatio hæc loco citationis deseruire potest: siquidem Flamin. Paris. loquitur quando causa incipit à canonizatione regressus contra Titularem reum penitus talia ignorantem, & falsò existimauit canonizationem regressus esse pœnam continentem priuationem, per ea quæ supra diximus hac eadem *quæst. num.* 14.

25 Secundò, quia idem B. obtinuit committi in Rota causam solutionis dictæ pensionis cum claus. *Cum incidentibus, & emergentibus*, & cum alia, *Quam, & quas*, &c. quarum vigore Papa per aliam commissionem sua propria manu signatam, causam emergentis quæstionis super regressu, ingressu, & accessu huiusmodi, ac illius canonizatione eidem Rotæ Auditori commisit, in qoa potuit ferri sententia super illa, licet in prima non expressa, & formaliter deducta, Surd. *decis.* 14. *num.* 17. *vers. Posset tamen*, Rot. *decis.* 257. *n.* 1. *p.* 1. *recentior.* Vnde cùm præcesserit dicti B. commissio, & illius vigore me citare fecerit coram R. P. D. Pirouano ad videndum reuocari mandata ad meum fauorem relata, & pro pensione huiusmodi annullanda, potui, & merito, coram eodem Auditore quasi per reconuentionem agere ad canonizationem regressus vigore alterius commissionis propria manu Sanctissimi signatæ, quam retuli *quæst.* 6. *n.* 5.

26 Tertiò, quia idem B. exquisitis modis, & fallaciis impedimenta præstitit ne sibi aliqua fieret citatio, aut intimatio, vnde soccedit conclusio, quod impediens citari, habetur pro legitime citato, *cap. quoniam frequenter*, § *porrò*, vbi Glos. *verbo impedit, vt lite non contestata*, Tiraq. *in tract. res inter alios acta, vers. Limita duodecimo*, Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 106. *&* 109. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 66. *num.* 32. optimè in his terminis Seraph. *decis.* 1094. *num.* 3. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *cap.* 38. *num.* 102. Mari. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol. fin. casu* 16. Quando enim per alium stat quominus quid fiat, id vtique profecto habetur in ipsius præiudicium, Tiraq. *de retract. lign.* §. 1 *glos.* 10. *num.* 9. & Rota solet facere interpretationem contra recurrentem ad Consilium Regium, puta ne citetur, quia habetur pro citato, vt per Theodos. Robeum *in singularib. Rotæ p.* 2. *verbo Consilium Regium* §. 1 *p.* 39.

27 Quartò, quia Thomas Luriolus Procurator substitutus in vim cuiusdam mandati generalis, & amplissimi à dicto B. obtenti cum facultate consentiendi cuicunque reseruationi pensionis cum omnibus cautelis, & conditionibus per resignantes impositis, & ad lites, &c. huiusmodi mandatum ad speciale Iudicis intentati regressus, & accessus deduxit, & eius vigore illud impugnauit, & à sententia regressus canonizatoria inualide appellauit, vnde colligitur dictum B. plenam habuisse huius facti, & citationis prætensæ scientiam, vt optime resoluit Rot. *coram Seraphino decis.* 654. *num.* 1. ibi: *Quod deducitur de generalitate mandati nihil est, cum sponte Procurator constitutus comparuerit in actis huius causæ, & ita deduxerit suum mandatum ad speciale*; & rationem reddit *num.* 5. quia quando procurator generalis sponte comparet post citationem principalis, tunc præsumitur citationem peruenisse ad notitiam principalis.

Quintò, quia dictus B. præsumitur certioratus à dicto Thoma Luriolo eius Procuratore toto illo tempore ad triennium fere ascendente; quo in Curia lis durauit super regressu, & incessu, iuxta ea, quæ resoluunt Romao. *consil.* 581. Rot. *decis.* 396. *n.* 3. *part.* 1. *diuers. & decis.* 174. *n.* 3. *part.* 1. *recentiss.* 28

Sextò, & vltimò, quia cognoscens Rota quot cauillationibus dictus B. impediebat ne vlla sibi fieret personalis citatio, decreuit causa cognita, & præhabitis diligentiis necessariis, vt per edictum esset procedendum, prout factum extitit, & ex abundanti fuit citatus dictus Thomas Luriolus Procurator; decisio autem Rotalis vere aurea in ea parte, quæ ad nostrum intentum conducit, sic cantat. *Causæ etiam non desunt, quæ iustificant non tutum accessum, quia Balthasar solitus erat recurrere ad Iudices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur, vt ex relatione Notarij exhibita, quæ ne dum sufficeret pro casu non tuti accessus, sed etiam ad hoc vt posset dici personaliter citatus*, Bald. *in d. cap. quoniam frequenter*, §. *porrò*, *n.* 2. *vt lite non contest. Et idem fuit dictum in Ianuen. census* 10 *Ianuarij* 1614. *coram me, Quando scilicet recursus concludenter est probatus: præterea testes fuerunt examinati formiter deponentes, quod in Regno Lusitaniæ non poterant exequi huiusmodi mandata, & decreta Rotalia, & alia, quæ ab Vrbe hac de re transmissa fuerunt absque Iudicij Regiæ Coronæ beneplacito, quod sufficit ad hoc vt dicatur constare de non tuto accessu, siue testes concludant non tutum accessum per impossibile, siue hoc credant difficile propter pœnas in Regiis Constitutionibus comminatas, vt quis non audeat mandata intimare*. Rot. *decis.* 22. *num.* 2 *de rescrips. in antiq. & idem firmant de stylo huius Tribunalis, addent. ad decis.* 5. *num.* 2. *&* 4. *eod. tit. de rescr. pt.* Cassad. *decis.* 2. *de dolo, & contum. Et idem fuit admissum in supradictis decisionibus Ianuen. census* 10. *Ianuarij* 1614. *& Ianuen. separationis thori* 8. *Martij* 1626. &c. Denique per edictum seruatis de Iure seruandis ritè, & strictè fuit processum in hac causa secundum praxim Curiæ, de qua in nostro voto decisiuo 8. *per tot.* 29

Vtrùm regressarius recipiendo pensiones decursas videatur regressui renuntiare?

QVÆSTIO X.

1 *Doctores referuntur qui tenent regressarium recipiendo pensiones decursas videri regressui renuntiare.*

2 *Contrarium verius.*

3 *Emphyteutam non soluentem per triennium potest*

potest dominus expellere, & petere pensiones, quando incœpit ab expulsione, vel ab executione præteritarum pensionum cum protestatione.

4 Iuramentum *habet vim clauſ.* Rato manente pacto.

5 *Clauſ.* Rato manente pacto, *operatur quòd debitum principale ſimul, & pœna exigi poſſint.*

6 *Clauſ.* Rato manente pacto, *in emphyteuſi aperatur, vt emphyteuta poſſit expelli ob non ſolutionẽ Canonis, etiamſi dominus directus illũ receperit de præterito.*

7 L. apud Celſum, §. Labeo, ff. de doli except. *declaratur.*

8 *Pœna quando apponitur loco contemptus, & poſtea res, & pœna petuntur ex diuerſis cauſis, vtrumque debetur.*

9 *Regreſſui renuntiare videtur ille qui recipit penſionem poſt lapſum terminum illam ſoluendi.*

10 *Canonem recipiens poſt incurſam caducitatem, videtur illam remittere.*

11 *Agens ad penſionem tantum in iudicio, & de regreſſu nihil dicens recipiendo penſionem videtur regreſſui renuntiare.*

12 *Agens ad penſionem, & regreſſum, ſi fuit pronuntiatum ſuper vtroque, & recipiat penſionẽ, non cẽſetur renũtiare regreſſui.*

13 *Penſio non eſt onus reale coherens ipſi beneficio, ſed onus fructuum, & ipſis fructibus inhærens.*

14 *Penſio decurſa de tempore, quo beneficium fuit occupatum ab intruſo, ab ipſo ſolo eſt ſoluenda, & non à titulari, qui fructus de illo tempore non percepit.*

15 *Reſignatarius, qui vigore reſignationis quantumcunque nullæ, fructus percepit, penſionem ſoluere tenetur.*

16 *Capitulum ſoluere tenetur penſionem impoſitam ſuper Canonicatu, cuius fructus illi accreuerunt propter non reſidentiam Canonici.*

17 *Penſionarius agere poteſt hypothecaria contra quemcunque poſſeſſorem fructuum.*

18 *Reſpondetur fundamentis Gigantis.*

19 *Declaratur iterum* l. apud Celſum, §. Labeo, ff. de doli except.

20 *Pœnæ conuentionales de Iure Canonico debentur, ſed ſuſtinentur ſemper pro quanto alterius partis intereſt.*

21 *Pœna ciuilis, & criminalis reſultat ex vno maleficio, & vna non confundit aliam.*

22 *Papa in regreſſu confert beneficium ex nunc prout ex tunc, & ideo collatio cenſetur facta ab initio.*

23 *Regreſſus extinctio antequam regreſſarius declaret velle redire ad ſuum beneficium, eſt actus fauorabilis, qui caſſatur ex ſola voluntate ipſius regreſſarij, & per renuntiationem factam coram Notario, & teſtibus.*



FFIRMATIVAM partem latè probat Gigas *in tract. de penſionib. q. 76. per totam*, & præcipuè ex *n. 20. verſ. Iſtis non obſtantibus*, quem ſequuntur Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 6. q. 3. n 30.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. c. 152. n. 19. & tom. 4. c. 617. n. 13. verſ. inſuper, cum ſeq.* argumento text. *in l. apud Celſum, §. Labeo, ff. de doli except.* vbi dicitur, quòd condemnatus ad dandum hominem ſi promiſit illum tradere intra certum diem ſub pœna, tranſacto tempore non poteſt pulſari, vt ſoluat hominem, & pœnam. 1

Pars verò negatiua, quòd ſcilicet non amittit penſiones decurſas, qui vigore regreſſus, ob illas non ſolutas, obtinuit immitti in poſſeſſionem beneficij; in Iure mihi verior videtur, ac in practicando, & conſulendo omnino conſequenda, ex multis. Et *primò* ex text. *in l. colonus, ff. locati*, vbi dicitur, quòd dominus poteſt expellere colonum contumacem in ſoluendo, & petere penſiones: & *in auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicitur, quod Eccleſia poteſt expellere emphyteutam per biennium non ſoluentem, & habere penſiones, ac retinere meliorамenta, & nullum dubitat poſſe dominum tunc expellere emphyteutam, & petere penſiones, quando incœpit ab expulſione, vt reſoluunt Clar. *in § emphyteuta, q. 10. poſt princip.* Gig. *de penſionib. q. 73. n. 8.* Surd. *deciſ. 317. n. 14.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 633. n. 38. cum duobus ſeqq.* Vel ſaltem ab executione præteritarum penſionum cum proteſtatione Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 22. tit. 33. n. 5.* Camill. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tom. 1. tit. 33. n. 146.* Buratt. *deciſ. 624.* *Secundò*, quia in noſtro caſu B. ſub iuramento ſe obligauit ad penſionis ſolutionem, tunc enim iuramentum habet vim clauſ. *Rato manente pacto, l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Bald. *in l. cum proponas, n. 2. verſ. Vlterius, C. de tranſact.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 85.* Cardin. Tuſch. *tom. 1. lit. C. concl. 300. n. 4.* Clauſula autem, *Rato manente pacto*, operatur, quod debitum principale, ſimul, & pœna exigi poſſint, & vtrumque debeatur, *l. qui fidem, ff. de tranſact. d. l. cum proponas.* Saluſt. Tiber. *in formulario inſtrum. lib. 2. c. 14. n. 10. & c. 19. n. 14.* Gutier. *in repet. l. nemo poteſt, n. 413. ff. de legat. 1.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 30. n. 52.* Vnde in emphyteuſi appoſita operatur, vt emphyteuta poſſit expelli ob non ſolutionem Canonis, etiamſi dominus directus illum receperit de præterito, quia vtrumque conſequi poterit, videlicet canonem præteritum, & expulſionem, quæ ſunt compatibilia, Alex. *conſ. 196. n. 2. verſ. nec ad hoc obſtat, & conſ. 206. n. 2. verſ. Ad prædictorum, vol. 7.* Card. Tuſch. *d. concl. 300. n. 11.* Marta *de clauſ. p. 1. clauſ. 131. n. 7.* quos refero *in tr. de clauſul. vſufreq. clauſ. 128. n. 7.*

2

3

4

5

6

Non obſtat *d. l. apud Celſum, §. Labeo*, quia ibi pœna ſucceſſerat loco rei debitæ, cum fuerit maior, quàm res debita, & ideo minor illa ſumma iuerat maiori, *c. 1. de arbitr. lib. 6. l. 1. § ſi ſtipulanti, ff. de verb. obligat.* cum aliis citatis per Card. Tuſch. *tom. 7. lit. S. concl. 885.* At verò in hoc caſu regreſſus non ſuccedit loco penſionum debitarum, ſed illis accedit, ac proinde vtrumque peti poteſt, penſiones ſcilicet præteritæ, & beneficium, ad notata per Bald. *in d. l. cum proponas, n. 3. verſ. Tertio caſu*, & *ibi* Paul. de Caſtro *n. 2. verſ. Adde quartum caſum.* 7

Et maximè, quia penſiones percipiuntur ex debito antiquo propter fructus beneficij perceptos, 8

& regressus ob incursam contumaciam in non soluendo debitis temporibus, vel potius ex pacto expressè inito in litteris Apostolicis reseruationis, & tunc quando pœna apponitur loco contemptus, & postea res, & pœna petuntur ex diuersis causis: veluti si pœna petitur ex contumacia, vel ex pacto, & debitum ex actione antiqua, certum est vtrumque peti posse ex traditis per Bald. *citato loco, vers. Sed si non petitur*, ibi: *Interdum pœna*, & Paul. *ibidem vers. Item adde quintum*.

9 Vtrùm hac de re consulti primatij Romanæ Curiæ Aduocati, & præcipuè D. Ioannes Ghinus vtriusque Iuris consultissimus, & à me multis nominibus commendandus, responderunt hanc partem esse procuIdubio veriorem, & contrariam nullo Iure probari, sentientes tamen ad plenam huius rei cognitionem distinctione opus esse, & tres casus considerandos inter se admodum diuersos.

Primus casus est de eo, qui si voluisset, potuisset habere regressum, quia lapsus fuerat terminus soluendi pensionem, & nihilominus recepit eam; & tunc videtur regressui renuntiasse, quia cum concernat tantùm fauorem ipsius Pensionatij, regressus reseruatus intelligitur eo volente; ita Gambar. *de officio legati à latere, tit. 6. de pension. numer. 489. vers. Primus casus*, & in his terminis loquuntur Cassad. *decis. 2. num. 3. vers. Quod procedit, & decis. 3. num. 4. tit. de locato*, Caputaq. *decis. 8. num. 1. p. 3.* Flamio. Paris. *de resignat. benefic. libr. 6. quæst. 3. num. 20. & 22. & quæst. 5. num. 82.* Pute. *decis. 206. nu-*
10 *mer. 1. lib. 1. & decis. 16 lib. 2. in correctis.* Sicuti recipiens canonem post incursam caducitatem, videtur illam remittere, Specul. *tit. de locato, §. nunc aliqua, numer. 34. vers. 130. quæritur*, Surd. *decis. 217. num. 26.* Mantic. *decis. 200. numer. 1.* Ex eadem ratione, quòd caducitas intelligitur domino volente, tenent Roland. *d. conf. 57. n. 9. & conf. 82. n. 6. lib. 3.* Cassad. *d. decis. 2. de locato.*

11 Secundus casus est de eo, qui egit in iudicio ad pensionem tantum, & de regressu nihil dixit, & modo recipiendo pensionem, saltem sine protestatione, videtur regressui renuntiare, Gambar. *d. lib. 6. num 482. vers. Secundus casus*, qui mouetur ex dicto Specul. *vbi suprà.* Sed hæc resolutio continet in se aliquam difficultatem, quia remissio intelligitur facta etiamsi canonem, vel pensionem recipiat cum protestatione, Gig. *de pensionib. q. 73. n. 7.* Mantic. *d. decis. 200. n. 2.* Surd *decis. 317. n. 26.* Corbul. *de causa priuationis ob non solutum canonem limit. 21. n. 2.*

12 Tertius casus est de illo, qui egit ad vtrumque, & fuit pronuntiatum super vtrumque, scilicet super solutione pensionis, & super regressu (prout est casus noster) & tunc certe recipiendo pensionem etiam absque protestatione, non censetur renuntiare regressui, siue pensio sit de præterito, siue de futuro, quia, vt inquit idem Gambar. *citato loco n. 483. vers. Tertius casus*, per pronuntiationem Iudicis resolutus est titulus possessoris, & consolidatus in pensionatiom virtute regressus: vnde nec tacitè, nec expressè beneficium potest reuertere ad ipsum, quia semel exclusus semper remanet exclusus, & bene, quia Papa in regressu de nouo confert beneficium pensionario ex nunc prout ex tunc; adeo vt collatio censeatur facta ab initio, Achil. *decis. 7. numer. 4. de renuntiat.* & propterea quamuis ipse postea petat pensiones decursas, tamen non ideo videtur renuntiasse regressui; quia ex quo possessor semel beneficium amisit ob non solutionem pensionis, non potest absque nouo titulo illud recuperare, etiamsi regressarius consentiat, quia illius ius non pendet ab eius voluntate, sed à Papa quatenus velit ei beneficium de nouo conferre, Gambar. *vbi supra num. 484. cum seq.* quem intellexit Rota *in ciuitatis Plebis pensionis 15. Iunij 1616. coram bona memor, Card. Sacrato*, quando canonizatus est regressus per sententiam, quæ facit transitum in rem iudicatam, vt in nostro casu: quicquid contrarium dicendum esset si Iudex nullo modo pronuntiasset super regresso, vt declarat idem Gambar. *d. loco num. 488. & seqq.* vbi quod licet sola declaratio Pensionarij videatur inducere vacationem, tamen magna æquitas dictat contrarium, si præsertim Pensionatius recepit pensiones sequentis temporis, & facit Caputaq. *decis. 10. p. 3.* vbi quod habens regressum repellitur exceptione regulæ de triennali, Mohedan. *decis. 2. de causa possess. & propr.* quia ex triennali præsumitur nouus titulus, & sic etiam Caputaq. tenet post latam sententiam super regressu requiri nouum titulum.

Non obstant rationes Gig. *d. quæst. 79.* non enim 13
primò, quod scilicet pensio sit onus reale cohærens ipso beneficio, quia immo potius est onus fructuum, & ipsis fructibus inhæreos, & debita ab eo, qui fructus percepit, vt late probat idem Gig. *resp. 29. numer. 4. vers. Propterea*, Rot. apud Nicol. Garc. *de benef. p. 1. cap. 5. numer. 101.* ibi: *Neque enim teneri ad decursa tempore suo, si fuit impeditus vti fructibus.* Et ideo pensio decursa de tempore, 14
quo beneficium fuit occupatum ab intruso, ab ipso solo est soluenda, & non à Titulari, qui fructus de illo tempore non percepit, Gig. *toto illo responso.* Garc. *d. p. 1. cap. 5. num. 182.* & in eadem quæstione intrusi sequitur Bursat. *conf. 361. num. 19. vers. Secundo*, adeo vt si contingat verum Titularem post recuperatum suum beneficium conueniri super pensione decursa durante intrusione, ipse cedendo actiones contra intersum liberatur, Ferrer. *conf. 37. n. 2.* Bursat. *d. conf. 361. n. 18. vers. Beneficiatusque lib. 4.* Pute. *decis. 10. lib. 2. in correctis.*

Ex qua ratione fit vt etiamsi quis nulliter be- 15
neficium resignet, non ipse resignans, qui per resignationem nullam suam possessionem beneficij amisit, sed resignatarius, qui vigore resignationis quantuncunque nullæ fructus percepit, pensionem soluere teneatur, Mohed. *decis. 3. de renuntiat.* & ideo etiam mortuo beneficiario, qui non soluit pensionem, successor non cogitur illam soluere nisi factis diligentiis contra hæredes prædecessoris, Greg. *decis. 507. numer. 3.* & ibi *adden. num. 7.* Rota *in Larinen. pensionis 7. Februarij 1610. coram* Vbaldo *sen.* Et pariter in nostro casu successor cedendo actiones contra hæredes prædecessoris liberatur, Pute. *decis. 15. de pensionib.* Ergo licet pensio cohæreat beneficio, tamen magis inhæret fructibus, illosque tantum sequitur, Gig. *d. resp. 29. n. 2. & 4.* Quod comprobatur etiam ex alio: nam ratio quare pensio imposita super fructibus, & distributionibus quotidianis debet solui à Capitulo, cui accreuerunt propter non residentiam Canonici, qui illius reseruationi consenserat, non autem ab ipso Canonico iuxta opinionem Rotæ, vt *in decis. 133. per tot. p. 2. recentior.* Garc. *d. p. 1. c. 5. n. 206.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 5. §. 5. n. 44.* Quod non est nisi quia de intentione Papæ dum pensionem reseruat, est grauare illos fructus quibus imponitur pensio, & non beneficium, vt est beneficium, vt per Rot. *vbi sup. sub. n. 3.* qui propterea dicuntur pro ipsa pensione affecti, & hypothecati

cati, vt ibi, & conſequenter penſionatius agere poteſt hypothecaria contra quemcunque poſſeſſorem fructuum, Gig.*d.tract.de penſion.q.51*. Caccialup.*quæſt.9. verſ. Aut quærimus*, eum aliis citatis: igitur penſio eſt onus fructuum, illiſque, vt dixi, inhæret magis quàm beneficio, & ex conſequenti actio, quam habet penſionatius aduerſus poſſeſſorem fructuum perceptorum, non perditur per regreſſum ad beneficium, vt vult Gig.*d.q.79*.

18 Minuſque concludit alia ratio eiuſdem Gigan. dicentis, quod cum regreſſarius ſuccedat in beneficio, eius creditum confunditur, quia illa quoque ceſſat, ex prædictis, cum penſio decurſa debeat ſolui ex fructibus antea decurſis, & non de futuris; qua ratione regreſſarius poteſt vtrumque petere, ſcilicet penſiones præteritas, & regreſſum: quia ex quo debetur vtrumque, per acceptationem vnius non ſequitur acceptatio alterius, Gambar.*vbi ſup.491.verſ.Et dico.*

19 Sed neque obſtat tex.*in d.l.apud Celſum*, §.*Labeo*, *ff.de doli excep.*vbi quod condemnatus ad dandum hominem, ſi promiſit illum tradere intra certum ſub pœna, tranſacto tempore non poteſt pulſari, vt ſoluat hominem, & pœnam, cum aliis Iuribus citatis à Gig.*d.quæſt.76*.Ratio illius tex.eſt, quia poſtquam creditor aſſequutus fuit id, quod principaliter debebatur, petendo pœnam videtur inhoneſtis quæſtibus anhelare, Socin. *iun.conſ.23. num.2.per tot.lib.2.* & etiam valde bene, cum ibi in ſubſtantia debitus non eſſet niſi homo, ideoque textus dicit iniquum eſſe hominem, & pœnam petere. Secus autem in caſu noſtro, in quo non eſt ſufficienter conſultum regreſſario ſi recuperet tantum ſuum beneficium, qui ſemper remanet in damno propter fructus perceptos, niſi conſequatur vtrumque, ſcilicet beneficium, & penſiones decurſas, vt tenet Gambar. *vbi ſup. numer.* 491.

20 Hinc licèt pœnæ conuentionales de Iure Canonico debeantur, tamen ſuſtinentur ſemper pro quanto alterius partis intereſt, Roman. *conſ.*510. *num.*8.*verſ. Eſt & vltimum.* vbi Mandoſ.*ſuper verſ*
21 *bo intereſſe.* Et quando etiam ex vno maleficio reſultat pœna ciuilis, & criminalis, vna alteram non confundit, Franch.*in c.felicis*, §.*per hoc,n.4. limit.de pœnis*,cum aliis per Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. c.859.n.9.*

Neque etiam obſtat, quòd in materia feudali, 22
& emphyteutica petens canones præteritos, videatur remittere caducitatem, quia argumentum non applicatur caſui noſtro, ſaltem poſtquam fuit pronuntiatum ſuper regreſſu, ex quo priuatus per ſententiam reducitur ad priſtinum ſtatum, in quo erat ante renuntiationem iuxta naturam regreſſus, Gambar. *d.lib.6.numer.*498. Achil.*deciſ.7. num.3. in fine, & ſeq.de renuntiat.*vbi quòd Papa in regreſſu confert beneficium ex nunc prout ex tunc, & ideo collatio cenſetur facta ab initio, Pute. *deciſ.306.num.2.verſ. Quia dicebatur lib.1.in correctis*, indiget noua collatione, & nouo titulo, qui non poteſt dari à priuato, Gambar. *d.lib.6.num.485.& 487.verſ. Præterea*; immo poſtquam fuit pronuntiatum ſuper vtroque, vtrumque debetur, regreſſarius ſibi non præiudicat petendo tantum penſiones præteritas, idem Gambar. *d.loco num.* 491.*verſ. Et dico.*

Denique ex eiſdem non obſtat, quod extinctio 23
regreſſus eſt actus fauorabilis, vt inquit Flamin. Pariſ.*de reſignat. benef.lib.6. q. 6.num.*39.quique caſſatur ex ſola voluntate ipſius regreſſarij, Caputaq. *deciſ.12.num 1.p.3.* Flamin. Pariſ.*d.quæſt.5.numer.*88. & per renunciationem factam coram Notario, & teſtibus, Creſcent.*deciſ.1. de renuntiat.* Achil.*deciſ. 6.eod.tit.*Flamin. Pariſ.*d.tract. de reſignat. benef.lib.*2. *quæſt.*23.*num.*16.*verſ. Quartò infero*; quia procedit antequam regreſſarius declaret velle redire ad ſuum beneficium, Pute.*d.deciſ.306.num.2.verſ.Quia dicebatur lib.1.in correctis*, vbi quòd declaratur ceſſionem ab initio fuiſſe nullam. Vel ſi nolumus amplecti rigorem, ſed æquitatem, quæ dictat contrarium,teſte Gamb.*vbi ſuprà num.489.verſ.magna tamen æquitas*, quæ etiam mihi placet quouſque non ſit pronuntiatum ſuper regreſſu, ſed poſt ſententiam: quia priuatus indiget noua collatione, quæ vt dictum eſt non poteſt dari à priuato, tacitus conſenſus regreſſarij non prodeſt, quia etiam expreſſus eſſet inutilis, vt patet.



PARS SECVNDA.

PROOEMIVM.



OST septem annorum curricula, quibus in hac Matritensi Curia in amplissimo, & supremo Portugaliæ Senato, multisqoe particularibus Ministrorum vtriusque Coronæ congregationibus, mandatorum Auditoris Cameræ Apostolicæ, & sacræ Rotæ executionem per Iura, & doctrinas in prima parte adductas diligenter, & instanter petieram, Deo fauente, & precibus S. Antonij, cui electus sodalis in eius Regio Matritensi hospitali hoc anno 1639. seruire non sum demeritus, eodem anno post captam maturam resolutionem diplomate Regio mihi concessum extitit, vt non obstantibus priuilegiis, & Regni Ordinationibus ac concessionibus à Regiis Magistratibus contra me adductis, præfata mandata, & quascunque sententias super pensione & regressu ad meam Thesautariam emanatas debitæ executioni liberè mandare possem; quibuscunque sublatis impedimentis à Iudicibus laicis contra me oppositis, prout latiùs constat ex eodem Regio diplomate tenoris sequentis, videlicet:

Eu el Rey faço saber aos que este Aluarà virem, què auendo eu visto o quo se me representou por parte do Doutor Agostinho Barbosa em razaõ da causa que corre entre elle, e Balthasar Diaz da Fonseca, sobre a Thesouraria da Collegiada de Guimaraẽs, acerca da queixa que fez de o Procurador da minha Coroa defender ao mesmo Balthasar Diaz da Fonseca, fazendo petiçoẽs, e requerimentos em seu fauor, e procurando tomarse assento contra elle no desembargo do Paço, hauendo eu mandado, quo nesta materia se naõ innouasse cousa alguã, para nella se tomar vltima resoluçaõ na forma de minhas ordẽs. E hauendo visto iuntamente o que sobre esta mesma materia se me representou por parte do mesmo Balthasar Diaz da Fonseca em huã petiçaõ que aqui se offereceo, e vendo tambẽ todas as ordẽs que fui seruido dar para este negocio se me consultar no Reyno de Portugal por Ministros delle, a que se naõ satisfez sendo passados muitos tempos, e tudo o maisquo nelle tem precedido, e o quo constados papeis que nesta Corte ha, os quaes mandey ver com particular examo; e sendome tudo consultado, fui seruido tomar resoluçaõ, na conformidade da qual, Hey por bõ, que querendo Agostinho Barbosa vsar do regresso canonizado que tem a ditta Thesouraria da Collegiada de Guimaraẽs, e tratar da pensaõ que nella tem, pertendendo cobrar as decursas do pensionario Balthasar Diaz da Fonseca, em virtude das sentenças que contra elle hauido, possa tratar do direito que tiuer, e da execuçaõ de suas sentenças diante de Iuiz Ecclesiastico a quẽ tocar, donde cada huã das partes podera tratar de sua iustiça, a qual se lhe administrarà, sendo ouuidas, segundo as regras de direito, estilos con que semelhantes negocios se costumã expedir, e se entã se fizer no juizo Ecclesiastico força tal, que dè lugar iustamente a recurso que se me pode fazer pello juizo da Coroa, poderaõ as partes vsar delle segundo o dereito, e stylos assentados o permittirẽ, e sem embargo das duuidas que se tem posto a execuçaõ das sentenças referidas, hauidas por Agostinho Barbosa, por se dizer, que huã dellas foy alcançada sobre pensaõ en Beneficio de Portugal, contra vassallo da quella Coroa, è assi contra o Priuilegio de Iulio III. e Ordenaçaon do ditto Reyno, e que a outra foy dada no mesmo Reyno pello Iuiz Executor em forma summaria sobre a cobrança da pensaõ procedendo executiuamente, com os quaes fundamentos se refere hauerse julgado no juizo da Coroa da Relaçaõ do Porto, que no Ecclesiastico se fazia força em proceder assi, e pellas dittas sentenças, deuendo começar a tratar a causa ante o Ordinario ordinariamente, sobre as quaẽs duuidas, e sentenças do juizo da Coroa se pertendia tomar assento no desembargo do Paço com assistencia de Procurador della, me praz de conceder ao ditto Agostinho Barbosa, que possa tratar da execuçaõ das suas sentenças, sobre a PENSAO, è REGRESSO no juizo Ecclesiastico a quo toca, onde sendo as partes ouuidas de seu direito se lhe farà justiça na forma declarada: e isto naõ obstante a Ordenaçaõ do liuro segundo, titulo treze, è de quaesquer outras, nõ sentenças da Coroa dadas com fundamentos dellas, e do ditto priuilegio, porque por esta vez somente de meu poder Real o ei assi por bem, e dispenso em tudo, em consideraçaõ das qualidades, e circunstancias precisas que concorrem neste negocio: è mando, que na Relaçaõ do Porto, ou em qualquer outra parte quo seja, se cumpra esta minha resoluçaõ, e naõ se impida. E nã pagou meja annata pella naõ deuer. E este Aluarà quero que valha, e tena força, e vigor, posto que naõ seja passado pella Chancelaria, e seu effeito haja de durar mais de huũ anno, sem embargo da Ordenaçaõ do liuro segundo, titulo treinta e noue e quarenta, que dispoẽ o contrario. Diogo Teyxeira o fez em Madrid aos quatorze dias do mes de Nouembro de mil e seiscientos e treinta noue annos. Diogo Soarez o fez escreuer. REY.

Publicato præcedente Regio diplomate, cœperunt Ecclesiastici Iudices commissa sibi vti iurisdictione, ipseque Rotalis executor ad eiusdem Rotæ mandatorum executionem deuenit, quorum vigore requisitum Capitulum insignis Ecclesiæ Vimaranensis de more solito capitulariter congregatum patientiam & consensum præstitit, possessionémque Thesaurariæ vnanimiter, & communi omnium voto procuratori meo pacificam, & capitularem dedit, sub die 10. Maij 1640. de qua instrumentum factumfuit, prout sequitur:

Saibam

Saibam quantos este estromento de requerimento e auta de posse dada por virtude da sentença atras do Iuiz executor dos Bulletos Rotaẽs, virem como no anno do Nacimento de nosso señor Iesu Christo de mil seiscentos e quarenta annos, aos dez dias do mes de Majo do ditta anno em Cabido as noue horas da manham, estando aby presentes os Reuerendos Dignidades, Conegos, e Cabido da Real Collegiada Igreja de nossa señora da Oliueira desta Villa de Guimaraẽs abaixo assinados, perante elles Reuerendos senhores apareceo Tarquato Barbosa Dalmeida morador na ditta Villa, pello qual fez ditto a elles senhores Capitulares, que por virtude do mandado do Iuiz Apostolico atras, e dos Bulletos Rotaẽs, do que he executor, e sentença de sua Magestade, o cumprasso do juizo da Coroa da Relação do Porto, fosse seruidos de lhe mandar dar posse do regresso que a ditto Agostinho Barbosa tinha canonizado, e passado em cousa iulgada contra Balthasar Diaz da Fonseca, da Thesouraria major da ditta Real Collegiada, como procurador bastante que era do ditto Doctor Agostinho Barbosa, o que visto pellos dittos Reuerendos senhores Capitulares, por elles fez ditto que elles lhe danã a ditta posse quanto podem e deuem em direito por obedecere aos mandados Apostolicos, e decretos de sua Magestade, e lha auiam por dada capitularmente na forma de direito Canonico assi no lugar do Cabido como do estado, e do choro, ao que foram testemunhas presentes Pedro Gonzalues official do Cabido, e Ioaõ Ribeiro familiar do Reuerendo Chantre Roque Ferreira Pereira. E logo elle Torquato Barbosa fez ao choro, e se assentou no estalio do dito Thesoureiro, e pegou na estante, reuoluendo o liuro que nella estaua, e tangeo a campainha; que no ditto choro esta; e por estes autos lhe dey a ditta posse da ditta Thesouraria major e suas pertenças autoal e real, e canonicamente tanto quanto por direito deuo e posso, testemunhas has sobreditas, que com o Reuerendo Cabido, e com elle Torquato Barbosa Dalmeida a qui assinaram, e eu Bartholameu da Cruz Lobato tabelliaõ publico das notas na ditta Villa, que este instrumente de posse dey, em ausencia de Antonio Machado Barbosa outrosy tabelliaõ das notas, è escriuaõ das escrituras do ditto Reuerendo Cabido, e me assinei do meu publico sinal dia, mes, e anno atras declarado em Cabido. O Chantre Roque Ferreira Pereira, O Mestrescola, Balthasar de Meira Arcipreste, Ieronimo da Rocha Freire Arcediago, Miguel da Sylua de Mello, Christouaõ Ferras, Gabriel de Freitas de Almada, Francisco Correa, Manoel Fernandez Pinheiro, Gaspar da Fonseca de Goẽs, Antonio de Freitas, Torquato Barbosa Dalmeida, Pedro Gonzalues, Ioaã Ribeiro, &c. Cùm ergo Notarius attestetur Dignitates & Canonicos fuisse capitulariter congregatos, eorum nomina recensendo fit certum quod possessio fuit capitularis, iuxta *decis. 9. & 29. de procurat. in antiq.* & in terminis Rota apud Tambur. *post tom. 3. de iure Abbatum decis. 31. n. 6. cum seqq.*

Possessione Thesaurariæ sic pacificè & capitulariter capta, adhuc B. acquiescere noluit, sed per Antonium Diaz eius fratrem, & procuratorem ad Regem nostrum in eodem supremo Matritensi Senatu recursum habuit, pluraque de more suo contra Regium diploma, & captam possessionem in medium afferre non erubuit, existimans vtrumque nullitatis vitio subiici, & vti tale ab eodem supremo senatu reuocandum.

Primò igitur opponit se obtinuisse plures sententias in Senatu Portucalensi per Iudicem Regiæ Coronæ ad suum fauorem promulgatas, ac proinde minime potuisse Regem Catholicum illis derogare in eius damnum & præiudicium; ex qua oppositione sequendo primæ partis ordinem vndecima venit disputanda quæstio. *An Rex Catholicus possit derogare sententiis per viam violentiæ à Iudicibus laicis in causis clericorum latis, & illis non obstantibus causam Ecclesiastico Iudici terminandam, eiusque sententiam exequendam remittere?*

Secundò opponit in executione mandatorum & sententiarum à sacra Rota emanatarum minime fuisse citatum Balthasarem Diaz aduersarium, vnde duodecima sese offert ventilanda quæstio. *Vtrùm in executione sententiæ Rotalis sit necessaria citatio partis, contra quam venit exequenda?*

Tertiò opponit quòd, cùm sibi congrua portione ex redditibus Thesaurariæ prouisum esset per Iudicem laicum Regiæ Coronæ Senatus Portucalensis, sententia ad id in suum fauorem lata, nunquam congrua huiusmodi cum effectu ei soluta fuit, vnde decimatertia prouenit dissertatio. *An Iudices laici, ad quos per viam violentiæ patet recursus, possint ex redditibus beneficij congruam portionem assignare clerico alias excommunicato ad se recurrenti pro impedienda executione sententiæ quæ possessionem eiusdem beneficij alij dandam esse tenet?*

Quartò opponit, sequestrum super fructibus, & redditibus beneficij nulliter impositum fuisse de mandato Regis Catholici, licet in executionem alterius à Iudice Ecclesiastico, & sacra Rota relaxati. Vnde oritur decimaquarta disceptatio. *An & quando Regij Iudices possint sequestrari facere fructus, & redditus beneficiorum Ecclesiasticorum?*

Quintò opponit se esse pauperem, nihilque habere ex quo soluat terminos decursos pensionis non solutæ, nec ad illam soluendam obligari posse Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ percipiens distributiones, super quibus erat imposita dicta pensio. Vnde decimaquinta procedit discutienda quæstio. *An & quando Capitulum teneatur pro rata temporis vacationis, & absentiæ Titularis soluere pensionem super distributionibus à se perceptis reseruatam?*

Sextò opponit se esse clericum in sacris Ordinibus constitutum, proindéque ad remedium *cap. Odoardus, de solution.* esse admittendum, ac in carceribus pro debito huiusmodi pensionis detineri non posse, vnde decimasexta colligitur disputanda quæstio, An Clericus in sacris constitutus, pensionis Ecclesiasticæ debitor, ac ad eam soluendam obligatus in forma Cameræ Apostolicæ ad beneficium *cap. Odoardus, de solut.* sit admittendus, an verò in carceribus detinendus donec soluat.

Septimò opponit contra se ipsum Matriti commorantem pro debito pensionis non solutæ mandata Auditoris Cameræ relaxata exequi non posse, eo quod per cursum decennij iuxta legem Regiam sit præscripta via executiua ad debitum illud petendum; quare decimaseptima venit resoluenda quæstio: An contra Clericum obligatum in forma Cameræ ad pensionem, seu quoduis aliud debitum persoluendum præscribatur via executiua per decennij lapsum, iuxta legem Regiam 6. *tit. 15. lib. 4. nouæ Recopill.*

* * *

An Rex Catholicus possit derogare sententiis per viam violentiæ à Iudicibus laicis in causis clericorum latis, & illis non obstantibus, & sine consensu partis, in cuius fauorem prolatæ fuerint, causam Ecclesiastico Iudici terminandam, eiusque sententiam exequendam remittere?

QVÆSTIO XI.

1 *Princeps iuri tertij nunquam præiudicare intendit.*

2 *Ius suum vnicuique est conseruandum.*

3 *Variatio omnis in Iure reprobatur.*

4 *Præsumptio est pro Principe quod quidquid facit, iuste facit.*

5 *Resolutio capta in supremo Portugaliæ Senatu iuri conformis.*

6 *Princeps potest causas subditorum vbique iudicare.*

7 *Princeps in aliquo casu mandat quod quis non audiatur per suos magistratus.*

8 *Princeps potest causam ad suam auocare præsentiam, si extra ea eius partibus administrari non sit credendum.*

9 *Princeps iudiciarium ordinem seruare non tenetur.*

10 *Principi præsentia omnes solemnitates supplet.*

11 *Princeps iudicare debet secundùm conscientiam prætermissis, & circumscriptis actitatis.*

12 *Princeps potest concedere quòd veritas causa iam decisa, iterum discutiatur, auferendo ius parti quæsitum per sententias.*

13 *Inducta ad vnum finem, contrarium effectum operari non debent.*

14 *Ius recurrendi ad Iudices laicos per viam violentiæ Papæ Coronæ inest in signum suæ supremæ potestatis.*

15 *Quando quid principaliter fuit introductum à Principe in vtilitatem Reip. & secundariò in fauorem priuatorum, eorum conuentione renuntiari nequit.*

16 *Attendere semper debemus id, quod fit principaliter, non id quod venit in consequentiam.*

17 *Princeps potest priuilegium à se liberaliter concessum sine causa reuocare, licèt alteri ex illo sit ius quæsitum.*

18 *Sententias in Senatu Portugalensi Iudicis Papæ Coronæ prolatis solet Rex noster in supremo Senatu penes se residente de nouo reuidere, & causam decidere.*

19 *Principis motus habetur pro iusta causa, & satis est in eo quod putet causam subsistere, & ex opinione sua statuat, seu mandet.*


Vbitandi ansam præbuit qood vide- 1
batut B. per dictas sententias in Tribunali Iudicis Coronæ Regiæ per viam violentiæ latas quæsitum ius, cui Princeps nunquam derogare intendit, glos. *verbo aliquatenus, in extrauag. ad Apostolatus, de concess. preben. inter communes*, Mastril. *de magist. lib. 3. cap. 4. num. 317.* à Ponte *cons. 59. num. 35.* Topius *de potest. Principis secular. §. 6.* D. Noguerol *in l. sua Iuris alleg. pro Comitissa de Sancta Guadea, & de Ampurias à n. 374.* Octau. Glorit. *resp. 2. num. 8. &*
resp. 6. num. 65. Ius enim suum vnicuique est conser- 2
uandum. *l. Iustitia §. Iuris præcepta ff. de Iustit. & iure*, latè Mandos. *super facultatib. A. C. in proœm. verbo vnicuique* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 4.* quod sine facto suo ab eo auferri non poterat, *l. id quod nostrum 11.* cum similibus *ff. de reg. Iuris*, idem Gonzal. *glos. 56. num. 116.* Mastril. *d. lib. 3. cap. 4. num. 316.* eo maximè quia dictis sententiis confisus minimè curauit de obtemperandis Ecclesiasticorum Iudicum mandatis, nec illis se opposuit, cùm facilè potuisset eorum executionem impedire, vel de illorum agere nullitate; nec enim credere pote-
rat vnquam dictarum sententiarum dispositionem 3
reuocandam, cum ridiculum & puerile sit, hodie concedere, & cras reuocare & pœnitere, Rot. *decis. 33. num. 18. de preben. in antiq.* Gonzal. *glos. 5. §. 6. num. 43.* nam omnis variatio in Iure reprobatur. *l. serui electione ff. de legat. 1. reg. quod semel placuit, de regul. Iuris*, Gregor. Lop. *l. 5. tit. 19. præst. 6.*

Verùm multa sunt, quæ Principis animum mo- 4
uere potuerunt ad derogandas præfatas per viam violentiæ à Iudicibus laicis in causis clericorum prolatas sententias, nam præsumptio est pro eo, quod quicquid facit iuste facit, Couar. *var. lib. 1. c. 1. num. 7.* Matiens. *Diall. 3. relator. cap. 41. num. 3.* Carol. Tapia *in rub. de constit. Princip. cap. 1. num. 31.* Morl. *in emporio Iuris p. 1. tit. 2. quæst. 2.* quos refert, & sequitur Garc. Mastrill. *de magistrat. lib. 3. cap. 4. numer. 44.* iunctis infra adductis hac ead. *q. n. 19.*

Et vt à primordiis rem sumamus, præsupponen- 5
dum est Balthasarem malam causam euidenter fouere, & exquisitis subterfugiis tentasse Thesaurariam & pensionem mihi debitam absolutè denegare, prædictasque sententias à Iudicibus laicis me tunc Romæ degente mendicatis, vt aiunt, suffragiis, & fallaciis extorsisse quæ nunquam transeunt in rem iudicatam, nisi in supremo Palatij Senatu de earum iustitia coram Ecclesiastico Iudice discutiatur, eoque audito vel reuocantur, vel executioni mandantur; antequam in dicto Senatu super earundem sententiarum reuocatione, aut confirmatione ageretur, recursum habui ad Potentissimum Regem nostrum, qui causam super eisdem sententiis supremo Portugaliæ Senatui penes se residenti discutiendam committere dignatus fuit, ex quo me & aduersario partibus hinc inde auditis, resolutio emanauit, vt non obstantibus præfatis sententiis mandata Rotalia, aliorumque Ecclesiasticorum Iudicum in mei fauorem prolata, debitæ per eosdem Ecclesiasticos Iudices executioni man-
dareuru,

darentur, & causam ipsam eorundem Iudicum examini committit, inhibendo Ministris Regiis ne deinceps in ea se intromitterent, vt latius ex Regio diplomate patet. Quæ quidem Regia resolutio Iuri conformis, & vt decet Catholicum Principem prolata fuit, ex sequentibus.

6 Primò, quia, vt patet ex facto, causa hæc non erat per dictas sententias expedita, cum adhuc remaneret Senatus Palatini resolutio capienda, vt illæ possent executioni mandari, nec antea id permittitur, vt obseruat consuetudo, & Regni inueterata obseruantia, ideo respectu ipsius Principis non est dicendum Senatum Palatinum esse Tribunal. priuatiuum quoad alia, præcipuè vbi ipse Princeps residet, & quando ad eum recurritur, quia potest in omnibus Regni partibus, & quocunque in loco suum exercere iurisdictionem, ad tex. *in l. 1. ff. de constitut. Princip.* Mastrill. *de Magistr. lib. 3. cap. 2. num.* 10. & causas subditorom vbique iodicare *l. pen. in fine ff. de Iustit. & iure, l. si locus ff. de iudic.* Greg. Lop. *l. 7. verbo no inrg venen otra terra tit. 4. par. 7.* Mastrill. *d. lib. 3. c. 4. n. 131.*

7 Secundò, quia benè potest Princeps mandare eisdem Palatinis Senatoribus ne hac de causa cognoscant, seu illam decidant, quia bene mandat quod quis non audiatur per Magistratus suos in aliquo casu, & sine causa moderat suorum officialium iurisdictionem. *l. 2. ff. de origine Iuris*, Valenzuel. *tom. 2. cons.* 151. *num.* 7. Rimin. *iun. cons.* 54. *num.* 14. *& cons.* 72. *num.* 131. *cum seqq.* quem refert & sequitur Mastrill. *de magistrat. lib. 3. cap. 4. numer.* 462. optimè Paris. *cons. 1. num.* 38. *cum seqq. lib.* 4. Cyriac. *tom. 2. controu.* 317. *num.* 2. *&* 3. D. Noguerol in sua *Iuris alleg. pro Comitissa de Sancta Gadea, &c. & de Ampurias n.* 452. Cùm in iurisdictionalibus Principis potestas plenissima sit. Bald. *in l. qui se patris C. vnde liberi num. 34. vers. Sed Nicolaus.* Xuar. *alleg.* 7. Cassanat. *cons. 43. num. 4. & seqq.* Ioseph. Ramon. *cons.* 24. *num.* 129 Licèt enim Princeps non possit directè tollere ius quæsitum sine causa, potest tamen id facere per indirectum, vt mandando ne à suis Officialibus ius reddatur opponentibus contra, vt post Ruin. Felin. Paris. & alios resoluit Surd. *cons.* 203. *n.* 6.

8 Tertiò, quia Princeps, ad quem iustè recurritur, & cui de recurrentis iustitia satis constat, potest, & tenetur causam ad suam auocare præsentiam, si extra eam ius partibus ministrari non sit credendum, qua auocata nullus inferior eam deinde audire potest, aut in ea se intromittere, etiam de consensu partium, nisi eidem remittatur, ad tex. notabilem cum *gloss.* ibi *in l. ad Imperatorem ff. de appellat.* nam, vt inquit Imola *in cap. licet de offic. deleg* quomodocunque causa sit introducta coram Principe, non potest inferior etiam de partium consensu se intromittere, quem refert Valenzuela *tom. 2. cons.* 151. *num.* 11. hinc dicit Innoc. *in cap. cum M. Ferrariensis, de constit.* quod vbi Imperator manum apponit, omnibus aliis est imponendum silentium, quem referunt Castald. *de Imper. quæst.* 110. *casu* 184. Mastrill. *d. lib. 3. c. 4. n.* 173.

9 Quartò, quia licèt Ordo præuertatur coram Principe, id nihil ad rem facit, nec quicquid fecerit, nullitati subiicitur, cum ipse iudiciarium Ordinem seruare non teneatur, Felin. *in cap. in causis, de re iudic.* Mastrill. *lib. 3. cap. 4. num.* 3. nec in eius Senatu attendatur Ordo iudicialis, Thesaur. *dec.* 15. *num.* 4. Giurba *cons.* 35. *num.* 8. Sacca *cons. 1. num.* 85. *vers. nec enim cogitur*, quos refert D. Noguerol *in Iuris allegat. pro Comitissa de Sancta Gadea, & de Ampurias num.* 455. sufficit enim coram Principe partium 10 narratiua, querela, & recursus, eo quod eius præsentia omnes solemnitates supplet. *l. omnium. Cod. de testam.* Innoc. *in cap. 2. de litis contest.* Mastrill. *d. cap. 4. numer.* 5. & coram eo magis habet locum veritas, quàm rigor iudiciorum. Castald. *de Imper. quæst.* 110. *vers.* 18. Bellog. *in speculo Principum rub.* 11. §. *restat. il 1. num.* 4. Camill. Borrel. *in addit. in verbo Iuris Ordinem vers. fallit in Principe*, idem Mastrill. *d. c. 4. n.* 7. vbi *numer.* 39. subdit quòd dilationes Iuris abbreuiat.

11 Quintò, quia non tenetur Principis actitata obseruare, nec illis stare, cum iudicare debet secundum conscientiam, illis prætermissis, & circumscriptis, vt dicit Batt. *in l. 1. Cod. vt qua desunt aduoc.* Natt. *cons.* 625. Mastrill. *d. lib. 3. cap. 4. à n.* 40. Franc. Becc. *cons.* 52. *num.* 89. *&* 90. Grammat. *decis.* 19. *num.* 13. vbi notat quòd domini de sacro Consilio sunt Iudices superiores, & vicem Præfecti prætorio obtinent, & ideo iudicare possunt secundum conscientiam, Guid. Papæ *quæst.* 29. idem dicit de Iudicibus Parlamenti, & præcipuè apud nos ex decisione Ordinationis Regiæ *lib. 3. tit. 63. in princip.* quæ huiusmodi Principis prærogatiuam cuicumque inferiori communem facit. Nam, vt dicit Mastrill. *d. lib. 4. cap. 5. num.* 33. coram Principe sola facti veritate inspecta proceditur, causæque breuiores redduntur ad effugiendas impiorum calumnias.

12 Sextò, quia licèt sententiæ per viam violentiæ in Senatu Portucalensi, latæ transiissent in rem iudicatam, & super illis nihil remaneret faciendum; vel ad Senatum Palatinum non essent adducendæ ad capiendam, vt solet, finalem resolutionem, adhuc Principi negari non potest potestas concedendi quòd veritas causæ iam decisæ, iterum discutiatur, auferendo ius parti quæsitum per sententias, Gozadin. *cons.* 10. *num.* 17. Mastrill. *d. lib. 3. cap. 4. num.* 390. præcipuè, vt ipse declarat, dummodo id faciat cum claus. *non obstantibus*; provt in casu præsenti actum fuit. Non enim absolutè vera est conclusio quòd Princeps non possit iuri tertij præiudicare, ex adductis per Molin. *de primog. lib. 1. cap. 8. num.* 28. *&* 29. Rodolphin. *de suprema Principis potest. cap. 6. num.* 139. *vers. contrarium tamen*, Topi. *de potest. Princip. secul. §. 6. num.* 1. *&* 2. *pereg. cons. 4. per tot. lib.* 1.

13 Septimò, quia iurisdictio Iudicum laicorum per viam violentiæ inter personas Ecclesiasticas, fuit concessa, ne opprimerentur vasalli, suisque rebus de facto & iniustè priuarentur, non enim assequeretur intentum si per hanc viam recurrendi ad Principem violentiæ alicuius euitandæ causa, potiùs opprimerentur vasalli, quàm liberarentur à vexationibus, & sic, inducta ad vnum effectum, contrarium operarentur, contra reg. tex. *in l. legata inutiliter ff. de legat. 1. l. legata inutiliter ff. de adimen. leg.* Tusar. *de substit. quæst.* 245. *num.* 93. *in princ.* ac inducta ad fauorem, inducerent odium, damnum, & detrimentum, contra vulgarem regulam tex. *in l. non dubium, Cod. de legib.* Cassanate *cons.* 43. *numer.* 106.

14 Octauò, quia ius recurrendi ad Iudices laicos per viam violentiæ, Regiæ Cameræ inest, in signum suæ supremæ potestatis, Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 18. num.* 6. Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici cap. 5. num. 6. &* 26. Castill. *controuers. tom. 7. de Tertiis cap. 41. à num.* 163. non enim Clericis illo vti ordinariè conceditur, sed extraordinario modo, quatenus scilicet Princeps vellet

let, & opportunum remedium ex circumſtantiia iudicauerit concedendum, vel denegandum, cum enim in vtilitatem Reip. primò & principaliter introductum ab ipſo Principe fuerit, quia Iuris publici ſpecimen præſefert §. *Iuris præcepta. Inſtit. de Iuſtit. & iure*, & ipſius Reip. Principis caput ſit, ex quo tota eius poteſtas dimanat, Greg. Lop. *per tex. ibi in l. 2. tit. 14. part. 3.* Marant. *de Ordine iudic. p. 4. diſt. 5. num. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 97. num.* 30. & ſit velut Reſp. ipſa, Anendan. *de exequend. mand. p. 1. cap. 1. num. 2.* Maſtrill. *de magiſt. lib. 1. cap. 1. num. 5.* meritò ſit clerico nullum præiudicium inferri, ſi à Rege remedium huiuſmodi ei denegetur, vel auferatur iam conceſſum, licèt ſecundariò deinde ſibi damnum inferri aſſerat; nam quando
15 quod principaliter fuit introductum à Principe vtilitatem Reip. & ſecundariò in fauorem priuatorum, eorum conuentione renuntiari nequit, Alex. Turamini *de legib. p. 2. cap. 6. à num. 2.* Suar. *eod. tract. lib. 8. cap. 6. à princ.* D. Barboſ. *in l. 1. p. 1. num. 36. & in*
16 *l. alia §. eleganter num. 14 cum ſeqq. ff. ſoluto matr.* Attendere enim ſemper debemus id quod ſit principaliter, non id, quod venit in conſequentiam, *l. 1. ff. de auctor. tut.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa limit.* 22. *in fine*, Surd. *conſ. 96. num* 44. *tom. 1.* D. Noguerol *in ſua Iuris alleg. pro Comitiſſa de Sancta Gadia, & de Ampurias n. 452.*

17 Nonò, quia ius hoc recurrendi ad Iudices laicos per viam violentiæ priuilegio Apoſtolico vero, vel præſumpto, Principi conceſſum, neceſſe eſt vt dicamos, quia aliàs nullitati ſubiiceretur; & quoad noſtros Luſitanos circa primas inſtantias, & ne cauſæ extra Regni fines extrahantur, videtur conceſſum priuilegio Iulij III. de quo ſuprà *quaſt. 6. num. 32.* Vnde ſicut ſpeciale eſt in Principe, vt priuilegium à ſe liberaliter conceſſum poſſit ſine cauſa reuocare, licet alteri ex illo ſit ius quæſitum, gloſ. *in cap. decet, de regul. Iuris in 6. in verbo manſuetum*, ibi, *ipſum enim priuilegium per ſe conceſſum diminuere, vel moderari, & etiam in totum tollere poteſt*, &c. Maſtrill. *d. lib. 3. cap. 4. num.* 318. cum liberalitas Principis fuerit cauſa conceſſionis, & nemini faciat iniuriam ſi illud obſeruare nolit, vt conſiderat Maſtrill. *num. 320. dicto loco*: ita etiam debet eſſe liberum illi cui conceſſum fuit, eo non vti, quando ex circumſtantiis occurrentibus eo vti neceſſe non habeat, liberalitas enim concedentis, & voluntas acceptantis, atque eo vti volentis, pari paſſi ambulare debent, ne quod in gratiam alicuius fuit conceſſum, in ipſius odium, & damnum retorqueatur, contra regulam tex. *in l. nulla iuris ratio 24. ff. de legib. l. quod fauore. Cod. eod. tit. cap. quod ob gratiam 61. de regul. Iuris lib. 6. cum* citatis per me *Axiom. 96. num. 1.*

18 Decimò, quia plura ſunt Regia diplomata, quibus Rex noſter ſæpe ſæpiùs in hoc ſupremo & Regio Senatu penes ſe reſidente cauſas de nouo coram ſe & in ſua præſentia reuideri, & iterum decidi iubet, non obſtantibus ſententiis in Tribunali Regiæ Coronæ Portucalenſis prolatis, vt in exemplis adductis à Gabr. Pereira *de Manu Regia p. 2. cap. 61. num. 34. & p. 2. cap. 66. num. 17.* & nouiſſimè de anno 1638. in cauſa Ludouici Aluarez Pereira cum Hectore de Sella Talcon, ipſo aduerſario, & Tribunali Portucalenſi auditis & reclamantibus, & facit Emman. Rodet. *quaſt. Regul. tom. 1. quaſt. 35. art. 5.* quæ obſeruantia in his terminis ſubſequuta tollit omne dubium, ex adductis ſupra *quaſt. 6. n. 49. cum ſeqq.* Vnde Bald. per tex. ibi *in l. ſi teſtamentum num. 2. Cod. de teſtam.* notat quòd in Principe ſatis eſt quòd putet cauſam ſubſiſtere, & ex opinione ſua ſtatuat, ſeu mandet, idem Bald. *in l. reſcripta num. 10. Cod. de precib. Imp. offer.* Cyriac. *tom. 1. controu. 160. num.* 8. pulchrè Iaſ. *conſ. 136. num. 9. & 10. lib. 2.* vbi quòd ſolus motus Principis habetur pro iuſta cauſa, *& num.* 11. ex eod. Bald. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, vt lite non conteſt. col. pen.* addit quòd ad iuſtificandum motum Principis ſufficit quæcunque occaſio, Petra *de poteſtate Principis cap. 32. q. 8. princ. ex n. 10. pag. 208. in magnis*, Pereg. *conſ. 8. num. 24. lib. 1.* Schrader *conſ. 9. numer. 66. cum ſeqq. vol. 1.*

Vtrùm in executione ſententiæ Rotalis ſit neceſſaria citatio partis contra quam venit exequenda?

QVÆSTIO XII.

1 *Executores alij meri, alij mixti.*

2 *Executores mixti in triplici conſtituuntur differentia.*

3 *Executores mixti pro gratiis exequendis dicuntur, quibus executio cum cauſa cognitione committitur.*

4 *Executores mixti litterarum Apoſt. ſuper collatione alicuius beneficij, vel executione alterius materiæ, poſſunt aſſumere partes Iudicis, & iudicialiter procedere, ac cognoſcere de exceptionibus, ac ſuper eis pronuntiare.*

5 *Executores mixti non poſſunt ad executionem deuenire, niſi iudicialiter & præuia cauſæ cognitione, & debent citare, qui de Iure erant citandi, & ab illis datur appellatio ſuſpenſiua.*

6 *Poſſeſſor non eſt amouendus, niſi eo prius vocato, ſuiſque rationibus auditis.*

7 *Executor omnis eſt mixtus vbi agitur de remouendo poſſeſſore.*

8 *Executor mixtus dicitur quando adeſt clauſ. Vocatis vocandis.*

9 *& clauſ.* Amoto illicito detentore.

10 *& clauſ.* Conſtito.

11 *& clauſ.* Sine præiudicio iurium cuiuſcunque.

12 *& clauſ.* dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum.

13 *& clauſ.* Verificato prius iure patronatus.

14 *& clauſ.* Conſtito de re iudicata exequatur.

15 *Executor mixtus dicitur quando eſt datus in gratia in forma Dignum.*

16 *Executores meri ſunt, quibus poſt ſententiam latam, & cauſæ cognitionem habitam ſuper exceptionibus, quæ obiiciuntur*

ciuntur executioni, committitur facti executio, & nudum ministerium.

17 *Executores meri nullam possunt interponere causæ cognitionem, nec valent carpere informationem, nec debent admittere aliquam exceptionem.*

18 *Executor non potest cognoscere de exceptionibus, quæ principalis causæ merita respiciunt, vel quæ directo ipsam impugnant sententiam.*

19 *Exceptiones, quæ directo non infringunt sententiam, nec principaliter eam labefactant, debent admitti contra sententiæ executionem.*

20 *Exceptio notoriæ nullitatis & iniustitiæ contra sententiam coram executore opponi potest.*

21 *Iudex tenetur supersedere in executione sententiæ, quæ notoriam iniustitiam, aut nullitatem, vel intolerabilem continet errorem.*

22 *Executor vbi nullitas & iniustitia non est euidens cogitur exequi, vbi vero fuerit euidens potest remittere partes ad Iudicem requirentem, non autem denegare executionem*

23 *Appellare non licet à meris executoribus, nisi in modo & forma executionis notabiliter excederent executores.*

24 *Excessus in executione sententiæ quibus modis committatur.*

25 *Excessus executionis non præsumitur, nisi doceatur.*

26 *Appellatio ab excessu in executione datur quoad effectum deuolutiuum non suspensiuum.*

27 *Executoribus à Rota pro suis sententiis exequendis nominatis nudum ministerium tantum committitur.*

28 *Executoris officium est veluti procuratoris.*

29 *Executores meri non tenentur in aliqua Ecclesiastica dignitate esse constituti.*

30 *Rota Tribunal nullam solet transferre causæ cognitionem in executores.*

31 *Inhibitiones Rotales siue iusta siue iniusta timendæ sunt.*

32 *Sententias aliorum Tribunalium etiam in iudicatum transactas non exequitur Rota nisi constito de earum iustitia.*

33 *Citatio alia non requiritur quando fit executio super eadem re, super qua fuit pronuntiatum per eundem Iudicem contra eandem personam.*

34 *Citatio in executione sententiæ quando sit necessaria, ostenditur.*

35 *Citatio in executione sententiæ Rotalis nunquam est necessaria.*

36 *Executio à Rota cæpta dicitur eo ipso quod decreta sunt litteræ executoriales, seu relaxatum mandatum.*



1 Pendet solutio præsentis dubij ex resolutione alterius non minùs controuersi, an ij sententiarum siue gratiarum executores aliquam causæ cognitionem habeant? Pro quorum dubiorum resolutione præsupponendum erit horum executorum duplicem à Iure constitui speciem. Quidam enim meri executores appellantur; alij verò mixti dicuntur; quam diuisionem & distinctionem, tradit gloss. singularis & communiter approbata à Doctoribus *in cap. pastoralis, §. quia vero, de officio deleg. & in cap. de cætero, de sentent. & re iudic.* Palad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 3. num. 1.* Amar. Roderic. *de execut. sentem. cap. 2. num. 38.* Sigismund Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 11.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. c. 63. num 49.*

2 Mixti executores pro sententiis exequendis in triplici constituuntur differentia; diuersique pro eis cognoscendis constituuntur casus. *Primus* casus est in executione, quam lex committit Iudici in defectum iurisdictionis, vt puta quando sententia est lata à delegato, vel ab arbitrio, qui suas sententias exequi non possunt; & tunc executor hoc casu constiturus omnem habet cognitionem, quæ requiritur in executione, & potest non solum cognoscere & determinare omnes exceptiones concernentes executionem, sed etiam cognoscere, & pronuntiare super nullitate sententiæ, & actus, vt ex Anton. de Buttio, & Abb. resoluit Sigismund. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 42. & 43.* *Secundus* casus est quando is, ad quem recurritur pro executione sententiæ est superior, v. g. si pro executione sententiæ latæ ab Archidiacono, recurratur ad Episcopum tanquam superiorem, & tunc iste superior poterit à fortiori cognoscere vt posset executor, idem Sigismund. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 46.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 38. num. 6.* *Tertius* casus est quando committitur executio sententiæ in auxilium iurisdictionis post latam sententiam, v. g. quando vnus Iudex requirit alium Iudicem pro executione sententiæ, & sic committitur negotij nondum discussi executio; quo casu an & quando executor possit cognoscere & iudicare super exceptionibus contra sententiam oppositis, vide Menoch. *d. quæst. 38. num. 8. cum seqq.* Sigismund. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 10. num. 47. cum seqq.*

3 Pro gratiis verò exequendis mixti dicuntur executores, quibus executio cum causæ cognitione committitur, ex tenore verborum deputationis, quæ ad istum effectum sunt perpendenda, vt in terminis censuit Rota coram Greg. XV. *decis. 413. n. 2.* 4 & tunc tales executores litterarum Apostolic. super collatione alicuius beneficij, vel executione alterius materiæ, possunt assumere partes iudicis, & iudicialiter procedere, ac cognoscere de exceptionibus, ac super eis pronuntiare, ita Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 9. in annot. 44.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 6. cap. 2. num. 110.*

Valenxuel. *conſil. 9. num. 2. tom. 1.* Amat. Rodetic. *d. cap. 2. num. 39.* Rot. *deciſ. 35. num. 1. part. 2. diuerſ.*
5 Gregor. X V. *deciſ. 337. num. 17.* Vnde fit executores huiuſmodi non poſſe ad executionem deuenire niſi iudicialiter & præuia cauſæ cognitione, Abb. *in cap. fin. num. 13.* & *ibi* Felin. *num. 29. de præſumpt.* Caputaquenſ. *deciſ. 284. num. 4. part. 2.* Gregor. X V. *deciſ. 46. num. 5.* & conſequenter debent citare, qui de Iure erant citandi, Marta *de clauſul. part. 1. clauſ. 196. num. 4.* Duran. *deciſ. 254. num. 1. & 2. part. 2.* & ab illis datur appellatio ſuſpenſiua, quia non debet quis dimittere ſuam poſſeſſionem ad verbum executoris, cuius poteſtas ſolum eſt contra reſiſtentes de facto; & ideo geſta per illum pendente termino ad appellandum, vel poſt appellationem, ſunt attentata; quæ omnia ſunt in Rota vulgatia, vt in deciſionibus, quos adducunt Nicol. Garc. *d. part. 6. cap. 2. cum ſeqq.* Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 50. num. 6.* Gregor. X V. *deciſ. 69. num. 7. & deciſ. 91. n. 3.* Multis modis efficitur executor mixtus modo ſuprà relato.

6 Primò exiſtente poſſeſſore, quando ſcilicet agitur de eo amouendo, tunc enim non deuenitur ad immiſſionem, nec quis eſt expellendus à ſua poſſeſſione niſi eo prius vocato, ſuiſque rationibus auditis, Cardinal. *conſil. 75. in princip. verſ. verum poſſeſſio*, Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 110.*
7 Gregor. X V. *deciſ. 500. num. 5.* vbi *num. 6.* ait quòd vbi agitur de remouendo poſſeſſorem, omnis executor eſt mixtus, Beltramin. *ad eundem Greg. X V. deciſ. 413. ſub num. 4. in princip.* vbi id maximè intelligit quando ille, qui eſt in poſſeſſione, docet de titulo colorato, puta, ſi habeat titulum ab Ordinario, iſte enim eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum.

8 Secundò dicitur executor mixtus quando adeſt clauſ. *Vocatis vocandis*, vt per Felin. *in cap. exhibita, num. 4. de iudic. & in cap. de cætero, num. 10. de ſent. & re iudic.* Ludouic. Gom. *in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. num. 77.* Nicol. Garc. *d. part. 6. cap. 2. num. 111.* Beltramin. *ad Gregor. X V. deciſ. 413. num. 4. in fine*, Duran. *d. deciſ. 254. num. 1.* plures per me citati *de clauſul. vſufreq. clauſ. 185. num. 5.* vbi declaratur.

9 Tertiò quomodo adeſt clauſ. *Amoto illicito detentore*, ſecundùm Mart. *de clauſul. part. 1. clauſ. 9. num. 1.* Nicol. Garc. *d. part. 6. cap. 1. à num. 48.* Gonzal. *gloſſ. 9. §. 1. in annot. num. 236.* Monet. *de commut. vltimar. volunt. cap. 11. num. 467.* Beltramin. *ad Gregor. d. deciſ. 413. num. 4. verſ. ſecundo*, Rot. *deciſ. 52. n. 2. p. 2. recentior.* Ego ipſe *clauſ. 7. n. 7.* vbi intelligo quando nulla res iudicata præceſſit.

10 Quartò facit executorem mixtum clauſ. *Conſtito*, itaut debeat aſſumere partes Iudicis, Rota *coram Seraph. deciſ. 1041.* & apud Marcheſ. *de commiſſion. p. 2. pag. 63. & in recentior. deciſ. 79. n. 1. p. 2. recent.* Beltramin. *vbi ſuprà, verſ. quartò.* Ego ipſe *clauſ. 25. n. 9.*

11 Quintò facit executorem mixtum clauſ. *Sine præiudicio iurium cuiuſcunque.* Ego ipſe *clauſ. 157. num. 17.* Gregor. X V. *d. deciſ. 413. n. 3.* vbi idem dicit de clauſ. *Stantibus præmiſſis*, & de clauſ. *Solutis iuribus Eccleſiæ debitis.*

12 Sextò facit etiam executorem mixtum clauſ. *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum*, ex Gregor. X V. *deciſ. 91. n. 2.* Beltramin. *vbi ſuprà, n. 4. prope fin.* Ego ipſe *clauſ. 44. n. 12.*

Septimò idem operatur clauſ. *Verificato prius iurepatronatus*, vt citata Rota *in Spoletana Capellania 17. Maij 1619. coram bona mem. Andrea*, reſoluit Beltramin. *vbi ſuprà, prope finem.* 13

Octauò facit executorem mixtum clauſ. *Conſtito de re iudicata exequatur*, adeò quòd partes vocare debet, ac definitiuè, vel tacitè procedendo ad vlteriora vel expreſsè pronuntiare tenetur, Felin. *in cap. de cætero, num. 10. de ſent. & re iud.* Ego ipſe *clauſ. 28. n. 3.* 14

Nonò dicitur executor mixtus quando eſt datus in gratia in forma Dignum, Seraph. *deciſ. 817.* Nicol. Garcia *d. part. 6. cap. 2. num. 126. & 127.* Ego ipſe *clauſ. 66. num. 8.* Beltramin. *ad Greg. X V. deciſ. 413. num. 4. verſ. tertio*, Rota apud Marcheſ. *de commiſſ. part. 1. pag. 960. & in recentior. deciſ. 516. num. 3. part. 1. & deciſ. 52. num. 2. & deciſ. 701. ſub n. 2. part. 2.* 15

Meri autem executores ſunt, quibus poſt ſententiam latam, & cauſæ cognitionem habitam ſuper exceptionibus, quæ obiiciuntur executioni, committitur facti executio, & nudum miniſterium, veluti ſi poſt liquidatam materiam executionis datus ſit ad poſſeſſionem tradendam, Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 3. à num. 2.* Amat. Roder. *d. cap. 2. num. 38.* Sigiſmund. Scacc. 16
d. quæſt. 17. limit. 10. num. 37. Qui quidem nullam 17
tunc poterunt interponere cauſæ cognitionem, Butr. *in cap. paſtoralis, §. quia verò, num. 2. de offic. deleg.* Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de execut. rei iudic. concluſ. 3. num. 10.* Amat. Rodriquez *d. cap. 2. num. 39.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 551. num. 10.* Nec valent capere informationem in tantum quòd ſi in ſua commiſſione adſit clauſ. *Conſtito*, ſolum poterunt extraiudicialiter ſe informare. Rot. *in Hiſpalen. Canonicatus 10. Aprilis 1606. coram bona memor. Cardinal. Sacrato, & in Pacen. puritatis 11. Decembris 1609. coram Patriarcha Manzanedo*, quarum meminit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 766. n. 18.* Nec debent admittere aliquam exceptionem, Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 32. num. 262.* Sigiſm. Scacc. *d. quæſt. 17. limit. 10. num. 37.* ibi. *Prima ſpecies ſit executor mixtus, & loquendo de iſto concludo quod iſte non debet admittere aliquam exceptionem*, Abb. *in cap. 5. de cætero, num. 1. & firmius ſub num. 3. ibi, & certe gloſſa iſta*, Felin. *num. 4. verſ. ſecunda concluſio, de ſentent. & re indic. dum ſcribunt quod executor merus ad lites datus poſt liquidatam materiam executionis, vt nuntius datus ad poſſeſſionem tradendam nullam exceptionem audit.* Rurſus, Felin. *in cap. 28. Paſtoralis, §. quia vero ſub num. 17. verſ. executor merus, de offic. & poteſt. Iudic. deleg. Et quod hi ſunt ſtricti & puri facti, vt nuntij, qui delegantur ad actum executionis, nullam admittant exceptionem, quia in hoc præceſſit omnis cognitio tam reſpectu ſententiæ quàm reſpectu cognitionis*, concludit Anton. Buttio *in d. cap. de cætero, ſub num. 3.* &c. imò poſſunt extraiudicialiter procedere, & ſpernere alterius oppoſitionem, vt per Rot. apud Tambur. poſt *tom. 3. de iure Abbatum deciſ. 21. num. 2.*

Intellige de exceptionibus, quæ principalis cauſæ merita reſpiciunt, vel quæ directo ipſam impugnant ſententiam, ſuper his enim executor cognoſcere non poterit, cum nec poſt ſententiam obiici poſſint, nec opponi valeant, & in his procedit & loquitur text. *in l. cum fideicommiſſum, pen. ff. de confeſſis*, vbi poſt ſententiã, exceptionem nullam obiici 18

poſſe

poſſe ipſi executioni Iuteconſultus ibi oſtendir; ſic etiam intelligendus eſt text. *in l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe*, & docent Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 38. num. 9.* Amat. Rodriquez *d. cap. 2. num. 40.*

19 At ſi executioni obiiciantur exceptiones, quæ directè non infringunt ſententiam, nec principaliter eam labefactant, ſed potius reſpiciunt ipſius executionem, & opponuntur ad conſequendum id, quod expreſsè in ſententia denegatum non eſt, poſſunt tales exceptiones obiici, & debent admitti contra ſententiæ executionem, & de his executor cognoſcere valet, iuxta Iura ſic intelligenda, *in l. Neſennius, §. vlt. ff. de re iudic. l. ſi fideiuſſores, §. idem reſpondit, ff. de fideiuſſor. l. ex diuerſo, §. fin. ff. ſoluto matrimon.* vbi quòd exceptio ne quis conueniatur vltra quam facere poteſt, etiam poſt ſententiam opponi valet in ipſa executione, Meneſes de Padilla *in l. 1. C. de iuris & facti ignor. num. 36.* Amat. Rodriquez *d. cap. 2. num. 40. verſ. quare*, Ioan. Gate. *de expenſis & meliorat. cap. 6. num. 15.* vbi ſubdit illum, qui in ipſo iudicio de ſumptibus nihil egit, in executione adhuc agere poſſe, quia hæc ipſa de ſumptibus exceptio, non impugnat directo ipſam ſententiam, nec ipſam principaliter labefactat, ſed potius executionem ipſius reſpicit, & *num. 16.* infert ad exceptionem compenſationis, vt poſſit opponi in executione ſententiæ, cùm non ſit directo contra ipſam ſententiam; & idem dicit in exceptione impenſarum, inuentarij non confecti, ſolutionis, liberationis, aut alia legitima, de quibus etiam Amat. Rodriquez *d. c. 2. n. 41.*

20 Intellige deinde ſupradictam reſolutionem dum habet executorem merum nullam exceptionem admittere debere, non procedere, quando opponitur exceptio notitiæ nullitatis & iniuſtitiæ contra ſententiam, quæ exequenda venit, quando ſcilicet nullitas & iniuſtitia, ita euidenter ex actis apparent, vt nullam requirant probationem, vel excuſationem admittant, ad quod eſt ſingolaris Rotæ *deciſ. 85. part. 1. diuerſ.* quæ ſic cantat. *Pro deſertione ex nimia negligentia. An autem ſit attendenda iſta res iudicata abſque particulari diſcuſſione iuſtitiæ illius iuxta ſtylum Rotæ. Plures inclinabant quod non intraret ſtylus Rotæ, quia iam eſt facta compenſatio, & executio in ipſa ſententia Auditoris Cameræ ſtante deſertione. Volunt tamen Domini ad maiorem cautelam aliquid amplius guſtare an ſaltem ſit velata prætenſa iniuſtitia computationis facta in dicta ſententia Auditoris Cameræ. Stylus Rotæ eſt Iuri conformis vt quiſquis non exequatur quod nullum, vel iniuſtum notoriè ex eiſdem actis Iudici apparet*, Innoc. & alij *in cap. 1.* per Anchatan. *conſil. 211. ante fin.* Calderin. *conſil. 8. in fine, de re iudic.* Dec. *in cap. ex parte il 1. num. 5. verſ. quinto fallit, circa med. de offic. deleg.* poſt Franc. *in cap. dilecti quæſt. 12. & 54. de appellat.* Ruin. *conſil. 196. num. 13. in 1. & conſ. 36. num. 4. cum ſeq. & conſil. 138. num. 23. in fine, omnes in l. 4. §. condemnatum, de re iudic. à quo etiam mercis executor debet abſtinere*, Innocent. *in cap. paſtoralis, num. 7. de offic. deleg.* Luc. de Peña *in l. 1. quæſt. 2. verſ. quinimo ſecularis, C. de priuileg. ſcholaſt. lib. 12.* Alex. *conſil. 130. num. 3. &* ibi *additio lib. 4. Et contra tales iniuſtas ſententias ex eiſdem actis poteſt pars implorare officium Iudicis ex æquitate, l. ſi me & Titium, ff. ſi certum pet. ne quis locupletetur cum aliena iactura*, vt in terminis Bald. *conſil. 141. num. 7. cum ſeq. lib. 1.* Angel. *in l. fin. num. 1. in fine, cum ſeq. de petit. hæred.* Claud. Seyſel *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 9. cum ſeq. de verb. obligat. Vel ex denuntiatione Euangelica.* Abb. *in cap. nouit, num. 9. verſ. idem credo, de iudic.* Barbat. *conſil. 1. num. 4. 5. 6. & 7. & conſil. 38. num. 7. in 2.* Curt. iun. *conſil. 104. num. 3. cum ſeq.* Beroï. *in cap. item cum quis, num. 38. de reſtit. ſpol. Niſi tamen iniquitas ſit velata aliqua probabili, aut colorata ratione vel cauſa.* Franch. *in d. cap. dilecto, quæſt. 52. num. 142. ver. intellige præfata, & quæſt. 55. num. 155. ante fin. verſ. ex quibus omnibus, de appellat.* poſt Baldum quem allegat: & facit Ægid. *deciſ. 404.* Corn. *conſil. 10. col. 2. verſ. & ſi forte alij, lib. 4.* Felin. *in cap. inter cæteras, num. 7. de re indic.* Dec. *in cap. ex parte in 5. limit. in fine, de offic. deleg. & in cap. cum ſpeciali, §. porrò, num. 3. de appellat.* Iaſ. *in §. nihil commune, num. 108.* & Ripa *num. 144. & in l. 4. §. condemnatum, num. 17. de re iudic. & fuit reſolutum in cauſa Toletana matrimonij, coram D. Grato 27. Iunij 1569. Secus ſi nihil opponitur, vel incoloratè opponeretur*, Socin. *conſil. 69. num. 15. lib. 4.* Roman. *conſil. 499. num. 4.* Felin. *in cap. ſignificauerunt, num. 4. de teſtibus*, &c. Hactenus Rota.

Idem ferè tenet Gabr. Pereira *de manu Regia, part. 2. cap. 63. num. 54.* ibi. *Secundus caſus eſt quando Iudex exequitur ſententiam, quæ notoriam iniuſtitiam, aut nullitatem, vel intolerabilem continet errorem, & quemadmodum hoc caſu tenetur ipſe Iudex ſuperſedere, & ab executione abſtinere, vt ſatis probat cap. inter cæteras*, ibi, *nec ei debet ſtari ſi iniquitatem contineat manifeſtam, de re iudic. gloſ. 1. verſic. item nota, quam omnes ſequuntur in d. §. quia vero, gloſſ. magna in d. verſ. etſi non, cap. quod culpatur 23. quæſt. 1. cap. non ſemper 11. quæſt. 3.* Felin. *in d. cap. de cætero, num. 2.* Couarr. *variar. lib. 1. cap. 1. num. vlt. in princip.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 38. n. 21.* D. Thom. *2. 2. quæſt. 64. art. 6. ad 3.* Nauarr. *in man. cap. 25. num. 14. vbi dicit communem, ita etiam ab eodem ſi ſuperſedere nequeat iuſte ad iudicium ſæculare prouocabitur, ibique vim fieri declarabitur*, vt per Flores *d. quæſt. 4. num. 42. quod tamen tunc obtinebit ſi modo ſententia eius notoriè fuerit iniuncta, facti ſcilicet, quæ nullam requirat probationem, aut excuſationem admittat*, &c. 21

Quod vt melius percipiatur, aduertendum eſt quòd vbi ſumus in nullitate & iniuſtitia euidenti, poteſt Iudex remittere partes ad Iudicem requirentem, non autem denegare executionem, vt expreſsè reſoluit Surd. *conſil. 406. num. 30. verſ. nec dicatur*; dicens quod vbi non eſt euidens, cogitur exequi. Exceptionem autem nullitatis, & iniuſtitiæ ad effectum remittendi, vel exequendi, poteſt ipſe audire, & cognoſcere, vt ipſemet Surd. *citato loco*, aduertit his verbis. *Et in terminis quòd vbi Iudex poteſt exceptionem nullitatis, vel iniuſtitiæ audire & cognoſcere ad effectum ſi ſententia appareat iniuſta; remittat partes ad Iudicem requirentem, tunc ſi non admittat exceptiones, vel non remittat ad Iudicem prædictum, non datur appellatio*, vide Imol. *d. §. quia vero, num. 27. extat expreſſa deciſio Boëtij in cap. paſtoralis, § quia vero, num. 11. de officio deleg. vbi dicit quod per hoc non impeditur executio, quia cum hoc ſit in facultate Iudicis, non datur appellatio ſi non facit, idem ſed latius tractat & probat* Butr. *in cap. quoad conſultationem num. 16. de re iudic. vbi dicit quod ſiue ſententia ſit nulla, ſiue annullanda, de hoc nihil ad Iudicem requiſitum, quia non coram eo, ſed coram requirente proponenda eſt exceptio, & quamuis poſſit executionem differre, & Iudici requirenti referre, tamen ad id non cogitur per l. non quicquid, de iudic.* &c. 22

23 Ab his executoribus non licet appellare, quia
illi non grauant, sed qui mandant executionem
fieri, cum actus tribuatur ordinanti, & non exe-
quenti. l. ab executione Cod. quorum appell. non recip.
glos. verbo ab executoribus in cap. nouit 43. de appellat.
Ruginell. in simili tract. § 2. cap. 2. num. 58. & 59. Re-
buff. eod. tract. art. 1. glos. 2. num. 15. vers. quintus, Par-
lad. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 2. §. 3. num. 3. Amat.
Rodriq. d. cap. 2. num. 43. Sigism. Scacc. d. quaest. 17. li-
mit. 10. à princ. & limit. 11. num. 2. & 3. Surd. cons. 405.
num. 26. prope fin. nisi in modo & forma executionis
notabiliter excederent, quia à tali excessu daretur
appellatio, d. l. ab executione, Vestr. in pract. lib. 7.
cap. 3. sub num. 9. vers. sed & inter alios, Marant. de or-
dine iudic. p. 6. actu 2. princ. in verbo, & quandoque ap-
pellatur, limit. 7. num. 259. Sigism. Scacc. d. quaest. 17.
limit. 10. num. 28. cum seqq. Amat. Rodriquez d. cap. 2.
num. 43. Stephan. Gratian. discep. forens. cap. 146. n. 32.
24 Excessus autem committi potest tribus modis, pri-
mò ratione rei, secundò ratione temporis, tertiò
ratione exceptionum; quae potuissent de iure op-
poni contra executionem, & fuerint reiectae, Barz.
decis. 55. num. 11. Sigism. Scacc. d. quaest. 18. limit. 10.
num. 30. vbi numeris seqq. exemplificat in diuersis
casibus, v. g. quando fit missio in possessionem rei
magnae, cum sufficeret missio in possessionem rei
modicae, vel quando capiuntur pignora maioris
valoris quàm sit debitor; vel quando exequitur
in alia re quàm fuit iudicata: vel quando executio
25 fit ante tempus; & de excessu executionis non
praesumitur nisi doceatur, Felin. in cap. quod ad con-
sultationem 15. col. 12. ad med. vers. oportet exprimere,
num. 18. de re iudic. Roland. cons. 43. num. 6. lib. 1. Ste-
phan. Gratian. discept. forens. cap. 333. num. 13. in fine,
& sic de eo docens tenetur exprimere causam gra-
uaminis nominatim, idem Stephan. Gratian. d. n.
13. vbi num. 15. refert ideo Signaturam ad obuian-
dum fraudibus, quae in expressione causarum fie-
rent, non solere stare parti de excessu executionis,
sed velle gustare aliquid de grauamine antequam
committat causam appellationis.
26 Licèt autem daretur appellatio quando excedi-
tur modus in executione, vt suprà diximus; tamen
intelligitur quoad effectum deuolutiuum, non su-
spensiuum, nam illius respectu non retardatur
executio; & ratio est, quia via executiua efficeretur
longior via ordinaria, & lites nimis protraheren-
tur contra l. properandum Cod. de iudic. quare resol-
uunt Gutier. in l. nemo potest post num. 447. ff. de legat.
1. Ceuall. commun. contra commun. quaest. 190. num. 6.
Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 146. n. 33.
Quae quidem strictius procedunt in meris exe-
27 cutoribus nominatis à Rota pro suis sententiis, his
enim nudum ministerium tantum committitur, &
procedunt tanquam nudi & simplices ministri,
28 quorum officium est veluti procuratoris. l. si vero
non numerandi §. fin. ff. mandati Bald. cons. 456. incip.
Inter alia num. 2. ff. de legat. 1. Angel. cons. 318. col. pen.
vers. constat autem esse procuratorem, Lap. alleg. 41. in-
cip. Casus talis est num. 16. Stephan. Gratian. discept. fo-
rens. c. 563. n. 77.
29 Et (vti tales non tenentur in aliqua dignitate
Ecclesiastici esse constituti, vt expressè censuit
Rota decis. 445. num. 5. par. 2. recentior. his verbis. Cir-
ca illud, quod opponebatur executorem minimè fuisse in
dignitate Ecclesiastica constitutum, fuit responsum, quòd
ex quo illi fuit commissum nudum ministerium, dice-
batur merus executor, & consequenter non fuit opus vt
esset in dignitate constitutus Rota decis. 29. & 31. num.
1. de rescript. in nouis, Archid. in cap. statutum num. 11.
vers. secus tamen est, eod. tit. in 6. Card. cons. 103. n. 10.
Feder. de Senis cons. 115. n. 2. &c.
Eo magis, quia supremum Rotae tribunal nul- 30
lam solet transferre cognitionem causae in execu-
tores. Stephan. decis. 656. num. 1. nec vbi inhibitio-
nes suas ad partes dirigit, vult vt praetextu nulli-
tatis, subreptionis vel obreptionis earum execu-
tio retardetur, sed quòd siue iustae siue iniustae sint,
inhibitiones huiusmodi, nihilominus timeantur, &
exequantur, Achil. decis. 29. Pute. decis. 395. lib. 2.
Verall. decis. 93. part. 1. cum aliis citatis per Farin.
fragm. crimin. p. 2. verbo Inhibitio num. 318. cum seqq. 31
nec ideo propter talem superioritatem sententias
aliorum Tribunalium exequitur, quamuis in iu-
dicatum transactas, nisi gustato priùs de earum bo-
no iure, seu constito de earum iustitia. Greg. XV. 32
decis. 208. num. 5. Duran. decis. 72. num. 2. Rota decis.
28. num. 5. p. 1. & decis. 474. num. 8. & decis. 594. n. 4.
p. 2. recentior. Quare Rotales executores se abstine-
re debent ab omni & quacunque cognitione, &
adimplere tenentur ministerium sibi commissum
nude, & simpliciter, vt dictum est.
Ex quibus rectè infertur tales à Rota designa-
tos executores non teneri nec posse partes citare, 33
aut eas audire, nec ad effectum remittendi, nisi hoc
in mandatis habeant; sed vt perspicuè pateat an
& quando in executione sententiae sit necessaria
citatio, videtur distinguendum quod aut fit exe-
cutio super eademmet re, super qua fuit pronun-
tiatum per eundem Iudicem contra eandem per-
sonam, & non requiritur alia citatio; vel execu-
tio fieri vult non in specie super rebus petitis, super
quibus fuit pronuntiatum, sed in genere, vel in
aliis diuersis, & tunc requiritur noua citatio. Ita
Innoc. in cap. super eo, de re iudic. Bart. in l. à Diuo Pio
§. in venditione ff. de re iudic. Cassad. decis. 6. num. 2. de
causa posses. & propriet. Anton. Gabr. commun. tit. de ci-
tat. concl. 1. num. 123. Marant. de ordine iudic. tit. de exe-
cut. sentent. num. 16. pag. 441. Lancellot. de attent. p. 3.
cap. 27. num. 30. Honded. cons. 20. num. 45. lib. 1. Car-
dos. in praxi Iudicum verbo citatio num. 50. Menoch.
cons. 365. num. 10. vbi dicit quòd non est necessaria
citatio partis cùm exequenda est sententia in ea re,
super qua lata fuit, Ioan. Honor. in sum. Iuris Ca-
non. tit. de sentent. & re iudic. num. 58. Et quòd de sty-
lo sacri Palatij executor sententiae non teneatur ci-
tare ad executionem faciendam, tenet Vestri. in
pract. lib. 8. cap. 5. num. 3. & latius ibidem adden. num.
26. vbi allegat Ludou. Gom. ad reg. de subrog. collti-
gan. quaest. 4. per tot. censuit Rota decis. 365. num. 5.
apud Farin. p. 1. recentior. ibi. Non obstat quod in man-
dato de exequendo, in quo versamur, quando petitur
super eisdem rebus petitis, non requiratur noua citatio,
secundum magis communem opinionem, de qua per
Cassad. decis. 6. num. 2. de causa posses. & propr. Gabr. de
citat. concl. 1. num. 131. cum aliis per Honded. cons. 20.
num. 45. lib. 1. quia fuit responsum quòd id procederet
quando condemnatio praecessisset praecise, & in specie
super rebus petitis, non autem in genere, vt in hoc casu
in quo Iudex pronuntiauit in genere D. Carolum esse
immittendum in possessionem bonorum, quae non essent
concessa pro heredibus vtriusque sexus, & sic intrat do-
ctrina Bart. in l. à diuo Pio §. in venditione sub num. 2.
vers. ego dico, & ibi etiam alij ff. de re iudic. quòd re-
quiratur noua citatio, praesertim cum non fuerit eadem
persona Iudicis qui tulit sententiam, & executoris,
Alex. in d. §. in venditione n. 35. Marant. de ordine iu-
dic. part. 6. tit. de execut. sentent. n. 18. Ioseph. Ludo. Pa-
ris. decis. 6. sub n. 2. & 3. p. 1. Gabr. d. concl. 1. de citat. n.
131. Hactenus Rota.

Et

34 Et licèt secundùm alios æquior & humanior sententia reputetur illa, quæ habet in executione sententiæ citationem regulariter esse necessariam, quam sequuta fuit Rota *in Romana sancti Thomæ 17. Decembris 1604. coram R. D. Coccino Decano*, impressa per Marchesan. *de commiss. p. 2. pag.* 156. & de qua meminit Beltramin. *in annot. ad decis.* 545. Gregorij XV. *num.* 11. nihilominus tamen, vt colligitur ex adductis per eundem Beltramin. *citato loco*, id locum haberet vel quando aduersus hæredem rei condemnati vult exequi sententiam etiam super eadem re propter mutationem personæ. Ruin. *cons.* 102. *num.* 4. *lib.* 5. Capic. *decis.* 1. *num.* 14. Rota *in Romana spolij domorum 27. Nouembris 1617. coram Card. Verospio*, cuius meminit Beltram. *vbi suprà vers. aduersus tamen.* Vel quando est mutata persona Iudicis & executoris, vt tenet Greg. XV. *d. decis.* 545. *n.* 6.

35 Et in omni casu nunquam est, necessaria citatio in executione sententiæ Rotalis, de qua agitur, quia cum secum trahat executionem, nulla requiritur citatio, Grat. *cons.* 76. *in fine, vol.* 2. Anton. Gabr. *d. tit. de citat. conclus.* 1. *num.* 124. tum quia in eadem sententia mandatum est relaxatum, & materia non est appellabilis, cum à S.D. nostro commissa fuerit causa cum claus. *Appellatione remota*, vt fuit resolutum *in Romana spolij 21. Iunij 1606. coram Card. Lancellotto*, & legitur annotatum in annotationibus R.D. Coccini Decani, quæ reperiuntur impressæ apud Marchesan. *d. p.* 2. *pag.* 157. & de illis meminit Beltramin. *dicto loco*: tum etiam, quia executoriales relaxatæ, fuerunt intimatæ, & reproductæ in Rota, & desuper obtenta fuit declaratoria, aggrauatoria, & reaggrauatoria iuxta practicam Vestrij *lib.* 8. *cap. vlt.* & latè tradita per Ludouic. Posta *in tract. mandati de*
36 *manutenendo obseruat.* 103. *per tot.* tum denique, quia eo ipso quòd decretæ fuerunt litteræ executoriales, seu relaxatum mandatum, executio à Rota cœpta dicitur, Cæs. de Grassis *decis.* 1. *num.* 14. *de restitut. in integr.* Pute. *decis.* 285. *lib.* 2. Rota *decis.* 545. *num.* 5. *part.* 1. *recentior. & decis.* 188. *num.* 2. *part.* 2. *etiam recentior.* Beltramin. ad Gregor. XV. *decis.* 198. *num.* 1. Theodos. de Rubeis *in singularib. Rotæ, verbo Executio*, §. 2. *pag.* 45. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 872. *num.* 11. cum executoriales huiusmodi non solùm compellant condemnatum ad possessionem dimittendam, sed ipsum amoueant ab illa, in quibus terminis nullam citationem, vel intimationem requiri, tenent Rota *in Casale 1. pensionis 3. Decembris* 1627. *coram Cardinal. Vbaldo sen.* apud Ludouicum Post. *post d. tract. decis.* 31. *à num.* 2. Gregor. XV. *decis.* 43. *num.* 15. idem Ludouic. Post. *d. tract. obseruat.* 103. *num.* 7. *& seqq.* Vnde quando in executione aliarum sententiarum aliquam pateretur difficultatem resolutio illa, de qua suprà *num*... in executione tamen sententiarum Rotalium est indubitabile citationem necessariam non esse, vt ex dictis patet, & stylus Curiæ Romanæ ita à multis retro annis obseruat.

* * *

An Iudices laici, ad quos per viam violentiæ patet recursus, possint ex redditibus beneficij sequestro suppositis congruam portionem assignare clerico aliàs excommunicato ad se recurrenti pro impediendo dicto sequestro, & executione sententiæ, quæ possessionem eiusdem beneficij alteri dandam adiudicauit?

QVÆSTIO XIII.

1 *Congruam portionem Parochis suæ diœcesis assignare ad Ordinarios spectat.*

2 *Congruam Parochis assignare pendet ab arbitrio Episcopi, cuius iudicio multum defertur in hac materia.*

3 *Iudex sæcularis in rebus Ecclesiasticis se intromittere non potest.*

4 *Congrua non debetur nisi Rectoribus Parochialium, & Vicariis perpetuis, qui exercent curam animarum, & tenentur personaliter residere.*

5 *Cura cessante cessat congruæ assignatio, quia curæ vsus est fundamentum assignandæ congruæ.*

6 *Titularis debet sibi imputare si acceptauit beneficium tenue, seu nimis grauatum pensione.*

7 *Congruæ & pensionis auctoritate Apost. reseruatæ petitio quando concurrit, semper debitum pensionis non solutæ præferendum est.*

8 *Congrua non assignata in litteris Apostolicis etiam à curato via ordinaria petenda est.*

9 *Pensionis natura iuxta hodiernum stylum accedit ad naturam assignatorum alimentorum.*

10 *Parochus consentiens impositioni pensionis excessiuæ videtur saltem in vim pacti sibi praiudicare, & censetur quasi contraxisse cum pensionario.*

11 *Congrua ex redditibus beneficij debetur seruienti instar salarij.*

12 *Excommunicato non debetur congrua, nec percipit fructus beneficij.*

13 *Excommunicato nullo modo potest assignari pars aliqua fructuum sui beneficij tanquam congrua portio, & multo minus titulo alimentorum.*

14 *Excommunicato solum in casu extremæ necessitatis moderate ad modum ex redditibus beneficij succurrendum.*

15 *Excommunicatus licet fructus beneficy non lucretur, pensionem tamen soluere tenetur.*

16 *Excommunicatus fructus beneficÿ non lucratar dum de censura validitate dubitatur, & disputatur.*



1 ERTA & indubitata est in Iute nostro conclusio, & tecepia à Doctoribus resolutio, ad Ordinatios spectare congruam portionem Parochis suæ diœcesis assignare, vt per Rebuff. *de coagrua portione, num.* 55. *quæst.* 7. Seraphin. *decis.* 150. *num.* 1. Rota *decis.* 5. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* Saeta Congregatio Concilij, cuius meminit eadem Rota *decis.* 595. *num.* 2. *in fine*, *part.* 2. *recentissim.* aliàs *ia posthumis Farin.* Verba autem sacræ Congregat. à Rota relata ita se habent. *Licet Episcopo assignare Sacerdotibus, qui erāt Prafecti nouis Parochiis secundum hoc decretum*, (scilicet *sess.* 21. *de reformat. cap.* 4.) *constitutis, competentem portionem arbitrio suo ex omnibus fructibus ad matricem pertinentibus, aon distinguedo magis decimas quam alia corpora redditaum*
2 *eius.* Vnde patet hoc pendere ab arbitrio Episcopi, secundùm Host. Abb. & alios *in cap. ad audientiam, de Eccles. adifican.* Rebuff. *d. tract. de congrua*, *q* 10. *n.* 82. Rota *decis.* 5. *n.* 1. *part.* 2. *diuers.* & *d. decis.* 595. *num.* 3. cuius iudicio multum desertur in hac materia. Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 23. *num.* 43. Seraphin. *decis.* 173. *n.* 1. Greg. XV. *decis.* 483. *n.* 7.

3 Quæ quidem congruæ assignatio cùm sit res merè Ecclesiastica, non solùm ratione tei beneficialis, ex qua debet extrahi, sed etiam ratione personæ Ecclesiasticæ, ad cuius sustentationem est assignanda, non potest de ea cognoscere, aut in illa se intromittere Iudex sæcularis quocunque prætextu, arg. *cap.* 2. ibi, *vt laici Ecclesiastica tractare negotia non prasumant*, &c. *de Iudic.* vbi Dec. *num.* 24. & Ripa *n.* 13. Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdictionis Ordin.* à *n.* 54. Illustriss. D. Acuña *in comment. ad cap.* 1. *ex a.* 5. *dist.* 96.

Et quatenus in præsenti casu huiusmodi congrua portio coram Ordinario peteretur ex fructibus beneficij non Curati pro terminis meæ pensionis non solutis, ritè & rectè sequestratis, adhuc ei non erat deferendum, ex seqq.

4 Primò, quia sumus in beneficio non Parochiali, & intrat conclusio congruam non deberi nisi Rectoribus Parochialium, & Vicariis perpetuis, qui exercent curam animarum, & tenentur personaliter residere, iuxta text. *in cap. extirpanda in princ.* & §. *qui verò*, vbi gloss. & Doctores *de prabend.* Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. Rebuff. *de congrua*, *quast.* 4. *in princ.* Valenzuela *consil.* 54. *num.* 30. *lib.* 1. Rota *decis.* 420. *num.* 3. apud Farinac. *part.* 1. *recentior.* & *decis.* 437. *num.* 3. *part.* 1. *recentissim. ia posthum.* & coram Gregor. XV. *decis.* 429. *num.* 1.
5 & ibi *adden. num.* 8. Ex ea ratione ne aliàs intenti ad quærendum sibi victum, deserant curam animarum, vt ratiocinatur Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 399. *num.* 13. & Rota *d. decis.* 420. *num.* 5. fundatur ergo iustitia istius congruæ super qualitate muneris, videlicet curæ animarum, siue eius exercitij, quo cessante cessat etiam ipsa congruæ assignatio, Lotter. *de re benefic. lib* 2. *quæst.* 12. *num.* 14. vbi allegat decisiones *in Calagnritana congruarum coram Oradino*, quæ reperiuntur *part.* 1. *diuers. decis* 16. & 17. in quibus fuit firmatum non constare de Parochialitate, & propterea congruam non deberi, eadem Rota *decis.* 83. *n.* 12. *part.* 1. *diuers.* vbi quòd cessante cura cessabit causa sine fundamentum solutionis congruæ; seruitium enim necessarium, & vsus curæ est fundamentum assignandæ congruæ, vt censuit eadem Rota *decis.* 7. *n.* 2. *p.* 2. *recentior.*

Non obstat regula quòd qui Altari seruit, de 6
Altari viuere debet, *d. cap. extirpanda*, cum aliis citatis per me *Axiom...* quia vltra quòd textùs expressè loquitur in Parochialibus ratione muneris, & contracti quodammodo matrimonij inter Parochum & Ecclesiam; respondetur quòd sibi debet Titularis imputare si acceptauit beneficium tenue, seu nimis grauatum pensione, vt per Rebuff. *de congrua*, *num.* 92. & in fortioribus terminis de Rectoribus Parochialium quòd sibi debeant hoc imputare, tenuit Rota *coram Gregor. XV. decis.* 431. *num.* 13.

Secundò, quia quando concurrit petitio con- 7
gruæ Rectoris, & pensionis auctoritate Apostolica super Curato beneficio impositæ, semper debitum pensionis non solutæ præferendum est alij cuicunque. Ratio est, quia huiusmodi specialem reseruationem in Bullis Apostolicis Camerali obligatione vallatam, ac proinde paratam executionem habet, quæ congruæ eo tantum casu conceditur, si in eisdem litteris Apostolicis assignata reperiatur dispositiuè, vel conditionaliter cum claus. dummodo remaneant centum pro Rectore, quo tantum casu illa centum ante pensionem erunt soluenda, nisi ex reseruatione pensionis constiterit eadem centum pro Rectore non remanere, vt censuit Rota *in Segobien. tertia partis fructuum* 25. *Maij* 1612. *coram bona mem. Patriarcha Manzanedo*, cuius memini *de clausul. vsufreq. claus.* 47. *num.* 11. & 12. Quod re vera casui nostro non applicatur, cum Thesauraria, de qua agimus, nullam animarum curam habeat, ac proinde ei congrua quia non debetur, assignata non reperitur.

Tertiò, quia extra casum assignationis congruæ 8
dispositiuè vel conditionaliter factæ in litteris Apostolicis pro illa etiam à Curato via ordinaria agendum est coram Ordinario, & à sententia, qua pronuntiatum fuit illam deberi, quoad vtrumque effectum concedenda est appellatio, vt resoluit Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 14. *n.* 7. quod *num.* 11. ad alimenta ampliat, quæ ad partis instantiam, & per viam actionis petuntur, quo casu proceditur ordinariè, & habet locum appellatio; ergo petitio congruæ, de qua loquimur, non potest impedire viam executiuam exigendarum pensionum, quarum natura iuxta hodiernum stylum accedit ad naturam 9
assignatorum alimentorum, Crescent. *decis.* 3. *de solut.* Achil. *decis.* 26. *n.* 3. *de appellat.* Rot. *decis.* 407. *n.* 1. *p.* 1. apud Farin. *ia posthumis.*

Quartò, quia Parochus consentiens impositioni 10
pensionis excessiuæ, videtur saltem in vim pacti sibi præiudicare, *ad l.* 1. §. *vsque adeò, ff. de iniur.* cum aliis citatis per Mandos. *de signatura gratia*, *tit. de pensionibus*, *vers. aduertendum etiam est*, & censetur quasi contraxisse cum pensionario, seque obligasse ad dictæ pensionis solutionem, Guid. Papæ *q.* 576. Gig. *de pensionib. quæst.* 50. Caputaq. *decis.* 15. *part.* 1. & *decis.* 302. *part.* 2. vnde ei imputandum erit, quòd beneficium habens tenues redditus, & excessiua pensione grauatum susceperit, Rota *decis.* 7. *num.* 3. *part.* 2. *recentior.* neque stante clausula *non alias, aliter, neque alio modo*, à resignante imposita, reduci potest ipsa pensio, quia cùm Papa restrinxerit gratiam ad consensum limitatum resignantis (propter illam clausulam, quæ importat conditionem suspensiuam

ac

ac formato, ita ut ea non adimpleta cesset consensus agentis) si pensio in parte non subsistit, non erit reducibilis ad minorem quantitatem, quia deficit resignantis consensus, & sic in totum ipsa gratia corruit, & resignans potest regredi ad beneficium resignatum: ita Rota *decis.* 386. *n.* 2. apud Farin. *p.* 2. *recentior.*

11 Quintò, quia beneficium datur propter officium, & fructus assignantur vt beneficiarius expeditè, & liberè debitum officium exercere possit, *cap. cum secundùm Apostolum, de præbend.* & congrua ex redditibus beneficij debetur, instar salarij seruienti, Rota *decis.* 442. *num.* 3. *part.* 2. *recentiss.* aliàs *in posthumis Farin.* cuius capax esse non potest excommunicatus, iuxta text. *in cap. pastoralis* 53. §. *verum, de appellat.* ibi, *& illi prouentus Ecclesiastici meritò subtrahuntur, cui Ecclesiæ communio denegatur*, cuius decisionis eam rationem assignat idem text. quia scilicet per excommunicationem excommunicatus repellitur ab Ecclesia, & eius communione, & sic cum non possit exercere functiones Ecclesiasticas, propter quas percipit fructus, illis priuatus manet ipso iure, quamuis per sententiam Iudicis ad illorum amissionem non fuerit condemnatus: ita dicti textus auctoritate resoluunt Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 8. Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 12. Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. & 30. Suar. *in simili tract. tom.* 5. *disp.* 13 *sect.* 2. Mari. Alter. etiam *eod. tract. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 6. *cap.* 8. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 90. *cum seqq.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *cap.* 14. *à princ.* Ego ipse *de dignit. & Canonicis, cap.* 21. *num.* 2. *cum seqq.* & decidit *l.* 31. *tit.* 9. *part.* 1. ibi, *Otrosi puto por pena al Clerigo que fosse descomulgado con derecho que no pudiesse demandar las rentas del beneficio que deuia auer por a quel tiempo en que lo fue, ni podiesse ganar otro de nueuo*, &c.

13 Vnde infertur excommunicato partem aliquam fructuum sui beneficij tanquam congruam portionem, & multo minus titulo alimentorum, assignari nullo modo posse, vt expressè probat gloss. *verbo subtrahuntur, in fine, in d. cap. pastoralis*, §. *verum*, ibi, *Ego credo quod licet depositio prouideatur ne in clericorum opprobrium mendicare cogatur, quod excommunicato in nullo sit prouidendum, qui contemnit Claues Ecclesiæ, cui participandum non est*, &c. Nauarr. *in man. cap.* 25. *num.* 124. Mari. Alter. *d. disp.* 6. *cap.* 9. *à princ.* & rationem assignat, quia excommunicatus potest sibi consulere petendo absolutionem, vt licitè valeat fructus beneficij recipere, latè Gutier. *d. lib.* 1. *Canon. cap.* 1. *num.* 96. ibi. *Secundò prædicta conclusio, quæ habet, vt excommunicatus fructus, & distributiones quotidianas sui beneficij; vel præbendæ non lucretur, tempore, quo est excommunicatus, adeò procedit, vt quamuis clerico deposito, & suspenso à beneficio propter crimen ex redditibus beneficij alimenta sint ministranda, ne cogatur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, excommunicato tamen nihil ex redditibus Ecclesiæ datur, etiamsi egenus, & pauper sit*, &c.

14 Quod adeò verum est, vt nisi in casu extremæ necessitatis moderatè admodum ex redditibus sui beneficij succurrendum sit, ne fame pereat ex vniuersali præcepto Iuris naturalis, ad glos. *d. verbo subtrahuntur*, ibi, *nisi fortè fame periret, tunc debet ei subueniri*, &c. Mari. Alter. *d. cap.* 9. *in princ.* & §. *sequitur, vers. prima est*, Greg. Lop. *l.* 31. *glos. verbo las rentas del beneficio, tit.* 9. *part.* 1. Gutier. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 101.

15 Et quamuis ex redditibus beneficij excommunicato, nullo modo sit succurrendum, nec eos, aut illorum partem lucrari possit, adhuc tamen ex propriis bonis pensionem super illis auctoritate Apostolica reseruatam soluere tenetur; ita Gig. *de pensionib. quæst.* 64. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 106. *illat.* 3. *num.* 1. Valasc. *consf.* 1. *num.* 3. latè Mari. Alter. *d. cap.* 9. *vers. secundò dico, pag.* 247. *cum seqq.* vbi *in vers. tertiò dico*, aduertit illam propositionem, qui non percipit fructus beneficij non tenetur ad solutionem pensionis, intelligendam esse quando quis caret fructibus absque culpa sua; secus si impedimentum, ratione cuius priuatur fructibus, prouenit culpa sua, sicut accidit quando beneficiarius incidit in excommunicationem, Gutier. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 114. vbi *in vers. quod tenendum*, ait hanc sententiam procedere, & veram esse in clericis iuste excommunicatis, qui præbendas obtinent in Ecclesiis Cathedralibus, cùm enim pensio sit imposita super fructibus, & distributionibus quotidianis Canonicatus, & Præbendæ, v.g. tuncque temporis rationem excommunicationis ob non residentiam nulli sint fructus, nec distributiones quotidianæ dicti Canonicatus, & præbendæ, consequens est vt ipse excommunicatus de suo teneatur soluere pensionem, cuius contrarium existimat idem Guttierez; verùm in cæteris beneficiariis extra Cathedrales Ecclesias, qui non habent distributiones quotidianas, nec fructus suorum beneficiorum distributi sunt statis horis, in illis etenim meritò, vt ex fructibus suorum beneficiorum, super quibus est pensio imposita, ipsa soluatur, ad quemcunque ipsi fructus pertineant, cum tunc non extent, & dicantur etiam fructus beneficiorum.

Nec effectus censuræ quoad hoc tollitur, si de illius validitate dubitetur, aut censuratus prætendat se malè excommunicatum, vel ab excommunicatione appellet, quia dum in contrarium non adest res iudicata, fructus huiusmodi minimè lucrabitur, nec ex illis alimentandus erit, vt per text. *in d. cap. pastoralis*, §. *verum*, resoluunt Panorm. ibi *num.* 6. & Franch. *num.* 4. & 16. Suar. *de censur. disp.* 13. *sect.* 2. *ante num.* 10. Moneta *de distrib. quotidian. p.* 2. *q.* 15. *n.* 19. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 13. 16

An, & quando Regij Iudices possint sequestrari facere fructus, & redditus beneficiorum Ecclesiasticorum?

QVÆSTIO XIV.

1 *Iudex sæcularis redditus beneficiorum Ecclesiasticorum sequestrans, incurrit in censuram Bullæ Cœnæ, nisi in casibus à legibus Regiis decisis, vt n.* 2.

3 *Iudices sæculares sub Bullæ Cœnæ censura includuntur, qui auctoritate prætensa & vsurpata sequestrant redditus beneficiorum.*

4 *Bulla Cœnæ c.* 17. *non includit modos, & casus à iure permissos.*

5 *Iudex laicus potest quibusdam concurrentibus, & præcipuè stante periculo mora,*

capere,

capere, & sequestrare personam clerici:

6 *Iudex sæcularis bene potest beneficij redditus sub sequestro ponere, quando id facit in executionem sequestri per prius relaxati à Iudice Ecclesiastico.*

1 XPRESSO Bullæ in Cœna Domini *cap.* 17. cautum est ne quis fructus, redditus, seu prouentus beneficiorum Ecclesiasticorum etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrari faciat sub excommunicatione in eadem Bulla contenta, & ideo contra huiusmodi sequestra regulariter facta in beneficiis Ecclesiasticis per Curiam sæcularem multa cumulant, & ad diuersa inferunt, Ludou. Gom. *in reg. de annali quæst.* 46. Mari. Anton. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 9. Sarabia *in tract. de iurisdict. Adiunctorum, quæst.* 30. *num.* 38. Viuian. *de iurepatron. lib.* 11. *cap.* 11. *&* 12. *per tot.* Et illud est adnotandum quòd Bulla loquitur in Iudice sequestrante, non autem in procurante sequestrum, prout in puncto firmarunt Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 51. Iacob. de Graft. *in aureis decis. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 144. Mari. Anton. *d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1.

2 Sed stante prædicta Bulla valde controuersum est, an aliqua rationabili causa cohonestari possit huiusmodi sequestrum si aliquando per Iudicem sæcularem in beneficiis Ecclesiasticis imponatur? Non loquimur de illis casibus specialiter decisis *à legibus Regiis* 18. 21. *&* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *noua Recopil.*

3 Sunt qui ad euitandum scandalum & seditiones, præcipuè stante periculo moræ & difficilis recuperationis fructuum, dicant licere Regiis Magistratibus beneficiorum redditus sequestrari facere, quia sub illa clausula Bullæ illi tantum includuntur, qui auctoritate prætensa ac vsurpata, non vero qui aliqua iusta & rationabili de causa, sequestra huiusmodi faciunt: ita tenere videntur Caiet. *in sum. verbo excommunicatio, cap.* 27. Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 60. *§. sexta, vers. quintum*, Mari. Alter. *de censur. tom.* 1. *disp.* 18. *lib.* 5. *cap.* 2. *vers. Caietanus pag.* 712. Mandel. Alba *cons.* 75. *num.* 3. ibi. *Et non est dubium quod possit quilibet Iudex, & multo magis Princeps facere sequestrum, & aduocare etiam ad se possessionem, cum subest timor scandali*, Innoc. *in cap. in presentia col.* 1. *de probat.* Specul. *in tit. de sequestr. possess. in princ. & de libell. conc. §. nunc dicendum, vers.* 22. *& in tit. de possess. & petit. in princ. col. fin.* Guid. Papæ *quæst.* 678. *per l. æquissimum, ff. de vsufruct. cum aliis similibus: & est sequestratio, quæ fit ex officio Iudicis nobili*, vt tradit Abb. *in cap.* 2. *col.* 3. *num.* 12. *vers. venio ad secundum, de sequestr. possess. & videtur etiam id posse facere Iudex, vel saltem Princeps sæcularis in prædictis beneficiis Ecclesiasticis*, vt per Afflict. *decis.* 2. *num.* 4. *quia eadem est ratio, scilicet vitandi scandali, præsertim in hoc casu, quo manifestum est, quod sperandum non erat remedium eo tempore ab aliquo Principe Ecclesiastico*, &c. Et idem Mandel. *cons.* 78. *num.* 3. vlteriùs resoluit sequestrum huiusmodi non solùm posse fieri ex officio, & sine causæ & partium cognitione, & dum ab alio non occupatur possessio beneficij, sed etiam post illam captam.

4 Hanc eandem resolutionem tenet nouissimè Salgado *de retent. Bullarum, part.* 1. *cap.* 10. *num.* 68. ibi. *Tamen non includit eius prohibitio* (hoc est Bullæ in Cœna Domini) *modos, & casus aliàs à Iure permissos & approbatos; etenim hoc Bullæ Cœnæ cap.* 17. *nimis generaliter disponit, & propterea non comprehendit casus aliàs specialiter à Iure exceptos, & permissos, maxime Regibus, quibus alicuius specialis Iuris ex Regalia virtute competit, ad suas manus reducere fructus, seu bona Ecclesiæ vacantis pro custodia, & tuitione ne dissipentur*, de quo est textus expressus *in cap. generali* 3. *de elect. in* 6. &c. & paulo inferius eodem *num.* 68. ibi: *Et sic de similibus Regaliis antiquitus pertinentibus Regi erga fructus beneficiorum, & de sequestratione eorum, & reductione ad manus suas ob scandalum vitandum, vt post magnam Doctorum cateruam diximus sup. num.* 20. *cum seqq. & aliis similibus casibus, in quibus ob eandem rationem & finem fructus beneficiorum, & temporalia cætera bona à Rege sequestrare, & occupari licet*, &c.

Vlteriùs id comprobatur, quia Iudex laicus, potest quibusdam concurrentibus, & præcipue stante periculo moræ, capere, & sequestrare personam clerici, *in cap. cùm non ab homine, num.* 15. *de iudic.* Borgnin. *decis.* 3. *num.* 16. *part.* 1. ergo multo melius sui beneficij fructus, hi enim non ita eximuntur à potestate sæculari sicut persona clerici, vt per se patet. 5

Ego prædictorum Doctorum sententiam in puris terminis vitandi scandali, præcipue stante periculo moræ, & difficili recuperatione fructuum, probabilem fateor, sed probabilius mihi videtur id absque scrupulo (prout in casu nostro) fieri posse, si Magistratus sæcularis solum operetur in executionem alterius sequestri per prius ab Ecclesiastico Iudice relaxati, ei enim auxilium exhibere tenetur, vt videre licet in tract. hac de re edito à Fr. Michaële Agia Valentino Ordinis sancti Francisci. 6

An, & quando Capitulum teneatur pro rata temporis vacationis, & absentiæ Titularis soluere pensionem super distributionibus à se perceptis?

QVÆSTIO XV.

1 *Capitulum non tenetur pro rata temporis vacationis, & absentia Titularis soluere pensionem super distributionibus à se perceptis reseruatis, secundum vnam opinionem, sed contraria verior, vt n.* 2.

3 *Pensio est onus reale, & sequitur fructus à quocumque percipiantur.*

4 *Pensionis onere à principio grauantur fructus, & distributiones ante præstitum seruitium, & eius solutio non dependet à residentia Titularis, nec ab eius acquisitione.*

5 *Pensio non debetur pensionario propter seruitium Canonici possessoris, sed ex gratia Papæ.*

6 *Pensionis pars indeterminatè à cumulo fructuum ex voluntate Pontificis est extracta, & ex gratia eiusdem ad pensionem grauata.*

7 *Pensio.*

7 *Pensio imposita super distribntionibus Canonicatus à Capitulo pro rata temporis vacationis, & absentia Titularis, fuit iussa solui à Clemente VIII. & Gregorio XIII.*

8 *Cancellaria Vallisoletana per viam violentiæ adita censuit Capitulum Giennen. teneri ad soluendas pensianes super Canonicatu impositas, & de tempore vacationis decursas.*

9 *Doctores aliqui qui contrarium tenuerant, postea recesserunt ab opinione sua.*

10 *Ignorantia affectata scientiæ æquiparatur.*

11 *Delegata iurisdictio non potest extendi ad ad eos, qui in commissione non sunt nominati.*

12 *Prælatio non datur inter fructus, prouentus, & distributiones, super quibus pensio est imposita nec species vna grauata est hoc onere in defectum alterius.*

13 *Ordo §.in venditione l.à Diuo Pio, ff. de re iudic.non est datus pro farma, sed ad instructionem Iudicis.*

14 *Prælationis ordinem non est necesse seruare, vbi adest obligatio Cameralis.*



1 IN hac quæst. pro negatiua parte vulgò adduci solet, quod Capitulum iure proprio propter personalem residentiam, atque seruitium personalissimum redditibus atque fructibus oon tanquam alienis, sed propriis, atque suis Præbendis iure non decrescendi addictis fruitur, atque ipsos lucratur, proindeque non tenetur ad solutionem pensionis super fructibus Præbendæ illius, consensu antiqui possessoris reseruatæ, quoniam huiosmodi fructus perecpti à Capitulo tempore vacationis illius præbendæ oneratæ, non sunt eiusdem Præbendæ, sed cæterarum residentium; quod verum esse huios opinionis assertores affirmant in his Præbendis Ecclesiarum Cathedralium & similium, quæ mensam communem pro residentibus habent simul, quia tunc Capitolum iure proprio capit fructus, suot cæteri eiusdem mensæ, nec ob id potest dici successor in Præbenda, aut aliquem videtur pensioni reseruatæ consensum præstitisse: secus si Præbenda vacans aliqnos habuerit fructus, redditus, atque prouentus distinctos, ac separaros à mensa communi Capitulari, quia tune si Capitnlum vacante Præbenda vigore statuti, vel consuetudinis, alteriusve priuilegij illis bonis, siue rebus vtatur, ac fruatur, tenebitur quidem vsque ad quantitatem fructuum illorum, quos perceperuot, pensionem tempore vacatioois decursam solnere. Ex quibus & aliis hanc partem sustinent Nauarr. *consil.1.de solut.* Gutier. *canon. lib.1.cap.1. num.119. cum seqq.* Monet. *de distribnt.quotid.p.4.q.8. num.17. cum seq.*

2 His tamen noo obstantibus contraria opinio verior, ac communiter recepta est, eamque sequuntur Gig. *de pension.q.51.* Nau. *conf.3.n.3. in fine, de solut.* mutans seotentiam, quam *conf.1.* amplexus fuerat, Gonzal. *ad reg.8. Cancel.glos.5.§.4.num.44. & seq.* Quarant. *in sum. Bullarij, verbo distributiones quotidianæ, ad fin.* Aloys. Riec. *in praxi rerum fori Eccles. tit. de pension. decis.434.* Ceuall. *communium contra commun.tom.4.q.897.n.505.cum seqq.* Marescot. *var. resolut. lib.2. cap.18. num.51. cum seqq.* Nicol. Gate. *de benefic. part.1. cap.5. num.206. cum seq.* Bonacin. *de horis Canon. disp. 2. q.6. puncto 3. num.11.* Castr. Palao *in opere morali, tom.2. tract.7. de horis Canon.disp.3. puncto 7. num.11.* Ego ipse *de Iure Ecclesiast. vniuerso lib.3. cap.11. num.93. circa fin.* Rot. *decis.133.*apud Farin. *p.2.recentior. & decis.407. n.1. p.1. nouissimar. in posthumis Farin.* multis, sed his potissimum fundamentis.

Primò, quia pensio est onus reale, & sequitur fructus à quocunque percipiantur, *cap.querelam.* vbi Abb. *notab.3. de elect.* Roman. *cons.388.* Gig. *de pensionib. quæst.39.num.1.& quæst.47.num.2.* Pute. *decis.189.num.2.lib.2.* Decian. *resp.37.num.14.vol.2.* Ego ipse *de officio & potest.Episcopi,part.3. alleg.120. num.1.* Castr. Palao *d.tom.2.tract.13.disp.1.puncto 11. §.6.n.1.* Rota *decis.128.n.2.p.1.diuers.& d.decis.407. n.2.p.1.nouissimar.* 3

Secundò, quia fructus & distributiones grauantur onere pensionis à principio ante præstitum seruitium, & eius solutio non dependet à residentia Titularis, nec ab eius acquisitione, vt in puncto resoluit Rota *d. decis.133. part.2. recentior.* vbi *n.2.* eleganter sic loquitur. *Et præterea omisso hoc fundamento domini firmarunt, quòd quamuis pensio imponatur super distributionibus Scholastriæ, vel alterius dignitatis, quæ non adquiruntur à Titulari ante præstitum seruitium, tamen intentio Papæ est grauare ab initio in fauorem pensionarij non solum illas distributiones, quæ acquiruntur Titulari post seruitium, sed etiam eas, quæ sunt destinatæ Canonicatui, & Scholastriæ, quas Titularis residendo, & inseruiendo acquisiuisset: & mouebantur primò, quia in litteris reseruationum exprimitur valor distributionum, quæ sunt debitæ Titulari si inseruiat, & non illarum, quæ actu acquiruntur; & propterea necessario dicendum est quod Papa voluit afficere distributiones onere pensionis ante præstitum seruitium, & acquisitionem Titularis. Secundò mouebantur, quia pensio imponitur in fauorem pensionarij, cui sine aliquo seruitio est debita, quia Papa intelligit grauare distributiones ab initio, non habito respectu ad seruitium, & acquisitionem Titularis. Tertiò mouebantur, quia si non admitteretur iste intellectus perceptio pensionis redderetur euentualis, & penderet ex seruitio Titularis, eo enim suspenso, vel aliter absente, pensionario non competeret actio pro consecutione suæ pensionis saltem contra Capitulum, & similiter ei non deberetur pensio tempore vacationis Dignitatis, super qua est imposita, & hoc est multum absurdum, & contra verisimilem mentem Papæ, & stylum hactenus seruatum, secundum quem pensio omni tempore debet solui pensionariis absque aliqua subductione ratæ temporis vacationis,&c.* 4

Eandem ferè rationem præstat breuius. Gonzal. *d.§.5. num.45. cum seqq.* ibi. *Cuius rei ratio est, quia dicta pensio fuit imposita à Papa super fructibus, & distributionibus, & non debetur pensionario propter seruitium Canonici possessoris, sed ex gratia Papæ, & ad illam percipiendam actio realis sibi competit, Gig. de pension.q.39.& q.43. Crescent.decis.3. n.1. de solut. & etiam personalem contra quemcunque successorem, qui succedendo se obligare censetur. Caputaq.decis.13.n.1.& seq. p.1. Vnde persona Canonici, illiusque seruitiũ in hoc casu* 5

nullius considerationis esse debet, nec mors, vel absentia illius potest esse damnosa pensionario, &c.

6 Ad idem tendit quod tradit Castro Palao *d. disp. 3. puncto 7. num. 12.* ibi. *Ex quo fit ante diuisionem fructuum, & cuilibet illorum applicationem, obligatum esse Capitulum ad solutionem pensionis si in se velit retinere, aut aliis interessentibus applicare illam partem fructuum, quæ beneficiato grauato si assisteret, esset concedenda: quia illa pars indeterminate à cumulo fructuum ex voluntate Pontificis est extracta, & ad pensionem grauata ex gratia Pontificis independenter à seruitio possessoris: negari enim non potest hunc modum imponendi pensionem possibilem esse. Quòd autem sit conuenientior, inde probatur manifestè, quia intentio Pontificis in concedenda pensione est prouidere certò & infallibiliter pensionario sustentationem: at si pensionarius non posset obtinere pensionem à Capitulo recipiente fructus & distributiones tempore, quo beneficiatus non existit, vel non recitat, non certò & infallibiliter, & annuatim pensionario erit prouisum. Quod si respondeas personaliter beneficiatum esse obligatum ad illius solutionem, præterquam quod est dubium cum fructus nullos recepit, non infertur secuta pensionarij sustentatio, siquidem beneficiatus sæpe impotens est ad soluendum, & ex alia parte cum non possit pensionarius fructus sequestrare, remanebit insolutus*, &c.

7 Tertiò hæc eadem sententia corroboratur Pontificia declaratione, vt refert Rota *d. decis. 133. sub num. 2.* ibi. *Quartò, & vltimò mouebantur, quia succedente simili causa inter Capitulum Ecclesiæ Vlixbonen. & Alphonsum Colonia, petebatur pensio imposita super distributionibus Canonicatus à Capitulo pro rata temporis vacationis, & absentia Titularis, & Capitulum se defendebat, quod non tenebatur, quia distributiones perceperat proprio ex iure decrescendi, & Sanctissimus D. N. per sua Breuia declarauit quod tenebantur ad solutionem, quia pensio erat imposita super distributionibus, & ipsæ distributiones hoc onere reali erant grauatæ, & pro solutione pensionis obligatæ, & hypothecatæ*, &c. De eodem exemplo mentionem facit Castr. Palao *d. disp. 3. puncto 7. num. 11.* ibi. *Moueor præcipue tum quia sic declarauit Clemens VIII. de anno 1592. quodam Breui in fauorem D. Alphonsi Colonia postea Episcopi Carthaginensis: præcepit enim Capitulo Vlixbonensi soluere ei pensionem sexcentorum ducatorum impositam super Canonicatu illius Ecclesiæ, vti à Capitulo debitam, eo quod perceperat distributiones Canonicatus super quibus erat pensio imposita*, &c. Refert idem Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 218.* vbi *num. 217.* affirmat Gregorium XIII. de anno 1578. contra Capitulum Elboren. litteras in forma Breuis concessisse, quibus iubebatur vt pensionem super Cantoria illius Ecclesiæ reseruatam solueret.

8 Quartò, quia secundum hanc opinionem obseruari & practicari in insigni Capitulo Toletano refert Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 897. num. 505. cum seqq.* vbi *num. 511. cum seqq.* attestatur ita quoque practicari in Vallisoletana Cancellaria, nam cùm quidam executor Capitulum Giennen. condemnaret ad soluendas pensiones super Canonicatus impositas, & tempore vacationis decursas, & causa per viam violentiæ ad illam Cancellariam, delata, tandem fuit in ea resolutum executorem huiusmodi sic procedendo nullam vim facere.

9 Quintò, quia plures ex his, qui contrariam tenuerunt sententiam, veritate melius trutinata, & vtriusque fundamentis exactius inspectis, tandem à prima recedentes, hanc nostram amplectuntur, vt videre licet apud Nauarrum, qui etiamsi *consil. 1. de solution.* oppositum à nostra sententia tenuerit, postea *consil. 3.* ab ea recedens cum nostra remanet, & Gutier. in secunda impressione *d. cap. 1. num. 123.* subdit se audiuisse Romæ practicari contrarium illius, quod suprà tenuerat.

Sextò, quia non obstant ea, quæ pro contraria opinione solent adduci. Nam ad illud quod Capitulum bona fide, & ignorando reseruationem pensionis, fructus & distributiones inter præsentes iuxta formam statuti distribuit, respondetur reseruationem huiusmodi factam fuisse à multis retro annis, illámque Capitulo sæpe sæpius innotuisse, vnde bene sequitur allegatam ignorantiam esse affectatam, proindeque scientiæ æquiparari. Ias. *in l. si seruus plurium, §. si quis ante, num. 2. ff. de legat. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 316. num. 56.* Rota *decis. 364. num. 4.* apud Farin. *part. 1. recentior. & decis. 342. num. 2. & 3. ead. part. 2.* Et tanto magis cùm Capitulum ope exceptionis alleget se ignorasse talem reseruationem, cùm hoc sit fundamentum suæ intentionis, quia ad illud pertinebit plene, probabiliter, verisimiliter, iuste, & non affectate ignorantiam probare, vt censuit Rota *decis. 342. num. 2. part. 2. recentior.* ibi. *Regula enim quod ignorantia præsumitur, non habet locum quando ignorantia est fundamentum intentionis agentis*, &c. 10

Nec obstat quòd iurisdictio executoris in Bullis pensionis designati, delegata est, & non potest ad eos extendi, qui in commissione non sunt nominati, iuxta tradita per Doctores *in cap. P. & G. & in cap. cum olim, de officio deleg.* Menoch. *consil. 340. num. 54.* Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, part. 2. quæst. 11. num. 2.* quia respondetur non requiri quod sint nominati in indiuiduo, & expressa, sed sufficere quod comprehendantur in commissione per clausulas generales, tacite, incidenter, aut virtualiter; videndus Salgad. *de protect. Regia, part. 4. cap. 8. num. 5.* prout in præsenti casu ex verbis Bullæ reseruationis pensionis huiusmodi colligitur, ibi. *Tam dictum Balthasarem, quàm alios in dicta Thesauraria pro tempore quomodolibet succedentes*, &c. & ibi, *vel quibusuis aliis*, &c. vnde omni prorsus caret dubio executorem contra Capitulum tempore vacationis eandem potestatem habere, quam tenuit contra Titularem dum vixit, pro rata fructuum, & distributionum, quæ ad illud peruenerunt, prout in Cancellaria Valisoletana resolutum fuisse attestatur Ceuall. *d. q. 897. n. 511. cum seqq.* 11

Nec denique obstat quòd Thesaurariæ, de qua agitur, duæ sunt accessoriè annexæ Parochiales Ecclesiæ, quarum fructus longè excedunt quantitatem pensionis debitæ, & sunt separati à massa communi, vnde videbatur eos prius esse excutiendos, & in subsidium teneri Capitulum pro rata distributionum & fructuum, qui effecti communes, inter præsentes sunt distributi, quia respondetur inter fructus, prouentus, & distributiones, super quibus pensio est imposita, prælationem non dari, nec species vna grauata est hoc onere in defectum alterius, 12

sed

sed omnes simul, & insolidum æqualiter grauati censentur, & ad electionem pensionarij obligati; itavt pro terminis pensionis debitæ persoluendis ei liceret quos voluerit capi, & vendi facere, iuxta text. *in l.8. ff. de distract. pignor.* ibi, *Creditoris arbitrio permittitur ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit distractis ad suum commodum peruenire*, quem refert Couarr. *variar.lib.3. cap.18. num.2. vers.sexto*, & magis in terminis Menoch. *tom.11. consil.1052.*
13 *num. 2.* Reseruatio enim huius pensionis super fructibus, redditibus, prouentibus, emolumentis, & distributionibus quotidianis, non fuit gradualis, nec illæ redditdituum species ita gradatim nominatæ fuerunt, vt nonnisi primis excussis possit deueniri ad vltimam, ad exemplum decisionis textus *in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* qui probat bona mobilia debere ante immobilia capi in executione iudicati, quia vltra quàm quod secundùm magis communem opinionem ordo dicti *§. in venditione*, non est datus pro forma, sed ad instructionem Iudicis, & quod omissio istius ordinis non reddit nullam execu-
14 tionem, nihilominus tamen quidquid sit, illud certissimum est quod vbi adest obligatio Cameralis (prout in nostro casu) non est necesse seruare ordinem præiationis, vt resoluit Stephan Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 7. num. 28. cum seqq.* ibi. *Præterea stante obligatione Camerali non erat opus seruare huiusmodi ordinem. Ratio, quia omnia bona videntur constituta in pignus prætorium per guarentigiam, itavt debitor illius occasione habeatur pro condemnato*, Bald. *in l. factum, C. famil. hercisc.* Socin. *consil. 24. num. 48. lib. 1. col. vlt. vers. quidam etiam voluit*, Surd. *consil. 39. num. 21. lib. 1. vbi etiam n. 24. respondet quamuis executio esset nulla non audiri debitorem allegantem nullitatem, nisi actualiter numeret totum debitum*, &c.

An Clericus in sacris constitutus, pensionis Ecclesiasticæ debitor, ac ad eam soluendam obligatus in forma Cameræ Apostolicæ, ad beneficium *cap. Odoardus, de solut.* sit admittendus, an verò in carceribus detinendus donec soluat?

QVÆSTIO XVI.

1 *Clericus in sacris constitutus ob æs alienum merè ciuile non potest capi, nec in carcerem mitti, vel in eo detineri, aut excommunicari si inopia adeo laboret, vt non possit pecuniam debitam soluere.*

2 *Militi priuilegium conceditur ne conueniatur vltra quàm facere potest.*

3 *Clericus non potest priuilegio renuntiare ne conueniatur vltra quàm facere potest.*

4 *Pensionem debens quod possit opponere priuilegium* cap. Odoardus, de solut. *qui tenuerint, refertur.*

5 *Sed contrarium verius.*

6 *Obligans se in forma Cameræ vult teneri ac si esset debitor Cameralis, & debitor Cameralis potest personaliter capi etiam non excussis bonis.*

7 *Obligatio Cameralis sic appellatur quia ortum ab ipsa Camera.*

8 *Clericus in sacris obligatus in forma Cameræ potest capi, carcerari, ac detineri, & illius obligationis vigore renuntiatur priuilegio*, cap. Odoardus, de solut.

9 *Clerici obligati in forma Cameræ pro excarceratione obtinenda bonorum cessionem, non admittuntur nisi ex Pontificis gratia.*

10 *Renuntiatum censetur omni iuris, & legum auxilio per Cameralem obligationem.*

11 *Forma Cameralis obligationis continet expressam renuntiationem omnium Iurium dicentium renuntiationem generalem non valere, sed requiri specialem.*



ERTA & indubitata est in Iure nostro conclusio quod cum aduersùs clericum ob æs alienum mere ciuile agitur, clericus ipse in sacris constitutus debitor capi non potest, nec in 1
carcerem mitti, vel in eo detineri, nec excommunicari, si inopia adeo laborat, vt non possit pecuniam debitam soluere, quia non tenetur in plus, quam facere potest, text. singularis *in cap. Odoardus, de solut.* vbi iuramenti cautio ab eo exigitur de ære alieno soluendo cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit, per quem text. ita resoluunt Cou. *variar. lib.2. c.1. n.9. in princ.* Baëc. *de inope debit. c.17. à n.1.* Gutier. *de iuram. confirmat. p.1. c.17. n.34.* Gironda *in tract. de priuilegiorum & exempt. explicat. n.229.* Menoch. *de arbitr. lib.1. q.88. n.8.* Narbona *l.14. glos.1. n.15. tit.2. lib 6. Recop.* D. Felician. de Vega *Archiep. Mexican. ad cap. cùm sit generale, de foro comp. n.67. in fine.* Farinac. *in praxi crimin. q.27. n.67.* vbi ait quod generaliter clerici pro ciuili debito minimè possunt carcerari, Barbos. *in l. maritum, n.2. ff. soluto matr.* Parlad. *rerum quotid. lib.2. c. fin. p.5. §.7. n.24.* Suar. de Paz *in pract. p.3. tom.2. c. vnic. n.4.* Segura Daualos *in suo direct. Iudicum Eccles. p.2. c.13. ex n.17.* Amat. Roderic. *de execut. sentent. c.8. n.33. l. Regia 23. tit.6. part.1.* ibi. *Porque segun derecho de santa Iglesia por deuda que deuen vn clerigo a otro no le puedan prender*, &c.

Quod quidem videtur satis æquum, & rationi admodum consentaneum, nam si militi priuilegium conceditur, non conueniatur vltra quam facere potest, iuxta *l. miles 6. ff. de re iudic.* maiori cum ratione priuilegium hoc clerico concedi debet, quia magis dignus est fauore Sacerdos egenus, Religionis & diuini verbi minister, quam miles rapinis, cædibus, & stupris omnia confundens, neque arbitror quemquam adeò esse impium, qui neget non esse plus honoris deferendum Sacerdoti quam militi, vel nobili, vt ratiocinatur Baëc. *d. c.17. n.2. & 3. in princ.* 2
Et facit, quia eodem modo, quo miles non potest 3
renuntiare priuilegio militari ne deserat militiam, ita etiam Sacerdos, ne deserat Religionis ministerium, ac ne cœlestium contemplationi destinatus in carcerem, vel in prophani cuiuspiam vile ministerium detrudatur, minimè poterit priuilegio renuntiare ne conueniatur vltra quam facere possit, quoniam id conceditur sacerdotali dignitati,

cuius conseruatio spectat ad publicam vtilitatem, vt per Baëc. d.cap.17.n.5. Aloys.Ricc.p.1.decis.160. n.11. Gomez de Leoo in sua centur.cap.14. Gitonda d. loco num. 203. in princ. Marta de iurisdict. part. 4. casu 42.num.11.D.Barbos.in l.alia,§.eleganter,num.19. & 20. ff. soluto matrim. Ioan. Mar. Nouat. in praxi electionis fori, sect.3. quaest.7. num.13. D. Felician. de Vega vbi supra num.68. Priuilegium itaque militi armatae militiae concessum extendi quoque ad militem coelestis militiae maiorem & digniorem nemo est qui ambigat, Marches.de commission.p.3.pag.316. num.57. & plures per me citati de locis communibus, argument.iuris loco...

4 Ex quibus non defuerunt qui assererent debentem pensionem posse opponere priuilegium d. cap. Odoardus, etiamsi cum iuramento & in forma Camerae se obligauerit, cùm ex ipsius beneficij Ecclesiastici redditibus ea solui possit, & nulla subest ratio, quae suadeat illud priuilegium clericis ob statum Ecclesiasticum concessum ex vi iuramenti, aut obligationis Cameralis omnino tolli, quia videtur Clericis concessum tanquam ius publicum, l.1. §.huius studij, ff.de Instit. & iure; tum etiam ne cogantur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, & ideo nulla quantumuis stricta obligatio etiam iuramento firmata, huic iuri publico derogare poterit. Quare hanc partem sustinent Cou. lib. 2. var.cap.1.num.9. vers.quoties, Baëc. d.cap.17.num.6. D.Barbos.in d.l.alia,§.eleganter,num.23. ff.soluto matr. Addit tamen Couarr. citato loco quòd illud fortasse obtinebit is, quis ad pensionem agit, vt non obstante inopia eius, qui pensioni consensit, beneficio priuetur, ex eo quod non soluerit pensionem ex redditibus, quos percepit, cum huic poenae se ipsum tempore consensus submiserit.

5 Verùm quoad debitorem pensionis, certum est beneficium d. cap. Odoardus, denegari clerico, qui reseruationi pensionis, quatenus valida sit, consenserit, cùm enim pensioni saltem cum iuramento & obligatione Camerali consensit, & possideat beneficium, non est aequum, vt illa exceptione se tueatur, itaut potius debeat dimittere beneficium, quàm pensionem denegare, cum etiam in reseruatione pensionis tales beneficiati illam promittant soluere sub poena excommunicationis, & priuationis beneficij. Quare sic resoluunt Ludou. Gomez in compendio signat. col.fin. n.80. vers.est tamen vnum; Marchesan. de commission.part.3. cap.1. §.1. num.64. pag.317. Stephan. Gratian. discept. forens. cap.222. num. 50. cum seqq. Farin. in praxi crimin. quaest. 27. num.70. Carol. de Grassis de effectib. cleric. effectu 7. num.48. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiastici post resol.255.in notab.num.1. & ita tenet Curiae Romanae stylus, & obseruat caeterarum Curiarum Ecclesiasticarum practica.

6 Quod verò ad clericos in factis obligatos in
forma Camerae, certissimum est eos posse capi, carcerari, ac detineri; & illius obligationis vigore renuntiari, cap.Odoardus, quia obligans se in forma Camerae vult teneri ac si esset debitor Camerae; & debitor Cameralis potest personaliter capi etiam
non excussis bonis, Zachi. de obligat.Cameral.q.15.
7 num.9. & 10. nam obligatio Cameralis sic appellatur, quia ortum habuit ab ipsa Camera. Vestr. in
pract.lib.1.cap.4.num.1. Zach. vbi suprà quaest.1.n.2.
8 Quare ita tenent communis ferè omnium, qui hac de re melius senserunt, & praecipuè Beller.disquisit. clerical. part.1.tit.de clerico debitore, §.2.n.8. Ferentil. in annot.ad decis.97.Buratti num.9.lit.B. Aloys.Ricc. in praxi cap.Odoardus, de solut. decis.291. per tot. vbi latè probat in obligatione Camerali non habere locum beneficium d. cap.Odoardus, Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol.cap.3. num.16. in fine, vbi ait praxim se habere vt possit carcerari clericus obligatus in forma Camerae, licèt num.13. teneat illum gaudere beneficio d. cap. Odoardus. Farin.in praxi crimin.quaest.27.num.70. ibi. Vbi tamen cum iuramento adest Cameralis obligatio, nullo pacto recedas ab opinione Gomezij, quia cum vltra amplissimas clausulas, quae in tali obligatione apponuntur adsit particulariter clausula ipsa, in qua obligans adstringit se vt possit capi, carcerari, & detineri (quod pactum inter debitorem, & creditorem quod de Iure valeat, & quando, late in proposito tradit Massa de Camerali obligat. in 3. quaest. 4.6. & 7.) idcirco clericos in forma Camerae obligatos posse & capi & carceri verissimum est, & quotidie in practica seruatur, &c. Syluest. Zachi. de obligat. Camer. quaest.15. num. 7. ibi. De istis autem quicquid sit, obligatio nostra exequitur contra bona, & contra personam, Sotd. cons.298.num.4.lib.2. vbi quod contra obligatum in forma Camerae potest incipi à captura, & idem dicit in obligato in forma garentigiae Galgan. ad Statuta Vrbis cap.82.num.50. vers. limita secundo, Tiber. in praxi lib.1.cap.41.num.3.& 4. vbi dicit hoc priuilegium obligationis Cameralis procedere etiam contra Episcopos, Praelatos, viros illustres ac mulieres honestas, licet ex modestia excipiantur, Rot. in Mediolanen. affictus 29. Martij 1596.coram bona mem.Orano quae est decis.218.adeo vt etiam clerici adstricti vinculo huius obligationis possint carcerari, &c. optimè Ioann. Franc. Leo in thesaurario fori Eccles. part. 1. cap.11. num.14. ibi. Caueant tamen clerici de se obligando in Romana Curia in forma Camerae Apostolicae, quia contra obligationem Cameralem duae tantum exceptiones incontinenti probandae opponi possunt; nempe falsitatis, & solutionis, aut pacti de non petendo, vel quietationis, quae aequipollent solutioni, vt per Bart.in l.1.§.& parui refert,ff.quod vi aut clam, Cassad.decis.10. num. 6. de rescript. & decis. vnic. num.2. de mut.petit. & Galles.ad 4.part. in clausul. de obligat. Camer.q.1. num. 2. & illius obligationis vigore renuntiatur cap. Odoardus, omnibusque legibus, & legum auxilijs, quibus vti, aut se iuuari possent; legibus enim in sui fauorem introductis quilibet renuntiare potest, l.si quis in conscribendo, C.de pactis, & gloss.1. in cap.si diligenti, verbo super hac, de foro compet. ita quod clerici & laici tunc pari modo condemnantur, excommunicantur, car-
cerantur, & in carceribus detinentur, vt nec pro ex- 9
carceratione obtinenda ad bonorum cessionem admittantur, nisi ex Pontificis gratia, quae per Signaturam gratiae expeditur cum claus. constito summariè de paupertate prout de Iure, &c.

Pro hac parte facit quòd per obligationem Ca- 10
meralem censetur renuntiatum omni Iuris, & legum auxilio, Puteo.decis.465.sub num.3.lib.2.Zach.de
obligat.Camer.q.17.num.25. vbi num.26. quòd forma 11
Cameralis obligationis continet renuntiationem expressam omnium iurium dicentium renuntiationem generalem non valere, sed requiri specialem, Rota post tract. Zachiae decis.23. num.8. & decis.42. num. 2. & decis. 143. num. 4. Vnde fit vt censeatur quoque renuntiatum priuilegio d. cap. Odoardus, prout summo cum iudicio praecitati Doctores asserunt affirmantes ita obseruare praxim Romanae Curiae; de qua oculatus testis ipse sum in pluribus annis, quibus eam, licèt minus feliciter, sequutus fui.

An

An contra clericum obligatum in forma Cameræ ad pensionem, seu quoduis aliud debitum persoluendum, præscribatur via executiua in Hispania per decennij lapsum, iuxta *l. Regiam 6. tit. 15. lib. 4. nouæ Recopil.*

QVÆSTIO XVII.

1 Lex Regia 6. tit. 15. lib. 4. Recop. *Doctores de eius intellectu agentes, referuntur.*

2 *In executiuis attenditur statutum loci, vbi petitur executio.*

3 *Iudicij locum semper inspicimus in his, quæ spectant ad ordinem iudicij, at contractus celebrati locum attendimus in his, quæ pertinent ad substantiam contractus.*

4 *Omne officium Iudicis nobile in ciuilibus præscribitur per triginta annos.*

5 *Præscriptio est odiosa.*

6 *Odiosa quæ sunt, restringi debent quantum possibile sit.*

7 *Præscriptio decennalis viæ executiuæ procedit in odium negligentiæ in non petendo debitum.*

8 *Obligatus in forma Cameræ potest vbique locorum conueniri.*

9 *Præscriptio debiti procedit in loco destinatæ solutionis illius, quia ibi est contracta negligentia, seu mora.*

10 *L. 1. ff. de vsuris, declaratur.*

11 *Statutum quod viget in loco petitionis, & iudicij, attendi debet in his, quæ post contractum veniunt, & ex mora debitoris.*

12 *Præscriptio non currit contra non valentem agere, nec contra probabiliter ignorantem.*

13 *Absentia est impedimentum legitimum, vt præscriptio minime currere possit.*

14 *Præscriptioni partes renuntiare possunt.*

15 *Renuntiatio cuiuscunque priuilegij facta cum iuramento tantum valet, quantum si fuisset specialiter renuntiatum cuicunque priuilegio.*

16 *Actio & ius exequendi perpetuatur quando in obligatione adest iuramentum.*

17 *Instrumentum si est iuratum, licet tempus decennij sit transactum, mittitur executioni.*

18 *Ius omne oriens ex instrumento resoluitur cum absolutione instrumenti.*

19 *Præscriptio iuris executiui interrumpitur per solam petitionem executionis, seu debiti.*

20 *Petitio executionis sententiæ, seu mandati operatur, vt nunquam currat præscriptio.*

21 *Obligatio Cameralis operatur iudicialem debiti confessionem in ipso instrumento.*

22 *Solutio tanquam quid facti non præsumitur, sed per allegantem probari debet.*

23 *Coniectura ex taciturnitate longi temporis in non petendo credito non sufficit ad præsumendam solutionem.*

24 *Identitas personæ præsumitur ex sola identitate nominis.*



LEge Regia 6. tit. 15. lib. 4. noua Recop. ita cauetur. *El derecho de executar por obligacion personal se prescriua por diez años, y la accion personal, y la executoria dada sobre ella se prescriua por veinte años, y no menos. Pero donde en la obligacion ay hypotheca, o donde la obligacion es mista, personal y Real, la deuda se prescriua por treinta años, y no menos.* Id est. *Ius executiuum ex actione personali decem annis præscribatur, ipsa vero actio personalis, & executoria, quæ ab ea emanauit, viginti annis, & non minus præscribatur. Verum vbi in obligatione adest hypotheca, vel ipsa obligatio mixta est, personalis scilicet, & realis, debitum præscribatur triginta annis tantùm.* De cuius legis intellectu latè Azeued. *ibi*, item Anton. Gom. Castellus, & Palatius Rubeus *l. 63. Tauri*, Rodes. Xuar. *ad l. post rem iudicatam*, *§. sexto principaliter*, *pag. 637.* Auiles *ad cap. 10. Prætor. verbo execucion, n. 69. cum seqq.* Xuar. de Paz *in pract. part. 4. tom. 1. cap. 3. num. 11. cum seqq.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 90.* Couarr. *in reg. possessor, part. 2. §. 11. num. 2.* Auendan. *de exequend. mand. part. 1. cap. 30. num. 11.* Parlad. *rerum quotid. lib. 1. c. 1. §. 11. cum seqq.* 1

Vnde videbatur affirmandum clericum, licèt se obligasset Romæ, teneri in executione facienda Matriti ordinem iudiciarium seruare, ad quem pertinet via executiua, itaut si instrumentum quod in vna prouincia habet paratam executionem, eam non habeat in alia prouincia vbi eius petitur executio, quod ibi non habebit promptam executionem, quia in executiuis attenditur statutum loci, vbi petitur executio, Roder. Xuar. *ad l. post rem iudicatam, in declar. l. Regni, §. circa iudicem num. 22.* Borghin. Caualcan. *decis. 10. num. 31. part. 3.* Canser. *var. part. 2. cap. 9. de instrum. guarentig. sub n. 20. vers. quoniam.* Est enim in hac materia vulgatissimum quòd in his, quæ spectant & pertinent ad ordinem iudicij, semper inspicimus locum iudicij, & non contractus, vel instrumenti confecti: at in his, quæ spectant & pertinent ad substantiam contractus, vel obligationis, semper attendimus locum contractus celebrati, Ruder. Xuar. *d. §. circa iudicem, num. 14.* Anton. Gom. *l. 64. Tauri, num. 8.* Parlad. *d. lib. 2. cap. fin. p. 1. §. 11 num. 15.* Cancer. *d. part. 2. c. 3. num. 19. post princip.* Quapropter etsi Romæ nullo tempore præscribatur, via executiua præcipuè in Tribunali Auditoris Cameræ, cum statutum hac de re viget in Capitolio, minimè ad illud Tribunal, vel ad sacram Rotam extendatur, vt resoluunt Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 650. & 651.* Seraphin. *decis. 208. num. 4.* Gregor. XV. *decis. 331. num. 7.* 2 3

attamen cum executio talis instrumenti petatur
Mattili, vbi seruatur lex Regia, de qua suprà in
principio huius quæst. videbatur secundùm illius deci-
sionem præcludi via executiua, cùm illa in hac ma-
teria ad ordinem pertineat iudiciarium, ordo au-
tem iudiciarius sit inspiciendus secundum statutum
loci vbi fit executio, ex dictis.
4 Sed his non obstantibus contrarium fuit reso-
lutum, & pro veriori terminorum cognitione præ-
supponendum est ius exequendi ex personali obli-
gatione, quòd *d. l. 6.* decidit posse per decennium
præscribi, de Iure communi non minori spatio
triginta annorum præscribi posse; quia executio
fit per officium Iudicis, & omne officium Iudicis
nobile in ciuilibus præscribitur per triginta annos,
sicut ipsa actio personalis, ita *glos. vnica & singula-
ris verbo prosecuti in l. sicut in rem Cod. de præscript.* 30.
Balb. *in tract. de præscript. 4. p. 4. partis princ. quæst.* 31.
Anton. Gom. *d. l. 63. Tauri num. 1. in princ.* & ibi Ca-
stell. *lit. y. fol.* 132. Deinde præsupponendum est casus
5 omnes, in quibus præscriptio procedit, restrin-
gendos esse, nam cùm illa sit odiosa, Balb. *de præ-
script. p. 1. num. 9. cum seqq.* Crauet. *cons.* 201. *num.* 37.
lib. 2. Valenzuel. *tom.* 1. *cons.* 33. *num.* 225. & quæ
6 odiosa sunt restringi debeant quantum possibile
sit, *cap. ita, cap. ex parte, de decim. cap. odia, de regul.
Iuris in 6.* cum citatis à me *Axiom.* 166. *num.* 1. bene
sequitur quòd præscriptio semper est restringenda,
& contra eam in dubio iudicandum. Cephal. *cons.*
40. *numer.* 52. *lib.* 1. Valenzuela *d. cons.* 33. *nu-
mer.* 227.

His præsuppositis dicendum *d. l. 6.* & præscri-
ptionem ab ea intentam non habere locum in
præsenti casu, ex multis, sed his possessionum fun-
damentis.
7 Primò, quia præscriptio huiusmodi procedit in
odium negligentiæ in non petendo, vt bene ad-
uertit Castell. *d. l. 63. Tauri fol.* 132. *in fine*, & Auen-
dan. *de exequendis mand. p. 2. cap. 27. num. 11. vers. se-
cunda ratio*; negligentia autem seu mora in non pe-
tendo contrahitur, nisi in loco, in quo destinata
fuit debiti solutio, quæ quidem cum sit destinata
Romæ, & ibi minime vigeat talis lex, sequitur
quod præscriptio non potuit currere contra pe-
tentem Romæ, & licèt modo petatur Matriti, hoc
minimè fit, vt ibi soluatur, sed vt eo in loco com-
pellatur debitor ad soluendum, quia obligatus in
8 forma Cameræ, potest vbique locorum conueniri,
Surd. *cons.* 280. *num.* 12. *in fine, vol.* 2. Carol. de Graf-
fis *de except. except.* 18. *n.* 4. Rota Romana apud Za-
chiam *de obligat. Camer. decis.* 78. *num.* 6. Quare bene
procedit doctrina Bart. *in l. cunctos populos num.* 18.
9 *Cod. de summa Trinit.* dum tenet præscriptionem
procedere in loco destinatæ solutionis, quia ibi est
contracta negligentia, seu mora; & deinde *n.* 19.
resoluit sequentem casum nostro non dissimilem.
Hic (scilicet Perusiis) *est statutum quod iura peten-
di debitum præscribantur decem annis, modò quidam
Florentinus mutuauit centum in Curia Romana sub
pacto de reddendo in ciuitate Perusij, certe si tacuit
per decem annos, erit ibi locus statuto, quia est contra-
cta in illo negligentia*, &c. Est ergo causa inducendi
præscriptionem huiusmodi, negligentia, & mora
nolentis, vel difficientis petere debitum suum, quæ
quidem negligentia regulanda & æstimanda est
iuxta statutum loci, in quo fuit ipsius debiti de-
stinata solutio, quia ibi fuit contracta, colligi vi-
detur ex decidendi ratione, quam præstat *ad l.* 1. *ff.*
10 *de vsur.* D. Barbos. *in l. hæres absens §. proinde, in princ.
num. 66. ff. de iudic.* ibi, *non obstat d. l. 1. in princ. iuncta
glos. verbo contractum, in fin. de vsuris, quia respende-
tur loqui in vsuris, quæ debentur propter moram, &
negligentiam debitoris non soluentis suo loco & tempore,
& ideo tunc attenditur locus, in quo facienda est solu-
tio, quasi in eo prædicta mora videatur contracta*, &c.

Quam Bartoli doctrinam sequitur, & explicat 11
Rota impressa per Zachiam *post tract. de obligat. Ca-
mer. decis.* 78. *num.* 2. his verbis. *Non obstat quod in
his, quæ post contractum veniunt, & ex mora debitoris
attendi debeat statutum quod viget in loco petitionis, &
iudicij, vt post Bart. in l. cunctos populos C. de summa Tri-
nit. & Fide Cathol. notat Ias. n. 29. vers. secundo limita,
& alij hic allegati per informantes pro D. Lisa, quod aliàs
etiam fuit tentum in vna Iannen. de Nigrenibus coram
bonæ mem.* Card. Lancelloto; *quia fuit responsum quod
quamuis supradicta doctrina Bart. sit communiter re-
cepta, non tamen videtur posse huic casui applicari, cum
procedat; vt ipsemet Bart. ibi sub num. 18. declarat,
quando scilicet solutio non est destinata in certo loco, vel
quando est destinata in pluribus locis alternatiuè, ita
quod electio sit ipsius creditoris, quod hic non applicatur,
cum minime dici possit cum restitutio dotis non sit desti-
nata in certo loco ex dispositione legis, & ex tacito con-
sensu partium, videlicet in loco domicilij quondam viri,
d. l. exigere dotem ff. de iudic. vbi Bald. in fine, & alij
Doctores hoc notant communiter, idem Bald. cons.* 471.
lib. 1. Roland. *de lucro dotis quæst.* 15. *num.* 3. *&* 4. *&
quæst.* 19. *num.* 4. *&* 5. *Ioan. Campag. de dote quæst.*
20. *num.* 2. *in fine, & num.* 3. *Nec facit quod in instru-
mento dotis adsit obligatio Cameralis, quia licèt illius
vigore possit quis vbique conueniri, non tamen huius-
modi obligatio operatur vt solutio certo in loco destina-
ta tacite, vel expressè vbique locorum sit facienda, vt
quotidie nos experientia docet. Et vbi certus est locus
destinatæ solutionis, lex & consuetudo vigens eo in loco,
& non in loco iudicij, attendi debeat, tenet Bart. in d.
l. cunctos populos num.* 18. *& Salicet. num.* 5. *Phanuc.
de Phanucijs tract. de dote glos.* 9. *num.* 10. *qui alios al-
legat, & post Caccialup. in d. l. exigere dotem num.* 107.
vers. ex prædictis, idem concludit, Plot. cons. 18. *numer.*
13. *&* 14. *Ex quibus & aliis hic latius deductis per
Informantes, constat hanc esse solidissimam conclusio-
nem*, &c.

Secundò, quia etiamsi essemus in puris terminis 12
dispositionis *d. l. 6.* ac proinde eius dispositioni sta-
re deberemus, adhuc locum habere non posset in
nostro casu, nam creditor ignorabat vbi esset cre-
ditor cùm absfuisset per longum tempus à Curia
Romana vbi contraxit, & soluere se obligauit, &
sic patiebatur iustum impedimentum non petendi
debitum, proindeque non poterat sibi curri tem-
pus huiusmodi decennij, præscriptio enim non
currit contra non valentem agere, & sic contra
impeditum, vt per tex. *in l. 1. §. fin. Cod. de annali ex-
cept.* resoluunt Greg. Lop. *l. 10. glos. 3. tit. 26. part.* 4.
Negusant. *de pignorib. 6. p. princ. memb. 2. num.* 3. Io-
seph. Ludou. *Lucensi decis.* 31. *num.* 19. Valenzuela *d.
cons.* 33. *num.* 232. Et in nostris terminis præscri-
ptionis decennalis iuris exequendi, Palat. Rub. *in
d. l. 63. Tauri num.* 14. & ibi Castell. *lit. y. vers. item
quia vt supra dixi fol.* 132. *verso*, *Auiles ad cap.* 10.
Prætor. verbo execucion. num. 69. vers. quæque fallit, *Perez
ad l. 3. prope fin. vers. esset alia declaratio*, ibi. *Ergo an-
tequam habuisset facultatem agendi, non currit præscri-
ptio*, &c. *tit. 13. lib. 3. Ordin.* Azeued. *d. l. 6. num.* 25.
ibi, *nam non valenti agere non currit præscriptio*, &c.
Rot. *decis. 315. n. 8. p. 2. in nouissim. aliàs in posthumis
Farin. & decis.* 621. *num.* 3. apud eundem Farin. *p.* 1.
recentior. Et contra probabiliter ignorantem præ-
scriptionem non currere, resoluunt Azeued. *d. l. 6
n.* 21.

num.11. Stephan. Gratian. *discept. cap.* 403. *à num.* 35. Valenzuela *d. conf.* 33. *num.* 241. vbi *num.* 237. subdit absentiam esse impedimentum legitimum vt præscriptio minimè currere possit, Rota apud Zachiam *decis.* 60. *n. num.* 6. *& in posthumis* Farin. *decis.* 138. *num.* 4. *part.* 1. vbi quòd in dubio ignorantia præsumitur, & fortius in absente.

14 Tertiò, quia præscriptioni inductæ per *d. l.* 6. & cuicunque alteri possunt partes renontiare, vt probant Gutier. *in l. nemo potest num.* 46. *cum seqq. ff. de legat.* 1. Castell. *d. l.* 63. *Tauri fol.* 131. *verso in fine*, Palat. Rub. *num.* 18. Azeued. *d. l.* 6. *num.* 52. Parlador. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 13. *num.* 3. vbi de renuntiatione præscriptionis iuris huiusmodi agendi; cum ergo in obligatione Camerali sit renontiatum omni Iuris, & legum auxilio, per ea quæ diximus suprà *quæst. præcedenti num. vlt.* bene sequitur iuri huiusmodi fuisse quoque renontiatum, licèt in eo renuntiando specialis requireretur renuntiatio; nam quando

15 in instromento repetitur renuntiatum cum iuramento (prout in casu nostro) omni priuilegio sibi competenti, vel omni legum auxilio, tantum valebit ista renontiatio, quantum si fuisset specialiter renuntiatum cuicunque priuilegio, & legum, seu statutorum speciali auxilio, vt post Aterin. & Capic. ac alios resoluit Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 98. & censuit Rota *decis.* 665. *n.* 9. apud Fatin. *p.* 1. *recentior.*

16 Quartò, quia cum adsit iuramentum in obligatione huiusmodi, per illud perpetuatur actio, & ius exequendi, nam hoc casu locum non habet præscriptio inducta *à d. l.* 6. Ita in nostris terminis resoluit Castell. *d. l.* 63. *Tauri fol.* 163. ibi. *Adde alium casum satis mirabilem, in quo non currit ista præscriptio decem, vel viginti annorum, quia ad minus debet servari in Curia Ecclesiastica, quia Iure nostro non potest in contractibus apponi iuramentum: pone ergo quod iuramentum est oppositum per debitorem per se obligantem in ipsa obligatione, tunc nunquam potest talis debitor opponere præscriptionem*, &c. nam *iuramentum perpetrat actionem*, &c. Auiles *vbi suprà num.* 69. *vers. dic tamen*, ibi. *Si instrumentum est iuratum, licèt tempus de-*

17 *cennij sit transactum, mittitur executioni*, &c. Auendan. *d. p.* 2. *cap.* 30. *num.* 14. *vers. item d. l.* 3. ibi. *Non habet locum si in contractu contra quem præscriptio decennalis prætenditur, esset interpositum iuramentum in casibus, vbi poni potest*, &c. Mancin. *de Iuram. par.* 4. *effectu* 85. *num.* 3. Nouissimè Ioseph. Vela *Iuris controuersi in Hispalensi Senatu* dissert. 10. *num.* 4. Galganet. *ad Statuta vrbis cap.* 158. *de præscript. numer.* 50. *vers. intelligitur pag.* 714. vbi idem resoluit, adoertitque in hoc Regno Castellæ, & in Lusitania prohiberi apponi Iuramentum in contractibus à scribis. Azeued. *in d. l.* 6. *num.* 27. *cum seqq.* vbi quòd Iuramentum perpetuat obligationem, & plures id in expressis terminis executiuis notantes refert, licèt propter dictam prohibitionem apponendi Iuramentum in scripturis apud Castellanos, & Lusitanos hoc ad nihilum desertuire asserat. Quicquid existimet Gutier. *de iuram. confirmat. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. *cum seqq.* Quia vltra quàm quod eius resolutio in Iure non subsistit, illa procedere non poterat ob nullitatem instrumenti, propter iuramentum in eo appositum, quia sicut instrumentum non probat

18 contractum, ita nec iuramentum, cum absolutione instrumenti resoluatur omne ius otiens ex instrumento, optimè Surd. *cons.* 361. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 3.

19 Quintò, quia creditor petiit debitum coram Auditore Cameræ Apost. & vigore suæ obligationis Cameralis obtinuit relaxari mandatum executiuum contra personam & bona debitoris, vnde si per solam petitionem executionis interrumpitur præscriptio hæc iuris executiui, vt resoluunt Azeued. *d. num.* 39. Palat. Rub. *d. l.* 63. *Tauri n.* 21. ibi, *Item interrumpitur per petitionem debiti*, &c. Castell. 10 *ibidem num.* 4. Nouissimè Vela Hispalen. *dissertat. lib.* 1. *dissert.* 26. à fortioti per missionem executoris per Iudicem factam contra debitorem, iuxta doctrinam Palatij Rubei *vbi suprà num.* 21. *vers. item per missionem.* Castell. *ibi vers. tertio interrumpitur*; nam petitio executionis sententiæ, seu mandati operatur, vt nunquam currat præscriptio, Caputaq. *decis.* 362. *n.* 3. *&* 4. *p.* 2. Achil. *decis.* 5. *numer.* 2. *de prescript.* post Balb. *in rub. eod. tit. col. vlt. vers. dubitatio*, & loquendo de quadam præscriptione decennali inducta ab statuto Bononiensi tenet Rota *decis.* 326. *n.* 5. *part.* 1. *recentior.* quòd non procedit illud statutum stante sententia, seu mandato, vel decreto relaxato, quia tunc non præscribitur debitum nisi spatio triginta annorum.

Sextò, quia obligatio Cameralis operatur indicialem debiti confessionem in ipso instrumento, 21 Gallesi. *de obligat. Camer. quæst.* 2. *num.* 11. Vestr. *in practic. lib.* 7. *cap.* 3. *sub num.* 17. & per talem confessionem interrumpitur præscriptio, *l. cum nouissimi* 7. *§. immo & illud, vers. sed & si quis debitorum, Cod. de prescript.* 30. Natt. *cons.* 402. *num.* 64. Mathi. Coler. *ad c. illud n.* 18. *&* 19. *de prescript.*

Non obstat quod ea aduerso allegabatur, scilicet ex transcursu tanti temporis præsumi debiti solutionem, 22 cum non esset verisimile creditorem aliàs familiaris rei diligentissimum patremsam. tantò tempore tacuisse, quia respondetur solutionem tanquam quid facti non præsumi, sed per allegantem probari debere, 23 *l. quingensa ff. de probat.* Natt. *cons.* 569. *num.* 1. *& seq.* Surd. *decis.* 105. *num.* 9. Dutan. *decis.* 387. *num.* 2. *& decis.* 409. *num.* 2. *part.* 2. Rota *decis.* 294. *num. p.* 2. *nouissim. alias in posthumis Farin.* tum etiam, quia coniectura ea taciturnitate longi temporis in non petendo credito non sufficeret ad præsumendam solutionem, vt ce isuit Rota apud Zachiam *post suum tract. de obligat. Camerali decis.* 60. *num.* 2. *cum seqq.* ibi. *Rursus non obstabit secunda difficultas de taciturnitate sexdecim annorum, quia tanto tempore non videbatur verisimile, Petrum Vincentium distulisse petere suum depositum, notabilis præsertim quantitatis ducatorum mille auri in auro. Sed respondebatur primò istam coniecturã petitam ex taciturnitate longi temporis in non petendo credito non sufficere ad præsumendam solutionem, Rot. in vna Romana extinctionis censu sub die* 17. *Maij, & consequenter in eam propositionem excludere probationem resultantem ex publico instrumento, cum tunc debeant plures concurrere*, &c.

Nec etiam obstat quòd debitor negat se esse contentum in obligatione, quia ex sola identitate nominis præsumitur identitas personæ, 24 Mascard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1174. *num.* 24. *cum seqq.* Fului. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 82. *&* 83. *& lib.* 1. *c.* 35. *num.* 49. Farin. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. I. num.* 10. *cum seqq.* eo maximè, quia non solum idem est nomen proprium, sed concordat etiam cognomen, & patria, idem Mascard. *lib.* 2. *concl.* 875. *num.* 2. *& lib.* 3. *concl.* 1174. *n.* 25. Pacian. *d. lib.* 1. *c.* 48. *n.* 88. *in fine*, Farin. *d. lit. I. num.* 16. & sic adsunt duo signa indicatiua huius identitatis, ea Bart. *in l. demonstratio falsa in* 7. *quæst. num.* 14. *ff. de condit. & demonst.* Mascar. *d. conclus.* 875. *num.* 2. Menoch. *de præsum. libr.* 6. *præs.* 51. *num.* 36. *cum seqq.* quo casu bene probatur identitas

identitas. Galgan. *de condit. p. 2. cap. 2. q. vlt. ex num 9.* Mieres *de maior. part. 2. q. 7. n. 96. in 2. edit.* Loter. *de re benef. lib. 2. quaſt. 11. num.* 121. & 122. Ciriac. *tom. 2. controu.* 281. *num.* 25. 26. & 33. Noguerol *allegat. Iuris tom. 1. alleg.* 25. *num.* 265. & non conſtat nec allegatur quod in ea patria ſit alius eiuſdem nominis, & cognominis, in quo tantum caſu identitatem perſonæ probari debere affirmant Natt. Tuſch. Pacian. & alij, quos refert & ſequitur Farin. *d. lit. I. num.* 13. Et ita eadem eſt perſona, & non præſumitur pluralitas. Batt. *in l. ſi quis ſeruum §. ſi inter duos, in fine, ff. de legat. 2. & in l. ſi in rem, per tex. ibi, ff. de rei vendicat.* Deci. *in l. hac conſultiſſima n.* 18. *ff. qui teſtam. facere poſſunt*, Anton. de Buttio *in c.* 2. *n.* 8. *de libelli oblat.* Deci. *in c. in præſentia n.* 40. *de probat.* Pacian. *lib.* 1. *c.* 48. *n.* 82. & 83. & *lib.* 2. *c.* 15. *n.* 49.

Hæc omnia pro reſponſione ad ea, quæ pro contraria parte allegabantur, fuerunt acerrimè diſputata, ipſo Antonio Diaz Dafonſeca nimis acriter informante, & factum negante, cuius vt exactiorem notitiam Iudices haberent, ſcripturaſque ipſas originaliter è Romana Curia adductas recognoſcerent, fuit reſolutum vt inprimis & ante omnia me ac ipſomet Antonio præſente coram aliquibus viris Curialium expeditionum peritis, & in hoc oppido commorantibus, examen fieret in præſentia D. Franciſci Pereira Pinto Regij Conſiliarij, & electi Epiſcopi Portugalenſis, quo peracto examine, & ipſis Curialibus auditis deuentum eſt ad finalem huius negotij reſolutionem, de qua expeditum fuit aliud Regium diploma, tenoris ſequentis, videlicet.

EV el Rey faço ſaber aos que eſte Aluarà virem, que auendoſeme preſentado alguãs petições por parte de Baltaſar Diaz da Fonſeca, tocantes a cauſa que entre elle, e Doutor Agoſtinho Barboſa corre, ſobre a Theſouraria mor da Collegiada de Guimaraẽs, emque pellas razões que nella refiria, pedia entre outras couſas mandaſſe eu ſobreſtar na execução de hũ Aluarà, que em quatorze de Nouembro do anno paſſado de mil e ſeiſcentos e trinta e noue mandei paſſar ao meſmo Agoſtinho Barboſa, e por elle ſe nã fizeſſe obra, por ſer nullo, e que hauendoſe feito, ſe repuſeſſe no primeiro eſtado, e ſe tomaſſe o aſſento que ſe auia de tomar no deſembargo do Paço entre o ditto Agoſtinho Barboſa, com o Chantre de Guimaraẽs; è tãbẽ ſe ſentẽce aſsĩ os embargos com que tinha vindo ao ſequeſtro que eu auia mandado por nos frutos da ditta Theſouraria, e ſe lhe deſſemos alimentos è congrua que lhe eſtauaõ iulgados por ſentença da Relaçõ do Porto; e iuntamente ſe lhe guardaſſe a tuitiuaque ſe lhe auia concedido; è que o Cabido da ditta Collegiada de Guimaraẽs foſſe notificado naõ deſſe poſſe da Theſouraria mòr della a peſſoa em que ſe dizia que o ditto Agoſtinho Barboſa a tinha renunciado. E preſentandoſeme tãbẽ por parte do meſmo Doutor Agoſtinho Barboſa outras petiçoẽs em que pedia, ſe lhe guardaſſe ò Aluarà referido, que ſe lhe tinha paſſado, è as ſentenças (em virtude das quaẽs eſta de poſſe) que tinha àuido no juizo Ecleſiaſtico, onde ſe deuia de remetter toda eſt, cauſa por ſer competente: è que para melhor conſtar de ſua inſtiça mandaſſe eu, que ſe preſentaſſem as Bullas originaẽs da prouiſaõ, penſaõ, è regreſſo, e ſupplica original de ſua Santidade, em cuia virtude ſe expediraõ, procuras, e conſentimentos que ſe preſentaram, mandey ver todas as dittas petições, e os mais papeis que con ellas ſe iuntaraõ preſentados por huã, è outra parte, com a ditta ſupplica original, è Bullas de ſua Santidade da penſaõ, prouiſaõ, e regreſſo, que pella meſma ſupplica ſe expediraõ, e as diligencias que ſobre ellas ſe fizeraõ com os Curiaẽs de Roma que aſſiſtem neſta Corte, ſendo preſentes, e ouuidos o meſmo Agoſtinho Barboſa por ſi, è Balthaſar Diaz da Fonſeca por ſeu baſtante procurador Antonio Diaz da Fonſeca. E viſto todo, fui ſeruido reſoluer, que naõ auia que alterar na reſoluçaõ que tinha tomado pello Aluarà referido, que mandey paſſar neſta Corte em quatorze de Nouembro do anno paſſado de mil è ſeiſcentos è trinta è noue ao ditto Agoſtinho Barboſa, è que as partes podeſſem requerer no juizo Eccleſiaſtico, como lhes pareceſſe E hauendoſeme deſpoẽs repreſentado por parte do ditto Doutor Agoſtinho Barboſa, que eſtãndo para aſſinar as cartas em que ſe continha a ditta reſoluçaõ que fiqua referida, è fuy ſeruido tomar na ditta cauſa, fizera Balthaſar Diaz da Fonſeca petiçaõ para eu lhe mandar dar copia da tal reſoluçaõ, è dandoſe lhe ſe auia ſobreſtado no aſſinar, è depois de a auer, dera ſua repoſta, alegando as razoẽs que erã por ſua parte; è ſem embargo de tudo fora eu ſeruido ordenar, que a ditta reſoluçaõ ſe cumpriſſe, è ſe lhe entreguaſſe os deſpachos; pedindome, que por quanto as cartas que eu auia mandado eſcreuer ſobre a ditta reſoluçaõ eraõ de Agoſto paſſado, e podia fazer duuida ſerẽ tã antiguas, mandaſſe declarar por outra carta ſer eſta a cauſa porque nã ſe auia embiado em Agoſto as que leuauaõ à datta da quelle mez. E em conſideraçaõ do referido, e auer paſſado aſſy o que Agoſtinho Barboſa repreſentou, fuy ſeruido mandalo declarar, e eſcreuer à Princeſa Margarida minha muito amada e prezada ſenhora prima, para aſſi o ter entendido, è nã fazer duuida a antiguedade das cartas de Agoſto; e o meſmo mandey tãbem eſcreuer ao Gouernador da Relaçaõ e caſa do Porto. E porque deſtas minhas reſoluçoẽs ſe paſſaraõ as dittas cartas, huãs em trenta e huũ de Agoſto, e outras em quinze deſte prezen-

te

teme de Nouembro, e agora se me reprezentou por parte do mesmo Doutor Agostinho Barbosa que auendo eu sido seruido de tomaras dittas resoluçoẽs na causa referid a nã podia con as dittas cartas fazer todas as diligencias que lhe erã necessarias, pedin de me lhe fizesse merce, de ordenar se lhe dessem por Aluarà as dittas resoluções insertas nas dittas cartas com as clausulas necessarias para sua validade; ouue por bem de lhe mandar passar este Aluarà que mando a todos meus Tribunaẽs, Ministros, Iustiças, Officiaẽs, e pessoas quaesquer a que tocar, o cũprã, e façaõ muy inteiramente cumprir e guardar as dittas resoluçoẽs aquy insertas, que na forma referida fuy seruido tomar. Este ditto Aluarà mando que valha, posto que naõ passe pella Chancelaria, e quero que tenha força e vigor de carta passada em meu nome, posto que seu effeito aja de durar mais de huũ anno; tudo sem embargo do que em contrario dispoem a Ordinaçaõ do segundo liuro titolo trinta e noue e quaranta. E nã pagou meja annata, por ser materia de justiça, e assi se nã deuer. Diogo Teyxeira o fez em Marird aos desoito dias do mes de Nouembro de mil e seiscentos e quarenta annos. Diogo Soarez o fez escreuer.

R E Y.

Per hæc expeditæ fuerunt controuersiæ omnes, & causæ finis impositus; quare vt etiam prætensionibus finem imponerem, & ad patriam meam redire feliciter possem, à qua abhinc viginti & quatuor annis discesseram, aduentus mei diem præfinivi, eo præcipuè animo, vt Dignitate mea contentus, in patria inter consanguineos, & amicos vitam transirem quietam & pacificam, B. Virgini ab Oliua inseruiendo, quam patronam singularem in his dirigendis litibus elegeram. A nostro Rege Catholico, & ab Excellentissimo Duce Comite de san Lucar habita proficiscendi licentia, ecce aduentitat rumor quidam de inopinato Portugaliæ successu, profectionis dies dilatatur, impeditur deinde ne aliquis in Lusitaniam proficiscatur, & omnis ab vtraque parte communicatio tollitur, vnde cogor hic permanere à Dignitate & beneficiis meis alienus, & quod peius est, paupertate, & valetudine parum firma anxius, & tribulationibus plenus, quid agam, ignoro! quò me vertam nescio; demum nihil his sic stantibus potest esse securius, quàm illi omnia committere, qui nouit suis cultoribus congruè profutura præstare, tuti namque, vt inquit S. Bernardus, erimus à malis omnibus, si Deo nostra omnia committamus.

Nouissima Avctoris hac de re
ADMONITIO.



Vm liti & operi finem imponerem, inopinato successit euentu quòd vota aliqua per tabellarium ex hac Matritensi Curia ad Lugdunensem ciuitatem à me transmissa, in via amitterentur; vnde huius operis editio per annum cum dimidio plus solito dilata fuit, & sic nouissimè quædam litteræ è Portugalia, sine subscriptione, propter difficultatem illas huc transmittendi, ad manus meas forte fortuna peruenerunt, quibus nuntiabatur Balthasarem aduersarium, Regiæ resolutioni contradicentem, quæ maturo cum iudicio, & tempore habili hîc capta fuerat, causam hanc iam penitus extinctam falsis relationibus suscitasse, & varia à Regiis modernis Senatoribus Palatinis decreta præcedentibus resolutionibus directò contraria obtinuisse, opera & diligentia Doctoris Thomæ Pinheiro da Vega, acris ingenij viri, qui Regiæ Coronæ Procuratoris officio fungens, plures excitauit nouitates ad Ecclesiasticam iurisdictionem euertendam; tentauit namque, dicto Balthasare instante, & instigante, vt Regia lege lata caueretur, ne vlla causa Ecclesiastica, etiam beneficialis, aut matrimonialis, è Portugaliæ & Algarbrorum Regnis in secunda, tertia, vel alia vlteriori instantia ad sacram Rotam traheretur; necnon Auditoris Cameræ Apost. iurisdictionem Cameralium obligationum tanquam primis Ordinariorum instantiis præiudicialem in eisdem Regnis seruandam non esse ausus est affirmare; & id in mea causa pro impedienda Rotalis sententiæ & mandatorum Auditoris Cameræ executione, in meum fauorem latorum cœpit ad instantiam dicti Balthasaris cum magno scandalo practicari. Nouitati penitus inauditæ, & tantæ audaciæ cùm nullus publicè contradicere auderet, Ego solus verbis & scriptis, adeò Sacræ Rotæ, & Auditoris Cameræ Apostol. iurisdictionem non sine magnis expensis, & laboribus defendi Regijs Senatoribus, & præcipuè dictis Thomæ, & Balthasari intrepidè resistens, qui ideo me semper maximo odio prosequuti sunt, vt præter illorum opinionem, qui de Ecclesiastica iurisdictione malè sentiebant, victoriam contra eos reportassem, ac per Regios vtriusque Coronæ ministros selectissimos fauorabilem obtinuerim resolutionem, & sic, aduersariorum contradictione non obstante, mandatum fuit meas sententias & decreta Rotalia exequi debere, quorum vigore illico in pacificam & capitularem meæ Thesaurariæ possessionem, omnibus applaudentibus immissus fui, vt suprà dixi, & ex ipso possessionis instrumento satis patet.

Verùm succedente Superiorum, & Ministrorum mutatione, quorum operâ & diligentiâ finalis illa resolutio capta fuerat, ob rerum mutationes, remanserunt Portugalenses Senatores, qui prædictæ nouitatis inuentores extiterunt, absoluti huius rei moderatores, potueruntque secundùm suam primæuam intentionem ad vomitum reddere; & sic nulla de præcedentibus resolutionibus habita mentione, ad instantiam dictorum Thomæ & Balthasaris, cœperunt de hac causa cognoscere perinde ac si in ea nulla fuisset legitimo tempore capta resolutio.

Cùm autem facilè non esset modum inuenire, quo possent legitimè factum destruere, contra Cantorem dictæ Ecclesiæ Vimaranensis arma sua direxerunt; nam olim antequam de sententiarum ac mandatorum huiusmodi Rotalium executione in partibus tractarem, sine illius præiudicio, tentaui priùs ope dicti Cantoris in meis Bullis reseruationis pensionis Iudicis executoris specialiter deputati, terminos pensionis huiusmodi debitos, & nō solutos vsque ad diem canonizationis regressus, exigere, qui seruatis de Iure seruandis, ritè & rectè mandatum executiuum,

executiuum, & sequestrum aduersùs Balthasarem relaxauit, contra quem idem Balthasar apud Iudices laicos Senatus Portugalensis de asserta vi conquestus est, quibus iniustis querelis ipsi, vt solent, detulerunt, & Iudicem exequutorem præfatum vim facere declararunt; sed cum huiusmodi resolutioni, & eorum mandatis obedire idem Iudex non curasset, fuit per dictum Balthasarem ad dictum Regium Senatum Palatij prouocatum; sed ne in his procedimentis causa magis confunderetur, & ansam sumerent contrarij excitandi dubia, quæ non possent breuiter terminari, malui pensionis exactionem hac via prætensam suspendere, & prouocationis huiusmodi iudicium non sequi, & statim ad executionem mandatorum Rotalium super regressu & accessu, deuenire, & cùm coram Rege Catholico petiissem impedimenta à suis Portugaliæ Senatoribus contra illa indebita obiecta reiici, post longam disputationem, & plures eorum contradictiones obtinui in hac Curia illa exequi debere; & licèt idem Balthasar sæpissimè instaret iterum audiri, & interim mandari suspendi dictam resolutionem, & remitti causam ad dictum Regium Senatum Palatij, vt in eo capi posset resolutio super dictis procedimentis dicti Cantoris Iudicis executoris, necnon sibi ex fructibus Thesaurariæ assignari alimenta, illosque sequestrari; tandem sub diebus 31. Augusti, & 10. Nouembris anni 1640. ante rerum mutationem Iudices Matritenses vtriusque Coronæ à Rege Catholico ad hoc negotium specialiter deputati steterunt in decisis, & sic prætensa ab aduersa parte petita in totum ei denegata fuerunt, & causa remissa ad Iudices Ecclesiasticos competentes, vt constat ex litteris hanc resolutionem continentibus ante prædictam mutationem ad Principem Margaritam Regni Portugaliæ gubernatricem legitimo tempore transmissis, & executioni datis.

His ita habitis, & elapsis vndecim mensibus, à tempore, quo pacificam accepi possessionem, nullo illam eo medio tempore contradicente, habita mutationis notitia, surrexit dictus Balthasar, & temporis commoditate frui volens, me absente, & in hac Matritensi Curia detento, eo quòd nelli liceret ex hac Curia ad Portugaliæ Regnum conuolare, iterum allegauit ea super quibus in hac Curia fuerat iam acerrimè disputatum, & resolutio capta, illico obtinuit à Regiis Palatij Senatoribus procedimenta dicti Cantoris Vimaranensis reponenda esse, qui exinde Senatores indebitè, & de facto procedentes, ac sine iurisdictione, dixerunt Thesaurariæ fructus debitam pensionis quantitatem respicientes, sequestrandos esse, reliquos verò eidem Balthasari consignandos. Non possum non, Senatores amplissimi, vestram hanc mirari resolutionem, sacris Canonibus, & Pontificiis Constitutionibus, ac præcedentibus resolutionibus penitus contrariam. Quorsum enim cognitionem per Regium decretum vobis ademptam, extinctā iam lite, suscitare in mei odium prætenditis? Quorsum in annullanda executione Cantoris Iudicis executoris elaboratis, si nunc de pensione nihil agitur, vtpote iam extincta per canonizationem regressus, & illius vigore captam pacificam, & Capitularem Thesaurariæ possessionem? Quorsum fructus, qui ad me vti verum Titularem pacificè possidentem spectant, Balthasari titulum non habenti adiudicatis, & consignari mandatis? Quorsum in his fructibus Ecclesiasticis diuidendis, & Balthasari consignandis manum imponitis, si hæc ad vos Iudices omnino incompetentes nullatenus pertinere dignoscuntur? Quorsum me absentem, impeditum, non citatum, & penitus inauditum in pacifica Thesaurariæ meæ possessione de facto perturbare procuratis, in contemptum supremi ac integerrimi sacræ Rotæ Tribunalis, cuius auctoritate possideo? Quorsum denique in Regiæ resolutionis tempore habili captæ propter nouam forsan rerum mutationem, illam sine causa, & contra communem omnium placitum, innouare, mutare, & alterare non sine scandalo intentatis?

Miror valde integerrimum Doctorem Ioannem Pinheiro præceptorem meum, vnum ex Palatinis Senatoribus, qui prædictis modernis resolutionibus subscripserunt, cùm illi ignota nunquam fuerint mei iuris fundamenta; tribus enim abhinc annis, dum ille in hac Curia moraretur, Regiæ resolutiones præfatæ in mei fauorem eo vidente captæ fuerunt;

& in domo solitæ habitationis recolendæ memoriæ D. Doctoris Francisci Pereira Pinto electi Episcopi Portugalensis examini Curialium Romanæ Curiæ, & Antonij Diaz Dasonseca, dicti Balthasaris germani, quod de speciali Regis Catholici mandato ad veritatem eruendam factum fuit, præsens interfuit, quia eius præsentiam in his aliis cessionibus pro huius negotij expeditione factis, necessariam esse reputauit idem D. Episcopus electus, vt sic posset cognoscere dictum Balthasarem malam & iniustam causam defendentem, eius fauore, quem illi non semel impartiebatur, indignum esse.

Non minor admirationis causa sese mihi offert, dum audio dictis modernis resolutionibus etiam subscripsisse duos viros in Ecclesiastica dignitate constitutos, & virtutibus, ingenio, ac nobilitate pares, per illustres scilicet, & sapientissimos DD. Sebastianum Cæsarem, & Dominum Rodericum de Meneses, Palatij huiusmodi Senatores, quorum primus, licèt etiam mihi præsentialiter notus non sit, eum tamen licèt absentem semper veneratus fui propter egregiam, & doctissimam de Ecclesiastica hierarchia relectionem, quam cum communi omnium vtilitate, elapsis annis Conimbriæ in lucem edidit. Posterior verò, dum in hac Curia moraretur, me non semel Illustrissimum, & Reuerendissimum D. D. Ioannem Cogtinum Archiepiscopum Elborensem eius patruum in hac causa informantem audiuit, & laudauit.

Quare, nobilissimi, & doctissimi viri, resolutiones huiusmodi nouellas à vobis subscriptas non integro ac syncero vestro iudicio captas existimo, sed ex certi cuiusdam sententia Ecclesiasticæ iurisdictioni infestissimi factas credo, qui ideo ineptissimis fundamentis & ventulis nihil ad rem pertinentibus doctrinas ipsas per se grauissimas, ac vehementer arduas prauo animo inficit, atque contaminat ad incautos nonnullorum animos vel illaqueandos, vel in contemptum Ecclesiasticæ iurisdictionis ad suas nouitates adducendos. Non potuissent Principes nonnulli (vt ad hoc propositum aduertit Boët. Epo de Regalib. n.150.) *qui nostro seculo defecerunt ab Ecclesia Catholica, meliorem optare suarum tantilenarum præcentorem, quàm Regalistam hunc nouellum, ad cuius audaciam comprimendam vestrum erat, viri religiosissimi, intrepido animo insurgere, postposito omni offendendi temporalem iurisdictionem timore; non sic olim vanus hic timor doctissimos viros compressit. Albertus enim Pygius* toto libro Ecclesiasticæ suæ hierarchiæ quinto, *fortiter Ecclesiæ causam defendit contra seditiosissimi nebulonis, Marsilij scilicet Paduani, conatus, qui temporibus Ioannis XXII. sub anno Christi* 1330. *Ludouico Bauaro Imper. turpiter adulatus omnem omnino iurisdictionem non modò temporalem, sed spiritualem Clero & Ecclesiæ prorsus adimebat. Eodem ferè tempore noster Aluarus pelagius Episcopus Syluensis, eiusdem Ioannis XXII. Pœnitentiarius, vir omnium sui temporis doctissimus, tum Iureconsultus, tum Theologus, Petri Corbarij Pseudo-Pontificis ab eodem Ludouico Imper. intrusi fortissimus oppugnator Ecclesiasticam, & Apostolicam iurisdictionem acerrimè defendit* totis duobus voluminibus, de planctu Ecclesiæ. *Vnde bene Boët. Epo* d.num.150.pag.83. *contra tales Nouatores Regalistas sic loquitur.* Quibus fit vt hominum nouorum nouas Regalium defendendorũ vias ad aures Principum prurientes molliter fricandas noue, & insolenter inuestigantium conatus iste nouus nullo modo sit ferendus. *Et rectè ac piè* ibidem num.141. *exclamat his verbis.* Dicimus igitur ac alta voce pronunciamus, nullam prorsus aliam Regalium defendendorum rationem fore iustam, præter solum, & vnicum solius Romani Pontif. Ecclesiæ Catholicæ capitis inter homines supremi diuinitus constituti priuilegium, quo laici rerum talium secundùm commune Ius alioquin incapaces, ex mera gratia, benignitatéque summi Moderatoris Ecclesiastici redduntur eorundem capaces, *&c. Tali namque priuilegio deficiente, quicquid alia via factum fuerit, nullius prorsus effectus esse poterit, & si quis secus fecerit, vel facere tentauerit, diuinum supplicium expectet, exemplo Oziæ Regis, qui, vt habetur* 2. Paralip.26. *repentè modo lepræ punitus fuit,*

fuit, quia Saterdotum munus subire tentauit, quod factum latè expendens Chrysostom. homil. 4. de verbis Isaiæ, *sic ad Regem affatur.* Mane intra terminos tuos, alij sunt termini Regis, alij termini Sacerdotij. *Qui enim diutiùs imperare, & Regnum suum ad longam posteritatem felicissimè perducere desiderat, Sedem ipsam Apostol. eiusque sacrosanctam iurisdictionem singulari quadam obseruantia veneretur, & defendat; nam olim Hispaniam in turpissimum Maurorum iugum, & fœdißimam Mahometanæ gentis ditionem deuenisse fertur, non solùm ob indomitam, effrænatamque luxuriam, sed præcipuè, quia in debita reuerentia, & subiectione Sedis Apostol. defecit, vt referunt Cardin. Cæs. Baron.* in annalib. Ecclesiast. anno Christi 701. *Cochier* in vindic. libert. Ecclesiast. part. 1. cap. 33. num. 23. *Franc. Longus à Coriliano* in Breuiario chronologico anno Domini 704. pag. mihi 208. *Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha Vlixbonensis Archiepisc.* in comment. ad cap. si gens Anglorum n. 5. dist. 56. *me citato Antonin. Diana* moral. resol. part. 5. tract. 1. resol. 23. vers. nec desinam.

PRINCIPALIORES SCRIPTVRÆ AD FAuorem D. AVGVSTINI BARBOSÆ, contra BALTHASAREM DIAZ DE FONSECA reproductæ, de quibus in hac praxi sæpe mentio fit.

I.

Instrumentum consensus, & obligationis Cameralis.

IN nomine Domini. Amen. Præsenti publico instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum quod anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, Indictione septima, die verò secunda mensis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius Primo: in mei Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Notarij publici, testiumque infrascriptorum præsentia præsens & personaliter constitutus perillustris & Reuerendus D. Augustinus Barbosa Clericus Bracharensis ciuitatis, vel diœcesis, cui aliàs de Thesauraria secularis & Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira nuncupatæ, oppidi de Guimaraēs Bracharensis diœcesis per obitum quondam Ioannis Nogueira illius dum viueret vltimi possessoris extra Romanam Curiam de mense Nouembris anni Domini millesimi sexcentesimi deciminoni defuncti vacante, Apostolica auctoritate prouisum fuit ex certis causis animum suum mouentibus cessioni omnis, & cuiuscunque iuris, actionisque sibi in dicta Thesauraria competentis litteris Apostolicis desuper expeditis, possessione tamen non habita, ac reseruata pensione infrascripta, & iure contra Capitulum dictæ Ecclesiæ super consecutione distributionum quotidianarum per eum propter impedimenta sibi per ipsum Capitulum indebitè præstita, non perceptarum, ac expensarum, damnorum, & interesse agendi validè reseruatis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & fauorem R.D. Balthasaris Diaz de Fonseca Clerici nullius Prouinciæ Vlixbonen. in decimo nono ætatis suæ anno constituti, & ad præsens actu in Vniuersitate studij generalis Colimbrieñ operam nauantis, cui de illa prouideri conceditur, qui R. D.Balthasar ne ex resignatione dicti D. Augustini nimium idem D. Augustinus dispendium patiatur, ideo reseruationi, constitutioni, & assignationi sibi iuris agendi contra dictum Capitulum, & pensionis annuæ ab omni decima, media, & quauis alia fructuum parte, subsidio etiam charitatiuo, & excusato, ac alio ordinario, & extraordinario onere, etiam pro reparatione Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & classis triremium manutentione, Cruciata sancta, expeditione contra Turcas, & alios infideles, etiam pro sustentatione seminarij puerorum Ecclesiast. & quauis alia etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda causa, etiam ad instantiam, & contemplationem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum Apostolica, vel quauis alia auctoritate impositis, & imponendis, etiamsi in impositionibus huiusmodi caueatur expressè, quòd pensionarij quicunque pro rata pensionum suarum quamtumuis exemptarum præmissis omnibus contribuere teneantur, quam ratam dictus D. Balthasar tam suo, quàm successorum suorum prædictorum nominibus de suo, & eorum proprio soluere promittit, & quidquid propterea soluerit, vel soluerint, illud omne D. Augustino prædicto, donatione pura, perpetua, & irreuocabili, quæ dicitur fieri inter viuos, gratiosè donat, & remittit, ac donatum, & remissum esse vult, & fore promittit, nec non belli, pestis, incendij, grandinis, tempestatis, militum incursionis, agrorum deuastationis, & deprædationis, fructuum etiam omnium non recollectionis, & cuiusuis alterius quamtumuis sinistri, & inexcogitabilis, ac euenire insoliti casus fortuiti euentu, in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & prædicti Illustris D.Augustini fauorem, cui de illa, & dicto iure reseruari conceditur, liberæ, immunis, & exemptæ ducentorum ducatorum auri de Camera de & super dictæ Thesaurariæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, ac etiam distributionibus quotidianis, etiam D. Augustino quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum D.Balthasarem, & successores suos dictam Thesaurariam

Thesaurariam pro tempore quomodolibet obtinentes, annis singulis hic Romæ, vel alibi, vbi dictum D. Augustinum pro tempore ad voluntatis suæ libitum commorari, & residere contigerit, pro vna videlicet in Epiphania Domini à proxima incipiente, & altera medietatibus pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi in Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ festiuitatibus etiam litteris Apostolicis desuper expediendis eidem D. Balthasari, qui illas pro sibi legitimè intimatis habet, & successoribus prædictis, minimè intimatis, ac possessione dictæ Thesaurariæ per ipsos habita, vel non habita, ac sub consuetis sententiis, censuris, & pœnis integrè, expensis tamen, risico, & periculo dicti D. Balthasaris, successorum suorum prædictorum, vigore tamen literarum Apostolicarum desuper infra nouem menses proximos expediendarum, nec aliàs, alioquin præsens reseruatio nulla sit eo ipso, persoluen. Et cum decreto, ac concessione, & indulto, quòd dicto D. Balthasare, vel aliquo ex successoribus prædictis in solutione dictæ pensionis per præsentes reseruatæ modo, & forma præmissis facienda in toto, vel in parte cessantibus, vel deficientibus, aut illam ad minorem summam reduci, annullari, vel inualidari petentibus, vel procurantibus, aut pensionem ipsam per præsentes reseruatam ex quauis causa nullam & inualidam, seu malè, aut nulliter assignatam esse dicentibus, & allegantibus, liceat dicto D. Augustino (postquam ad id repertus fuerit idoneus) ad dictam Thesaurariam liberos habere accessum, & ingressum, illiusque corporalem, &c. per se vel alium, seu alios eius nomine propria auctoritate apprehendere, & liberè tam sui prioris rituli, quàm super præsentibus conficiendarum litterarum vigore, quas vim validæ, & efficacis prouisionis sibi de illa ex nunc prout ex tunc, & è contra, simili Apostolica auctoritate factæ habere absque alia sibi desuper de nouo facienda prouisione, & vt prius, quoad vixerit, retinere in omnibus, & per omnia, perinde ac si cessionem huiusmodi minime fecisset. Et cum decreto etiam quod tam dictus D. Balthasar, quàm alij in dicta Thesauraria pro tempore quomodolibet succedentes pro solutione dictæ pensionis per præsentes reseruatæ modo, & forma præmissis facienda sese, ac suos hæredes, & successores, suaque, & eorum bona, ac successorum quæcunque, ac fructus huiusmodi in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, dictus D. Balthasar videlicet ex nunc, successores verò quilibet prædicti infra bimestre à data prouisionis tam ordinaria, quàm Apostolica auctoritate cuiquam factæ computandum valide, & efficaciter obligare, ac cautionem banchariam ad arbitrium, & beneplacitum dicti D. Augustini sufficientem & idoneam ad sexcennium duraturam, sexto quoque anno, & per sex menses ante finem cuiusque sexcennij renouandam præstare teneatur, & ad id censuris Ecclesiasticis, etiam executiuè procedendo cogi possit. Necnon denique cum alio decreto quòd dictus D. Balthasar omnes, & singulas expensas circa pensionem ducentorum ducatorū huiusmodi sic per præsentes reseruatam tam ratione compositionis, quàm expeditionis literarum Apostolicarum, vel aliàs quomodolibet necessarias dictum D. Augustinum tangen̄ de suo proprio absque spe aliquid vnquā postea repetendi, aut ex terminis eiusdem pensionis per præsentes reseruatæ defalcandi facere; nec non eidem D. Augustino qui dictam pensionem antiquam centum quinquaginta ducatorum similium R. D. Ioanni Antonio Pauonio Clerico Apostolica auctoritate reseruata extitit, dicto D. Ioanni Antonio per duos annos cū dimidio de suo proprio persoluit, ac quamplures alias expēsas, & præcipuè circa expeditionem litterarum Apostolicarum prouisionis sibi de dicta Thesauraria factæ subiit, de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis eidem Thesaurariæ, & illi annexorum quorumcumque à die obitus, dictique Ioannis decursis, & etiam ex quauis causa pertinentibus, & per ipsum D. Augustinum non exactis, summam noningentorū ducatorū auri de Camera hic in Vrbe soluere, & numerare liberè, & licitè dictus D. Balthasar valeat, ac teneatur, & aliàs iuxta formā supplicationis desuper manu Sanctissimi signatæ sub datum Romæ apud S. Petrū quarto nonas Ianuarij anno primo, Regist. libr. primo secretorū fol. 168. ac litterarum expeditioni quoad D. Augustinum per illustrem D. Aloysium Gomez Romanum eius procuratorem, prout in mandato publico procuræ in actis D. Antonij Columnæ Notarij Auditoris Cameræ de anno præterito rogato, & illius fidem in actis meis, &c. Quo verò ad dictū D Balthasarem per illustrem D. Antonium Diaz da Fonseca, prout in mandato publico procuræ in actis dimissis respectiuè constat, respectiuè consenserūt, iurarunt, &c. super quibus, &c. Actum Romæ in officio mei, &c. præsentibus ibidem D. D. Ioanne Raysa Romano, & Fabio Æmiliano Desara Sanctissimi D. N. Papæ Cursoribus testibus, &c. Successiuè & incontinenti nulla interposita mora supradictus D. Balthasar

far

æ vt supra prouisus volens dictum D. Augustinum pro consecutione dictæ annuæ pensionis,& dictorum noningentorum ducatorum auri de Camera, vt suprà dictum est, per dictum D. Augustinum expositorum,tutum,& cautum reddere, ideo per dictũ D. Antonium procuratorem suum sponte,&c. promisit,& solemniter se obligauit,dictam annuam pensionem,vt supra reseruatam,ducentorum ducatorum auri de Camera idem D. Augustino licet absenti me,&c. annis singulis quoad vixerit,vel procuratori suo legitimo in locis,terminis, & temporibus,ac cum libertatibus,immunitatibus, exemptionibus, priuilegiis,decretis,conditionibus,clausulis,promissionibus,omnibusque aliis, & singulis in supradicta reseruatione,& illius supplicatione latiùs expressis, insertis, & contentis, & aliàs iuxta illius formam,tenorem,& continentiam, necnon etiam prædictam summam noningentorum ducatorum etiam modo, & forma quibus in prædicta reseruatione, & supplicatione exprimuntur,& continentur hic Romæ liberè,&c. soluere, ac realiter, & cum effectu exbursare,etiam sub consuetis sententiis,censuris,& pœnis,quia sic, &c. Et vlterius pro faciliori consecutione dictæ annuæ pensionis modo, & forma præmissis facienda,cedulam bancariam sexcennalem dare, illamque de sexcennio in sexcennium, & per sex menses ante finem cuiuslibet sexcennij renouare liberè, &c. etiam ad id censuris liberè,&c. quia sic,&c. Quæ omnia,& singula prædicta,nil penitus excluso,promisit habere grata,rata,valida,atque firma,& contra non facere, aliàs teneri, & obligatus esse voluit, & vult ad omnia,& singula quæcunque damna,expensas,& interesse,pro quibus omnibus & singulis præmissis sic tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, idem D. Balthasar se ipsum,eiusque hæredes,& imposterum successores quoscunque, ac omnia,& singula sua,& ipsorum hæredum, & successorum suorum bona mobilia,& immobilia,ac se mouentia,& alia quæcumque præsentia, & futura, vbicumque existentia, iuraque,& actiones sibi quomodolibet competentia,& competitura,ac competentes, & competituras,nominaque debitorum,necnon dictæ Thesaurariæ fructus,redditus, emolumenta quæcunque,& distributiones quotidianas eidem D. Augustino pro se, suisque hæredibus,& successoribus quibuscunque vt supra stipulanti, & recipienti, ac mihi Notario publico infrascripto tanquam publicæ,& authenticæ personæ vice, & nomine, ac ad opus omnium,& singulorum,quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum,solemniter stipulanti,& recipienti in forma meliori, & ampliori Cameræ Apostolicæ solemniter obligauit,& hypothecauit, necnon se ipsum, suosque hæredes,& successores prædictos,ac bona prædicta iurisdictioni, compulsioni, condemnationi,sententiis,iuribus, & censuris, ac mero examini D. N. Papæ, ipsiusque Camerarij, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, Viceauditoris, Locumtenentis,& Commissarij,& alterius eorumdem;& per pactum expressum solemni stipulatione vallatum omnium aliarum Curiarum Ecclesiasticarum,& secularium vbiliber constitutarum,in qua,seu quibus hoc præsens publicum obligationis instrumentum exhiberi,seu produci contigerit,& omnia, & singula in hoc publico instrumento contenta,& debita petita fuerint,propterea totaliter subiecit, & summisit; per quarum quidem Curiarum Iudices, & officiales, Auditores, Viceauditores, Locumtenentes earumdem præfatus D. Balthasar voluit posse conueniri, cogi, compelli, coarctari,condemnari,excommunicari,aggrauari,reaggrauari ac realiter,& personaliter capi, ac detineri, etiam cum inuocatione brachij secularis vsque ad integram satisfactionem omnium, & singulorum supra contentorum,& debitorum,ac damnorum,& expensarum, & interesse, ita quod inchoato iudicio coram vno ex Iudicibus antedictis contra præfatum D. Balthasarem,liceat præfato D. Augustino, & eius legitimo procuratori coram alio, seu aliis Iudicibus liberum habere recursum vsque ad integram obseruationem omnium, & singulorum in præsenti instrumento contentorum, nullum propter hoc eidem D. Balthasari,aut suis præiudicium generando. Præterea dictus D. Balthasar in præmissis omnibus, & singulis, exceptionibus doli mali, vis, metus, fraudis, non sic celebrati contractus, rei non sic gestæ, nec non priuilegiis fori, feriis messium, & vindemiarum omni tempore feriato,quadrimestri,beneficio cessionis omnium bonorum , & dilationis, quinquennalis,cap. Odoardus,de solution.& cap. peruenit,cuiuscunque prouocationis,reclamationis,& appellationis remedio, copiæ præsentis instrumenti, siue eius notæ non habitæ per modum actorum, & recursus ad arbitrium boni viri, ac vtriusque Iuris auxiliis, & quibuscumque aliis constitutionibus, & statutis Papalibus, Regiis, & localibus à Iure,vel ab homine editis,& edendis in genere,& in specie concessis,& concedendis,omnibusque aliis,& singulis,exceptionibus,iuribus , & defensionibus, quibus mediantibus contra præmissa, vel eorum aliquod dicere , facere , opponere, vel venire posset,

expressè,

expresse, vt præmittitur, renunciauit, & consensit relaxationi mandati exequutiui vnica citatione, & intimatione præcedente exequeñ hîc in Romana Curia coram Illustrissimo & Reuerendissimo Almæ Vrbis, & Sanctissimi D.N. Papæ Generali Auditore, eiusque in ciuilibus Locumtenente, aliisque Iudicibus Almæ Vrbis Ordinariis, & extraordinariis contra dictum D.Balthasarem Diaz da Fonseca in domo suæ solitæ habitationis, si habuerit hic in Curia, sin autem suo legitimo procuratori, quatenus adsit, sin autem per diligentias, vel per affixionem ad valuas curiæ aciei Campi Floræ per contradictas, siue edictum publicum, quæ sic facta ita arctent, & afficiant, ac si solemniter, & personaliter facta fuerint, & exequutionem contra dictum eundem D.Balthasarem habeant liberè, &c. & sic tactis scripturis ad Sacrosancta Dei Euangelia iurauit, &c Super qnibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit à me Notario publico infrascripto, vt vnum, vel plura publicum, seu publica facerem atque conficerem instrumentum, & instrumenta prout opus fuerit. Actum Romæ vbi suprà, præsentibus ibidem dominis quibus supra testibus ad prædicta omnia, & singula vocatis, habitis specialirer, atque rogatis. *Et quia D.Ioannes Baptista Cennus R.C.A. Notarius de præmissis rogatus, ideo ego Dominicus Cennus eiusdem R.C.A.Notarius, & in dicto officio successor præsens instrumentum subscripsi, & publicaui requisitus.*

I I.

Instrumentum pro pensionis solutione.

VRbanus Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilecto filio Augustino Barbosæ Clerico Bracharen. Ciuitatis, vel Diœcesis salutem, &c. Cùm itaque hodie tu cui aliàs de Thesauraria Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen̄ diœcesis tunc per obitum quondam Ioannis Nogueira olim ipsius Ecclesiæ Thesaurarij extra Romanam curiam *de mense Nouembris anni* 1619. vacante, Apost. auctoritate prouisum fuit, omni, & cuicumque iuri, & actioni tibi in dicta Thesauraria, vel ad illam quomodolibet competenti litteris Apost. desuper confectis, possessione tamen non habita, in manibus nostris spontè, & liberè cesseris, nósque cessionem huiusmodi admittentes Thesaurariam prædictam adhuc per obitum huiusmodi vacantem, & antea dispositioni Apostolicæ reseruatam dilecto filio Balthasari Diaz da Fonseca Clerico nullius diœcesis prouinciæ Vlixbonen. per alias nostras litteras Apostolica auctoritate contulerimus, & de illa etiam prouiderimus, prout in dictis litteris plenius continetur. Nos tibi, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiaris, de alicuius subuentionis auxilio prouidere, ac præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, reque *à quibusuis excommunicationis, &c.* tibi ius contra Capitulum dictæ Ecclesiæ super consequutione distributionum quotidianarum per te propter impedimenta tibi per Capitulum huiusmodi indebitè præstita non perceptarum, & expensarum, damnorum, & interesse agendi, ac pensionem annuam ab omni decima, &c. liberā, immunem, & exempram ducentorum ducatorum auri de Camera super dictæ Thesaurariæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, ac etiam distributionibus quotidianis, super quibus pensio annua antiqua centum, & quinquaginta ducatorum similium dilecto filio Ioanni Antonio Pauonio Clerico Apostolica auctoritate reseruara reperitur, quam saluam, & illæsam remanere volumus, & nos etiam hac die aliam pensionem annuam septuaginta ducatorum parium dilecto filio Iulio Sampolino Clerico Spoletan. dicta Apostolica auctoritate reseruari concessimus, tibi quoad vixeris, vel procuratori tuo ad hoc à te speciale mandatum habente per dictum Balthasarem, cuius ad hoc expressus accedit assensus, & successores suos dictam Thesaurariam pro tempore quomodolibet obtinentes annis singulis hic Romæ, vel alibi vbicumque te pro tempore ad voluntatis tuæ libitum commorari, & residere contigerit, pro vna videlicet in Epiphaniæ Domini à proximè futuræ incipiendo, & altera medietatibus pensionis inferiùs reseruandæ huiusmodi in natiuitate S.Ioannis Baptistæ festiuitatibus, & præsentibus Balthasari, qui illas pro sibi legitimè intimatis habet, & successoribus prædictis minimè intimatis, ac possessione dictæ Thesaurariæ per ipsos habita, vel non habita, expensis tamen, risco, & periculo Balthasaris, & successorum prædictorum, ac vigore earundem præsentium, nec aliàs, alioquin præsens reseruatio nulla sit eo ipso, integrè persoluendam Apostolica auctoritate prædicta earundem tenore præsentium reseruamus, constituimus, & assignamus. Decernentes tam dictum Balthasarem quàm alios in dicta Thesauraria pro tempore quomodolibet succedentes pro solutione pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi, modo, & forma præmissis facienda, sese ac suos hæredes, & successiones, suáque, & eorum bona quæ-

cunque, ac fructus, redditus, & prouentus huiusmodi in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, Balthasarem videlicet ex nunc, successores verò quoslibet prædictos infrà bimestre à data prouisionis tam Ordinaria quàm Apostolica auctoritatibus sibi factæ computandum, valide, & efficaciter obligare, ac cautionem banchariam ad beneplacitum tuum sufficientem, & idoneam ad sexcennium duraturam, & sexto quoque anno, & per sex menses ante finem cuiuslibet sexcennij renouandam præstare teneri, & ad id censuris Ecclesiasticis, & executiuè procedendo cogi posse, ipsos que Balthasarem, & successores ad integram solutionem pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi tibi faciendam iuxta reseruationis, constitutionis, & assignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos; ac volentes, & eadem auctoritate statuentes quòd ille ex Balthasare, & successoribns prædictis, qui in dictis festiuitatibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes, pensionem per præsentes reseruatam prædictum per eum tibi tunc debitum non persoluerit cum effectu, lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat, à qua donec tibi, vel eidem procuratori de pensione per præsentes reseruata huiusmodi tūc debita integrè satisfactum, aut aliàs tecum, vel cum dicto procuratore super hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere. Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipsam animo, quòd absit, sustinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem dicta Thesauraria perpetuò priuatus existat, illaque vacare censeatur eo ipso. Tibique quòd Balthasare, aut aliquo ex successoribus prædictis in solutione pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi modo, & forma præmissis facienda in toto, vel in parte cessante, aut deficiente, vel illam ad minorem summam reduci, annullari, vel inualidari petente, seu procurante, aut pensionem per præsentes reseruatam huiusmodi ex quauis causa nullam, & inualidam seu malè, & nulliter assignatam esse dicente, vel allegante, liceat tibi (postquam ad id repertus fueris idoneus) ad dictam Thesaurariam liberos habere accessum, & ingressum, illiusque corporalem, realem, & actualem possessionem per te, vel alium, seu alios nomine tuo propria auctoritate liberè apprehendere, ac tam tui prioris tituli, quàm earundem præsentium vigore, quas vim validæ, & efficacis prouisionis tibi de illa ex nunc, prout ex tunc, & è contra, Apostolica auctoritate factæ habere volumus absque alia tibi desuper de nouo facienda prouisione, vt prius quoad vixeris, retinere in omnibus, & per omnia, perinde ac si resignationem huiusmodi minime fecisses, auctoritate, & tenore præmissis de speciali gratia indulgemus. Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & Cant ori dictæ Ecclesiæ, ac officiali Bracharen̄ per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios faciant auctoritate nostra pensionem per præsentes seruatam prædictam tibi quoad vixeris, vel procuratori prædicto integrè persolui, teque facultate iuris accedendi, & ingrediendi, ac in euentu accessus, & ingressus huiusmodi passionem dictæ Thesaurariæ pacificè frui, & gaudere iuxta reseruationis, constitutionis, assignationis, decreti, & indulti prædictorum continentiam, & tenorem, non permittentes te desuper per dictum Balthasarem, seu quoscunque alios quomodolibet indebitè molestari. Et nihilhominus quemlibet ex Balthasare, & successoribus prædictis, quem huiusmodi excommunicationis sententiam incurrisse eis constiterit, quoties super hoc pro parte tua fuerint requisiti, tandiu Dominicis, & aliis festiuis diebus in Ecclesiis, dum maior inibi populi multitudo ad Diuina conuenerit, excommunicatum publicè nuncient, & faciant ab aliis enunciari, ac ab omnibus arctiùs euitari, donec tibi, vel procuratori prædicto de pensione per præsentes reseruata huiusmodi tunc debita fuerit integrè satisfactum, ipseque excommunicatus ab huiusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1623. quarto Non. Ianuarij Pontificatus nostri anno Primo. à tergo,

Anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, die vero 2. mensis Ianuarij retroscriptus R. D. Balthasar Diaz per Illust. D. Antonium Diaz da Fonseca Romanam Curiam sequentem eius procuratorem retroscriptæ pensionis annuæ reseruationi, ac litterarum expeditioni consensit, iurauit, &c. Ioannes Baptista Cennus. Registrata in Camera Apostolica pro D. Dominico Cenno. Ioannes Baptista Cennus. Locus † signi.

Fides

III.

Fides notificationis proprij transumpti reseruationis pensionis huiusmodi personaliter facta Balthasari Diaz.

CErtum facio ego Antonius Barreiros Notarius Apost. approbatus ab Ordinario Curiæ Bracharen. & habitator huius oppidi de Guimaraens quòd die vigesima prima mensis Iunij 1625. in hoc oppido in via do Sabugal in habitatione Reuer. Balthasaris Diaz da Fonseca Thesaurarij maioris Ecclesiæ Collegiatæ eiusdē oppidi illi personaliter ego Notarius notificaui hoc proprium transumptum Bullarum Apost. cuiusdam pensionis annuæ ducentorum ducatorum auri de Camera, quam sua Sanctitas reseruauit ad fauorem Doctoris Augustini Barbosæ residentis in Curia Romana, in resignatione & dimissione, quam fecit de dicta Thesauraria maiori ad fauorem dicti Balthasaris Diaz da Fonseca, & illi declaraui omnes clausulas dictarum litterarum Apostol. insertarum in dicto transumpto, eo modo quòd ille bene intellexit, qui deinde à me requisiuit vt illi darem copiam dicti transumpti, quam ei de facto dedi: & cum ab eo requirerem quare nollet soluere pensionem dicto Doctori Augustino Barbosæ, respondit hoc facere quia ei illam minime soluere tenebatur. Et quia fides hæc à me fuit petita per Reuer. Canonicum Simonem Vaz Barbosam sufficientem procuratorem D. Augustini Barbosæ, illam ei dedi, in cuius potestate remansit d. transumptum, & subscripsit hic qualiter illud recepit, quod totum est verum. In quorum fidem subscripsi meo publico signo, quod tale est. Vimaranis die 28. Aug. 1625. Locus † signi.

IV.

Fides qualiter fuit Balthasar declaratus excommunicatus in Collegiata Ecclesia præsentibus dignitatibus, & Canonicis, ac aliis personis.

FIdem facio ego Antonius Barreiros Notarius Apostolic. approbatus habitans in hoc oppido Vimaranensi quòd vigore cuiusdam declaratoriæ Apost. tenoris retroscripti declarani excommunicatum Balthasarem Diaz da Fonseca Thesaurarium insignis Collegiatæ huius oppidi, in eadem Collegiata, præsentibus aliquibus dignitatibus, & Canonicis præbendatis, & dimidiis præbendatis, ac aliis personis, quod feci die quarta istius mensis Iunij, & me refero ad acta in d. oppido scripta, hac die octaua dicti mensis, anni 1626. *Antonius Barreiros.* Locus † signi.

V.

Mandata exequutiua, littera declaratoria, & cedulones in Vrbe fuerunt sæpissime contra Balthasarem aliàs contumacem elaxati, & affixi.

IN nomine Domini Amen. Præsenti publico instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum, qualiter per illustrissimum, & Reuerendissimum Almæ Vrbis, & Sanctissimi D.N. Papæ generalem Auditorem, siue eius in ciuilibus Locumtenentem ex mei Notarij publici infrascripti officio die 19. Ianuarij 1626. pro D. Augustino Barbosa fuit relaxatum mandatum executiuum contra D. Balthasarem Diaz da Fonseca pro ducatis ducentis auri de Camera nouis debitis occasione duorum terminorum decursorum, & nōn solutorum, videlicet S. Ioannis Baptistæ 1625. & Epiphaniæ Domini 1626. cuiusdam annuæ pensionis ducatorum ducentorum similium auctoritate Apostolica reseruatæ ad fauorem dicti D. Augustini Barbosæ super fructibus certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis Thesaurariæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœcesis: item qualiter diebus 16. & 20. Februarij 1626. pro eodem contra eundem vigore supradicti mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter diebus 13. & 17. Iulij 1626. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis centum auri de Camera nouis debitis occasione termini S. Ioannis Baptistæ eiusdem anni prædictæ annuæ pensionis ducatorum centorum similium: item qualiter die 7. Augusti eiusdem anni 1626. vigore supradicti mandati pro eodem contra eundem fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 9. Ianuarij 1627. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis centum Cameræ nouis,

nouis, debitis occasione termini Epiphaniæ Domini proximè præteritæ eiusdem anni supradictæ annuæ pensionis ducentorum ducatorum similium: item qualiter eid 16. Februarij eiusdem anni 1627. pro eodem contra eundem vigore supra proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 17. Nouembris 1627. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis centum auri de Camera nouis debitis occasione termini S. Ioannis Baptistæ proximè præteriti eiusdem anni supradictæ pensionis annuæ ducentorum ducatorum similium: item qualiter die prima Decembris 1627. pro eodem contra eundem vigore supra proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 29. Ianuarij 1630. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum executiuum pro ducatis quingentis auri de Camera nouis, debitis occasione quinque terminorum dictæ annuæ pensionis ducatorum ducentorum similium, videlicet Epiphaniæ Domini, & S.Ioannis Baptistæ 1628. & Epiphaniæ Domini ac S.Ioannis Baptistæ 1629. & Epiphaniæ 1630. item qualiter die 15. Februarij 1630. pro eodem contra eundem vigore supra proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones, citato prius ad omnia D.Thoma Lutiolo dicti D.Balthasaris Diaz procuratore, & pro potiori cautela eodem D. Balthasare citato per audientiam contradictarum S. D. N. Papæ vt moris est, seruatis seruandis, & alias latius prout in actis meis, ad quæ, &c. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 19. Februarij 1630. Locus † signi.

Ita est, Cæsar Columna Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Notarius.

VI.

Fides impugnationis validitatis pensionis per Balthasarem facta.

IN Dei nomine Amen. Omnibus visuris præsentem fidem datam in complementum mandati supradicti Reuer. Licentiati Pauli Vellosi scholastici in sancta Sede huius ciuitatis Iudicis executoris Bullectorum in petitione supra proxima contentorum, fidem facio ego Dominicus de Aguiar Notarius Apost. approbatus in hac ciuitate Bracharen. & scriba actorum, quæ continentur in dicta petitione, qualiter verum est, quòd in dictis actis Reuer. Balthasar Diaz da Fonseca Thesaurarius maior Collegiatæ Ecclesiæ oppidi de Guimaraens Bracharen. diœcesis, venit cum vna additione quibusdam exceptionibus cum quibus in illis iam venerat, cuius additionis tenor talis est qui sequitur de verbo ad verbum. Addendo materiæ suarum exceptionum dicit excipiens. Probabit ille excipiens *quod non consensit pensioni*, quam prætendit Doctor Augustinus Barbosa super Thesauraria illius excipientis, nec ad illam dedit aliquod mandatum procuræ, prout de Iure requiritur, & ideo non tenetur reformare cedulam banchariam, quam ille prætendit, quia non existente pensione non subsistit cedula bancharia. Probabit quod dato, & non concesso quòd Romæ aliqua persona consensum præstitisset dictæ pensioni, aut eam soluisset, aut pro illa dedisset cautionem banchariam, non poterat præiudicare illi excipienti sine suo mandato procuræ ad hoc specialiter dato, *igitur dicta pensio est nulla*, & non potest per assertum Breue illius procedi contra ipsum excipientem, dummodo contrarium non constiterit, & ita non est obligatus dare banchariam. Probabit quòd ille excipiens est minor viginti annorum, & læsus in oblatione, quam fecit se prorsus ignorante illius, quod in veritate erat, & ob ipsam causam non tenetur soluere terminum, qui petitur, eo quòd nunquam consensit dictæ pensioni, de qua agitur, & ita non est obligatus dare cautionem banchariam, quæ prætenditur in termino limitato, *quia est nulliter constituta pensio*, de qua agitur sine suo mandato procuræ ad illi consentiendum, petit vt supra recipi, & complementum iustitiæ, omni meliori iuris modo, &c. cum expensis. Quod totum constat ex dictis actis, & additione, quæ remanent in mea potestate, ad quæ me refero, & cum quibus ac Notario mecum infra subscripto feci, & est in veritate, absque re, quæ dubium faciat. In quorum fidem & testimonium subscripsi meo publico signo hac die 21. mensis Augusti 1625. Locus † signi, mecum Not. Apost. Benedictus Correa.

VII.

Mandatum de immittendo vigore accessus, & ingressus à Sacra Rota relaxatum ad fauorem pensionarij.

SErenissimo, Potentissimo, atque Catholico Principi, & D. D. PHILIPPO ab Austria diuina fauente clementia Castellæ, Legionis, Aragonum, vtriusque Siciliæ, Neapolis,

Neapolis, & Portugalliæ, ac Hierusalem Regi, aliorumque Dominiuium vestrorum felicis prosperitatis augmentum, necnon Illustriss.& Reuerendiss. D. Collectori Apost. in Regno Portugalliæ residenti, ac Reuerendissimis, & Reueren.in Christo Patribus, & Dominis Archiepiscopis, & Episcopis Archiepiscopatui Bracharen. viciniorıbus, eorumque, & cuiuslibet ipsorum Vicariis, seu Officialibus generalibus, Curiæque causarum Camer. Apost. generali Auditori, eiusque Viceauditoribus, seu Locumtenenti vniuersis quoque, & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenen.eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscumque constitutis, & eorum cuilibet insolidum, necnon Illustribus Principibus, & DD. Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Marescallis, Castellanis, cæterisque Iustitiæ Ministris, & eorum cuilibet in solidum. Vniuersis quoque & singulis DD. Thesaurariæ huiusmodi, de qua agitur, & infra mentio fiet fructuum, reddituum, prouentuum possessoribus, detentoribus, arrendatoribus, redditiuariis, vindemiatoribus, colonis, agricolis, decimatoribus, pensionariis, censuariis, receptoribus, debitoribus, necnon D. Balthasari Diaz à Fonseca ex aduerso principali, ac dignitatibus Canonicis, & Capitulo insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœc. omnibusque aliis, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, & quacunque præfulgeant dignitate. PHILIPPVS PIROVANVS I.V.D. Sanctiss. D.N. Papæ Capellanus, & ipsius Sacri Palatij Apostolici causarum, causæque & causis, ac partibus infrascriptis Auditor, & Iudex Commissarius ab eodem S. D. N. Papa specialiter, atque expressè deputatus, salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS, quod aliàs sub die xi. Octobris 1625. fuit nobis pro parte D. Balthasaris Diaz de Fonseca per vnum ex S. D. N. Papæ Cursoribus præsentata quædam Commissionis cedula ad instantiam illius in plena Signatura Iustitiæ contra D. Augustinum Barbosam citatum, & intimatum obtenta partibus vtriusque auditis tenoris sequentis, videlicet: BEATISSIME PATER. Dignetur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à quadam prætensa diffinitiua sententia, seu prætenso decreto vim diffinitiuæ habente, vt dicitur, lato, & promulgato per R. P. D. Bichium vigore assertæ obligationis ad assertum fauorem Augustini Barbosæ aduersarij, & contra deuotum S. V. oratorem Balthasarem Diaz da Fonseca, de & super prætensa renouatione cedulæ bancariæ de soluen. per sexcennium ducat. 200. auri de Camera, ac prætensa solutione ducat. 900. vna cum aliis pecuniis, rebusque aliis, &c. nullitatisque & nullitatum, & iniustitiæ dictæ prætensæ sententiæ, seu prætensi decreti quomodolibet habit. & fact. attentatorumque & innouatorum quorumcunque, necnon quam, & quas Orator habet, & mouet, habereque & mouere vult, & intendit contra dictum Augustinum Barbosam aduersarium, omnesque alios, &c. alicui ex vestri Sacri Pal. Apostolici causarum Auditori, seu Locumtenenti, summarie, &c. & prout in causis beneficialibus procedi consueuit, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum incidentibus, &c. & cum potestate dictum aduersarium, omnesque alios in Curia, & extra citandi, illique ac quibus, & quoties opus fuerit, inhiben. etiam sub censuris, &c. præmissis necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, cæterisque contrariis nun obstan. quibuscunque statum, &c. pro plenè, & sufficienter expressis haben. &c. Vel si magis placet alicui ex Sacri vestri Palatij causarum Auditori, seu Locumtenenti, qui procedat quoad renouationem cedulæ, cum clausula, si quid exequendum, in reliquis sine præiudicio legitimæ executionis. De mandatò D.N. Papæ audiat Magister Philippus, vt in secunda parte petitur, & iustitiam faciat. Placet D.N.PP. de secunda parte. L. Ant. Virilis. CVIVS QVIDEM commissionis vigore Nos in causa, & causis huiusmodi, & inter partes in illa contentas, seu verius illarum procuratores procedentes à Nobis pro parte, & ad instantiam dicti D. Balthasaris Diaz de Fonseca principalis, & pro eo ad instantiam D. Thomæ Lutioli eius procuratoris, de quo in actis, fuit D. Augustinus Barbosa principaliter citatus, & inhibitus, & postea ad eiusdem D. Balthasaris, siue eius procuratoris vt supra instantiam emanarunt ad partes quædam litteræ inhibitoriæ, quæ cum inibi impedire possent executionem declaratoriarum, sequestrorum, aliorumque mandatorum rela-

xatorum ab A.C.siue R.P.D. Bichio illius in ciuilibus Locumtenente pro terminis pensionis decursæ, & non solutæ à Nobis instante D.Augustinu Barbosa principali fuerunt declaratæ stare, & intelligi debere concessæ quoad renouationem cedulæ bancariæ, cum clausula, si quid exequendum, quoad reliqua sine præiudicio legitimæ executionis,& postea præfixo dicto D. Balthasari Diaz da Fonseca ex aduerso principali termino ad transportandum acta facta in Curia A.C. ad Tribunal Sacræ Rotæ, prout stante eius appellatione facere tenebatur, dictoque termino elapso, & eis non transportatis, easdem litteras inhibitorias in,omnibus, & per omnia (ad hoc tamen prius citato D.Thoma Lutinlo ex aduerso procuratore) moderati fuimus, & reuncauimus, iuxta tamen formam,& tenorem cuiusdam rescripti,siue commissionis specialis nobis desuper factæ, & præsentatæ tenoris sequentis, videlicet. BEATISSIME PATER. Cum aliàs deuotus S.V.orator Augustinus Barbusa.coram A C. siue eius in ciuilibus Locumtenente A.Bichin agitasset contra Balthasarem Diaz de Fonseca assertum Thesaurarium Collegiatæ Ecclesiæ S.Mariæ de Oliueira, oppidi de Guimaraens Brachaten. diœc. super solutione cuiusdam pensionis super dicta Thesauraria ad fauorem Oratoris auctoritate Apostolica reseruatæ, ac renouatione cedulæ bancariæ sexcennalis, rebusque aliis in actis Curiæ, & causarum huiusmodi deductis, obtinuit ad suum fauorem sententiam diffinitiuam, à qua aduersarius appellauit, & in Signatura plena obtinuit causam committi R. P.D.Pirouann cum clausula, si quid exequendum quoad renouationem cedulæ banchariæ, quoad reliqua verò sine præiudicio legitimæ executionis. Verum quia, Pater sancte, aduersarius d. commissionis obtinuit citationem cum inhibitione, & adhuc per biennium in circa nihil aliud in causa facere curauit. Ideo S. V. humiliter supplicat quatenus dignetur eidem R.P.D.Pirouano committere, & mandare, vt præfixo aduersario vnico breui,& peremptorio termino ad transportandum integra acta,quo elapso, & dictis actis non transportatis, & non productis, suam moderetur inhibitionem, iis verò transportatis, & præfixo alio breui,vnico,& peremptorio termino ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosequutione,necnon de causis restitutionis in integrum, &c.quo elapso, & nihil, quod releuet, docto, constito de re iudicata, seu quòd aliàs exequutioni de iure locus sit,sententiam prædictam exequatur,expensasque in hac causa legitimè factas, & in quibus pars aduersa condemnata reperitur, vel condemnanda venerit,taxet, & moderetur, & tam pro iis, quàm aliis in sententiis contentis litteras executoriales, & mandata quæcunque necessaria, & opportuna, prout iuris fuerit, decernat, relaxet, & exequatur, cum potestate citan. & inhiben. etiam per edicta publica sub censuris, & pœnis, aliisque præmissis : non obstan. constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium quibuscunque, statum, & merita causæ, & causarum huiusmodi pro plene, & sufficienter expressis haben. &c. De mandato D.N.PP.idem Auditor terminum præfigat, procedat vt petitur, & iustitiam faciat. Placet D.N PP.L. Ant.Virilis. QVA CAVSA sic coram Nobis indecisa pendente, idem S.D N.PP.aliam commissionem nobis præsentari fecit tenoris sequen. videlicet. BEATISSIME PATER. Deuotus S.V. Orator Augustinus Barbusa obtinuit ab A. C. mandatum executiuum pro solutione cuiusdam pecuniariæ summæ, ac renouatione cedulæ bancariæ annuæ pensionis ducat. 200. auri de Camera aliàs auctoritate Apost. sibi reseruatæ super fructibus certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis Thesaurariæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœc. contra Balthasarem Diaz de Fonseca modernum Thesaurarium. Cæterùm appellante dicti Balthasaris procuratore, & causa in Rota commissa R. P. D. Pirouano, & nunc in gradu appellationis huiusmodi indecisa pendente, quia idem Balthasar continuat in sua contumacia, & proterua denegatione de soluendo dictam pensionem, & renouan. cedulam, inde aperta est via regressui,siue ingressui, & accessui ad fauorem Oratoris in litteris Apostolicis reseruatis, & veretur idem Orator ne in prosecutione huius iudicij cogatur per tres sententias conformes defatigari : ideo S.V.humillime supplicat, quatenus dignetur committere, & mandare eidem D.Pirouano, vt in causa, & causis emergentis quæstionis super regressu,ingressu, & accessu huiusmodi, & illius canonizatione procedat omni, & quacunque appellatione remota, cum potestate tam dictum aduersarium,quam omnes quosuis alios, etiam per edictum publicum, constito summariè, & extraiudicialiter de non tuto accessu, tam in Curia, quàm extra citan.necnon inhiben. etiam sub censuris, & pœnis, &c.inobedientesque & rebelles easdem censuras incurrisse declaran.aggrauan.reaggrauan.interdictumque ponen seruata forma Concilij Tridentini, implorato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, cæteraque facien.&c. necessaria, & opportuna. Præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,

stolicis, stylo Palatij, cæterisque contrariis, quorum tenores, &c. non obstan. quibuscumque, statum, &c. pro plene, & sufficienter expressis haben. De mandato D.N.PP. idem Auditor procedat omni, & quacumque appellatione remota, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet M. Post huius quidem commissionis præsentationem vlterius procedentes, causáque huiusmodi per nos diligenter, ac maturè discussa, illáque in plena Rota, vt moris est, proposita, inibique acerrime ventilata, & discussa præuia decisione fuit resolutum locum esse ingressui, & accessui ad Thesautariam prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ, de qua agitur, ob non solutam pensionem per Balthasarem Diaz aduersarium dicto D. Augustino Barbosæ, & illius validitatem impugnatam iuxta tenorem litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, & consensum ab eodem Balthasare præstitum, & sic dictum D. Augustinum Barbosam principalem in illius possessionem esse immittendnm, introducendum, immissúmque, & impositum manutenendum, interim verò comparuít in iudicio coram Nobis idem D. Augustinus Barbosa principalis, præuia citatione personaliter executa, prout in actis, se ipsum D. Augustinum plenum in possessionem dictæ Thesaurariæ immitti, imponi, & induci, ac manuteneri mandari, mandatúmque de immitten. imponen. ac manutenen. desuper necessarium, & opportunum omni meliori iuris modo, & forma sibi decerni, & concedi per Nos debita cum instantia postulauit. Nos tunc Philippus Pirouanus Auditor, & Iudex Commissarius suptadictus, necnon executor vnicus ad infrascripta specialiter deputatus attendentes postulationem huiusmodi fore iustam, idcirco Apostolica auctoritate nobis commissa, & quo fungimur in hac parte de DD. Coadiutorum nostrorum consilio, & assensu, quibus de præmissis relationem plenariam fecimus, & fidelem, præuia citatione superius, vt præmittitúr, principaliter prout in actis executa, ac præuio examine dicti D. Augustini Barbosæ principalis ad Thesaurariam huiusmodi de mandato nostro ab examinatoribus in Vrbe deputatis, à quibus fuit idoneus repertus, vt nobis per fidem Secretarij Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Vicarij, & penes acta Notarij causæ existente, constare fecit, eundem D. Augustinum Barbosam principalem instantem, & petentem in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Thesaurariæ, iutiumque & pertinentiarum illius, connexorum, & annexorum immittendum, introducendum, & imponendum esse duximus, & mandauimus, prout imponimus, inttoducimus, & immittimus immissumque, & impositum manuteneri, & conseruari mandamus, omnibus iuris, & facti remediis, immittique induci, & imponi, ac manuteneri, & conseruari respectiuè mandamus per præsentes has nostras litteras desuper decernendo, & concedendo opportunas. Quæ omnia, & singula præmissa Vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ litteræ diriguntur, & vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium intimamus, & notificamus, & ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, vobísque ac vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium in virtutè Sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicationis pœna (sua Maiestate Catholica, Collectore, Archiepiscopis, & Episcopis, ac Capitulo prædictis tantùm exceptis) committimus, & mandamus, quatenus statim, & quoties pro parte dicti Augustini principalis, siue illius procuratoris fueritis requisiti, seu vestrum aliquis fuerit requisitus, eundem D. Augustinum Barbosam principalem, vel procuratorem suum pro eo, & eius nomine in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Thesautariæ Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœc. iuriumq; ac pertinentiarum illius, annexorum, & connexorum immittatis, introducatis, & imponatis, ac quilibet vestrum, qui desuper requisitus fuerit, imponat, introducat, & immittat, immissúmque, introductum, ac impositum manuteneatis, tueamini, ac defendatis, & vestrum quilibet manuteneat. tueatur, & defendat, amoto exinde, eiecto, & expulso dicto D. Balthasare Diaz da Fonseca ex aduerso principali, ac aliis quibuscumque occupatoribus, ac detentoribus, quos Nos amouemus, ac amotos denunciamus per præsẽtes, faciatisq; & vestrũ quilibet faciat eidẽ D. Augustino Barbosæ principali, vel eius procuratori pro eo, ac eius nomine de omnibus, & singulis dictæ Thesaurariæ fructibus, redditibus, prouẽtibus, iuribus, obuẽtionibus, ac emolumẽtis vniuersis realiter, & cũ effectu integraliter respõderi, nec permittatis, seu vestrũ aliquis permittat eundẽ D. Aug. principalem, vel procuratorem de & super præmissis aliqualiter molestari, perturbari, vel inquietari, seu quomodolibet impediri, inhibeatisque & vestrum quilibet, qui super hoc requisitus fuerit, inhibeat dicto D. Balthasari Diaz da Fonseca ex aduerso principali, ac Dignitatibus Canonicis, & Capitulo prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ, omnibusque aliis, & singulis, quibus opus fuerit, etiam sub excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque

aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, ac mille ducatorum auri de Camera pœnis, quibus Nos etiam, & eorum cuilibet tenore præsentium sic inhibemus, ne ipsi, seu eorum aliquis eundem D. Augustinum Barbosam principalem prædictum, vel procuratorem suum pro eo, & eius nomine de & super præmissis quoquo modo, etiam quouis quæsito colore, prætextu, causa, occasione, vel ingenio, molestare, perturbare, inquietare, seu quomodolibet impedire audeant, seu præsumant, aut eorũ aliquis audeat, seu præsumat, quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, ac in statum pristinum reducere, ac ad pœnarũ, & censurarum prædictarum exequutionem procedere curabimus, iustitia mediante (suã Catholicam Maiestatem, & Collectorem Apostolicum prædictum, quia illos nostris cẽsuris ligari nolumus ad præmissorum exequutionẽ efficaciter adimplen. in Domino benignè hortamur) Archiepiscopi vero, ac Episcopi, & Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ sub interdictu ingressus Ecclesiæ tantum. Cæteri verò prædicti præmissa omnia, & singula sub dicta excommunicationis pœna exequantur, ac liberè, & licitè exequutioni debitæ demandent, super quibus omnibus, & singulis præmissis vobis omnibus, ac singulis supradictis, & quibus præsentes nostræ litteræ diriguntur, licentiam, & facultatem plenariam concedimus, & elargimur per præsentes. Absolutionem verò omnium, ac singulorum præmissorum Nobis, vel Superiori nostro tantùm reseruamus. In quorum omnium, ac singulorum fidem, & testimonium præmissorum has præsentes exinde fieri, & per Notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi, ac publicari mandauimus, sigillique nostri, vel Coadiutorum nostrorũ iussimus, & fecimus appensione muniri. Datum, & actum Romæ in Monasterio B. Mariæ de Pace, in quo iura reddi solent, & causæ partium audiri consueuerant hora audientiæ causarum consueta pro Tribunali sedente sub anno à Natiuitate D.N. Iesu Christi, millesimo sexcentesimo trigesimo, indictione decimatertia, die verò octaua mensis Martij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui anno eius septimo, præsentibus ibidem discretis viris DD. Clearcho Buscho, & Horario de Marchis Sacri Palatij Apostolici causarum Rotæ Notariis, scribisq; nostris testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis.

Et ego Archangelus Baronus Romanus Sacri Palatij Apostolici causarum, & huiusmodi causæ Notarius de præmissis rogatus præsens instrumentum duplicatum subscripsi, signaui, & publicaui requisitus. Locus † signi, & sigilli.

VIII.

Instrumentum incursus censurarum.

SErenissi. potentiss. atque Catholico Principi, & Domino Philippo ab Austria diuina fauente Clementia Castellæ, Legionis, Aragonum, vtriusque Siciliæ, Neapolis, & Portugalliæ Regi, aliorumque dominiorum vestrorum felicis prosperitatis augmento, necnon Illustriss. & Reuerendiss. D. Collectori in Regno Portugalliæ residenti, ac Reuerendissimis, & RR in Christo Patribus, & Dominis Archiepiscopis, & Episcopis Archiepiscopar ui Bracharen. vicinioribus, eorumque, & cuiuslibet ipsorum Vicariis, siue Officialibus generalibus, Curiæque causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, eiusque Vice Auditori, siue Locumtenẽti, vniuersis quoque & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Succẽtoribus, Sacristis tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus siue Locatenen. eorundẽ, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis, cæterisq; Presbyteris, Clericis, notariis, & Tabellionibus publicis quibuscumque vbicumq; constitutis, & eorum cuilibet in solidum, necnon Illustriss. Principibus, & dominis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Mareschallis, Castellanis, cæterisque iustitiæ ministris, & eorum cuilibet insolidum, vniuersis quoque & singulis Thesaurariæ huiusmodi, de qua agitur, & infrà mentio fiet, fructuum, redditum, prouenruum possessoribus, detentoribus, arrendatoribus, redditoariis, vindemiatoribus, colonis, agricolis, decimatoribus, Pensionariis, Censuariis, receptoribus, debitoribus, necnon DD. Balthasari Diaz da Fonseca ex aduerso principali, ac Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira oppidi de Guimaraens Bracharen. diœcesis, omnibusque aliis, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futuram quibuscumque nominibus censeantur, & quacunque perfulgeant dignitate. Philip. Pirouanus V.I.D. S.D.N. Papæ Capellanus, & ipsius Sac. Pal. Ap. causarum, causæque & causis, ac partibus infrascriptis, Auditor & Iudex Cõmissarius ab eodẽ S.D.N. Papa specialiter, ac expressè deputatus, Salutẽ in Domino,

&

& nostris huiusmodi, imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quòd aliàs sub die 11. Octobris 1625. fuit nobis pro parte, & ad instantiam d. Balthasaris Diaz da Fonseca per vnum ex S.D.N. Papæ Cursoribus præsentata quædam Commissionis cedula ad instantiam illius in plena Signatura Iustitiæ contra D. Augustinum Barbosam citatum & intimatum obtenta, partibus vtriusque auditis sequen. videlicet. Beatiss. Pater dignetur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interposita, & interpositarum à quadam prætensa definitiua sententia, seu prætenso Decreto vim definitiuæ habente, vt dicitur lato, & promulgato per R.P.D. Bichium vigore assertæ obligationis ad assertum fauorem Augustini Barbosæ aduersarij, & contra deuotum S.V. Oratorem Balthasarem Diaz da Fonseca de, & super prætensa renouatione cedulæ Bancharie de soluen. per sexcenium ducat. 200. auri de Camera, ac prætensa solutione ducat 900. vnà cum aliis pecuniis, rebusque aliis, &c. nullitatisque, & nullitatum, & iniustitiæ dictæ prætensæ sententiæ, seu prætensi decreti quomodolibet habiti, & facti, attentatorumque & innouatorum quorumcumq; necnon quā, & quas Orator habet, & mouet, habereq; & mouere vult, & intendit contra D. Augustinum Barbosam aduersarium, omnésque alios, alicui ex vestri Sac. Pal. Apost. Causarum Auditori, seu Locatenenti, summariè, &c. & provt in causis beneficialibus procedi consueuit audien. cognoscen. deciden. finéque debito terminan. committere, & mandare cum incidentibus, &c. & cum potestate dictum aduersarium, omnésque alios in Curia, & extra citandi illique, ac quibus, & quoties opus fuerit, inhibendi, etiā sub censuris, &c. præmissis, necnon cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumq; Statum, &c. pro plenè & sufficienter expressis haben. &c. vel si magis placet alicui ex Sacri vestri Palatij Causarum Auditori, seu Locatenen. quòd procedat quoad renouationem cedulæ, cùm clausula si quid exequendum, in reliquis sine præiudicio legitimæ executionis. De mandato D.N. Papæ audiat Mag. Philippus, vt in secunda parte petitur, & Iustitiā faciat. Placet D.N. Papæ de secunda parte. Lucas Antonius Virilis. Cuius quidem Cōmissionis vigore nos in causa, & causis huiusmodi, ac inter partes in illa contentas, seu verius illarum procuratores procedentes à nobis pro parte, & ad instantiam d.D. Balthasaris Diaz da Fōseca principalis, & pro eo ad instantiā D. Thomæ Lutioli eius procuratoris, de quo in actis, fuit D. Augustinus Barbosa principalis personaliter citatus, & inhibitus, & postea ad eiusdē D. Balthasaris, siue eius procuratoris, vt supra instantiam emanarunt ad partes quædam litteræ inhibitoriæ, quæ cum inibi impedire possent executionem declaratoriarum, sequestrorū, aliorumq; mandatorum relaxatorum ab A.C. siue R.P.D. Bichio illius in Ciuilibus Locumtenēte, pro terminis pensionis decursæ, & non solutæ à nobis, instante D. Augustino Barbosa principali, fuerunt declaratæ stare, & intelligi debere concessæ quoad renouationem Cedulæ Bāchariæ, cum clausula si quid exequendū, quoad reliqua sine præiudicio legitimæ executionis, & postea præfixo d.D. Balthasari Diaz da Fonseca ex aduerso principali termino ad trāsportanda acta facta in Curia A.C. ad Tribunal Sacræ Rotæ, provt stante eius appellatione facere tenebatur, dictóq; termino elapso, & illis non transportatis easdem literas inhibitorias in omnibus, & per omnia, ad hoc tamen prius citato D. Thoma Lutiolo ex aduerso Procuratore, moderati fuimus, & reuocauimus, iuxta tamen formā, & tenorem eiusdem rescripti, siue Cōmissionis specialis nobis desuper factæ, & præsētatæ, de qua in actis, hic breuitatis causa inseri omissæ. Qua causa sic coram nobis indecisa penden. idem S.D.N. Papa aliam Commissionem sua propria manu signatam nobis præsentari fecit tenoris sequen. videlicet. Beatissime Pater. Deuotus S.V. Orator Augustinus Barbosa obtinuit ab A.C. mandatum executiuum pro solutione cuiusdam pecuniarum summæ, ac renouatione Cedulæ Banchariæ annuæ pensionis Ducat. 200. auri de Camera, aliàs auctoritate Apostolica sibi reseruata super fructibus certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis Thesaurariæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliueira Oppidi de Guimaraens Bracharen. diœc. contra Balthasarē Diaz da Fonseca modernū Thesaurarium. Cæterùm appellante dicti Balthasaris procuratore, & causa in Rota commissa R.P.D. Pirouano, & nunc in gradu appellationis huiusmodi indecisa pendente, quia idē Balthasar continuat in sua contumacia, & proterua denegatione de soluendo dictam pensionē, & renouando cedulam, inde aperta est vna regressui, siue ingressui, & accessui ad fauorem Oratoris in literis Apostolicis reseruatis, & veretur idem Orator ne in prosecutione huius iudicij cogatur per tres sententias cōformes defatigari. Ideo S.V. humillime supplicat quatenus dignetur committere, & mandare eidem D. Pirouano, vt in causa, & causis emergentis quæstionis super regressu, ingressu, & accessu huiusmodi, ac illius canonizatione procedat omni, & quacumque appellatione remota cū potestate tam d. aduersariū, quàm omnes quosuis alios, etiam per edictum publicum, constito summariè, & extraiudicialiter de non tuto accessu, tam in Curia, quàm extra citandi, necnon inhibendi sub censuris & pœnis, inobedientésq; & rebelles easdē censuras incurrisse declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdictumq; ponēdi, seruata forma Concilij Tridentini, implorato, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, cæteráq; faciendi, &c. necessaria, & opportuna præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus

Apostolicis stylo Palatij,cæterisque contrariis,quorum tenores,&c. non obstan. quibuscunq; statum,&c.pro plenè & sufficienter expressis haben. De mandato D N. Papæ idem Auditor procedat omni,& quacunq; appellatione remota vt petitur,& iustitiã faciat. Placet Maffeus. Post cuius quidem Commissionis præsentationem vlterius procedentes, causáque huiusmodi per nos diligenter,& maturè discussa,illáq; in plena Rota,vt moris est,proposita, inibíque acerrimè ventilata,& discussa præuia decisione fuit resolutũ locum esse ingressui, & accessui ad Thesaurariam prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ,de qua agitur,ob non solutam pensionẽ per Balthasarem Diaz aduersarium d. D.Augustino Barbosæ , & illius validitatem impugnatam iuxta tenorem litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, &;consensum ab eodẽ Balthasare præstitum,& sic d. D.Augustinum Barbosam principalem in illius possessionem esse immitten.introducen immissumq; & impositum manutenen. esse duximus, & mandauimus. Quapropter mandatum de immittendo,& manutenendo respectiuè ad d. D.Augustini Barbosæ principalis fauorẽ sub ecclesiasticis sententiis,censuris,& pœnis in illo contentis in forma solita,& consueta decreuimus,& concessimus,ac relaxauimus,quod cum in partibus eidẽ Balthasari Diaz da Fonseca ob impedimenta per eum præstita personaliter intimari,& notificari non posset, & super huiusmodi impedimentis per illum præstitis , & non tuto accessu fuissent in Curia examinati testes, & producta aliqua iura,& documenta,& illis lectis,& visis per nos accuratè tam quoad intimationem dicti mandati de immittendo,& manutenendo respectiuè,quàm quoad alia in præsenti causa per edictum publicum in forma solita , & consueta,& iuxta stylum Romanæ Curiæ procedi mandãdum duximus,atq; mandauimus,& cum deinde fuisset legitima dicti mandati intimatio quamuis per edictum facta,vtpote quia ordo de Iure requisitus sufficienter fuit seruatus , ac originales citationes probentur ex fide Cursoris,& Notariorum affixæ in locis solitis in Curia , & in aliis duobus locis vicinioribus temporali ditioni,nempe Ciuitate Tipherni,& Terræ Aquipendij in valuis earum respectiuè maioris Ecclesiæ,ac insuper lectæ,& copiæ dimissæ,& illis parere , ac obedire neglexisset, seu recusasset,eodem instrumento dicti mandati de immittendo , & manutenendo respectiuè vnà cum intimatione,& notificatione,vt suprà per edictum facta in actis reproductis , ac terminis substantialibus ad docendũ se d.mandato de immittẽdo,&manutenẽdo respectiuè paruisse, & obediuisse seruatis; subsequenter ad supradicti D. Augustini Barbosæ principalis instantiam(D. Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore dicti D.Balthasaris Diaz de Fonseca ex aduerso principalis personaliter citato) causa huiusmodi per nos diligenter , ac maturè discussa,illaq; in plena Rota, vt moris est, proposita inibique acerrimè ventilata,& discussa, fuit firmata decisio prout infra,videlicet: R.P.D. Pirouano Bracharen Thesaurariæ.10.*Martij* 1632.Quæsitum fuit an contra Balthasatem sit danda declaratoria, exindeq; sit apponendũ sequestrum,&affirmatiue fuit resolutum: præcesserat enim legitima litterarum executorialiũ intimatio , & seruati fuerunt quatuor termini ad docendũ de partitione iuxta stylum huius Tribunalis,quibus iam elapsis remanet probata negatiua partitonis.*Fel. in c. Rodulphus n.*41. *de rescript. Vestr.in prax lib.*8.*c. vlt.n.*19 ex qua desumitur contumacia, & per eam censuræ relaxantur *c.*1 *in fin.vt lite non contest. Abb.in c. reprehensibilis n.*2.*de appellat.& in c.*2.*n.*10.*de iudic. Cassad decis.*5 *n.*7*de constit. Mohed.decis.*1.*de sentent.exomm.*quod passim seruatur cõtra rebelles, & inobedientes, *vt in Burgen. praeminentiarum* 8. *Iulij* 1582. *coram Card. Seraph. &* 439.*n.* 1 *&* 591.*n.*5.*p.*2 *recent.*in quibus aliæ decisiones referuntur.Nec dubitari potest de legitima litterarum intimatione, quamuis per edictum facta,quia concurrunt omnia ad sustinendum actũ de Iure requisita, nempe iurisdctio, causa,& ordo iudiciarius. Iurisdictio est patens,quia non fuit processum ex Ordinaria iurisdctione, prout potuisset si versaremur in foro Cæsareo, *per auth.qui semel C. quomodo,& quando Iud.Felin.c. quoniam frequenter n.* 13. *& lite non contest.* sed vigore particularis rescripti, vt posset procedi per edictum constito de non tuto accessu , quod erat necessarium de Iure Canonico , *per Clem. dudum , de iudic.vbi gl. in verbo Papa, & sequenti,* hoc adnotatunt *Felin. d.c. quoniam frequenter n.* 13. *Rota in addit. decis.* 8. *de dolo , & contum.in nouis, Vant. de nullit.defectu citationis n.* 126 & Rota idem seruauit,& seruat,*vt in Ianuen. separationis thori* 8.*Martij* 1627.*in eadem causa* 16.*Febr.præteriti coram D.mea Decano.*Causæ etiam non desunt,quæ iustificant nõ tutum accessum , quia Balthas.solitus erat recurrere ad Iudices laicos pro impediẽdo processu,&ne personaliter,citaretur,vt ex relatione Notarij exhibita,quæ ne dũ sufficeret pro causa nõ tuti accessus,sed etiã ad hoc,vt posset dici personaliter citatus,*Bal. in c. quoniã frequẽter,§.porro,n.*2.*vt lite nõ contest.*& idẽ fuit dictũ *in Ianuen.cẽsus* 10 *Ian.*1614.*corã me,* quãdo scilicet recursus cõcludẽter est probatus;præterea testes fuerũt examinati formiter,deponẽtes quòd in Regno Lusitaniæ nõ poterãt exequi huiusmodi mãdata & decreta Rotalia& alia,quæ ab Vrbe hac de re trãsmissa fuerũt absque Iudicis Regiæ Coronæ beneplacito,quod sufficit ad hoc,vt dicatur cõstare de nõ tuto accessu, siue testes cõcludãt nõ tutũ accesũ per impossibile,siue hoc credãt difficile propter pœnas in Regiis cõstitutionib.cõminatas,vt quis nõ audiat mãdata intimare,*Rot.dec.*22.*n.*2.*de rescript.in antiq. & idem firmant de stylo huius Tri-*

bunalis

bunalis adden.ad decis.5.n.2.& 4.eod.tit.de rescript.in nou.Cassad.decis.2. de dolo & contum. & idem fuit admissum in supradictis decisionibus *Ianuen.census* 10.*Ianuar.*1614. *& in Ianuen. separationis thori* 8.*Martij* 1627.Ordo etiam de iure requisitus sufficiēter fuit seruatus,quia originales citationes probantur ex fide Cursoris,& Notariorum affixæ in locis solitis in Curia,& in aliis locis temporali ditioni vicinioribus,nempe Ciuitate Tipherni,,& Terræ Aquipendij in valuis earum respectiuè maioris Ecclesiæ,ac insuper lectæ,& copiæ dimissæ,quæ omnia solent desiderari pro eadem forma adimplenda, *Cassad.decis.1.& 6.de dolo & contum.Rot.decis.5.de rescrip.in nou.Ægid.decis.*194.*Put.decis.*164.*lib.2.in correct.Vestr.praxi lib.4.c.3.n.4.& Rot.*eandem praxim sequuta est in allegata *decis. Ianuen.separationis thori coram D.meo Decano.*Quo verò ad sequestrum non dubitarunt DD. esse apponen. quia D. Augustinus fuit reintegratus ad suum beneficium,& Balthasar conatur manu Regia tueri se in possessione improba,& ideo Rota omnibus Iuris remediis esse succurrendū censuit,prout & in pluribus causis relatis *per Gonzal.ad Reg.8.in proœm.§.7.n.36.*idē seruari voluit,& ita &c.Subsequenter ad supradicti D. Augustini Barbosæ principalis instantiam, D.Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore d D.Balthasaris Diaz de Fonseca ex aduerso principalis citato ad videndum pœnas,sententias,& censuras in d.mandato de immittendo contentas ob illius non paritionem incidisse de DD. Coadiutorum nostrorum consilio declarauimus,litterasque declaratorias de super necessarias, & opportunas in forma solita,& consueta decreuimus,& concessimus,nostramque in scriptis tulimus,& promulgauimus sententiam declaratoriam,prout infra,videlicet.Per hanc nostram declaratoriā sententiam,quam pro Tribunali sedentes, & solùm Deum præ oculis habentes de DD. Coadiutorum nostrorum consilio,& assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis coram nobis penden.inter Ill.& R.D.Augustinum Barbosam ex vna,& D.Balthasarē Diaz da Fonseca de,& super paritione mādati de immittendo, & manutenendo respectiuè in possessione Thesaurariæ Ecclesiæ S.Mariæ de Oliueira Oppidi de Guimaraens Bracharen.diœc.& illius annexorum per nos in fauorem præfati Domini Augustini decreti, & relaxati,rebusque aliis in actis causæ,& causarū huiusmodi latius deductis partibus ex altera,sententiamus,pronuntiamus,decernimus, & declaramus præfatum D. Balthasarem Diaz da Fonseca ob non paritionē dicti nostri mandati de immittendo,& manutenendo respectiuè excōmunicationis,aliasque Ecclesiasticas sententias,censuras,& pœnas in eodem nostro mandato de immittendo respectiuè contentas,cōminatas ob illarum non paritiōnē damnabiliter incidisse,incurrisse,ipsumque excommunicatū publicè denunciañ. & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitandum fore,& esse,prout illū denuntiamus,& euitari mandamus,litterasque declaratorias desuper necessarias,& opportunas,& cedulones in forma solita,& consueta decernen.& relaxan.prout decernimus,& relaxamus,& eundem D.Balthasarem Diaz da Fonseca in expensis coram nobis pro parte eiusdem D. Augustini in hac causa factis condemnamus,quarum taxationē Nobis,vel cui de iure in posterum reseruamus,& ita dicimus,sententiamus,& declaramus non solū præmisso,sed omni alio meliori modo &c.Ita pronuntiaui Ego Phil.Pirouanus Rot.Aud.Quæ quidem declaratoria sententia cū superius,vt præmittitur per nos lata fuerit, & dictus Balthasar Diaz ex aduerso principalis de mandato nostro Romæ in locis per quemdā S. D. N.PP. Cursorē excommunicatus declaratus,ac rebellis,& inobediens, & suæ salutis immemor d.excōmunicationis,& eius declarationis sententiā per decē dies post illius denuntiationem,& publicationem prædictos immediate sequen.pertinacitet sustinuerit,& ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremiū redire,& animæ suæ saluti prouidere nō curasset, prout sustinet ad præsens.Nos in declarationis negotio huiusmodi vlterius ritè procedentes ad D. Augustini Barbosæ principalis instantiā d.D.Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore personaliter citato ad viden.& audien.supradictā excōmunicationis,& illius declarationis sententiā,& processus nostros huiusmodi contra,& aduersus eundem Balthasarem Diaz da Fonseca suū principalē iuxta litterarū declaratoriarū vim,& formā,& tenorē ob non paritionem earundē aggrauari, litteras aggrauatorias desuper opportunas in forma solita, & consueta per nos decerni,& concedi,vel ad dicendū causam,si quā habeat,rationabilē,quare præmissa fieri non debeant,allegandū, prout ad certū peremptoriū terminum cōpetentem citari mandauimus,& fecimus,quo termino elapso cōparauit in iudicio legitimè corā nobis d.D.Augustin.Barbosa principalis,& prædictā excōmunicationis,& declarationis sententiā contra prædictū ex aduerso principalē ob non paritionē prædictam latā aggrauari,& ipsū aggrauatū publicè denuntiari,litterasq; aggrauatorias desuper necessarias,& opportunas in forma solita,& consueta decerni,& concedi per nos instanter postulauit.Nos tunc attenden.postulationem huiusmodi fore iustā,& rationi consonam quodq; terminus post prædictæ sentētiæ declarationē,& publicationē vt præfertur factā

 effluxus

effluxus fuerit, nullamque nobis de patitione D. Balthasaris ex aduerso principalis factam esse certificationem, & etiam quod crescente contumacia, & inobedientia merito crescere debeat, & pœna, ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendi, excommunicationis, & declarationis sententiam ante dictam, ac processus nostros huiusmodi aggrauan. duximus, & aggrauauimus, prout aggrauamus per præsentes litteras nostras aggrauatorias, desuper in forma solita, & consueta decernentes opportunas. Quocirca Vos omnes & singulos supradictos, vestrum quenlibet insolidum auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptoriè, vobisque nihilominus & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna mandamus quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam pro parte dicti D. Augustini Barbosæ principalis super hoc fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, singulis diebus Dominicis, & festiuis in vestris Ecclesiis, Monasteriis, & Capellis infra Missarum, & aliarum horarum diuinarum solemnia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, aut aliàs legitime congregata fuerit, dictam excommunicationis sententiam reiterando, & innouando eundem D. Balthasarem Diaz da Fonseca ex aduerso principalem excommunicatum, declaratum, & aggrauatum Campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis, & in terram proiectis, cruce erecta, & religione indicta aquam benedictam aspergendo ad fugandos dæmones, qui eum detinent sic alligatum, & laqueis suis catenatum, orando quod D. N. Iesus Christus ipsum ad Catholicam Fidem, & sanctæ Matris Ecclesiæ gremium reducere dignetur, & ne in talibus peruersitate, & duricie dies suos finire permittat, & post ad ianuas Ecclesiarum vestrarum vnà cum Clericis, & Parochianis accedendo, & ad terrorem vt ipse Balthasar ex aduerso principalis eo citius ad obedientiam redeat, tres lapides versus domum habitationis suæ proiiciendo in signum maledictionis æternæ, & etiam post Missam, & in Vesperis, aliisque horis Canonicis, sermonibus, & prædicationibus publicis solemniter publicetis, & denuncietis, ac ab aliis quantum in vobis fuerit, publicari, & denuntiari, necnon ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciatis, donec, & quousque aliud à nobis vel superiore nostro desuper habueritis in mandatis. Verum postquam dictus Balthasar ex aduerso principalis excommunicatus vt præmittitur, & aggrauatus, aggrauationem huiusmodi per decem dies post ipsius publicationem, & denuntiationem in dicta Curia in locis consuetis publicè factam animo sustinuerit indurato. Nos ad vlteriorem dicti D. Augustini Barbosæ principalis instantiam, prædicto Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore, de quo in actis personaliter citato ad videndum, & audiendum prædictam excommunicationis, & declarationis sententiam siue processus nostros huiusmodi contra eundem D. Balthasarem ex aduerso principalem iuxta dictarum litterarum declaratoriarum formam, & tenorem reaggrauari, litterasque reaggrauatorias desuper in forma solita & consueta decerni, & concedi vel dicendum causam, si quam habeat rationabilem, quare præmissa minime fieri debere allegan. prout ad certum peremptorium terminum competentem citari mandauimus, & facimus. Quo termino adueniente comparuit legitime coram nobis D. Augustinus Barbosa principalis, & maxima ipsius Balthasaris non comparentis contumaciam accusauit, eo quòd ad summum malorum deueniens postposito Dei timore, & paruipendens Ecclesiasticas censuras, & canonicas monitiones sæpe sæpius illi in diuersis plurium annorum temporibus factas se Diuinis immiscuerat, ac demum se fecerat ad sacrum Subdiaconatus Ordinem subreptitiè promoueri, prout ex protestatione per principalem facta, de qua in actis, eum tanquam contumacem, & rebellem reputari, ac in eius contumaciam excommunicationis, & declarationis sententiam, necnon processus huiusmodi contra eundẽ excommunicatum declaratũ, & aggrauatũ publicè reaggrauari mandari, litterasque reaggrauatorias desuper necessarias, & opportunas in forma solita, & consueta decerni per nos instanter postulauit. Nos tunc postulationem huiusmodi attendentes fore iustã, quodque iusta petenti non est denegandus assensus, quodque peruersorũ audacia præsumptiua idem exigit, vt vnica pœna non contenti fortioribus arceantur pœnis ne fides illorum lædatur, qui Superioribus suis semper obedientiam impẽderunt, sententiam excommunicationis, ac processus nostros antedictos reaggrauandos duximus, & reaggrauauimus, prout reaggrauamus per præsentes litteras nostras reaggrauatorias desuper decernentes opportunas. Quapropter Vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum modo, & forma præmissis mandauimus quatenus statum postquã pro parte dicti D. Augustini principalis fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus homines; & præsertim familiares

&

& seruitores d.D.Balthasaris Diaz ex aduerso principalis excommunicati denuntiati, & aggrauati dicta auctoritate Apostolica moneatis, & requiratis primò, secundò, tertiò, & peremptoriè, prout requirimus, & monemus eosdem, ac ipsis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districtiùs iniungemus, quatenus infra sex dies post monitionem, & requisitionem huiusmodi ipsis factam immediatè sequentes eisdem à participatione, & communione, ac familiaritate, & seruitio ipsius D.Balthasaris Diaz da Fonseca ex aduerso principalis denuntiati, & aggrauati, penitus, & omnino desistant, & quilibet eorum desistat, necnon cum eo seruiendo, loquendo, stando, sedendo, ambulando, hospitando, comedendo, bibendo, conuersando, coquendo cibum, potum, vel aquam ministrando, vel ignem, aut aliquo humanitatis solatio (præterquam in casibus, & personis à iure præmissis) participare præsumant, aut eorum aliquis præsumat, & si contrarium fecerint, nos in eos, & eorum quemlibet cum dicto denuntiato, & reaggrauato rebelliter participantes, & contrafacientes ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc singulariter in singulos dicta sex dierum canonica munitione præmissa excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Vobis omnibus & singulis supradictis modo, & forma præmissis districtè præcipiendo mandantes quatenus singulis diebus Dominicis, & festiuis in vestris Ecclesiis, Monasteriis, & Capellis infra Missarum, & aliarum horarum præscriptarum solemnia, ac vbi, quando, & quoties expedierit, prædictos Christi fideles, familiares, & seruitores, qui cum d. D. Balthasare Diaz da Fonseca ex aduerso principali excommunicato, aggrauato, & reaggrauato rebelliter participauerint, excommunicatos tamdiu publicè denuncietis, & ab aliis, quantum in vobis fuerit, publicè denunciare, & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciatis, donec & quousque aliud à nobis, vel Superiore nostro super hoc receperitis in mandatis. Præterea cum D. Balthasar Diaz ex aduerso principalis sic excommunicatus declaratus, aggrauatus, & reaggrauatus, reaggrauationem nostram huiusmodi per alios decem dies, post ipsius publicationem, & declarationem in dicta Curia in locis publicis, & consuetis factam, ac dictos decem dies immediatè sequentes pertinaciter sustinuerit, prout de præsenti sustinet, Nos ad prælibati D. Augustini Barbosæ principalis vlteriorem instantiam (eodem D.Thoma Lutiolo ex aduerso procuratore, de quo in actis principali citato) ad videndum, & audiendum omnes, & singulas Terras, Ciuitates, Oppida, Castra, Villas, Suburbia, & quarumcunque Ecclesiarum Collegia, Capitula, Communitates, Ecclesias, Monasteria, Capellas, Parochias, & generaliter quæcunque alia loca, in, & sub quibus, seu ad quæ dictum Balthasarem Diaz da Fonseca ex aduerso principalem excommunicatum declaratum, aggrauatum, & reaggrauatum esse, morari, declinari, seu deuenire contigerit (quamdiu in dictis locis fuerit) interdici, & strictissimo Ecclesiastico interdicto supponi & obseruari mandari, literasque desuper opportunas in forma solita, & consueta decerni: & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc attendentes postulationem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, quodque prædictus Balthasar Diaz da Fonseca ex aduerso principalis pœnas, sententias, & censuras prædictas in eum (vt præmittitur) latas Pharaonis duritiem imitando ad modum Aspidum surdarum aures suas obturantium ne voces audiant incantantium, sustinear, & per tot tempus in sua pertinacia perseuerat, & ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redire, & animæ suæ saluti prouidere non curet, auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, omnes, & singulas Ciuitates, Terras, Oppida, Castra, Suburbia, Villas, Parochias, & alia loca quæcunque prædicta in, & sub quibus dictum Balthasarem Diaz ex aduerso principalem esse, morari, declinare, seu deuenire contigerit quamdiu ibidem fuerit, seu moram traxerit, etiam per tres dies continuos post ipsius abinde recessum, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc absque alia desuper facienda declaratione, aut intimatione, vel publicatione interdicimus, & strictissimo Ecclesiastico interdicto supposuimus, & supponimus per præsentes has nostras literas, desuper in forma solita decernentes, & concedentes: & nihilominus vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum modo, & forma præmissis districtè præcipiendo mandamus, quatenus statim in his partibus, & postquam pro parte dicti D. Augustini Barbosæ principalis vigore præsentium super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit etiam priuatè requisitus, seu monitus, seu ad notitiam vestram deuenerit etiam extraiudicialiter absque vlla requisitione desuper facienda (quia loca huiusmodi pro nominatis, & denuntiatis esse volumus, & declaramus) in Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Villis, Suburbiis, Parochiis, Collegiis, & quibuscunque aliis locis supradictis in, & sub quibus, seu ad quæ d.D.Balthasarem Diaz da Fonseca ex aduerso

 principalem

principalem esse, morari, declinare, seu deuenire contigerit, cessetis, & ab aliis cessare faciatis, permittatis, & procuretis, apertis ianuis à Diuinis. Ita tamen, quod huiusmodi stante interdicto nulla Ecclesiastica Sacramenta in, & sub dictis locis, in quibus ipse fuerit, ministretur, nisi Pœnitentia, & Baptismus cunctis indifferenter, Eucharistia verò infirmis tantum, & matrimonium sine Ecclesiastica solemnitate contrahatur, ac inibi, ac sub eisdem locis decedentibus Ecclesiastica denegetur sepultura. Postremò autem ipsum, seu illos, qui interdictum huiusmodi non seruauerit, seu seruauerint, eo ipso pœnas contra violantes, vel non seruantes interdictum à Iure communi, & Pontificiis Constitutionibus latas, incurrere volumus, decernimus, & declaramus, & in his ita vos geratis donec & quousque dictus Balthasar ex aduerso principalis declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus omnia vt supra satisfecerit, paruerit, & ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redierit, & beneficium absolutionis a supradictis censuris meruerit obtinere, & vos aliud à nobis desuper receperitis in mandatis. Quòd si fortè vos Serenissimus Rex antedictus executor præsentis processus nostri, ac mandatorum nostrorum transgressor fueritis, proculdubio iusti Iudicis iudicium incurreretis, licet nostris censuris ligari nolumus, sed in Domino ad prædictorum exequutionem benignè hortamur, Vobis vero RR. Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, etiam exceptis, quibus ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel præmissorum aliquid feceritis per vos, vel submissas personas (prædicta sex dierum Canonica monitione præmissa) ingressum Ecclesiæ interdicimus in his scriptis. Si vero interdictionem huiusmodi per alios sex dies immediatè sequentes sustinueritis, vos in his scriptis Canonica monitione præmissa suspendimus à Diuinis. Verum si vos prædicti interdicti, & suspensionis sententias huiusmodi per alios sex dies prædictos duodecim dies immediatè sequentes animo sustinueritis indurato, vos ex nunc, provt ex tunc, & è contra in his scriptis (dicta Canonica monitione præmissa) excommunicationis sententia innodamus. Absolutionem vero omnium, & singulorum præmissorum nobis, vel Superiori nostro tamen reseruamus. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum has præsentes exinde fieri, & per notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigillique nostri, vel Coadiutorum nostrorum iussimus, & fecimus appensione muniri. Datum & actum Romæ in Monasterio S. Mariæ de Pace nobis inibi pro tribunali sedentibus sub anno à Natiuitate D.N.Iesu Christi 1632. indictione 15. diebus 31. Martij quoad declarationem excommunicationis, 19. Aprilis quoad aggrauationem, 30. eiusdem quoad reaggrauationem, & 17. Maij quoad interdictum, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D.N.D. VRBANI diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius nono. Præsentibus ibidem DD. Clearcho Buscho, & Horatio de Marchis Sacri Palatij Apostolici causarum Notariis, scribisque nostris testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis. Tenor verò Cedulonis vltimo loco affixi est, vt sequitur, videlicet. Hic auctoritate Apostelica denuntiatur excommunicatus, declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus ad loca inquæ deuenire contigerit, ac proinde ab omnibus arctius euitari mandatur quidam Balthasar Diaz da Fonseca assertus Clericus Thomaricn. Prouinciæ Vlixbonen. ob non paritionem mandati de immittendo, & manutenendo respectiue contra illum in causa Bracharen. Thesaurariæ per S.Rotam relaxati ad fauorem D. Augustini Barbosæ, & aliàs provt in actis, instante eodem D. Augustino Barbosa principali, siue, &c. Archangelus Baronus S. Palatij Apost. causarum Notarius. Die 18. Maij 1632. supradicta cedula affixa, & publicata fuit in acie Campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apostol. per me Iulium Marzitellum S. D. N. Papæ Cursorem.

Et ego Archangelus Baronus S. Palatij Apostolici causarum, & huiusmodi causa Notarius de præmissis rogatus præsens instrumentum scripsi, & subscripsi, signaui, & publicaui requisitus in fidem, &c.

Locus ✝ Signi. Locus ✝ Sigilli.

INDEX



INDEX

Legum, & Iurium, quæ in hac Praxi Pensionum referuntur, expenduntur, enucleantur.

INDEX



INDEX
RERVM, ET VERBORVM
notabilium.

Prior numerus paginam notat, alter est marginalis.

A

Absentia.

Index Rerum,

Citatio.

Clausula.

Clericus.

Conditio.

Congrua.

Coniectura.

Consensus.

Contentio.

Contradictio.

Contra

Barbosa de Pensionibus.

Executor

Manda

Ratificatio.

FINIS INDICIS.

AVGVSTINI BARBOSÆ

I. V. D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,
& insignis Ecclesiæ Vimaranensis
Thesaurarij Maioris,

VOTORVM

DECISIVORVM, ET CONSVLTIVORVM
CANONICORVM,

LIBRI DVO.

CVM SVMMARIIS, ET INDICIBVS.



LVGDVNI,
Sumpt. LAVRENTII DVRAND.

M. DC. XLIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



SERIES

Votorum decisiuorum & consultiuorum Canonicorum, quæ in hoc opere continentur.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

ne

64. Ali

VOTORVM



VOTORVM
DECISIVORVM, ET CONSVLTIVORVM CANONICORVM,
LIBER PRIMVS.

Toletana nullitatis Matrimonij.

Matrimonium metu contractum, seu instantissimis precibus, aut dolo celebratum, quando sit nullum, & ex quibus indiciis, & coniecturis metus, & vis prohibeatur ad hunc effectum?

VOTVM PRIMVM.

1 *Casus proponitur, qui contigit in Curia Matritensi.*
2 *Matrimonium coram Parocho, & testibus celebratum, habet pro se Iuris præsumptionem.*
3 *Matrimonium metu contractum allegantes, tenentur illum probare.*
4 *Matrimonium celebratum in Curia, præsumitur sponte contractum.*
5 *Matrimonij pro validitate videtur potiùs inclinandum.*
6 *Voluntas in matrimonio probatur interuenisse ex antecedentibus, & subsequentibus.*
7 *Visitationes frequentes inter eos, qui postea per vim matrimonium contraxere, voluntatem contrahendi demonstrant.*
8 *Diligentia extrahendi dispensationem ad contrahendum, sine consuetis denuntiationibus, voluntatem contrahendi ostendunt.*
9 *Confessio facta ab vno ex contrahentibus, quòd matrimonium sponte contraxerit, concludenter probat.*
10 *Probationum in concurrentia magis creditur his, qui sunt adminiculati præsumptionibus, & coniecturis actum spontaneum inducentibus.*
11 *Metus leuis nullo modo sufficiens videtur ad matrimonium annullandum.*
12 *Metus non sufficit ad annullandum matrimonium, nisi præcedant minæ mortis, seu alicuius notabilis periculi, secundùm vnam opinionem.*
13 *Sententia ad fauorem matrimonij in dubio ferenda est.*
14 *Matrimonium metu celebratum est ipso iure nullum.*
15 *Metus natura mirificè declaratur.*
16 *Metus, & vis arguitur ex verbis imperiosè prolatis.*
17 *Matrimonio contrahendo omnimoda libertas requiritur.*
18 *Matrimonium, vt dicatur non metu contractum, minimè sufficit simplex consensus, sed requiritur plena securitas, & libertas.*
19 *Matrimonia debent esse libera, & gaudere plenissima libertate.*
20 *Voluntas, & libertas simul necessaria sunt in ipso matrimonio.*
21 *Libertatem non dicitur habere qui in eligendo sequi videtur alterius voluntatem.*
22 *Metus minor exigitur in puero, quàm quod requiritur in iuuene maiore.*
23 *Ætas, & fortitudo, ac fragilitas attendenda est illius, cui metus incutitur.*
24 *Constantiam aliam requirit recta ratio in viro, quàm in fœmina.*
25 *Metus magis verosimilis redditur habita consideratione ad personam, quæ illum patitur.*
26 *Metus reuerentialis minor sufficit in puero, quàm in adulto.*
27 *Metus probabilis suspicio æquiparatur illato.*
28 *Metus præsumitur probata illius causa, licèt metus in effectu non probetur.*
29 *Timor solus violentiæ inferendæ dicitur iustus metus ad infirmandum matrimonium tanquam metu factum.*
30 *Persuadere est plusquam compellere.*
31 *Persuasiones nimiæ, per quas persona inducitur ad contrahendum, habentur loco compulsionis*

VOTORVM



VOTORVM DECISIVORVM, ET CONSVLTIVORVM CANONICORVM, LIBER PRIMVS.

Toletana nullitatis Matrimonij.

Matrimonium metu contractum, seu instantissimis precibus, aut dolo celebratum, quando sit nullum, & ex quibus indiciis, & coniecturis metus, & vis prohibeatur ad hunc effectum?

VOTVM PRIMVM.

1 *Casus proponitur, qui contigit in Curia Matritensi.*

2 *Matrimonium coram Parocho, & testibus celebratum, habet pro se Iuris præsumptionem.*

3 *Matrimonium metu contractum allegantes, tenentur illum probare.*

4 *Matrimonium celebratum in Curia, præsumitur sponte contractum.*

5 *Matrimonij pro validitate videtur potiùs inclinandum.*

6 *Voluntas in matrimonio probatur interuenisse ex antecedentibus, & subsequentibus.*

7 *Visitationes frequentes inter eos, qui postea per vim matrimonium contraxere, voluntatem contrahendi demonstrant.*

8 *Diligentia extrahendi dispensationem ad contrahendum, sine consuetis denuntiationibus, voluntatem contrahendi ostendunt.*

9 *Confessio facta ab vno ex contrahentibus, quòd matrimonium sponte contraxerit, concludenter probat.*

10 *Probationum in concurrentia magis creditur his, qui sunt adminiculati præsumptionibus, & coniecturis actum spontaneum inducentibus.*

11 *Metus leuis nullo modo sufficiens videtur ad matrimonium annullandum.*

12 *Metus non sufficit ad annullandum matrimonium, nisi præcedant minæ mortis, seu alicuius notabilis periculi, secundùm vnam opinionem.*

13 *Sententia ad fauorem matrimonij in dubio ferenda est.*

14 *Matrimonium metu celebratum est ipso iure nullum.*

15 *Metus natura mirificè declaratur.*

16 *Metus, & vis arguitur ex verbis imperiosè prolatis.*

17 *Matrimonio contrahendo omnimoda libertas requiritur.*

18 *Matrimonium, vt dicatur non metu contractum, minimè sufficit simplex consensus, sed requiritur plena securitas, & libertas.*

19 *Matrimonia debent esse libera, & gaudere plenissima libertate.*

20 *Voluntas, & libertas simul necessaria sunt in ipso matrimonio.*

21 *Libertatem non dicitur habere qui in eligendo sequi videtur alterius voluntatem.*

22 *Metus minor exigitur in puero, quàm quod requiritur in iuuene maiore.*

23 *Ætas, & fortitudo, ac fragilitas attendenda est illius, cui metus incutitur.*

24 *Constantiam aliam requirit recta ratio in viro, quàm in fœmina.*

25 *Metus magis verosimilis redditur habita consideratione ad personam, quæ illum patitur.*

26 *Metus reuerentialis minor sufficit in puero, quàm in adulto.*

27 *Metus probabilis sufficio æquiparatur illato.*

28 *Metus præsumitur probata illius causa, licèt metus in effectu non probetur.*

29 *Timor solus violentia inferenda dicitur iustus metus ad infirmandum matrimonium tanquam metu factum.*

30 *Persuadere est plusquam compellere.*

31 *Persuasiones nimiæ, per quas persona inducitur ad contrahendum, habentur loco com-*

pulsionis, & coactionis, & inferunt ad matrimonij inualiditatem.

32 *Persuasio vim coactionis habet.*

33 *Preces instantissimæ adeò grauem modestiam inferunt, vt meritò mouere debeant virum constantem ad aliquid efficiendum.*

34 *Preces instantes adeò molestæ sunt, vt meritò metui cadenti in constantem virum æquiparari possint.*

35 *Preces importunæ seorsim consideratæ, & sine metu reuerentiali, efficiunt metum iustum, & cadentem in constantem virum, dummodo non inducant tantùm ad contrahendum, sed faciant non libenter contrahere.*

36 *Persuasiones importunæ per se solas inducunt iustum metum ad matrimonium annullandum, etiam sine minis, & verberibus.*

37 *Minæ incuti possunt per solum vultum terribilem.*

38 *Preces importunæ, quando procedunt à persona, cui reuerentia debetur, tunc absque dubio sufficientes erunt ad annullandum matrimonium.*

39 *Metus reuerentialis an per se solum sufficiens censeatur ad annullandum matrimonium, ostenditur.*

40 *Contractus quando causa cognita probatur metu reuerentiali fuisse gestum, est nullus.*

41 *Magistris, & pædagogis à discipulis maior metus reuerentialis debetur, quàm propriis parentibus.*

42 *Pædagogorum impietas.*

43 *Magistris plurimum debent discipuli.*

44 *Metus reuerentialis præsumitur in eo, erga illum, sub cuius gubernio est.*

45 *Reuerentialis respectus, vt semper durare censeatur, efficit antecacta correctionis memoria.*

46 *Semel malè tractatus per aliquem, iustè timet expertus malè tractari per eundem.*

47 *Metus reuerentialis præsumitur in adulto respectu illius, qui olim fuit eius tutor.*

48 *Metus reuerentialis præsumitur in filia erga parentes.*

49 *Dolus quando tantus adest, vt consensum auferret, matrimonium cum eo celebratum est nullum.*

50 *Dolus dans causam contractui matrimonij, non impedit illud, nisi talis esset, qui impediret consensum.*

51 *Dolus absque dubio impedit matrimonium quando altera pars, cum qua celebratur actus, particeps fuit doli.*

52 *Contractus omnes bonæ fidei ex dolo sunt irriti.*

53 *Metus est difficilis probationis.*

54 *Metus ad probationem admittuntur indicia, coniecturæ, & præsumptiones.*

55 *Motrimonij contracti tempore quando nullus adest consanguineus, aut familiaris, præsumptio est voluntatis, & illatæ violentiæ.*

56 *Motrimonio quando celebrantur, adhiberi solent pater, & mater, &c.*

57 *Præsentia coniunctorum vbi adest tempore quo celebratur matrimonium, facit cessare præsumptionem metus.*

58 *Matrimonium celebratum portis clausis præsumitur metu contractum.*

59 *Matrimonium præsumitur metu contractum, si probetur famulos vnius ex contrahentibus ad forenses adesse, impedientes ne vllus introiret dum celebrabatur.*

60 *Matrimonium contrahens si antè pluries quæsiuisset exire, & eidem non fuisset concessum, præsumitur per vim contraxisse.*

61 *Metus arguitur in matrimonio postea contracto ex repugnantia nolendi aliquam in vxorem accipere.*

62 *Protestans se nolle contrahere defectum consensus, & voluntatem contrahendi ostendit.*

63 *Protestatio declarat consensum abesse ab actu.*

64 *Celeritas in matrimonio contrahendo fraudem arguit, & metum inducit.*

65 *Matrimonium insolito modo contractum arguit non bona fide cœptum.*

66 *Motrimonium tractatum cum conuentione soluendi certam pecuniarum summam, vtique arguit non bona fide cœptum fuisse negotium.*

67 *Bona fides minimè arguitur ex serie facti dolosa, & modo insolito.*

68 *Fuga sponsi est manifesta, & vrgens præsumptio, quòd voluntariè non consensit dicto matrimonio.*

69 *Fugiens à domo sponsæ, nec exinde vnquam rediens ad illam, arguit non sponte contraxisse matrimonium.*

70 *Conquestus statim de vi sibi illata, & de matrimonio per metum contracto, arguit non sponte contraxisse.*

71 *Publica vox & fama de matrimonio per metum contracto ad metum probandum est multum considerabilis.*

72 *Coniecturæ plures, quæ tendant ad eundem finem insimul, plenè probant metum, licèt qualibet de per se non sufficiat.*

73 *Metus ad probationem admittuntur præsumptiuæ probationes etiam imperfectæ.*

74 *Inuerisimilitudinem pro metu præsumendo in matrimonio solet Rota considerare.*

75 *Matrimonij nullitatem licèt aliqua per se considerata non inducunt, tamen omnia simul iuncta poterunt plenam efficere probationem.*

76 *Probationum in materia Iudex non debet applica*

applicare animum suum ad vnam speciem probationum.

77 *Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant, etiam in probationibus locum habet.*

78 *Probatio vna perfecta ex multis imperfectis fit.*

79 *Preces importunæ quot testibus probentur.*

80 *Testes duo tam masculi, quàm fœminæ sufficiunt ad probandum metum in causa matrimoniali, siue de coniungendo, siue de separando matrimonio tractetur.*

81 *Metus probatur per vnum testem de visu, iuncta aliqua alia præsumptione, vel si alij deponant de auditu.*

82 *Testes omni exceptione maiores non desiderantur vbi in causa matrimoniali nullitas intentatur ex defectu consensus.*

83 *Testes singulares probant violentiam, & metum.*

84 *Testibus duobus de metu magis creditur, quàm mille de spontanea voluntate deponentibus, præcipuè quando aliqua extat coniectura illati metus, vt num.87.*

85 *Metu probato, quasi impossibile est probare contrarium.*

86 *Conscientiam alienam nemo cognoscit, nisi Deus, qui corda scrutatur.*

87 *Thomæ Sanchez limitatio declaratur.*

88 *Testi asserenti matrimonium fuisse metu contractum, magis creditur, quàm alijs, qui sponte confectum dixerunt.*

89 [*Depositio secunda in articulo mortis facta, an præiudicet primæ?*

90 *Timor moriendi, & accedendi ad iustum Dei tribunal, æquiparatur iuramento.*

91 *Moriens non præsumitur immemor salutis æternæ.*

92 *Morientis confessiones, scripturæ, & responsa euidentius probant, quàm aliorum.*

93 *Confitens in extremo vitæ periculo præsumitur dicere veritatem.*

94 *Infirmantes magis quærunt salutem animæ, quàm bene valentes.*

95 *Morientis confessioni, siue declarationi omnino standum est, quando iuuatur coniecturis, & præsumptionibus.*

96 *Laudatur D. Blasius Gondisaluus à Ribero.*

97 *Metus in specie, & nō in genere probari debet.*

98 *Declaratur* l.fin.ff.quod metus causa.

99 *Metus dicitur trepidatio mentis,* &c.

100 *Dispositio qualificata quoties ad substantiam cuiuius actus requiritur, non dicitur satisfactum, nisi interueniat actus omnino qualificatus.*

101 *Matrimonij in contractu desideratur voluntas simul, & libertas.*

102 *Pueri in quibus nullus est vsus, propter imperitiam ætatis, non percipiunt tam facilè dolosa facta.*

103 *Sponsalia voluntaria præcedentia nihil operantur, vt matrimonium postea metu contractum non remaneat nullum.*

104 *Metus antecedens non purgatur per hilarem vultum tempore contracti matrimonij ostensum.*

105 *Metus præsumitur semper durare quandiu metum passus est in potestate ipsius metum inferentis.*

106 *Metus non dicitur purgatus ex æscula, & refectione sumpta.*

107 *Risus in ipso actu contrahendi non est indicium consensus.*

108 *Per verba,* sponte facio, *per metum passum tempore metus prolata non purgatur metus, sed geminatur.*

109 *Voluntas, & consensus ex coniecturis, non probatur concurrente metu, seu coactione violenta.*

110 *Animus non probatur, neque consensus, quando apparent signa extrinseca violentiæ inducentia metum præsentem, etiamsi probetur, quòd quis animo læto, & iucundo hoc fecit.*

111 *Animus cognosci non potest.*

112 *Testibus duobus affirmantibus metum incussum fuisse, magis credendum est, quàm centum deponentibus de spontanea voluntate.*

113 *Confeßio extraiudicialis non probat contra confitentem, etiam de Iure Canonico.*

114 *Confessio extraiudicialis, & non absque iuramento facta, non debet præualere alteri iudiciali, & iurata.*

115 *Confessio de matrimonio sponte contracto, non potuit sanare defectum consensus in eius celebratione interuenientis.*

116 *Confessionis extraiudicialis geminatio confitenti præiudicat.*

117 *Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares, etiam singularitate adminiculata.*

118 *Confessio præcipitata, & indelibera non præiudicat.*

119 *Metus improuisus tollit rectum iudicium deliberandi.*

120 *Confessio potest reuocari incontinenti.*

121 *Declarans incontinenti omnia gessisse per metum, & confessionem illius causa durante emanasse, redditur ista confessio penitus inualida, & nulla.*

122 *Actus omnes metum subsequentes meticulosi censentur.*

123 *Carnalis copula subsequuta non purgat metū.*

124 *Metus initium in actu influit in actus sequentes, & actus medio tempore facti non attenduntur.*

125 *Metus antecedens non purgatur, quamuis illum passus ostenderit in actu signa lætitiæ, & complacentiæ.*

126 *Quando apparet de metu, non debet quis admitti ad probandam spontaneam voluntatem directè.*

127 *Metus præambulus non fuit purgatus ex cantu, & risu puellæ.*

128 *Suspicio metus, qui caderet in constantem virum, sufficit ad annullandum matrimonium.*

129 *Paria sunt coactè facere, vel metu coactionis.*

130 *Suspicio de metu, aut cruciatu in matrimonio idem operatur, quod timor ipse cruciatus.*

131 *Timor iustus ex affectu metuentis dignoscitur.*

132 *Metus iusta suspicatio sufficit pro metu.*

133 *In matrimonio animus debet esse liber, non solùm à compulsione, sed etiam à timore compulsionis.*

134 *Paria sunt quòd quis compellatur per minas, vel per verbera, vel quòd timeat compelli.*

135 *Metus, & vis illata arguitur ex verbis imperiosè prolatis.*

136 *Opinio probabilis potest sequi, relicta alia forsan probabiliori.*

137 *Matrimonium metu celebratum non est fauore dignum, neque pro eius validitate in dubio pronuntiandum.*

138 *Nuptijs coactis non est fauendum.*

139 *Matrimonium contra legem Dei contractum æquè fauor est dissoluere sicut legitimum confirmare.*

1 SVPER nullitate matrimonij inter nobiles contractu in hac Curia Matritensi, fuit acerrimè disputatum. Casus autem non ignotus ita se haber. Ludouicus ætatis quindecim annorum ab eius pædagogo Presbytero asperæ, & seueræ conditionis viro importunis inductus fuit precibus, vt vellet Iosephum in matrimonium ducere, quod enixè solicitabat, eo quòd mille scuta sibi promissa erant, si id ad effectum perduceret; Ludouicum igitur ad locum vbi Iosepha morabatur, dolosè conduxit, & dum idem Ludouicus ab eodem pædagogo tunc importunè solicitaretur, omniaque pro contrahendo statim matrimonio parari vidisset, omnino turbatus, & protestans se nolle contrahere, ab eo loco aufugit; at illum sequutus dictus pædagogus in platea detinuit, ac coëgit vt rediret, & diceret, quòd vult contrahere, quia non esset matrimonium, sed tantùm complementum. Nihilominus tamen recusabat Ludouicus iterum accedere, & tandem ab eodem pædagogo in dictum locum arrepto pallio per vim introductus, resistere non est ausus, & ita matrimonium coram Parocho, & testibus contraxit, &, vt præsupponitur, infra breue temporis spatium consummauit, & cùm eodem instanti à ministris iustitiæ idem Ludouicus præuentus fuisset, quasi conturbatus, & a mente tam repentino euentu alienus, semel, & iterum coram eis confessus est matrimonium sponte contraxisse, sed ante elapsas horas 24. vbi primum suos vidit, & matrem allocutus est, reclamauit, & confessiones huiusmodi reuocauit, quia antea nullus aderat eius consanguineus, cuius auctoritate, & præsentia timere desineret. Hinc initium sumpsit præsens controuersia circa nullitatem matrimonij huiusmodi, & per Iudices in varias itum est sententias. Nam in possessorio Episcopus Bisertinus per Ordinarium deputatus dictam Iosepham manuteneri iussit in possessione cohabitandi, à quo decreto fuit per D. Petrum Testai Iudicem Apostolicum repositum; sed causa ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Nuntium Laurentium Campeggi per appellationem pro parte dictæ Iosephæ delata, Episcopi Bisertini sententiam confirmauit; quia tamen prætextu violentiæ ad Regium Consilium deducta, fuit declaratum vim dicto Ludouico in executione præfati decreti inferri. Vnde ad petitorium reuersa dicta Iosepha obtinuit coram Ordinario sententiam fauorabilem; & cùm postea mutasset animum, & Ludouico super eadem nullitate assentiret, exinde causam validitatis fisco tantum defendente per DD. Didacum Fernandez de Cordoua, & Andream Martel Iudices Apostolicos sententiæ binæ contra matrimonium latæ, quas D. Ludouicus Garcia Rodriguez, nunc Episcopus Autien. Iudex pariter Apostol. reuocauit, à qua per partes ad eundem Illustrissimum, & Reuerendissimum D. meum Nuntium fuit appellatum, & causa commissa DD. Ludouico Suarez de Bustamante, & Lucæ Spinosa, cum facultate procedendi, non autem pronuntiandi, nisi de eiusdem Illustrissimi D. mei voto, ad quod per eundem Illustrissimũ Dominum meum adsciti fuerunt, & sæpè sæpiùs congregati DD. Bernardinus Campellus Tribunalis Nunciaturæ Auditor, & Fabritius Sorbolus Abbreuiator, & Fiscalis, ac ego ipsorum minimus, insimul & Theologi aliquot, & per omnes causa fuit acerrimè discussa, & multa pro vtraque parte summo cum iudicio, ac subtilitate adducta, quæ cùm prælo digna iudicem, in votum redacta hîc ponere operæpretium duxi.

Pro validitate matrimonij primò fuit considera- 2
tum matrimonium, de quo agimus, contractum
fuisse iuxta formam Concilij Trid. *sess.* 24. *de refor-*
mat. cap. 1. ac proinde coram Parocho, & testibus, vn-
de cùm pro se habeat Iuris præsumptionem, stat illa
contra eos, qui illud annullare intendunt, ad not.
per Felin. *in cap. causam matrimonij num.* 6. *de offic. de-*
leg. Anton. Gom. *var. lib* 2. *cap.* 14. *num.* 27. Paz *cons.*
3. *num.* 69. Gutier. *cons.* 10 *num* 24. Faiard. *de legitim. per*
subsequens matrim. num. 188. Sanch. *de matrim lib.* 4.
disp. 9. *num.* 9. & 12. & *disp.* ·0. *num* 7. *in fine* Et ita, † 3
qui allegant metu contractum, tenentur illum pro-
bare. Mantic. *decis.* 142. *à princip.* Maximè, † quia 4
adsunt aliquæ coniecturæ metus exclusiuæ, veluti quia matrimonium fuit celebratum in Curia, in qua metus non præsumitur cuiquam ita de facili inferri, ad *l. fin. ff. quod metus causa*, quam ad illius exclusionem in simili adducit Paris. *cons* 170. *num* 20 *lib.* 4. *l.* 1 *C. de his qui per metum iudic. non appell.* ibi, *in sacro enim comitatu nostro nihil timere potuisti*, &c. quem textum sic summat Bald. *Vbi Princeps, ibi securitas, & illa formido est vana, quæ formidoloso non patrocinatur*, *l. seruus C. quod cum eo*, Ias. & Deci. *in l. si super possessione C. de transact.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 126. *num.* 3. Honded. *cons* 100. *num.* 70 *vol.* 1. Bursat. *cons.* 72. *num.* 46. *vol.* 1. ibi, *Primò, quia hic actus fuit gestus in ciuitate, cui præest excellentissimus Princeps, populi sui amator, iustitiæ cultor, & conseruator, & qui pro præstantissima illius integritate, quod æquum, & bonum spectat, vtilitati omnium ciuium consulit, bonos tuetur, malos autem supplicio afficit, ad quem potuit haberi recursus: non*

itaque

itaque est verosimile quemuis metum alicui illatum; qua stante iuris præsumptione probatio contraria per testes omnino idoneos requiritur. Ægid. Bossi. *in tit de pluribus viol num* 85. Roland. *cons.* 83. *num.* 37. *vol.* 2. Nec etiam metus præsumitur inter personas æquales, vt arguendo à verisimili tenet Rota *coram Greg.*
5 *XV. decis.* 326. *n.* 6. † Ex his igitur pro validitate matrimonij videbatur potiùs inclinandum, iuxta tradita per Bald. *cons.* 123. *lib.* 1. Cæs. de Graffis *decis.* 2. *num.* 6. Tiraq. *de legib. connub. l.* 2. *glos.* 1 *p.* 2. *à num* 45. *& l.* 5. *à num.* 31. *& de nobilit cap.* 3. *num.* 11. 37. *&* 80. Rot. *decis.* 772. *num.* 10. *cum seqq p.* 2. *apud Farin. in nouissimis nouiss.*

6 Secundò, quia ex antecedentibus, & subsequentibus voluntatem interuenisse probatur, Rnt. *decis.* 643. *p.* 1 *in recentiorib.* Antecedentia autem enixam præse ferunt contrahendi voluntatem; tum, quia dicitur Ludouicum per quindecim dies matrimonium præcedentes, dictam Iosepham visitasse quotidie, quæ frequentes visitationes voluntatem huiusmodi demonstrant, Rot. *decis.* 273. *num.* 9. *p.* 4 *nouiter no-*
7 *uissim.* tum † etiam, quia musicos, qui canerent, ad eam adduci curauit, ex quibus eadem voluntas elicitur, Rot. *d. decis.* 772. tum denique, quia præsupponitur illum non minimam adhibuisse diligentiam pro obtinenda dispensatione Illustrissimi D. Nuntij ad contrahendum sine consuetis denuntiationibus,
8 eadem Rot. *d. decis.* 273. *num.* 10. † quæ diligentia eandem ostendit voluntatem, Seraph. *decis.* 1000. *num.* 2. *&* 10. necnon allegatur soluisse dispensationis huiusmodi expensas, ex quo eadem colligitur voluntas, ad notata per Pute. *decis.* 329. *num.* 3. *lib.* 2. Flamin. Paris. *de resignat benefic. lib.* 10. *quæst.* 8. *num.* 55. Subsequentia eundem præseferunt contrahendi animum, & voluntatem, quia in actu contracti matrimonij Parochus nullam in Ludouico agnouit renitentiam, sed summam contrahendi voluntatem, vt ipse testatur, tum quia Ludnuicus lætus postmodum eodem die non semel confessus est coram Vicario, & aliis, matrimonium sponte contraxisse, quæ confessio
9 concludenter probat, † glos. *verb confessi, in cap. super eo, de eo, qui cognouit,* Socin. iun. *cons.* 89. *num.* 9. *lib.* 2. Rot. *d. decis.* 273. *num.* 7. Tum etiam, quia confessio huiusmodi est declaratiua propriæ voluntatis, & consensus, & ideo non potest contrarium probari, nec reuocari, cùm eorum, quæ in animo consistunt, error per exteriorem probationem detegi non valeat. Tum denique, quia dicta reuocatio videtur facta persuasionibus matris, postquam cum illa alloquutus fuit, vnde operari non debet contra propriam confessionem antea sponte factam, Rot. *decis.* 605. *num.* 5. *p.* 2. *in recent.* Eo maximè, quia plures testes deponunt de enixa voluntate dicti Ludouici, quibus cum huiusmodi coniecturis adminiculati sunt, maior fides adhibenda, ex vulgara Decij doctrina *in cap. fin num.* 25. *cum seqq de appellat.* Sanch. *de*
10 *matrim. lib.* 4. *disp.* 27. *à num* 2. † Et in concurrentia probationum magis creditur his, qui sunt adminiculati præsumptionibus, & coniecturis actum spontaneum, & liberum inducentibus, Cou. *de sponsalib p.* 2. §. 5. *num.* 10 Sanch. *d. disp* 27. *n.* 3.

11 Tertiò, quia non probatur pædagogum tempore illatæ vis dixisse verba talia, ex quibus metus inferri possit, non solùm grauis, & qui cadere posset in constantem virum, sed nec etiam leuis, qui nullo modo sufficiens videtur, Rot. *decis.* 218. *num.* 2. *post*
12 *tom.* 2. *consil Farinacy.* Tum vel maximè, quia † non desunt Doctores affirmantes non sufficere metum, nisi procedant minæ mortis, seu alicuius notabilis periculi, quæ in hoc casu non aderant, Bart. *in l.* 1. §. *quæ onerandæ, ff quar. rer. act. non det.* quem refert, & sequitur, Rot. *coram Greg. XV. decis.* 347. *num.* 4 *per text. in l. interpositas, C de transact.*

Quartò, quia non est in Iure omnino certum, nec 13
à Doctoribus communi calculo receptum, quòd metus reuerentialis per se solum annullet matrimonium, & quòd importunæ preces, seu dolus idem operentur; quo in dubio ferenda erat sententia ad fauorem matrimonij, *cap. fin. de sentent & re iudic.* & in dubiis matrimonialibus tutior pars est eligenda, *cap. iuuenis, de sponsal.* cum aliis citatis per me *Axiom.* 78. *num.* 2.

Sed his minimè obstantibns pro nullitate matrimonij fuit conclusum, multis, sed his potissimum fundamentis.

Primum fundamentum.

Certa est in Iure nostro conclusio, quòd matri- 14
monium metu celebratum est ipso iure nullum, vt tenent Doctores communiter *in cap.* 2. *de his quæ vi, & in cap. cum locum, de sponsal. & in cap. veniens el* 2. *eod. tit. & in cap. significauit, de eo, qui duxit in matrim.* latè Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 12. *num.* 18. non solùm ex constitutione Ecclesiæ, sed etiam ex natura contractus, Farin. *fragm. crimin p.* 2. *verb. metus num.* 18. Atqui clarè probatur Ludouicum effectiuè metum, & violentiam passum fuisse ad contrahendum matrimonium; ergo euidens est eius nullitas, deficiente enim libero consensu, deficit quoque efficiens causa illius, *cap. sufficit* 27 *quæst.* 2. *cap. cùm apud, d. cap. cùm locum, de sponsal.* Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 1. Gutier. *de matrim. cap.* 46. *num.* 1. Basil. Ponc. *eod. tr. lib.* 2. *cap.* 1. *cum seqq.* Metus † autem proba- 15
tur ex eo, quia pædagogus fugientem Ludouicum ne contraheret, arrepto pallio violenter reduxit ad locum in quo contraxit, vbi licèt exteriorem voluntatem tunc ostendere videretur, interius tamen in animo contradicebat, ad text. *in l metum* 5. *ff. quod metus causa,* & sunt pulchra verba Baldi, quæ naturam metus mirificè declarant *in tract schismatis*, qui ita loquitur. *Est enim meticulosa voluntas, prægnans, impura, & multiplicans quendam dissensum cum consensu, & quandam cum affirmatione negationem: habet enim in superficie volitionem, in medulla nolitionem, & scinditur cor hominis in duas partes, & vna pars est velle, altera non velle, prima superficialis, secunda realis.* Et loquendo de matrimonio *ibidem num.* 16. dicit, *quòd absque suo intrinseco effectu esse non potest, & huiusmodi metus essentiam soluit, vt ipso iure non valeat, quia huiusmodi metus omnino remouet voluntatem àb actu.*

Quod ex eo euidentiùs apparet, quia declarante 16
ipso Ludouico se nolle contrahere, pædagogus imperiosè iussit, vt contraheret, ex quo resultat metus sufficiens ad matrimonium annullaodum, vt in terminis considerat Hippol. Rimin. *cons.* 77. *num.* 24. in hæc verba. *Ex quibus verbis imperiosè prolatis arguitur vis, & metus illatus Martinello, secundùm Veronens.* in dict. cons. 2. col. 2. *tantoque magis, quia respondit Martinellus: Io no la voglio sposare, vel, vt aliqui testes dicunt, Gia che volete che io la sposi io la sposaro: priora enim verba metum inferunt veluti præceptiua; secunda verò defectum voluntatis Martinelli in desponsando dictam Catinellam, quæ ambo sunt contraria substantiæ matrimony, &c.*

Requiritur igitur in matrimonio contrahendo 17
omnimoda libertas, itaut consensus sit cum qualitate libertatis; nam matrimonium aliter celebratum non tenet ipso iure tanquam metu contractum, cùm per eum tollatur illa qualitas libertatis in ma-

trimonio contrahendo requisita, quamuis metus
habeat consensum, non tamen spontaneum, prout
dicit glos. *verb licentiam, in cap. notificasti 33 quaest. 1.*
quam conclusionem sequitur Panor. *in cap. Abbas,*
num. 8. quod metus causa, latè comprobat Boër. *cons.*
18 *20. num. 38. in fine, & seqq.* Ad † hoc enim, vt dicatur
matrimonium non metu contractum, minimè suffi-
cit simplex consensus, sed requiritur plena securitas,
& libertas, vt tenent Nauar. *cons. 5 sub num. 3. de spon-*
sal. Fachin. *lib. 3. controuers. cap. 18. vers. Ad secundum*
respondeo, Rot. *decis. 643. num. 9. p. 2. recentior.* &
sunt pulchra verba Pauli Paris. *cons. 61. num. 31. lib. 4.*
19 ibi, † *Et quoniam matrimonia debent esse libera, & gau-*
dere plenissima libertate, vt in c. cùm locum, c. requisiuit,
cap. gemma, de sponsal. & iterum *cons. 53. n. 46. eod. lib. 4.*
ibi, *Et quia in matrimonio requiritur voluntas cum ple-*
na libertate, & securitate, vt deduxit, & tenet Alb. in d.
20 cap. Abbas, *infertur necessariò, † quòd voluntas & liber-*
tas necessaria sunt in ipso matrimonio, & si adest volun-
tas, & non libertas, non potest dici satisfactum disposi-
tioni iuris, nec matrimonium ita celebratum poterit subsi-
stere, & sequitur Hippol. Rimin. *consil 77 num. 4. in-*
ter matrimonialia Zil. 11, Fortun. Garc. in tractat. de vl-
21 *timo fine num* 188. 189. & 429. Et † in casu nostro
absque dubio est, Ludouicum in matrimonio contra-
hendo non habuisse omnimodam libertatem, seu li-
berum velle, sicut nec dicitur habere liberum arbi-
trium, seu libertatem ille, qui in eligendo sequi vi-
detur alterius voluntatem, vt tenet Anton. de Butrio
in cap. cùm virum n 7. de Regular. & pulchrè in nostris
terminis Franc. Monald. *cons. 5 num. 42. & 44. p. 2.*
22 Neque adeò grauem metum in Ludouico exigere
debemus, quia cùm aetatem quindecim annorum
non excederet, multò minor metus in eo exigitur,
quam quod requiritur in iuuene maiore, vt probatur
ex text. *in l. 3. ff. ex quibus causis mai.* ibi, *& hoc ex af-*
23 *fectu eius intelligitur,* & † resoluit Sanch. *de matrim. lib.*
4. disp. 3. num. 4. ibi, *attendenda est aetas, vt si senex, vel*
puer sit, cui metus incutitur, similiter eius fortitudo, in-
nataque animi magnitudo, imò paruitas, & fragilitas;
idem tenent Barbat. *consil. 60. num. 4.* Socin. *cons. 97.*
lib. 3. qui loquitur in minore quindecim annorum,
Paul. de Castro *cons. 174 num. 3. lib. 1.* Purpur. *cons.*
579 num 7 Rimin. sen. *cons. 1. num. 22.* Menoch. *de*
praesumpt lib 6. praes. 50. num 31. & cons 1252. num. 24.
Farin. *verb metus, num. 74.* Franc. Soarez *de Relig. tom.*
24 *3. lib. 6 cap. 4. num. 11.* ibi, † *Aliam enim constantiam*
requirit recta ratio in viro, quam in foemina, & aliam in
matura aetate, quam in puerili, &c. iterum Thom. Sanch.
d. lib. 4. disp 17. num. 2. prope fin. vbi ait: *Respectu foe-*
minae, aut meticulosi adolescentis ex subiecti quantitate me-
tum ex genere leuem dici interdum in foro conscientia gra-
uem respectiuè, & esse cadentem in virum constantem,
redderéque matrimonium irritum, Gutier. *de matrim.*
25 *cap. 77 num. 3.* Et ideò † magis verosimilis redditur
metus habita consideratione ad personam, quae il-
lum patitur, vt tenuit Rot. *decis. 326. num. 14. & 26.*
coram Gregorio XV Menoch. *d. praes. 50. num. 31.* ratio-
nem reddens illis verbis. *Nam pueri, in quibus nul-*
lus est vsus, & qui omnia maiora, quàm sint, iudicant,
propter imperitiam aetatis, rebus quibuscunque etiam le-
26 *uissimis terrentur.* † Et hoc non solùm in metu, quem
coactiuum appellamus, locum habere dicitur, sed
etiam in reuerentiali, vt in specie firmauit Marc.
Anton. Cuch. *lib. 5. instit. maio. tit. 12. num. 133.* à
quo non dissentit Sanch. *d. lib. 4. disp. 6. num. 8.* & te-
net Menoch. *consil. 1252. num. 24.* qui omnes re-
soluunt, minorem metum reuerentialem sufficere in
puero, quàm in adulto.
27 Vnde negare non possumus metum, vt fertur in-
cussum sufficere ad effectum de quo agitur, quia li-
cèt non probetur praecisa vis, & totalis, ac semper,
vbique Ludouici resistentia, nihilominus tamen suf-
ficit, quòd iuste timeret, prout timuit ne ita com-
pelleretur, vt est text. *in l. nouissimè, ff. quod falsò tut.*
actor. ibi, *quod enim si metu compulsus, aut metuens ne*
compelleretur, l. 1. §. quae onerandae, vbi Bart. *ff. quarum re-*
rum actio non datur, Hippol. Rimin *cons. 77. num 29.*
inter matrimonialia Zilleti, Viui. plures referens *de-*
cis. 34. num. 7. lib. 1. Burgos de Paz *cons. 25. num. 73.*
Ioan. Gutier. *cons. 16. num. 5. & cons. 40. num. 1. & 3.* Va-
lençuel. *cons 29. num. 52.* Seraphin. *decis. 863. num. 3.*
vbi quòd ita fuit saepissimè resolutum, quod maxi-
mè procedit quando suspicio est probabilis, Bald. *in*
l. interpositas, num. 6. in princ. vers. Item adde, C. de transf-
act. vbi dicit probabilem suspicionem metus aequi-
parari ipsi illato metui, & ibi etiam Curt. iun. *num.*
29. Ioan. Siccard. *num 9. in fine,* Thom. Grammat. *decis.*
103. num. 57. Herculan. *de cautel. de non offendendo cap.*
2. num. 13. vbi † quòd metus praesumitur probata il- 28
lius causa, licèt metus in effectu non probetur, Fa-
rin. *d. verb metus num. 26.* vbi ampliat non solùm si
matrimonium fiat ex metu, sed etiam ex praesum-
ptione metus, Alex. *cons. 99. lib. 3.* vbi † vult quòd so- 29
lus timor violentiae inferendae dicatur iustus metus
ad infirmandum matrimonium, tanquam metu fa-
ctum, ex glos. *in cap bona el. in verb. metuebant, cir-*
ca med. in vers. timebant, de elect. & ita etiam tenet
in nostris terminis dicendo praefatam glossam com-
muniter approbari, Ferret. *consil. 296. num. 15.* elegan-
ter Franc. Monald. *cons. 5. num. 52. cum duobus seqq.*
vol 2. Euerard. *consil. 4. num. 13. tom. 1. inter matrimo-*
nialia Zilletti.

Secundum fundamentum.

Praeter metum, quem suprà interuenisse memo- 30
rauimus, non defuerunt etiam eiusdem paedagogi
importunae, & instantissimae preces, siue persuasio-
nes, quibus compulsus Ludouicus matrimonium
celebrauit, aliter non contracturus; illae enim iustum
metum, qui cadere possit in constantem virum, in-
ducunt, *l. 1 ff. de seruo corrupto,* ibi, *persuadere est plus-*
quam compelli, & cogi sibi parere, l. 1. C. ne filius pro pa-
tre, vbi glos. *verb. extorta, l. cum 5. C. de apostat.* ibi, *qui*
seruum siue ingenuum inuitum, vel suasione, l. 1. C. de
petit. bon. sublat. lib. 10. ibi, *inuerecunda petentium in-*
hiatione constringimur, vbi glos. *l. 3. ff. de libero hom. ex-*
hib. ibi, *si quis volentem retineat, non videtur dolo malo*
retinere; sed quid, si volentem quidem retineat, non ta-
men sine calliditate circumuentum, vel seductum, vel so-
licitatum, rectè dicetur dolo malo retinere, l. vnic. C. de
rapt. virgin. ibi, *nisi enim eam solicitauerit, nisi odiosis*
artibus circumuenerit, non facit eam velle, vbi Bart. *num.*
20. &c. *Extrauag. execrabilis, de praebend. Ioannis*
XXII. in princip. ibi: *Et improbitas importuna pe-*
tentium à nobis, & praedecessoribus nostris, non tam ob-
tinuisse, quàm extorsisse plerumque noscuntur, vbi glos.
verb extorsisse, ait, *Ab initio per talem importunitatem,*
cap. fin de rescript. lib. 6. ibi, *quia per ambitiosam impor-*
tunitatem potentium, vbi glos. *verb. importunitatem,*
ait: *Propter quam Principes saepè non concedenda conce-*
dunt, l. 2 tit. 19 par. 7. ibi, *como manera de fuerça os fol-*
sacar, &c.
Ex quibus Iuribus patet, quòd nimiae persuasio- 31
nes, per quas persona inducitur ad contrahendum,
habentur loco compulsionis, & coactionis, & infe-
runt ad matrimonij inualiditatem sicut metus, ita
Angel. de Vbaldis *consil. 46. num. 4. par. 1. inter matri-*
monialia Zilletti, ibi, *Accedit etiam ad hoc, quòd nimia*
impor

imp. rtunitas infert ad actus inualiditatem, sicut & metus. Et paulo inferiùs, ibi, Ergo sequitur, quod importunitas mulierum de domo facta dicta Helena reddit dictum assertum matrimonium inutile. Idem ferè probat Martin. de Garratis inter eadem consilia matrim. Zilleti cons. 15. num. 16. Ferret. cons 296 num. 17. ibi: Per qua iura patet, quòd nimia persuasio, per quam persona inducitur ad contrahendum, habetur loco compulsionis, & coactionis, & consequenter, quòd tollatur in puella plena securitas, & liber consensus contrahendi, quia nimia etiam rogationes, & preces importuna sorori, & Francisci eius mariti, vt contraheret cum Bartholomao, comparantur metui ad actus rescissionem, secundùm Innoc. in cap. petitio, de iureiur. &c. Aym. Crauet. cons. 461.
32 num. 11. vol. 3. ibi: † Persuasio enim vim coactionis habet, &c. Philip. Paschal. de viribus patria potest par. 3. cap. 2. num. 37. in fine. par. 2. Franc. Monald. consil. 5. num. 47. & 48. vol. 2. Ioan. del Castillo controuers. lib. 3. cap. 1. à num. 105. comprobat eleganter plures referens, & rationem reddens Basil. Pont. de matrim. lib. 4. cap. 5. num. 17. ibi: † Huius sententia aliud funda-
33 mentum est, nisi quia expectata natura ipsa rei, & rationis iudicio adeo grauem molestiam inferunt instantissima preces, vt meritò mouere debeant, virum constantem ad aliquid efficiendum: si enim metus cruciatus alicuius corporalis est, cadens in virum constantem, grauior cruciatus anima est instantia precum assidua. Quòd si apud Pontifices, quorum suprema in Republ. auctoritas est, importuna preces adeo grauem molestiam afferunt, vt sape
34 annuant uotis postulantium, quis dubitet † etiam secundùm recta rationis iudicium adeò molestas esse instantes preces, vt meritò metui cadenti in constantem virum aquiparari possint. Bene Antonin. Diana resoluc. moral.
35 par. 3. tract. 4. miscel. fol. mihi 312. ibi: † Notandum est tandem id, quod dictum est de metu reuerentiali, dicendum esse de precibus importunis etiamsi cum ipsis non adsit metus reuerentialis, & ita contra Sanch. vbi sup. disp. 7. num. 7. Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 5. & alios penes ipsos, assero preces importunas, seorsim consideratas, & sine metu reuerentiali efficere metum iustum, & cadentem in constantem virum, dummodo non inducant tantùm ad contrahendum, sed faciant non libenter contrahere. Ita glos. in cap. sua fraternitatis, verb. importunitatem, de praben. vbi Host. in princ. Imol. num. 2. Rebuff. tom 2. constit. Reg. tit. de rescript. art 1. glos. 3. vers. Item non valet electio, Peralta in l. si quis num. 93. ff de legat. 3. Nald. in summ. verb. metus num. 4. Basil. Pontius vbi suprà de matrim. lib. 4. cap. 5. num. 17. & cap. 12. per tot. &c.

36 Hæc eadem resolutio admittitur per Rot. d. decis. 316. num. 3. coram Gregorio XV. vbi fuit dictum, importunas persuasiones per se solas inducere iustum metum ad matrimonium annullandum, etiam sine minis, & verberibus, ibi: Concurrunt importuna, & continua persuasiones, quibus nomine patris sollicitabatur, tam à nouerca, quàm à quodam Sacerdote, qua sufficiunt sine minis, & verberibus, Afflict. decis. 69. num 4 Aym. cons. 29. num. 34. At abundat in casu nostro quòd huiusmodi minæ præcesserint, quia pædagogus, cùm Ludouicum importunè persuadebat, vt matrimonium contraheret, nimium terribilis ei videbatur,
37 vnde † per solum vultum terribilem minas incuti posse resoluunt Bald. in cap. 1. § iniuria, C. de pace iuram. firm. Angel. in l qui in aliena, §. 1 ff. de acquir. hered. Cald. Pereira decis. 30 num. 7.

38 Quæ tantò magis veriora sunt, quando huiusmodi importunæ preces procedunt a persona, cui reuerentia debetur, prout in casu nostro, tunc enim sufficientes ad annullandum matrimonium absque dubio erunt, vt firmant Farin. fragm. crimin. par. 2. verb. metus num 99. Rot. d. decis. 316. num 13. & 14. coram Greg. XV. & decis. 105. num. 3. par. 1. recentissim & expreßè Sanch. lib. 4. disp. 7. per tot. vbi num. 7. concludit in hæc verba: Sit conclusio inter has sententias, secundam reputo probabiliorem; cùm enim ex vna parte importunitas, cuiuscunque sit, valde vrgeat, ne dicam vexet, & opprimat (vt probant omnes text. adductis pro prima sententia num. 4.) & ex altera parte reuerentia persona petentis debita pusillanimem ac timidum, nec audientem contradicere, rogatum reddat, meritò, ac iure optimo vtraque metuendi causa coniuncta, prudentem, ac constantem coget, ipsiusque consensum extorquebit. Ergo si sufficiunt ad compellendum virum constantem, multò magis sufficientes erunt ad compellendum puerum 14. annorum, vt in casu nostro.

Et licèt metus reuerentialis per se solum non censeatur sufficiens ad annullandum matrimonium, vt 39
colligitur ex l. 6. C. de his qua vi, ibi, Ad inuidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet, vnde intelligis quòd ad metum arguendum, per quem dicis initum esse contractum, senatoria dignitas aduersarij tui non est idonea; ex quo text. Bart. in 2. lect. generalem deducit regulam quod sola reuerentia non est ratio inducendi actionem quod metus causa, nisi mina, vel alius terror interuenerit, idem Bart. in l. 1. §. qua oneranda num. 4. ff quarum rerum act. non datur, Alex. in l. si cùm dotem §. eo autem tempore, n 11. ff. soluto matr. Georg. Nat. in cap. quamuis pactum num. 10. de pact. lib. 6. Abb. in cap. insinuante num. 7. qui cler. vel monachi, Felin. in cap. causam matrimonij num. 3. de offic. deleg. & per text. in l. si patre cogente, ff. de ritu nupt. & in cap. vnic. § fin. de desponsat. impuber. lib. 6. tenent Sanch. dict. lib. 4. disput. 6. num. 7. nouissimè Don Anton. Cabreiros de metu lib. 2. cap. 19. num. 74. Alij contrarium non immeritò sentiunt, ex quorum numero sunt Monald. d. cons. 5 à num. 44. vol. 2. & nouè Antonin. Dian. moralium resolut. par. 3. tract. 5. Miscel. resol. 10. vbi postquam in principio negatiuam retulit sententiam, primo loco citatam, aliam tanquam probabiliorem, & in praxi magis securam, sequitur his verbis. Sed ego contrariam sententiam non minus probabilem, & in praxi tutam existimo, quam nouissimè docent doctus Basil. de matrim. lib. 4. cap. 5 num. 6. & alij penes ipsum, & penes Menoch. lib. 1. cons. 491. & de arbitr. iudic. lib. 2. casu 136. & Farin. in fragm. verb. metus num. 126. Et paulo inferiùs. Ex his omnibus possunt Confessarij sine vllo scrupulo infinitos vxorum & filiorumfam. contractus rescindere, nam vtplurimum ex metu reuerentiali efficiuntur, qui, vt diximus, cadit in constantem virum, etiamsi sit sine minis, & verberibus, &c.

Nihilominus tamen quando causâ cognitâ proba- 40
tur contractum metu reuerentiali fuisse gestum, vt in casu nostro, in quo Ludouicus sæpiùs protestatus est coram pædagogo suo se nolle contrahere, tunc probata huiusmodi causa non censetur legitimum consensum matrimonio præstitisse, vt tenet Abb. in cap. nonne sub num. 1. vers. Sed hoc mihi, de presumpt. quem commendat ibidem Felin. num. 4. qui hæc notabilia verba adducit: Sed ista fallentia limitatur secundùm D. Abb. hic paulo infrà, nisi causa cognita constaret filium, vel filiam ob reuerentiam tacuisse, de quo dicto nunquam sis oblitus, quia non legi alibi, & est actum infringere mille sponsalia, &c. tenet Marsil. sing. 147. in vers. Sed hoc dictum, sequitur Franc. Monald. d. cons. 5 num 45. & 46. vol. 2.

Neque patitur dubitationem, magistrum, & pæ- 41
dagogum numerandos esse inter eas personas, quibus debetur maior metus reuerentialis, quàm propriis parentibus, quia vtplurimùm isti filiorum supplicia

plicia ad pædagogos remittunt, quo fit, vt amor in parentibus, timor verò in magistris, & pædagogis in dies magis crescat, vt bene insinuat Horat. Luti. *de priuilegijs schol. in proœmium. 12. tom. 18. tract. fol. 71.* ibi, *Adde (si libet) tot contumelias, iniurias, & verbera, quibus à præceptoribus afficiuntur, dum sunt in tenera ætate constituti, vt meritò dixerit Horat.* Multa tulit, *&c. tunc in quadam quasi seruitute manentes, nec velle, nec nolle habent, nec quicquam sine eorum licentia agere audent, ac ita libertatem omnibus rebus inæstimabilem amittunt, voluntque Iurisconsulti leuem castigationem magistris esse concessam*, l. 5. ff. ad legem Aquil. & l. item quæritur, §. item Iulianus, ff. locati, *ac impunitas esse ab eis illata verbera*. l. aut facta, §. causa, ff. de pœnis, *idque obseruari testatur August. de Marcell.* epist. 159. *&* *habetur* in cap. 1. in fine 23. quæst. 5. *& Cicero* lib. 4. Rhet. ad Heren. *dicit sapienter facere qui adolescentes maximè castigant, vt quos ad vita decora domifica laudis exempla non prouocant, saltem correctio-
42 *nis medicina compellat*, l. 1. C. de emendat. propinq. † *Sed profectò adeò inoleuit multorum pædagogorum impietas, seu insania, vt Reip. interesset plagosos quosdam orbilios magis, quàm discipulos castigari, quo nimijs verberibus ingenuis adolescentibus literarum odium non instillarent, cùm verbis, & monitis potiùs vti debeant, vt tradit Plutarch.* in vita Catonis Vticensis, in princ. *& in eo libro, quem de liberis educandis inscripsit Plato* dial. 7. de Republ. *Seneca* de clement. lib. 1. *Quintil.* lib. instit. Orat. *& Marc. Varro* de re rustica lib. 1. cap. 20.

43 Singulariter P. Ioann. de Torres in *Philosophia morali Principum lib. 4. cap. 8. pag. mihi 255.* ibi, *Entiendesse tambien en este nombre de Padres los Ayos, los Tutores, los que tienen cuidado de otros, y mas en especial los Maestros, segun nota san Geronymo en aquella su declaracion de las questiones Hebraicas, sino es que sea agena. De donde es, que dixo Aristoteles no auer precio equiualente para pagar los hijos a sus Padres, ni los discipulos a sus Maestros la deuda en que los estan obligados. Lo qual reconocio el grande Alexandro no menos digno de ser celebrado por sus hazañas, que por la nobleza de coraçon con que honrò a su Maestro, pues dezia deuerle mas en cierta manera que a su mismo padre. Con esta dotrina començò los preceptos de su eloquencia el famoso Quintiliano, auisando a sus discipulos que no tuuissen en menos estima, y possession a los Maestros que a los padres naturales, y verdaderos. Todo lo qual hallamos confirmado en las diuinas Letras, pues los Discipulos llamauan padres a sus Maestros, como lo hizo Eliseo con Elias, Ioab Rey de Israel con el mesmo Eliseo, y otros muchos que sera largo ponerlos en escrito.*

44 Hinc etiam Sanch. *d. lib. 4. disp. 6. ex num. 24.* inter personas, quarum respectu debetur metus reuerentialis, refert tutorem, curatorem, aut consanguineum transuersalem, & demum metum reuerentialem præsumi in eo erga illum, sub cuius gubernio est, notat Cephal. *cons. 642. num. 106. cum seqq. vol. 5.* Iacob. Cancer *var. tom. 3. c. 15. num 243.*

45 Nec inconueniens, quòd tempore contracti matrimonij pædagogus iam talis esse desierat, ac videbatur imperium super Ludouicum nullum tunc temporis habere, quia respectus, & reuerentia, quam dicto pædagogo profitebatur Ludouicus, adhuc perdurabat, nam anteactæ correctionis memoria efficit, vt semper respectus reuerentialis durare censeatur, sicut tenent Bald. & Cyn. *in l. 2. C. quod metus causa*, Euerard. *cons. 4. inter matrimonialia Zilleti, num.*
46 23. Vbi † quòd semel malè tractatus per aliquem, iustè timet, expertus malè tractari per eundem, etiamsi sit relaxatus; cùm ex præterito capiatur coniectura ad præsens *c. scribam, de præsumpt.* cum similibus. † Ex
47

qua ratione Doctores inter personas, in quibus præsumitur metus reuerentialis, referunt adultum respectu illius, qui olim eius tutor fuit, vt ex Carol. de Grassis, colligit Cancer *var. resolut. tom. 3. cap. 15.*
n. 243. ibi, † *Metum reuerentialem præsumi in filijs er-* 48
ga parentes. Et paulo inferiùs, ibi: *Et in adulto erga olim suum tutorem*, &c.

Tertium fundamentum.

Ex eorundem testium depositionibus patet, talem 49
dolum intercessisse in huiusmodi matrimonij celebratione, vt consensum Ludouici omnino ab actu excluderet. nam dictus pædagogus ad hunc effectum eum à propriæ matris, consanguineorum, ac famulorum conuersatione semouit, vt magis celaretur dicti matrimonij tractatus; & deinde dolosa persuasione eum induxit, vt consensum se præstare matrimonio simulasset, quod nihilominus non esset matrimonium: quia falsa fide suasus Ludouicus, & tanquam discipulus à falso magistro malè doctus, ob teneram ætatem facilè credidit, & matrimonium absque animo, & sine necessario consensu se contrahere de illius consilio credens finxit. Ex quo facto succedit firma, & certa Iuris conclusio, quòd quando tantus adest dolus, vt consensum auferret, sicut in nostro casu, matrimonium cum eo celebratum est nullum; ita Abb. *in cap. dilectus, num. 13. de his quæ vi*, vbi Imol. *num. 9.* Angel. *verb. matrimonium, imped. 4. num. 1.* Siluest. *eod. verb. 8. quæst. 8.* ibi, *nisi sit talis dolus qui consensum excludat, quia sic non teneretur*, &c. Franc. Curt. *vol. 7. repet. in l. interpositas. C. de transact. num. 7. in fine*, ibi, *nisi tantus dolus interuenirat, qui faciat abesse consensum*, &c. Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. Card. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 1. tit. 9. num. 35.* ibi, *sed hoc debet restringi, vt locum habeat, nisi talis dolus intercesserit, vt consensum ab actu omnino excludat*, &c. singulariter Gallerat. *de renunciat. lib. . cap. 11. n. 5.* ibi: *Quia dolosa persuasio impedit liberam voluntatem, quoniam ea plus est, quam violenta coactio*, &c.

Eleganter materiam declarat Petr. Francisc. de 50
Rauenna *cons. 64. inter matrimonialia Zilleti, num.* 24. ibi, *Et aduertat etiam dominus iudicans, quòd licèt soleat dici, quòd dolus dans causam contractui matrimonij non habeat impedire matrimonium, vt notabiliter voluit glos.* in cap. cùm dilectus, quod metus causa, & in l. à Diuo Pio, ff. de ritu nupt. *Tamen hoc est verum, nisi esset talis, & tantus dolus, qui haberet impedire consensum, vt voluit Abb.* in cap. cùm dilectus, *quod metus causa, allegat. not.* per Ioan. Andr. *in cap. vnic. de ratiocin. & text. in cap. cùm locum, de sponsal. Sed in casu nostro dato etiam sine præiudicio veritatis, quòd matrimonium fuisset purè contractum, tamen talis, & tantus partis aduersæ interuenerat, vt probabitur, qui haberet impedire consensum; cùm autem & conditio, & dolus fuerit in casu isto, tanto magis est dicendum tale matrimonium non tenere*, &c. Idem probat Gutier. *de matrim. cap. 89 num. 5.* Ibi, *Eam temperare quosdam, quando tantus esset dolus, vt consensum auferret, quia tunc irritaret matrimonium, quamuis ipse existimet eam moderationem non esse necessariam; ego verò in hac specie sequor, & veram censeo, atque receptam hanc limitationem, siquidem videam quòd deficiente omnino consensu sit nullum matrimonium, vt iuribus vulgaribus*, &c.

Et quamuis ab hac opinione videator recedere 51
Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 18. num. 19.* tamen quando altera pars cum qua celebratur actus, particeps fuit doli, vt in casu nostro, nemo dubitat dolum huiusmodi impedire matrimonium, vt optimè pro-

bat

bat idem Sanch. lib. 1. disp. 64. num. 3. ibi: Sit primu
concusio, quando dolus admissus per alterum sponsum,
ipsoque culpa reo existente, causam dedit contractui spon-
salium, sunt ipso iure irrita, ita ut sponsus deceptus, nullo
modo ipsis adstringatur. Probatur, quia omnes contractus
bona fidei ex huiusmodi dolo irriti sunt, l. & eleganter
7. in prin. ff. de dolo, & l. 57. tit. 5. par. 5. Et ratio est,
quoniam sic deceptus sponsus consensurus minimè erat, sed
errore ductus consensit, in quo alter per dolum, & iniu-
stitiam participauit; cùm ergo error innoluntarium cau-
set, assensusque sit per dolum & iniustitiam exortus, eius,
cui alter consentiens se intendebat obligare, inualidus, &
52 inefficax erit, & ita omnes contractus bona fidei ex huius-
modi dolo irritos esse docent, Bart. in d. l. & eleganter, in
princ. num. 6. Ias. in §. actionum num. 31. Instit. de action.
Cou. multos alios referens, in reg. possessor. par 2. §. 6.
in fine, Valasc de iure emphyt part. 1. quæst. 5. num. 9. P.
Molin. de iustit. disp. 352. concl. 1. vbi multos alios re-
fert, Bargalius de dolo lib. 1. in 5. diuis. num. 16. fol.
mihi 170. &c.

Quartum fundamentum.

53 Cùm metus sit difficilis probationis, tam ex parte
illum patientis, cùm in eius animo sit reconditus,
l. 1 ff de eo quod metus causa, ibi, mentis trepidationem,
quàm ex parte metum inferentis, cùm secretò, &
clam inferatur, Paris. cons. 53. n. 6. lib. 4. Menoch. de
arbitr. casu 116. num. 17. Honded. cons. 19. num 21 lib.
1. Gail lib. 2. obser. 93. num 19. Valençuel cons. 29. num.
54 40. tom 1. Ad † eius probationem admittuntur indi-
cia, coniecturæ, & præsumptiones, Honded. vbi
proximè, Ioan. Franc. à Ponte cons. 44. num. 17. Seraph.
decis. 771 num. 2.

Indicia autem, & coniecturæ, quæ probant, ma-
trimonium per vim, & coactè celebratum fuisse,
plures sunt, & in præsenti casu nonnullæ adsunt
quæ in Ludouico noluntatem contrahendi, & vio-
lentiam arguunt.

55 Prima coniectura est, quia tempore asserti ma-
trimonij contracti nullus aderat Ludouici consan-
guineus, aut familiaris, ex quo præsumptionem no-
luntatis, & illatæ violentiæ colligunt Alciat. cons. 5.
num. 22. Ferret. cons. 296. num. 11. Rot. d. decis. 326. num.
56 39. coram Greg XV. Seraphin. decis. 819. num. 7. †
Tempore enim, quo celebrantur matrimonia, adhi-
beri solent pater, mater, mulieres, & tam consan-
guinei vxoris, quàm mariti, amici, & multi alij. Ro-
57 land. cons. 49. num. 29. vol 3. † Sicut è contrario cessa-
re præsumptionem metus in actu, in quo interuenit
præsentia coniunctorum ipsius contrahentis, dixe-
runt Bart. & Doctores in l. transactionem la 2. C. de
transact. Paul. Paris. cons. 16. num. 68. lib. 3. Farin.
fragm. crim part. 2. verb. metus num. 149. Verùm adhuc
Sanch. de matrim. lib. 4. disp 12. ex amicorum, & con-
iunctorum præsentia metus præsumptionem non
cessare, sed tantùm cogi allegantem metum ad pro-
bandum grauiorem illum fuisse, & ad clariores pro-
bationes afferendum certius esse affirmat.

58 Secunda, quia constat matrimonium huiusmodi
portis clausis celebratum, ex traditis per Alexand.
cons. 99. sub num. 4. lib. 3. Hippol. Rimin. cons. 77 num.
18. & 19. inter matrimonialia Zilleti, Menoch. de præs.
lib. 3 præs. 126. num. 26. cum seqq Rot. d. decis. 326. num.
37. coram Gregor. XV. & decis. 643. num. 20. part. 1.
recentior.

59 Tertia, quia probatur famulos dictæ Iosephæ ad
fores adesse, impedientes ne vllus introiret dum ce-
lebratur matrimonium, Menoch. d. lib. 3. præs. 4. num.
8 Farin. fragm. crimin part. 2. verb. metus. num. 28.

Rot. d. decis. 326. num. 38. coram Gregor. XV.

Quarta, quia arrepto pallio per pædagogum Lu- 60
douicus intus adductus, & inclusus, ac custoditus
iustè timuit, Hippol. Rimin. cons. 77. num. 19 inter
matrim. Zillet. Paul. Paris. d. cons 53. num. 53. lib. 4. ibi,
& quæsiuit pluries inde exire, & eidem non fuisset con-
cessum, nec permissum, &c.

Quinta, quia dum à pædagogo educeretur, dixit 61
se nolle contrahere, & expressè repugnauit, ac pro-
testatus est, Rot. d decis 326 num 6. & 7. coram Gre-
gorio XV. Hippol. Rimin. cons. 77. num. 24. inter ma-
trimonialia Zilleti, ibi, Et ex dicta repugnantia nolendi
aliquam in vxorem accipere, metus arguitur in matri-
monio postea contracto, Alexand. d. cons 98 col. 2 vol 3.
&c. † Quæ quidem protestatio in dicto Ludouico 62
defectum consensus, & noluntatem contrahendi
ostendit, Rot. decis. 263. num. 6. apud Farin. tom. 1. cri-
min. Socin. sen. cons. 27. num. 14. vol. 1. vbi dicit † 63
quòd protestatio declarat consensum abesse ab actu,
quem sequitur Aym. cons. 114 num. 6. in princ. August.
Beroi. cons. 35. num. 19. & 20. vol. 1. Franc. Monald. d.
cons. 5. num. 14. vol. 2.

Sexta, quia nimis celeriter fuit hoc matrimo- 64
nium contractum, quæ celeritas fraudem arguit, &
metum inducit, & creditur fraudulenta ne superue-
niret aliquod impedimentum, Rot. d. decis. 326. num.
36. coram Gregor. XV. & decis. 643. num. 20. par. 1. re-
centior.

Septima, quia insolito modo, mediante scilicet 65
quadam pecuniarum summa promissa dicto pæda-
gogo, cœpit ille tractare de huiusmodi matrimonio,
ex quo arguitur non bona fide cœptum, vt ponde-
rauit Rota coram Seraph. decis 771. num. 5. ibi: Primò
se offert initium huius negotij, quod pendet à tractatu ini-
to. Et paulo inferiùs, ibi: † Et conuentione soluendi 66
certam pecuniarum summam, qui tractatus cùm multum
ab vsitatu, & recta via tractandi matrimonia recedere
videantur, vtique arguit non bona fide cœptum fuisse
negotium, &c. † Vnde ex serie facti dolosa circun- 67
stantiis, & modo tam insolito argui non bonam fi-
dem tradit etiam Alexand. d. cons. 99. num. 7. lib. 3.
Paris. d. cons. 53. num. 55 lib. 4. Rot. d. decis. 326. num.
35. coram Greg. XV.

Octaua, quia statim, quòd Ludouicus fuit in li- 68
bertate positus, quamprimum tutè potuit, reclama-
uit, aufugit, & ad assertam sponsam nunquam am-
pliùs reuersus fuit, Rot. d. decis. 643. num. 16. par. 1. re-
centior. Petr. de Barbobus cons. 24. num. 7. inter consilia
matrim. Zilleti, ibi: Secundùm hoc probatur ex fuga di-
cti Ludouici, qui facta dicta desponsatione aufugit quam-
primum tutè potuit; quæ fuga est manifesta, & vrgens
præsumptio quòd voluntariè non consensit dicto matri-
monio, vt est text & ibi glos. 1. quæst. 1. cap. constat, &
in cap. ad id, & ibi etiam glos. extrà de sponsal. faciunt
quæ habentur 14 dist. cap. si Rector, vers. Rectorem. & † 69
nunquam ad eandem domum postea regressus est, &c.
Rot. decis. 643. num. 17. par 1. recentior, ibi: Præser-
tim, quia nec exinde Emmanuel unquam rediit ad do-
mum Blanchæ, Paris. d. cons. 53. num 56. Rimin. iun.
cons. 362. num. 80. Fab. Turret. cons. 28. num. 12. Sed † sta- 70
tim de vi sibi illata, & matrimonio nulliter contracto in
iudicio litem mouit, &c. eadem Rot. d decis. 643. num.
16. ibi, Conquestus fuit de vi sibi illata, & de matrimonio
per metum contracto.

Nona, quia aderat publica vox, & fama in hac 71
Curia, quòd assertum huiusmodi matrimonium fue-
rat metu contractum, ac proinde nullum, Rot. decis.
779. num. 8. par. 1. recentissim ibi, Septimò demum omnes
in summario, num. 2. & 3. dicunt de omnibus prædictis
fuisse publicam vocem, & famam, quæ ad metum pro-

bandum est pariter multum considerabilis, Cæpol. cons. ciuili 2. num. 3. & 8. Menoch. d. præs. 4 num. 21. & d. præs. 126. num. 22. lib. 2. Cardin. Seraphin. decis. 859. num. 7. & ipsemet Menoch. lib. 3. præs. 26. num. 22. &c.

72 Et licèt admittamus, quamlibet ex his coniecturis per se solam non sufficere ad faciendam plenam metus probationem, omnes tamen insimul plenè probant, cùm tendant ad eundem finem, Franc. Personal. cons. 23. ex num. 14. lib. 1. Hippol. Rimin. cons. 52. num. 112. lib. 1. Cephal. cons. 608. num. 58. & 59. vol. 4. l. 11. tit. 4. par. 3. vbi Greg. Lopez verb. *Por grandes sospechas*. D. Barbos. in l. 2. ff. soluto matr. par. 1. ex num. 79. & in terminis Petr. de Barbobus cons. 24. num. 30. & 31. inter matrim. Zilleti par. 1. Franc. Monald. d. cons.
73 5. num. 13. 14. 21. & 94. † Vbi dicit, quòd ad probandum metum admittuntur præsumptiuæ probationes etiam imperfectæ, maximè quando coniecturæ sunt propinquæ, & immediatæ ad actum, vt in nostro casu, tunc enim coniunguntur, & sufficiunt ad declarandum nullum matrimonium, vt contra Salicet. resoluit Rot. decis. 260. num. 2. & 5. apud Farin. tom. 2. crimin. vbi num 4. & 5. his ferè circunstantiis concurrentibus in nostro casu, & nonnullis aliis eadem Rota nullum declarauit quoddam matrimonium, adiudicans pro sufficienti probatione illas in vnum coniungendo, sicut ex ea clarè patet in illis verbis, ibi: *Ex circunstantijs insuper in actu matrimonij multa se offerebant, metus videlicet, nimia festinantia, clausura ostij, præsentia virorum armatorum exteris introitum prohibentium, absentia propinquorum, & alia in decisione deducta, quæ saltem simul iuncta metum sufficienter probant, præsertim stantibus protestationibus toties iteratis, quæ multum conferunt ad probationem me-*
74 *tus*, &c. † Esset enim multum inuerisimile, quòd stantibus tantis circunstantiis in nostro casu libertatem, & consensum excludentibus, capi possit præsumptio alia in contrarium; Rota enim solet inuerisimilitudinem huiusmodi pro metu præsumendo in matrimonio considerare, vt in d. decis. 326. num. 6. coram Gregor. XV. & d. decis. 643. num. 19. in fine p. 1. recentior.

75 Quomodo verisimilitudinem habere, aut bonus quilibet vir sibi persuadere potest, matrimonium huiusmodi fuisse libero consensu contractum, si ante illius celebrationem tot geminatæ processerunt declarationes, & protestationes noluntatis, tot fugæ, auersio, & repugnatio ad contrahendum, nimia festinatio, consanguineorum, & famulorum absentia, ostij clausura, & alia plura, quæ suprà ponderauimus, quæ sanè libertati repugnant, & inducunt metum, maximè in adolescentulo vix quindecim annorum. Quare Iudices debent attentè perscrutari facti contexturam, præsumptiones insimul, & distinctè; licèt enim aliqua per se considerata non inducant nullitatem, tamen omnia simul iuncta poterunt plenam probationem ad inducendam nullitatem facere, & sic pro ea ferre sententiam tenentur, vt in his terminis notat Franc. de Rauena cons. 64. num. 10. inter matrim Zilleti num. 10. ibi, † *Et quia*
76 *istud debet probari, quòd matrimonium fuit conditionaliter contractum, & non purè, aduertat dominus iudicans, quòd in materia aprobationum Iudex non debet applicare animum suum ad vnam speciem probationis*, l. 1. §. idem Diuus, ff. de testib. vt pulchrè declarat Bald. in l. spado-
77 nem, § qui pulchra, ff. de excus. tutor. † *habet enim in probationibus locum illum, quæ non prosunt singula, multa iuuant, vt notatur in* l. 2. in princ. ff. de excus. tutor. in cap. cùm causam, de prob & in cap. accedens il 2. vt lite non contest. & in cap. cùm dilectus, de success. ab intest. &c. Et paulo inferiùs num. 12. ibi, *Et ideo dixit Ioan. de Imola* in cap. ex ore, de his quæ fiunt à mai. parte Cap. *Quia qui habet plures rationes, illas adducat, quia quæ non prosunt singula, multa iuuant, vt est text. etiam in materia, & ibi Abb.* in cap. præterea, de testib. *Et ideo si multa deducerentur coram se, quæ per se considerata non probarent, debet illa simul iungere, quæ simul iuncta poterunt plenam probationem facere, & sic ferre sententiam. Ex multis enim deductis coram se potest animi sui motum informare, vt dicit text.* in cap. cùm
ad Sedem, in fine, de restitut. spoliat. † Nam, vt ait 78
Bald. in cap. cùm causam, in princip. ante num. 1. de probat. *ex multis imperfectis fit vna probatio perfecta, sicut ex multis membris inuicem cohærentibus fit perfectum corpus, & ex multis consonantijs fit perfecta harmonia*, &c. sequitur plures referens Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 35. Abb. not. 1. in cap. præterea 27. de testib. Aretin. in cap veniens 1. num. 25. ad fin. & ibi Felin. num. 13. eod. tit. idem Aretin. cons. 13. num. 9. Dec. cons. 577. num. 12.

Non obstant quæ contra testium dicta de metu 79
deponentium opponuntur, ex quibus videtur de eorum fide multum diminui, ac proinde plenè non probari illa, quæ ad inualidandum matrimonium suprà ponderauimus, & pro stabiliendis quatuor proximis fundamentis adduximus. In primis importunæ, & instantissimæ pædagogi suasiones plurium testium numero probantur, at eiusdem pædagogi vis illata Ludouico tempore contracti matrimonij, ostij clausura, & alia ex quibus metum induximus numeris superiùs adductis, pariter per tres testes probantur, iuncta vltima dicti pædagogi depositione dum in extremis laboraret.

Testium numerum sufficientem, & superabun- 80
dantem esse non dubitatur, quia minor ad tres accedit, cùm duo tantùm, tam masculi, quàm fœminæ sufficiant ad probandum metum in causa matrimoniali, siue de coniungendo, siue de separando matrimonio tractetur, cap. super eo d. 2. & ibi Abb. omnino videndus num. 2. de testib. Henric. Boich in cap. quoniam num 2 eod. tit. Socin. cons. 31. num. 13. & seq. vol. 2. qui hanc communem opinionem dicit, & ita quotidie seruari testatur latè Franc. Monald. d cons 5,
num. 81. cum seqq. vol. 2. Immo † ad probandum me- 81
tum sufficit vnus testis de visu, si insimul probetur famam fuisse, & esse quòd matrimonium metu fuerit contractum, prout in nostro casu, sicut tenent Bald. cons. 162. lib. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 7. num. 5. in fine, vbi etiam dicit metum probari per vnum testem, iuncta aliqua alia præsumptione, Cardin. Tusch. lit. M. concl 224. num. 11. Sicut etiam plenè probatur per vnum testem de visu si alij deponant de auditu, quamuis non dicant à quibus audiuerint, Nicol. Boër. decis. 101 num 9 Mascard. de probat. concl. 1057. num. 7. Cuman. cons 78. num 3. Honded. cons. 29. num. 35. vol 3. Farin. fragm crimin. par. 2. verb. metus num. 170. Franc Monald. cons 5. num. 9. & 10. vol. 2.

Obiectio autem de testium inhabilitate admit- 82
tenda non est, quia aliàs constat de eorum idoneitate, & quòd essent omni exceptione maiores, quamuis hæc qualitas non requiratur, vbi in causa matrimoniali nullitas intentatur ex defectu consensus, secundùm Purpurat. cons. 579. num. 11. Sed admittuntur, qui aliàs non admitterentur, Alexand. cons. 156. num. 15. lib. 5. Honded. cons 29. num. 14. lib. 1. & his non relatis tenent Monald. d cons. 5. num. 96. & cen-
suit Rot. decis. 147. num. 4. & 10. par. 1. recentior. † Vi- 83
de etiam testes singulares probant vim, & metum, Surd. cons 395. num. 26. Gramnat. decis. 5. num. 15. Rot. decis. 326. num. 47. coram Gregor. XV. Cum enim omnes probare intendant vnum totum, & factum integrale,

integrale, & perfectum, nempe quòd Ludouicus
fuerit compulsus, & per vim contraxerit, plene pro-
bant, licèt in suis dictis singulares singularitate ad-
minicularia, non verò diuersificatiua existant, ad no
tata per Abb. in cap. licèt ex quadam, num. 11. & seqq.
de testib. Farin. in praxi crimin. p. 5. quæst 64. num. 160.
Rot. decis 260. à num 22. apud Farin. lib. 2. crimin.
84 Cùm ergo ex testium depositionibus notoriè
probetur metus in casu, & ad effectum de quo agi-
tur, nihil obstant probationes aliæ, licèt vberiores,
de enixa voluntate contrahendi, quia magis credi-
tur duobus testibus de metu, quàm mille de sponta-
nea voluntate deponentibus, iuxta doctrinam Innoc.
in cap super hoc, num 2. de renunciat. à qua in iudican-
do, & consulendo non esse recedendum asserit An-
ton. Corset. in suis singularib. verb. testis 10. Curt. iun.
cons. 28. vbi quòd hanc conclusionem omnes se-
quuntur, Card. Alban. in lucubrat. ad Bart in rub. ff.
quod metus causa, num. 2. Ias. in §. quadrupli num. 71.
Instit. de actionib Sanch. de matrim lib. 4. disp. 27. num.
1. Franc. Monald. d. cons. 5. num. 109. vbi refert Bal-
dum dicentem, quòd metu probato quasi impossi-
bile sit probare contrarium, Alexand. cons. 99. num. 8.
85 & seq. lib. 3. † Immo testes qui probato metu inten-
dunt probare spontaneam voluntatem, sunt suspecti
de falso, idem Alexand. d cons. 99. in fine. Ratio au-
tem huius resolutionis est; quia testes deponentes
de metu deponunt de actibus positiuis illum indu-
centibus, & qui sensu percipi possunt: at verò de-
ponunt de secretis, & quæ illis incognita sunt, vt
eleganter considerat Bald. in tract. schismatu in princ.
86 num. 29. in illis verbis. Item, † nemo alienam conscien-
tiam nouit, vt notatur in l. 2. C. quando fiscus, vel pri-
uatus, nisi Deus, qui corda scrutatur, quia est vbique per
potentiam, per scientiam, & per influentiam, est enim
vbique, quia semper fuit vbique. Homo autem est ani-
mal paruum, nesciens quid velit alius, cùm plerumque
nescit homo, quid velit ipsemet. Vnde Seneca, Nescit ho-
mo quid velit, nisi in eo momento quo vult. Et sic quili-
bet est in suo dicto singularis. Facit quod eleganter notat
Innoc. extrà de renun. cap. super hoc, vbi refert quos-
dam dicere, quòd si per duos testes probetur violenta spo-
liatio, non valet aliquid probatio tentans probare sponta-
neam voluntatem, etiamsi per centum testes hoc probare-
tur, quoniam non possunt scire intentionem, quæ soli Deo
cognita est, & de inuisibili, & qua non audiunt nec sen-
tiunt, ferunt testimonium, de quo nulla potest esse certi-
tudo, quia oculus non vidit, sicut requiritur ad proban-
dum verum actum hominis, sicut pulchrè notat Dyn. ff.
de aqua pluu. arc. l. 2. Vnde apparet, quòd actu exte-
riori probato, id est, metu, actus interior, id est, voluntas
probari non potest, &c.
87 Et quamuis Sanch. d. disp. 27. num. 2. & 3. limitet
hanc conclusionem, vbi concurrunt spontaneæ vo-
luntatis præsumptiones, veluti quando matrimo-
nium contrahitur in præsentia Iudicis, vel amico-
rum; nihilominus tamen hæc limitatio in nostro
casu locum habere non potest, quia non solùm de-
fuerunt spontaneæ voluntatis præsumptiones, &
consanguineorum, ac amicorum præsentia, sed etiam
plures metus coniecturæ, & præsumptiones ibi in-
teruenerunt, vt suprà ostendimus; quibus stantibus
absque dubio magis credendum duobus testibus de
metu, quàm mille de spontanea voluntate depo-
nentibus, vt post alios aduertit Menoch. de præsumpt.
lib. 4 præs 126 num 31. ibi, Illud quoque obseruandum
hic est ex iam dictis, quòd quando aliqua extat conie-
ctura illati metus, magis creditur duobus testibus de metu
attestantibus, quàm mille de voluntate spontanea depo-
nentibus, ita Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præs. 7.

num. 4. & in resp. 5. in fine, qui ita intellexit Innoc. in
cap. super hoc, de renunciat. & Angel. in l. vlt. in
princ. ff. quod metus causa, ita etiam declaratur quod
scripsit Cepol. in caut. 134. Tempore meo, cùm dicit † 88
quod magis creditur testi asserenti matrimonium fuisse
metu contractum, quàm alijs, qui sponte confectum dixe-
runt, &c. Vnde Ludouici testibus metum probanti-
bus magis credendum est, quàm aliis Iosephæ de
spontanea voluntate deponentibus, vt benè prose-
quuntur Nicol. Euerard. cons. 4 num. 14. inter matrim.
Zilletti, tom. 2. Ioan. Garc. de nobilit. glos. 17. num. 17.
Ant. Gam. Lusit. decis. 346 num. 3. Valençuel. cons. 29.
num. 61. tom. 1.
Vltra dictos tres testes de metu, & vi plenè de- 89
ponentes, quorum vnus iam mortuus est, ex cuius
morte multum roboris additur ad fidem ipsius de-
positionis, quia mors fidem auget probationum, vt
optimè tradit Aym. cons. 6. num. 61. adest depositio
pædagogi in articulo mortis facta idem attestantis,
licèt priùs contrarium testificatus fuerit, & ob id vi-
deatur non esse dandam fidem tali depositioni, iux-
ta doctrinam Bart. in l si quis in graui, § 1. ff. ad Sillan.
vbi dicit, quòd si testis examinatus in causa deposuit
contra Titium, postea in articulo mortis dicit se de-
posuisse falsum, non præiudicat aliis, quia licèt ali-
qui Bartolum sequantur, existimantes secundam de-
positionem in articulo mortis factam non valere
tanquam extraiudicialem, & sine fundamento; ta-
men † alij contrarium meritò sentiunt, cùm timor 90
moriendi, & accedendi ad iustum Dei tribunal æqui-
paretur iuramento; ad notata per Ias. in l. admonendi
in 2. lect. num 128. vers Item aduerte, ff. de iureiur. Al-
ciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 4. num. 5. Crauet. de antiq.
tempor. par. 1. sect. 4 num 48. & cons. 158. num. 7. Ce-
phal. cons 225. num. 8. Gail. lib. 2. obseru 43. num. 2. De-
cian. cons 50. num. 18. lib. 2. Magon. Florent. decis. 95.
num. 8. Tum † quia certius est vltimæ declarationi 91
factæ in articulo mortis esse standum, cùm in illa
hora nemo immemor sit salutis æternæ, nec præsu-
matur velle veritatem occultare, vt considerant
Caldetin. cons 15. de vsuris, Alban. cons 223. à num. 14.
lib 2. Hippol. Rimin. cons. 58. num. 29. lib. 1. Roland. à
Valle cons 37. num 2. lib 3. Pedrocha cons. 40. num. 19.
lib. 1. & eleganter ex Sebast. Medices in tractat. de
morte, tradit Dionys. Gothefred. in l. sancimus, C. ad
leg. Iul repetund. lit. H. ibi, Præsumitur nemo moriens im-
memor salutis vitæ æternæ, vide Alciat. 1. præs 39 num. 3.
Vnde colligunt † morientis confessiones, scripturas, re- 92
sponsa euidentius probare, quam aliorum, cùm in extre-
mis constituti non præsumantur immemores cœlestis vitæ,
quòd videlicet vitæ æternæ, iudicio diuino proximos se
videant. eleganter Hippol. de Marsil. qui præstan-
tiùs cæteris materiam pertractauit, in rub. de fideius.
ex num. 39. vsque ad 45. qui agit de prædicta doctri-
na Bart. in d. § si quis moriens, & dicit, quòd proce-
dit in criminalibus, vel in moriente, qui non esset
compos mentis, sed vacillaret, vt communiter ac-
cidit in morituro de proximo, secus in morituris
de proximo, qui fruuntur intellectu, & vera cogni-
tione, quia huius declarationi factæ in articulo
mortis standum est, quamuis ex illa resultet tertij
præiudicium, in cuius fauorem iam deposuerat, vt
tenet ibidem num. 43. ibi, Attamen forte idem posset
dici, † quoad præiudicium tertij, cùm talis in extremo 93
vitæ suæ confitens præsumatur dicere veritatem, nec præ-
sumatur indebitè, & contra veritatem velle obesse tertio,
quilibet enim præsumitur memor salutis æternæ, l. fin. C.
ad leg. Iul. repet. cap. sancimus 1. quæst. 7. & maximè
ille, qui laborat in extremis, contra quem non potest cade-
re aliqua præsumptio, quòd mentiatur, quia si vnquam

habetur veritas ab homine, habetur quando est recessurus ab hoc seculo, &c Aym. Crauet. *cons.6.n* 51. *&* 52. ibi,
94 *Et* † *licèt Baldus dicat, quòd non omnis moriens est sanctus Ioannes Baptista, tamen à communiter accidentibus videmus, quòd infirmantes magis quærunt salutem animæ, quàm benè volentes, ideo infirmitas corporalis plerumque augmentat fortitudinem cordis*, glos. *in cap. fundamenta*
95 *in ver. firmitatem, de elect. lib.* 6. &c. † Quod absque dubio procedit, quando morientis confessio iuuatur coniecturis, & præsumptionibus metus, prout in casu nostro, tunc enim tali confessioni, siue declarationi omnino standum esse, tenent Hippol. de Marsil. *in d. rub. de fideiussor. num.* 42. & Menoch. *d. cons.* 24. *num.* 8.

96 Superest nunc vt ad oppositiones superiùs in principio adductas respondeamus, quibus satis, abundéque satisfactum fuit per doctissimum D. Blasium Goodisaluum à Ribero, in Regiis Tribunalibus huius Curiæ Matritensis, Serenissimi Infantis, pauperum carceratorumque sanctæ Generalis Inquisitionis Aduocatum, cuius eximium in perscrutando ingenium, in scribendo laborem, in dicendo elegantiam non semel admiratus sum, & qua decet veneratione obseruo, veneroque.

Responsio ad primam obiectionem.

97 Metum non præsumi minimè negatur, & in specie, & non in genere probari debere, vt cum infinitis propemodum tenet Farinac. *fragm. crimin. p.* 2. *verb. metus n.* 167. *cum seq.* Negamus tamen in hoc euentu non probari, vt ex dictis constat: & ideo probato metu ex superiùs adductis, insurgit matrimonij nullitas, & euacuatur præsumptio, quæ stat pro eius validitate.

98 Illa autem quæ deducitur ex *d. l. fin. ff. quod metus causa*, non semper concludit, neque consequentia certa est, videlicet, in Curia actus gestus fuit; ergo voluntarius, quia verisimilitudo hæc vltra quàm quòd aliquas patitur limitationes, non procedit in casu nostro, si aduertamus ad validitatem contractus matrimonialis requiri consensum qualificatum, nempe ex omni parte liberum, vt alij dicunt, cum plena libertate, aut sine vllo metu cuiuscunque rei, *l. fin. C. de sponsal. l. Titia, ff. de verb. oblig. l.* 2. *ff. de inutili-*
99 *bus stipul.* Et ita † libertas ibi non est, vbi interuenit metus, vt apparet ex diffinitione metus, & libertatis, quia trepidatio mentis dicitur metus, & nisi vi, aut iure prohibeatur, quod est libertatis effectus, & definitio, *l. libertas, de instit. & iure*, §. 1. *Instit. de iure person.* & ita metus est auersio quædam, quæ necessariò opponitur liberæ voluntati.

100 Hinc est quòd quotiescunque ad substantiam alicuius actus requiritur dispositio qualificata, Iuri non dicitur satisfactum, nisi interueniat actus omnino qualificatus, & requisita exteriori solemnitate vallatus, vt per glos. celebrem, & singularem *in cap. significasti* 33. *quæst.* 5. qualitas enim informat, & qualificat subiectum, vt voluit glos. etiam singularis *in cap. sta-*
101 *tutum, de elect. lib.* 6. † Sed in contractu matrimonij, vt dicebamus, requiritur voluntas libera, & sic desideratur voluntas simul, & libertas; ergo si adest voluntas, & non libertas, sequitur euidenter, quòd non est satisfactum Iuris dispositioni, vt probatur à simili *in cap. vbi periculum*, §. *cæterùm, de elect. lib.* 6. vbi requiritur in quocunque actu eligendi libertas, & voluntas; ergo si in eo interuenit voluntas, & non libertas, non potest dici electio, quia non verificatur in voluntate, & libertate, *l. si heredi plures, ff. de condit. institut.* Probatur etiam à simili *in auth. Sacramenta puberum, C. si aduersùs vendit.* & in propriis terminis *in cap. cùm locum, de sponsal.* Vbi ad matrimonium non tantùm sufficit consensus purus, sed etiam requiritur cum plena libertate, & securitate, glos. communiter tenet hanc partem, quòd matrimonium sit ipso iure nullum, dummodo interueniat metus, qui in constantem virum, seu fœminam constantem cadit respectiuè, Ioan. Franc. à Ponte *cons.* 44. *sub n.* 8. Sanch. *d. lib.* 4. *de matrim. disp.* 20. *num.* 15. Philip. Paschal. *de viribus patriæ potest. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. *&* 4.

Iuxta ea igitur, quæ dicta sunt, nihil referunt deducta ex *d. l. fin. ff. quod metus causa*, & consilium Pauli Parisij, tum etiam, quia eo tempore Ludouicus non dum quindecim annos compleuerat, & ob id parum expertus ad præcauendas fraudes sui pædagogi, & ad effugienda ipsius, & aliorum stratagemata, quia pueri, in quibus nullus est vsus propter imperitiam ætatis, non percipiunt tam facile dolosa facta, ad notata per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 50. *num.* 31. Bobadil. *in sua Politica lib.* 1. *cap.* 7 *num.* 3. Et ideo ex aduerso erat probandum, potuisse Ludouicum discedere, & vim à pædagogo sibi illata præcauere, vel aufugere, vt considerat ipsemet Paris. *d. cons.* 170. *num.* 22. *vol.* 4. ibi, *Poteras discedere, & exire domos, in quibus moram trahebas, & inde aufugere.* Vnde cùm non fuerit in sua plena libertate, actus remanet omnino nullus, vt cum multis tenet Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 15. *num.* 4. *part.* 2. 102

Responsio ad secundam obiectionem.

Nec etiam obstant illa, quæ pro validitate huius matrimonij secundo loco adduximus, quia antecedentia ibi considerata non emanarunt à Ludouico, sed fuerunt à pædagogo meditata, & nomine Ludouici facta, & per illum aliquando saltem permissa, poterant enim hæc fieri non animo contrahendi, nec ex eo quòd actum præcesserit voluntas, etiam ad hunc effectum, inferri potest, quòd actus fuerit sponte celebratus, si aliunde constet metum in illo interuenisse, vt optimè, & singulariter probauit Rot. *decis.* 784. *num* 5. *part.* 1. *recent. ff.* ibi, *Nec obstare visum fuit quòd matrimonium dici debeat voluntarium tanquam contractum post sponsalia de futuro spontanea, & iurata per duas decisiones, iuxta doctrinam Butry* in cap. requisiuit num. 3. *& Præpos.* n. 2. vers. soluit, *D. Antonin. de sponsal. Quia cùm constet metum in illo interuenisse, sponsalia voluntaria præcedentia, nihil operantur, sed matrimonium remanet nullum*, vt in d. cap. requisiuit *declarant Abb.* num. 2. *& Alex. de Neno* num. 2. *Ias.* in l. Titia num. 5. vers. Tertiò amplio, ff. de verb. oblig. *Fortun. Gar.* in repet. cap. 1. num. 121. vers. Contraria ratione, de pact. *Ferret.* cons. 117. num. 6. & per tot. *Cou.* in epit. de sponsalib. in princ. eod. tit. par. 1. cap. 4. num. 6. *Gabr.* cons. 186. num. 12. lib. 2. *Card. Mantic.* de tacitis & ambig. conuention. lib. 3. tit. 17. num. 9. *& fuit dictum etiam in alia decisione, in fine, quod procedit etiamsi metus ex propria culpa interuenerit, text.* in d. cap. veniens el 2. *& ibi expressè* glos. fin. vers. Et est sic, de sponsal. *& Ias.* in d. l. Titia num. 5. vers. Notabiliter, *Monter.* d. decis. 45. num. 21. vers. *Nec obstat*, &c. 103

Cùm ergo probetur metum interuenisse paulo ante matrimonium, & semper Ludouicum extitisse in potestate, & custodia pædagogi metum inferentis vsque ad ipsam celebrationem inclusiuè, & paulo pòst, præsumitur eam factam durante eodem metu, etiamsi in ipso actu contractus matrimonij ostenderit 104

derit hilarem vultum, quia ex hoc non purgatur
metus antecedens, in terminis tradit Nicol. Eue-
105 rard. *d. conſ. 4. num.* 21. dicens, † quòd præſumitur
ſemper durare metus, quandiu metum paſſus eſt in
poteſtate, & cuſtodia ipſius metum inferentis, nec
purgant illum metum quicunque actus voluntatis
ſpontanei per ipſum metum paſſum quomodocun-
que facti, immo magis ipſum metum confirmant, &
quòd ſub ſpiritu timoris nunquam purgatur metus,
cum ipſe ceruicibus inhæreat, immo quòd magis
confirmantur ex actibus apparenter ſpontaneis, tra-
dit etiam Hippol Rimin. *in d.conſ.77. num* 34. *tom.*1.
106 ibi, † *Sicut nec etiam dicitur purgatus metus ex oſculo
per Martinellum dato Catinellæ, & refectione ſumpta
cum cæteris, vt in terminis conſiderat Alexand.* conſ.99.
col.3.vol.3. *Andr. Sicul.* conſ 54. num. 28. vol.1. *&
pulchrè tradit Ruin.* conſ.122.col.2.& 3.vol.4.*&c.*
107 Vnde riſus in ipſo actu contrahendi non eſt indi-
cium conſenſus, vt tenent Abb. antiq. *in cap. ſuper
hoc, de renunt.* Ioan. Andr. Anton. de Butrio, & Ioan.
de Imola, Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 110. *num.*15.
Monald. *d.conſ.* 5. *num.* 106. ibi, *Quod in actu contra-
hendi riſerit, & hilari vultu contraxerit, quia dicta pro-
batio inſufficiens eſt*, &c. Alciat. *conſ.* 5. *num.* 38. *lib.*1.
ibi, *Quid ſi puella rapiatur, deinde deſponſetur, quamuis
in illa deſponſatione interuenerit riſus, vel oſcula; præ-
ſumitur tamen durare metus, & fingit riſum; & ratio
eſt, quia cùm ſit in poteſtate raptorum, meritò præſumitur
durare ipſe metus*, &c.
108 Nec quicquam facit repetitio reſponſionis datæ
Parocho à Ludouico, quæ videtur ſpontaneam ſuam
voluntatem denotare, quia hoc debet tribui metus,
& turbationis effectui, ex quo augeri ipſius præ-
ſumptionem tenent Bald. *in tract. ſchiſmatis in princ.
num.* 29. ſequitur Nicol. Euerard. *d.conſ.4. num.*16. vbi
ſubdit, quòd etiam per hæc verba, *ſponte facio*, per
metum paſſum tempore metus prolata, non purga-
tur metus, ſed geminatur, arg. *l. doli*, §. *diuerſum, ff. de
nouation.* & in fortioribus terminis Riminald. *d.conſ.*
77 *num.* 33. ibi, *Vt daret contractum, & Catinella dice-
ret*, diceret de ſi, *talia enim verba non purgant metum, ſed
illum geminant eius cauſa ſubſiſtente*, &c.
109 Ex eo maximè, quia cùm metus, ſeu coactio vio-
lenta, importunæ ſuaſiones, & inſtantiſſimæ preces
probentur, quæ ſufficiant ad hoc matrimonium an-
nullandum, ex coniecturis, & aliis ſignis conſenſum
ſignificantibus non cenſetur probata voluntas, nec
excluditur metus, vt in his terminis eleganter con-
ſuluit Nicol. Euerard. *conſ.4. num.* 2. *inter matrimon.
Zilleti, tom.*2. ibi, *Tamen illa non procederet quando in-
teruenisſet metus, ſeu coactio violenta, nam illis interue-
nientibus non probatur voluntas & conſenſus ex conie-
cturis; imò quod plus eſt, etiam non probatur ex claris
verbis conſenſum, & voluntatem ſignificantibus*, &c. † Et
110 paulo inferiùs, *Quòd quando apparent ſigna extrinſe-
ca violentiæ inducentia metum præſentem, non probatur
animus, neque conſenſus, etiamſi probetur, quòd quis ani-
mo læto, & iucundo id fecit: & quod plus eſt, non ad-
mitteretur ſecundùm eos ad probandum actum fuiſſe ſpon-
te factum ſaltem per directum dum id ſit improbabile*, &c.
Alexand. de Neuo *inter conſ. Alex. conſ.*99. *num.* 11. *lib.*
3. ibi, *Non admittitur talis probatio, quia quæcunque
ſint ſigna interiora demonſtratiua lætitiæ, nullius ſunt fi-
dei, ex quo apparent ſigna de extrinſeco metu, nam ani-
mum intrinſecum nullus cognoſcere poteſt, & multis fin-
gunt ſe ridere, qui timent. Vnde Iura & Doctores volue-
runt, quòd ſi apparent ſigna metus, non admittatur vo-
lens per lætitiam ſimilia probare etiam metum purgatum,
111 quia animus cognoſci non poteſt.* † Idem tenet Seraph.
112 *deciſ.*851. *num.*6. Gama *Luſit. deciſ.*346. *n.* 3. ibi, † *Et
quamuis nonnulli aderant teſtes, qui affirmare videntur
ſpontaneam, & hilarem voluntatem vidiſſe mulieris ad
contractum gerendum, magis tamen credendum eſt duo-
bus teſtibus affirmantibus metum incuſſum fuiſſe, quam
centum deponentibus de ſpontanea voluntate*, &c.
Nec pariter confeſſio Ludouici poſt contractum 113
matrimonium facta, quando ſub iuſtitiæ miniſtris,
& cuſtodia pædagogi adhuc erat, ei in aliquo præ-
iudicare poteſt, quia eſt extraiudicialis, & ideo con-
tra illum non probat etiam de Iure Canonico, Natt.
*conſ.*101. *num.*14. *&* 15. Ioan. Bapt. de S. Seuerino *in
repet. l. admonendi col.* 66. *de iureiur.* Abb. *in cap niſi cle-
rici num.*16. *verſ. Primo caſu, de iudic.* & meliùs *in cap.
ſi cautio num.*6. *de fide inſtrum.* Hercul. *in tract. de pro-
banda negatiua num.* 148. *verſ. Quadrageſimoſextò fal-
lit*, & hoc pro indubitato tenere Canoniſtas dicit
Caſtren. *conſ.*155. *lib.*2.
Tum, quia cùm hæc fuerit extraiudicialis, & 114
abſque iuramento facta, non debet præualere alteri
iudiciali, & iuratæ, vt tenet Auguſt. Beroi. *conſ* 149.
*num.*12. *lib.*1. Menoch. *conſ.*84. *num.*75. Surd. *conſ.*449.
*num.*10. ſicut ſimiliter teſtis depoſitioni extraiudi-
ciali non creditur quando adeſt alia poſterior iudi-
cialis iurata, vt per gloſ. *in cap. cùm cauſam, de teſtib.*
Cou. *lib* 2. *var. cap.*13. *num.*7. Beroi. *deciſ.* 108. *num.* 3.
Clar. § *fin. quæſt.* 53. *num.* 11. hocque ea ratione affir-
mant, ſcilicet ob iuramenti religionem, & iudicis
auctoritatem, *cap. ſicut nobis, de teſtib. cap.* 1. *in princ.
quid ſit inueſtitura.* Et ideò potius præſumendum eſt
Ludouicum perturbatum & meticuloſum feciſſe
declarationem illam extraiudicialem, quàm quòd
noluiſſet peierare aliter affirmando in ſua confeſ-
ſione iurata cum tanto propriæ conſcientiæ detri-
mento, Auguſt. Beroi. *d.conſ.*149. *n.*12. *lib.*1. Menoch.
*d.conſ.*48. *num.*75.
Tum etiam, quia prætenſa confeſſio de matrimo- 115
nio ſponte contracto fuit actus matrimonio poſte-
rior, qui ſanare non potuit defectum conſenſus in
eius celebratione interuenientis, conſtando prout
conſtat de meticuloſo principio, vt bene per Barbat.
conſ 54. *lib.*1. Hippol. Rimin. *d.conſ.*77. *num.* 29. Rot.
*deciſ.*326. *num.*1. *coram Greg. XV.*
Non obſtat aſſerta geminatio ipſius confeſſionis 116
extraiudicialis, quæ videbatur ex hoc poſſe confi-
tenti præiudicare, ex Bart. *in l. cùm ſcimus. C. de
agricol. & cenſ. lib.* 11. & aliis, quia multipliciter re-
ſpondetur.
Primò, quia geminatio non probatur, niſi per 117
duos teſtes, qui cùm ſint in dicto ſuo ſingulares,
non probant extraiudicialem confeſſionem, & mul-
to minus illius geminationem, Seraph. *deciſ.* 1156.
*num.*1. *&* 2. *& deciſ.* 1172. *num.* 5. vbi dicit confeſſio-
nem extraiudicialem non probari per teſtes ſingu-
lares, etiam ſingularitate adminiculata.
Secundò, quia fuit præcipitata, & indeliberata, & 118
ideo non poteſt præiudicare, ſecundùm Abb. & Imol.
in cap. cùm venerabilis, de except. vbi Paul. Pariſ. *in re-
pet. num* 24 *tom.*4. *repetition.* ibi, *Quòd confeſſio præci-
pitata, & indeliberata, ac repentina non præiudicat, ſe-
cundùm Abb. & immo hic volentes idem eſſe in confeſ-
ſione facta calore iracundiæ, per text. iuncta gloſ.* in cap.
ex litteris, infrà de diuort, *& vide Imol. & Abb.* in
cap. fin. ſupra de confeſſis, *& Modern.* hîc col. 5. *in
fine, multa cumulantes circa actum factum præcipitan-
ter, & ex abrupto, ad quæ etiam vide notata per Alex.
& alios* in l.2. C. de edendo, *& per Felin. latius* in cap.
Eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 12. ſup. de conſtit. *&
concluſio vera eſt quòd talis confeſſio non præiudicat*, &c.
Tertiò, quia fuit facta à Ludouico eo tempore, 119
quo non erat in plenitudine intellectus, vt ſingula-

riter tradit Franc. Person. conf.12. num.56. lib. 1. ibi,
Ex quo metus impressus tollit rectum iudicium delibe-
randi, &c.
110 Quartò, quia Ludouicus dictam confessionem
incontinenti reuocauit, per glos. in cap. apud miseri-
cordem 32. quest. 1. vbi habetur tunc dici incontinen-
ti reuocatam confessionem, seu responsionem, quan-
do fit reuocatio antequam in acta publica confessio
redigatur, Ludou. Roman. in l. si vero, §. de viro, num.
58. ff. soluto matrim. & cons. 59 ante fin. & cons. 391. n. 1.
Tiraq. de retracta conuent. §. 1. glos. 5. num. 14. & 15.
121 Quintò, quia illico, quòd libertatem aliquam as-
sequutus fuit, declarauit omnia gessisse per metum,
& conquestus est de vi sibi illata, vt in simili Paris.
cons. 60. à num. 37. & præcipuè num. 41. lib. 4. ibi, Nam
illico, quòd inde exiuit, & ad domum patrui sui se con-
tulit, per instrumentum publicum declarauit omnia ges-
sisse per metum, quæ declaratio, ita incontinenti facta,
multum adiuuat, vt superius dictum fuit, & declarat
etiam talia verba, & confessionem fuisse prolatam, &
emanasse per metum, & durante causa metus, & conse-
quenter reddatur penitus inualida & nulla, &c. Rot. de-
cis. 643. num. 16. par. 1. recentior. ibi, Conquestus fuit de
vi sibi illata, & de matrimonio per metum contra-
cto, &c.
122 Sextò, quia adhuc durabat eadem causa metus,
dum scilicet præsens aderat pædagogus, aut saltem
iustitiæ ministri, qui illi metum augebant, arbitra-
batur enim sibi inde malum aliquod euenturum, si
mentem suam patefaceret, & ideo simulabat volun-
tatem & consensum. nam pueri in quibus nullus est
vsus, omnia maiora quàm sunt, iudicant, propter im-
peritiam ætatis, secundùm Menoch. de præsumpt. lib. 6.
præs. 50. num. 31. Vnde omnes actus metum subse-
quentes meticulosi censeotur, secundùm Barbat. cons.
54. col. 12. vol. 1. dicentem attendi debere principium
meticulosum, cæteraque sequuta ab eo regulari de-
123 bere, Hippol. Rimin. d. cons. 77. num. 29. † Etiamsi
carnalis copula esset subsequuta; ita in his terminis
tenet Nauar. in collect. 34. num. 3. ibi, & iuxta hanc
opinionem fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Nea-
politana, nouissimè est videre penes D. Riccium in decis.
15. par. 2. vbi dicit procedere etiamsi carnalis copula es-
set subsequuta, vt tenuit Rota in vna Veneta legitimi-
tatis 19. Ianuarij 1587. coram Seraph. vt patet apud
124 eundem in decis. 687. † Ita quòd initium metus in actu,
influit in actus sequentes, & actus medio tempore facti
non attenduntur, quia probato semel metu, ea omnia, quæ
possunt tribui liberæ voluntati, etiam per metum facta
125 censentur. Idem Seraphin. decis. 863. † Et quamuis
ostenderit signa lætitiæ, & complacentiæ, vt optimè
notat Carol. Ruin. cons. 122. num. 4. vol. 4. ibi, Nec
obstare videtur quòd post matrimonium contractum D.
Barbara petierit instrumentum ad sonandum, quod sona-
uerit, & cantauerit, ac dictum Iulium ad cantandum in-
citauerit, ac etiam illum in sponsum, & maritum nomi-
nauerit, quia ex his metus præcedens non purgatur. Et
paulo inferius. Et quamuis ex aduerso diceretur quòd
consensit, allegando fortè quòd risit & similia, per hoc ta-
men non concluditur necessariò quòd consenserit, cùm pen-
126 deat à mentis arcano, & istud etiam sequitur Imol. †
quando apparet de metu, non debet quis admitti ad pro-
bandum spontaneam voluntatem dicèlè, &c. Andr. Sicul.
127 cons. 34. num. 18. vol. 1. † vbi concludit ex cantu, & risu
puellæ, & quòd hominem ad cantandum inuitauerit, il-
lumque in sponsum, & maritum nominauerit, metum
præambulum non fuisse purgatum, quando puella rapta
prius prouocata ostendisset illa signa lætitiæ, quia potuit
fingere, & ita præsumendum est stante eadem causa me-
tus, propter quam expediebat fortè, simulare. Sic enim
contigit in casu nostro, in quo Martinellus fuit prouoca-
tus ex deprehensione, & metu sibi tunc illato, meritò quic-
quid postea dixerit, aut fecerit in signum lætitiæ, non debet
attendi velut simulatum, &c.

Responsio ad tertiam obiectionem.

Non ex verberibus tantùm, & minis, sed ex suspi- 128
cione minarum, & cruciatus, iustus dignoscitur me-
tus; quis enim timere desineret, si, prout Ludoui-
cus, per illum cui debebat reuerentiam, & obedien-
tiam, esset constrictus, & arrepto pallio adductus ad
locum, vbi matrimonium per fas, & nefas erat con-
trahendum, in quo nullus aderat, qui suam defen-
deret causam, vel cuius auctoritate tyrannicæ impe-
rantis iussioni resistere posset, iustè enim credebat
si fingendo non assentiret adstantium desiderio rem
deuenire posse ad manus, & ita se in maximo vitæ
periculo constitutum existimabat, quod sanè suffi-
ciens videri debet ad inducendum metum, qui ca-
deret in constantem virum; iuxta ea quæ resoluunt
Thom. Grammat. decis. 03. num. 57. Ferret. cons. 296.
num. 15. Euerard. d. cons. 4. num. 23. tom. 1. inter matri-
monialia Zilleti, Herculan. de cantel. de non offendendo
cap. 2. num. 13 Franc. Monald. d. cons. 5. à num. 32. vol.
2. Franc. Viui. decis. 34. num. 7. lib. 1. Burgos de Pax
cons. 15. num. 73. Seraph. decis. 863. num. 3. vbi attesta-
tur quòd ita fuit sæpe resolutum, Farin. fragm. cri-
min. par. 2. verb. metus num. 26. Gutier. cons. 16. num. 5.
& cons. 40. à num. 1. Valençuela cons. 19. num. 52.
Giurba cons. 69. num. 6. ibi, † Sed coactè facere, vel 129
metu coactionis paria sunt. † Eundem enim operatur 130
effectum suspicio de metu, aut cruciatu, vel morte,
quàm timor ipse cruciatus, vel mortis, & maximè in
matrimonio, in quo animus debet esse liber, non so-
lùm à compulsione, sed etiam à timore cōpulsionis,
arg. l. nouissimè, ff. quod fals. tut. author. gestum est, ibi, quid
enim si compulsus, aut metuens ne compelleretur, &c.
cap. bonæ 1. de elect. & in specie Paris. cons. 58. num.
65. in princ. & cons. 119. num. 12. & seq. lib. 4. Hippol.
Rimin. cons. 361. num. 20. lib. 4. & cons. 77. num. 17. lib.
1. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 17. & 18. Rot.
decis. 643. num. 2. par. 1. recentior. & decis. 374. num. 17.
coram Gregorio XV. ibi, Tertiò respondetur, quòd vbi
verum esset timorem debere esse mortis, aut cruciatus, sed
sufficere, quòd Marchionissa probabiliter suspicari po-
tuerit de metu, aut cruciatu, Alex. cons. 98. num. 5. inter
consilia matrimonialia, Rimin. iun. cons. 36. num. 75. † 131
Timor enim iustus ex affectu metuentis dignoscitur, Al-
beric. in rub. ff. ex quibus causis mai. † Et iusta metus 132
suspicatio sufficit pro metu, Bald. in l. fin. num. 7. C. de
iure deliber. Rimin. sen. cons. 15. num. 26. Alban. cons. 77.
num. 12. Grammat. decis. 5. num. 7. cum duob. seqq. Paris.
cons. 60. num. 13. lib. 4. & dicit Bald. cons. 165. ad fin.
lib. 2. † quòd in matrimonio animus debet esse liber non 133
solùm à compulsione, sed etiam à timore compulsionis, &c.
Idem ferè tenet Philip. Paschal. de viribus patriæ po-
testatis par. 3. cap. 2. num. 39. ibi, Et licèt metus actu
non inferatur, sufficit tamen si adsit potentia coactionis,
&c. † Riminald. d. cons. 77. num. 29. ibi, Paria sunt, 134
quòd quis compellatur per minas, vel per verbera, vel
quòd timeat compelli, &c.
Quod quidem tantò magis locum habet in no- 135
stro casu constando, prout verè constat de verbis
pædagogi imperiosè prolatis, quibus Ludouicum
compellere videbatur, vt matrimonium celebraret;
vis enim, & metus illatus ex illis arguitur, ita Hip-
pol. Riminald. d. cons. 77. num. 24. ibi, Ex quibus ver-
bis sic imperiosè prolatis arguitur vis, & metus illatus,
& cons. 362. num. 66. Rot. d. decis. 643. num. 12. par. 1.
recen

recentior. & d. decis. 326. num. 14. coram Greg. XV. habito respectu ad teneram ætatem dicti Ludouici, in qua minor metus sufficit, quàm quod requiritur in iuuene maiori, iuxta ea quæ supra adduximus *num. 22.*

Responsio ad quartam obiectionem.

136 Negari non potest, probabilem esse opinionem, quòd metus reuerentialis per se solum matrimonium reddit inualidum, sicut & importunæ preces, ac dolus idem operantur, & circa hunc articulum nullam esse propositionem, doctrinam, seu fundamentum, quod ad minus probabilitatem non habeat, vnde in consulendo & iudicando potest tuta conscientia sequi opinio hæc probabilis, relicta alia forsan probabiliori, vt per Nauar. *in Man. Latino cap. 27. num. 288* Angel. *verb. opinio num. 2.* Valent. *in 1.2. disp. 2 quæst. 12. puncto 4. quæst. 2. sup. verb. dubium,* Sayr. *in claui Regia lib. 1. cap 6. num.* 8. Azori. *instit. moral par. lib. cap. 7. quæs. 6.* Torres *de fide disp. 85. dub. 4.* Vasq. *1. 2. tom. 1. disput. 62. cap. 4. num. 12.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 7.* Ioan. Sanci. *in selectis disput. 44. num. 61.* D. Ioan. à Solorzan *de Indiarum iure lib 3. cap. 2. num. 38.* Et quicquid sit ex supra resolutis, euidenter apparet neque metum reuerentialem, neque importunas preces, aut dolum per se solum interuenisse, sed alia simul adesse penitus consensum excludentia, ex quibus sine difficultate prouenit matrimonij inualiditas.

137 Vnde licet in dubio semper pro legitimitate matrimonij pronuntiandum sit, *cap. fin.* & ibi Doctores, *de sent. & re indic.* Abb. *in cap fin. de desponsat. imp.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 18. num. 5. & lib. 3. disp. 44. num. 1. vers quintò probatur,* Gutier. *eod. tract. cap. 63. num. 30.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom 3. c. 468. num. 49 & 51.* etiamsi communis opinio sit in contrarium. Gutier. *d. cap. 63. num. 31.* Medin. *de legitima lib. 1. tit. 1. q 7. num. 22.* itaut vnus tantùm Doctor grauis, qui pro matrimonio decidat, præualeat communi opinioni. Gratian. *reg. 252. in fin.* Menoch. *de præsumpt lib. 1. præs. 71. num. 30. & 31.* Gutier. *d. cap. 63. num. 31.* nihilominus tamen matrimonium metu celebratum non est fauore dignum, neque pro eius validitate in dubio pronuntiandum, vt eum Putpur. *cons. 575 num. 16 lib. 1.* tenet Seraph. *decis. 893. num. 32. & 33.* ibi, *Quia cùm constat metu esse contractum, non debemus ei fauere, nam nuptiæ coactæ malos exitus habere solent,* Rot. *decis. 246. num 17.* ibi, *Nec eos monet, quòd in dubio pro validitate matrimonij pronuntiandum est, nam stantibus prædictis sumus extra probabilem dubitationem, nec procliues esse debemus in fauorem huius contractus alieno impulsu potius, quàm propria inductione, & tempore quadragesimali contra Canonum prohibitionem celebrati.* Optimè Hippolyt. Riminald. *cons 77. num. 38. inter matrim. Zillets,* ibi, *Sequitur igitur ex prædictis hoc matrimonium fuisse, & esse nullum, sicque de iure pronuntiandum esse, quoniam coactis nu-*
138 *ptijs non est fauendum,* d. cap. cùm locum, *cùm † malos exitus habere consueuerint, vt inquit Alexand.* in d.
139 cons. 98. in princ. vol. 3. † *Nec minus peccatum est iungere non coniungendos quàm separare non separandos, vt notatur* in cap. iurauit, de probation. *cum similibus per Paris.* cons. 58. num. 47. vol. 4. *Et ita concludo, sicque per sententiam diffinitiuam iudicatum fuit ad fauorem Martinelli,* &c. Idem in parte asserit Monald. *cons. 6. num. 14. p. 2.* ibi, *Et in hoc multum oneratur conscientia iudicis, cùm æquè fauor sit dissoluere matrimonium contra legem Dei contractum, sicut legitimum confirmare.*

Toletana illegitimitatis.

Impotentia respectiua perpetua potest esse annullans matrimonium filij nati ex matrimonio nullo; publicè tamen, & bona fide in vtroque, vel in altero parente impedimentum ignorante, legitimi censentur, etiam quoad successionem maioratus habentis clausulam quòd in eo non succedant, nisi qui ex legitimo matrimonio nati fuerint.

VOTVM II.

1 *Impotentia potest esse respectiua perpetua dirimens inter eas personas, licèt quoad alias talis non existeret, & num. 2.*

3 *Declarantur* text. in cap. laudabilem, de frigid. & malef. & in cap. quod autem, & in cap. requisisti 33. q. 1.

4 *Triennium non requiritur continuum ad cohabitandum, sed sufficit interpellatum.*

5 *Potentiæ præsumptio non elicitur ex eo quòd vir potuerit se cum alijs carnaliter copulari, & vice versa.*

6 *Impedimentum perpetuum illud est, quod tolli non potest, nisi medio aliquo miraculoso, vel cum vitæ periculo.*

7 *Sententia in causa matrimoniali potest retractari quando constat de eius iniustitia, cùm nunquam transeat in rem iudicatam.*

8 *Legis ratione cessante, cessat quoque eius dispositio.*

9 *Sententia in causa matrimoniali transit in rem iudicatam, quoad expensas, bona & hæreditatem.*

10 *Sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam respectu tantùm coniugum.*

11 *Filij nati ex matrimonio nullo, quod publicè, & bona fide inter parentes contractum esset, sunt legitimi.*

12 *Filij nati ex matrimonio putatiuo ad hoc vt legitimi habeantur, duo requiruntur, videlicet publicitas in contrahendo, & bona fides in contrahentibus.*

13 *Matrimonium quando publicè fit, bona fides in contrahentibus præsumitur.*

14 *Matrimonium illud dicitur clandestinum, ac proinde non publicè contractum quando fuit celebratum sine denunciationibus requisitis.*

15 *Filij ex clandestino matrimonij habiti sunt illegitimi.*

16 *Filij suscepti ex matrimonio putatiuo, nullo tamen ob impedimentum dirimens, & clande-*

clandestino ob denunciationum omissionem non sunt legitimi.

17 *Matrimonium non dicitur contractum absque denunciationibus, quando emittuntur ex dispensatione Ordinarij.*

18 *Matrimonium dicitur publicè contractum ad excludendam clandestinitatem, quādo fuit celebratum conuocatis vicinis, & consanguineis.*

19 *Mala fides præsumitur in contrahentibus quando matrimonium fuit clandestinè celebratum.*

20 *Bona fides in dubio præsumitur.*

21 *Præsumptio bonæ fidei non infringitur per aliam malæ fidei.*

22 *Filij nati ex matrimonio putatiuo sunt legitimi, quamuis vnus ex parentibus malam fidem habuerit.*

23 *Paria sunt non fieri, vel inualidè fieri.*

24 *Bona fides colligitur ex superioris auctoritate, vel iudicio doctissimorum virorum, qui matrimonij dissolutionem approbarunt.*

25 *Contestatio litis non inducit malam fidem quoad vsus matrimoniales inter parentes, qui à principio bona fide contraxerunt.*

26 *Filij nati post latam sententiam pro nullitate matrimonij, pendente tamen appellatione, sunt legitimi.*

27 *Declaratur* text. in cap. 2. *ibi*, ante latam sententiam, qui filij sint leg.

28 *Declaratur* text. in cap. prælatum, qui filij sint leg.

29 *Iudicis iussus, seu auctoritas etiam in illicitis à dolo excusat.*

30 *Missus iudicis decreto in possessionem illius rei, quam scit ipsius rei conuenti non esse, sed alienam, dicitur habere bonam fidem, & potest præscribere.*

31 *Matrimonij quasi possessio colorata sufficit ad legitimationem prolis.*

32 *Matrimonium probatur leuioribus probationibus quando agitur de illius fœdere, seu ad effectum legitimitatis.*

33 *Filiatio, & legitimitas probatur ex communi reputatione.*

34 *Filij nati ex matrimonio putatiuo sunt legitimi, quamuis parentes dubij sint de eius validitate, & num.* 37.

35 *Dubitans est bonæ fidei possessor.*

36 *Dubitantes de validitate matrimonij non habent malam fidem.*

38 *Dubius est, qui in vtramque partem ita fluctuat, vt in neutram magis inclinet.*

39 *Dubitanti licitè potest insistere possessioni rei quam bona fide acquisiuit, licet postea de tituli validitate incipiat dubitare.*

40 *Parentes iusto Iuris, vel facti errore contrahentes non malam fidem habere censentur.*

41 *Error iniustus bonam fidem causat.*

42 *Legitimi ex bona fide parentum succedere possunt in maioratu, qui habet clausulam ne in eo succedant, nisi filij nati ex legitimo matrimonio, & numeru seqq.*

43 *Matrimonij appellatione venit verum, & non putatiuum.*

44 *Ætatis legitimæ appellatione venit solum ætas naturalis.*

46 *Natus ex matrimonio putatiuo dicitur procreatus ex legitimo matrimonio.*

47 *Legitimitas vera non aliunde pendet, quàm ex approbatione legis, qua filios, vt legitimos simpliciter approbat.*

48 *Ad fundamenta contrariæ sententiæ respondetur.*

49 *Matrimonium putatiuum legitimum est.*

50 *Testator vocans ad successionem ex vero matrimonio natos, excludit procreatos ex matrimonio putatiuo.*

51 *Instrumentum legitimationis probat quem illegitimum.*

52 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*



Omina Sancia ætatis 14. annorum matrimonialiter se copulauit cum Antonio ætatis 15. ferè annorum, & post matrimonialem cohabitationem per tres circiter annos, ipsa Sancia coram Iudice Ecclesiastico litem mouit super nullitate huiusmodi matrimonij, propter impotentiam dicti Antonij.

Iudex præfatus cognoscere de causa incepit, non solùm in vim suæ ordinariæ iurisdictionis, sed etiam vigore cuiusdam Breuis Apostolici, in quo summus Pontifex illi in mandatis iniungebat, vt auditis partibus iustitiam faceret, non obstante defectu triennalis cohabitationis. Hinc initium sumpsit causa huiusmodi, in qua dicta Sancia allegauit se adhuc virginem existere, dictumque Antonium habere impotentiam respectiuam perpetuam, sed facta ex mandato Iudicis in vtroque matronarum, & Medicorum experientia fuit conclusum, dictam Sanciam esse virginem, sed non adeò arctam, & inhabilem, quin posset à viro potenti cognosci, at verò Antonium non esse omnino impotentem, cùm aliquando mulieres non virgines carnaliter cognouerit. Quapropter idem iudex pronuntiauit, vt iterum insimul cohabitassent, sed transacto anno dicta Sancia ob eandem causam ab Antonio diuertit, & hac occasione idem iudex mandauit, vt ad nouam deueniretur experientiam, ex qua cùm de virginitate dictæ Sanciæ, & impotentia respectiuè perpetua dicti Antonij matronarum, & Medicorum iudicio constaret, idem iudex matrimonium huiusmodi nullum, & inualidum pronuntiauit, à qua sententia cùm ambo appellauerint, nullus suam prosequutus fuit appellationem vnde seruatis, de iure seruandis, idem iudex dictas appellationes esse desertas declarauit, & exequutoriam relaxauit.

In vim huius sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, dicta Sancia matrimonium cum alio contraxit in facie Ecclesiæ publicè, denuntiationibus tamen ex dispensatione Episcopi omissis, post cuius matrimonij celebrationem, & consummationem dicitur fuisse à quodam consanguineo dictæ Sanciæ factam extraiudicialem protestationem eius

marito pro eo constituendo in mala fide sine vllius iudicis auctoritate, & mandato.

In quo matrimonio iidem permanserunt per spatium 27. annorum sine vlla contradictione, sed præmortua dicta Sancia, & relicta filia, quæ in quibusdam maioratibus successura est, nonnulli suæ matris consanguinei opponunt de eius illegitimitate, & nullitate sententiæ, qua primum matrimonium fuit dissolutum, tum vel maxime, quia dictus Antonius postea virginem quandam in vxorem ducens ex ea filios suscepit.

Interrogatus pro veritate respondi dictam filiam fuisse & esse legitimam, & ex legitimo matrimonio natam, ac proinde capacem successione bonorum, & maioratuum etiam expressam clausulam habentium, quòd in eis succedant tantum filij qui nati fuerint ex legitimo matrimonio. Ex duobus motus sequentibus fundamentis.

Primum fundamentum.

1 Validitas matrimonij secundo loco contracti, ac legitimitas filiorum, qui ex eo nati sunt, procedit ex nullitate & dissolutione alterius primùm celebrati, pro cuius dissolutionis iustitia est aduertendum, prout in facto præsupponitur, quòd ex arctatione Sanciæ, & inhabilitate, ac floccitate Antonij insimul habitantium sine carnali coniunctione oriebatur quædam impotentia respectiua perpetua dirimente inter eas personas, licet quoad alias talis non existeret; potest enim contingere, quòd homo imbecillis, & membri parum apti ad copulam, contraxerit cum muliere aliquantulum arcta, quo casu absque dubio perpetuò remanerent inhabiles ad copulam, quod non ita eueniret, si ea virum haberet magis fortem, & ille mulierem non ita arctam, vt eleganter tradit *l. 3 tit. 8. part. 4* ibi, *E si entendieren que el primer marido auia grande miembro, o en tal manera parado que por ninguna manera no la pudiera conocer sin gran peligro della, maguer en el ouiesse fincado por tal razon no la auen partir del segundo marido, porque parece manifiestamente, que el embargo que era entre ellos, y el primer marido duraua por siempre.*

2 Idem resoluit Sanch. *de matrim lib. 7. disp 93. num. 5.* eleganter Basil. Pont. *eod tract lib 7. cap. 61. num 4.* ibi, *Ex ijs facili, & aperta ratiocinatione colligitur nostra sententia, posse scilicet inter aliquos intercedere respectiuam tantum impotentiam, eamque perpetuam: vir enim aliquatenus debilis cum fœmina adeo arcta iungi matrimonio continget, qui perpetuo ad congressum erunt inhabiles, & tamen illa, aliam, qua fuerit sauta, oblectare poterit, & fœmina alium valentiorem respuet; potest ergo esse impotentia respectiua simul, & perpetua.* Et pro hac parte adducunt text. *in cap fraternitatis, in fin. de frigid. & malefic.* vbi aperte glos. *verb debeat*

3 Aduersus hanc resolutionem nihil probant text. *in cap. laudabilem, de frigid. & malefic, & in cap. quod autem. & in cap. requisisti 33. quæst. 1.* quia hi Canones loquuntur de illo, qui asseruit se esse naturæ absolutè frigidæ, & opposuit absolutam impotentiam respectu omnium mulierum, quæ talis esse non poterat, cùm aliis personis potuerit se carnaliter copulare, vt tenet Basil. Pont. *d. cap. 61. num.* 10.

4 Non obstat quòd non fuit absoluta cohabitatio triennalis, quia; ea non obstante, voluit summus Pontifex, quòd de nullitate matrimonij ageretur, vt in positione casus diximus, vt circunscripta hac Pontificis dispensatione, cohabitatio ad quadriennium ascendit, interpollatum, non enim requiritur quòd triennium sit continuum ex Mascard. *de Barbosa Vota decisiua.*

probat. concl. 889. *num.* 8. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 111. *num.* 5.

Nec in hoc caso præsumptio potentiæ elicitur ex eo, quòd vir potuerit se cum aliis carnaliter copulare, & vice versa, vt optimè tenet Sanch. *d. lib. 7. disp. 93. num. 12.* ibi, *Cæterùm multò verius est non ex eo, quod potuit ab alio cognosci, potuisse quoque à priori viro, & ita non inde concludi validum fuisse primum matrimonium,* &c. Et addit idem Sanch. *d lib. 7. disp. 99. num.* 18. quòd si impotentia, seu arctitudo fœminæ non absoluta, sed respectiua iudicata est, non separanda est à posteriori matrimonio, nec aliquæ sunt partes iudicis ad perturbandum hoc posterius coniugium, litémve intentandum, cùm legitimè nubere potuerit, non enim sibi interdici potuit aliud matrimonium. 5

Accedit quòd dum dictus Antonius intentauit quodam instrumento ligneo Sanciam aperire, manifestè agnouit suam debilitatem, & impotentiam ad id alio modo peragendum, ac proinde impedimentum ex sua parte perpetuum, vt bene tradit Basil. Pont. *d. lib. 7. cap. 61 num. 2.* ibi, *Illud est impedimentum perpetuum, quod tolli non potest, nisi medio aliquo miraculoso, vel cum vitæ periculo, vel quod ius, & æquitas iniquum iudicat, sed medium hoc deflorandi fœminam artificio aliquo secluso viri congressu eiusmodi est, quod nec natura, nec iura permittunt; igitur adhiberi non debet, sed perpetuum censendum impedimentum si quis non naturaliter, sed artificiosè fœminam valeat violare,* & ibi, reprobat Sanchez,, qui videtur contrarium asserere. 6

Nec etiam obstat dicere, quòd constando de iniustitia latæ sententiæ in causa matrimoniali, potest illa retractari, ex quo datur vitium irremissibile, & tenentur contrahentes ad priora connubia redire, si fortè ad secundas nuptias in vim dictæ sententiæ conuolauerint, cùm ea nunquam transire possit in rem iudicatam, vt probatur *in cap. tenor, de sent & re iudic. cap. 1.* ibi, *priora connubia,* &c. *cap. laudabilem 5. in fine,* ibi, *cogantur ad priora connubia redire, cap fraternitatis 6.* ibi, *inter ipsam, & primum virum diximus matrimonium extitisse,* &c. *de frigid. & malefic. cap. cum in captiuitate el 2. 34. quæst. 2.* Cou. *de sponsal par. 2. cap. vlt. § fin. num 19. vers. Ex quo infertur,* Siluest. *in sum. verb. matrimonium 8. quæst. 16. num. 16 vers.* 8. Sanch. *d. lib. 7. disp 100. n. 1.* Quod adeò verum dicunt, licèt sententia fuerit lata vltra triginta annos, glos. *vers. per sententiam in cap 1. de except. glos. vlt. in cap. lator, de sent & re iudic* Imol. *num. 10. in Clem. 1.* vbi Card. *num. 12. illo tit.* Marant. *de ordine iudic. par. 6. cap. de sentent. num.* 154. 7

Respondetur enim multipliciter, & primò, quia dicta sententia transitum iam fecit in rem iudicatam, & nullo modo potest retractari, eo quòd dicta Sancia mortua est, & ob id deficit ratio, ob quam semper, & quocunque tempore possunt huiusmodi sententiæ impugnari, videlicet quia illa transiens in rem iudicatam, foueret peccatum, separando veros coniuges, vel vniendo eos, qui tales esse nequeunt, quæ quidem ratio stante morte dictæ Sanciæ locum in hoc casu habere non potest, legis enim ratione cessante cessat quoque eius dispositio, *l. in omni,* vbi Batt. *ff. de adoption l. quod dictum, ff. de pactis, l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatr.* cum multis per me citatis, *Axiom 136. num. 9.* 8

Secundò respondetur, quòd licèt sententia in causa matrimoniali non transeat in rem iudicatam, quoad ipsum coniugium; nihilominus tamen hoc non intelligitur quoad alia, veluti expensas, bona, hæreditatem, &c. in quibus succumbens condemnatus 9

fuit per eam sententiam, à qua non fuit appellatum, vel appellatio deserta extitit, siquidem hæc omnia restituenda non sunt illi, qui postea reclamauit, aut errorem sententiæ ostendere vult. Ratio autem patet, quia, vt supra dicebamus, sententia matrimonij ideo non transit in rem iudicatam, ne foueatur peccatum sustinendo matrimonium irritum, aut dissoluendo validum, quæ ratio cessat omnino in condemnatione expensarum, & bonorum, & ideo sententia in hac parte sequitur naturam aliarum, quæ transeunt in rem iudicatam; ita Felin. *in cap. lator num.10. declar.9. de sent. & re iudic.* Sanch. *d.lib.7. disp. 100. num.* 1.

10 Tertiò respondetur, ex eadem ratione dicendum, sententiam in causa matrimoniali non transire in rem iudicatam respectu tantùm coniugum, qui solummodo peccato commacularentur si aliqua via cognoscerent iniustitiam dictæ sententiæ, quod in aliquo tertio verificari minimè potest, eo quòd iste non occasione euitandi peccatum aliquod, sed rem familiarem lucrandi, quam ad se spectare ob nullitatem matrimonij prætendit, excludēdo filios ex illo natos tanquam illegitimos, opponit contra sententiam; quo clarum est huic non obstare exceptionem rei iudicatæ, neque sententiam posse, quoad hanc partem, retractari, vt per se patet

Secundum fundamentum.

11 Adhuc supponentes contra ea, quæ suprà resoluimus, nullitatem sententiæ, vel impedimentum irritans, ob quod veniret omnino dissoluendum matrimonium, nihilominus ad hoc, vt filij ex eo nati legitimi censerentur, sufficiebat quòd publicè, & bona fide inter parentes contractum esset, ita expressè probant, *cap.2. cap. prouenit 11. cap. ex tenore 14. qui filij sint leg.* Cou. *de sponsal. par.2. cap.8. §. 1.* Paleoth. *de nothis, & spur. cap.9.* D. Ioann. del Castillo *quotidian. lib.2. cap. 11.* Ioan. Baptista Costa *de facti scientia & ignorantia cent.2. inspect.38 num.3.* Basil. Pont. *de matrimon. lib.11. cap 2. §. vnico, in princip.* Ioan. Gutier. *in tract. de matrim. cap.71. num.2.* Ceuall. *commun. contra commun. quest. 697. in princ.* Arellan. *in tract. de rat. iur. & iur. imp, cap 5. num* 83. Faiard. *in tract. de legitimat. per subsequens matrim. memb.3. num.167. l.3. vers. Otro si dezimos, tit.3. part.4 l.1. tit.13. ead. part.*

12 Duo requisita necessariò interuenire debent ad hoc vt ex matrimonio putatiuo filij nati legitimi habeantur, videlicet publicitas in contrahendo, & bona fides in contrahentibus.

13 Primum requisitum exigit text. *in d. cap.2.* ibi, *parentes eorum publicè*, &c. Et rationem in illo text. præstant Doctores, quia quando matrimonium publicè fit, bona fides in contrahentibus præsumitur, sicut mala per contrarium, quando clam celebratur, iuxta illud, *qui malè agit, odit lucem.* Publicitas enim in iure multipliciter dicitur, vt *in l.1. §. huius study, ff. de instit. & iure, & in rub. ff. & Instit. de publicis iudic. & in cap si diligenti, de foro compet.* Quoad nostrum propositum id dicitur publicum, quod clandestinum non est, & si matrimonium clandestinum proponatur, exinde colligitur non fuisse publicè contractum, iuxta reg. contrariorum, de qua *in l.1. ff. de ijs qui sunt*
14 *sui vel alien* † Et communis obseruat, illud matrimonium dici clandestinum, ac proinde non publicè contractum, quando fuit celebratum sine denunciationibus requisitis *in cap. cùm inhibitio, de clandest. desponsat.* Ita docent, Henriq. *in sum. lib. 11. cap 15 §. 1. lit. D.* Cou. *de sponsal par.2. cap.6 num.* 2. Sanch. *de matrim. lib.3. disp.1. à num.2.* Basil. Pont. *eod. tract. lib. 4. cap. 37. num.* 6. & me citato Faiard. *vbi suprà num.* 178. Quamuis enim denunciationes necessariò non requirantur ad validitatem actus, quæ in Parochi præsentia, & duobus testibus tantùm consistit, nihilominus tamen, quòd alios effectus maximè desiderantur, itaut tam Iure Decretalium, quàm nouissimo Concilij Trid. attento, tanquam clandestinum habēdum est illud matrimonium, quod absque denuntiationibus celebratum fuerit, licèt in eo duo testes, & præsentia Parochi interuenisset, ex *d. cap. cùm inhibitio, in princ.* vbi solemnitatem denunciationum obseruandam præscribit, iuncto §. ibi, *huiusmodi clandestina*, &c. & §. *vlt.* ibi, *Tales coniunctiones*, &c. dum pœnam præscribens vtitur particula, *illis*, quarum est natura præcedentia repetere, ex reg. *l. asse toto, ff. de hered. instit.* cum similibus, de quibus Pereg. *de fideicom. art.16. num. 2. & 25.* & ego ipse *de dictionib. vsufreq. d.26. à princip.*

15 Cùm ergo filij ex clandestino matrimonio habiti sint illegitimi, Ceruantes *ad l.6. Tauri num.22* Pereg. *de fideicomm art.24 num.8.* Castil. *d.lib.2. cap 11 num.* 8. Sanch. *d. lib.3 disp.42. num.6.* sequitur † filios sus- 16
ceptos ex matrimonio putatiuo, nullo tamen ob denunciationum omissionem, non esse legitimos, *d. cap. cùm inhibitio, §. 1. de clandest. desponsat.* Cou. *de sponsal par.2. cap.6 num.12.* Pereg. *d. art. 24. num. 74.* Gutier. *d cap.71 ex num.8.* Ceuall. *d. quest. 697. num. 7.* Steph. Gratian. *discept forens. cap 83. à num.13.* Gallus *de except. tit.1. part.1. except.2. num. fin. & tit.4 par. 2. except.27. num.* 217. Marta *de success. legali part. 1. q. 18. num.9. cum multis seqq.* Ego ipse *in collect. ad d. cap. 2. qui filij sint legit. num.20.* & me citato Faiard *d loco, num. 93.*

17 In hoc autem matrimonio inter Sanciam, & Franciscum contracto denunciationes non defuerunt, ob quarum omissionem dicatur clandestinum, & ob id filij ex eo nati illegitimi habeantur, cùm fuerint ex dispensatione ordinarij omissæ, quæ illi conceditur per Concil. Trident. *sess.24. de reformat. matrim. cap. 1. vers. Quòd si aliquando.* lege enim permittente quod fit, dicitur iustè, & bene fieri, *l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem*, ibi, *quia id facit quod publice facere licere arbitratur, ff. de ædilit. edicto, cap. quod dicam 14. q. 4.* cum aliis citatis per me *Axiom.136. num.* 12. Et ideo talem omissionem nihil obesse quando denunciationum solemnitas ex aliqua iusta causa omitteretur, resoluunt Gutier. *d. cap.71. num.* 10. Steph. Gratian. *discept forens. cap. 83. num.* 24. citati à Faiard. *d. dicto loco num.* 182.

18 Accedit quòd matrimonium huiusmodi fuit celebratum conuocatis vicinis, & consanguineis, nemine seriosè excluso, quo casu ad hunc effectum dicitur publicè contractum, secundùm opinionem Abb. *in d. cap. cùm inhibitio*, Anton. Gom *l. 49. Tauri num. 1. vers. ex quo*, Cou. *d. cap. 6. in princ. num.* 10. Ceruantes *l.6. Tauri num.25.* & ex Oldrad. Ioan. Lup. Roland. & aliis, quos refert & communem dicit Mascard. *de probat. concl 297. num.6.*

19 Secundum requisitum bonæ fidei non defuit in hoc matrimonio, eo quòd cùm fuerit publicè contractum, præsumitur bona fides in contrahentibus, sicut è contrario mala præsumitur, quando clandestinè fuit celebratum, iuxta dictam auctoritatem Christi Domini Ioan.3. *qui malè agit, odit lucem*, refertur *in cap. consuluit, de offic. deleg & in cap. vnic vers. Porrò, vt Eccles. benefic. sine dimin* cum similib. quæ adducit Cæpol. *de simulat. contract. præs.* 2u. Tiraq *de pœnis temper. causa 11. num.11.* & pleniùs *de retractu conuent in præfat. à num* 13. Menoch. *de præsumpt lib. 4. præs.12. num.7.* Sicut per contrarium, qui rectè agit, in

in luce ambulat, & minimè latebras quærit, aut te-
nebras, vt docet idem Christus Dominus Ioan. 18.
*Ego palàm loquutus sum mundo, ego semper docui in Sy-
nagoga, & in Templo*, explicat Pontifex *in cap. cùm ex
iniuncto, de haret.*
20 Vnde ex eadem publicitate qua fuit celebratum
huiusmodi matrimonium, colligitur contrahentium
bona fides, dum de mala non constat, & in dubio
requisita bona fides præsumitur, Pereg. *d. art. 24. num.
67. & 68.* Honded. *cons. 87 num. 28. & 29. vol. 1.* Pas-
chal. *de viribus patriæ potest. part. 1. cap 4. num 77.* Rot.
decis 443. num. 10. in fine p. 2 recentiss.
21 Quam quidem bonæ fidei præsumptionem nón
infringit alia, quæ capi potest ex eo quòd dicta San-
cia potuerit dubitare de impotentia Antonij, & va-
liditate dictæ sententiæ, quia nulla potest esse pro-
babilis coniectura, quæ dictæ Sanciæ causam dubi-
tandi præstaret, aut illam sic dubiam in mala consti-
tuisset fide, secundùm ea, quæ resoluit Gilchen *de
præscript. p. 2. memb. 2. a princip.*
22 Et licèt sine veri præiudicio fateamur dictam
Sanciam habuisse malam fidem, adhuc bona suffice-
ret dicti Francisci, vt filij ex eo procreati legitimi
censerentur, esset enim monstruosum, vt filij quoad
patrem, quoad verò matrem illegitimi haberentur,
vt in simili ait text. *in cap. per venerabilem, vers. Vide-
tetur, qui filij sint legit.* quemadmodum etiam ius no-
strum non patitur, vt quis pro parte sit seruus, pro
parte liber, *l. si pariter 9. in fin. & l. duobus 30. ff. de li-
ber. causa, l. 1. in fine princip. C de latina liber. tollen* nota-
uit glos. *verb ambo, in cap. cùm inhibitio*, & probatur
expressè *in cap ex tenore, qui filij sint leg.* & resoluunt
Emman. Costa *in cap si pater, verb vxorem num. 4. de
testam. in 6.* Anton. Gabr. *lib. 6. commun. tit. de legitim.
concl. 4.* Pereg. *d. art. 24. num. 66.* Duen. *reg. 150. limit 2.
vers Circa,* Ceuallos *d. l. 6 Tauri num. 13.* Sanch. *de
matrim lib. 8. disp. 54. num. 46.* Gutier. *d. cap. 71. num. 2.*
Seraphin. *decis. 1099. num. 1.* Gironda *de priuileg. num.
1195.* Castil. *d cap 11. num. 13.* Ego ipse *in collect ad d.
cap. 2. num 9. & 10 & d. cap ex tenore, num. 4 & 5. qui
filij sint leg* me citato Faiar. *in d. tract. de legitimitate
per subsequens matrim num 169.*
23 Bonæ fidei dicti Francisci non obest asserta pro-
testatio illi facta, quia fuit extraiudicialis, & sine
auctoritate publica, ac proinde nulla debet censeri,
quia paria sunt non fieri, vel inualidè fieri, *l non pu-
tauit, §. non quaunue*, vbi Bart. *ff. de bonor possess. contra
tab. l. 1. §. quod autem*, vbi Bald *ff de offic. præfecti vrbis*;
& paria sunt non fieri, & inutiliter fieri, *l. pen. in prin.
ff. de suis, & legit. hæred. l. quoties,* vbi glos. *ff. qui satisd.
cog* cum aliis citatis per me *Axiom. 174. n. 14.* Non
enim tenebatur credere protestationi huiusmodi
non rectè factæ cùm aufugisset illam faciens, imper-
fectam relinquens. nec etiam eandem bonam fidem
potuerit obscurare stante superioris auctoritate, qua
nitebatur, vnde elicitur bona fides, licèt in iure er-
24 rerot, ad not. per Rot *decis. 71 num. 2. p. 1. recentior.* †
prout etiam eadem colligitur ex iudicio doctissimo-
rum virorum, qui matrimonij huiusmodi dissolutio-
nem approbarunt, ex eadem Rot. *decis. 110. num 4.
par. 1 recentissim.* & denique ex ipsa sententia disso-
lutionis, & nullitatis, pro qua stat præsumptio ex
vulgatis iuribus, nam res iudicata pro veritate habe-
tur, *l. si non sortem §. hæredi, ff. de condict. indebiti, l. cùm
putarem, ff. famil hereisc.* cum aliis adductis per me
Axiom. 200. num. 1.
25 Cuius resolutionis probabilitas colligitur ex *cap.
2. qui filij sint leg.* dum ait filios natos post litem con-
testatam super matrimonio publicè contracto, quod
per sententiam nullum fuit declaratum, legitimos
esse. Si ergo contestatio litis non inducit malam
fidem quoad vsus matrimoniales inter parentes, qui
à principio bona fide contraxerunt, iuxta text. *in cap.
2. vt lite pend* Faiard. *d. tract. de legitimat. per subsequens
matrim num 175.* & regulam generalem de conti-
nuanda possessione pendente lite, quæ probatur *in
cap. 1. illo tit.* & quæ latè prosequitur Lancellot. *de at-
tent. par. 2 cap. 4 limit. 1.* iuncta vera, & recepta inter-
pretatione illius cap. ibi, *ante probatam occupatio-
nem*, &c. Quomodo simplex quædam, extraiu-
dicialis, & informis protestatio malam fidem in-
ducere poterit.
Vnde prouenit filios natos post latam sententiam 26
pro nullitate matrimonij, pendente tamen appella-
tione, esse legitimos, sicut legitimi censentur filij
nati lite contestata, quia interim parentes licitè ma-
trimonio, suaque possessione vtuntur, nec debent
ea priuari lite durante, seu appellatione pendente,
l. 1. & per totum, ff. nil nouari appel. pend. & ideo ita do-
cent Pereg *d. art. 24. num. 61.* Ioan. Baptist. Costa *d. in-
spect. 38. num. 6.* Bellet. *disquisit. Cleric. par. 1. tit. de discipl.
Cleric. §. 3. num. 23. in fine,* Faiard. *d. tract. num. 175.* † in- 27
telligentes verba illa *d. cap 2.* ibi, *ante latam senten-
tiam*, non quòd insinuent susceptos post sententiam
illegitimos esse, sed vt intelligamus de filiis susceptis
post sententiam quæ transit in rem iudicatam.
Ex his quoque infertur optima ratione procedere 28
Pontificis responsum *in c. perlatum §. qui filij sint leg.*
Dum legitimos censet filios, quos mulier suscepit ex
secundo matrimonio post prolatã diuortij sententiã
super primo, quæ ei cum alio viro contrahendi fa-
cultatem concedebat; nam suprà ostendimus, legi-
mos esse filios susceptos ex matrimonio nullo, quod
vterque, vel alter ex parentibus bona fide contraxe-
runt; constat autem quòd quando mater secundum
matrimonium contraxit auctoritate sententiæ, quæ
primum separauit, facultatem concedens secundum
contrahendi, habuit iustam rationem credendi sibi
contrahere licitum esse, & consequenter bonam fi-
dem, ex reg. text. *in l. iustè possidet, ff de acquir. possess.*
cum similibus, in quibus probatur, quòd † etiam 29
in illicitis iussus, seu auctoritas Iudicis a dolo excu-
sat, glos. *in cap dixit Dominus 12. quæst. 5.* & quæ latè
adducit Mantua *sing. 119.* & Tiraq. *de pœnis temper.
causa 34. num. 4.* † Hoc idem confirmatur, quia mis- 30
sus Iudicis decreto in possessionem illius rei, quam
scit ipsius rei conuenti non esse, sed alienam, dicitur
habere bonam fidem, ideoque potest præscribere,
vt probatur *in l. & generaliter, ff. de noxal. act. in princ.*
iuncto fine, ibi, *eadem, quæ dicenda sunt si cùm ab eo
non defenderetur iussu Prætoris*, &c. Vnde ex iis & aliis
receptum testatur Coo. *in reg. possessor. par. 2. §. 8 num.
9.* Menoch. *illustr. c. 72. n. 1.* plenè Gilchen *de præscript.
p. 2 memb. 2. cap. 5 à princ.*
Iuuat, quòd quasi possessio colorata matrimonij 31
sufficit ad legitimationem prolis, vt censuit Rot. *de-
cis. 71 num. 1. par. 1. recentior.* quæ allegat text. *in cap ex
tenore,* vbi Abb *num. 7.* & Præpos. *num 3. qui filij sint
legit.* † Quando enim non agitur de matrimonij 32
fœdere, sed ad effectum legitimitatis, probatur ma-
trimonium leuioribus probationibus. Paris. *cons. 57.
num 41. lib 4.* Ferret. *cons. 49. num. 1* Rot. *decis. 406 num.
8. par. 1. recentior.* & ipsamet *decis. 681. num. 2. par 1. re-
centissim.* tenet quòd quando agitur de matrimonio
non ad effectum permanendi in illo, sed ad effectum
legitimitatis prolis, pro successione sufficiunt leuio-
res probationes, & allegat glos. *in cap. lator, qui filij
sint leg.* & Paris. *cons. 14 num. 22. lib. 2.*
Facit etiam, quòd filia ex huiusmodi matrimonio 33
nata semper habita fuit pro legitima, & ex legitimo

matrimonio procreata, ex quo satis probatur filia-
tio,& legitimitas, Rot. *decis.* 434. *num.* 7. *& decis.* 406.
num. 1. *par.* 1. *recentiorum.*

34 Et adhuc non apparente ita apertè de bona fide
dicti Francisci, prout constat ex dictis, sed casu ne-
gato, quòd ille validitatem sui matrimonij in du-
bium reuocare posset; nihilominus tamen eius filia
pro legitima habenda est, non obstante huiusmodi
parentis dubio: quæ resolutio probatur ex eo, quia
suprà diximus legitimos esse filios natos ex matri-
monio nullo, si parentes, vel eorum alter erant in
bona fide,& è contrario illegitimos esse quando am-
bo verè, aut præsumptiuè impedimenti conscij erant;
sed qui dubij sunt de impedimento matrimonij, &
eius validitate, non habent impedimenti scientiam,
sed bonam fidem, iuxta regulam text. *in cap. si virgo*
34. *quæst.* 2. vbi Augustinus ait bonæ fidei possesso-
rem dici, qui se possidere ignorat alienum; malæ ve-
rò fidei cùm sciuerit alienam esse rem, quam possi-
det; ex quibus verbis probatur, ad inducendam ma-
lam fidem necessarium esse quòd positiuè sciatur vi-
tium possessionis, seu impedimentum existens; suffi-
cere verò ad bonam fidem ignorantiam vitij, seu im-
pedimenti per negationem scientiæ: quo argumen-
35 to † dubitantem esse bonæ fidei possessorem, notauit
glos. *vlt. vers. Item qui dubitat. in cap. vltim. de præscri-
ption.* quam sequuntur Doctores communiter, ex
Abb. *num.* 40. Paris. *num.* 48. alij *ibi*, Menoch. *illustr. cap.*
77. *à num.* 3. Sarmien. *lib.* 2. *select. cap.* 10. *num.* 5. Balb.
de præscript. 2. *par. tertia partis, quæst.* 1. Sanch. *de matri-
mon. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 4. *&* 8. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.*
13. Ioan. Solorzan. *de Indiarum iure lib.* 3. *cap.* 3. *num.*
80. *&* 81.

36 Accedit, quia quando vxorati dubitant de vali-
ditate matrimonij, dubium huiusmodi est specula-
tiuum, quia non dubitant in praxi, an licitè vtantur
matrimonio, sed an illud validum sit. quod quidem
dubium non inducere malam fidem tenent commu-
niter Doctores, & ita explicant Couar. *de sponsalib.*
par. 2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 10. *& in reg. possessor. part.* 2. §. 7.
num. 4. Nau. *in cap. si quis autem, num.* 61. *de pœnit di-
stinct.* 7. Valent. *tom.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 14 *puncto* 4. *dubi-
tat.* 4. *& tom.* 3 *disput.* 7. *quæst.* 3. *puncto* 2. *vers. Tertia.* Et
confirmari potest ex decisione text. *in cap.* 2. *de secun-
dis nupt. & in cap. inquisitionis, de sent. excommunicat.*
vbi sciens impedimentum matrimonium annullans,
nullo modo potest petere, vel reddere debitum, quod
tamen licitè reddit, quando dubitat de impedimen-
to,& matrimonij validitate.

37 Quod quidem adeò verum est, vt si non solùm
Franciscus, sed etiam Sancia, dubij sint de validitate
matrimonij inter eos contracti, adhuc filij cum hoc
dubio suscepti legitimi erunt, si à principio vterque
bona fide contraxit. Ratio est, quia, vt suprà diceba-
mus, ad hoc vt filij in hac materia sint legitimi, suffi-
cit quòd parentes impedimenti scientiam non ha-
beant, *d. cap. ex tenore*, ibi, *ignaram*, *qui filij sint legit.*
sicut vt illegitimi sint, requiritur quòd habeant im-
pedimenti scientiam, *d. cap. cum inhibitio*, §. 1. ibi, *impe-
38 dimentum scientes*, &c. † Quam quidem scientiam
dubitans non habet; dubius enim est, qui in vtram-
que partem ita fluctuat, vt in neutram magis incli-
net, glos. *in l. de statu. ff. de testam.* recepta ex Nau. *in d.
cap. si quis autem num.* 12. & aliis, de quibus Sanch. *d.
lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 2. Iuuat, quia in dubio melior est
conditio, quæ iustæ possessioni fauet, *reg. in pari, de
39 regul. iuris in* 6. cum similibus. † Vnde istum sic du-
bitantem licitè posse insistere possessioni rei, quam
bona fide acquisiuit, licèt postea de tituli validitate
incipiat dubitare, vt post Ioan. Medin. *de restitut. quæst.*
17. constanter sequuntur Doctores communiter, vt
per Burgos de Pax *in proœm. legum Tauri num* 406.
Garcia *reg.* 227. *num.* 3. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 35.
ad fin.

Et in fortioribus terminis, si constare posset di- 40
ctos Franciscum & Sanciam iusto facti cum iuris
errore nulliter contraxisse, adhuc filiam ex illis pro-
creatam pro legitima habendam esse, quia quando
parentes iusto iuris, vel facti errore contraxerunt,
non malam, sed bonam fidem habere censentur, vt
resoluunt Abb. *in cap. perlatum, num.* 5. *& in cap. per
venerabilem, num.* 36. *in fine, qui filij sint legit.* Paleoth.
de nothis & spur. cap. 9 *ad fin.* Cou. *d. cap.* 8. §. 1. *num.* 9.
Peregrin. *de fideicom. art.* 24. *num.* 69. Faiard. *d. tract. de
legitimat. per subsequens matrimonium, n.* 171. † Immo 41
& iniustus error sufficeret, quia & iste bonam fidem
causat, ex Menoch. *illustr. cap.* 77. *num.* 7. Menoch. *de
præsumpt. lib.* 3. *præs.* 130. *ex num* 3. Fachin. *lib* 3. *con-
trouers. cap.* 28. Sanch. *de matrim. lib.* 5. *disp.* 3. *num.* 15.
Gilchen *de præscript. part.* 2. *memb.* 1. *cap.* 3. *num.* 8.
& 13.

Non obstat, quòd maioratus cuiusdam institutio 42
habet expressam clausulam ne in eo succedant, nisi
filij nati ex legitimo matrimonio, qua clausula stan-
te, videtur legitimos ex bona fide parentum succe-
dere non posse, secundùm opinionem Curtij iun.
quem refert & sequitur Fului. Pacian. *de probat lib* 2.
cap. 16. *num* 69. *vers. Ex quo infertur*, Cald. Pereira *de
nominat. emphyt. quæst.* 11. *num.* 42. *cum seqq.* Qui his
potissimum mouentur fundamentis. Primò, quia etsi
ex putatiuo natus matrimonio sit verè legitimus,
non tamen ex legitimo, vt expediebat, natus matri-
monio, sed ex nullo & illegitimo, ob quod in voca-
tione natorum ex legitimo matrimonio non debet
comprehendi, quemadmodum nec per rescriptum
legitimatus, qui est verè legitimus, comprehenditur.
Secundò, quia † mentione facta de matrimonio, 43
intelligitur de vero, & non putatiuo, Bald. *in l falsus*,
§. *an etiam, ff. quod falsò tut.* Tertiò, quia † appellatione 44
legitimæ ætatis solùm ætas naturalis intelligitur, ex
l. fin. C. de his qui ven. ætatis impetr. cùm verba propriè
sint intelligenda, *l. sin autem, ff. de exercit. act. l. Labeo,
ff. de supellect. legata*,& conditio non per æquipollens,
sed specificè sit adimplenda, *l. qui hæredi. & l. Mauius,
ff. de condit. & demonstr.*

Contrarium tamen, immo quòd adhuc stante hac 45
clausula legitimi ex bona fide parentum sint admit-
tendi, tuentur Socin. iun. *cons.* 39. *n.* 18. *& cons.* 63. *per
tot. lib.* 3. Greg. Lop. *l.* 1. *col.* 2. *verb. Se casa con ella, tit.* 13.
par. 4. Cou. *de sponsal. part.* 2 *cap.* 8. §. 1 *num.* 3. Menoch.
de success. progres lib. 3. *de fideicom. substit.* §. 26. *num.* 16.
Aluarad. *de coniect. mente defuncti lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9.
vers. Sed pro prima parte, Cardin. Mantic. *de coniect. vl-
tim. volunt. lib* 11. *tit.* 8 *num.* 24. Ioan. Bapt. Lupus *de il-
legit. & natur. commento* 4. §. 1. *num.* 44. *vers. Sed est*, Me-
noch. *de præsumpt. lib.* 4 *præs.* 77. *num.* 6. Pereg. *de fidei-
com. art.* 24. *num.* 72. Honded. *cons.* 87. *num* 6. *lib.* 1. Mo-
lin. *de primog. lib.* 3 *cap.* 1. *num.* 15. Mieres *de Maio-
ratu par.* 3. *quæst.* 15 *num.* 22. Thesaur. *Pedem. decis.* 196.
num. 7. Alexand. Trentacinq. *de substitut. par.* 4. *cap.* 7.
num. 56. Gallus *de except. success. tit.* 4 *except.* 27. *num.*
69. *par.* 2. Vincent. Fusar. *de substitut. quæst.* 410 *ex n.* 3.
Castill. *lib.* 2. *rerumquotid. cap.* 11. *per tot.* Faiard. *de
legitimat. per subsequens matrimonium num.* 310 *cum
seqq.*

Mouentur hi Doctores ex sequentibus. Primò, 46
quòd matrimonium putatiuum quoad inducendam
legitimationem, & effectus illius, est omnino ad-
æquatum vero & legitimo: sed quando vnus casus
est alio omnino adæquatus, dispositum in vno,& in
alio

alio dispositum censetur, etiam in materia odiosa, & correctoria, *l. si quis seruo. C. de fur.* Ergo dispositio verum matrimonium exposcens, putatiuo erit adimpleta, & per consequens in vocatione natorum ex legitimo matrimonio, comprehensi erunt ex putatiuo nati. Secundò ex putatiuo matrimonio natus dicitur procreatus ex legitimo matrimonio; tum, quia tale matrimoniũ quoad natos ex eo dicitur in iure legitimum, Ioan. Andr. Butr. Abb. & alij *in d. cap. per venerabilem, qui filij sint leg.* & alij, quos ad id refert Castill. *d. cap.* 11 *num.* 14. tum, quia cùm sic natus dicatur legitimus, & matrimonium ex quo ipse fuit susceptus, dici debet legitimum; legitima enim proles ex illegitimo matrimonio nasci non potest, Socin. iun. *d. conf.* 63. *num.* 2. Tertiò, quia vt arguit Socin. *vbi proximè num.* 26. ille dicitur nasci de legitimo matrimonio, qui nascitur ex matrimonio à iure approbato, vel non improbato, nam legitimum dicitur à lege approbatum, vel toleratum *l. legitima*, & *ibi* Doctores, & *de pactis*. Sed filiorum ex matrimonio putatiuo natiuitatis tempore tale matrimonium non erat improbatum, sed approbatum vsque dum scientia impedimenti superueniens effecit nullum declarari. Ergo ante declarationem, & sic tempore natiuitatis filiorum, legitimum erat, & per consequens ex eo suscepti ex legitimo procreati sunt matrimonio.

47 † Quartò & vltimò, quia vera legitimitas non aliunde pendet, quàm ex approbatione legis, quæ filios vt legitimos simpliciter approbat, *l. filium definimus, ff. de his qui sunt sui*, text. optimus *in auth. quibus modis naturales efficiantur legit. collat.* 7. Petr. Greg. *Syntagm. lib.* 10. *cap.* 3. *num.* 6. Paleoth. *de nothis, & spur. cap.* 3. *à num.* 3. Roias *in epit. success. cap.* 1. *à num.* 8. Constat autem legem Canonicam simpliciter, vt legitimos approbare filios susceptos ex matrimonio nullo, contracto tamen bona fide vtrinsque, vel alterius ex parentibus; ergo legitimos esse dicendum est. Quæ resolutio ex illis verbis *d. cap.* 2. *qui filij sunt legit.* ibi, *non minus habeantur legitimi*, † *d. cap. ex tenore, eod. tit.* ibi, *legitimum reputamus*, vbi Abb *num.* 8. & 9. communem dicit Cou. *d. cap.* 8. §. 1. *num.* 2. Paleoth. *de nothis, & spur. cap.* 9. *n.* 14. Menoch. *d. praes.* 77. *à num.* 3. Azon. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *quaest.* 4. Castill. *d. cap.* 11. *num.* 5. & 6. quos citaui *in collect. ad d. cap.* 2. *num.* 4. hinc notantes huiusmodi filios in nihilo differre ab aliis ex iustis nuptiis ortis, & ad omnia, in quibus hi admittuntur, esse admittendos non solùm ad parentum hæreditatem, de qua *in d. cap.* 2. verùm etiam ad Episcopatum, vt tenet Castill. *d. cap.* 11. *num.* 19. atque etiam ad Ecclesiasticam emphyteusim, vt post Decium resoluit Cald. Pereira *de nomin. emphyt. quaest.* 21. *num.* 28. Et demum plura alia fundamenta & rationes cumulat Castill. asserens reliquos omnes radicem dubij non attigisse, qui *citato loco num.* 24. subdit, quòd licèt matrimonium putatiuum non esset verum, nec legitimum, sed inualidum, à lege tamen quoad hunc effectum legitimandi filios, habilitatur, & validum ac legitimum efficitur, in hoc adducens Ioan. Andr. & Host.

48 Qua quidem opinione retenta vti communiori & veriori, non obstant ea, quæ pro prima supra adduximus, *num.* 42. Nam

Ad primum respondetur, quòd natus ex matrimonio putatiuo, non solùm est legitimus, sed etiam ex legitimo procreatus matrimonio, cùm hoc tale reputetur quoad legitimationem & successionis effectum, vt dictum est. Simileque dictum à legitimato per rescriptum parum refragatur, quia hic accidentaliter, & non ex matrimonio legitimus existit, ex putatiuo tamen coniugio susceptus, ex eo verè, naturaliter, seu secundùm matrimonij naturam (à qua legitimitas, & filiatio procedit, *d. l. filium definimus, de his, qui sunt sui*) legitimus, successionisque capax efficitur.

Ad secundum respondetur, ideo mentione de matrimonio genericè facta, solùm comprehendi verum matrimonium, quia cùm inter illum, & putatiuum permultæ sint differentiæ, non potest de vno ad alium argumentari, sed si specificè matrimonium enuntietur ad vnum effectum, qui pariter resultat, tam ex vero, quàm ex putatiuo matrimonio, veluti si enuntietur circa legitimitatem, ac successibilitatem, tunc appellatione matrimonij tam verum, quàm putatiuum venire, & de vno ad aliud posse argumentari dicendum est, ad tradita per Doctores *in cap. translato, de constit.* & iuxta celebrem glos. vbi Gemin. & Ioan. Andr. *in cap. non potest, de preben. lib.* 6.

Ad tertium denique respondetur, cessare obiectum, quia putatiuum matrimonium legitimum est, & ex eo proueniens legitimitas naturalis, & non distincta ab ea, quæ ex vero dimanat matrimonio, ac ideo dissimilem esse casum *d. l. fin.* iudicamus cum Bart. & Alex quos refert & sequitur Castill. *d. cap.* 11. *num.* 41. 49

Limitatur tamen hæc resolutio ita defensa ne procedat quoties testator ad successionem inuitasset ex vero matrimonio natos, eùm eo proposito fecisse credatur, vt & legitimatos, & ex eo matrimonio putatiuo natos, & alios similes à successione excluderet, ita post alios resoluunt Castill. *d. cap.* 11. *num.* 42. Fusar. *de substitut. quaest.* 410. *num.* 8. Faiard. *in tract. de legitimat. per subsequens matrimonium n.* 330. 50

Denique non obstat clausula transactionis factæ inter dictum Antonium, & Sanciam, quæ sic cantat. *Que el pleyto matrimonial, ambas las dichas partes de conformidad suppliquen al señor Nuncio de su Santidad para ante quien tienen apelado que cometa esta causa a vno de los señores Prelados del districto desta Chancelleria, qual fuere nombrado por el señor Presidente, para que conozca della, y oydas las partes la sentencie definitiuamente, y assi mesmo que de conformidad de ambas partes se suplique a su Santidad se sirua por las causas, y razones que le representaren que resultan del processo que dispense en este matrimonio rato y no consumado* Ex quibus verbis videtur colligi, inter dictos Antonium & Sanciam vinculum validum esse, si quidem super illo dispensationem obtinere intendebant, iuxta vulgates doctrinas quòd petens & obtinens dispensationem, videtur tacitè fateri impedimentum, & similiter quòd petens absolutionem videtur fateri se esse excommunicatum, & quòd instrumentum legitimationis probat quem illegitimum cum aliis per me adductis in *collect. ad cap. venerabilem* 34. *num.* 14 *cum seqq de elect.* Respondetur enim huiusmodi doctrinas non applicari casui nostro, quia intelliguntur, non solùm quando petita fuit dispensatio ab illo, qui eam concedere potest, sed etiam quando fuit obtenta: in nostro autem casu, res aliter se habuit, siquidem asserta illa dispensatio nunquam obtenta fuit, nec minus à Pontifice petita, nec exinde confessio aliqua validitatis matrimonij huiusmodi elici potest, eò quòd imaliditatis scientiam habebant, nec ea iam definitiua sententia terminata in dubium per eos reuocari poterat. Eo maximè, quia in dicta transactione dicitur dictam dispensationem petendam esse ex causis & rationibus à processu pronenientibus, in quo constat de impotentia respectiua ditimente absque aliqua † Pontificia dispensatione; ergo super illa cadere poterat illa dispensa- 52 51

 tio

tio sine necessitate petenda, relatum enim est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hered.instit.l.si ita scripsero, ff. de condit. & demonst.* cum aliis citatis per me *Axiom.* 201. *num.* 1. quibus addo nunc Sebast. Medic. *de regul.Iuris reg.*10. Franc. Milanens. *decis.*8. *num.* 50. *lib.* 2. Fontanel. *de pactis nupt.claus.*6.*glos.*3.*part.* 7. *num* 72. & 73. Valenzuel. *cons.*102.*num.*71.*tom.*2. Castill. *de test. cap.* 5. *num.*3. *cum seqq.* Ioseph. Vela *de iure controuer. in Hispalen. Senatu.dissert.* 4.*num.*3. & ideo relatio restringitur & limitatur ad illud, quod in relato tantum continetur, Bimi.*cons.*34 *num.* 6. Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 325.*num.*41.& *decis.*187.*num.*110. Et melius credetem particulam illam, *dispensacion*, impropriè ibi adduci, vel potius iniuria Notarij, cùm magis propriè declaratio peti deberet, quia ex antecedentibus & subsequentibus colligitur hanc esse mentem & intentionem partium transigentium. Verba enim sunt intelligenda non secundùm quod sonant, sed secundùm mentem, & intentionem proferentis, *l. non omnis,in princip.ff.si certum pet.l.* 3. §. *si quis hoc interdicto ff.de itin. actuque priuato.* Et verba debent inseruire intentioni, non intentio verbis, *l. non aliter,ff.de legat.*3.*cap. secundò requiris, de appellat.* cum aliis adductis per me *Axiom.*220.*num.*1.2.& 3.

Toletana dispensationis.

Matrimonium contractum inter consanguineos obtenta dispensatione super impedimento tertij gradus, si postmodum detectum fuerit in secundo etiam inuicem esse coniunctos, an sit validum?

VOTVM III.

1 *Multiplicitas vbi est eiusdem, vel diuersi gradus,huiusmodi multiplicitatis necessaria est mentio.*

2 *Gradus mixtus non continetur sub simplici.*

3 *Impedimenta plura quoties adsunt, omnia sunt necessariè narranda, vt virtute dispensationis liceat matrimonium inire.*

4 *Matrimonium contractum inter consanguineos obtenta dispensatione super impedimento tertij gradus, si postmodum detectum fuerit, in secundo etiam inuicem esse coniunctos, est nullum secundùm vnam opinionem.*

5 *Gradus remotior trahit ad se, & imbibit proximiorem.*

6 *Expenditur* cap. quod dilectio, de consang. & affinit.

7 *Bulla Pij V. refertur,* & num. 8.

9 *Tenor litterarum declaratoriarum refertur.*

10 *Ablatiuus absolutus conditionem importat.*

11 *Littera declaratoria in Motu Pij V. non petuntur tanquam conditio requisita ad valorem dispensationis, in qua solus gradus remotior expressus est.*

12 *Litteræ declaratoria non petuntur, vt prior dispensatio valida sit, sed vt scandalo obuietur.*

13 *Multiplicitas eiusdem, vel diuersi gradus si adsit, tunc dispensatio est necessaria cum expressione multiplicitatis huiusmodi.*

14 *Dispensatio est nulla quando explicatur gradus inferior qui non extat, & per errorem non exprimitur superior, qui verè extat.*

15 *Error in gradu explicando maiorem non irritat dispensationem.*

16 *Refertur Breue S.D.N.Vrbani VIII.*



DOn Antonius, & D. Francisca existimantes se tertio tantùm consanguinitatis gradu inuicem esse coniunctos à Summo Pont. Vrbano VIII. dispensationem obtinuerunt in forma solita Ordinario commissam, vt impedimento dicti tertij gradus minimè obstante matrimonium inter se publicè seruata forma Concilij Trid.contrahere,illudque in facie Ecclesiæ solemnizari, & in eo postmodum remanere liberè, & licitè valeant.

Verificatis dictæ dispensationis narratiua, & aliis de iure verificandis, & seruatis seruandis, matrimonium solemniter celebrarunt, ac in eo per plures annos permanserunt; sed cùm postmodum detectum fuerit in secundo cum tertio gradu inuicem esse coniunctos, Don Antonius intentauit iudicium super nullitate matrimonij ex defectu, de quo suprà, & causa coram R. Vicario Matritensi introducta, ipse diffinitiua sententia iudicauit dictam dispensationem solo tertio gradu expresso obtentam valere,nec ob id matrimonium esse nullum: at intra certum tempus illos obligatos esse voluit ad obtinendas à Sede Apost. litteras declaratorias super propinquiori gradu: à qua sententia dictus D. Antonius ad Illustrissimum D. meum Nuntium appellauit, & causa mihi commissa cœpi dubitare,an esset confirmanda, vel infirmanda.

Pro nullitate dictæ dispensationis, & matrimonij illius vigore contracti vrgent multa; & primò,quòd vbi est multiplicitas eiusdem, vel diuersi gradus, tunc in dispensatione necessaria est mentio multiplicitatis huiusmodi, vt cum multis probat Sanch. *de matrim.lib.*8.*disp.*24.*num.* 5. Secundò quòd in dispensationis impetratione super gradibus consanguinitatis, quando contractum distant inæqualiter à stipite, veluti si alter distet in secundo, alter in tertio, prout in casu nostro, tunc est necessaria mentio gradus propinquioris, quo alter distat: itaut subreptitia sit dispensatio, non facta illius gradus mentione, vt probatur ex text. *in cap. quòd dilectio, de consang. & affin.* vbi deciditur potestatem concessam Legato ad dispensandum in certo gradu, non extendi ad eum gradum quando alter contrahentium in propinquiori distat ab stipite. Tertiò,quia † gradus mixtus,ex propinquiori scilicet, & remotiori, sicut verificatur in hoc euentu, non continetur sub simplici, cùm simus in materia odiosa, prout est dispensatio, ac proinde strictè interpretanda, vt resoluunt Aym.*cons.*276.*col.fin. vers. Iam causa collectarum,* Cephal. *cons.*26 *num.*24.*cum seqq. lib.*1.Tiraq.*de legib.connub.glos.*5. *num.*71 Mandos. *ad reg.* 11.*Cancel. quæst* 3.*num.*6.& *reg.*11.*quæst.* 6 *num.*1.& *reg* 32.*q.*30. *num.*8.*vers. Amplius conditio,* Surd. *cons.*430. *num.*14. Sanch. *d.lib.*8.*disp.*2.*num.*28.& *disp* 24.*num.*5. Quartò, quia † quoties adsunt plura impedimenta,omnia sunt

sunt necessariò narranda, vt virtute dispensationis liceat matrimonium inire, Sot. *in 4. dist 41. q. vnic. art. 2 col. 4* Con. *de sponsal. par. 2. c. 6.* § 7. *num.* 1. Fr. Emm.
4 *in sum tom 1 cap. 228. num. 1. in 2. edit.* Quare † hanc partem nullitatis sustinent Alex. de Neuo *in d. cap. quod dilectio num.* 8. Borgas. *de irregul. par. 2. tit. de interpret. dispensat num.* 26. Anton. Cuch *lib. 1. institut. maior. tit* 12 *num.* 252. Gambar. *de officio, & potest Legati de Latere lib. 4. titul. de dispensat. Legatorum circa matrimon. num.* 392. Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 161. colum penult. vers. Illud tamen.* Idque decreuit Pius IV.

5 Pro validitate tamen stat, quia gradus remotior trahit ad se & imbibit proximiorem quantum ad rationem magis distantis à communi stipite, cùm is solùm gradus impedimentum matrimonio præstet, qui à stipite remotior, est, ac proinde non sit mix-
6 tus, sed simplex, *cap. fin. de consang & affinit.* † Expenditur deinde *d. cap. quod dilectio*, dum decidit dispensationem in certo gradu, veluti tertio, non extendi ad mixtum, scilicet tertium cum quarto, non procedere secundùm iuris regulas, sed ex eo, quòd in illo loco sic habebat consuetudo, ex cuius violatione scandalum oriebatur, vt constat ex fine eiusdem text. vbi decisionis sic redditur ratio, ibi, *Consultius ducimus multitudini, & obseruatæ consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum*, & ibi tradunt glos. *verb. vterque*, Innoc. Abb. Imol Felin. Cou. Petr. de Ledesma, & alij, quos refert & sequitur Sanch. *d. lib. 8 disp. 1. num.* 33. vnde contrarium apertè docent vbi consuetudo non est contraria. Et ideo hanc partem sustinent Abb. *in d cap. quòd dilectio, ad fin.* & *ibi* Præp. *num. 8. vers. Quaro*, Siluest *verb. matrimonium 8, cap. 6. in fine*, Martin. de Ledesma, Tolet. Emman. Sà, & alij, quos refert Sanch. *d disp. 24. num. 24.*

Sanctæ memoriæ Pius V. quodam motu proprio,
7 incip *Sanctissimus, sub dat. 26. Augusti* 1566. rem hanc ad Ius commune pristinum reduxit, ac reuocans alium Motum proprium Pij Quarti, statuit non esse necessariam gradus propinquioris mentionem, sed sufficere remotioris; obtentis tamen postea litteris declaratoriis super propinquiori, nec posse litteras prioris notari subreptione, vel intentionis defectu, ita ex eo colligunt Sanch. *d disp 24. num. 25.* & Gutier. *de matrimon cap. 124. num.* 11. Tenor autem dicti Motus proprij, est prout sequitur.

8 *Sanctissimus in Christo Pater, & dominus noster D. Pius diuina prouidentia Papa V. attendens per quandam constitutionem dudum per fel. record. Pium Papam IV. Sanctitatis sua prædecessorem editam, qua cauetur quòd in dispensationibus matrimonialibus pro diuersis consanguinitatis, seu affinitatis ex eodem stipite prouenientibus gradibus coniunctis, non remotioris solùm, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin dispensationes, ac desuper confecta littera nullius sint roboris, vel momenti, prout in dicta Constitutione plenius continetur; à dispensatione Iuris communis, & laudabili, ac antiquo Romana Curia stylo nimium recedi, ac fauorem matrimonij debitum restringi; volensque propterea Iuri & stylo prædictis, necnon pia mem. Gregorij XI. Clementis VI. Romanorum Pontificum etiam Sanctitatis sua prædecessorum, vestigijs inhærendo, Sacramento, & libertati matrimonij quantum cum Deo potest, fauere, statuit, & ordinauit, quòd de cætero in quibuscunque dispensationibus, quas pro matrimonijs contractis, aut contrahendis inter viros & mulieres inuicem diuersis prohibitis consanguinitatis, seu affinitatis aut mixtis, ex communi, seu ab eodem stipite surgentibus, quicunque illi sint, dummodo primum quoquomodo non attingant, cùm in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intendat, gradibus coniunctos ab eadem Sanctitate sua, & pro tempore Romano Pontifice, aut Sede Apostolic. impetrari, vel alias concedi contigerit, ac litteris, commissionibusque desuper etiam locorum Ordinarijs secundum gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem, ac ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere; obtentis tamen postea, super propinquiore litteris declaratorijs, iuxta Gregorij, & Clementis prædec. huiusmodi Constitutiones, quas quoad hoc innouauit, & inuiolabiliter obseruari mandauit, dispensationesque, seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas litteras, & processus habitos per easdem, dispensatis, seu his cum quibus dispensari mandatur propter proximioris gradus huiusmodi non expressionem, de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus, & per omnia suffragari perinde ac si in litteris, seu commissionibus huiusmodi de proximiore, seu vtroque gradu specialis & expressa mentio facta fuisset. Sicque per quoscunque Iudices & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales sublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari & definiri debere, ac quicquid secus super his à quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decreuit; Constitutione Pij prædecessoris huiusmodi, cæterisque contrarijs, non obstantibus quibuscunque.*

Tenor autem litterarum declaratoriarum sic for- 9
matur, cùm narratum est Pontifici quosdam impetrasse dispensationem, proponendo se tertio consanguinitatis gradu coniunctos, cùm tamen essent in secundo cum tertio. Et ait Pontifex in illis litteris vt sequitur. *Discretioni tua per Apostolica scripta mandamus, quatenus etiamsi litteris præfatis iam tibi præsentatis ad illarum executionem propter hoc procedere distuleris, seu recusaueris, nihilominus negotium huiusmodi reassumens, ipsasque litteras valere dicta auctoritate decernens, ad eandem litterarum executionem (seruata alias earum forma) procedas, ac cum eisdem N. & N. super impedimento tertij consanguinitatis gradus huiusmodi eadem auctoritate dispenses. Distantiam verò secundi gradus præfati eis non obstare declares in omnibus, ac per omnia, perinde ac si in dictis litteris ipsos secundo & tertio consanguinitatis gradibus à communi stipite prouenientibus inuicem esse coniunctos expressum fuisset.*

Et quamuis ablatiuos ille absolutus, *obtentis lit-* 10
teris declaratoriis, videatur conditionem importare ad *l. a testatore ff. de condit. & demonst.* ita vt dispensatio non valeat in neutro foro, donec eæ litteræ impetrentur, tamen cùm illæ litteræ declaratoriæ pro foro tantùm externo petantur, & vt euitetur scandalum, quippe quòd poterant aliqui scandali ansam
sumere, † videntes non esse dispensatum in gradu 11
propinquiori, ideo in ipso Motu proprio non petuntur tanquam conditio requisita ad valorem dispensationis, in qua solus gradus remotior expressus est, ita Henriq. *in sum. lib. 12. de matr. cap. 3. §. 6. in commento lit. T. & cap. 9. num 2. in commento lit. Z.* Sanch. *d. disp. 14 num. 28* vbi *num. 29.* hinc colligit matrimonium initum virtute dispensationis solo gradu remotiori expresso, nec obtentis litteris declaratoriis fore validum; & *num. 30.* subdit quòd licèt Ordinarius suo munere abutens dispensaret non allatis litteris illis declaratoriis, cùm tamen ex actis constaret esse sibi gradum propinquiorem, & remotiorem, vel si deceptus à contrahentibus falsò probantibus esse solum gradum remotiorem dispensaret, credit valere matrimonium, quia ea dispensatio valida fuit,
nec malitia Ordinarij malè exequentis, † aut partis 12
falsò probantis tollit eius valorem; non enim petuntur eæ litteræ, vt prior dispensatio valida sit, sed vt

vt scandalo obuietur, vt suprà diximus. Idem resoluit Basil. Pont. *in simili tract. de matrim. lib. 8. cap.* 17. §. 5 *num.* 26. *pag.* 737. in illis verbis, ibi, *Eiusmodi autem litteræ declaratoriæ, quas exigit Pius V. non sunt necessariæ ad matrimonij valorem, sed pro foro externo, & ad vitandum scandalum.*

13 Intellige supradicta procedere in gradu inæquali, veluti quando quis est coniunctus in secundo cum tertio gradu ab eodem stipite proueniente, quia si esset multiplicitas eiusdem, vel diuersi gradus, veluti quando contrahentes ex parte vtriusque parentis coniuncti in secundo gradu, id est, *primos hermanos por dos partes*, vel ex vno parentis latere sunt coniuncti in secundo gradu, & ex altero in tertio, vel quarto, tunc dispensatio est necessaria cum expressione multiplicitatis eiusdem, vel diuersi gra-

14 dus, vt multis probat Sanch. *d. disp.* 24. *num.* 5. † Secus etiamsi explicetur gradus inferior, qui non extat, & per errorem non exprimatur superior, qui verè extat, quantumuis ex ignorantia inculpata procedat, quia nihilominus erit subreptitia, & irrita dispensatio, cùm contingat circa dispensationis substantiam, & ita nullatenus in illo gradu superiori dispensatur, vtpote qui nec formaliter, nec virtute includitur in inferiori, idem Sanch. *d. disp.* 24. *num.* 18.

15 vbi *num* 17. notabiliter resoluit, quòd † si error sit in gradu explicando maiorem, vt secundum, cùm tamen sit minor vt tertius, valet dispensatio, quia etsi non sit concessa specialiter pro tertio gradu, est tamen concessa simpliciter pro consanguinitatis impedimento cum errore circa qualitatem accidentalem inclusam à fortiori in gradu super quo dispensatur.

16 In proposita quæstione iuxta terminos Bullæ, siue Motus proprij Pij V. suprà relati *num.* 8. resoluendum à nobis erat matrimonium contractum inter consanguineos obtenta dispensatione super impedimento tertij gradus, si postmodum detectum fuerit in secundo etiam inuicem esse coniunctos, esse validum, impetratis tamen litteris declaratoriis, &c. iuxta illius formam. Verùm cùm nouissimè ad manus meas peruenissent quædam litteræ in forma Breuis S. D. N. Vrbani VIII. opera & diligentia Domini mei D. Bernardini Campelli Illustr. & Reuerendiss. D. Nuntij ac eius Tribunalis Auditoris Generalis, cœpi admodum dubitare, eo quòd cùm ibi proponeretur quoddam matrimonium secundùm terminos à nobis propositos contractum fuisse, & ad Curiam pro impetrandis litteris declaratoriis contrahentes misissent, summos ille Pontifex declarauit in dicto Breui copulam interim habitam fuisse incestuosam, & filios illegitimos, iussitque vt ab excommunicatione, in quam incurrerint, absoluerentur, & de nouo in facie Ecclesiæ, ac publicè matrimonium contraherent, filios legitimando, &c. Quibus à me visis litteris causam huiusmodi definire ausus non fui, sed partes ad Curiam Romanam pro impetranda declaratione remisi. Breuis autem præfati copia, quod authenticum vidi, sic cantat.

VRbanus Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio Matriti commoranti salutem, & Apostolicam benedictionem. Alias pro parte dilecti filij A, laici, & dilectæ in Christo filiæ C, mulieris Toletanæ Diœcesis nobis expositum fuit, ipsos qui de verè nobili genere procreati existunt ex certis rationalibus causis animum eorum mouentibus cupere inuicem matrimonialiter copulari. Sed quia tertio consanguinitatis gradu inuicem erant coniuncti, desiderium eorum illud in parte adimplere non posse absque Sedis Apostolicæ dispensatione. Quare pro parte eorundem A, & C, nobis humiliter supplicatum quatenus eis in præmissis de opportuna dispensationis gratia prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos huiusmodi supplicationibus tunc inclinati, dilecto filio officiali Toletan. per alias nostras litteras dedimus in mandatis, quatenus si preces veritate niti reperiret cum eisdem A, & C. quod impedimento tertij consanguinitatis gradus huiusmodi non obstante matrimonium inter se publicè seruata forma Concilij Tridentini contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum permanere liberè, & licitè valerent auctoritate nostra dispensaret prolem suscipiendam exinde legitimam nuntiando, prout in dictis litteris continetur. Cùm autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum A, & C. petitio continebat litteris præfatis dilecto Officiali præsentatis, idem Officialis contenta in eis verificari mandauerit, & quamuis in verificatione ipsa ei constaret ipsos A, & C, secundo & tertio, a communi stipite prouenientibus consanguinitatis gradibus inuicem esse coniunctos, nihilominus cum dictis A, & C, super impedimentis huiusmodi licet nulliter, & de facto dispensauit. Cuius quidem dispensationis prætextu ipsi A, & C, matrimonium inter se per verba de præsenti publicè seruata forma Concilij prædicti, nulloque detecto, neque denuntiato impedimento contraxerunt, illudque in facie Ecclesiæ solemnizarunt, & carnali copula consummarunt, proindeque ijdem A, & C, in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostol. dispensatione, & si diuortium inter eos fieret gratia exinde scandala possent verosimiliter exoriri. Quare pro parte eorundem A, & C, nobis denuo fuit humiliter supplicatum quatenus eis ne dictarum litterarum frustrarentur effectu in præmissis opportunè prouidere, de simili benignitate dignaremur. Nos igitur eosdem A, & C, ac eorum quemlibet amplioris gratiæ fauore prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis, sententiis, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes posterioribus supplicationibus huiusmodi etiam inclinati fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus negotium huiusmodi reassumens, litterasque præfatas valere decernens moniti prædicto Officiali, vt a similibus in posterum omnino abstineat, ac imposita dictis A, & C, propter incestum huiusmodi arbitrio tuo pœnitentia salutari, & quatenus contra ipsos causa super præmissis in iudicium, quo quomodo deducta fuerit, parito iudicato eosdem A, & C, si hoc à te humiliter petierint ab excommunicationis sententia, quam propter præmissa incurrerunt incestus reatu, & excessibus huiusmodi in vtroque foro dicta auctoritate absoluas in forma Ecclesiæ consueta, ac cum eisdem A, & C, quod impedimento tertij consanguinitatis gradus huiusmodi, non obstante matrimonium inter se de nouo publicè seruata forma eiusdem Concilij contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere liberè, & licitè valeant eadem auctoritate dispenses. Distantiam verò secundi gradus prædicti eis non obstare declares, prolemque susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernas, ac earundem litterarum executione seruata aliàs earum forma de nouo procedas in omnibus, & per omnia perinde, ac si in illis A, & C, non tertio, sed secundo, & tertio à communi stipite prouenientibus coniunctis gradibus minimè esse coniunctos expressum, ac cum eisdem desuper dispensari, & declarari mandatum, præmissaque sequuta, minimè fuissent. Non obstantibus præmissis, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Tusculi anno Incarnationis Domi-

nicæ

nica 1624. nono Kalend. Nouembris. Pontificatus nostri anno secundo. locus † plumbi.

Toletana confirmationis electionis.

Electio sicut potest extraiudicialiter, & nullo compilato processu confirmari, ita & infirmari, & à decreto cassationis huiusmodi non potest appellari saltem ad effectum suspensiuum, nec potest recusari Generalis cassans; ad quem spectat loco cassati, alium idoneum eligere, & confirmare. Non deferuntur ad secularia Tribunalia causæ super rebus, quæ geruntur inter Religiosos per eorum superiores.

VOTVM IV.

1 *Confirmatio obiectionis fieri iubetur.*
2 *Interpretans se ipsum non eget extraneo interprete.*
3 *Actus vbi diuerso modo potest intelligi, recurretur ad eius auctorem, vt inde cognoscatur quo respectu fuerit inductus.*
4 *Declaratio nulla melior est, quàm illa, quæ prouenit ab eodem fonte.*
5 *Prouincialis non habet exercitium officij ante confirmationem permissu Generalis, sed legis auctoritate.*
6 *Dictio*, donec, *est suspensiua cuiuscunque effectus.*
7 *Dictio*, pro interim, *est limitatiua temporis intermedij.*
8 *Concessum ad tempus limitatum, vltra illud non extenditur.*
9 *Concessum ad tempus, post illud censetur denegatum.*
10 *Confirmatio tacita ex quibus excludatur.*
11 *Conditionem apponens in ipsa actionis natiuitate, apponit quasi ne sit nata actio.*
12 *Litteræ non possunt pro parte acceptari, & pro parte repudiari.*
13 *Probatio dubia interpretatur contra producentem.*
14 *Qualificans, siue modificans, visus est negare positionem absque qualitate.*
15 *Seruitutem negat, qui dicit actorem pluries transiisse per fundum de gratia sua, vel de licentia sua.*
16 *Confessio qualificata non potest acceptari recta qualitate.*
17 *Tempus nullum à Iure præfixum est ad confirmandum.*
18 *Institutor si absque causa non instituat, quo-*

modo possit compelli per superiorem.
19 *Generales confirmatione non indigent, quia ex tacita Pontificum permissione statim, ac electi sunt, confirmati censentur.*
20 *Prouinciales tenentur statim, ac electi fuerint, confirmationem petere à P. Generale.*
21 *Lex de quocunque Iudice bonam capit præsumptionem.*
22 *Iudex præsumitur pronuntiasse secundum quod ius disponit.*
23 *Bonus quilibet particularis in dubio præsumitur.*
24 *Laudatur P. Generalis Minimorum Franciscus à Longobardis.*
25 *Electionis confirmatio, vel cassatio potest fieri per viam iudicij, quando alius adest coëlectus, vel ob votorum paritatem, seu defectum aliquem.*
26 *Electionis confirmatio, seu cassatio potest fieri extraiudicialiter, quando nullo existente coëlecto confirmator priuata scientia inquirit de modo electionis.*
27 *Prouisione extraiudiciali quomodo Iudex se infirmare teneatur.*
28 *Contradictor legitimus quando non adest, sufficit quòd Iudex extraiudicialiter se informet.*
29 *Confirmator quomodolibet cassauerit electionem etiam digni cassata est.*
30 *Superior confirmans potest inquirere per famam, vel litteras.*
31 *Generalis in confirmando potest fidem adhibere soli famæ, & litteris testimonialibus.*
32 *In confirmatione non requiritur forma, sed sufficit, quòd fiat per quodcunque dictum, vel factum, quo superior declaret suam voluntatem.*
33 *Confirmator ex officio suo habet ius confirmandi, vel cassandi electionem prout sibi videbitur expedire.*
34 Clem. exiui, §. demum, de verbor. signif. *declaratur.*
35 *Princeps quando vni Præsidi rescribit, per consequentiam omnibus rescripsisse videtur.*
36 *Fides adhibenda est illius dicto cuius conscientia & prudentia aliquid commissum fuit.*
37 *Obseruantia est attendenda.*
38 *Obseruantiæ plurimum defertur in interpretandis constitutionibus.*
39 *Patientia in Religiosis multum necessaria.*
40 *Ius ex electione acquiritur.*
41 *Electio antequam confirmetur à superiori, non præstat titulum irreuocabilem.*
42 *Electus, seu præsentatus si moriatur ante confirmationem, non dicitur beneficium va-*

care

care per mortem electi, seu præsentati, sed per obitum primi, & vt priùs.

43 *Correctores electi debent à Capitulo Prouinciali confirmari.*

44 *Electus in Correctorem non habet aliquod ius quæsitum suæ electionis ante confirmationem quod possit repetere quasi in iudicio.*

45 *Laurentius de Peirinis reprobatur.*

46 *Prælati Religiosorum an possint subditos ab officijs deponere, & suspendere ipsis non citatis.*

47 *Prælati Religiosi ex quibus causis amoueri ab officio possunt?*

48 *Religiosus si amoueatur etiam absque sufficienti causa ab officio, conqueri iudicialiter non potest.*

49 *Corrector electus à locali Capitulo si non fuerit confirmatus missæ obedientiæ tenetur obedire.*

50 Cap. ad nostram 3. de appellat. & cap. reprehensibilis, eod. tit. *referuntur.*

51 *Religiosis nullo casu licet appellare.*

52 *Appellationis refugium aliquando damnosum.*

53 *Appellatio suspensiua non datur ab actibus extraiudicialibus.*

54 *Appellatio suspensiua non datur à collatione, electione, præsentatione, & institutione quorumcunque beneficiorum.*

55 *Appellatio denegatur, quando quid committitur conscientiæ, & prudentiæ alicuius.*

56 *Appellatio non datur à præcepto, siue mandato, quod ex Iudicis arbitrio fertur.*

57 *Appellatio datur in iis, quæ arbitrio committuntur, quando appositum est simul aliquod verbum respiciens iustitiam.*

58 *Appellatio non datur à iudicij, seu voluntatis declaratione.*

59 Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 2. *declaratur.*

60 *Appellatio non datur quando aliquid committitur arbitrio alicuius.*

61 *Sacra Congregationis decisio refertur.*

62 *Officialis malè administrans, vel in Syndicatu ob excessum suspensus, seu priuatus officij administratione, non potest appellare ad hoc, vt interim pœna executioni non committatur.*

63 *Prælatus Regularis ad hoc vt suspendatur, siue priuetur, quæ fama, seu infamia requiratur.*

64 *Priuatio officij quando fit in executionem alicuius statuti Regularis assignantis hanc pœnam, non est dandus locus remum dilationibus, nec appellatio admittenda.*

65 *Verba,* absque iudiciorum strepitu, *quid importent.*

66 *Appellationes friuolæ quæ dicantur.*

67 *Appellatio expressè prohibetur in omnibus ferè Religionibus ex statuto, vel priuilegio.*

68 *Augustinianis, Carmelitanis, Franciscanis, & Prædicatoribus conceditur, vt eorum Generalis possit suum munus obire, reiecta quauis appellatione.*

69 *Minimi possunt transumptare priuilegia quatuor Ordinibus Mendicantium concessa.*

70 *Prædicatoribus expressè prohibetur per Bullam Iulij II. appellare ab absolutione suorum officiorum.*

71 *Minimi communicant in Priuilegijs cum Prædicatoribus.*

72 *Minimis non licet per Bullam expressam illis concessam aliquatenus appellare à correctionibus, & punitionibus.*

73 *Appellare ab excessu nulli denegatur.*

74 *Modus correctionis quando dicatur excedi, aut in grauamen inferri, ostenditur.*

75 *Religiosus à sententia iniusta ac rigorem, & excessum præ se ferente, an possit appellare.*

76 *Recursu, seu supplicatione pendente, mandatur sententia executioni.*

77 *Inter Religiosos præsumitur pro facto Prælati.*

78 *Appellatio non admittitur inter Religiosos ad retardandam executionem prætextu magni periculi, & irreparabilis damni, vel notoriæ iniustitiæ, cùm hoc inter eos rarò eueniat.*

79 *Appellatio vbi denegatur, recursus conceditur.*

80 *Appellatio licèt sit defensio, non tamen est de iure naturæ.*

81 *Appellatio licèt alicui denegetur, non rectè infertur defensionem denegari.*

82 *Appellatio quando sit de iure naturali?*

83 *Appellationis effectus suspensiuus cùm sit de Iure positiuo, non conceditur Religiosis.*

84 *Appellari non potest ab illis, quæ extraiudicialiter in visitatione fiunt nullo compilato processu.*

85 Concilium Trident. sess. 24. de reform. cap. 10. *absolutè intelligitur de visitatione quacunque, & de omnibus, quæ in illa geruntur.*

86 *Appellare licet ab excessu in visitatione facto.*

87 *Visitator in notorijs excessibus non tenetur processum formare, sed sola extraiudiciali cognitione potest ad punitionem & pœnam deuenire.*

88 *Notorium quando dicatur quoad hoc propositum.*

89 *Index non potest in notorijs suspectus recusari.*

90 *Appellatio non datur à sententia notorij.*
91 *Prælati Regulares, & visitatores non tenentur ordinem iudiciarium seruare in puniendis suorum subditorum delictis grauibus, manifestis, siue notorijs.*
92 *Appellatio videtur admittenda quando aliquod grauamen irreparabile ex visitatione procedit.*
93 *Appellatio non admittitur quoad effectum suspensiuum quando in visitatione proceditur extraiudicialiter sine processu.*
94 *Appellationem quoad effectum suspensiuum non admitti à carceratione iniusta, quando processum fuit sine scriptis, & extraiudicialiter.*
95 *Appellatio suspensiua prohibetur quando agitur de re parui præiudicij.*
96 *Regularis Prælatus non dicitur ab officio priuari, sed amoueri.*
97 Capitulum Valentiæ 5. num. 15. *declaratur.*
98 *Appellatio, & recusatio à pari procedunt.*
99 *Suspectus recusari potest quilibet, etiam suprema fungens dignitate.*
100 *Inimicitia causa inter omnes ad recusandum principalem locum obtinet.*
101 *Inimicitia causa coniecturis probatur.*
102 *Iudex in procedendo metas iuris, & iudiciarij ordinis excedens potest tanquam suspectus recusari.*
103 *Visitator recusatur tanquam suspectus, dum tamen in ea processum non compleat.*
104 *Prælatus Regularis non potest recusari si corrigat subditos secundùm sua statuta.*
105 *Recusationi renuntiare videtur qui coram recusato Iudice litem prosequitur.*
106 *Iurisdictiani Iudicis potest quis tripliciter consentire ne exinde recusari possit.*
107 *Iudex excusatus ex causis manifestè friuolis potest recusatione huiusmodi non obstante in causa procedere.*
108 *Recusari non potest homo sanctæ vitæ, vel magnæ obseruantiæ.*
109 *Executio est sequela prima iudicij, & omne accessorium est exequibile quacunque appellatione non obstante.*
110 *Electio deuoluitur ad electores quando effectum sortire non potuit.*
111 *Electores priuari tantùm debent eligendi facultate, quando scienter indignum elegerunt.*
112 *Electio facienda intra prouinciam.*
113 *Prouincialis si priuetur, electio Vicarij pertinet ad illum, qui eum priuauit.*
114 *Prouincialis electio in casu nullitatis electionis, siue propter defectum, siue propter paritatem vocum deuoluitur ad Generalem cum suis qualitatibus.*
115 *Refertur* Capitulum Ianuæ 4. cele-*Barbosa Vota decisiua.* bratum, num. 11.
116 *Concordantur plura Capitula Ordinis.*
117 *Cui competit admissio, & dimissio, competit etiam institutio, & prouisio illius, qui subrogatur.*
118 *Electus, & confirmatus à P. Generale in locum cassati vsque ad quod tempus duret.*
119 *Confirmandi actus non est iurisdictionalis, & in quacunque parte potest expediri.*
120 *Religiosis est prohibitum recurrere, seu appellare ad tribunalia secularia etiam prætextu leuandi vi oppressos.*
121 *Religiosorum statum non decet vt per secularia Prætoria publicè manifestentur Religiosorum defectus.*
122 *Prælaturas Regularium non debent anhelari, aut amissa deplorari tanquam si essent paterna hæreditate comparata.*
123 *Causa Religiosorum à Tribunali Nuncij extrahi non debent.*
124 *Electioni Ecclesiasticæ nullus secularium Principum se ingerere potest.*
125 *Consilium Regium non admittit per viam violentiæ materias quæ emanant à visitatione, & correctione, & num. 126.*



PATER quidam N. Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula electus in Prouincialem à Reuerendissimo P. Generale eiusdem Ordinis, tunc temporis Bononiæ degente, approbationem, & confirmationem suæ electionis de more solito postulauit: dictus verò P. Generalis cùm ad Prouincias Hispaniæ visitandas properaret, iamque esset in via ad hoc vt cognosceret, & inquireret meliùs posset de modo electionis, & idoneitate personæ electi, & ne ex abrupto, sed seruatis seruandis ad eam deueniret, dictam confirmationem summo cum iudicio vsque ad visitationem eiusdem prouinciæ differre voluit, & pro interim officij Prouincialatus huiusmodi administrationem dicto Patri iuxta formam constitutionis concedendam esse duxit.

Cùm postmodum P. Generalis ad illam Prouinciam peruenisset, & in actu visitationis in ea factæ ad informandum animum suum extraiudicialiter examinaret processum electionis præfatæ, & personam dicti electi in scientia, vita, & moribus, ac aliis ad illud officium ritè, & rectè peragendum requisitis, & necessariis, & defectus nonnullos inuenisset, ex quibus dictus P. tali officio iuxta Constitutiones Ordinis, ad sacræ Congregationis decreta inhabilis, & indignus omnino reddebatur, cum voto eorum, qui sibi assistunt, non vti iudex in forma iudiciali, & contentiosa, sed priuatè, & extraiudicialiter dictam electionem cassauit, & in eius locum elegit, ac confirmauit in Prouincialem eiusdem Patrem alium, aliàs idoneum, & sufficientem.

Huiusmodi cassationem ægrè ferens dictus N. cuius officium erat obedire, & implere, quæ sibi iussa erant, ac humiliter, & deuotè suscipere quod a P. Generali sibi fuerat iniunctum, nihilominus tamen noluit cedere, neque in Prouincialem recognoscere dictum alium Patrem in sui locum à Generali suffe-

ctum; sed à tali cassatione ad Illustrissimum D. meum Nuntium appellauit, & causa commissa D. meo Bernardino Campello generali Auditori, acerrimè fuit [illegible]tata, cuius tamen decisio videtur pendere à resolutione infrascriptorum dubiorum, videlicet:

I. Vtrùm electio dicti P. quam Generalis asseruit sibi pergratam fuisse, videatur ex hoc tacitè confirmata, eo maximè, quia vidente, & patiente ipso P. Generale Prouincialatus officium per aliquod temporis spatium exercuit?

II. Vtrùm Generalis potuerit extraiudicialiter, & nullo compilato processu ad cassationem deuenire, & an teneatur causas exprimere, quibus ad id motus fuerit?

III. Vtrùm à decreto factæ cassationis in hac materia possit appellari?

IV. Vtrùm Generalis electionem huiusmodi cassans tanquam suspectus recusari valeat, ne exinde possit validè ad cassationis executionem deuenire, sed teneatur in posterum ab ea se abstinere?

V. Vtrùm ad eundem Generalem, qui cassationem fecit, spectet in locum cassati alium idoneum eligere, & confirmare?

VI. Vtrùm ad suprema Prætoria per viam violentiæ trahi possint causæ propter grauamina, & excessus, super electionibus, aliisque rebus, quæ geruntur inter Religiosos per eorum superiores?

Dubium I.

Vtrùm electio dicti P. quam Generalis asseruit sibi pergratam fuisse, videatur ex hoc tacitè confirmata, eo maximè, quia vidente, & patiente ipso P. Generale, Prouincialatus officium per aliquod temporis spatium exercuit?

1 PRo parte affirmatiua facit, quòd Generalis statim electione facta in persona dicti N. certior per litteras Capituli de ea factus fuit, quibus cùm responderet pergratam sibi fuisse asseruit, ibi, *Id quod nobis pergratum fuit*, quæ verba approbationem importare videntur ex Cicer. *lib. 5. epist.* 20. ibi: *Id nostrum existimo, cùm mihi erit pergratum*, & ad *Atticum lib. 1. epist.* 17. ibi, *mihi per, inquam, gratum feceris.* Vnde cùm ad confirmationem concedendam nulla sint particularia verba exprimẽda, sed sufficiunt quæ illam denotare possint, videntur hæc apta, ad illam inducendam, præcipuè quòd statim fieri iubetur, vt disponitur *in Capitulo IV. n.* 14 *& in Ianuen. IX.* ibi, *quòd statim confirmatio requiratur à Patre Generale*, & *in Capitulo X. Paula celebrato, num.* 23. quæ quidem dictio, *statim*, non admittit dilationem, *l. quod dicimus ff. de solution. l. 1. C. de relat.* cum aliis per me citatis *de dict. vsufrēq. dict.* 338. tum etiam, quia postquam Generalis ad Hispaniarum partes peruenit, non statim ad cassationem huiusmodi deuenit, sed ipsum N. officium suum exercere permisit, quo facto magis, quàm verbis voluntas ostenditur, & confirmandi animus, tum vel maximè, quia nulla est constitutio Ordinis, quæ in scriptis confirmationem esse faciendam statuat, *l. de quibus, ff de legib. & l. Paulus, ff. rem ratam hab.*

2 At his non obstantibus fuit conclusum pro negatiua multis, sed his potissimum fundamentis.

Primò, quia vbi ille, qui est causa efficiens, & formalis, interpretatur se ipsum, non est opus extraneo interprete, seu extrinseco intellectu, *l. cùm de indebito, §. fin. ff de probat. l. ex facto, ff de vulgar, cap. inter alia, de sent. excom.* Bald. *cons.* 458. *num.* 2. *vol.* 3. *& in Auth. nisi rogatus num.* 9. *C. ad Trebell.* Bart. *in l. pro herede num.* 3 *ff de acquir hared.* Tiber. Decian. *cons.* 7. *à num.* 100. *vol* 1. idem Bald. *cons* 313. *num.* 1. *vers. De animo autem suo interrogari quis potest, & statur eius responsioni, vol.* 4. Aym. Crau. *cons.* 384. *num.* 9. Sim. de Prætis *cons.* 65. *num.* 35. *vol.* 1. concludens, quòd † 3
vbi actus diuerso modo potest intelligi, recurritur ad eius auctorem, vt inde cognoscatur quo respectu fuerit inductus, Menoch. *de arbitr casu* 86. *num.* 6. Vulgo etenim fertur quòd † nulla melior est decla- 4
ratio, quàm illa, quæ prouenit ab eodem fonte, vt post Decium, & Bart. animaduertit Mandel. Alb. *cons.* 172. *num.* 31. *vol.* 1. Surd. *decis.* 29 *à num* 2. *vsque ad* 9. *& decis.* 216. *num.* 33. Cùm ergo P. Generalis semel & iterum expresserit mentem suam penitus à confirmando alienam, & quòd in dictis litteris nihil aliud contineatur, nisi confirmationis suspensio interim dum ad Hispaniam non peruenerit, frustrà prætenditur hanc voluntatis propriæ declarationem extraneo iudicio, & extrinseco intellectu peruertere.

Secundò, quia ex exercitio officij Prouincialatus, 5
quod habuit dictus N. etiam ipso P. Generale vidente, & permittente, non elicitur confirmandi voluntas, vel confirmationis tacitæ præsumptio, cùm illud exercitium non permissu Generalis, sed legis auctoritate teneat, vt expresè habetur *in Capitulo Ianuæ I. celebrato, num.* 4. ibi, *Ita enim de Prouincialibus electus donec constituerit de eorum confirmatione.* Et *Paula primò etiam celebrato num.* 23. ibi, *Idem erit de Prouincialibus electis donec constituerit de electionis eorum irritatione, vel confirmatione*, &c. Et † hoc non 6
perpetuò, sed conditionaliter, vt colligitur ex dictione illa *donec*, quę est suspensiua cuiuscunque effectus, qui ex relatis in dictis litteris coniecturari poterat, ad not. per glos. *verb. donec, in Clem.* 1. *de consib. circa fin.* Statil. Pacific. *de Saluiano interdicto, inspect.* 4. *cap.* 1. *à num.* 85. Vnde administratio huiusmodi, quam habuit dictus N. non solùm ex citatis constitutionibus conditionalis verè est, donec scilicet constiterit de electionis irritatione, vel confirmatione a P. Generale, & eius collegis facienda, sed etiam ex tenore dictarum litterarum ab eodem Generale transmissarum, in quibus quoad hoc voluit cum dictis constitutionibus se informare, *l. pater Seuerinam, §. fin.* vbi Bart. *ff. de condit & demonst.* dum ita scripsit. *Et quamuis ad istas Hispaniæ Prouincias visitandas properemus, iamque simus in via, nihilominus liberam illis pro interim suorum officiorum administrationem præsentium tenore concedimus*, &c. Dictio † enim illa, *pro interim*, 7
est limitatiua temporis intermedij, *l. qui ad certum, ff. locati, l. si chorus, in fine, ff. de legat.* 3 Honded. *cons.* 97. *num.* 17. *lib.* 1. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 298. & vltra illud tempus non protenditur, Surd. *cons.* 460. *num.* 68. Rot. apud Zachiam, *decis.* 78. *num.* 2. Ego ipse *de dict. vsufreq dict.* 173. Succeditque vulgaris regula, quòd † concessum ad tempus 8
limitatum, vltra illud non extenditur, *l. statu liberum, §. Stichum, ff de legat.* 1. *l.* 1. *§ si mulier, ff. de liber. agnosc.* Crauet. *cons.* 145. *num.* 22. *vers. Et si dicas*, vbi quòd obligatio manendi vsque ad certum tempus, excludit tempus præteritum, Card. Tusch. *lit. I. concl.* 71. *num.* 52. *cum seqq* Rot. *decis.* 596. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.* Necnon aliud vulgare Axioma, quòd † con- 9
cessum ad tempus, post illud censetur denegatum, *l. si vnus, §.* 1. vbi Bald. *ff. de pactis*, Surd. *decis.* 189. *num* 9. Cardin. Tusch. *d. concl.* 71. *num.* 20.

cum

cum aliis citatis per me *Axiom. 46. num. 2.*

10 Tertiò, qoia non poterat approbatio, seu confirmatio induci ex eo, quòd Generalis permisit administrationem dicto N. tribus, vel quatuor ad summum mensibus postquam Hispaniam est appulsus, cùm tempus illud consumpserit in visitationibus aliorum Religiosorum, ac etiam in perquirendis causis, quibus inductus ad electionis huiusmodi irritationem, seu coofirmationem deuenire posset, ex quo tacita confirmatio inducta excluditur, *l. si cùm aurum*, vbi Bart. *ff. de solution. l. Campanus, ff. de oper. libert.* Ioan. Andr. Host. & Butr. *in cap accedentibus, de priuil.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst 16. num. 23 & cons. 35. num. 2. & cons. 164 num. 49. & cons. 431. n. 1.*

11 Quartò, qnia litteræ præfatæ Generalis non possunt sine repugnantia diuidi, si eæ inducerentur ad probandam tacitam confirmationem, & prætensum consensum, nam si verbum, *pergratum*, id operaretur, frustra paulo infrà dicto N concederetur administratio pro interim quo Generalis ad visitandas Hispaniæ Prouincias non peruenisset, nec ad illud tempus reseruaretur, & suspenderetur petita confirmatio; nam qui conditionem apponit in ipsa actionis natiuitate, apponit, quasi ne sit nata actio; & sic habetur pro negante. Oldrad. *cons. 291 num. 7.* eleganter, & docte Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. cap. 25. num 29. vers. Tertiò dico*, ibi, *Tertiò dico, quòd ibi reus habetur pro confitente, hac ratione, quia prius fatendo debitum, & postea apponendo exceptionem solutionis, vel pacti de non petendo, fatetur actionem mutui fuisse natam, & semel actori competijsse, licet postea dicat fuisse extinctam per solutionem, vel per pactum, ideo ex eo quòd fatetur actionem semel competijsse, videtur fundare intentionem actoris; sed secus est in eo, qui conditionaliter, vt suprà, respondet, nam dum conditionem apponit in ipsa actionis natiuitate, videtur inferre quod nunquam sit actio nata, cùm nec cedat, nec veniat dies ante conditionis euentum*, l. cedere diem, ff. de verb. signif. *Ex quo fit, quod eum taliter respondens perinde habeatur ac si diceret, non confiteor actionem natam, iure merito non potest haberi pro confitente, cùm semper neget actionem competijsse actori, & ita subtiliter ait glos.* in l. siquidem, C. de except. Vnde † non potest diui-

12 di litterarum huiusmodi contextura, nec illæ pro parte acceptari, & pro parte repudiari valent, *l. cùm quæritur 10 ff. de admin. tut.* ibi, *aut in totum agnoscere, aut a toto recedere, l. si ita stipulatio 39 ff. de operis libert.* ibi, *quia non debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tanquam de iniqua queri, l. eum qui 18. §. vlt. in fine ff. de his quibus vt indign. l. neminem, ff. de legat. 2.* Ioan. Fab. *in §. item si quis postulanti, in princ. Instit. de actionib* & plures alij, quos congerit Caputaq. *decis. 186 num. 1. part. 1.* Thom. Triuul. *decis 46. num. 10. lib. 2.* & in confessione facta respondendo positionibus Menoch. *de arbitr lib. 2. casu 93. num. 24.* qui cum aliis sic concludit. *Confirmatur quintò ex simili, si quis respondeat positionibus, & vnam fateatur aliqua cum qualitate, illa confessio in totum debet à ponente acceptari, vel in totum reijci debet*, &c. Ad idem Marescot. *lib. 2. var cap. 45. per tot.* Fului. Pacian. qui plures congessit, *de probat. lib. 1. cap. 25. num. 28.* Sord. *decis. 258 per tot.*

13 Iuuat etiam, qnia particula illa, *pergratum*, est contemporanea eidem actui, cui obstat ipsa natiuitatis actio, & ob id nullo modo diuidi potest, Anton. Butr. *in cap. ex litteris el 1. in fine, de sponsal.* Dec. *in cap cùm venerabili, num 105. de except.* Marant. *de ordin. iudic. part. 6. num. 3.* Crauet. *cons. 9. sub num. 34.* Rot. *decis 409. num. 3. & decis. 806. num. 1. & 5. in fine, part. 1. diuers.* Et ratio est (vt considerat Maranta,) quia probatio dubia interpretatur contra producentem, sed confessio producitur ab aduersario confitentis; ergo interpretatur contra aduersarium, Sigism Scace. *de iudic. lib. 2. cap. 11. a num. 165. & a num. 439.* vbi supradictos refert, & cum illis responder obiectioni, quæ sumitur ex *l. veteribus, ff. de pactis*, Fului. Pacian. *d. cap. 25. num. 7* Surd. *d. decis. 258. num. 4.* vbi ait, quòd quando qualitas est contemporanea eidem actui, res caret dubitatione, & *num. 5. in fine*, sic ait: *Extende idem si confiteor habuisse centum, qua mihi debebas ex causa mutui, quia non teneor iustificare mutuum, & non potes fundare te super mea confessione receptionis, quia est qualificata*, Genua *de scriptura priuata lib. 4. cap. de connexis, & separatis num. 10. pag. 197.* Mancis. *de confess. cap. 1. num. 23.* Castill. *quotidian. lib. 5. cap. 165. num. 31. vers. vnde si is à quo.* † Qualificans 14
enim, siue modificans, visus est negare positionem absque qualitate, & quando illa talis est, quæ actionis natiuitati obstat, nullo modo diuidi potest, vt scienter tradit Angel. *in d. l. siquidem num. 3. C. de except.* glos. celebris, quæ comprobat nostram conclusionem, *verb de gratia, in cap bona mem. de postul. Prælat.* vbi cum ea notant omnes quòd non dicitur quis confiteri aduersarium habere ius eligendi, quando confitetur ipsius consensum fuisse de gratia requisitum, & haberi pro negante seruiturem, † qui dicit 15
actorem pluries transiuisse per fundum de gratia sua, vel de licentia sua, vt optimè ponderat Fului. Pacian. *d. cap. 25. num 8.* Surd. *d. decis. 258. num. 4. & 5.* Facit etiam doctrina Oldrad. *cons. 191. num. 6. in fine*, vbi ait, quòd non dicitur quis fateri se beneficium alterius possidere, quando fatetur se possessionem illius esse adeptum mediante gratia Sedis Apostol. Et doctrina Cyni *in l. vnic. num. 17. C. de confess.* quam sequuntur Bald. Alber. & alij, quos refert, & sequitur Boër. *decis. 243. num. 3.* quatenus dicit, quòd confessio illius, qui respondit sibi pecuniam fuisse numeratam, vt repeteret lectiones, non potest diuidi. Alia plura exempla traduntur ad propositum, Boër. & Pacian. *in locis suprà allegatis*, & quòd † confessio, 16
quæ continet vnum factum cum qualitate, quæ nullum reddat ipsum actum, seu cùm in alium transfundit, non possit diuidi, nec acceptari, reiecta qualitate, tradunt Rot. *decis. 272. num. 2 part. 2. diuers.* Marescot. *var. resolut. lib. 2. cap. 45. num 9.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap 851. n. 18. cum seqq.*

Quintò, quia ad confirmandum nullum tempus 17
à iure præfixum est, & ideo non potest conqueri de confirmatione non facta, seu admodum dilata, nam si confirmator nulla existente causa renuat facere confirmationem, non appellatur ab eo, sed recurritur ad superiorem, qui illum compellat intra breue tempus præfigendum, cum comminatione, seu intimatione, quòd nisi infra talem terminum confirmet, superior iure deuoluto hoc faciet; ita Abb. *in cap. postquam, §. electo, de elect.* Massobr. *in praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes, requis. 9. dub. 9.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disput. 6. quæs. 3. num. 4. & seq.* Ego ipse *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 254.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit. 4. de elect. Canon. cap. 25. num. 43.* ibi, *Licèt enim tempus sit à iure præfixum ad eligendum, conferendum, & præsentandum, secus in instituendo, & confirmando,* ex Abb *ibidem. Quare † sicut institutor si absque causa* 18
non instituat, potest per superiorem compelli ad instituendum assignando terminum, intra quem instituat, quo elapso poterit ipsemet superior instituere, qui terminus breuis statuatur, itaut licèt sit arbitrarius, non debeat excedere sex menses, vt tradit Lambertin. *de iure patron. lib. 2. part. 3. quæst. 2. artic. 6. num. 4.* & Massobr.

citato dub. 1. Ita si confirmator nulla existente rationabili causa renuat facere confirmationem, recurritur ad superiorem, qui eum compellat infra breue tempus praefigendum cum comminatione, seu intimatione, quod nisi infra eulem terminum confirmet, superior iure deuoluto hoc faciet, iuxta glos. *in rubr. de postulat. Prelat. lib. 6. arg. cap. nullus, de iure patron.* Abb. *vbi sup.* Fr. Sigism. *dub. 45. num. 3.* Rota *in Legionen. confirmationis 23. Ianuarij 1617. coram Pamphilo*, &c. Cur igitur querelas ad ventum format dictus N. si reclamare voluit quare tandiu tacuit, *cap. 1. de frigid. & malef.* & non debebat tam magnam rem tandin reticere, *l. si quis fortè, §. 1. ff. de poenis*, Menoch. *de praesumpt. lib. 2. praes. 91. per totam.*

19 Facit etiam quòd inter confirmationem Generalis, & Prouincialis magnum est discrimen, & non potest de vna ad aliam argumentari, quia receptum vbique est Generales confirmatione non indigere, quia ex tacita Pontificum permissione statim, ac electi sunt, confirmati censentur, vt cum Sigism. à Bononia resoluimus *in tract. de Iure Ecclesiast. vniuerso lib. 1. cap. 19. num. 250. in fine*; & specialiter prouisum est in hac sacra Religione Minimorum per *Capitulum Romae secundò celebratum num.* 34. ibi, *Hinc autem ad Generalatum nouiter assumptus ab ipso Capitulo sta-* 20 *tim recipiatur tanquam confirmatus.* † In Prouincialibus verò aliter se res habet, tenentur enim statim ac electi fuerint, confirmationem petere à P. Generale, vt *in Capitulo primò Ianuae celebrato num. 4.* ibi, *Statim requireretur a Patre Generale*, sed ipse Generalis non tenetur aliquo statuto, seu Constitutione intra certum tempus confirmare, & ideo remanet dispositioni iuris communis, ad *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* cum similibus.

21 Sextò, quia non possunt calumniari illa, quae à P. Generali iustitiae zelo gesta fuerunt, cùm lex de quocunque iudice bonam capiat praesumptionem, & vulgò dici soleat, quòd pro iudice semper iura praesumont, *l. vir bonus, ff. iudicatum solui, l. fin. C. ad leg. Iul. repet* cum multis per Bobadil. *lib. 1 cap. 2. num. 5. & lib. 5. cap. 1. num. 199.* & per me *de Axiomat. Iuris vsu-* 22 *freq. Axiom. 131. num. 4.* † Ille enim praesumitur pronuntiasse secundùm quod ius disponit, & prout de iure tenebatur, *l. miles, §. decem, ff. de re iud.* Cardin. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl. 621. num.* 4. Octau. Glorit. 23 *resp. 9. num.* 13. † Et quilibet particularis in dubio bonus praesumitur *l. meritò, ff. pro socio*, cum vulgatibus citatis per me *Axiom. 37. num. 4.* praecipuè quando in eminenti collocatus est loco, secundùm Alex. *cons. 89. num. 9. & 12* Aym. *cons. 168. in fine*, *Testay* 24 *alleg. 7. num.* 32. † Quod de P. Generali non praesumptiuè, sed verè & realiter est dicendum, propter eius notas virtutes, ac sanctissimum bene regendi animum, quo suam illustrauit Religionem, vt de eo loquens refert Steph. Hoard. *in Cod. Minimo huius Ordinis in serie Generalium fol. 230. num* 37. ibi, *Reuerendissimus Pater Franciscus à Longobardis, Italus, mirae pietatis, patientiae, abstinentiae, charitatis, & humilitatis vir, Theologus, & deuotus admodum praedicator. Qui cùm in sola Cruce Domini glorietur, primò modium sub quo positus fuerat, licèt lucerna ardens in captiuitate apud Turcas per quinquennium detentus, miris omnium virtutum illustrauit exemplis, vt ab illustrissimo D. de Valençay Sancti Ioannis Hierosolymitano Commendatario ipsius concaptiuo didici, à quo multa accepi, quae modestiae causa sileo. Postmodum Praelaturas Ordinis fugiens toti Religioni similiter lucet: supra Generalatus candelabrum positus a S. D. N. Vrbano VIII. anno 1630. die 22. Martij.*

DVBIVM II.

Vtrùm Generalis potuerit extraiudicialiter, & nullo compilato processu ad cassationem deuenire, & an teneatur causas exprimere, quibus ad id motus fuerit?

Doctores ferè omnes in eo conueniunt, quòd confirmatio, seu cassatio electionis, duplici 25 modo fieri potest, vel per viam iudicij cum processu compilato, & causae cognitione, ac contradictorio, & cum sententia diffinitiua, quando scilicet alius adest coëlectus, seu oppositor, vel ob vocum paritatem, seu defectum aliquem, vt explicant Marescot. *lib. 1. var cap. 51. à num.* 30. Sigism. à Bononia *de elect. Praelator. Regul. dub. 46. num. 8. & dub. 47. num 7. cum sequentib.* quem refero *in tractat. de Iure Ecclesiast. vniuerso lib. 1. cap. 19. num. 251.* Vel extraiudicialiter, hoc est, quando nullo existente coëlecto, aut oppositore, confirmator priuata scientia, non in forma iudiciali, & contentiosa, inquirit de modo electionis, an fuerit Canonicè facta, & de persona electi, an sit idonea? & cum voto eorum, qui sibi assistunt, secretò, vel oretenus prolato ad electionis confirmationem, vel cassationem peruenit, vt aduertunt Iul. Laoot. *var. lucubrat. tit. 4. de election. Canon. cap. 25. num* 59. Francisc. Salgado *de Regia protect. part. 2. cap. 13. num.* 16. Ego ipse *in tractat. de Iure Ecclesiastico vniuerso, lib. 1. cap. 19. num.* 251. Et iste est casus noster, in quo securè teneo posse P. Generalem confirmatorem procedere prout sibi meliùs, & conuenientiùs videbitur, priuata scientia cognoscendo, & extraiudicialiter definiendo, cuius animum, & voluntatem in hac parte nullus superior quacunque querela non obstante immutare poterit, quod non obscurè colligitur ex Doctoribus infrà referendis in his ferè terminis loquentibus, videlicet.

Francisc. Salgado *de Regia protect. part. 2 cap. 13. ferè* 27 *per tot. praecipuè num. 9.* ibi, *Insuper, & illud annotandum est, vt in prouisione extraiudiciali, & sic quando iudex non tenetur testes comparare, nec processum formare, nec illum publicare, seu alicui manifestare, quia quando ita proceditur cùm nullus adest contradictor, seu aduersarius, iudex ita animi sui motum informare tenetur quantum, & quomodo solummodo ad eius satisfactionem sufficere magis sibi visum fuerit extraiudicialiter, ita dicit eleganter Abb* in consil. 41. *incip.* Videndum, sub num. 1. vers. Ex quibus verbis, & suprà paululum antè in 1 part. *Cuius doctrina fuit canonizata per Rot.* in vna Leodien. praetensi census coram Orano 20. Ianuarij 1596. *Necnon allegatur ab eadem Rot.* in decis. 160. sub num. 7. & 8. par. 2. diuers. *Hieron. Gonçal.* in regul. de mensib. & alternatiuis, §. 7. procem. num. 227. & 233. *plures citat Marescot.* variar. resolut. lib. 2. cap. 2. à num. 151. *& faciunt omnino videnda quae nos infra hoc* cap. à num. 52. cum sequentib. Et inferiùs eod. cap num. 16. ibi, *Quò pertinet quod alias dicunt Doctores, vt per Puteo.* decis. 123. num. fin. lib. 3. *& Hieron. Gonçal.* in d. regul. §. 7. procem. num. 228. *Vt in prouisione beneficiali, & alijs processibus extraiudicialibus difficile sit opponere de iniustitia eius, nec per viam appellationis, nec alio modo; tum quoniam iudex iustificat animum suum, siue ex actis in scripto deductis, siue non scripto, etenim non ad vnam solùm speciem probationis mentem suam applicat, sed ex varijs causarum figuris, quas eius praesentia offert, & protegit animi sui motum, format, &c.*

Rota *in Vlixbonen. quartenaria 15. Ianuarij* 1624. 28 *coram R. D. meo Coccino Decano*, ibi, *Aut non adest*

legente

legitimus contradictor, & sufficit, quòd iudex extraiudicialiter se informet, &c.

29 Bañes *de Iust. & iure, quæst. 67. art. 2. in resp. ad secundum argumentum, pag.* 420. in hac specie nostram sententiam expressè tenet, rationemque reddit nostro casui satis accommodatam, ibi, *Et in hoc deficit confirmator a ratione iudicij, quod index vt sic tenetur ferre sententiam secundùm allegata, & probata, & si oppositum fecerit, nulla est sententia, cæterum confirmator quomodolibet cassauerit electionem etiam digni, cassata est. Quod si aliquis obyciat contra, ille confirmator iniuriam facit electo; ergo tenetur confirmare eum ex iustitia. Probatur antecedens: quia statim iudicabitur electus de aliquo crimine, propter quod non confirmatur a Prælato, respondetur nihilominus, nego antecedens, & ad probationem respondetur, quod est temerarium iudicium, quia multis vijs potest cassari electio etiam digni*, &c.

30 Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. de elect. Canonic. cap. 25 num 44. & 55.* ibi, *Potest autem superior inquirere per famam, vel litteras testimoniales, vel si necessarium iudicauerit, per testium receptionem cum iuramento, & sine, Abb* in cap postquam num. 5. de elect. *vbi hac omnia arbitrio Iudicis relinquit, Marc. Anton. Cuch.* tit. de confirmat. num. 18. *& vt de fama, & vita electi certior fiat, decebit ex loco vbi conuersatus est, petere testimonium*, Et infra *num. 59.* ibi, *Ex quibus patet quòd confirmatio aliquando fit per viam iudicij, cum processu, & causa cognitione, & contradictorio, & cum sententia definitiua, Butr.* in cap. venerabilem. num. 15. de elect. cap. fin. de elect. lib. 6. *Gonçal.* super regul. 8. *Cancel.* glo. 9. §. 1. *Fr. Sigismund.* dub. 46. num. 8. & dub. 47. num. 7. cum sequentibus. *Aliquando verò fit extraiudicialiter*, &c. Et in num. 60. magis ad nostrum propositum accedens ita ait, † *Et potest Generalis Or-*

31 *dinis fidem adhibere soli famæ, & litteris testimonialibus, Innoc. & Ioan. Andr.* in cap. postquam, de elect.

32 *Nec tenetur in confirmandis electionibus † Prouincialium seruare formam*, cap. fin. de elect. lib. 6. Et expressius idem dicit *ibidem* num. 63. ibi, *In confirmatione non requiritur forma, sed sufficit quod fiat per quodcunque dictum, vel factum, quo superior declaret suam voluntatem Oldrad* consil. 146. num. 6. *Rot.* decis 261. coram Mantica. *In ordine Prædicatorum confirmatio fit per vota secreta* &c. *Fr. Lu: Castell.* de elect. tit. de confirmat. cap. 14. num. 55. *vbi cum Anton. de Butrio ad* cap. cùm dilecti num. 63. de elect. *quatuor conclusiones ponit, & ait quòd de necessitate præmittitur citatio in confirmatione non contentiosa, id est, quæ fit extraiudicialiter, non assumpta causa cognitione.*

Ego ipse *in tractat. de Iure Ecclesiastico vniuerso*

33 *lib. 1. cap. 19 num* 251. hanc eandem resolutionem in bis terminis præsupponere visus sum, ibi, *Confirmator ex officio suo habet ius confirmandi, vel cassandi electionem, prout sibi videbitur expedire pro bono communi, ita prorsus, vt sicut electores liberè eligunt, quem iudicant dignum scientia priuata, ita ille legitimè confirmat quem dignum iudicauerit*, &c.

Et probatur ex text. in *Clem. exiui*, §. *demum, de*

34 *verb. signif.* ibi, *Statuimus etiam, & ordinamus hac constitutione in perpetuum valitura, vt cùm alicui Prouinciæ de Ministro fuerit prouidendum, ipsius Ministri electio penes Capitulum Prouinciale resideat, quem idem (apitulum die sequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur, ipsius autem electionis confirmatio ad Ministrum pertineat Generalem. Et siquidem ad electionem huiusmodi per formam scrutinij procedatur (& votis in diuersa diuisis) electiones plures in discordia celebrari contingat illa, quæ a maiori parte Capituli numero (nulla zeli, vel meritè collatione, aut consideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, seu contradictione quacunque alterius partis non obstante, per dictum Generalem Ministrum de consilio discretorum de Ordine (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout ei secundum Deum visum fuerit expedire*, &c. Cuius textus decisio licèt pro Ordine tantùm Minorum condita esse videatur, vt tangit Franc. Marc. *quæst.* 1360. *n.* 3. *part.* 1. & Iul. Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 25. *num.* 60. Tamen cùm ille textus in corpore iuris sit insertus, & eius ratio generalis omnes comprehendat, omnibus quoque Religionibus necesse est, vt fiat communis; tum ex eo, quia † quando Princeps vni Præ- 35 sidi rescribit, per consequentiam omnibus rescripsisse videtur, Bartol. *in l. relegatorum*, §. *interdicere, ff. de interd. & releg.* Ias. *in l.* 1. *num.* 7. *ff. de constitut. Princip.* Pute. *de syndicatu.* § *officialis, cap.* 1. *num.* 14. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap fin.* 5 *part.* §. 10. *num.* 26. Tum etiam, quia licèt admittamus, textum illum continere priuilegium, seu concessionem specialem pro Ordine Minorum, nihilominus tamen Minimi eadem concessione vti debent, per Bullam Iulij II. incip. *Dudum*, §. 14. *sub Dat. Romæ apud S. Petrum* 5. *Kalend. Augusti* 1506. quæ est prima *in collect.* apud Laurentium de Peirinis, in qua illis conceditur, vt possint transumptare priuilegia quatuor Ordinibus Mendicantium concessa, & vti ac frui priuilegiis, indultis, concessionibus, & gratiis, &c. concessis, & concedendis dictis quatuor Ordinibus Mendicantium, non secus, ac si ipsis specialiter concessa fuissent.

Cùm totum negotium confirmationis, & cassa- 36 tionis huiusmodi secundùm suprà citatos commissa sit conscientiæ, & prudentiæ P. Generalis confirmatoris, ideò eius dicto fides adhibenda est Mascard. *de probat. concl.* 414. & non potest moueri quæstio, quòd malè egerit, Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 10. *num.* 13. nec requiritur citatio, immo absque ea procedere poterit, Tiraq. *in tract. Res inter alios, vers. Limita quintò*, nec fuit necessaria iudicialis probatio, idem Sanch. *d. lib.* 3 *disp.* 8. *num.* 4. sed cognitio ex priuata scientia resultans ad id sufficiens visa est, ex subsequuta obseruantia à multo retro annis vsque ad hæc tempora cassandi extraiudicialiter, huiusmodi electiones per P. Generalem, eiusque Collegas, toties quoties ei secundùm Deum visum fuit expedire, vt euenit in cassatione electionum P. Gregorij Baronij Prouincialis Calabriæ citerioris à P. Generale Didaco Arias Hispano de anno 1611. & Patris Isidori Amayda Prouincialis Etruriæ, & nouissimè Patris Petri à Neapoli à præsente P. Generale, & alibi † sæpe, quæ obseruantia est attendenda cùm 37 qualibet dispositio per eam declaretur, Cassanat. *consil.* 45. *num.* 144. *cum sequent.* Valenzuel. *consil.* 52. *num.* 45. *cum seqq.* Solorzan. *de Indiarum Iure lib.* 2. *cap.* 24. *ex num.* 84. Castill. *tom.* 7. *de tertijs cap.* 31. *num.* 65. D. Mari. Cutelli *decis.* 20. *num.* 8. *& in patrocinio pro Regia iurisdictio. Inquisitoribus Siculis concessa, controu.* 1. *num.* 45. † & illi plurimum deferatur in interpre- 38 tandis constitutionibus, *l. si de interpretatione, ff. de legib. cap. cùm dilectus, de consuet.* Aymon. *consil.* 294. *num.* 6 *vers.* 21. Menoch. *consil.* 276. *num.* 19. Surd. *consil.* 361. *num.* 10. Rot. *decis.* 455. *num* 1. *p.* 2. *recentiss.*

Credere nequaquam debet dictus N. ad sui iniu- 39 riam cassatam fuisse eius electionem, sed ad bonum commune Religionis, & ad maiorem suæ Prouinciæ profectum, nec Iure conqueri potest de tali amotione, cùm sciuerit ante confirmationem nihil iuris acquirere, vt infra ostendetur, & in potestate P. Generalis esse confirmare, vel cassare, & tamen voluit

voluit sub hac conditione eligi; patientia igitur opus est humilitatis, non querela laicalitatis, quod bene significauit Aldrete *de Relig. discipl. tuenda lib. 2. cap. 28. num. 20.* ibi, *Qui igitur sub his conditionibus in Religione est admissus, quomodo poterit prouocare ex eo capite, quòd sibi iniuria fiat? Quomodo se grauari conqueretur? quomodo considerat Christi vestigia, quæ suscepit imitanda, qui nondum ad sanguinem vsque restitit? Quomodo perueniet ad illustrem patientiæ coronam sine certamine? si pati non vult, coronari recusat; si autem desiderat coronari, certandum est viriliter, sustinendum, & ferendum patienter.*

40 Non obstat, quòd videtur nimis durum priuare aliquem iure, quod habet, ex scientia priuata, ac sine processu, & extraiudicialiter, non data causa; constat autem ex electione ius acquiri dicto N. *cap. fin. de elect. lib. 6.* Petr. Gregor. *in partit. Iuris Canon. tract. de elect. num. 4.* Azori. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 14.* Laurent. à Portel *in suis respons. moral. part. 2. casu 4.* Laurent. de Peirinis *de subdito Relig. tom. 1. cap. 31. § 6. ad fin. & latiùs §. 7.* Et videtur colligi ex constitutionibus huius sacræ Religionis, & signanter *ex Capitulo secundò Romæ celebrato, num 34 & Cap. 1. Ianuæ num. 4. & Cap. 5. Valent. num. 9.* & eo ipso, quòd electus fuit in Prouincialem, necessariò veniebat confirmandus. *cap. quia propter, de elect.* cum latè traditis per Portel. *dict. casu 4. quæst. 2.* vbi probat in dubio electum præsumi dignum: & in comprobationem Laurent. de Peirinis *d. cap. 31. §. 7.* adducit Capitulum Tholosæ *num 38.* ex quo hoc deducit argumentum. *Ergo à contrario sensu, si iustam inuenerint, prouidere non poterunt, sed confirmare tenebuntur.* Et mox illam aliam subnectit consequentiam. *Ergo si generalis iustam inuenerit Prouincialis electionem, prouidere non poterit, sed confirmare tenebatur.*

Cui obiectioni respondendo dico, electionem, antequam confirmetur à superiore, non præstare titulum irreuocabilem, vt cum multis resoluit Iul. Lauor. *d. tit. 4 cap. 25. num 66.* ibi, *Ex dictis colligitur effectum illius confirmationis esse primò quod præsumitur validius negotium, & illud magis timetur, quod specialiter iubetur, quam quod generaliter,* cap. quamquam 23. dist. *Secundò per confirmationem res fit maioris auctoritatis,* cap. quis nesciat 11. dist. *Tertiò ius quod per electionem fuerat acquisitam, quod reuocabile erat, ampliùs reuocari non potest.* Nec etiam habet administrationem, nisi precariam, donec scilicet confirmetur, vel irritetur electio, vt expressè disponitur *in Capitulo X. Paulæ celebrato num. 21.* ibi, *Idem erit de Prouincialibus electis, donec constiterit de electionis eorum irritatione, vel confirmatione.* quæ verba administrationem concedunt conditionalem, & suspensiuam, secundùm ea, quæ suprà resoluimus *num. 6 cum seq.* Nec minus verificantur in confirmatione, quàm in irritatione, quæ idem significat, quod cassare, annullare, irritumque facere, *l. si quis, ff de iniusto rapto.* Virgil. 4. *Eclog.*

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Calepin. *verb. Irritus*, Caluin. *in lex. Iuris, verb. Irritare.*

42 Et adhuc in beneficiis secularibus (in quibus diuersa est ratio, vt *num. 47.* videbimus) ex præsentatione, siue electione non prouenit aliquis titulus ex quo ipse præsentatus, seu electus ante confirmationem vocari possit beneficiatus, imò si contingat mori huiusmodi electum, seu præsentatum ante obtentam confirmationem, non dicitur beneficium vacare per mortem præsentati, seu electi, sed per obitum primi, & vt priùs, ita Pute. *decis.* 200 *alias 194. in correctis lib. 1.* quem refero *in collect. ad cap. si electio 26. num. 3. de elect. lib. 6.*

Vnde descendere oportet ad prælaturas, & officia Religionum, & particulariter videndum, quòd ius resultet ex eorum electionibus; in hac sacra Minimorum Religione extat constitutio Capituli primò Valentiæ celebrato *num. 22.* ita statuens. *Correctores in singulis Conuentibus electos die 15. Septembris, si nullum obstet impedimentum Canonicum debent a Capitulo Prouinciali confirmari, nec dictum Capitulum potest alios correctores illorum loco assignare.* Cuius occa- 43

sione † R. P. Passatellus eiusdem Religionis olim Generalis, & doctissimus Canonista *in Schol. ad Capitulum Barchinonen, super num. 15. fol. 147* quæstionem formauit, & eleganter resoluit his verbis: *Sed stat difficultas de electo in Correctorem, an habeat aliquod ius quæsitum suæ electionis ante confirmationem, ita quòd possit illam repetere, quasi in iudicio? Doctores, & specialiter Felin.* quem ad hoc citat pro se *Nauar. de iure communi videntur dicere, quòd sic: sed de iure statutorum Ordinis dico, quòd electus ex huiusmodi electione ante confirmationem nihil iuris acquirit, & hoc per tres rationes a simili, quas in hoc casu pro se habent Fratres Prædicatores per declarationem Magistri Ordinis. Primò, quia quantumcunque ab omnibus eligatur, nullam tamen habet administrationem, sicut habent superiores Prælati. Secundò, quia Religiosus non habet, neque velle, neque nolle. Tertiò, quia Religiosus, electioni de se factæ extra suum Monasterium sine licentia sui Superioris non potest consentire, sicut dixi. Quartò, quantumcunque aliquis ab omnibus eligatur, tamen in potestate Prouincialis, & diffinitorum est confirmare, &c.* 44

Quid clarius, & melioribus, ac piis rationibus dici potest, quicquid Laurent. de Peirinis *d. cap. 31. §. 7.* contrarium defendere nitatur, frustrà enim respondere conatur dictis fundamentis, breuibus tamen, sed summa pietate plenis, & ex Iuris principiis deductis, quæ magis amplectenda esse iudico, quia prolata fuerunt a viro notæ scientiæ, & qui, dum Generalatus officium tenuit, egregiè totam Religionem moderatus est; ergo credendum ita conuenire bono regimini totius Ordinis. Et quicquid sit, nullus loquitur quando Generalis electionem Prouincialis irritauit, prout in casu nostro, qui cùm sit maior in Religione Prælatus, indecens esset, & ab omni vrbanitate alienum, electum repetere via iuris prætensum ius ex sua electione proueniens, sed deceret potiùs supremi superioris iudicio acquiescere. 45

Et id non solùm facere tenebatur, si ante confirmationem electio irritaretur, quod parui præiudicij res est, vt infrà videbimus, sed etiam si post illam ab officio amoueretur, vt multis rationibus comprobat Fr. Ioseph. de S. Maria *en su tribunal de Religiosos tract. 5. cap. 6. §. 1.* ibi, *la dificuldad deste capitulo trata el Padre fray Manuel Rodriguez* tom. 2. quæst. 25. art. 10. *debaxo deste titulo: Vtrùm Prelati Religiosorum possint subditos ab officiis deponere, & suspendere ipsis non citatis? Si por ventura los Prelados de los Religiosos puedan deponer, y suspender de sus oficios a sus subditos sin citarles, esto es, sin darles cargos, ni oyr sus descargos? Y luego en el principio del articulo responde, que si, alegando por su parte algunos Doctores. Mas para que se entienda assi la doctrina del dicho Padre, como lo que se deue tener en este caso se aduierta vna doctrina* de Innocentio Tercero, *y la trae el mesmo Autor en el art. 2. de la question citada, y se refiere en el* cap. qualiter, y quando el 2 de accusat. *donde auiendo tratado el Pontifice de como y quando deuen los Ecclesiasticos corregir a sus subditos: y auiendo pu esto las causas* 46

causas y circunstancias que han de concurrir para suspenderlos, ò priuarlos, dize Luego : Hunc tamen ordinem contra Regulares personas non credimus vsquequaque seruandum, qua, cum causa requirit, faciliùs & liberaliùs à suis possunt administrationibus amoueri. Empero este orden no creemos se ha de guardar contra las personas Regulares, las quales quando la causa lo pide mas facil, y liberalmente pueden ser quitadas de sus administraciones. De donde se infieren dos cosas. † *La primera*

47 *es auer de priuar, ò suspender alguno de su ofi io ha de auer causa, y razon, que esso quiere dezir, cum causa requirit. Lo segundo, que quando la ay, no es necessario sea tan grande quanto para priuar a vn Cura de su beneficio, o a vn Canonigo de su Canongia, que esso es, faciliùs, & liberaliùs suis possunt administrationibus amoueri. La razon desta diferencia es, que los beneficios de los Clerigos son beneficios colados, y perpetuos, y por el consequiente irreuocables sin graue causa, mas las Prelacias, y oficios de las Religiosos, aunque son beneficios Eclesiasticos no son perpetuos, sino a manera de los anales, que se quitan, y ponen con maior facilidad, y assi les lla ma el Pontifice ministrationes a ministrationibus amoueri. De mas desto el Clerigo es señor de su volunmad, y tiene querer, y no querer, y assi quando el Obispo le quesiere quitar el beneficio, puede responder, que no le quiera dexar, si para ello no huuiere razon, y causa bastante : mas el Religioso no tiene voluntad ni es señor della; por tenerla renunciada en manos de su Prelado, per el voto expresso de obediencia;*

48 *de manera que quando le quiten el oficio aun sin causa bastante, no tiene de que quexarse, pues en efeto su voluntad, y todo lo que tiene, y posee lo ha renunciado en manos de sus Superiores, y no queriendo ellos que haga el tal oficio, no tiene accion alguna para pedirle. Y se confirma con la doctrina del* cap. cùm Monasterium, de statu Monach. §. tales, *donde manda que en ninguna manera se preuean oficios perpetuos, y dize, sed cum oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur. Que quando conuiniere ser quitado lo sea sin ningun genero de contradicion, porque de lo contrario se seguirian mil absurdos, como la nota Rodriguez* tom. 2. quæst. 18. art. 1. *quales serian el poder los Religiosos contradezir, litigar, y andar, vagueando en seguimiento de su pleyto; y finalmente a se seguiera el oponerse imprudentemente a la voluntad del Prelado, y por essa via se resfriaria, o se acabaria la obediencia tan encargada de los fundatores de las Religiones, y tan encarecida en el derecho* cap. nullam 18. quæst. 2. &c.

49 Et licèt supradicta cunctis Religionibus communia esse videantur, idem nihilominus specialiter disponitur in hac sacra Religione, vt *in Capitulo* 19. *Religionis Valentia celebrato*, *num.* 8. ibi, *Primum dubium, si P. Generalis, è remotis existens ad aliquem Fratrem obedientiam miserit, qui fortè à locali Capitulo sua, vel alterius Prouincia Conuentus electus esset in Correctorem, cui magis adhærendum est facta electioni, an missa obedientia? (vocatur autem hic obedientia quando Generalis mutat Religiosum de vna Prouincia in aliam) visis itaque videndis, & consideratis considerandis æquum, & maximè rationi consentaneum iudicarunt standum esse electioni, siquidem fuerit confirmata, & quam primum super huiusmodi certiorem reddere superiorem, qui si secundò replicauerit, tunc ei obedire tenebitur etiam confirmatus, allegatis tamen priùs sua depositionis causis: sin autem non fuerit confirmatus, tunc missa obedientia tenebitur obedire.* Nec satisfaciunt contrariæ opinionis sectatores dum aiunt hoc procedere in Correctoribus, non autem in Prouincialibus; tum quia exempla non restringunt regulam, nec excludunt similia Crauet. *cons.* 544. *num.* 25. & alij per me citati *Axiom.* 86. *num.* 2. tum etiam, quia

si Prælatus inferior potest absente Generale id efficere, multò magis ipse Generalis, ex reg. text. *in Auth multo magis, C. de sacros. Eccles.* cum similibus relatis per me *de locis communibus argument. Iuris, loco* 73. *num.* 1.

Dubium III.

Vtrùm à decreto factæ cassationis detur appellatio.

Pro parte negatiua, quæ vera est, adduci solet text. *in cap. ad nostra* 3. *de appellat.* ibi, *quia verò remedium appellationis non ideo est inuentum, vt alicui à religionis, & Ordinis Obseruantia exorbitanti debeat in sua nequitia patrocinium exhibere, Mandamus quatenus, si quando quilibet subditorum tuorum ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & institutionem Ordinis corrigas, & castiges.* Et similiter *in cap. reprehensibilis* 26. *eod. tit.* ibi, *Præcipuè verò hoc Religiosis volumus obseruari ne Religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi contra regularem Prælati sui, & Capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter, ac deuotè suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum.* 50

Ex quibus Iuribus vulgò colligitur, nullo casu esse licitum Religiosis appellare, quia licèt detur rarò casus, quòd innocens condemnetur, tamen magis conuenit, vt vnus patiatur, quàm totius Religionis pax perturbetur, & ideo hanc partem sustinent Sot. *de iustit lib* 5. *quæst.* 6. *art.* 3. Cou. *practic. cap.* 23. *num.* 6 *vers. Octauo*, Mich. Salon. & Arag. 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 3. Victorin. Manf. *de modo procedendi cap.* 7. *n.* 9. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator quæst.* 30. *art.* 5. *concl.* 3. Salgado *de Regia protect. part.* 1. *cap.* 2. §. 5. *num.* 16. Aldrete *de relig. disciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 6. *cum seqq.* Fr. Ioseph. de S. Maria *d. tract.* 5. *cap.* 10. §. 1. Soar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. *in princ* ibi, *Propterea dicendum censeo appellationem etiam ex natura rei non iniustam esse regulariter interdictam Religiosis*, &c. & *num* 13. ibi, *De hac ergo appellatione* (scilicet in grauioribus causis) *dicimus in assertione meritò concessum esse Religionibus, præsertim Mendicantibus, vt in eis non admittatur talis appellatio etiam ad Summum Pontificem.* 51

Ordinationes enim, præcepta, ac correctiones, quæ tendunt ad bonum commune Religionis, si possent appellationis refugio retardari, quod sanctissimè pro Religionis disciplina conseruanda statutum est, in eius damnum, & perditionem tenderet, nam semper appellatione vterentur Religiosi asserentes se grauari, quod optimè considerauit S. Bernard *lib.* 3. *de considerat. ad Eugen.* ibi, *Quantos nouimus appellasse pulsatos, quo interim liceret, quod nunquam licet? antidotum versus in venenum* Et paulo pòst. *Qui non grauatus appellat, manifestò liquet, quòd aut grauare intendit, aut tempus redimere.* Nullus est, qui tanquam Cain non credat se inculpatum condemnari, & pœnam, quæ pro culpa sibi imponitur, culpæ limites excessisse, & ita non est reputandus grauatus suo iudicio, sed doctissimorum virorum, nempe P. Generalis, & eorum, qui ei assistunt, quibus magis est credendum, vt optimè resoluit Ioseph. de S. Maria *in tribunali Religiosorum tract* 5. *cap.* 11 §. 3. 52

Quæ quidem resolutio multipliciter probatur; & 53
Primò, quia, vt dubio antecedenti vidimus, P. Generalis potuit extraiudicialiter, & nullo compilato processu ad cassationem deuenire, prout deuenit;

sed ab his actibus extraiudicialibus non datur ap-
pellatio suspensiua, Gonçal. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. in
annot. num 26. Matescot. var. lib. 2 cap 64. à num. 20.
54 cum seqq. Salgado † de Regia protect. part. 2. cap. 13.
num 1. & num. 187. ibi, *Prima sit conclusio, si in proui-
sione quoruncumque beneficiorum simplicium, puta colla-
tione, electione, præsentatione, institutione, seu confirma-
tione proceditur sui primeua natura retenta, hoc est, ex-
traiudicialiter; appellationi ab his actibus tanquam ex-
traiudicialibus emissæ ab aliquo, Iudex non deferens, sed
ea non obstante ad executionem, & possessionis traditio-
nem deueniat, vim non facit, quam probant Doctores su-
periùs citati.* Ergo, &c. Quod adeò verum est, vt ta-
lis appellatio attentata non censet, secundùm Scacc.
de appel. quæst. 2. num 35. vers. *Secus est in appellatione
extraiudiciali.*

55 Secundò, quia, vt aduertimus præcedenti dub.
num. 33. confirmatio, vel infirmatio electionis con-
scientiæ, & prudentiæ Generalis committitur, prout
ei secundùm Deum visum fuerit expedire, sed tunc
& isto casu appellatio denegatur, Tiraq. de retractu
lig. §. 4. num. 11. Boër. decis. 288 num. 17. Menoch. de
arbitr. lib. 1. quæst. 70. num 7. Salgado de Regia protect.
part. 3. cap. 13. à num. 48. Giurba decis. 21. num. 3. cum
seq. Igitur, &c. Non obstat glos. verb oneramus, in
Clem. 1. de iurepatron. ibi, *Fateor tamen quòd superior,
ad quem appellatum est, emendaret quod malè factum
esset*; quia procedit quando Canon prout ille, expli-
cat quid fieri debeat, vel per viam supplicationis, vel
misericordiæ, vt tenet Sanch. de matrim lib. 3. disp. 8.
num. 13. quem refero in collect. ad d. Clem. 1. n. 11.

56 Tertiò, quia à præcepto, siue mandato, quod ex
Iudicis arbitriò fertur, non datur appellatio; quia
multa mouere potuerunt iudicantis animum, quæ
appellationis Iudicem lateant, & eius fugiant co-
gnitionem, & ita solus Deus & Iudex & cognitor
illius arbitrij est, glos. verb. relinquatur, in cap. statu-
tum, §. assessorem, de rescript in 6. & ita in his arbitra-
riis appellationi locum non esse resoluunt Bart. in
l. 1. num. 18. ff. de legat 2. Crauet. cons 78. num 8. Boër.
decis. 184. num. 17. Cou. lib. 2. var. cap. 12. num 3. in med.
Menoch. de arbitr. lib 1. quæst. 70. num. 7. latè Farin. in
praxi crimin. part. 3. quæst. 17. à num. 27. quos refert, &
sequitur Aldrete de relig. discipl. tuenda lib. 2 cap. 18.
num. 28. quibus addo Scacci. de appellat quæst. 17. li-
mit. 15. à princip. & metipsum de Iure Ecclesiast. vniuer-
so lib. 1. cap. 33. num 77.

57 Doctores verò ex aduerso citati, qui in iis, quæ
arbitrio committuntur, aliquando appellationem
admittere videntur, loquuntur, vel quando iudicia-
liter proceditur, non autem extraiudicialiter, vt in
casu nostro, secundùm Abb. in cap super his num. 16.
de accusat. Sanch. de matrim lib 3 disp. 10. num. 12. in
fine. Vel quando non absolutè, prout in nostro ca-
su, arbitrio alicuius quid committitur, sed apposi-
tum est simul aliquod verbum respiciens iustitiam,
veluti si dicat, *Ad iudicium tui arbitrij*, vel *Conscien-
tiæ tuæ*, quia tunc datur appellatio, ex adductis per
Lancellot. de attent part. 2. cap. 12 limit. 10. num. 11.
Salgad. de Regia protect. part. 3 cap 13. num 40. & 47.
Quorum resolutio non potest nostro casui applica-
ri, cùm ex vi regulæ Pontificiarum Constitutio-
num, ac vsu Religionis confirmatio, seu cassatio
electionis Prouincialium absoluto arbitrio, potesta-
ti, & meræ facultati Patris Generalis, & eorum, qui
ei assistunt, commissa censeatur; quo casu nullus
58 dicet † ab eius iudicio, seu voluntatis declaratione
dari appellationem, vt argumento text. in l. non quic-
quid iudicis potestati committitur, id subycitur Iuris ne-
cessitati, ff. de iudic. tenent Imol. in cap. 1. col. 11. de

constit. & plures citati à Salgado d. part. 3. cap 3. num.
48. & 49. Nec distinguentes inter paruum, & graue
præiudicium nostram infringunt resolutionem, quia
non loquuntur in nostra specie, de Prælatis, scili-
cet Religionum, in quibus datur diuersa ratio, vt
suprà vidimus num 46. Et quicquid sit, amotio offi-
ciorum Religionum est res parui præiudicij, vt opti-
mè probat cap. per tuas, de simon. iunctis suprà addu-
ctis num. 47.

Vnde cùm verba Concilij Tridentin sess 21. de re- 59
format. cap. 2. ibi, *nisi illos, quos Episcopus iudicauerit
assumendos*, &c. denotent boni viri arbitrium, hoc
est, voluntatem rationi submissam, l. fideicommissaria
2. ff. de fideicom. libert. glos. verb. visum in cap. 1 de cor-
pore vit. Lap. alleg. 60. num. 3 ideo si Episcopus legiti-
mè non interponet arbitrium, Deum solummodo
Iudicem habebit, ac proinde à tali arbitrio non da-
bitur appellatio, quia † Superior non potest ani- 60
mum, & conscientiam inferioris immutare, Bald. in
l. 1. num. 10. vers Scias tamen, C. de sentent ex breuic.
recitan. Cou. d. cap. 12. num. 3. vers. Et ab eo, Scacc limit.
15. num. 4. optimè Rot. in Elboren. Ordinum 23. Iunij
1618. coram bonæ memor. Remboldo, & 18. Februarij
1618. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano,
cuius memini in d. tractat. de Iure Ecclesiast. lib. 1. cap.
33. num. 77.

Hinc etiam Sanctissimus Dominus noster Vrba- 61
nus VIII. per suas litteras in forma Breuis sub Dat
30 Ianuarij 1629. ex voto S. Congregationis negotijs
Episcoporum, & Regularium propositæ, ad instantiam
Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis de
Sandoual Episcopi Gienen. eminentis sanctitatis vi-
ri, declarauit quòd vbi concessa est facultas Episcopi
reprobandi Confessores semel admissos sine tempo-
ris præfinitione ex noua causa Confessiones ipsas
concernente, non tenetur ipse Episcopus, si reproba-
uerit aliquem, edicere ao ea subsit causa, sed Sedi
Apostolicæ dumtaxat, vbi eam sibi aperiri postula-
uerit, vt refero d. lib. 1. cap. 44. num. 213.

Quintò, quia etiam dato casu quòd dictus N non 62
fuisset per cassationem, sed per priuationem officij
Prouincialatus administratione priuatus, adhuc ap-
pellatio illi non concederetur saltem quoad effe-
ctum suspensiuum, cùm officialis electus malè admi-
nistrans, vel in Syndicatu ob excessum suspensus,
seu priuatus officij administratione, vel alias quo-
quo modo condemnatus, non potest appellare ad
hoc, vt interim pœna executioni non committatur,
l. nulli officialium, C. quorum appellat. non recip. Aueo-
dan. de exequend. mand. lib. 1. cap 19 à num 25. Azeued.
l. 12. num. 2. tit 5. lib. 3. nouæ recopil. Mastrill. de magi-
strat. lib 2 cap. 9 à num. 12. latè Farin. in praxi crimin.
quæst. 101. num. 89. Quacunque enim appellatione
non obstante ad pœnæ executionem procedi potest
sine vitio attentatorum, Lancellor. de atten part. 2.
cap. 12. num. 2. & absque vllius violentiæ suspicione,
vt optimè resoluit Salgado de Regia protect. part. 3.
cap. 8. à num. 2. & præcipuè num. 9. ibi, *Quibus qui-
dem conuenit, quòd Officialis suspensus, vel priuatus of-
ficij administratione, vel alias quoquomodo condemnatus
in Syndicatu, non potest appellatione pendente officio vti,
cùm pœna in tali iudicio illata, executioni mittatur ea
non obstante, ac ideo Ordinarius denegans delationem,
violentiam nullam committet tenet Marant* † de ordine 63
iudic. de appellat. num. 193. Petr. Dueñ. in reg. 42.
num. 20. Quod tantò faciliùs procedit in amotione
officiorum Regularium, in qua minor causa requi-
ritur, & quæcunque sufficit, iuxta ea, quæ scribit
Ludouic. Miranda in practic. crimin. Canon. quæst. 3.
art. 2. in fine, ibi, *Quòd ad suspendendum, siue priuan-*
dum

dum officio Regularem Prelatum, non est necessum, quòd fama, seu infamia sit tanta, vt sine scandalo tolerari non possit: quin verò sufficit, superque satis est, vt suo Conuentui sit nociua, & praiudicialis. Quod vnicum est notandum, ac memoria commendandum.

64 Iuuat, quia quando priuatio officij fit in executionem alicuius statuti Regularis assignantis pœnam huiusmodi, & de delicto notoriè constat, non est dandus locus reorum dilationibus, & exceptionibus, vt in simili tenet Fr. Ioseph de Sancta Maria *en su tribunal de Religiosos tract. 5.cap 6.§.3.* ibi, *Dos causas o razones se pueden ofrecer segun Siluestro verb. citatio, aquien sigue Rodriguez, para quitar a vn Religioso su oficio, o dignidad. La primera, quando ha come tido algun delito, al qual segun derecho, o ordinaciones generales, o particulares, corresponde priuacion de oficio, y entonces (dize Rodriguez) que estando prouado el crimen no es necessario citar el Reo, ni guardar con el algun termino de derecho, sino que luego que conste del crimen, lo pueden declarar por sospenso o priuado del oficio. Mas esto entiende yo, quando el defeto es publico y notorio, o quando del esta confesso, o conuicto, que entonces la razon esta clara, supuesto que assi la pide el rigor de la ley, y no es menester citarle, ni darle cargo alguno por el qual le conste que se trata de quitarle el oficio, y en tal caso el quitarle puede ser qualquiera ocasion de junta, o congregacion que se haga donde concurren la mayor parte de los votos. A esto alude Balthasar Altamirano* lib. de visit. in verb. à Metropolit. num. 53. *donde dize, que si el Abad fuere hallado por los Visitadores dissipador de los bienes del Monasterio, amoueatur absque iudiciorum strepitu à regimine Abbatia, y el Monasterio sea proueido de idoneo administrador en el interim que se prouee de Abad.*
65 *Donde se ha de notar aquella palabra, absque iudiciorum strepitu, que quiere dezir, sin que en el quitarle aya demandas, ni respuestas, y sin dar lugar a alegaciones de derecho, con que algunos en las tales ocasiones procuran impedir el buen gouierno del Monasterio, y a este proposito vienen bien las razones que ponemos al principio deste Capitulo, y las que trae Rodriguez* en la quæst. 18. art. 5. Et non conceditur appellatio, vt in simili tenet Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2 lib. 6. cap 8 num.* 103. Scacc. *de appellation. quæst. 27 limit. 16. num.* 8. Et optimè aduertit idem Ioseph à S. Maria *d. tractat. 5. cap. 4. §. 4.* ibi: *Mas, si a caso los tales corregidos, o por mejor dezir incorregibles, por ser tercos, indomitos, y mal disciplinados, y enemigos de toda correccion, disciplina Regular, por huir la pena, y por deferir la justa sentencia apelaren, alegando agrauios fingidos, y razones aparentes, sin atender, ni considerar, que en hazerlo pecan mortalmente, como lo siente S. Thom.* 2. 2. quæst. 69. artic. 3. *no se les deue otorgar, ni admitir la tal apelacion, como està determinado* 2. quæst. 6. cap. omnino, & cap. quicunque, *adonde no solo se determina, que no se les admita la apelacion, sino que aquel que se atreuier a pronunciarla injustamente sea castigado con graues penas, y es muy justo que assi sea, porque como dixo San Bernardo* lib. 3. de consider. ad Eugen. *Qui non grauatus appellat, manifestè liquet, quòd aut grauare intendit, aut tempus redimere. El que sin ser agrauado en la correcion apela, o quiere agrauar, o redimir el tiempo, y es cierto que no fue para esso inuentada la apelacion, por que como dize la glos.* en el cap. cùm appellationibus friuolis, de appellation. lib. 6, *non enim fuit inuenta, vt esset iniquita-*
66 *tis defensio, sed innocentiæ remedium. Y de aqui es que las apelaciones friuolas, esto es aquellas que sin justa causa y sin bastante razon se hazen, (que estas son aquien el derecho llama friuolas) segun Gemin.* en el dicho cap. cùm appellationibus friuolis, *no se han de otorgar, ni los Prelados han de hazer caso dellas: deste parecer es Mi-*

randa quæst. 30. artic. 4. conclus. 2. *&c.*

Sextò, quia ob allatas potissimum rationes in omnibus fere Religionibus, iam hodie ex statuto, vel priuilegio expresse prohibetur appellatio, vt de aliquibus testantur Ioseph à S. Maria *d. tractat. 5. cap.* 10. §. 1 Aldrete *d. cap.* 28. *num.* 17. *cum seqq.* Ego ipse *in collect. ad cap. ad nostram, num. 5. de appellat.* vbi ex Sorbo *in compend. priuileg. Mendicant. verb. Generalis* 67
num. 11. & 12. Refero Sixtum IV. concessisse Au- 68
gustinianis, & Carmelitanis, vt Generalis eorum possit suum munus obire, reiecta quauis appellatione ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, mandatis, vel decretis; & idem de Franciscanis, Prædicatoribus, & aliis cautum esse assero; de quo-
rum omnium priuilegiis participat † Ordo Mini- 69
morum ex speciali concessione Iulij II. *in sua Bulla incip. Dudum* §. 14. *sub Dat. Romæ apud S. Petrum 5. Kalend. Augusti.* 1506. quæ est prima *in collect. apud Laurent. de Peirinis*, vbi indulgetur Fratribus Minimis vt possint transumptare priuilegia quatuor Ordinibus Mendicantium concessa, & vti & frui priuilegiis, indultis, concessionibus, & gratiis, &c. Concessis, & concedendis dictis quatuor Ordinibus Mendicantium, non secus ac si ipsis specialiter concessa fuissent.

Huius Constitutionis vigore clarum est Fratres Minimos participare in specie de priuilegiis cuiusdam Bullæ concessæ Generali Ordinis Prædicatorum ab ipsomet Iulio II. quæ est 15. eiusdem Pontificis apud dictum Laurentium de Petrinis, incip. *Exposuisti*, *sub Dat. Romæ* 14. *Nouembris* 1511. in qua expresse prohibetur Fratres appellare ab absolutione suorum officiorum, his verbis. *Statuimus, vt si quis Frater dicti Ordinis, aut soror sub cura, & habitu eiusdem ob absolutionem ab officio Prioratus, Prouincialis, vel Conuentualis, seu Monasterio à quocunque superiore dicti Ordinis, habente potestatem absolutionem huiusmodi faciendi, factam, vel faciendam appellauerit, etiam prætextu grauaminis, aut appellationem huiusmo-di quocunque nomine interpositæ inhæserit, sit ipso facto absque alia declaratione absolutus, aut absoluta ab huius-* 70
modi officio, pro quo appellatum est, &c. † Vnde Passa- 71
rel. auctor grauissimus, & Minimorum quondam Generalis meritissimus, illam Bullam Generali Ordinis Prædicatorum concessam inseruit inter Bullas, de quibus Ordo Minimorum participat, in libro qui scribitur, *Priuilegia Sacri Ordinis Minimorum, pag. mihi* 102.

Hoc idem expressè concessit eidem Ordini Minimorum idem Iulius II. Beato Francisco de Paula, tunc temporis Generali existente, *in sua Constitut. incip. Virtute, §. 32. sub Dat. Romæ apud S. Petrum 5. Kal. Augusti.* 1506. *in ordine 2 dicti Pontificis* apud Laurentium de Peirinis, in hæc verba: *Nos auctoritate Apost. vobis indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones Fratrum vestri Ordinis delinquentium instigendas, Generalis, vigiles, & Prouinciales, necnon Correctores locales, & eorum Vicegerente, ad quos eadem spectare noscuntur (rimulis, & apicibus ipsis postpositis) liberè procedere valeant secundùm consuetudines approbatas & generalia facta, atque etiam facienda ipsius Ordinis instituta. Nec volumus eisdem licere Fratribus ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, prouidè in hoc deliberatione ac maturitate debita obseruatis*, &c. 72

Non obstat prætensus excessus in decreto irritationis electionis huiusmodi, à quo excessu appellare nulli denegatur, vt per Rebuff. *de sent. execut. art. 7. glos. 12 num. 4. fallent.* 1 Galles. *ad formam Camer. obligat. post processum inciden. num.* 11. Petr. Gregor. *de* 73

appella: lib. 11. *num.* 2. Scacc.*eod.tract. quæst.* 17. *limit.* 10.*à num.* 29.*& limit.* 11.*num.* 6. quia de eo non constat, nec constare potest, & interim decretum illud pro legitimè & rationabiliter lato haberi debet, nec sinistra præsumptio sine euidenti causa contra illud capienda, nec de facili querelantium dictis fides adhibenda, vt optimè ratiocinatur P. Ioseph. à S. Maria *d.tract.* 5. *cap.* 11. §. 2. ibi: *Y porque el derecho que probibe à los Religiosos la apelacion, y los Dotores que*
74 *dello tratan siempre dizen,* † *dummodo non sint grauati, è nisi modus correctionis excedat, como lo auierte Panor.* en el cap. licet, de officio Ordin. *y alli la glossa, nisi corrigendi modum excedat se ha de aduertir que este grauamen, o excessiuo modo de correccion, no se ha de juzgar segun la grauedad de la pena, o correccion mirada a solas, sino en orden a los delictos y culpas cometidas segun el tenor del processo, ni tan poco se ha de entender segun el juizio del sentenciado, que segun esse no ay ninguno que no se tenga por agrauiado, pareciendole como a Cain que sus culpas son muy pequeñas, y el castigo que se le da por ellas graue y excessiuo, que es muy proprio de hombres, y en especial de aquellos, cuya facilidad en dexarse lleuar de sus passiones es muy grande; y assi no se ha de entender el grauamen sino segun el juizio de hombres doctos, y desapassionados, quales se presume, y deuo presumir son los Padres que se juntan en un definitorio, y que auran mirado la causa y processo con ojos claros, y sin passion, y que no agrauaron la sentencia ni excedieron el modo de corrigir, mirando la substancia del delicto, ni las circunstancias que le agrauan, y por tanto la sentencia que ellos dieren, deue ser juzgada por justa, legitima, y razonable, por lo qual, qualquiera apelacion que contra ella se biziere ha de ser tenida por injusta friuola, y como llamò el Emperador Constantino à las tales, non tam appellationes, son prouocationes, quàm ludificationes, y que se hazen con animo de diferir la sentencia, o con esperança de que por medio de fauores o ruegos se reuocar a la justa sentencia; las quales cosas el Prelado en quanto fuere possible de su parte deue obuiar no admitiendoles la dicha apelacion, à lo menos con titulo, y nombre de apelacion, pues en la dicha sentencia concurren las razones y causas que bastan para denegarsela, que son auerse dado guardando las costumbres aprouadas, y statutos de la Religion, debita maturitate, & deliberatione, como se dize en el libro Monumenta Ordinum, en la primera impression* fol. 125. *y en la segunda* fol. 220. *concess.* 499. *y lo refiere Rodriguez* tom. 1. quæst. 29. art. 1. en el principio, *donde assi mismo refiere vna excommunion de Iulio II. por la qual probibe a los Religiosos, y Religiosas de la Orden de Predicadores las apelaciones de las sentencias de las correcciones hechas con las sobredichas circunstancias*, &c.

75 Nec aliud probat P. Suar. *de Relig. tom* 4. *lib.* 2. *cap.* 11. quem Aduocatus ex aduerso Carrança in contrarium malè allegat, & modestiæ debitæ oblitus audacter nimis in solitam maledicendi prorumpit audaciam, de qua P. Petauius multa multis in locis meritò in medium prodidit, & præcipuè *in Uranologion. lib.* 4 *fol. mihi* 134. Mouit enim P. Suar. *num* 1. *eiusdem cap* 11. quæstionem, vtrùm à sententia iniusta, ac rigorem & excessum præ se ferente possit Religiosus appellare? & ibi secundùm aliquorum opinionem refert appellare posse, & *in num* 2. adducit contrariam sententiam negatiuam, & ad eam comprobandam citat text. *in cap. reprehensibilis, de appellat.* & alia Iura. Et *in num.* 3. has contrarias opiniones ad concordiam reducere intendit, distinguendo, quòd si adest excessus, potest appellari, secus verò si non adest, per glos. 1. *in cap. de priore, de appellat.* cum aliis. Deinde *in num.* 4. difficilem reputat distinctionem istam, eamque ob id *num.* 5. modificat, vt prohibitio hæc appellandi inter Regulares solùm procedat si appelletur ad Tribunalia extra Religionem, non ita si intra eam existant; subdit tamen ibidem hanc modificationem difficultate non carere, quia vbi primum Religio exempta est, statim prohibetur extra illam appellare, & esset contra priuilegia facere, secundùm quæ in Religionibus ferè omnibus prohibentur Fratres appellare à correctionibus, punitionibus, &c. iuxta tradita *num.* 5. vbi in hæc verba concludit. *Consequens autem videtur esse contra intentionem talium indultorum, nam in Societate, v. g. postquam exempta iam erat à Paulo III. ab eodem additum est vt appellari non possit, tum etiam, quia in aliquibus ex priuilegiis citatis interdicitur appellatio etiam ad Sedem Apostolicam: ergo multò magis non licebit, ad altiores Prelates eiusdem Religionis.*

Deinde idem Suar. sæpe citato *cap.* 11. *num.* 6. suam 76
adducit sententiam, cum qua remanet asserens Religiosis generaliter probibitam esse appellationem, & addit quòd vbi reperitur excessus, tunc solummodo concedendus est recursus, quo pendente mandari non potest sententia executioni, ibi: *Propterea dicendum censeo appellationem, etiam ex natura rei non iniustam esse regulariter interdictam Religiosis, maximè per specialia priuilegia, ita docet simpliciter Sot.* lib 5 de Iustit. quæst. 6. art. 3. *& de Mendicantibus admittit Nauar.* cons. 5. de appel. num. 6. *Quamuis addat & meritò non esse priuandos alio genere defensionis. Ad hoc ergo explicandum aduerto aliud esse appellare, aliud ad Superiorem recurrere aliis modis. Nam per appellationem ita fit recursus ad Superiorem vt suspendatur iurisdictio inferioris Prelati, tam quoad vim obligandi per præceptum, vel sententiam, à qua appellatur, quàm quoad potestatem procedendi in causa, de qua agitur, regulariter enim hos duos effectus habet appellatio, quamuis in censuris quando subsequitur post sententiam latam, solùm habeat secundum effectum, vt* disp. 3. de censur. sect. 6. *diximus, & traditur communiter in* cap. super eo, & cap. pastoralis, de appellat. & cap. is cui, de sent. excom. lib. 6. *& videri possunt Siluest. & Angel.* verb. appellatio: *per alium verò recursum ad Superiorem non suspenditur iurisdictio inferioris, nec quantum ad vim obligandi per suum præceptum, vel sententiam quandiu à Superiore non fuerit reuocata, nec etiam quoad procedendum ad executionem, vel ad vlteriorem definitionem causæ, si opus sit, quia per alium simplicem recursum non potest subditus deuoluere negotium ad altiorem Prelatum sola voluntate sua sine adminiculo iuris, nullum autem est ius, in quo talis deuolutio fundari possit, seclusa appellatione*, &c. Et hoc ipsum operatur recursus, seu supplicatio, qua pendente mandari sententiam executioni resoluunt Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 19. *à num.* 16. Salgado *de Regia protect. part.* 4. *cap.* 3. *à num.* 237. vbi ait, quòd tam supplicatio, quàm querela non suspendit effectum executionis, Ego ipse *in collect. ad cap. ex litteris, num.* 7. *de in integ. rest.*

Continuat eandem materiam Suar. *vbi suprà* 77
num. 7. probatque licitum esse huiusmodi recursum, nisi fiat ad Tribunalia extra Religionem, vt *num* 8. & *in num.* 9. ait subditum teneri obedire dum Prælatus, seu Superior sententiam non mutat, & *num* 10. firmat iniustitiam debere esse patentem, vt subditus audiatur, cùm in dubio obediendum sit Prælato, maximè si procedat iuxta Regularem obseruantiam, ibi, *Quòd si in ipsa regula pœna committatur arbitrio Prelati, eo ipso quòd illam imponat, & non constat esse iniustam, existimatur prudenti arbitrio positam, atque adeò iuxta regulam. Cùm autem dubium versatur circa facti notitiam, vel probationem, meritò etiam, pra*

sertim

fortim inter Religiosos, præsumitur pro facto Prælati, tum propter conditionem status, tum etiam, quia inter Religiosos in huiusmodi correctionibus necesse non est iudicialem ordinem exactè seruare, vt dicitur in cap. qualiter & quando, de accusat. in fine, &c.

78 Et *num. 11. in princip.* tanquam indubitatum asserere videtur in negotiis grauibus iuxta dubitandi rationem, quam proponit Religioso, admittendam esse appellationem ad Prælatum & Superiorem, & id probare intendit ex quadam constitutione Gregorij XIII. & decisione Eminentissimorum DD. Cardinalium, & demum naturali ratione, quia si sententiæ huiusmodi executio non retardaretur, ex ea resultare posset magnum periculum, & irreparabile damnum. Verùm addit hunc singularem & extraordinarium casum notoriæ iniustitiæ in Religione non esse expectandum tanquam non euenturum, & ideo appellationem hoc prætextu admittendam non esse; alias enim perturbaretur regularis obseruantia, & disciplina Regularis penitus corrueret, verba autem, quibus hæc adstruit *d. num. 11. & 12.* sunt notatu dignissima, ibi, *Hæc autem assertio quoad hanc partem non repugnat primæ, quia hic casus extraordinarius est, vixque potest accidere in Religione quòd fiant tam graues, & manifestæ iniuriæ titulo iustitiæ, & potestatis publicæ, & quòd tam graue periculum immineat recurrendo ad Prælatum altiorem simpliciori & magis Religioso modo: vnde quia res morales iudicandæ sunt ex his, quæ frequenter accidunt, ideo absolutè dicitur interdicta vox appellationis, maximè verò cum illa restrictione regulariter. Quod magis declaratur probando secundam partem, de qua maximè videntur loqui Iura citata, & quoad eam rem procedunt, vt opinor, etiamsi in correctione excedatur modus, idem de appellatione etiam intra eandem Religionem ab inferiore ad Superiorem Prælatum. Quæ in primis non habet locum intra eandem domum, tum quia ibi solum est vnus Prælatus, vt supponimus: tum etiam, quia ibi non est necessaria propria appellatio cùm facilè possit esse personalis recursus ad Superiorem, qui locum & effectum appellationis habere potest, iuxta* cap. dilecti 2. de appellat. *& quæ ibi notantur. Hinc ergo probatur generaliter conclusio, quia si in his ordinarijs correctionibus, quæ iuxta disciplinam Religiosam fiunt, locum haberet appellatio à Priore ad Prouincialem, & à Prouinciali ad Generalem, magna sequeretur perturbatio, & disciplina religiosa sine dubio corrueret: tum quia reuerentialis timor ad inferiores Prælatos facile contemneretur; tum etiam, quia vix possent Superiores Prælati expediendis singulorum Religiosorum causis, & appellationibus vacare: tum denique, quia partim per huiusmodi dilationes, partim per fraudes, vel negotiationes, quæ interim misceri possunt, nulla ferè fieret religiosa correctio: ergo ad bonum Religionis expedit, vt in hac correctione simplicius procedatur sine vllo genere appellationis. Confirmatur, & declaratur, quia vbi intercedit rationabilis causa, quæ sufficiens esset ad appellandum, si eadem repræsentetur eidem superiori, & ab eo humiliter petatur, vt pœnam remittat, aut temperet, moraliter loquendo, erit sufficiens remedium, quia Religionum Prælati maximè debent recta ratione gubernare, & credendum est pro sui status obligatione, regulariter loquendo, ita procedere, si autem rationabilis erit. Quòd si interdum interueniente etiam iusta causa illud remedium non sufficiat, minus malum est, quòd in raro casu priuata persona incommodum aliquod patiatur, quam vt relaxatio Religionis per vsum appellandi a correctione regulæ introducatur. Et vel maximè, quòd ex huiusmodi correctione non creatur infamia alicuius momenti, & licèt aliqua excogitari possit, per humilem certè obedientiam, & patientiam, non solùm recompensatur, sed etiam superatur. Aliunde etiam in huiusmodi Religiosis pœnis, non est tantus labor, aut dolor, quin sine culpa possit facilè sustineri ab his, qui perfectionem profitentur, nam & ipsi possunt, & debent huiusmodi pœnas inter alias pœnitentias, & austeritates, quas voluntariè sumunt, computare, & Superiores possunt interdum similia propter solam exercitationem spiritualem præcipere. Ergo est valde consentaneum huiusmodi statui, vt vox talis appellationis in eo non audiatur.* Hactenus Soarez, cuius verba contrarius Aduocatus non sine malitia tacuit.

79 Neque denique obstat, quòd videtur Religiosis adimi naturale ius se defendendi dum illis appellationis remedium, & sic naturalis defensio tollitur, quia licèt id ad perfectionem, & magnum Religiosorum meritum pertineat, non denegatur remedium his, qui iustam se habere causam arbitrantur, quo Superiorum possint mederi grauaminibus; id autem est ad superiorem recursus, etenim Iure permissum est, vbi appellatio denegatur, vt per viam querelæ superior adeatur, glos. *verb supplicari in cap. ex litteris, de in integ restit.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 70. num. 24.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 15. num. 5.* Aldrete *de Religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 28. num. 25.* Ego ipse *in collect ad d. cap. ex litteris, num 5.* Et adest Constit. Gregor. XIII. incip. *Ex pastoralis, sub Dat. 27. Martij 1576.* quæ est in Bullario Ordinis *pag. 15.* vbi denegata appellatione Minimis, eis solummodo concedit ad Sedem Apost. recursum, quæ constitutio præcipitur obseruari *in Capitulo 15. Ordinis num 16.*

80 Ad obiectionem facilè respondet Aldrete *d. cap. 28. num 31.* ibi, *Ad secundum respondetur, primò, quòd licèt appellatio sit defensio, non tamen de iure naturæ, sed de iure positiuo inuenta, naturali defensione innixa, & quæ ab eodem Iure auferri potest, itaut si Princeps fieret Iudicem sanctè, & iustè in causa progressurum, hoc remedium possit adimere, Abb.* in cap. pastoralis num. 12 de appellat. *Felin* in cap. cùm inter num. 8. de except. *Couar.* in pract. cap. 23 num. 3. *& alij frequenter. Rectè autem iudicauit hoc maximè expedire in Religionibus, in quibus rectè præsumitur Superiores iustitiam administraturos, vt ait Bald.* in cap. 3. de appellat. *Deinde quia non eis defensio aufertur si quãdo contigerit, quòd hæc spes fallat, & aliquis Religiosus iniustè puniatur, non ei adimitur ad Superiorem recursus, quo grauamen reparari queat. Tollitur appellatio ne facile aliqui in vocem appellationis prorumpant non grauati, sed Superiores grauare, & disciplinam Regularem obijcere volentes, ne sub necessariæ defensionis titulo arma iniquitati ministrentur, vt ait S. Bernardus*, &c.

81 Item P. Soar. *d. cap. 12 num 4 in fine*, respondet in hæc verba. *Tertiò ratio illa de defensione naturali videtur inefficax, nam est ab specie ad genus negatiuè: quia defensio etiam iusta, & moderata est genus, & latius patet, quàm appellatio, ideoque licèt alicui denegetur appellatio, non rectè infertur defensionem denegari. Potest enim ad superiorem recurrere per simplicem querelam, vel per modum supplicationis, aut precum, & ab eo obtineri vel iustitia, vel gratia, quod est sufficiens remedium diuersum ab appellatione, vt ex dicendis constabit, & multò magis decens Religiosum statum.*

82 Optimè P. Ioseph. de Sancta Maria *d. tractat. 5. cap. 11. §. 2.* ibi, *Contra lo que se ha dicho se puede hazer vna obiecion diziendo, que no obstante las dichas prohibiciones, ninguno es poderoso para impedir, ni quitar la apelacion, porque (si como dicho queda) la apelacion es de derecho natural, siguese, que no se puede quitar por otro ninguno positiuo, como se prueua en la* Clem. pastoralis, de re iudic. *porque no ay derecho que sea contra el*

E 3 natu

natural. Esta dificultad toca Silnest. verb. appellatio, §. 2. *y la resuelue Paz* tom. 2. part. 5. cap. vnic. num. 1. *y para que mejor se entienda, se reduzga a la memoria aquello que queda dicho en el* cap. 9. §. 4. *deste tratado, donde diximos, que lo sustancial de la apelacion es de derecho natural, y la formalidad della es de derecho positiuo, y conforme a esto se dize, que lo que es de sustancia de la apelacion esso no se puede quitar por ningun derecho, mas lo que es de derecho positiuo, esso si; y esso es lo que se quita; y lo que es de derecho natural, es tan solamete aquel simple recurso a los superiores por via de simple querella, por la qual se puede recurrir al superior, segun la glosa* en el capitul. ex litteris, verb. supplicari. Vease *Paz, porque solo este es de derecho natural, que es el efeto que llamamos deuolutiuo, mas el suspensiuo es de derecho positiuo, y assi le puede quitar el Principe, y la ley, como dize Paz, y en el num. 2. dize, que entonces quando se le quita lo que es derecho positiuo queda tan solamente con el efeto deuolutiuo conforme al Texto, in* cap. Pastoralis, de appellat. en el principio, *y segun dize Paz, es comun opinion de los Doctores, y quedandole este escrito, le queda suficiente remedio a su defensa; y assi deuen los Prelados concederle a los que apelaren para los Superiores, como dize Rodriguez* 1. tom. quæst. 29 art. 2. *y que aquesto solo sea derecho natural, y los demas efetos de derecho positiuo, prueuase por lo que esta dicho; pues solo esto no se le puede quitar, ni jamas se le quita, que el efeto suspensiuo se le quita en muchissimos casos como queda prouado en la dotrina de Siluestro, que queda referido en el* cap. 9. §. 5. deste tratado. *Y mas a nuestro proposito con el efeto tiene declarado el Concilio Tridentin.* en la sess. 24. cap. 1. de reform. *Donde tratando de las correciones, y penas impuestas en orden a corregir las costumbres de los Ecclesiasticos, dize, neque appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet suspendat, y en la* sess. 25. cap. 4. de reform. *Dize que las penas impuestas contra los concubinarios en ninguna manera*
83 *se suspendan por la apelacion. De manera que este efeto suspensiuo por ser de derecho positiuo no se deue conceder a los Religiosos que apelaren, sino el primero que es el deuolutiuo, que quiere dezir recurso simple y llano ora sea por via de suplica, ora de simple querella, que es lo que basta para la defensa del Reo, y para que aya lugar de que se le quite el grauamen de la sentencia, o se corrija el excesso que huuiere auido en la correcion, o castigo, de manera que quando el sentenciado apelare dentro del termino de los diez dias que dispone el derecho, se le deue responder que se le deniega la apelacion, y en ninguna manera se le otorga por ser contra derecho, y estar los Religiosos priuados de poder apelar, mas que para mayor justificacion de la sentencia se le concede el simple recurso al superior, aquien pueda dar auiso por carta, como lo tiene ordenado el santo Concilio Tridentino en la* sess. 25. cap 4. de Regular. *&c.*

84 Septimò, & vltimò, quia in actu visitationis cœpit P. Generalis inquirere non compilando processum contra dictum N. sed notando solummodo in discursu dictæ visitationis pro informando animo suo quicquid Religiosi de eo in specie minimè interrogati referebant, & adhuc visitatione non definita ex priuata scientia à dicta visitatione resultante, ad huiusmodi cassationem procedendum esse duxit, vnde ab illis, quæ extraiudicialiter in visitatione sic fiunt, nullo compilato processu, (prout in casu nostro) appellari non posse saltem quoad effectum suspensiuum probat Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 10. & resoluunt Villad. *in speculo visit. fol.* 35. *num.* 31. Erasm. à Cochier *de iurisdiction. Ordin. in exemptos part.* 2. *quæst.* 14. *num.* 5. Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom.* 2. *allegat.* 70. *num.* 5. *in fine*, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 26. *num.* 2. vbi dicit prohiberi absolutè appellationem in omnibus, quæ Ordinarius dicit se fecisse in visitatione, nouissimè Ego ipse *in collect. ad Concil. Trid cap.* 10 *num.* 2. *&* 6.

Non obstat quod Conc. Trid. *loco, proximè citato*, videtur procedere eo casu, quo de morum correctione 85
agitur, quia in contrarium est veritas, absolutè enim intelligitur de visitatione quacunque & de omnibus, quæ in illa fiunt, vt expressè illius verba ostendunt, ibi, *nec in his, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur*, &c. Dictio enim, *aut*, disiungit sensum, & verba, Paris. 91. *num.* 29 *lib.* 1. Natt. *cons.* 675. *num.* 26. *vol.* 4. Houded. *cons.* 35. *num.* 17. *vol.* 2. cùm sit propriè disiunctiua, *l. si ex toto*, §. 1. *ff. de legat.* 2 *l. ille, aut ille, in princ. ff. de legat.* 3. cum aliis citatis per me *dict.* 46. *num.* 1. & ita procedere, & intelligi debere dictum Concilij decretum asserunt Doctores *num. præcedenti citati*, & ego *in collect. ad ipsum num.* 6. vbi reprobo Gonçal. Mendez de Cabedo *diuers. Iuris argum lib.* 1. *cap.* 19. *à num.* 8. existimantem in causa visitationis effectum suspensiuum appellationis tolli vbi agitur de correctione morum.

Nec obstat, quòd illa Concilij Trident. dispositio, 86
& aliæ similes non habent locum quando in procedendo excessus aliquis notari potest, quia tunc liceret à tali excessu appellari iuxta text. *in cap. de Priore, de appell. & in cap. licet, de offic. Ordin.* cum aliis per me citatis *in collect. ad cap. ad nostram num.* 2 *de appell. & ad Concil. Trid sess.* 25. *de reform cap.* 4. *num* 11. † 87
Quia in notoriis excessibus non tenetur visitator processum formare, sed sola extraiudiciali cognitione potest ad punitionem, & pœnam deuenire, vt in terminis tenet Paulin. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regul. tit.* 9. *fol. mihi* 218. ibi, *Alter procedendi modus ex officio Iudicis absque accusatore, vel denuntiatore vltra inquisitionem est per viam notorij, quando siquidem aliquis coram suo superiore, & multitudine aliorum delinquit, sicut in refectorio, Capitulo, vel choro, & similibus in locis notorijs notorie committitur, & notoriò debet puniri, vt,*

Quæ vel nemo negat populo, vel teste probatur.
Vel se iudiciant oculis, notoria dicas.

Ioan, à Capistrano in cap. tua nos de cohab. cleric. & mulier. par. 3. & 13. *hoc enim casu superior nullo Iuris ordine seruato, nisi illico receptis testibus oretenus reo præsente, contumaceve negante, vel conuicto, incontinenti potest puniri, idem Ioan. à Capistrano* loco citato num. 2. *& quæ allegat Mynsing* in cap. de cætero, de testib. num. 5. *& aliquid incontinenti fieri dicitur infra triduum, vt Bart.* in l. cum aff. de nouat. & de leg. num. 2. *alias ordinariè procedendo peccat mortaliter. Idem Ioan. à Capistrano* loco citato num. 10. *formatur notorium, & sententia vnico contextu, vt in* cap. de sententiis *latè demonstrabitur.* † *Notorium generaliter loquendo dicitur quod Iudex in actu iudicij proprijs oculis vidit cum alijs assistentibus, vt idem Ioan. in* cap. vestra, de cohab. cleric & mulier. num 22. & cap. euidentia, de accusat. *vbi Doctores. De alijs autem notorij speciebus, hoc est, de momentaneo, interpellato, vel permanente, quod strictè, vt supra dictum est, largè, & largissime accipitur, tunc non per viam notorij, sed inquisitionis tutius agendo procedendum erit. Idem Ioan. à Capistrano* in d. cap. vestra num. 44. *& latè Specul.* in tit. de notor. *Quod quidem notorium nonnisi per decem testes probatur, vt idem Ioan.* loco citato num. 49. *Sed duo tantum cum iudices sufficiunt. glos.* in cap. Deus omnipotens, §. quando autem in verb. Iudicis 2 quæst. 1. *Salicet.* in l. ea quidem, C. de accusat. num. 82. *Item hoc casu Iudex non potest suspectus allegari, idem Ioan.* loco citato num. 54. *Nec à sententia notorij datur appellatio, vt* 88

vt idem Ioan. loco citato num. 55. *&c.*

91 In hoc autem casu excessus dicti N. sunt notorij, ea notorietate, non solùm intra claustra, sed etiam per loca vbi degit, vigente cum magno populi scandalo, ad quorum comprobationem poterat P. Generalis solùm hac notorietate contentus processum iudicialem non formare, sed ad abundantiorem cautelam, & maiorem dicti N. confusionem pro informando animo suo, magnum testium fide dignorum numerum examinauit, vnde resultauit excessuum præfatorum notorietas, & ex illa ritè, & rectè potuit fieri electionis cassatio absque vllo prorsus iudiciario seruato ordine, vt cum multis tenet Ludou. de Miranda *de ordine iudic. tom. 1. quæst. 7. art. 10. per tot. & quæst. 12. art. 2. conclus. 1.* vbi multa in proposito congessit, & *pract. crimin. Canonica Regul. quæst. 3. art. 1. concl. 2. fol. 91.* ibi, *Prælati Regulares, & visitatores ad punienda suorum delicta grauia, manifesta, siue notoria, iuxta sua regularia instituta, non etiam tenentur ordinem iudiciarium, (etiam substantialem) seruare, aut processum efficere.* Et ad hoc propositum refertur factum Diui Pauli, de quo dicitur 1. *ad Corinth. 5.* notorium quemquam incestuosum per excommunicationis sententiam Satanæ tradidisse absque vllo prorsus iudiciario seruato ordine, Antun. Gom. *tom. 3. variar. cap. 1. num. 4.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 2. num. 1. cum seqq.* Neque contrarium probat *Capitulum 29. Ianuen. §. 22.* Quia non loquitur in hoc casu, sed solùm vt ex inspectione illius constat, disponit quando Prælatus processum compilauit, & de delictis iuridicè cognoscere intendit, non verò quando illa notoria sunt, & cœpit procedi extraiudicialiter.

92 Neque etiam obstat quòd vbi aliquod grauamen irreparabile ex visitatione procedit, admittenda est appellatio, itaut ea pendente sententia executioni non sit demandanda, iuxta ea, quæ diximus *in collect. ad Conc. Trident. sess. 13 de reform cap. 1 num. 9. cum seqq. pag. 100.* Etiam quòd procedatur extraiudicialiter, quia tunc distinguendum esse tenent contrariæ opinionis assertores, hoc modo, aut proceditur in ordine ad correctionem subditorum, & vt viuant secundùm Regularem disciplinam, & constitutiones Ordinis, & tunc quacunque appellatione non obstante executioni demandandum est quicquid in visitatione factum fuerit, iuxta decisionem Concil. Trident. *d. cap. 10.* & quæ antea constitutum fuerat *in cap. reprehensibilis 26. cap. de priore 31.* cum ibi notatis, *cap. cùm specialis, §. porrò, de appel.* Aut proceditur non solùm corrigendo, & dirigendo secundùm ordinationem legis, sed etiam cogendo, & puniendo pœna legis, ex quo considerabile aliquod resultat grauamen ob impositionem pœnæ infamiæ, priuationis, aut suspensionis officij, tunc videtur audita, & conuicta parte ad sententiam definitiuam esse deueniendum, cuius tamen executio appellatione suspendenda esset, ad not. *in d. cap reprehensibilis, & in d. Capitulo 19. Ianuen. §. 22.* & per Passarel. *in schol ad Cap. Barchinonen. num. 19. fol. 48. tit. de Religioso recurrente, & appellante*, Laurent. de Peirinis *de subdito Religioso, tom. 1. cap. 20.* Isnard. *verb. appellatio.*

93 Non, inquam, obstant hæc omnia, & in primis ad S. Concil. Trident. *locis citatis*, respondetur non agere de cassationibus electionum, sed de visitationibus, in quibus quando proceditur extraiudicialiter sine processu, non admittitur appellatio quoad vtrumque effectum, sed tantùm quoad deuolutiuum, vt resoluimus *in collect. ad dict. sess. 24. cap. 10. de reform num. 1. & 2.* ibi, *Episcopum in his, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur, omni & quacumque appellatione, seu querela etiam ad Sedem Apost. interposita remota, quæ executionem nullo modo impedire, aut suspendere valeat, posse procedere, punire, & exequi, dummodo procedat sine processu, & sine scriptis, etiam carcerando, & carceratos detinendo, tunc enim si carcerati appellauerint, posse Iudicem appellationis cognoscere de prætenso excessu in corrigendo, interim tamen non impediri, aut suspendi executionem eorum, quæ ab Ordinario sunt decreta.*

Nec contrarium firmare visus sum *in collect. ad d.* 94
sess. 13 cap. 1. num. 9. quia remissiuè tantùm, non autem resolutiuè materiam pertractaui, ibi, *An appellari possit quando grauamen illatum per interlocutoriam non potest tolli per appellationem? vide Soar.* &c. Et quamuis *num. seq.* firmauerim ab indebita carceratione, eo quòd grauamen afferat irreparabile, posse appellari, non ideo affirmo huiusmodi appellationem habere effectum suspensiuum, immo expresè contrarium dico his verbis, ibi, *interim tamen reo manente in carceribus donec Iudex appellationis causa cognita aliud iusserit.* Et expressiùs teneo etiam eo casu carcerationis iniustæ, quæ grauamen importat, & excessum, appellationem quoad effectum suspensiuum non admitti si Episcopus procedat sine processu, & sine scriptis, vt aduertimus *in collect. ad d. sess. 24. cap. 10. de reform num. 2. & de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 73. num. 32.* ibi, *Dummodo Episcopus procedat sine processu, & sine scriptis etiam carcerando, & carceratos detinendo*, &c. Et hoc sine dubio admisit Sacra Congreg. & est de mente Sanctissimi, dum apud *mea collect. in d. sess. 13. cap. 1. num. 12.* ita decidit. *In causis verò visitationis Ordinariorum, aut correctionis morum quoad effectum deuolutiuum tantùm admittuntur appellationes, scilicet, nisi de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cùm visitator citata parte, & adhibita causa cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit quoad effectum suspensiuum.* Ergo vbi sic non proceditur, erit solummodo locus appellationi quoad effectum deuolutiuum.

Et quicquid sit Iura citata procedunt in visitatio- 95
nibus Ordinariorum secularium, non Regularium, inter quos plurimum interest, iuxta supradicta *num.* 47. & remouere regulares ab officio res est parui præiudicij, ex adductis *num.* 47. immo & nulli, si, prout in nostro casu, officium non fuerit confirmatum, ex Lauor. *d. tit. 4. cap. 25. num. 66.* vnde succedit doctrina quòd si agatur de re, quæ paruum præiudicium infert, tunc prohibita est appellatio suspensiua, vt in his terminis grauaminis irreparabilis, & visitationis resoluit Salgado *de Regia protect. part. 2. cap. 15. num 63. & 64.* vbi *num* 68. tenet quòd Episcopo visitanti asserenti se super aliquo casu processisse, seu procedere in visitatione, quando de contrario non apparet, credimr, vt appellatio non faciat attentata. Neque facit quòd † appellatio à priuatione 96
beneficij habet effectum suspensiuum, vt fuit decisum ab eadem S. Cong. apud me *in collect. ad d. sess. 13 cap. 1. num* 12. quia non sumus in priuatione, sed in cassatione electionis, & casu quo iam fuisset confirmata, nec adhuc diceretur dictus N. à Prouincialatus officio priuatus, sed tantùm amotus, *cap. qualiter, & quando el 2. de accusat.* ibi, *faciliùs, & liberaliùs suis possunt administrationibus amoueri*, Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regul. dub 102. num* 6. Lauor. *d. tit 4. cap 13. n. 7* Ioseph. à S. Maria *d. tract. 5 c 6. §. 1.*

Nec denique obstat *Capitulum Valentia 5. num* 15. 97
quia non decidit suspendi per appellationem sententiæ latæ effectum, sed solùm disponit quòd gradatim recursus fiat.

D V

Dvbivm IV.

Vtrùm Generalis electionem huiusmodi cassans tanquam suspectus recusari valeat, ne exinde possit validè ad cassationis executionem deuenire, sed teneatur in posterum ab ea se abstinere?

98 PRo parte affirmatiua multa cumulauit contrarius assertor, &

Primò sic argumentatur. Appellatio & recusatio à pari procedunt, *l. apertissimè, vers. cùm post, C. de indic. cap. super eo il 2. de appellat.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. appellatio 30.* Scacc. *de appellat. quæst. 16 limit. 1. à num. 8.* nam ab appellatione ad recusationem valet argumentum, vt resoluunt citati per me *de locis communib. argum. Iuris, loco 9 num. 2.* atqui gesta post appellationem sunt nulla, & attentata, *cap. non solum, de appellat. lib. 6.* Ergo & illa, quæ pendente recusatione fiunt, Lancel. *de attent. part. 2. quæst. 6 de attent. post recusat iudic. à num. 8.*

99 Secundò, quia Generalis, & quilibet alius, etiam suprema fulgens dignitate, potest tanquam suspectus recusari, *d. l. apertissimè, cap. cum speciali, de appell.* & in specie loquens de generali etiam in visitatione procedente videtur resoluere Laurent. de Peirinis *de subdito Religioso, tom. 1. cap. 19. §. 1. pag. 198 in princ. & in fine.*

Tertiò, quia in Iure certum est omnes, & quoscunque Iudices etiam summariè, & executiuè procedentes posse recusari, *l. Iulianus ff. de indic.* Ioan. Ferrariens. *de appellation. cap. 7. num. 106.* Iacob. de Laurent. *de Iudice suspecto cap. 8. per totum.*

100 Quartò, quia dictus N. recusauit Generalem vti suum inimicum, & illum odio magno prosequentem, quæ causa inter omnes principalem locum obtinet, ex Iacob Laurent. *d. tract. cap. 13.* ex qua possunt recusari Imperator, & Reges, idem Iacob. Laurent. *cap. 2. à num 9.* Ianus Langlæus *lib. 3 de semestr.*
101 *cap. 5.* Et cùm † eadem inimicitiæ causa coniecturis probetur, *cap. 2. de coniect. lib. 6.* Mascard. *de probat. concl. 598. num 5.* videtur illam satis desumi ex insolito modo procedendi Patris Generalis, tum ex eo, quia dicti N. electionem irritauit extraiudicialiter nullo Iuris ordine seruato, eumque à possessione sui officij deturbauit sine figura iudicij, quod repugnat Ordinis constitutionibus, & specialiter *in Capi-*
102 *tulo 29. Iamen.* tum etiam, quia † ob passionem, & indebito modo refutauit appellationes, & in procedendo excessit metas iuris, & iudiciarij ordinis, ex quo excessu suspectus remanet, & potest tanquam talis recusari, Abb. *in cap. cum speciali num. 3. de appellat.* Sanch. *in precepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 111.* Laurent. de Peirinis *de subdito Relig. tom. 1. c. 19. fol. 193 vers. Respondeo.*

103 His tamen non obstantibus veritas est contrarium, ex multis, & primò, quia cùm Generalis in hac causa processisset extraiudicialiter nullo compilato processu, eo modo, quo tunc appellari non potest, vt suprà *num. 53.* probauimus, eodem etiam modo recusatio remouetur, nam recusatio, & appellatio pari passu ambulant, vt modò vidimus. Et in his propriis terminis tenui *in collect. ad sess. 24 de reform. cap. 10.* ibi. *Non posse Episcopum in visitatione recusari tanquam suspectum, dum tamen in ea processum non compleat, & se intra visitationis terminos contineat, sicut etiam in preparatoria inquisitione non posse vt suspectum recusari, neque probatione, vel allegatione suspicionis impediri quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem respiciat visitatos, afferit decisum Garc. 3. par. cap 2. num. 198. &c.* Ad quod videtur alludere Summus Pont. *in c. cum speciali, de appellat.* vbi in Religiosis regulam generalem restringit, ibi, *Caeterùm has duas constitutiones promissas nolumus ad Regulares extendi contra suas speciales obseruantias, &c.*

Secundò, quia idem Generalis ad cassationem 104
processit iuxta Religionis statuta, quæ ei concedunt facultatem confirmandi, vel infirmandi electiones, vnde sicut non licet appellari Regulari si secundùm sua statuta corrigatur, ita nec illi recusatio concedetur, ad notata per Sanch. *in precepta Decalogi, tit. 2. lib. 6. cap. 8. num. 111.* Laurent. de Peirinis *de subdito Religioso tom. 1. cap. 19 vers. At obijcies fol. 193.* Ludou. Miranda *de ordine iudiciar. tom. 2. quæst. 20. art. 2. concl. 3. fol. mihi 88.*

Tertiò, quia licèt P. Generalis recusari potuisset 105
(quod negamus) tamen dictus N. comparendo semel & iterum, & prosequendo litem, prout comparuit, & prosequutus fuit coram eo, recusationi renuntiare visus est, *cap. inter monasterium,* vbi Doctores, *de iudic.* & notatur *in cap. gratum, de offic. deleg. & in cap. solicitudinem, de appellat.* Marant. *de ordine iudic. part 6. actu 2. vers. Recusatio num. 35.* Amat. Roderic. *in practica cap 10. num. 69. vers. Contrariam,* Scacc. *de iudic lib. 1. cap. 101 num 15.* Non obstat dictum aduersarij assertoris, videlicet non potuisse dictum N. recusationi renuntiare prosequendo litem coram iudice recusato, cùm ea nondum fuisset contestata, ad *l. apertissimi, C. de indic* Quia pro responsione aduertendum est tres formas reperiri consentiendi iurisdictioni alicuius Iudicis, ne exinde recusari
possit. † Prima est, quando post recusationem in- 106
tentatam comparuit coram eo, quia visus est recusatione recedere, quamuis fecerit protestationem de non consentiendo, nisi semper, & in omnibus actibus eam repetat, Marches. *de commission. tit. de iudic. susp. part. 2. cap. 8. §. 1. num 74* & latiùs § 2. *num. 16. 45. & seqq.* Secunda, quando fit petitionis contestatio, & in hoc sensu accipienda est *d. l. apertissimi,* quia litis contestatio in Iudice expressum operatur consensum, *l. si etsi sus. eperit ff. de iudic. l. nemo, C. de iurisd. omn. iudic l. fin. C. de exception.* Tertia succedit, quando pars ante Iudicem citata comparuit, & nullam proposuit recusationem, prout in casu nostro, & colligitur apertè ex *cap. insinuante, de offic. deleg.* Philip. Franc. *in cap ex parte, de appellat.* Tunc enim comparendo, & exceptiones alias præter recusationem opponendo, visus fuit dictus N. personam Iudicis approbare, quam postea reprobare, aut recusare minimè potest, Scacc. *d. tract. de iudic. lib. 1. cap 101. num. 8. vers. Contrariam,* singulariter Gallerat. *de renunc. cent 2. renunt. 243. num. 6 cum seqq.* Neque obstat dicere dictum N. non consensisse iurisdictioni P. Generalis cùm illam impugnauerit, ab eaque semper appellauerit, quia dato quòd posset vtroque simul vti remedio, appellationis, inquam, & recusationis, vno tantùm electo, quod ei fuit permissum, ab appellatione incipere debuit, vt in terminis firmat, & resoluit Iacob. de Laurent. *de Iudice suspecto cap. 14. num 4. cum seq.*

Quartò, quia recusationis causæ originantur ab 107
inimicitia præsumptiua resultante ex prætenso excessu in procedendo, extraiudicialiter scilicet, & contra regulæ limites, cassando ex abrupto electionem ritè & rectè factam, appellationes non admittendo, vnde grauamen oritur irreparabile. Sed cùm omnes hæ causæ à veritate penitus alienæ essent, & à iure deuiarent, ac per consequens nullum grauamen, aut

vlla

vlla ioiustitia exinde posset oriri, vt constat ex dictis,
potuit Generalis has causas tanquam manifestè fri-
uolas non admittere, & recusatione huiusmodi non
obstante in causa procedere, secundùm Abb *in cap.
cum speciali, in fine, de appellat.* Perez *l 1 tit 5. lib. 3. Or-
dinam. pag* 569. Quarant. *in sum. verb. Archiepiscopi
auctoritas, pag* 60. Donat. à Fiua *tom. 1 commun opin.
lib. 3. tit. 1. num.* 203 *pag.* 374. Farin. *cons.* 17. *num.* 16. *&
in praxi crimin. quæst.* 21. *num.* 129. vbi idem dicit, si
notoriè sit causa falsa, refert, & sequitur Pareus
meus, quem non minus naturæ, quàm doctrinæ meæ
reuereor auctorem, *in remiss. ad Ordin. Reg. Lusitan.
lib. 3 tit.* 21. §. 4. *num.* 2. Et quando ab illo prætenso
excessu in cassando, & appellationes non admit-
tendo, grauamen aliquod inimicitia, seu suspicio
posset oriri, hæc non præterita respiceret, sed futu-
ros actus comprehenderet, ac isti, & non illo tan-
quam attentati annullandi, *cap. vt debitus honor* 59. *de
appellat.* singulariter Ioan. Francisc. del Castillo *decis.*
117. *per totam, & præcipuè num.* 1.

108 Quintò, quia licèt P. Generalis ad cassandum, &
sic procedendum post recusationem deueniret; ni-
hilominus tamen omnes hi, & alii actus ab illo
gesti, validi deberent censeri, quia causæ præfatæ re-
cusationis non sunt præsumendæ in viro notæ san-
ctitatis, & eximiæ virtutis, quæ non patitur proxi-
mum prosequi capitali inimicitia, aut graui odio,
vel nimio affectu, vt aduertit Laurentius de Peirinis
d. tom. 1. *de subdito Religioso, tit. de obedientia, quæst.* 1. §.
2. *vers. Prima causa fol.* 202. & ideo in tanto viro
non potest cadere recusatio, vt tenent Ioan. Andr. *in
cap. postremo, de appellation.* vbi ponit exemplum in
Iudice Monacho Cisterciensi, & in quolibet homi-
ne sanctæ vitæ, Anchar. *num.* 6. *in fine, vers. Tertiò
quæro,* Anton. Butr. *num.* 5. Abb. *num.* 8. Imol. *post
n.* 2. vbi de Carthusiensi, vel alio Religioso magnæ
Obseruantiæ, Anan. *num.* 3. & Præpos. Mediolanen.
num. 11. *in* 3. *causa, vers. Nisi tamen qualitas personæ,*
Philip. Franc. *num.* 14. vbi de communi, Dec. *num.*
14. Alex. de Neuo *num.* 37. Aufrer. *de recusat. num.* 5.
vers. Limita tamen, & num. 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 2.
cap. 152. *num.* 7. vbi aliis relatis affirmat ab hac opi-
nione non esse recedendum, Paris. *cons.* 31. *num* 101.
lib. 1. Roland. *cons.* 19. *num.* 9. *in fine, & num.* 17. licèt
contrarium teneat Iacob. Laurent. *d tract. de Iudice
suspecto, cap.* 11. *num* 23.

109 Sextò, quia recusatio huiusmodi, sicut, & appel-
latio non potuit ligare manus P. Generali ne execu-
tiuè eis non obstantibus procederet contra di-
ctum N. sine vitio attentatorum ad traditionem si-
gillorum, & ad alia, quæ fierent in executionem
prioris sententiæ, quia sunt illius appendices, & se-
quuntur eius naturam, *l. quicunque, §. vlt. in fine, ff. de
instit. action.* ibi, *eius enim rei sequela est, l. si quis heres,
ff de acquir hered.* Bald. *in l.* 1. *ff. de legat.* 2. & sicut ap-
pellari non potuit à prima sententia, ita nec à secun-
da idem continente, Salgado *de Regia protect. part.* 2.
cap 3. *num.* 15. executio enim est sequela primi iudi-
cij, & eiusdem naturæ, idem Salgad. *eod. tract. part.* 4.
cap 10. *num.* 14. & præcipuè cùm procederet extra-
iudicialiter, tunc enim omne accessorium est exe-
quibile quacunque appellatione non obstante, idem
Salgado *d part.* 2. *cap.* 13. *num.* 188 *cum seqq.*

DVBIVM V.

*Vtrùm ad eundem Generalem, qui cassationem
fecit, spectet in locum cassati alium idoneum
eligere, & confirmare.*

Barbosæ Vota decisiua.

NEgat contrarius asserit, & intrepidè tenet 110
posse Capitulum Prouinciale semel & iterum
electionem facere, si iam facta per eum effectum
sortire non potuit, *cap si electio, de elect. lib.* 6. vbi om-
nes, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 38. alt. Mo-
lina Theolog. *de iustit. disput.* 593. *num.* 5. Menoch. *de
arbitr. casu* 511. *num.* 1. ac proinde ad illud debere P.
Generalem electionem huiusmodi remittere, non
verò sibi appropriare, ad not. per Isnard. *in Codice
Minimorum, verb. collega Prouincialis fol.* 83. *in fine,* † 111
tunc enim electores priuari tantùm deberent eli-
gendi facultate, quando scienter indignum elege-
runt, aut contra debitam formam ad electionem
processerunt, *cap gratum, de postulat. Prælat. cap. bona,
el* 2. *cap. cùm in cunctis,* §. *vlt. de elect.* Natt. *cons.* 244.
num. 4. Achil. de Graffis *decis.* 282. *num* 4. Molin. *d.
cap* 4. *num.* 39. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi par.*
3 *alleg.* 72. *num.* 105. Isnard. *in d. Codice Minimorum
verb. priuationes,* † vbi plura Religionis Capitula 112
perpendit. Denique addit electionem per P. Gene-
ralem de nouo Prouinciali in locum cassati fuisse fa-
ctam extra Prouinciam, in cuius Monasteriis facien-
da erat, *ad cap. cùm terra, cap. in Genesi,* cum ibi nota-
tis, *de elect.* Petr. Greg. *de elect. cap.* 15. *Capitulum* 22.
Valentia num. 19.

Verùm affirmatiuam partem sequor libenter, eam- 113
que comprobant Laurent. de Peirinis *de subdito Reli-
gioso tom.* 1. *cap.* 31. §. 8 *in fine, pag* 477. ibi, *Dico* 12. *de
Iure communi si priuetur aliquis Prouincialis, electio Vi-
carij pertinet ad illum, qui eum priuauit, habetur* cap. in-
ferior, dist. 21. *vbi latè glos.* verb. inferior, *quia illius
est ligare, cuius est soluere. Cui Iuri confirmat nostrorum
correctorium* num. 9. *confirmant etiam statuta Capituli
Tholosani* num. 13. *& Foriiulij* num. 19. *habetur etiam
expressè in* Capitulo Ianuensi 4. *num.* 11. *Ab his enim,
à quibus fit Prælati depositio, fit Vicarij substitutio,* &c.

Isnard. *in Codice Minimo. verb. electia Prouincialis* 114
pag. 184. hoc ipsum resoluit ibi, *In casu nullitatis ele-
ctionis Prouincialis, siue propter defectum, siue propter
paritatem vocum deuoluitur electio Prouincialis ad Ge-
neralem cum suis qualitatibus,* &c.

Optimè Capitulum 23. Religionis, *Ianua quarto* 115
celebratum num. 11. *fol.* 109. ibi, *Declarant Patres, quòd
quando contingat fieri priuationem alicuius Prouincialis
alicuius Prouinciæ, si talis priuatio fiat per P. Generalem
siue eius Vicegerentem cum socijs suis, tunc substitutio
Vicarij spectabit ad eosdem dumtaxat. At si priuatio fiat
per socios ipsius Prouincialis, tunc substitutio Vicarij fiet
per socios, & Capitulum locale illius Conuentus, vbi ta-
lis Prouincialis dignus priuatione sese inuenerit, iuxta
expressum textum Correctorij nostri.* Eandem ferè di-
stinctionem præsupponere videtur Capitulum 14.
Foroiulij primò celebrati *fol.* 71. *num.* 20

Hac distinctione, qua vsus est dictum Capitulum 116
23 Religionis, componuntur plures constitutiones,
& acta ex aduerso citata, nam Capitulum 3 Ordinis
Tholosæ celebratum *de anno* 1514. *num.* 23. *fol.* 19.
verso, loquitur de depositione Prouincialis facta per
socios, & Correctores, & ita nihil mirum si substi-
tutio Vicarij Prouincialis per eosdem socios, & Ca-
pitulum locale sit facienda. Et aliud Capitulum
22. eiusdem Ordinis Valentiæ quartò celebratum
num. 19. *fol.* 94. *verso,* loquitur de deposito à Defini-
torio.

Ratio iuridica ea est, quia cui competit admissio, 117
& dimissio, competit etiam institutio, & prouisio
illius, qui subrogatur, *cap. ex frequentibus; cap. cùm
venissent,* vbi Barbat. *num.* 3. *de instit. cap conquerente, de
officio Ordin.* ibi, *Habeat Canonicam obedientiam,
subiectionem, & reuerentiam, institutionem, & destitu-*

tionem, cap. 1. de capell. Monach. ibi, *tam ordinatio eius, quàm depositio,* vbi idem Barbat *num. 6. cap. cùm ex iniuncto. 12. in fine, de heret.* ibi, *agendum est ordinatè apud Episcopum, ad cuius officium, tam institutio, quàm destitutio Sacerdotum noscitur pertinere,* vbi glos. plures concordantes cumulat, *cap. cùm & plantare, §. in Ecclesiis, de priuileg.* cum similibus.

118 Qui quidem electus, & confirmatus à Patre Generali in locum cassati, non solùm durat vsque ad proximum Capitulum Prouinciale intermedium, sed etiam per integrum triennium, vt tenet expressè Isnard. *d. verb. electio Prouincialis, pag.* 184. ibi, *Ideoque prouisio, seu electio ab ipso facta durat non solùm vsque ad proximum Capitulum Prouinciale intermedium, sed per integrum triennium,* &c. Et optimè distinguendo in nostro casu ita censuit Capitulum 31. Ordinis secundò Auenioni celebratum, *num.* 16. ibi, *Denique commissus Francia huiusmodi dubium exhibuit, quando scilicet contingit in electione Prouincialis voces esse aequales, vel propter aliquem defectum nullam esse electionem, & idcirco ad Generalem deuolui, vtrùm possit Reuerendissimus P. Generalis prouidere pro toto triennio, cùm textus Capituli Foriiuliensis primi num. 19. contrarium videatur asserere. Responsio hac fuit, nimirum, quòd causa mortis, aut priuationis Pater Generalis dumtaxat prouidere possit vsque ad proximum Capitulum Generale, vel Prouinciale. Veruntamen propter electionis defectum, seu propter vocum paritatem, cùm tunc deuoluatur electio cum suis qualitatibus ad Reuerendissimum P. Generalem, per integrum triennium durare censetur,* &c.

Non obstat illud, quod pro contraria parte suprà
119 adduximus, de cassatione facta extra prouinciam, quia Generalis eandem potestatem obtinet extra prouinciam, & vbicunque fuerit ad cassandas electiones, quam habet ad illas confirmandas; tum quia actus huiusmodi non est contentiosus, neque iurisdictionalis, & ideo in quacunque parte expediri potest, vt resoluunt Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 8. num. 38. & praecipuè num.* 142. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit. 4. de elect. Canon. cap. 55. num.* 64. Tum etiam, quia P. Generalis in quocunque loco, vbi fuerint suae Religionis Monasteria, potest eandem exercere iurisdictionem, *cap. nouit. 7. de offic. Legati,* vbi Legatus ad plura loca, vel prouincias separatas distinctas iurisdictione, & imperio, in qualibet earum suam exercere valet iurisdictionem, ita quòd facta vnius loci potest in alio explicare, & rationem assignans concludit Pontifex. *Tua magnificentia respondemus, quòd etsi fines Regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos sua legationis egressus, cùm non solùm Regni Francorum, sed in Viennensi, Lugdunensi, & Bisontini Prouinciis iniuncta sibi à Nobis legationis solicitudinem suscepisse.* Rot. *in Vic*[illegible]*en. Vicariy* 1617. *coram Cardin. Caualerio.* Et ex dictis patet solutio ad alia in contrarium adducta, quibus eleganter, vt solet, respondit D. Blasius Gondisaluus à Ribero, vir apprimè doctus, & à me multis nominibus commendandus, in quadam sua Iuris allegatione hac de re edita.

DVBIVM VI.

Vtrùm ad suprema praetoria per viam violentia trahi possint causa propter grauamina, & excessus super electionibus, alisque rebus, qua geruntur inter Religiosos, per eorum superiores?

120 APpellare, seu recurrere ad secularia Praetoria, etiam praetextu leuandi vi oppressos, cunctis in vniuersum est prohibitum Religiosis ex Constitutionibus Bonifacij IX. Leonis X. Gregorij XIII. & Clementis VIII quas refert Cherubin. *tom. 3. Bullary noui,* notant Gasp. Passarel. *in schol. ad Capitulum Auenionense, verb. recursus fol* 148. Laurent. de Peirinis *de subdito Religioso tom. 1. quaest. 1. de obedient. cap 20 §. dico quartò, fol.* 213. F. Ludou. Miranda *de ordine iudiciar. quaest 29 art. 4. concl. 4. pag. mihi* 346. ibi, *Appellare, siue recurrere ad seculares Iudices, & tribunalia secularia, quin verò, & ad ipsum Regem, eiusue ministros etiam praetextu leuandi vi oppressos, cunctis in vniuersum est prohibitum Religiosis, idque sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, & priuationis vocis actiua & passiua cum perpetua inhabilitate ad quacunque suorum Ordinum officia.* Haec conclusio est certa, & manifesta, de qua videndus est specialiter *Aragon, 2. 2. quaest. 69. art. 3. qui multis conatur probare, quòd iste casus sit vnus est contentis in Bulla Cœna Domini, in qua in 15. casu cauetur, vt ne Ecclesiastica causa coram Iudicibus secularibus tractentur, & ne ipsi in eisdem se intromittant. Sed quicquid de hoc sit, certissimum tamen est, quòd Religiosi ad seculares Iudices, & Tribunalia secularia quocunque praetextu recurrentes ipso facto excommunicati per plures Motus proprios, & Apostolicas constitutiones, qua hac de re diuersis temporibus emanarunt, de quibus videre licebit in constitutionibus Apostolicis,* &c.

Deinde, quia non decet Religiosum statum, vt 121
per Tribunalia secularia publicè manifestentur Religiosorum defectus, & ipsimet Religiosi eos propalantes Fratrum suorum honorem maculare non erubescunt, nam contra tales excandescit meritò Laurent. de Peirinis *tom 1, de subdito cap. 20. fol.* 214. ibi, *Latrones sunt, & fures, bonum nomen, & famam suorum Confratrum harpagantes: fratricida, fratrum suorum honorem maculantes, ferientes, & quandoque omnino tollentes: matricida, Religionem pijssimam, & munificentissimam illorum matrem, qua tot, tantisque gradibus eos cumulauit, dignosque reddidit honorari ab omnibus, necare quantum in ipsis est, non verentes. Ingrati homines, ingrata bestia, immo ingratiores, & bestialiores bestijs, nam cognouit bos possessorem suum, & asinus praesape domini sui,* vt Esai. cap. 1. *Isti autem benefactricem suam non recognoscunt. Et post notabilia verba S. Bernardi, sic concludit. Qua considerent ingrati isti, qui Religionis, ad quam eos traxit Dominus ab ipsa alendos, & nutriendos, existimationem, sepulta secreta reliniendo apud secularia Tribunalia, itaut ipsa Religio per omnium ora traducatur offendenda. Considerent, inquam, & pudefiant, scientes quòd ingrato homine terra peius nihil creat, & quòd dixeris maledicta cuncta cùm ingratum dixeris, & quòd cùm patiens, patientissimus, & multum misericors sit Deus, ingratum tamen ferre non potest,* &c.

Si summus Patris Generalis zelus eò tendit, vt 122
Religionis bono consulatur, bonos promouendo, & malos ab officiis amouendo, quomodo contra id vociferari possit verè nescio; non enim officia haec propria sunt, aut à Maioribus relicta, quae debeant tam vehementer anhelari, & ambitiose praetendi, contra quos insurgit Laurent. de Portel *in dubys Regular. verb appellare num. 2. fol. mihi* 51. vbi post citatum Breue Iulij II. in quo Religiosis S. Dominici Ordinis Praedicatorum prohiberur appellare ab amotione suorum officiorum, in haec verba concludit. *Ego non possum non laudare tantum Pontificis zelum, & tantam subditorum obedientiam pro ambitionis etiam vmbra resecanda. Doleo verò è contra videns alicubi tot appellationes aliquando interpositas pro iusta officiorum priuatione cum clamore Cœlum ac terram implente, quasi praedicta officia paterna hereditate fuerint comparata,* &c.

Secundò

123 Secundò excluditur omnino recursus, quia nulla sententia, seu nullum decretum latum est, super quo ille violentiæ prætextu cadere possit, eo maxime, quia agitur inter Religiosos, & de causis merè Religiosis, quæ à Tribunali Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Nuntij extrahi non possunt, ad notata per Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 17. & 18.* Salgado *de Regia protect. part. 1. cap. 1 num. 3.* Neque dictus N. potest eodem prætextu petere, vt manuteneatur in possessione officij Prouincialatus, à quo fuerat violenter eiectus, quia ex electione illi solum tributum fuit ius præambulum ad illam Prælaturam, quod per confirmationem fit impletum, itaut electus sine ea de Iure communi exercitium, seu administrationem illius habere non possit, aut tantum quòd prædictum ius admittit, si in administratione, aut confirmatione se immiscuerit, iuxta text. *in cap. auaritia, de elect. in 6.* Administrationem autem in Religione Minimorum habet Prouincialis electus conditionaliter, & ad tempus, scilicet donec constiterit de electionis suæ confirmatione, vel irritatione, iuxta suprà resoluta *à num. 5.* vnde tempore elapso, vel conditione adimpleta, amissum exercitium in iudicio repetere non potest, nec ex vi electionis, quia illud ab ea non prouenit, nec ex vi Capituli, aut litterarum transmissarum, quia iam expirauit, vt eodem *num. 8. & 9.* ostendimus; ergo prosequendo ius ex electione prouenient non potest recuperare exercitium amissum, nec dictus P. habet in quo possit manuteneri, vt palam est.

124 Tertiò, quia ex admissione recursus in hoc casu resultaret, vt Consilio daretur cognitio rei merè Ecclesiasticæ, hoc est, an P. Generalis potuerit validè cassare, vel deberet confirmare electionem dicti N. & an illa fuerit validè facta, quod omnino illi prohibitū est in Concilio Constantinop. *in VIII. Synodo*, vbi hæc habentor verba. *Nullus laicorum Principum, vel potentium semet inserat electioni, aut promotioni Patriarchæ, Metropolitana, aut cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio, præsertim cùm nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum, vel cæterorum laicorum habere conueniat.* & infrà. *Quisquis autem secularium Principum, & potentium, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem, & consonantem, atque Canonicam electionem Ecclesiastici Ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediat & consentiat, quicquid Ecclesia de electione, & ordinatione proprij Præsulis se velle monstrauerit*, Et ibidem *act.* 1 ibi, *In qua sic statutum est, consecrationes, & promotiones Episcoporum concordans prioribus Concilijs Clericorum electione, ac decreto Episcoporum Collegij fieri sancta hac & vniuersalis Synodus definit, & statuit, atque iure promulgat neminem laicorum Principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni*, refert Gratian. *cap. 1. & 2 dist. 63.* idem colligitur ex *cap illud 8. quæst. 1. cap cùm terra cap Messana de elect. cum alijs citatis* per Matt. *de iurisdict. part. 2. cap. 33.* & Rex noster Catholicus hos casus non capit contra Conciliorum decreta, quorum executionem tanquam illorum protector plurimum desiderat, ex Card. Bellarm. *in controuers. Cathol. lib. 3. c. 18. de laicis pag. mihi 220.*

125 Quartò, quia Consilium Regium non admittit huiusmodi materias, vbi procedunt à visitatione, & correctione, quæ ab illa emanat, sicut disponitur *in l. 40. tit. 5 lib. 2. noua recep.* ibi, *Por que somos informados, que los negocios Ecclesiasticos tocantes a visitacion, y correccion de Religiosos y Religiosas que se hazen por sus Superiores, trae inconuenientes traerse por via de fuerça a las Audiencias, assi por razon del secreto que conuiene tenerse, de lo que en ellos se trata, y por el breue despacho, y otras causas: porende mandamos, que los Presidentes, y Oidores de las Audiencias que no se entremetan a conocer de semejantes negocios, ni mandar traer ante ellos tales processos por via de fuerça en manera alguna, porque quando en esto huuiere que proueer, los de nuestros Consejos proueeran.*

Et quamuis lex illa solùm Regio Consilio reseruet prouisionem in his materiis occurrentem, ac opportunam dare, nihilominus tamen eas nunquam ad se attrahit, vt bene considerat, & neruosè contra Ceuall. defendit Salgado *de Regia protect. part. 1. cap. 2. §. 5. num. 11.* ibi, *Sed ut (ne fortè decipiaris) scias causa Religiosorum quæ fiunt, & geruntur per eorum Superiores, Priores, Guardianos, Rectores, Generales, Prouinciales, & similes, quia siue directè, siue indirectò semper tendunt ad correctionem, & regimen Religiosorum, nullo modo possunt trahi ad suprema Prætoria per viam violentiæ, siue in eis prohibita sit appellatio (prout regulariter prohibetur) siue permissa sit (prout quando exceditur) nec hactenus visum, nec auditum fuit inter practicos, & expertos Tribunalium aduocatos, & Senatores huiusmodi personarum causas ad illa exportari per hanc viam, immo nec in grauaminibus, & excessibus super electionibus, nec super alijs rebus, quæ (vt dixi) geruntur inter Religiosos per eorum superiores, trahi vnquam permissum est, & sic non video, quomodo ipse Ceuall. deuiare ausus est a tam frequenti, & omnibus Tribunalium etiam minimis Officialibus notoria, & vsitata praxi. Et quia dicta* lex Regia, *non se fundat, tantùm in permissione, aut prohibitione appellationis in similibus causis (quia hæc ratio illius fuit subintellecta) sed in pace, quiete, & conseruatione status Religiosi, cùm illius neruus atque decus consistat in eo, vt ne facile causæ suæ extra Religionis ambitus deducantur, ex quo non leuia iurgia, ac perturbationes oriuntur in grauissimum Religionum detrimentum, prout considerant Sot. & Cou.* vbi suprà, *& quando circa hoc dicta lex pateretur aliquam difficultatem, vniuersalis, perpetua, & firmissima, iustissimaque ab vsu, & praxi recepta consuetudo sufficiens fuit illam legem intelligere, interpretari, & declarare, quia actus, vbi determinatio non apparet ab vsu, & consuetudine informatur, & regulatur, latissime plura congruens adducit Mieres* tract. de maioratu part. 1. quæst. 48. à num. 71. vsque ad num. 77. *Sessé* decis. 113. num. 183. tom 2. *& idem* in tract. de inhibit. cap. 8. §. 3. à num. 143. *Parlador.* lib. 1. rerum quotid. cap. 1. §. 11. num. 4. *Cened.* in quæst. Canon. quæst. 45. sub num. 29. *Et nos latissimè plures congessimus* suprà cap. 1. *circa iustificationem consuetudinis immemorialis à princip. Ergo si hoc obseruat incommutabilis, & iustissima praxis, cur temere dictus Ceuallos contrarium firmare ausus fuit? quia minimè sunt mutanda quæ certam interpretationem semper habuerunt*, &c. 126

Causam nihilominus prætextu violentiæ ad Consilium Regium detulit dictus N. & facta per Secretarium solita relatione, ac visis, & consideratis omnibus, de iure, & consuetudine videndis, & considerandis, tandem Consiliarij illi integerrimi, & litteratissimi piè decreuerunt hoc mense Ianuarij. 1635. Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Nuntium nullam vim hactenus fecisse, nec facere. Et lætus obseruaui hoc eodem mense in aliis quatuor causis ad dictum Consilium hoc prætextu delatis illos idem decreuisse, & eundem Illustrissimum D. meum eas remisisse, admiratus sum sanè summam tantorum virorum pietatem, & maximam circunspectionem, quæ Ecclesiasticorum causas sic ad se delatas tractant, & vident, nec eas ad se trahere (vt in alio loco obseruaui) prætendunt, aut sponte 127

in earum cognitione se ingerunt, sed inuoluntariè cognoscunt, attentè considerant, & qua decet veneratione pertractant.

Elboren. pensionis.

Pensio reseruata ad fauorem nepotis in beneficio & de consensu patrui, quæ non fuit eius vita durante verè, realiter, & integrè persoluta, eo quòd solutiones non probantur per instrumenta Notarij cum subscriptione duorum testium, est ipso iure nulla.

VOTVM V.

1 *Casus proponitur, & num. 2. & 3.*
4 *Titulum exhibere non tenetur agens in iudicio summarijssimo.*
5 *Manutentionis ad effectum sola quasi possessio exigendi sufficit.*
6 *Agens iudicio summarijssimo possessorio non tenetur iustificare narrata, nec exprimere causam suæ possessionis.*
7 *Detentatio nuda de facto sufficit quoad effectum manutentionis.*
8 *Quasi possessio exigendi pensionem probatur regulariter per quietantiam etiam vnici actus solutionis.*
9 *Pensionarius potest sine Papæ auctoritate in totum, vel pro parte remittere pensionem sibi debitam.*
10 *Verbum,* persoluerit, *solutionem integram, & perfectam ostendit.*
11 *Pensio solui debet pro rata temporis, quo quis possidet beneficium, & gaudet fructibus, non habita consideratione temporis, quo erat soluenda.*
12 *Fructibus non vtens, nec percipiens, non potest compelli ad absolutionem pensionis.*
13 *Pensio est onus fructuum, & ipsis fructibus inhærens.*
14 *Stylus Romanæ Curiæ obseruat vt in pensionibus pro tertio reseruatis etiam in nouis prouisionibus beneficiorum, solutio fiat integrè totius vnici actus in primo termino designato.*
15 *Decretum irritans importat nullitatem ipso iure si contrà fiat.*
16 *Forma decreti in litteris Apostolic. inserti est omnino obseruanda.*
17 *Forma si in minimo deficiat, totus actus corruit.*
18 *Adimpleuisse non dicitur, qui in nummo tantummodo deficit.*
19 *Reclamatio deliberatam protestantis voluntatem ostendit.*
20 *Protestatio conseruat ius acquisitum.*
21 *Paria sunt non fieri, & inutiliter fieri.*
22 *Pensionem inualidam validare non dependet à facto partium, sed à voluntate partium.*
23 *Pensionem nullam reuiuiscere non possunt partes per simplicem concordiam sine nouo beneplacito Apost.*
24 *Ratificatio actus nulli est noui actus celebratio.*
25 *Partes sicut non possunt nouam reseruare pensionem, ita nec poterunt nulliter reseruatam reuiuiscere.*
26 *Forma & solemnitas, quæ interuenire debet in actu dum celebratur, interuenire pariter debet dum ratificatur.*
27 *Ratificatio tacita non potest operari contra actum expressè impugnatum, sed requiritur actus positiuus consensus expressi.*
28 *Actus per instrumentum publicum gestus non potest dissolui, nisi per aliud simile instrumentum.*
29 *Res omnis per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.*
30 *Solutiones pensionis reseruatæ ad fauorem nepotis in beneficio, & de consensu patrui, probari non possunt, nisi per instrumenta publica cum subscriptione publici Notarij, & duorum saltem testium.*
31 *Fides Notarij & præsentia testium quomodo probent solutiones pensionis reseruatæ ad fauorem nepotis in beneficio, & de consensu patrui.*
32 *Fraus de facili præsumitur in pensionibus reseruatis in beneficio, & de consensu patrui ad fauorem nepotis.*
33 *Quietantiæ pensionarij simplices, & confessiones de recepto non probant in fauorem eius, qui tenetur docere de vera, & reali solutione.*
34 *Confessio facta inter personas suspectas non probat.*
35 *Confessio vnius alteri non nocet.*
36 *Confessio resignantis non nocet resignatario si venit alio iure quàm resignantis.*
37 *Litteræ solùm probant inter mandantem, & acceptantem, & non præiudicant tertio.*
38 *Collationes Ordinariorum non possunt probari, nisi per instrumenta publica Notariorum cum subscriptione testium ne confingantur fraudes in anticipanda data contra prouisos Apost.*
39 *Remedia possessoria non competunt probantibus informiter suam possessionem.*
40 *Effectus diuersi, seu contrarij non debent ex vna, eademque causa oriri.*
41 *Inducta ad vnum effectum non debent contrarium operari.*

42 *Disso*

42 *Dispositio qualificata quotiescunque ad substantiam alicuius actus requiritur non dicitur satisfactum, nisi interueniat actus omnino qualificatus.*

43 *Qualitas dispositionis si deficit, deficit quoque ipsa dispositio.*



1 PATRVVS ad fauorem ex fratre nepotis consensit pensioni centum millium Regalium monetæ Portugaliæ soper fructibus cuiusdam dignitatis, quam possidebat, de qua litteræ Apostolicæ fuerunt expeditæ cum solita clausula, seu decreto, videlicet, *Quòd si patruus in eius vita, & quandiu Canonicatum, & Prabendam, ac Thesaurariam huiusmodi obtinuerit, pensionem per præsentes reseruatam verè, & realiter, & cum effectu non persoluerit, præsens reseruatio nulla sit eo ipso,*

2 Litteras præfatas reseruationis pensionis huiusmodi acceptauit titularis *sub die 15. Iuny*, & expressè ubligauit se, quòd in festiuitate proximè ventura natiuitatis S. Ioannis Baptistæ suluet ratam à die acceptationis vsque ad dictam festiuitatem. Sed cùm hoc non adimpleret, & ad sulutionem promissam compelli tentaretur, dictus patruus *sub die 20. Iuly* sequentis coram Notario acceptationem reclamauit, eo motiis fundamento, quòd litteræ præfatæ subreptionis, obreptionis, ac falsitatis vitio laborabant, tum etiam ex eo quòd vsque ad illud tempus nullum terminum, seu ratam pensionis huiusmodi soluerat, aut soluere intendebat, ob idque præsentis pensionis reseruatio nulla eo ipso remanebat, iuxta formam earundem litterarum, ac decreti suprà relati. Sed postea *sub die 3. Augusti* constat asserto cuidam procuratori dicti nepotis patruum soluisse ratam pensionis quindecim ferè dierum, cuius partis minimæ vnici actus solutio probatur per quietantiam dicti procuratoris, & fidem cuiusdam Notarij Apost. referentis se vidisse numerare pecunias dictæ minimæ partis. Apparet etiam alia quietantia dicti nepotis facta Vlyssipone *sub die 30. January*, in qua fatetur se recepisse per manus cuiusdam mercatoris Vlyssiponensis qoinquaginta milla Regalium monetæ Portugaliæ pro vnico termino elapso à natiuitate S. Ioannis Baptistæ, vsque ad festiuitatem natiuitatis D. nostri Iesu Christi in vim cuiusdam litteræ dicti patrui directæ eidem mercatori, quæ solutio constat solùm ex quietantia, & confessione dicti nepotis, sine testibus, & fide notarij, qui de pecuniarum nomeratione, ac vera, & reali solutione attestari possent.

3 Infra tres dies ab asserta solutione numerandos, *die* videlicet *secunda February* sequentis, muritur Eboræ patruus Sede, Archiepiscopali vacante, & à Sede Apostolica prouisus fuit D. B. & adepta per illum pacifica dignitatis possessione, nepos præfatus pensionarius petiit manuteneri in quasi possessione exigendi, ac proinde condemnari debere dictus D. B. ad solutionem terminorum decursorum, & decurrendorum, ex sequentibus.

4 Primò, quia in iudicio summariissimo possessorio agens non tenetur exhibere titulum, Nicol. Garc. *de benef. part. 1. cap. 5. num.* 446. Seraphin. *decis.* 582. *num.* 5 5. Rot. *decis.* 523. *num. 2. part. 1. recentissim.* † Sufficit enim quoad effectum manutentionis sola quasi possessio exigendi, & ideo non est necesse pensionario agenti hoc iudicio ad pensionem producere illius reseruationem, eadem Rota *decis.* 193. *num.* 14. *par.* 1. *recentissim.* † Nec iustificare narrata, Mohedan. *decis.* 6 *de causa possess. & propr.* Beltram. *in annot. ad Gregorium XV. decis.* 57 *num.* 16. Salgado *de Regia protect. par.* 3 *cap.* 3. *num.* 31. Nec tenetur in hoc casu exprimere causam suæ possessionis, vel quasi. glos. per text ibi *in l. si eius, §. sed si quæratur. ff. si seruitus vend c.* Abb. *in cap. querelam num.* 2 *de elect.* † Sed sufficit nuda detentatio de facto. 7 Neutzan. *cons.* 80. *num* 3 Cou. *pract. cap.* 17. *num* 5. *vers. Sit sanè*, Rot. *decis.* 641. *num* 8. *part.* 1. *diuers. & decis.* 523. *num.* 2 *part.* 1. *recentissim.*

8 Secundò, quia si non tenetur iustificare narrata, aut exprimere causam suæ possessionis, sed tantùm ipsam nudam detentionem ex suprà resolutis, superest solùm, vt de ea constet, quam dicit satis probari ex solutionibus factis eo modo de quo suprà, probatur enim quasi possessio huiusmodi exigendi pensionem regulariter per quietantias solutionum, Rot. *decis.* 122 *sub num.* 7 *vers. Hic autem, part.* 1. *recentior. & decis.* 387. *num.* 1. *part.* 2. *etiam recentior.* Licèt vnicus solum actus exactionis probetur, quia sæpissimè ex vnica solutione facta per antecessorem Rota pronuntiauit pro manutentione pensionarij contra successorem in beneficio Gregor. XV. *decis.* 275. *ex num.* 1. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 48. *n.* 133.

9 Sed his non obstantibus contrarium in hac hypothesi est omnino tenendum, pro qua materia eluiddaoda primo loco est sciendum pensionem huiusmodi nullam esse, & inualidam multis, sed his potissimum fundamentis.

Primum fundamentum est, quia licèt sit in Iure certum posse pensionarium etiam sine summi Pontificis auctoritate in totum, vel pro parte remittere pensionem sibi debitam quasi ius priuatum, & proprium, Caccialup. *de pension. quæst.* 30. *num.* 11. Gig. *eod. tract. quæst.* 45 *num.* 5. *& quæst.* 99. *num* 8. *& quæst. vlt num.* 8. Nicol. Garc. *de benef. part.* 1. *cap.* 5 *num.* 39. & alij plures per me citati in tract. *de Iure Ecclesiast. vniuerso lib.* 3. *cap.* 11. *num* 78. Attameo hoc locum non habet quando pensio fuit reseruata ad fauorem nepotis super beneficio patrui, quia propter decretum suprà relatum non potest nepos de ea etiam minimam partem remittere, sed tenetur patruus eam integrè soluere nepoti sub pœna nullitatis ipso iure, vt colligitur ex illo verbo, *persoluerit*, † quo vtitur 10 Papa in dicto decreto composito ex verbo *soluo*, & præpositione *per*, quæ rem integram, perfectam, & omnibus numeris absolutam ostendit, *l.* 2. *in princ. ff. de adulter. l. qui procuratorem, in princip. ff. de procurat.* Titaq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur num.* 194. *C. de reuocan. donat.* Rot. *decis* 637. *num.* 3. *part.* 2. *recentior.* cum aliis citatis per me *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 250. *num.* 3.

11 Quòd autem non fuerit pars prioris actus exactionis integrè soluta, ex eo euidenter apparet, quia tempus pro solutione facieoda in termino natiuitatis S. Ioanois Baptistæ non erat computandum à præsentatione, & acceptatione litterarum Apost. sed ab earum data, itaut si litteræ expeditæ fuerint sub data præcedeote tres, vel quatuor menses festiuitatem S. Ioannis, & ipsa pensio sit diuisa in duas solutiones faciendas pro vna in dicta festiuitate, & pro altera in natiuitate Dumini nostri Iesu Christi, aliquibus visum est priorem terminum esse soluendum in festiuitate S. Ioannis pro rata temporis decursi à data ipsarum litterarum computandi; vel vt meliùs alij tenent, pro rata temporis, quo quis possidet beneficium, & gaudet fructibus, non habita consideratione temporis, quo erat soluenda, vt colligitur ex adductis per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 1. *quæst.* 8 *num.* 52. & Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1.

*cap.5.num.*190. quæ doctrina necessariò intelligi de-
ber in pensiunibus reseruatis ex causa resignatio-
22 nis, vel in † soluendis inter antecessorem,& succes-
sorem in beneficio; non enim conuenit, vt qui fru-
ctus non percepit ex beneficio sibi resignato, com-
pellatur ad solutionem pensionis faciēdam resignan-
ti, qui illis vsus fuit. Mantic. *decis.* 339. *num.* 3. Rot.
23 *decis.*130 *num.* 1. *part.* 1. *recentiss.* quia † pensio est
onus fructuum, & ipsis fructibus inhærens,& debi-
tum ab eo, qui fructus percepit. Gig. *resp.* 29. *num* 4.
vers. Præterea quod. Rotæ enim stylus est quòd pensio
solui debet pro rata fructuum, & non pro rata tem-
porum, Coccin. *decis.* 327. *num.* 2. Theodos. de Ru-
beis *in singularib. Rota part.2.verb. Pensio,§.12. pag* 77.
Et ratio est, quia materia pensionis Ecclesiasticæ, est
regulanda tam actiuè, quam passiuè secundùm Iuris
dispositiones loquentes de vsufructu, & sic iuxta
text. *in l. defuncta ff. de vsufruct.* Caualer. *decis.*109.&
*decis.*189.*num.*3. Theodos. de Rubeis *vbi proximè.*
24 Quæ licèt de plano procedant in illis casibus re-
signationis, vel diuisionis fructuum faciendæ inter
antecessorem, & successorem, propter rationes suprà
ponderatas, tamen in nostro casu illæ militare non
possunt., & ideo in his pensionibus solutio integra
actus fieri solet in primo termino designato, non
habita consideratione, an fuerit transactum seme-
stre, vel recollecti fructus, ita seruat stylus Curiæ
Romanæ in huiusmodi pensionibus pro tertio re-
seruatis, etiam in nouis prouisionibus beneficio-
rum.
25 Cùm ergo constet ex quietantia primi termini
fuisse tantùm soluta quatuor millia centum & sexa-
ginta Regalia monetæ Portugaliæ pro quindecim
ferè diebus, cùm integer deberetur terminus quin-
quaginta millia Regalium, aut saltem paulo mino-
rem summam computando à tempore datæ, non po-
test negari solutionem illam fuisse diminutam, &
debitum pro magna parte remissum, ex quo infertur
ad nullitatem pensionis ipso iure ex decreto irritan-
te in dictis litteris iteratis vicibus inserto, quod nul-
litatem importat, ac reseruationem huiusmodi infi-
cit, iuxta text. *in cap si eo tempore 45. in fine, de elect. in*
6. Flamin. Paris. *de resignat. lib.4 quæst.9.num.*29. Gon-
zal. *ad reg.8.Cancel.glos.vlt.num.*1 . *cum seqq* Stephan.
Gratian. *discept.fo ens. cap.*83. *à num.*23. *&* c.517. *n* 19.
Ego ipse *de clausul. vsufr.q.claus.*150.*n.*3.
26 Eo maximè, quia dictum decretum litterarum
Apostol. de quo suprà *num.* 2. requirit pro forma
perfectam, integram, veram, realem, & effectuatam
solutionem, vnde illa minima non potest dici inte-
gra ex dictis, nec etiam vera, & realis ex dicendis,&
sic cùm deberet forma illa dicti decreti ad vnguem
obseruari, ex traditis per Lancell. *de attentatis, par.*2.
*cap.*12 *limit* 30 *num* 4. *& cap.*4. *in præfat. num.*412. Ni-
27 col. Garcia *de benefic. part* 6. *cap.*3. *num.*40. si etiam in
minimo deficiat, totus actus corruit. Felin. *in cap. cum*
dilecta num. 12. *de rescript.* Tiraq. *de retract. conuen.§.*
1. *glos.*21 *num* 11. Menoch. *cons.*443. *num.* 2. Mohed.
*decis.*17. *num* 1. *de caus. possess.* Gonzal. *ad regul.*8. *Can-*
*cel. glos.*18. *num.* 77. cùm implementum debeat esse
sequutum, etiam quoad quid minimum. Bald. *in l.*
vlt. in. C. commod. Roland. *cons.*52. *num.* 21. *lib.* 1. Me-
28 noch. *cons.*1. *num.*368. itaut † adimpleuisse non dica-
tur qui in nummo tantummodo deficit. Oliban. *in §.*
*fuerat. Instit. de action. num.*18. *in* 2. *relect.* Fontanel. *de*
*pactis nupt. claus.*7. *glos.*3 *p.*6. *num.*14.
29 Accedit, quia præfatæ resolutiones fortiùs mili-
litant in præsenti casu, in quo titularis, non solùm
litterarum formæ minimè satisfecit in non soluen-
do termino debito S. Ioannis Baptistæ, & sic per
omissionem prædictæ solutionis, quæ ad nullitatem
inducendam sufficiens visa mihi est, sed etiam insi-
mul fecit actum positiuum reclamationis expressæ,
& iudicialis, quæ deliberatam protestantis volunta-
tem ostendit, *l. cùm ostendimus, §. vlt. ff. de fideiuss. tut.*
Menoch. *cons.*261. *num.* 20. † ac conseruat ius à pro- 20
testante acquisitum in vim dicti decreti litterarum
præfatarum, cuius in eo meminit, ex reg. text *in l. si*
debitor, §. ff. quibus modis pignus, ibi, *Nisi salua causa*
pignoris sui consentit, &c *cap. Cumana* 50. *de elect.* vbi
glos. verb. protestatione. cap olim 20 *de censib.* ibi, *Semper*
tamen ius suum postmodum fueris protestatus, &c. Paul.
Paris. *cons.*70 *num.*19. *&* 20. *& cons.* 104 *num.* 10. *&*
*cons.*109. *num. vlt. lib.* 1. Mascard. *de probat. concl.*1243.
num. 22. *cum seqq. com.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.*6.
*præs.*41. *num.*11. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent.*
*lib.*15. *tit.*4. *num.*4. *&* 5. Honded. *cons.*89. *num.*11. *vol.*
1. Olasc. *decis.*53. *num.* 3. Surd. *cons.*385. *num.* 20. *&*
*cons.*110 *num* 15. Menoch. *cons.*75. *num.*69. Stephan.
Gratian. *discept. forens. cap.*246. *num.* 28. *& cap.* 515.
num 7. *& cap.* 937. *num.* 27. Giurba *decis.* 85. *num.*6.
Mangil. *de imput. quæst* 135. *num.* 12. Fontanel. *de pa-*
*ctis nupt. claus.*4 *glos.*10. *part.* 1. *num.* 134. *&* 135. *&*
*claus.*6. *glos.*11. *part.*5. *à num.*9. *& claus.*7 *glos.*2 *part.*5.
*num.*18. nouissimè Ioseph. Vela *de Iure controuerso in*
*Hispalensi Senatu dissert.*25. *num.* 56. Et in huiusmo-
di protestationibus, quando sumus in iudicialibus,
Rota seruat quòd debeant repeti in quolibet actu,
itaut si non repetantur, præsumatur ab eis fuisse re-
cessum. Mohed. *decis.* 44. aliàs 2. *de iudic.* Seraph. *de-*
*cis.*502. *num* 2. Gregor. X V. *decis.*44. *num.*8. Caualer.
*decis.*135. *num.*1. Theodos. de Rubeis *in singularib. Ro-*
*ta part.*2. *verb. Protestatio,§.*1. *pag.*85.
Non obstat, quòd titularis post dictam reclama- 21
tionem soluisse videtur, vt supra præsupponitur, di-
ctas pecuniarum summas, ac ita videtur per talem
solutionem recessisse à reclamatione antea facta, &
ratificasse priorem acceptationem; quia primò re-
spondetur priorem solutionem non fuisse integram,
nec realem, vt ostendimus, posteriorem non fuisse
veram, nec cum effectu persolutam, vt infra videbi-
mus, quo casu nihil operari debent; paria enim sunt
non fieri, & inutiliter fieri; & non fieri, vel ita fie-
ri, quod factum non releuet, ex vulgatis iuribus ci-
tatis per me *Axiom.*174. *num.*14. *&* 21.
Secundò, respondetur, quòd dicta reseruatio nul- 22
la, & inualida ipso iure effecta ob solutiones non
integrè, nec verè & realiter factas, non potuit vires
accipere ex tacito consensu, immo nec etiam ex-
presso titularis, quia validare pensionem inualidam
non dependet a facto partium, sed à potestate Papæ,
Satnen. *in compend. signat. num* 87. & alij, quos re-
fert & sequitur Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.*6.
*quæst.*2. *num.*8. & optimè in proposito Mohed. *decis.*
12. *de renunciat* † non enim possunt per simplicem 23
concordiam reuiuiscere pensionem nullam sine no-
uo beneplacito Apost. Gambar. *de officio, & potest.*
*Legati de latere lib.*6. *num* 483. *cum seqq.* Ego ipse *de*
Iure Ecclesiast. vniuerso. lib. 3. *cap.* 11. *num.* 75. *in fine*,
quia † ratificatio actus nulli est noui actus celebra- 24
tio. Bart. *in l. ab emptione ff. de pactis*, Aretin *cons.*128.
*col.*2. *vers secunda species*, Menoch. *cons.*88. *num.* 66.
Surd. *decis.* 0 *num.* 14. & † sicut partes non possunt 25
nouam reseruare pensionem, ita nec poterunt nul-
liter reseruatam reuiuiscere, *ad l. qui res, §. aream, ff.*
de solution l. cum ex causa. in fine, & l. fin. C. de remiss.
pignor. l. eius qui, §. fin. ff. de iure fisci, cap. quæris, de
*consecrat dist.*4. Surd. *cons.*145. *num.* 14. Stephan. Gra-
tian. *discept. forens. cap.*962. *num.* 14. Giurba *decis.*55.
num. 16. quia † omnis forma & solemnitas, quæ 26
interna

interuenire debet in actu dum celebratur, interue-
nire pariter debet dum ratificatur, *l. si vt proponis, C. de pactis, l. doli, vers. Idem quæ est ff. de nouat.* Bart. *in l. si filius, in fine, ff. de leg. at. 3.* Menoch. *cons. 88. num 66. & cons. 404. num. 13. & cons 819. num. 21. & cons. 821. num. 74.* Surd. *decis. 70. num. 14. & cons. 28. num. 120.* Osasc. *decis. 166. num 13.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap 981. num. 44. & cap. 913. num. 16.* Cardin. Seraph. *decis. 1242. num. 1.*

27 Tertiò respondetur tacitam ratificationem, & recessum à priori reclamatione nullum posse sortiri effectum, quamuis à facto ipsarum partium dependeret (quod omnino negamus,) quia reclamatio facta fuit iudicialiter per Notarium coram Ordinario, vnde ratificatio tacita non potest operari contra actum expresse impugnatum & reiectum, sed requiritur actus positiuus consensus expressi, iuxta doctrinã Bart. *in leg. procurator la 1. §. 1. oppos. 1. ff rem ratam haberi,* vbi de recipiente pecuniam, qui non dicitur approbare contractum, quem expresse impugnauit, Natt. *cons. 101. num 12.* Surd. *decis. 263. num. 9.* Ste-
28 phan. Gratian. *discept. forens cap. 151. num. 9. & 10.* †
Tum etiam, quia actus per instrumentum publicum gestus, non potest dissolui, nisi per aliud simile instrumentum, Bart. *in l. cum de indebito, §. sed hoc, vers. Secundo nota, ff. de probat* Bald. *cons. 110. Proponitur, lib. 1.* Azini *de execut. §. 5. cap. 41. num. 7. vers. At secus,* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 168. num. 7.* & ex-
29 presse habetur *in Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 59. §. 3.* †
quorum omnium ratio est, quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *cap. omnis 27. quæst. 2. cap omnis res, de reg. Iuris, in decretal.* cum aliis citatis per me *Axiom. 199. num. 8.*

30 Fundamentum secundum, & principalius in hac materia est, quia ad euitandas fraudes, & collusiones, quæ in ea interuenire solent, optimo iure stylus Romanæ Curiæ obtinuit in vim dicti decreti earundem litterarum, vt solutiones pensionis reseruatæ ad fauorem nepotis in beneficio, & de consensu patrui probati non possint, nisi per instrumenta publica cum subscriptione publici Notarij, & duorum saltem testium asserentium se vidisse patruum numerare pecunias, & nepotem eas ad se trahere: ita sæpissimè fuit tentum in Rota Romana, & signanter *in Bergomen. pensionis 7. Nouembris 1625. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Parmen. pensionis 27. Ianuarij 1627. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & in Ceruien. pensionis 22. Martij*
31 *1622. coram Eminentissimo Cardinale Verospio.* † Aut
saltem requiritur fides Notarij, & præsentia testium asserentium in eorum præsentia factam fuisse solutionem, & pecunias pensionario consignatas, & traditas, quamuis ipse Notarius non vtatur verbo, *numerauit*, vt fuit resolutum ab eadem Rota *in Calagurritana pensionis 17. Iunij 1624. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo,* vt refert D. Ioan. Franc. Ferentil. amicus noster *in annot. ad decis 166. Buratti num.*
32 *14* † Et addit ipse Buratti *d. decis. 156 num. 6 cum seqq* in pensionibus huiusmodi reseruatis in beneficio, & de consensu patrui ad fauorem nepotis fraudem de facili præsumi, quod etiam dixerat eadem Rot. *dec. 244. num. 2. & 4. p. 1. diuers.*

33 Vnde aliæ quietantiæ, & confessiones de recepto præter illas, quæ fiunt per instrumenta publica Notariorum, & subscriptione testium, vt numero præcedenti faciendas esse dicebamus, non probant in fauorem eius, qui tenetur docere de vera, & reali solutione, Cardin Seraph. *decis 802. num. 2. cum seqq.* & ita in propriis terminis fuit decisum ab eadem Rot. *in Lucana pensionis 27. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Parmen. pensionis 1. Iunij 1624. coram R. P. D. Merlino,* confirmata *25. Iunij 1627. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & in Pisana pensionis 20. Nouembris, 1628. coram bonæ mem. Card. Verili,* quas decisiones refert, & sequitur D. Ioan. Francisc. Ferentil. *in annot. ad d. decis.*
156 Burat lit. A. † Nec similis confessio propter 34
collusionis suspicionem potest tertio præiudicare, prout generale est in omnibus confessionibus factis inter personas suspectas, vt pluribus comprobat Ant Gab. *commun. tit de actionib. concl. 5. num. 23.* Gama *Lusit. decis. 126 num. 1. & decis. 236. num. 1.* Gab. Pereira etiam *Lusit. decis. 107 n. 2.*

Et rationem præstat Buratt. *d. decis. 156. num. 3.*
cum seqq. quia modernus titularis non est successor, 35
nec habet causam à titulari, nec à pensionario, & ideo eius confessio ei præiudicare non potest, quia confessio vnius alteri non nocet, *l. duobus, §. 1.* vbi Alex. & alij, *ff de iureiur.* cum pluribus per Cephal. *cons 101 num. 9.* Roland. *cons. 58. num. 14. vol. 2.* Afflict. *decis. 245 num. 11.* Surd. *decis. 218. num. 4. cum seqq & decis. 309. num 4.* Menoch. *consil. 313. num 53.* Ste-
phan. Gratian. *discept. forens. cap. 448. num. 39.* Et hinc 36
prouenit, quod dicit Flam. Paris. *de resignat. benefic lib. 1 quæst. 16. vers. Et confessio,* videlicet, quòd confessio resignantis non nocet resignatario si venit alio iure, quàm resignantis.

Ex quibus clarè patet solutionem illam quatuor 37
millium, centum & sexaginta Regalium ab asserto pensionario confectam, vltra quàm quòd non est perfecta ex dictis, non probare realitatem & effectuationem requisitam, vtpote quia licèt Notarius fidem faciat se interfuisse tempore quo est facta solutio huiusmodi, non fuit de ea confectum instrumentum in præsentia, & cum subscriptione testium, vt de forma requiritur. Eodem quoque vitio laborat quietantia confecta ab eodem asserto pensionario pro integro termino 50. millium recepto à quodam mercatore in ciuitate Vlixbonen. in vim cuiusdam litteræ illi à titulari transmissæ, quia quicquid sit, non adest scriptura Notarij, nec præsentia testium, & littera solùm probare poterit inter mandatorem, & acceptantem, inter quos contrahi tantùm obligatio valet, at tertio præiudicare minimè potest, *l. Lucius Titius, ff. de instit. act. l. Publia, §. fin. ff. depositi, l. qui absenti, ff. de donat.* Gamb. *Lusit. decis. 336 num. 5.*

Vnde cùm ad tollendam fraudem, & collusio- 38
nis suspicionem, quæ de facili præsumitur in his pensionibus, requiratur, vt probatio solutionis fiat per instrumentum à Notario confectum, & cum duorum testium subscriptione munitum, qui asserant se vidisse patruum numerare pecunias, & nepotem eas ad se trahere, iuxta stylum Romanæ Curiæ, & decisiones S. Rotæ, de quibus suprà mentionem fecimus, si deficiat Notarij scriptura, seu subscriptio testium, non est satisfactum dicto decreto, nec dicta pensio verè, & realiter, & cum effectu persoluta reputari potest, ac proinde illius reseruatio debet nulla censeri, prout in simili resoluit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 3. proœm. num. 147. cum seqq.* vbi ait, quòd cùm in collationibus per Ordinarios factis præsumatur fraus propter præiudicium reseruationum Sedis Apost. ne scilicet contingantur fraudes in anticipanda data contra prouisos Apostolicos, non possunt probari collationes huiusmodi ordinariæ, nisi per instrumenta publica Notariorum cum subscriptione testium, & ideo litteris Episcoporum sine tabellione, & testibus fides non adhibetur, quamuis Episcopali sigillo au-
thentico

thentico munitæ fuerint, & ita de stylo Curiæ obseruari testantur, Rot. *decis.1.num. 1. cum seqq. & decis 10. de probat in nouis*, Milis *in suo report. verb. litteris Episcopi*, & alij quos refert, & sequitur Gonzal. *d.§ 3. proœm num.148.*

39 Cùm igitur nullitas ex eo procedat, quòd solutiones assertæ non fuerint veræ, & reales iuxta formam decreti, ac proinde magis appareant simplices quietantiæ, & confessiones de recepto, quæ non sufficiunt in hac materia, non est cur assertus pensionarius se illis iuuari valeat ad probandam quasi possessionem exigendi, quia talis probatio informis esset, & reprobata, ex qua remedia possessoria illi competere non possunt, vt in hac specie resoluit Cardin. Seraph. *decis.292. num.2. & decis.436. num.6.* Buratt. *d. decis. 156. per totam.*

40 Non obstant, quæ pro contraria parte suprà adduximus, nam

Ad primum respondetur verum esse in iudicio summarissimo possessorio manutentionis nihil aliud esse probandum, nisi quasi possessionem exigendi, & hoc nullus negat; negamus tamen hanc quasi possessionem sufficienter probari ex solutionibus productis, cùm non sint reales, certæ, & cum effectu coram Notario, & testibus per instrumentum publicum factæ, & ideo si ex huiusmodi defectu pensio corruit, & illæ minus sufficientes reputantur; non debent quoad vnum effectum esse insufficientes, & quoad alium secus, nam ex vna eademque causa non debent diuersi, seu contrarij oriri effectus, *l. quod Labeo*, vbi Bart. *ff. compensat. l. eum, qui ædes, ff de vsucap. l. meminerint, C. vnde vi*, Card. Tusch. *pract. conclus tom. 3. lit. E, concl. 54. num. 1.* Et ad vnum effectum
41 inducta non debent contrarium operari effectum, † *l. legata inutiliter, ff de legatis 1.* Fusar. *de substitut. q. 245. num. 93. in princip.*

42 Ad secundum libenter fatemur quasi possessionem exigendi pensionem regulariter probari per quietantiam solutionis vnici actus, quod procedit in probatione quasi possessionis exigendi aliarum pensionum; at in nostro casu requiritur magis qualificata probatio ex dicto decreto, quod in alijs non repetitur; vnde sic argumentor, quotiescunque ad substantiam alicuius actus requiritur dispositio qualificata, non dicitur satisfactum, nisi interueniat actus omnino qualificatus, & requisita exteriori solemnitate vallatus, vt per glos. celebrem singularem, *in cap significasti 33. quæst. 5.* qualitas enim informat,
43 & qualificat subiectum, † vt voluit glos. etiam singularis *in cap. statutum, de elect. lib. 6.* in tantum, quòd si qualitas dispositionis deficeret, dispositio quoque ipsa deficeret, glos. *verb auocandum in l. mancipia, ff de seruis fugit.* Menoch. *de præsumpt lib. 6. præs. 15 num. 47.* Fului. Pacian. *de probation lib. 2. cap. 14. num. 8* Camill. Gallin. *lib. 4. de verb signif cap. 9. num. 9.* Sed in probanda solutione pensionis reseruatæ in beneficio, & de consensu patrui ad fauorem nepotis requiritur instrumentum Notarij, & præsentia duorum testium, ex decisionibus Sacræ Rotæ suprà citatis; ergo si adest instrumentum, & desiderantur testes, vel præsentes extiterunt testes, sed notarius abfuit, neque instrumentum aliquod confectum fuit, sequitur euidenter, quòd non est satisfactum menti Sacræ Rotæ, & Iuris dispositioni in hoc casu, vt probatur à simili *in cap. vbi periculum, § cæterùm, de elect. lib. 6.* vbi requiritur in quocunque actu eligendi libertas, & voluntas; ergo si in eo interuenit voluntas, & non libertas, non potest dici electio, quia non verificatur in voluntate, & libertate, *l. si hæredi plures, ff. de condit. instit.*

Toletana donationis prætextu ingressus Religionis.

Donatio facta ab eo, qui cogitat de ingrediendo Religionem, vt valeat, adhiberi debet solemnitas legis, seu statuti secularis, & an possit fieri à patre filio in eius potestate constituto, & an officium emptum ex pecuniis paternis debeat in legitimam imputari.

VOTVM VI.

1 *Renuntiatio, seu donatio facta ab existente adhuc in sæculo, prætextu, & intuitu ingressus Religionis, valida est quamuis fiat absque solemnitate* Concilij Trident. sess. 25. de Regular. cap. 16.

3 *Donans etiam prætextu ingressus Religionis tenetur seruare solemnitatem statuti secularis.*

4 *Nouitius reputatur persona Ecclesiastica, & gaudet fori priuilegio.*

5 *Princeps semper tacitè dispensare censetur circa solemnitates contractuum secum gestorum.*

6 *Spurium si Princeps instituat censetur illum habilitare.*

7 *Concubina sua donando Princeps censetur dispensare cum prohibitione*, l. fin. ff. ex quib. causis mai.

8 *Contractus celebratus cum Fisco valet absque solemnitate statuti.*

9 *Contractus celebratus cum aliqua Vniuersitate non subijcitur solemnitati requisita ab statuto per eandem Vniuersitatem facto.*

10 *Donatio Principis valet absque insinuatione.*

11 *Comitissa superiorem non recognoscens curatrix filiorum potest contrahere, & bona eorum absque decreto, & alijs solemnitatibus alienare.*

12 *Infamem aliquem in suum Consiliarium eligendo Princeps censetur in infamia dispensare.*

13 *Papa quando promouet ad Ordines, vel beneficia confert cuilibet, censetur cum ipso dispensare.*

14 *Papa si confert beneficium extero stante statuto, quòd exteri non possint beneficia in Regno obtinere, censetur cum extero dispensare.*

15 *Papa deputando executorem excommunicatum censetur illum dispensasse.*

16 *Simoniacus contractus solum Iuris positiui defectum continens si cum Papa celebretur, censetur cum prohibitione dispensasse.*

17 *Testa*

17 *Testamentum factum per Principem absque Iuris solemnitatibus, valet.*
18 *Episcopus faciens constitutionem contra ludentes, ludendo cum illis censetur in sua constitutione dispensasse.*
19 *Donatio facta à patre filio cùm in sacris patriæ potestatis existeret, est nulla.*
20 *Pater potest filio donare causa studij.*
21 *Donatio iurata facta à patre etiam sub eius potestate existente est valida.*
22 *Officium emptum à patre in personam filij non dicitur in patrimonio patris, nec imputatur in legitimam.*
23 *Officij pretium, seu æstimatio tanquam res merè prouenicns ex facto patris conferri debet.*
24 *Officia Romanæ Curiæ in legitimam imputantur.*
25 *Reprobatur Nicol. de Vbaldis.*
26 *Officia modici valoris an imputentur in legitimam.*
27 *Libri empti à patre, & traditi filio, censentur donati, & non imputantur in legitimam, nisi constet de contraria voluntate patris.*
28 *Expensæ factæ à patre pro nuptijs filiorum, regulariter non imputantur, nisi iusserit imputari.*
29 *Legitima sicut à parentibus filijs debetur, ita à filijs parentibus à lege defertur.*
30 *Legitima debetur matri de tempore mortis naturalis professi, sed contrarium verius num. 31. cum seqq.*
31 *Legitima non debetur filijs in vita parentum.*
33 *Legitima datur filijs ex bonis hæreditarijs.*
34 *Monachus professus dicitur ciuiliter mortuus.*
35 *Respondetur ad fundamenta in contrarium adducta.*



Ioannes obtinuit officium ex pecuniis paternis emptum, & à proprio patre dum esset in eius potestate constitutus sibi plura bona donata fuerunt, postmodum cogitans de ingressu Religionis, minimè seruata legis municipalis solemnitate requirentis in omni donatione, seu renuntiatione cum decreto iudicis interueniente, vt contrahentes expressè iureiorando protestentur, & affirment donationes non esse fictas, seu simulatas, sed veras, & bona fide factas, quo liberiùs pauper pauperem Christum sequeretur, ac terrenis cogitationibus solutus, inde cœlestibus totus incumberet, legitimam, & dicta bona Principi suo renouciauit. Ingresso deinde Religionem, ac facta professione, inter Principem & fratres Ioannis lis orta fuit super validitate dictæ renuntiationis, & an eius vigore Principi sint adiudicanda bona donata à patre eidem Ioanni, & legitimam non imputato pretio officij empti, nec dempta tertia parte eorum bonorum matri pro eius legitima applicanda à die professionis non expectata morte naturali dicti Ioannis.

Barbosæ Vota decisiua.

Quatuor dubia inuoluit præsens inspectio.

Primum, vtrùm cogitans de ingressu Religionis, si velit bona sua renuntiare, teneatur seruare solemnitatem Concilij *sess. 25. de Regul cap.* 16 & statuti secularis?

Secundum, an Princeps donatarius tacitè in donatione sibi facta videatur derogare solemnitati dicti statuti secularis?

Tertium, an officium emptum filio ex pecuniis paternis sit ei in legitimam imputandum?

Quartum, an tertia pars omnium bonorum Ioannis professi spectet ad eius matrem pro legitima à die professionis, & sic morte naturali professi non expectata?

Dubium I.

Vtrùm cogitans de ingressu Religionis si velit bona sua renuntiare, teneatur seruare solemnitatem Concilij Trident. sess. 25. de Regul. cap. 16. *& statuti secularis?*

Ante habitus susceptionem, & nouitatus ingressum, quamuis cogitet quis Religionem ingredi, dicitur merè secularis, & potest vti talis de suis bonis disponere renuntiando, donando, seu obligando, absque solemnitate Concil. Trident. *sess. 25. de Regul. cap.* 16. quia illud decretum expressè loquitur, in ingresso, siue in ingressa Religionem, donationem tempore nouitiatus faciente, nec potest talis donatio sic facta intuitu ingressus, dici facta in fraudem eiusdem Concilij, vtpote, quia huiusmodi præiudicio de Iure communi satis est succursum, eo quòd cùm talis donatio fit facta ob causam professionis, illa non sequuta donatio erit nulla, & ipso iure reuocabitur, vt considerat Menoch. *in addit. ad lib 2. de arbitr. casu* 436. *num.* 9. Tum etiam, quia Axiomata, & vulgares Iuris regulæ, quòd de proximo accingendus habetur pro accincto, & ea quæ incontinenti fiunt censentur inesse, & aliæ similes, non adaptantur ad nostram materiam, in qua fictio & impropríetas nihil operari potest, & requiritur vera in statu existentia, vt ex eo, vel secularis, aut Clericus quis habeatur, & ideo creandus de proximo Clericus non potest habere beneficium, nisi sit actu Clericus, quantuncunque incedat in habitu, & Tonsura, & promoueatur statim, vt per Felin. *in cap. cùm adeo num.* 4. *& seq. de rescript.* quem refero *Axiom.* 6. *num.* 6. destinatum enim præcipuè in hac materia, non habetur pro impleto, & res non iudicatur ab eo, quod erit, sed ab eo quod est, vt dixi citato *Axiom.* 6. *num.* 4. vnde donationem, siue renunciationem factam per Ioannem nondum ingressum Religionem, intuitu tamen dicti ingressus sine solemnitate Concilij Trident. *dicto loco* esse validam resoluunt Mandos. *consi.* 22 *à num.* 8 *vol.* 1 Consett. *in priuileg Mendicant. tit.* 13. *cap.* 12. *&* 13. Sotb. *in suis addit. ad compendium Mendicant. verb. nouitius, vers. Sed hic sunt aliqua aduertenda*, Menoch. *d. casu* 436. *à num* 3. *in addit.* Quarant. *in sum Bullary verb. Monasteria & Conuentus, vers. Dubium illud.* Zanard. *in direct. Theolog. part.* 1. *cap* 17. *vers. Primò si sit facta*, Vega *in sum. tom.* 1. *cap.* 91 *casu* 4. *& tom.* 2. *cap.* 50. *casu* 3. Aluar. Valasc. *de partition. cap.* 6 *num.* 22. *cum seq.* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1 *cap* 9. *num.* 15. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2 *quæst.* 56. *num* 8. *&* 9. Megala 1 2. *lib.* 2 *cap.* 17. *num.* 25. *&* 16. Nald. *in sum. verb. Religiosus num.* 1. Fr. Emman. *quæst Regul. tom.* 1. *quæst.* 47. *art.* 8. Steph. Gratian. *Marchia decis* 37. Benedict. Ægid. *in*

repet l. 1. C. de sacros. Eccles. part. 4. §. 2. num. 22. ad fin. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. quæst. 99. num. 30. Castill. controuers. lib. 1. de vsufructu cap. 65. num. 7. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 12. cap. 3. num. 17. Gallet. in margarita casuum conscient. verb. Religiosus, pag. 226. col. 1. & verb. nouitius 1. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 20. §. 7. num. 1. Armendar. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion num. 20. & 25. Aloys. Ricc. in decision. Curia Archiep. Neapol. part. 1. decis. 295. ad fin. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 4. cum seqq. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 5. quæst. 183. Barthol. de Vecchis in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 8. dub. 8. num. 4. Alexand. Peregrin. in commen. ad constit. Cleric. Regul. part. 2. cap. 1. lit. C. §. 2. vbi in vers. Quinto, refert ita declarasse sacram Congregationem, & sic censuit Rota Romana in dicta Parmen. transactionis infrà citanda, ex quo hæc sententia iam hodie non potest in dubium reuocari.

2 Quamuis contrarium, immo renunciationem, seu donationem factam ab existente adhuc in seculo, prætextu, & intuitu ingressus Religionis nullam, & inualidam esse absque solemnitate in illo decreto petita, teneant Nauar. cons. 7. & 8. de donat. in antiq. aliàs cons. 81. & 82. de Regular. in nouis. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 18. num. 37. Rojas in epit. successi. cap. 7. num. 30. & 31. Spin. in speculo testam. glos. 12. princ. num. 5. Gutier. in repet. cap. quamuis pactum, de pactis lib. 6. §. dum nuptui tradebatur, in fine, Emman. Sà verb. Religio num. 5. Cancer. var. lib. 2. cap. 8. num. 81. Ceuall. commun. contra commun. quæst. 215. in fine, & quæst. 221. num. 4. & 5. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 139. vers. Ambigat, & disp. 143. vers. Quoad Ecclesiam, & disp. 604. num. 2. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. Ludou. Miranda in Manuali Prælat. tom. 1. quæst. 23. art. 2. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 41. num. 39. & 40. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. vlt. casu 62.

3 Quoad statutum seculare requirens in omni donatione, seu renunciatione cum decreto irritante, vt contrahentes expressè iureiurando protestentur, & affirment donationes non esse fictas, aut simulatas, seu dolosas, sed esse veras, & fieri bona fide, dicendum Ioannem absque illius solemnitate donantem etiam prætextu ingressus in Religionem, dummodo eo tempore adhuc esset in seculo, inualidè donare, quia ex quo solemnitas illa adinuenta est ad euitandas fraudes, dicitur adhiberi ad publicam vtilitatem, Bald. in cap. 1. § si quis per triginta, num. 9. quod si de feudo fuerit contr. inter dom. & agnat. Corn. consil. 135. num. 24. Vnde eius omissio multò magis vitiat contractum. Bart. in l. si quis pro eo, num. 8. ff. de fideiuss. Bald. cons. 50. num. 24. Rot. in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuary 1626. coram R. P. D. Duran.

4 Non obstet si dicatur, quòd dicta solemnitas non requiritur in donatione facta ex causa ingressus Religionis, quia hoc est verum in ea donatione, quæ fit iuxta terminos Concilij, nempe à nouitio ante emissam professionem, in qua sunt adhibendæ solemnitates statuti secularis. Et ratio est, quia nouitius iuxta magis communem, & approbatam sententiam reputatur persona Ecclesiastica, cap. Religioso, §. 1. de sent. excom. lib. 6. Anchar. cons. 69. Nauar. cons. 5. de foro comp. Rodet. Xuar. alleg. 20. num. 29. Dec. cons. 31. num. 3. circa med. Gazzin. in tractat. de defensione reorum tom. 1. defens. 20 cap. 19. num. 22. pag. 650. Nouar. in practic. elect. var. fori sect. 1. quæst. 35. num. 4. & 5. Mar. Giurba decisione 15. num. 9. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 6. cap. 10. num. 10. cum seqq. Scip. Rouit. cons. 96. ex num. 6. tom. 1. plures per me in tract. de iure Ecclesiast. vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 21. quamuis enim à Monasterio exire possit, tamen id non debet in considerarione haberi, sed tantùm attendi debet status in quo reperitur nouitius tempore contractus, iuxta doctrinam Bart. in l. Iulianus verum debitorem, in fine, ff. de condict. indeb. Paul. de Castro cons. 433. num. 3. vol. 1. Et facit text. optimus, & ibi glos. in l. 2. ff. de in diem addict. Vnde vti persona Ecclesiastica interim in eius contractu non est adhibenda solemnitas statuti secularis, cui non subiicitur, sed solemnitas Iuris Canonici, iuxta doctrinam Abb. & Ioan. Andr. in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. & in puncto Anchar. in d. cons. 65. num. 6. Vice versa autem in donatione facta ab eo, qui adhuc non est ingressus Religionem, sed cogitat de ingressu, est adhibenda solemnitas legis, seu statuti secularis, maximè quando, vt hîc, donatio etiam facta fuit ad fauorem personæ secularis, quia illa dum non ingreditur est secularis, & ideo subiicitur secularibus. Vnde quamuis renunciatio dicti Ioannis facta ante ingressum Religionis, sequuto postea ingressu cum effectu, fortè non posset rescindi ex enormissima læsione si fuisset valida, iuxta superiùs dicta, tamen quia fuit nulla ex defectu dictæ solemnitatis, adeò vt nunquam fuerit in implicito statu validitatis, dubio procul dari potest de eius nullitate, quæ à principio adfuit, quæ ideo tractu temporis non conualescit, alioquin enim facta mentione ingressus Religionis passim fieret fraus statuto, quod ad euitandas fraudes emanauit, quod etiam videtur fuisse de mente S. Congregationis dum declarauit prædictam renunciationem non comprehendi sub decreto Concilij in d. cap. 16. & fuit similiter ita resolutum per Rot. in vna Parmen. transactionis 20. Decembris 1627. coram R. P. D. Duran.

DVBIVM II.

Vtrùm Princeps donatarius in donatione ei facta, & secum gesta, videatur tacitè derogare solemnitati dicti statuti?

5 RESoluimus suprà, & meritò, donationem huiusmodi fuisse nullam ex defectu dictæ solemnitatis; sed modò superest videndum, an Princeps donatarius videatur derogare huiusmodi solemnitati, eo quòd donatio, siue renunciatio secum gesta fuit; in quo dubio affirmatiuam partem teneo, & ad id, moueor, quia Princeps semper tacitè dispensare censetur circa solemnitates contractuum à se gestorum, vt per Card. Tusch. pract. concl. lit. D concl. 216. num. 164. & num. 170. Pereg. de iure fisci lib. 6. tit. 1. num. 37. Marta cons. 63. num. 7. Salas de legib. disp. 14. sect. 3. n. 52. vers. Sed alia, Bonac. in simili tract. disp. 1. q. 1. punct. 6. num. 15. quod quidem multis Doctorum resolutionibus confirmatur, quæ sigillatim referemus, videlicet,

6 Alexand. cons. pen. in 2. dub. lib. 5. ait, quòd Princeps instituendo spurium, censetur eum habilitare, quam sententiam admittit Marta cons. 8. num. 35. in Principe supremo habente potestatem legitimandi, & non recognoscente superiorem.

7 Bald. cons. 456. Recolo, in num. 3. lib. 5. quem refert & sequitur Petra de potest. Princip. cap. 24. num. 217. vbi quòd Princeps donando suæ concubinæ censetur dispensare cum prohibitione l. fin. ff. ex quibus causis mai.

8 Lamberteng. in tract. de contractib. eorum, in fine, num. 49. & 95. pag. 450. qui loquitur in contractu celebrato cum fisco, & resoluit valere absque solemnitate statuti.

Lancel

9 Lancel. Gallia *conf.97.num.29. & 30.* qui loquitur in contractu celebrato cum aliqua Vniuersitate, qui non subiicitur solemnitati requisitæ ab statuto per eandem Vniuersitatem facto.

10 Petra *de potest. Princip. cap.4. num. 15. & 16.* vbi tenet, quòd donatio Principis valet, absque insinuatione.

11 Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.3 tit. 10. num.52.* qui loquitur de Comitissa, quæ est curatrix filiorum, & in suo Comitatu Superiorem non habet, quòd possit contrahere, & bona eorum, absque decreto, & aliis solemnitatibus alienare.

12 Carol. de Grassis *de effect. clerical. effectu 4. num. 285.* vbi quòd Princeps eligendo in suum Consiliarium aliquem infamem, censetur cum infamia dispensare.

13 Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs.10. num. 14 & 15.* quem refert & sequitur Carol. de Grassis *d. effectu 4. à num.283. cum seqq.* vbi quòd quando Pontifex promouet ad Ordines, vel beneficia confert cuilibet spurio, vel incapaci, censetur cum ipso dispensare super incapacitate, vel defectu impediente promotionem.

14 Ioseph. Sesse *Aragon. decis.294. num.8. & 9.* vbi ait quòd si Pontifex confert beneficium extero, stante statuto, quòd exteri non possint beneficia in Regno obtinere, censetur cum extero dispensare.

15 Maur. sen. *alleg.46. num.6. part.2.* vbi quòd Papa deputando executorem excommunicatum, censetur eum absoluisse, & in excommunicatione dispensasse, plura etiam ad hoc cumulat Gironda *de priu. exempt. num.726. cum seqq.*

16 Lessi. *de iustit. lib.2. cap.35. dub.5.* Menoch. *d. lib.2. præs.20 n.12.* Salas *de legib. disp.14 sect.2. n.21. vers. Rectè autem*, Bonacin. *tract. de Simonia disp.1. q. 6. n.8.* vbi resoluit, quòd si à Pontifice celebretur aliquis contractus simoniacus solum Iuris positiui defectum continens, censetur cum prohibitione dispensasse.

17 Castro *in opere morali tom 1. tract. 3. disp. 1. puncto 24. num. 8.* vbi resoluit valere testamentum factum per Principem, absque Iuris solemnitate, quia censetur solemnitatibus derogasse.

18 Bonacina *de legib. disp.1. quæst.1. punct.6. n.55.* Salas *d. disp 14. sect. 3. num. 34. vers. Sententia vtriusque rationis*, Castro *d. tract. 3. disp.1. puncto 24. num. 7.* qui resoluunt Episcopum facientem constitutionem contra ludentes, ludendo cum illis censeri in sua constitutione dispensasse.

19 Vnde nullitas illa sanata videtur, ac proinde renunciatio præfata ob defectum dictæ solemnitatis ex tacitâ Principis permissione valida debet censeri. Non obstat quòd ea bona donata, seu renuntiata peruenerunt ad dictum Ioannem ex donatione sibi facta ab eius patre dum in sacris patriæ potestatis constitutus esset, quæ ob id inualida fuit, ad *l. donationes quas parentes, C. de donat. inter. l.2. & ibi gloss. C. de inoffic. donat. l. cùm de bonis, C. de donat. l. si donatione, C. de collation. l. cùm oportet, § sin autem, C de bonis, quæ lib. leg.3. verb. no valdria, tit. 4. part. 5.* vbi Greg. *glos.1. l. 4 tit.15. part 6.* Paris. *conf.16. num.19 vol 2.* Corn. *conf. 199. col.21. vol.2. & conf.238 volum.3* Duen. *reg. 223. in princ.* Anton Gom. *ad l.17. Tauri num. 4.* & ibi Tell Fernandez *num. 1.* Castill *glos 1.* Ascan. Clemens *de patria potest. cap.6. effectu 10. num.24.* Mozz. *de contract. tit. de donation. §. de personis inter, &c. num 13.* Matiens. *l. 1 glos 3 num. 1. tit.6. lib. 5. noua Recop.* Montea-
20 legre *in praxi ciuili lib.2 cap.1. §. 34 num. 1.* † Quia respondetur dupliciter, & primò donationem illam fuisse factam a patre filio causa studij, vnde validam esse tenent *d. leg.3. tit.4. part. 5. circa fin.* & ibi Greg. *verb no valdria*, D. Barbos. *in l.1. ff. soluto matr. part.7 à num 29. & num.35.* Rebuff. *in tract. de priuileg. schol. priuil.60.* Horat Luci. *eod. tract. priuil 22.* Ioan. Garc. *de expens. cap.4. num.1.* Paschal. *de iurib. patriæ potest. par. 1. cap.4. num.33.* Perez ad Seguram *in l. vnum ex familia, § sed si fundum num. 131. ff. de legat. 2.* Tello Fernandez *l.17. Tauri num.113.* Mozz. *de contract. lib. tit. de donation. § de personis inter quas, &c. num.18.* Mendez de Castro *in l. cùm oportet, part.4. num. 174. C. de bonis quæ lib.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. part. 2. lib.13. tit. 14. num. 3.* † Ac filio acquiri talium bo- 21
norum dominium, si habuerit effectiuam & realem illorum traditionem, resoluunt Greg. *d. leg.3. verb. no valdria*, Duen. *d. reg.223. num 5. in fine*, Anton. Gom. *d. leg 17. Tauri num.8.* Castill. *ibid. num.37* & Tello Fernandez *num. 89.* Secundò respondetur donationem illam fuisse iuratam, quo casu iuramentum per se solum sufficiens est ad transferendum dominium irreuocabile in donatarium, secundùm Alex *conf. 8. num.19 lib.1. & conf.25 num. 15. & 77. lib. 1.* Anton. Capic. *decis.56. num. 2.* Palat. Rube. *in rub. de donat. inter virum. §.1. num 6.* Roder. Xuar. *in l. 9. tit.11. lib.1. fori*, Clar. *§. donatio, quæst. 8. in fine*, Segura *in repet. l. Imperator 50. num.85 ff. ad Trebell. & in l.1 §. si vir num. 140 ff. de acquirir. possess. & in l. vnum ex familia, §. sed si fundum num 133. ff. de legat. 2.* Couar. *in cap. quamuis pactum, part.3 §. num.5. de pactis lib. 6.* Seraphin. *de priuilegijs iuram. priu. l.71. num. 1.* & ibi eius additionator Martinus Benckendirfius *num.2.* Gutier. *de iuram. confirmat. part.1. cap.4. num.4.* Angul. *de meliorat. l. 1. glos.8 num. 2. tit. 6. lib. 5. noua Recop.* Thesaur. *decis. 32. num.10.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.11. num.2.*

DVBIVM III.

Vtrùm officium emptum filio ex pecunijs paternis, sit ei in legitimam imputandum?

QVamuis officium ipsum emptum à patre in 22
personam filij tanquam quid merè personale, & consistens independenter in persona filij, & illius idoneitatem, & commodum respexerit Princeps in concedendo, non dicatur in patrimonio patris, *l. Lucius la. 1. ff. de legat 2. l. fideicom. §. si seruo, ff. de legat. 3.* & notant Ias. *in l. omnimodo, §. imputari, num. 1. C. de inoff. testam. & in l illud, num. 5 vers. Vel potest, C. de collat.* Anton. Gom. *l.19. Tauri num.21 in princ.* Et consequenter in eiusdem filij legitimam non imputetur, vt per Bart. *in l.1. § nec castrense, num.4 ff. de collation.* Vasquez. *de success. creat. §.30 num.214* Crass. *§. legitima, quæst.26. num 4* Anton. Gomez *citato loco.*

Nihilominus tamen pretium illius, seu æstima- 23
tio tanquam res merè proueniens ex facto patris conferri debet, & imputari in legitimam licèt officium non sit ad hæredes transmissibile, quia saltem est alienabile, vt est text. *in d. §. imputari*, & ibi notant omnes Doctores, & *in l. illud, C de collation* Bart. *in d. l 1. §. nec castrense, num 4. vers. Quædam est malitia, ff. eodem*, Rip *in l. in quartam num. 163. ff ad legem Falcid.* & Fiumaggiol. *num.463.* Bec. *conf 20. num.29. lib.1.* Vasquez *d. §.30. num.218.* Couar. *var. lib. 3. cap. 19. num.6.* Tello Fernandez *in l.19. Tauri num 11.* & *ibidem* Anton. Gomez *num. 21.* Gama *Lusit. dec. 29. num.3.* Gutier. *in pract. lib.2. quæst.64. num.5.* Giouanon. *conf 94 num 27 lib.1.* iunctis traditis per Thom. Valasc. *alleg Iuris tom 1. alleg. 59. num. 1.* † Et de officiis 24
Romanæ Curiæ, quæ licet non transmittantur ad hæredes, ex quo tamen possunt mediante resignatione in manibus Papæ in alios vendi, quod in legi

timam imputentur, dixit Castren. *in d. § imputari n. 5.* Ias. *num. 3. & in d. l. illud num 6* Rip. *in d. l. in quartam, num. 161. cum seqq.* Gama *d. decis 29. num. 3.* Anton. Gomez, Vasquez, Dello Fernandez, & Fiumaggiol. *in locis praallegatis.*

25 Et licèt Nicol. de Vbaldis *de success. ab intest par. 1. num. 31.* in contrariam opinionem inclinauerit, ea motus ratione, quòd pro validitate alienationis huiusmodi officiorum requiritur licentia Papæ, quia in illius manibus debent resignari, & quod pendet à voluntate Principis, impossibile reputatur, *l. apud Iulianum, §. constat ff. de legat.* 1. Attamen communiter à Doctoribus hæc opinio reprobatur, vt per Ias. *in d. l. illud num. 6.* Rip. *in d. l. in quartam, num. 164* Vasquez *d § 30 num. 218.* Gutier. *d num. 5. vers Et hæc est,* & requiritur quidem licentia Principis, sed cùm de facili concedatur, alienatio impossibilis non reputatur, vt per Ias & cæteros suprà citatos

26 Non obstat Doctores prædictos loqui in officio modici valoris, & in quibus affectio Principis, & industria, ac idoneitas personæ, in cuius caput emitur, non consueuit ita sedulò inquiri: vnde secus videtur dicendum in officio magni valoris, & cuius conspicuum est munus, ac in admittenda illius venditione, seu resignatione, Princeps non ita facilis esse consueuit, vt per hanc rationem, quòd officium Clericatus Cameræ, & Auditoratus non imputetur in legitimam, tradit Fiumaggiol. *in d. l. in quartam, num. 468.* Quoniam vltra quòd posset dubitari an id procedat in ipso solummodo officio, seu eius titulo; an autem vendicet etiam sibi locum in illius pretio, seu æstimatione, respondetur ad præsentem casum non applicari rationem illam Fiumaggiol. & aliorum *in d. l. in quartam, & in d. §. imputari*, an scilicet Princeps de facili assentiat huiusmodi officiorum venditionibus, quia de facto iam consensit, & admisit venditionem factam, & ideo nulla subest causa, vel æquitas ob quam prædictum pretium non imputetur in legitimam, alioquin patet illusus fuisset si filius officium eius pecuniis emptum abdicasset à se, & tamen idem filius lucraretur illius æstimationem, hincque notabilis resultaret inæqualitas inter filios; quod in hac materia multum animaduertunt Doctores, ex Bart. *in l. 1. §. nec castrense, num. 11. vers. Fallit in tribus, ff. de collation.* Menoch. *de præ-*
27 *sumpt. lib. 3. præs. 30 num. 12.* † Et demum cessit difficultas, quia opinio illa Fiumaggiol. & quotquot possent allegari, non est admittenda quoties in contrarium apparet de voluntate soluentis, quod non intellexerit donare; quemadmodum licèt regulariter libri empti à patre, & traditi, filio censeantur donati, ne imputentur in legitimam, tamen si constet de voluntate patris, quòd non intellexerit donare, tunc quidem imputantur. Dec. *in l. si donationem. 41. vers. Et limitatur, C. de collat.* cum aliis per Menoch.
28 *de præsumpt. lib. 3 præs. 30. num. 16. & 20.* Nec non † expensæ factæ à patre pro nuptiis filiorum regulariter quidem non imputantur, attamen secus est si ipse iussit imputari, Bald. *in l. filiæ cuius num. 14. C, famil. hercisc.* Pereg. *cons. 92. num. 3. in fine, lib. 3.* & alias passim.

Dvbivm IV.

Vtrum tertia pars omnium bonorum Ioannis professi spectet ad eius matrem pro legitima à die professionis, & sic morte naturali professi non expectata?

Sicut à parentibus legitima filiis debetur, ita à filiis parentibus à lege defertur, *l. nam etsi parentibus, ff de inoffic. testam. l. scripto. ff vnde liberi, l. omnimodo, C. de inoffic. testam.* Seraphin. *decis. 1365. num. 1.* Vnde succedit controuersa quæstio à quo tempore matri legitima debeatur à Ioanne eius filio professo in qua non desunt infiniti prope sustinentes vtramque respectiue opinionem. 29

Nam quòd legitima debeatur matri de tempore mortis naturalis professi, expressè tenuerunt Accurs. *in auth si qua mulier, C. de sacros. Eccles* & cum eo omnes legistæ in eadem *Auth.* Pinel. *in l 1. num 50. part. 1. C. de bonis matern* Bee. *cons 34. num. 18.* Surd *cons. 238 num. 10 & de alimentis tit. 1 quæst. 29 num. 7.* Turret *cons. 89 lib. 2.* Bened. Ægid *in l 1. C. de sacros. Eccles. part. 4. §. 1. num. 8.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, in verb. mortuo itaque testatore il 1. num. 299.* Gutier. *Canon lib 2 cap. 1 num. 75. & 95.* Stephan. Gratian *discept forens. cap. 102. num. 2. & 3.* Melch. Phœbos *Lusit. decis. 13. num. 36. tom. 1.* apud quos infiniti eiusdem opinionis referuntur: & eandem opinionem multi ex Canonistis sequuti sunt, nempe Butt. *in cap in præsentia num. 29.* Deci. *num. 67. de probat.* Calder. *in cap. si pater, in fine, de testam.* Ioan. de Anania *in cap 2 num 16 de delict puerorum.* 30

Cæterùm, quòd legitima debeatur matri à die emissæ professionis, morte professi non expectata, sustinent glos. *verb. paterna,* & Anchar. *num. 4. vers Si autem impubes,* Butr. *num. 5. in cap. cum simus, de Regular glos. verb. mota, in cap transmissa, qui filij sint leg.* Abb *in cap. in præsentia num. 59. de probat.* Cou. *in cap. 2. num. 7. de testam.* Azeued *leg. 1. num. 45. tit. 8. lib. 5. noua Recop.* Fachin. *controuers. lib. 6. cap. 15.* Honded. *cons 60. num. 19. & seq. lib. 2.* Azor. *instit moral part. 1. lib. 1. cap. 8.* Sanch. *in præcepta decalogi tom. 1. lib. 7. cap. 10.* Rot. *in Tridentina legitimæ 3. Ianuary 1607. coram Ortembergo, & in Nouarien legitimæ 3. Decembris 1627. coram R. P. D. meo Pironano.* 31

Mouentur posterioris sententiæ Auctores multis, sed tribus potissimùm fundamentis; primò, quia expressè videtur determinatum *in d. cap. cum simus,* dum filius patre iam professo admittitur ad postulanda bona, quæ sibi ex successione paterna proueniunt. Secundò, quia id ipsum colligitur ex *auth. de Monachis §. si quis autem, vers. Si vero filios*, vbi indicatur statim à professione deberi legitimam, nec mortem expectandam, ibi, *Nihilominus quarta debeatur filijs,* &c. Tertiò, quia licèt legitima non debeatur filiis in vita parentum, *l. 1. §. largius, ff. de success. edicto,* Bart. *in l. si quis legatum, §. fi. ff. de falsis, & in l fin. num. 2. ff. de liber. agnosc.* Seguta *in repet l 3. § fin. ff. de liber. & posthum.* Tello Fernandez *in l. 23. Tauri num. 11.* Morchq. *de diuis. bonorum lib. 1. cap. 3. num. 4.* Caualcan. *decis. 172. num. 15.* Paschal. *de viribus patriæ potestatis part. 2. cap. 4 num. 20.* Angul. *de melioration. l. 1. glos. 1. num. 7. tit. 6. lib. 5. noua Recop.* Menoch *cons. 77. num. 6. vol. 1* Castill *controuers. lib. 1. de vsufructu cap.* 32
64. *num. 11.* † quia illa datur filiis ex bonis hæredita- 33
riis, *l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testam l. non amplius, §. fin ff de legat. 1.* Mariens *l. 4. glos. 1, num 3. in fine tit 6. lib. 5. noua Recop.* & in vita parentum eius hæreditas esse non potest, *l. 1. ff. de hered. vel act. vend. l. qui superstitis, ff. de acquir. hered.* Anton. Mangil. *de imputation. quæst. 91, num. 12. & quæst. 181. num 5.* † Ni- 34
hilominus tamen in hoc casu mors ciuilis, quæ per professionem Monacho euenit, cùm dicatur ciuiliter mortuus, *cap. placuit 16. quæst. 1,* Pereg. *de iure fisci lib. 3. cap. 5 num. 12,* Card. Tusch. *pract. concl. lit. M. concl. 392. per tot.* Ego ipse *in locis communib. argument. Iuris loco 74. num. 6.* habet eundem effectum, quem

quem habet mors naturalis, ad notata per me *d. loco 74. num. 1.*

15 Qua posteriori opinione vti veriori & æquiori retenta, ac per sacram Rotam firmata non obstant fundamenta prioris sententiæ, quibus responsionem præstat Honded. *d. cons. 60. num. 24 lib* 2. quam reassumpsit à Gazadin. *cons. 41 num.* 7. vt scilicet locum habere possint quando mors ciuilis non habet eundem effectum, prout habet mors naturalis, quia bona non acquiruntur hæredi, donec viuit Monachus, sed Monasterium illa possidet, & per consequens etiam Monachus possidet in communi; sed quando bona fuerunt acquisita hæredi, qui illa possidet ac si testator mortuus esset, quo casu mors ciuilis habet eundem effectum, quem habet naturalis, & tunc omnes effectus naturalis consequuntur, prout sunt solutiones legatorum, detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, æris alieni, & similium, quæ contingunt quando bona transeunt ad hæredem per affectum mortis naturalis.

Toletana maioratus.

Masculorum repetita vocatio in maioratus institutione, an excludat masculos ex fœminis, & exindè præsumatur animus conseruandæ agnationis? & alia in materia maioratuum vtilissima.

Votvm VII.

1 *Eligendi facultas quando est restricta ad tempus mortis, potest eligens in vita, vsque ad mortem semel atque etiam pluries variare.*

2 *Nominare in maioratibus electiuis, quamuis sit præcisa obligatio, est tamen actus de se facultatiuus.*

3 *Præbendarum collationes donationes appellantur.*

4 *Conditio posita in fideicommissis, vel maioratibus ducendi consanguineam est valida, & intelligi debet accedente Pontificis dispensatione.*

5 *Conditio ducendi consanguineam etiam secundo gradu consanguinitatis coniunctam, est valida.*

6 *Dispensationem impetrare qui grauatur, tenetur illam petere, & solicitare.*

7 *Conditio mixta habetur pro impleta, quoties non potest impleri per factum eius in cuius persona impleri debet.*

8 *Conditio imposita nubendi Petro, habetur pro impleta si Petrus priùs cum alia matrimonium contraxisset.*

9 *Conditio habetur pro impleta quando mulieri fuit iniunctum per præceptum nubendi cum Petro, & per Petrum stetit quominus contraheretur matrimonium.*

10 *Nepotes non veniunt quoties vocantur filij primogeniti masculi, quia hæc vocatio restringitur ad filios immediatos primi gradus.*

11 *Masculorum appellatione comprehenduntur masculi ex fœminis.*

12 *Agnationis conseruandæ animus non præsumitur ex masculorum vocatione.*

13 *Masculinitatis repetitio in eadem oratione masculos ex fœminis excludit.*

14 *Verba geminata plurimum operantur, & inducunt eiusmodi esse disponentis voluntatem.*

15 *Mutato sexu non mutatur ratio exclusiua.*

16 *Matre exclusa exclusi videntur omnes cognati, qui veniunt à persona matris.*

17 *Auia exclusa, à qua linea incipit, tota pariter linea exclusa censetur.*

18 *Persona vna exclusa omnes eius descendentes exclusi censentur.*

19 *Fœmina, quæ non potest succedere, nec etiam filij eius ex persona ipsius, possunt deducere ius succedendi.*

20 *Intelligitur locus Ludouic. Molinæ.*

21 *Masculorum appellatione quando fuit considerata agnationis conseruatio non censentur comprehendi masculi ex fœminis descendentes.*

22 *Agnationis conseruandæ animus præsumitur quando post repetitiam masculinitatis mentionem, nulla fœminarum habita fuit mentio.*

23 *Masculorum vocatio non fit alia ratione, nisi pro conseruandis bonis in agnatione.*

24 *Adducitur elegans doctrina Ludouici Molinæ.*

25 *Agnationis conseruandæ ratio censetur habita ex sola masculorum vocatione.*

26 *Maioratus possessor quomodo possit successorem designare, ostenditur.*

27 *Sententia lata contra maioratus possessorem successoribus etiam non citatis præiudicat, nisi constet de dolo, collusione, vel fraude.*

28 *Maioratus plures insimul possideri possunt secundum Hispaniæ consuetudinem.*

29 *Filijs non consentientibus non possunt eorum legitimæ annexari maioratui.*

30 *Parentes sunt debitores filijs in suis legitimis.*

31 *Grauamen omne legitimæ filiarum per parentes impositum ministerio legis tollitur.*

32 *Maioratus potest super legitima filiorum institui competentibus alimentis illis relictis, vel consensum præstantibus.*



Petrvs & Francisca matrimonialiter ad inuicem coniuncti maioratum in vna scriptura instituerunt, illa conditione, vt in eo succederet vnus ex suis filiis masculis, quem superstes tempore mortis elegerit, pro eo scilicet filio, & descen

descendentibus exinde filiis primogenitis masculis, qui ducere teneantur vnam ex consanguineis. Petrus superstes elegit Antonium eius filium, ex Antonio nascitur Augustinus, ex Augustino Ioannes, qui cùm filios non suscepisset, ad successionem huius maioratus concurrunt modò Philippus, & Iacobus, primus vti descendens ex masculis à dicto Petro, secundus verò ex filia Antonij. Quæritur quis ex his potiùs ius habeat.

1 Non dubitatur an illa clausula, *quem superstes tempore mortis elegerit*, sit restricta ad tempus mortis, itaut eligens in vita possit, vsque ad mortem semel, atque etiam pluries variare, de quo vide Tiraq. *in l. boues, § hoc sermone, limit.* 15 *num.* 9 *ff. de verbor. signif.* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap* 4. *num.* 23. *cum seqq.* alt. Molin. *de instit. disp.* 594. *à princip.* Sim. de Prætis *de interp. vltim. volunt. lib.* 1. *interp* 1 *dub.* 5 *solut.* 3. *ex num.* 1 Mieres *de maioratu part.* 1. *quæst.* 48. *num* 178 *in noua impres.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt quæst.* 10. *num.* 83. *& de potest. eligen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. Valasc. *cons.* 102. *num.* 15. *&* 23. Flores de Mena *var lib.* 3. *quæst* 22 *num.* 55. Thom Valasc *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 61. *à num.* 6. Pax *de tenuta cap.* 34. *num.* 62. vbi etiam quid si electio facta fuerit per viam donationis inter viuos, seu per alium quemcunque contractum, & quid post traditum dominium rei electæ.

2 Nec etiam circa aliam claus. ibi, *vnus ex suis filijs*, &c. dubitatur de potiori iure vnius filij maioris, qui prætermissus fuit, & alius minor nominatus, quia nominare in maioratibus electiuis, quamuis sit præcisa obligatio, est tamen ita actus de se facultatiuus, vt nominatio facta magis ad fauorem vnius, quàm alterius sit mera gratia, & donatio, vbi enim quis potest adimere, & non adimit, censetur dare, *l.* 1. *§. sciendum ff de legat.* 3. *l. cùm hic status, ff. de donat. inter virum*, Molin. *de primogen. lib.* 2 *cap.* 4. *num.* 81. *cum seqq.*
3 vbi ait, quòd † eadem ratione præbendarum collationes donationes appellantur, alt. Molin. *de instit. tom.* 2. *disp.* 592. *num* 5. *vers. Et aduersus*, Fusar. *de substit.* 451 *num.* 1. *cum seqq.*

4 Nec pariter dubitatur de validitate alterius clausulæ, quòd teneantur vnam ex consanguineis ducere, qui in hoc maioratu succedent, quia conditio illa posita in fideicommissis, vel maioratibus ducendi consanguineam, est valida, & intelligi debet accedente Pontificis dispensatione, vt per Emman. Costa *lib.* 1. *select. cap.* 8 *num.* 14. Sfort. Odd *cons.* 52. *per tot.* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 13. *num* 7. *& in addit. ad finem operis cap.* 13. *num.* 11. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 22. *num* 23 *& cons.* 18. *n* 6. *&* 7. latè Castill *controuers. lib* 3. *cap.* 7 *ex num.* 42. qui tres vltimo loco citato aiunt valere conditionem, licèt absit claus. *Si Papa dispensauerit*, quia ea subintelligitur semper tacitè posita tanquam necessaria, & sine qua consanguinei contrahere non poterunt. † Et hoc adeò verum est, vt
5 procedat, etiamsi conditio sit expresè posita inter consanguineos secundo gradu consanguinitatis coniunctos, Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 5. *num.* 19. 20. *&* 21. Molin *de Iustit. tom* 2. *disp.* 613. *per tot* Ca-
6 still. *d. lib.* 3. *cap.* 7. *à num* 45. † Et cui imponitur grauamen impetrandi dispensationem, tenetur illam petere, & solicitare omni cura, & plenam diligentiam adhibere, quamuis difficile esset illam obtinere, quia aliàs non excusaretur, Bald. *cons* 393. *num.* 3. *lib.* 2. Paul de Castro *cons.* 453. *num* 2 *lib* 1. Mieres *de maioratu part* 4 *quæst* 4. *num.* 10. *&* 20. Gutier *cons* 18. *num.* 9. Sanch. *d. lib.* 5. *disp.* 5. *num.* 12. Castill. *d. lib* 3. *disp.* 7. *num.* 21. *&* 22.

7 Si verò nulla sit consanguinea cum qua contra-
8 here valeat, vel si adsit, nolit matrimonio copulari, tunc conditio habenda est pro adimpleta, nam conditio mixta habetur pro impleta, quoties non potest impleri per factum eius, in cuius persona impleri debet, *l. si Titius* 14. *l. Iure Ciuili* 24. *l. in testamento* 11. *ff. de condit. & demonst. l. qui concubinam, § vxori, ff. de legat.* 3. *l. Mænia, in princip. ff. de annuis legat.* Menoch. *illustr. lib.* 3. *cap.* 93. *num* 3. *& num.* 5. Vbi subiicit rationem vulgarem, quòd quando conditio nubendi pendet ex facto alterius, alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, quia fortè ille, cui debet nubere, posset hoc facere malitiosè, vt illa perderet hæreditatem nulla subsistente iusta causa; idcirco lex vult, quòd tunc conditio habeatur pro impleta, *l.* 1. *C. de his, quæ sub modo*, ibi, *sed si per te non stat quominus voluntati testatoris pareat, sed per eum cui nubere iussa est, quominus id, quod ibi relictum est, obtineat, non oberit, l. si post diem §. item si qua, ff quando dies legati cedat, l. testamento* 31. *ff. de condit. instit.* † Quorum Iu- 8
rium auctoritate resoluunt communiter Doctores mulierem, cui fuit conditio imposita nubendi Petro, succedere ac si illi nupsisset, si Petrus prius cum alia matrimonium contraxit, eùm eo ipso conditio habeatur pro impleta, ita in specie tradunt Socin. *in l. in testamento la* 1. *num.* 2. *&* 7 *ff de condit. & demonst.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynuntius verb. cuidam Petro tradiderunt, num.* 3. Simon de Prætis egregiè hoc probans *de interpret. vltim. volunt lib* 4. *interp.* 1. *dub.* 12 *n.* 69. *& interp* 2. *dub.* 1. *num* 7. Ioan. Bapt. Plot. *inter consilia matrim. diuersa cons.* 87. *num.* 8. Menoch. *de præsumpt lib* 4. *præs.* 183. *num.* 25. *& cons.* 146. *num.* 31. *vers. Secundus est casus*, latè Galganet. *de conditionib. part.* 2. *cap* 1 *quæst* 29. *num.* 7. *&* 8. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 20 alt. Molin. *tract.* 2. *disp* 206. *vers Quando legatum, & disp* 613 *num.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 33. *num* 8. *&* 10. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11 *tit.* 8. *num.* 17. Idem † quando mulieri fuit in- 9
iunctum præceptum nubendi cum Petro, & per Petrum stetit quominus contraheretur matrimonium, quia conditio habetur pro impleta, & mulier potest cum alio contrahere matrimonium, & consequitur legatum, seu hæreditatem, resoluunt Socin. *in d. l. in testamento la* 2. *num.* 11. Plot. *d. cons.* 87 *num.* 18. Menoch *d. præs.* 183 *num* 18. Sanch. *d. lib.* 1 *disp.* 31. *num.* 18. *vers. Quartum dubium*, Galganet *d part.* 5. *cap.* 8 *n.* 20. *&* 21.

Et quatenus in dicta institutione vocantur filij 10
primogeniti masculi, vocatio hæc restringitur ad filios immediatos primi gradus, si adsint, & in hoc casu nepotes non veniunt, iuxta singularem doctrinam Bald. *in l. intestato, de suis, & leg. hered.* quæ loquitur in maioratibus vbi vocatur filius primogenitus, quam Baldi traditionem probarunt, ibi, Fulgos. Cornel. & Paul. de Castro, Tiraq. *de primog. quæst.* 40. *num.* 219. Costa *in tract. de maiorat. part* 1 *num* 8. *& part.* 2. *num* 9. *vers Confirmatur hoc argumentum*, vbi ait, receptius approbari, sequitur Mandel. Alba *cons* 60 *n.* 5. vbi dicit, hoc fundamentum esse communiter approbatum, latè probat. Alexand. *cons.* 4. *num.* 9 *& per tot. lib.* 4. pulchrè Bellon. *cons* 50. *num.* 3. Peregr. *de fideicommiss. art* 2. *num.* 44. *in fine, vers. Hæc verò conclusio non procederet*, Baret. *cons.* 140. *num.* 2. Cou. *practic cap. vlt. num* 4. *vers. Quintò idem erit*, Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt lib.* 8 *tit.* 9 *num.* 11 Raudens. *de analogis in append. part.* 1. *num.* 56. *&* 66. Menoch. *cons.* 115. *n.* 2 *lib* 2.

Tota igitur difficultas in eo consistit, an repeti- 11
tio masculinitatis, de qua in dicta institutione, excludat masculos ex fœmina, & sic Iacobum, qui descendit ex filia Antonij. Et videtur dicendum non excludere, quia masculorum appellatione comprehenduntur

cenduntur masculi ex fœminis, *cap. 1. de eo, qui sibi, & hered. suis auth. de hered. ab intest. venient. §. 1. & 2. §. item vetustas, Instit. de hered. qua ab int.* Fulgos. *cons.* 85. *num.* 1. Alciat. *in l. Gallus, §. nunc de lege, num.* 15. *ff. de liber. & posth.* & *ibi* Claud. de Seysel *num.* 14. Paul. *in l.* 1. *num.* 3. *&* 6. *C. de condit. insert.* & *ibi* Corn. *ex num.* 19. Guid. Papæ *cons.* 612. *num.* 3. Bero. *cons.* 110 *num.* 54. *& cons.* 12 *num.* 11. *vol.* 1. Socin. iun. *cons.* 2. *num.* 11. *&* 13. *vol.* 3. Roland. *cons.* 73. *num.* 14. *&* 15. *vol.* 3. Alciat. *cons.* 15. *num.* 1 *lib.* 8. *& cons.* 104. *num* 1. *lib.* 9. Baeç. *de non meliorandis filiabus cap.* 6. *num.* 36. *&* 39. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 16. Alba *cons.* 86. *num.* 4 *&* 5 *lib.* 1. *& cons.* 87. *num.* 4 *eodem lib.* Gam. *Lusit. decis.* 164. Emman. Costa *de patruo, & nepote part.* 3. *num.* 43. *&* 45. *vers. Verum,* Sim. de Prætis *de interpret. vltim volunt. lib.* 3. *interp.* 3. *dub.* 1. *solut.* 11. *num.* 7. *&* 24. Pereg. *de fideicom. art.* 26. *num.* 1. *&* 2. Rosenth. *de feudis part.* 1. *cap.* 7. *quæst.* 36. *num.* 9. Menoch. *cons.* 801. *num.* 32. *cum seqq. & cons.* 930. *num.* 10. Surd. *cons.* 308. *lib.* 3. Alexand. Raudens. *de analog. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 15. Anton. Fab. *de errorib. pragmatic. decad.* 28. *errore* 8. Et in specie de successione maioratus agentes, ita obseruant, Ruin. *cons.* 120. *num.* 8. *lib.* 4. Alciat. *cons.* 1. *&* 4. *lib.* 8. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 48. Mieres *de maioratu part.* 2. *quæst.* 50. *num.* 50. vbi asserit id esse receptissimum, Auendan. *in l.* 40. *Tauri glos.* 9. *num.* 74. *&* 75. Valasc. *de iure emphyt. lib.* 1. *quæst.* 41. *num.* 5. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. quæst.* 17. *num.* 51. Anton. Fab. *in suo Codice lib.* 6. *tit.* 16. *de verb. signif. definit.* 1. *&* 2.

12 Ratio est, quia exclusio in hoc casu locum haberet, quando in institutione considerata fuisset agnationis conseruatio, ex adductis infrà *num.* 21. Sed ex sola masculorum vocatione non præsumitur animus conseruandæ agnationis, secundùm Bart. *in l. liberorum num.* 12. *ff. de verb. signif.* Bald. *in l. si defunctus num.* 8. *C. de suis, & legit. hered.* Lap. *alle.* 101. *vers. Secundò non potest,* Alexand. *cons.* 80 *num.* 7. *lib.* 1. *& cons.* 97. *num.* 12. *vers. Nec obstat vltimum argumentum, lib.* 2. *& cons.* 85. *num.* 18. *lib.* 4. Tiraq. *in tract. Cessante causa, lim.* 21. *num.* 13. Capic. *decis.* 21. *num.* 9. Ceph. *cons.* 210. *num.* 60 *lib.* 2. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 7. Anton. Gabr. *communium lib* 6. *tit. de tractatu, concl.* 61. *num.* 4. *&* 10. Igitur, &c.

13 Verùm his non obstantibus dicendum est in nostro casu potius ius habere Philippum, & excludere Iacobum vti masculum ex fœmina. Primò, quia constat in dicta institutione fuisse sæpiùs repetitam masculinitatem, vnde succedit doctrina, quòd repetitio masculinitatis in eadem oratione excludit masculos ex fœminis, Cuman. *cons.* 117. Dec. *cons.* 480. *num.* 3. Tobi. Nonius *cons.* 16. *num.* 19. Rube. *cons.* 71. *num.* 6. Cephal. *cons.* 11. *num.* 12. Peralta *in l. Titia cum testamento, §. Lucius Titius num.* 5. *&* 6. *ff. de legat.* 2. Pereg. *de fideicom. art.* 25. *num.* 29. Menoch. *cons.* 585 *num.* 4. *lib.* 6. Raudens. *cons.* 35. *num* 21. *& cons.* 36. *num.* 18. *lib* 1.

14 † Verba enim geminata plurimum operantur, & inducunt enixam esse disponentis voluntatem, *l.* 1 *ff. de ædilit. edicto,* ibi, *hus dixit Prætor, vt melius intelligitur, Clem.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* ibi, *nec potest negari quin seriosè fuerit dictum cum toties fuerit repetitum,* Cephal. *cons.* 58. *num.* 18. *vol.* 1. Carroc. *voto* 56 *num.* 15. *& seq.* Beroi. *cons.* 41. *num.* 44. *vol.* 3. Pancirol. *cons.* 4. *num.* 21. Achil. Pedrocha *cons.* 6. *num.* 16. Mari. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 3 *num.* 7. *& lib.* 3. *resol.* 1. *num.* 32. Anton. Monach. *Lucensi decis.* 13. *num.* 33. *& decis.* 35. *num.* 15. *& Florent decis.* 50. *num.* 25.

15 Secundò, quia Iacobus concurrit ex persona eius auiæ à qua descendit, licèt masculus sit, nam, vt benè notauit Bald. *in l. maximum vitium, num.* 4. *C. de liber. præter.* mutato sexu, non mutatur ratio exclusiua, cùm non possit filius succedere, nisi tanquam auiæ imago, arg. *l. illam, §. pen. C. de collation* idem Bald. *cons.* 40. *col.* 1. *vers. Non obstat. lib.* 1. *Cùm ergo,* inquit, *mater non est vocata, nec linea, quæ ab ea descendit, censetur vocata,* optimè Philip. Dec. *consil.* 656. *n.* 3. *& seq.* ibi, *Et idem concludit Bart.* in l. 2. §. viden-
dum, ff. ad Tertullian. † *dum inquit, quòd exclusa ma-* 16
tre, exclusi videntur omnes cognati, qui veniunt a persona matris, & idem tradit Bald in l. maximum vitium, C. de liber. præt. *vbi Paul de Castro refert Baldum,* ibi, *& dicit, quod communiter omnes ita tenent, cum similibus, vt refert Alexand.* cons. 134. lib. 6. & consil. 144. eod. lib. 6. *& secundum istam conclusionem consuluit Corn.* consil. 188. lib 2. *vbi concludit, quòd exclusa matre ab statuto omnes coniuncti ex persona matris excluduntur, & est regula, quam ponit Angel.* in §. reliquum, in auth. de hæred. ab intest. in vers. Ex diuerso, *quòd quando aliqua persona excluditur non propter suum delictum, ita omnes venientes ex eius persona excluduntur, quia veniunt à radice infecta.* † Hactenus Deci. 17
Ratio est clara, quia cùm auia lineæ principium sit illis, qui ab ea descendunt, non potest enim linea sine principio deduci, ideo auia exclusa tota linea pariter exclusa censetur, Bald. *in d. l. maximum vitium num.* 4. *C. de liber. præter.* ibi, *Sed mater inuenitur exclusa; ergo tota linea, quæ ex ipsa descendit, quia nisi in capite principium sumat, & vlteriùs produci non potest, arg.* ff. de action. & obligat. l. quæcunque gerimus, *&c.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap* 5. *num.* 41. Menoch. *cons.* 954. *num.* 33. Fusar. *de fideicom.*
quæst. 778. *num.* 3. *vers. Octauò quia.* † Exclusa enim 18
vna persona, omnes eius descendentes exclusi censentur, *cap.* 1. *de success. fratr. cap.* 1. *§ hoc autem, de his, qui feud. dare pos.* Molin. *d. lib* 3. *cap.* 5. *num.* 41. Mieres *de maioratu part.* 2. *quæst.* 6. *num* 46. Ioseph. de Rusticis *in l. cùm auus, ff. de condit. & demonst. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 2. *cum seqq.*

Hanc eandem resolutionem tenet Rot. Romana 19
in Florentina fideicommissi de Cambys 9. *Iuny* 1627. *coram R. P. D. Dunozetto,* ibi, *Sed in præsenti casu Cassandra, quamuis sit descendens à dicto Siluestro, illa non reperitur vocata, cùm non habeat qualitatem masculinitatis sub qua vocati fuerunt fily Siluestri, vnde cùm ipsa non possit succedere, nec etiam fily eius ex persona ipsius possint deducere ius succedendi* Surd. *cons.* 85. *num.* 10. *vers.* Attamen prædictis non obstant *lib.* 1. Ruin. *cons.* 18. *num.* 5. *lib.* 3. Tiraq. & infiniti alij, per eum citati, *de primog quæst.* 12. *num.* 16. Curt. iun. *cons.* 117 *col pen. vers. Causa secunda,* Surd. *decis.* 139 *num.* 8. Rot. *decis.* 663. *num.* 22. *p.* 1. *recent.*

Non obstat Molin. *d. c.* 5. *num.* 48. quia loquitur in 20
descendentibus ab aliqua fœmina non exclusa, vti ex eiusdem verbis apparet, ibi, *veluti si maioratus institutor vocauit filiam suam, & eius descendentes masculos, sub hac namque vocatione descendentes masculi, etiamsi ab aliqua fœmina* (non dicit exclusa) *ab ipso institutore descendenti procreati fuerint, comprehenduntur in hoc primogenio, ex masculorum vocatione non censetur habita agnationis ratio.*

Tertiò, quia in maioratus institutione considera- 21
ta fuit agnationis conseruatio, tunc enim appellatione masculorum masculi ex fœminis descendentes comprehensi non censentur, vt *in §. item vetustas, Instit. de legitim. agnat success.* Anch. *cons.* 319. *sub num.* 6. Socin. *in l. Gallus, § nunc de lege, num.* 5. *ff. de liber. & posthum.* Tiraq. *de primog quæst.* 13. *in fine,* Socin iun. *cons.* 2. *num.* 11. *lib.* 3. Mantic. *de coniect lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 10. Pereg. *d. art.* 26. *num.* 12. Gam. *Lusit. decis.* 194. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 48. Mieres *d. part.*

part.2. quæst 6.n.55.vers.In hac etiam materia, Valasc. de iure emphyt.quæst.41 num. 5. Valasquez l.40. Tauri glos 9.num.74.Matia de successiõ.part.1. art. 5. per totum,Rot.decis.15.num 2.& decis.150.num 9.part.1. diuersor.

22 Animus autem conseruandæ agnationis in institutore ex eo colligitur, quia vltra repetitam sæpiùs masculinitatis mentionem in nulla parte institutionis vocata est fœmina, quo casu ex vocatione masculorum nulla facta fœminarum nominatione, aut habita de illis mentione, absque dubio præsumitur animus conseruandæ agnationis, ex adductis per Socin.iun. cons.30.num 2.lib. 4. Cephal. cons. 600. num. 35.lib 4.Guid.Papæ decis 612. Greg. Lopez l. 3. glos. magna quæst.19.tit.13.part 6 Crauet cons.250. num. 2. & cons.306. Hier.Gabr.cons.132.num.34.lib. 1. Padil. in l.cùm acutissimi num.22 C.de fideicom.Caualca.decis. 13.num 79.part 4.Aluarad.de coniect. mente def. lib. 2. cap. 1 § 4.Molin d l.b.3.cap.5.num.29.35.& 50. Mieres d.part.2.quæst.6.num.65. Menoch. de præsumpt.lib. 4.præs.69.num 10.& cons.216.num.8.lib.3.& cons 930. lib.10 Honded.cons 8. num. 56.lib. 1. Surd. cons. 406. num.13.lib.3.Sim.de Prætis de interp.vltim. volunt.lib. 3.interp.3 dub.1.solut.11.vers.Primò declaratur, Card. Mantic.de coniect.lib.6.tit.15 num.9.Petra de fideicom. quæst.9.num.195.Gutier.cons.13.num.23.Salaz. de vsu, & consuet cap. 11. num. 64 vers. Quòd si quæras, Ioan. Garcia.de nobilit. diuis num. 13. Castill. controu. lib. 2.
23 cap.4. num. 178. Ratio est, quia † hæc vocatio masculorum non fit alia ratione,nisi pro conseruandis bonis in agnatione, Card.Mantic.de coniect.lib.6 art. 15.num.2.Rimin.iunior cons 457.num.9.lib.4.Cephal. cons.16.num.44.Hieron. Gab. cons. 97. num. 24 lib.1. Honded.cons.70.num.39.lib.1.Card.Tusch. com. 5 lit. M.concl.102.num.2.

24 Ex his melius, quàm omnes attingit Molin.d.cap. 5.num 25 dum sic ait, Quòd si maioratus institutor masculos simpliciter, & absolutè ad eiusdem successionem inuitauerit, nec de fœmina in aliqua parte meminerit, ex hac masculorum vocatione, & si expressè rationem conseruandæ agnationis non adiecerit, censeatur voluisse agnationem conseruare, atque fœminas propter masculos remotiores excludere, &c. quod pluribus exornat citatis Doctoribus, & maximi quidem nominis, & auctoritatis. Et quamuis hæc conclusio plures habuerit contradictores ex eo motos, quòd aliquando fœminæ excluduntur, eo quòd maiori auctoritate masculi sustinent familiæ onera, vel quia solùm habitus fuit respectus ad qualitatem sexus à quo non descendunt filij masculi fœminarum. Rot. decis. 150.num.1.part.2.diuers.Nihilominus tamen Molin. præcedentem conclusionem amplectens concludit his verbis num.29.ibi, His autem non obstantibus prima opinio verior est, quamuis enim is, qui facit aliquam vocationem, seu fideicommissum temporale inter masculos possit alijs rationibus ad id efficiendum induci: is tamen qui aliqua bona masculis perpetuo iure maioratus possidenda reliquit; verosimiliter non potuit alia ratione quam conseruationis agnationis moueri, cùm respectu eorum, qui in posterum nascituri sunt, non possit particularis alia ratio respectu vnius quam alterius assignari, vt infrà isto cap.num.53. dicemus, ideoque hac ratio tanquam vnica expressa censenda est, &c.

25 Et ex sola masculorum vocatione censeri habitam rationem conseruandæ agnationis in terminis, tenet Aloarad.d.lib.2.cap.3.§.4.num.36.ibi, Si verò testator filium suum masculum & descendentes masculos ex eo ad maioratus successionem vocauerit, non dubito quin masculus, in quouis remotiori gradu existens propinquiorem, seu proximiorem fœminam excludat, vt post Ioan. Andr.& alios non paucos tenet Greg. in l.5.tit.15.part. 6.verb.mugeres,quæst.11.vers.An autem ex eo,quòd conditor maioriæ col.7. Quia tunc disponens agnationem suam conseruare censeatur, siquidem masculos descendentes, & sic agnatos expressè substituit, &c. Idem tenet Molin. d.cap.5. num.37. ibi, Sed quamuis hæc omnia probabilia esse videantur, nunquam tamen in forensibus controuersijs admitti solent, immo eo ipso, quòd maioratus institutor masculos ad primogenij successionem inuitauerit, censetur fœminas propter masculos remotiores excludere voluisse, idque ex verosimili voluntate, quæ ex verbo masculis elicitur, non enim aliud verisimiliter hoc verbum, masculis, adijci potuit, quam ad fœminarum exclusionem, &c. Eandem opinionem tenent Dec. cons. 15.num.5.post Fulgos.Paul.Castren.& Sicul. ab ipso nuncupatim citatos, idem Dec. cons. 372. num.4. qui hanc opinionem communem profitetur, Burg. de Paz in proœm. legum Tauri num. 123. Menoch. cons. 348.num.31.& cons.1152.num.16. & cons.1177. num. 11. cum seqq.& cons.1229. num. 16. cum seqq. Hieron. Gabr. cons.116.num.3.lib. 2. Laderc. Imola cons. 153. per tot.Caualcan.decis.17.lib.3.Thesaur.lib.2.quæst.64. num.6.Casanat. cons.47.& 50. Anton. Fab. de errorib. pragmat.decade 28. errore 10.Fontanel. de pactis nupt. claus.4.glos.25.num.12. Franc. Molin. de ritu nupt.lib. 3. quæst.14. num.116. D.Mat.Cutel.decis.28. num.18. Muta Siciliæ decis.57. Anton. Monach. Florent. decis. 52. Gall.de except.success... tit.4.except.27.num. 80. Rostic. in l.cùm auus lib.6.cap.16 ff. de condit. & demonst. & alij citati per me in tract. de appellatina verborum vtriusque Iuris signif.appell.141.per l.1. in fine, & l.immunitates ff.de iure immun.

Quartò, quia Ioannes Philippum in successorem 26
suum signauit, licèt enim maioratus possessor non possit quicquam ex his, quæ eius institutor disposuit, alterari, poterit tamen dubiam illius dispositionem interpretari designando in suo testamento illum, quem arbitrabitur maioratus institutorem in eiusdem successione præferre voluisse, & quòd ea interpretatio, si verisimilis sit, à Iudicibus sequenda, vel saltem summè consideranda, atque æstimanda erit, ita glos.in l.si quis a filio, §.si quis plures. ff. de legat.1. Grat. cons.35.num.11.cum seqq. vol. 2. Bursat. cons.28.num.11.& 12. Crauet.cons.73. num. 23. lib.1. Rimin.sen.cons.184.num. 36. lib. 1. Cephal. cons. 28. num.13.Hieron.Gabr. cons.32. num. 7. & 8.lib.1.Molin.de primog.lib.1.cap.8.num. 38. Camill. Gallin. de verbor.significat.lib.10.cap.38.num.19 pag.315.

Non obstat sententia lata contra quemdam ma- 27
ioratus huiusmodi olim possessorem, ex qua videbatur successoribus etiam non citatis præiudicium inferri, l.1.§.quamuis, vers. Denuntiare ff.de ventre inspic. Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. num. 3. cum seqq. quia constat de dolo, collusione, vel fraude, & quòd possessor præfatus minus plenè causam defendit, Molin.d.cap.8.num.7. Pereg. de fideicom. art. 53. num.59. Menoch.cons.501. ex num. 8. lib. 6. iustas scilicet defensiones proponere omittens Pereg. d. art.53. num. 59. & non adhibens omnem diligentiam ne vinceretur, vnde detegitur eius culpa & negligentia, ac proinde illa, quæ cum eo gesta fuerunt pro non factis haberi debent, Menoch.d.cons.501.num.9.

Nec obstat, quòd Philippus possidet alium ma- 28
ioratum, qui ambo habent grauamen delationis nominis, & armorum, vnde videbatur inferri ad incompatibilitatem, quia consuetudo Hispaniæ obtinuit id impedimento non esse quin plures maioratus insimul ab vno possideri possint, vt attestatur Castill. lib.5. controuers. cap. 136. pag. 194. col. 4. cum seq & optimè Valençuel.cons.09. num. 34. & 35. ibi,

ibi, *Cum quo concurrit vniuersalis consuetudo Hispania, quòd Magnates, & titulati possident plures Status, & Maioratus insimul, in quibus ex diuersis vocationibus succedunt, non obstante, quòd nullus repeiriatur, immo nec Maioratus inferior, & ordinarius, in quo non sit idem grauamen delationis, nominis, & armorum, qua simul deferre solent in negotys tangentibus vnumquemque illorum Statum nomine & armis illius in mandatis, & sigillis, & alys demonstrationibus vti, & hic mos dicta regionis habetur in magna consideratione hoc casu*, l. si seruus plurimum, §. 2. ff. de legat. ibi, *Consuetudo deinde regionis, in qua versatur, exquirenda est*, *l.* cùm de lanionis, §. vltim. in fine, ff. de fundu instr. l. nam ad ea, ff. de legib. *Roman.* consſ. 61. num. 3. & consſ. 204. num. 8. *Roland.* consſ. 4. num. 20. vol. 3. & consſ. 51. num. 13. eod. vol. *nam mos fidelissime vetustatis debet retineri*, l. testamenta 18. C. de testam. *Bald.* in l. exemplo num. 4. C. de probat. *Tiraq.* de præscript. §. 1. glos. 4. vers. Vigesimoquintò, *Cassan.* in catal. gloriæ mundi p. 1. consid. 44. *Hactenus Valençuela.*

29 Nec denique obstat, quòd dictus Petrus, & Francisca primi institutores huius maioratus habentes plures filios, illis non consentientibus multa bona annexarunt, cùm non superessent alia ex quibus dicti eorum filij possent legitimas sibi debitas deducere, vnde inferebatur ad nullitatem talis institutionis ex Ioan. Fabr. *in l. vlt. C. de pactis*, Tiraq. *de primogen. quæst 6. à num.* 16. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1, *cap.* 59. *num.* 4. Valasc. *consſ.* 130. *num.* 12. alt. Valasc.
30 *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 63. *num.* 4. parentes enim sunt debitores filiis in suis legitimis, & filij dicuntur creditores respectu legitimarum, ex *glos. vlt.* Bart. & Padil. *num.* 32. *in l.* 3. *C. de iuris & facti ignor* Pereg. *de fideicom. art.* 36. *num.* 33. Mich. Crass. *in §. legitima quæst.*
31 14. *num.* 3. † ideo omne grauamen legitimæ filiorum per parentes impositum auctoritate & ministerio legis tollitur, *l. si quando*, §. *& generaliter*, *C. de inoffic. testam.* Franc. Marzar. *in epit. de fideicom. part.* 2. *q.* 50 *circa fin.* Pereg. *d. art.* 36. *num.* 94 & 98. Andr. Gail. *lib.* 1. *obser.* 119. *num.* 3. quamuis ipsi filij legatum, seu hereditatem patris acceptauerint, vel eius testamentum approbauerint, nam adhuc non videntur tale grauamen acceptare, Paul. de Castro *consſ.* 73. *num.* 3. *lib.* 2. Cephal. *consſ.* 153. *n.* 77. *lib.* 2. Surd. *consſ.* 412. *num.* 22. & 29. Ioan. Anton. Mangi. *de imputat. quæst.* 7. *num.* 38. Petra *de fideicom. quæst.* 15. *num.* 175. Card. Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 8. Fusar. *de substitut. quæst.* 296. *num.* 28 & 44. *cum seqq.*

Non, inquam, obstant hæc omnia, quia constat de licentia Regis fuisse de his bonis maioratum institutum, competentibus alimentis filiis relictis, quo casu poterant eorum legitimas annexari, ad notata per Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, in declarat. ad legem Regni limit.* 2. *num.* 17. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap. . per tot. & præcipuè num.* 9. alt. Molin. *tom.* 3. *de iustit. disp.* 578. *num.* 4. & 5. Mieres *de maior. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 16. Tum etiam, quia consensum præstiterunt, quòd eorum legitimæ annexarentur maioratui, quod bene efficere poterant, ex glos. *verb. iudicium in d. §. & generaliter*, Palar. *in repet. rub.* §. 47. *num.* 2. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.* 28. *num.* 46 alt. Molin. *d. tom.* 3. *disp.* 579. *num.* 37. Sicut & specialiter acceptare, quodcunque grauamen, & renuntiare legitimæ, *d. §. & generaliter*, Iuan. Anton. Mang. *d. quæst.* 7. *num.* 40. Fusar. *d. quæst.* 296. *num.* 56.

Toletana executorialium.

Executoriales litteræ S. Rotæ quomodo in partibus intimandæ, & vbi constiterit de non tuto accessu, qualiter per edictum sit procedendum ad intimationem faciendam, quæ sufficiens dicatur pro relaxandis censuris.

VOTUM VIII.

1 *Rota Romana magna iustitiæ cultrix.*
2 *Executoriales litteræ S. Rotæ stylo committuntur Iudici subdelegato, qui parte se opponente non potest procedere ad aliquam executionem.*
3 *Executores parte se opponente non possunt aliud facere quàm executoriales intimare.*
4 *Executoriales legitimè intimatæ debent in Rota reproduci ad hoc vt seruatis quatuor terminis ad declaratoriam procedatur.*
5 *Procedit supradicta resolutio, tam in executorialibus rei iudicatæ, quàm mandati de immittendo.*
6 *Executoriales debent legitimè intimari ad dandam declaratoriam.*
7 *Termini quatuor ad docendum de paritione seruari debent, vt illis elapsis remaneat probata negatiua paritionis.*
8 *Censura propter contumaciam relaxantur.*
9 *Executorialium ad intimationem per edictum procedi potest tribus concurrentibus, nempe iurisdictio, causa, & ordo iudiciarius.*
10 *Rota vt procedat per edictum constito de non tuto accessu requiritur particulare rescriptum, quod est necessarium de Iure Canonico, secus de Iure Cæsareo.*
11 *Causa vt per edictum procedi possit est expressa in commissione, nempe constito de non tuto accessu.*
12 *Testes probant non tutum accessum si deponant se credere esse impossibile, vel saltem non tutum citare partem in domo.*
13 *Testes singulares probant non tutum accessum, & sufficit informatio summaria.*
14 *Accessus non tutus dicitur quando citationes non possunt exequi sine licentia Principis secularis.*
15 *Citationes vbi fieri debent per edictum, quæ requirantur.*
16 *Citationes originales debent affigi, legi, & dimitti affixæ per aliquot horas in valuis Ecclesiæ maioris, & deinde relinquitur copia etiam affixa.*
17 *Affixio citationis, an debeat fieri in loco vici*

H

viciniori, aut vicino, oſtenditur.

18 *Pax, & vnio ad felicem ſpiritualis, & temporalis gubernationis ſtatum maximè decet.*

19 *Nouitates vitandæ.*



1 SACRA Rota Romana magna iuſtitiæ cultrix, poſtquam emanatis deciſionibus, & ſententiis litteras executoriales, ſeu mandata de immittendo, aut manutenendo expedire mandauit contra condemnatum in partibus exiſtentem, vt illi de more ſolito intimentur, itaut ſi non paruerit intra tempus præfixum, ſeruatis de ſtylo ſeruandis ad declaratoriam deuenire poſſit, nonnunquam ipſe condemnatus ſubterfugiis intimationem & paritionem protrahere tentans, litteras huiuſmodi decreto Conſilij Regij, aut alterius ſecularis poteſtatis imperio exequi non permittit, vnde non tutus prouenit acceſſus, ac proinde patet via procedendi per edictum; quæ materia cùm ſit frequens, & malè in his partibus intellecta, reputaui vtiliſſimum in præſentiarum referre quid occurrente caſu ſit faciendum, & quomodo contra hunc condemnatum abſque nullitatis vitio procedendum ſit?

2 Ad quod ſciendum eſt litteras prædictas executoriales de ſtylo committi Iudici ſubdelegato, cui illæ præſentari debent, & parte ſe opponente non poteſt procedere ad aliquam executionem, & ſi de facto proceſſerit, declarando aduerſam partem excommunicatam, ex eo quòd dictis litteris parere noluit, attentauit, cùm partes illius ſint in referendo ſimpliciter, non autem in cognoſcendo de cauſis contradictionis. Bald. *in cap. ſuper quæſtione, num. 1. de offic. deleg.* Cou. *variar. lib. 3. cap. 16 num. 7.* Lancel. *de attent. part. 1 cap. 1. num. 24.* Rot. *in Vincent. Prioratus 19. Martij 1610. coram Card. Pamphilio nun. & in Mediolanen. decimarum de Variſio 16. Nouembris 1616 coram R. P. D. meo Pirouano*, & refert Theodoſ. de Rubeis *in ſingular. Rotæ part. 2. verb. attentata §. 2. in princ.* Rotæ ſtylum eſſe quòd ſi quis vigore executorialium capit poſſeſſionem, dicatur attentaſſe, quia debet ſeruare quatuor terminos.

3 Huiuſmodi enim ſubdelegati, ſiue executores non poſſunt in partibus hoc caſu aliud facere, quam executoriales intimare, quæ ſic intimatæ debent in Rota reproduci ad hoc, vt ſeruatis quatuor terminis ad docendum de paritione ſeruari ſolitis, poſſit ad declaratoriam procedi, quamuis de paritione, vel alia legitima executione non doceatur, ſi ſecus fiat, intrant manifeſta attentata, Felin. *in cap. ad probandum num. 6. de re iudic.* Caſſad. *deciſ. 6. num. 10. de cauſa poſſeſſ.* Creſcent. *deciſ. 1. eod. tit.* Lancel. *de attent. part. 2. cap 4. num. 307. & 308.* latè Theodoſ de Rubeis *in ſingular. Rotæ verb. attentata, §. 2. pag. 23* Veſtr. *in praxi lib. 8. cap. vlt. num. 16. & ſeq.* Sarnen. *ſuper reg. de ſubrogandis quæſt. 4 num. 1. & de annali quæſt. 44.* Seraphin. *deciſ 656. num. 1* Rot. *in dictis Vicen Prioratus, & Mediolanen. decimarum.* De eodem ſtylo firmatur coram Oradino *in Toletana Matrimonij 8. Nouembris 1555 incip. Ego dubitaui*, cuius meminit Theodoſ. de Rubeis *vbi ſuprà*, in qua fuit dictum præfatum ſtylum habere locum etiam quòd in executorialibus *in §. Caterùm*, eſſent dati executores, nam requirebatur intimatio, eiuſque reproductio, vt moderaretur inhibitio, vel reformaretur commiſſio, & hoc eſt conſuetius, & vſitatius, & vigore reformationis, moderari inhibitio, & facta moderatione procedi ad executionem. Et affirmat idem Theodoſ. de Rubeis *citato loco*, quòd præfata reproductio non requiritur quando pars cunſenſit, quia tunc ceſſat officium Iudicis.

Et quamuis Felin. Caſſad. & alij ex ſuperiùs citatis 5
loquantur in executorialibus rei iudicatæ, idem dicendum videtur in executorialibus mandati de immittendo, in quibus militat eadem ratio, nam licèt omnes executoriales excommunicent ex tunc, & etiam mandent denunciari excommunicatos, in omnibus tamen intelligitur conditio, *ſi ſine iuſta cauſa non paruerit*, &c. de qua non prius conſtare poteſt, quàm fuerit data ſententia declaratoria, ad quam Rota non procedit, niſi præmiſſis dictis quatuor terminis ad docendum de paritione, quæ fieri non poſſet per executorem in partibus, vt dicit Felin. *in d. cap ad probandum, num. 6. de re iudic.* quæ ratio cùm militet in vtroque caſo, pari modo ſtylus Rotæ debet procedere etiam in executorialibus mandati de manutenendo, vt fuit in ſpecie admiſſum *in cauſa Tiraſſonen. decimarum 5. May 1608. coram bonæ mem. Card. Marquemont, & in d. Vicen. Prioratus, in fine, & coram Caualer. deciſ 50. & deciſ. 364. num 1.* refert plures deciſiones Theodoſ. de Rubeis *in ſingular. Rotæ part 2 verb declaratoria littera §. 1 pag. 40.*

Vnde vt Rota cenſeat dandam eſſe declaratoriam, 6
neceſſe eſt, quòd executoriales fuerint legitimè intimatæ, Innoc. *in cap. fin. num. 3. verſ. Alius autem, de eo qui mittitur in poſſeſ.* Roman. *conſ 481. num 5.* Rot. *deciſ 15. de ſent. excomm. in antiq.* Felin. *in cap. cùm ei, num 14 de appellat.* 7. † & poſtea ſeruati quatuor ter- 7
mini ad docendum de paritione iuxta ſtylum Tribunalis, quibus iam elapſis remanet probata negatiua paritionis, Felin. *in cap. Rodulphus num. 41. de reſcript.* Veſtri. *d cap. vlt. num. 19.* Rot. *in Ianuen. ſeparationis thori 8. Martij 1527. coram R. D. meo Coccino Decano, & in Bracharen Theſauraria 10. Martij 1632. coram R. P. D. meo Pirouano*, † ex qua deſumitur con- 8
tumacia, & per eam cenſuræ relaxantur, *cap. 1. in fine, vt lite non conteſt.* Abb. *in cap. reprehenſibilis num. 2. de appellat & in cap. 1 num. 10. de iudic.* Caſſad. *deciſ. 5. num. 7. de conſtitut.* Mohed. *deciſ 1. de ſent. excom.* Rot. *in Corduben. dimidiæ portionis 1. Iulij 1630. coram R. P. D. Merlino*, quod paſſim ſeruatur contra rebelles, & inobedientes, vt *in Burgen. præeminentiarum 8. Iulij 1582. coram Card Seraph inter eius deciſiones impreſſas, deciſ 439. num 1. & deciſ 1113 num. 3. & part. 2. recent. deciſ. 591. num. 5. & coram Duran. deciſ. 312. à num. 1. part 2.* vbi declarat ſi dicti quatuor termini ſunt ſeruati, eo ipſo cenſeri probatam non paritionem, quando per illum, qui parere debet, eſt aliquid explicandum, vel faciendum, & non docuerit illud feciſſe: ſecus tamen ſi non teneatur quicquam explicare, aut aliquem actum poſitiuum facere, ſed ſolùm nudam patientiam præſtare, quia tunc illa pro ſufficienti paritione habetur. Nam Rotæ ſtylus eſt vt ſeruatis quatuor terminis ſolitis ad docendum de paritione, & non docto detur declaratoria, vt multis deciſionibus probat Theodoſ. de Rubeis *d. verb. declaratoria littera §. 1. in princ.* vbi *in §. 2.* tenet quòd quando ſumus in facto notorio ad euitandum circuitum, declaratoria non requiritur de ſtylo Rotæ, & §. 3. refert quòd Rota non conſueuit concedere litteras declaratorias quando præſumitur quòd cenſuræ ſint contemnendæ, vt ſolet contingere in quibuſdam Terris Sedi Apoſt. non admodum affectis, ne eiuſdem Sedis Apoſt. vileſcat auctoritas.

Verùm per edictum procedi poterit ad intima- 9
tionem executorialium huiuſmodi concurrentibus ad ſuſtinendum actum tribus de Iure requiſitis, nempe

nempe iurisdictio, causa, & ordo iudiciarius.

10 Iurisdictio concurrere debet, quia Rota non procedit in hac similiue causa ex ordinaria iurisdictione, sed vigore particularis rescripti, vt posset procedere per edictum constito de non tuto accessu, quod licèt non requireretur si versaremur in foro Cæsareo, per *auth. qui semel, C. quomodo, & quando iudex.* Felin. *in cap. quoniam frequenter num. 13. vt lite non contest.* attamen de Iure Canonico necessarium erat per *Clem. dudum, de iudic.* vbi glos. *in verb. Papa & seq.* notant Felin. *in d. cap. quoniam frequenter num. 13.* Rot. *in addit. decis. 8. de dolo, & contum. in nouis,* Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat. num. 126.* & Rota idem seruauit, & seruat *in d. Iannen. separationis thori 8. Martij 1627. & in eadem causa 16. February 1631. coram R.D. meo Coccino Decano, & in d. Bracharen. Thesauraria.*

11 Causa ex qua potest per edictum procedi, est expressa in Commissione, constito de non tuto accessu, quemadmodum de iure requiritur: *Clem. 2 de indic.* Barr. *in Extrauag. ad reprimendum, in verb. per edictum*
12 *in princip.* † & sufficit ad hunc effectum, vt testes deponant se credere esse impossibile, vel saltem non tutum citare partem in domo, Rot. *decis. 22. num. 2. de rescript. in antiq.* vbi quòd ita seruatur in Rota, *addit. ad decis. 5. num. 3. & 4. de rescrips. in nouis,* † vbi
13 quòd sufficiunt etiam testes singulares, & satis est informatio summaria, Batt. *in d. Extrauag. ad reprimendum, in verb. per edictum num. 4 vers. Puto tamen,* &
14 Rota seruat † tunc dici accessum non tutum, quando citationes non possunt exequi sine licentia Principis secularis, quod vulgò dicitur, sine placet, vt fuit consideratum *in dicta Iannen. separationis thori 8. Martij* 1627. vel quando aduersarius habuit recursum ad Iudices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur, qui ne dum sufficeret pro causa non tuti accessus, sed ad hoc vt posset dici personaliter citatus. Bald. *in d. cap. quoniam frequenter, §. porrò num. 2. vt lite non contest.* prout aduertit Rot. *in Iannen. census 11. Ianuarij 1614. coram R.P.D. meo Pirouano, & in D. Bracharen. Thesauraria,* vbi fuit dictum quoad hoc propositum constare de non tuto accessu ex quo in Regno Lusitaniæ non poterant exequi huiusmodi mandata, & decreta Rotalia, & alia quæ ab Vrbe hac de re transmissa fuerunt absque Iudicis Regiæ Coronæ beneplacito, vel ex quo creditur difficile propter pœnas in Regiis litteris comminatas, vt quis non audeat talia mandata intimare.

15 Ordo de Iure requisitus debet ad vnguem obseruari, ad effectum enim, vt legitimè procedatur per edictum quoad telam iudiciariam citationes debent fieri in duobus locis publicis in Curia, & duobus aliis vicinis in partibus, etiamsi non sint de viciniori-
16 ribus, Achil. *dec. 15. de dolo.* † Et citationes originales debent affigi, legi, & dimitti affixæ per aliquot horas in valuis Ecclesiæ maioris, Cassa. *decis. 1. num. 2 & decis. 6. de dolo, & contum.* Rot. *decis. 5. de rescript in nouis,* Ægid *decis. 144.* Pute. *decis. 164. lib. 2. in correctis,* Vestri. *in praxi lib. 4. cap. 3. num. 4. & addit. ad Rot. d. num. 5.* plura deducit ad materiam, & postmodum debet dimitti copia affixa, detrahendo originalem postquam per aliquot tempus affixa fuerit, vt fuit resolutum *in dictis Iannen. separationis thori, & Bracharen Thesauraria;* quamuis Pute. *decis. 17. lib. 2* in correctis ex sua sententia, non autem Rotæ dicat non requiri dimissionem copiæ quando originaliter fuerunt lectæ.

17 Non requiritur de forma, quòd affixiones fiant in loco viciniori, aut vicino, sed sufficit, quòd fiant in confinibus temporalis ditionis Pontificiæ, quamuis

Barbosæ Vota decisiua.

adsint intermedij status aliorum Principum, sine quorum etiam placito non possent forsan exequi huiusmodi citationes, & in terminis dictæ *decis. 15.* Achil. *de dolo, & contum.* cùm non adesset tutus accessus in ciuitate Beneuentana fuerunt commissæ affixiones factæ in ciuitate Velitrnæ. Et *in dicta decisione Iannen. separationis thori 8. Martij 1627.* cùm non esset tutus accessus in ciuitate Ianuensi, fuerunt affixiones factæ in ciuitate Montis Falisci, & Aquapendij. Et in terminis dictæ decisionis Bracharen. Thesaurariæ fuerunt factæ affixiones in ciuitate Tiphernij, & in terra Aquipendij.

Vnde ex his iam facile cognosci poterit, qualiter 18
& quando per edictum sit procedendum, & intimari debeant executoriales, & mandata sacræ Rotæ, ne eius iurisdictio vnius cauillationibus, & subterfugiis impediatur, & iustitia iniquè retardetur, quæ omnia doctissimorum Aduocatorum iudicio pro mea dirigenda causa consideranda proposui, & per eos maturo habito consilio, ita fuit resolutum, & per sacram Rotam meritò decisum, à qua in consulendo & decidendo non est recedendum. Quicquid reclament nebulones illi discordiarum amatores, inobedientes, & seductores. Miror valde cùm video pro vnius particulari interesse, seu alio quocumque mundano respectu Apostolica mandata, & censuras contemni cum maximo Ecclesiasticæ iurisdictionis dedecore, & animarum detrimento, & aliquando sub necessariæ defensionis titulo arma iniquitati ministrari; quod nec politicæ decet gubernationi, minus enim malum est, quòd in raro casu priuata persona incommodum aliquod patiatur, quam vt Reipubl. pax perturbetur, & quod principalius est, reuerentialis timor, & obedientia, quam omnis Christianus in Sedem Apost. habet, aliquatenus relaxetur, cùm pax & vnio ad felicem spiritualis, & temporalis gubernationis statum maximè deceat, & tanquam necessarium fundamentum interuenire debeat, *cap. 1. 23. quæst. 4. cap. hæc quippe 3. q. 6 l. congruentius, C. de patria potest. l. si id quod, §. si quas serui operas, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2.* Doctores *in proœm. decretal. in verb. Rex pacificus,* vbi ego ipse *in collect. num. 25.* Guillelm. Rube. *in tract. de iustitia, & iniustitia, cap. 15.* Martin. Laudens. *in tract. de confœderat. Principum, per totum,* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part. 5. consid. 16.* Burgos de Pax *in proœm. legum Taurinarum* 10.

Quæ olim Maiores nostri in his obseruarunt, mo- 19
dò retinere studeamus si dissensiones, & scandala in populo euitare volumus, vt admonet Pontifex *in cap. consuetudinis, de consuet.* ibi, *Et plerumque discordiam pariunt nouitates, & in cap. fin. de consanguin. & affinit.* ibi, *In hac causa consultius duximus multitudini, & obseruata consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate, & in Extrauag. 1. §. sanè, de priuileg.* ibi, *Nec mirum, quia plerumque pariunt nouitates discordiam, præsertim dum ab eo, quod diu æquum visum est, per nouam constitutionem receditur,* & c. S. Augustin. *epistol. 128.* dixit: *Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat.* Cornel. Tacit. *lib. 15. annal. Super omnibus negotijs melius atque rectius olim prouisum, & quæ conuertuntur in deterius mutari,* optimè Iustus Lipsi. *lib. 4. politic. cap. 9. & lib. 6. cap. 3.* referens post Dionysium Cassium. *lib. 52.* saluberrimum Mæcenatis monitum ad Augustinum. *Optimum esse inimicitias omnes, & ambitiosa certamina prorsus excindere, atque adeò, nec nomina noua, aut aliud quid permittere, ex quo possint oriri discordia* Ad hoc propositum multa cumularunt Ioan. Andr. *in cap.*

 dilecta.

dilecta num.2.de excess.Prelat. Anchar.*cons.*158. *num.*4. Nauar.*cons.*15 *de rebus Eccles.non alien num.*5. *& cons.* 17. *de voto num.* 5. Rebuff. *in rub. de rescript. num.*25. *vers.Item in rebus,& in tract nominat. quæst.*5.*num.*3.4. Gregor.Lopez *l.*33.*glos.*2.*tit.*12. *part.* 5. Menoch. *de præsumpt.lib.*5.*præs.*34.*a num.*2.Ioan.à Cochier.*in thesauro politic.lib.*2.*cap.* 4. cum aliis per me adductis *in tract.de Iure Ecclesiast.Vniuerso lib.*1. *cap.*39.§.1. *num.* 396.*in fine.*

Toletana diuortij.

Sæuitia viri aduersùs vxorem qualis, & quanta sufficiat ad tribuendam iustam causam diuortio, necnon restitutioni doris, & lucri? Et an eidem vxori debeant integrè restitui nonnulla bona, quæ ei euenerant ab eius filio præmortuo, & primo marito suscepro?

Votvm IX.

1 *Sæuitia viri vbi tanta est, vt nulla securitatis cautio sufficiat, rectè pronuntiatur super separatione thori.*

2 *Iudicis arbitrio positum est dignoscere, an & quando sæuitia viri tanta sit, vt trepidantem vxorem non deceat committere fragilitati cautionum.*

3 *Diuortio iustam causam qua odia & simultates tribuant.*

4 *Diuortio causam tribuunt percußiones graues, & atroces.*

5 *Metus minor requiritur in muliere, quàm in viro.*

6 *Metus solus futuræ sæuitiæ, & alicuius grauis mali sufficit ad diuortium.*

7 *Thorus separandus ob insidias solùm, quas vitæ vxoris maritus veneno machinatus est.*

8 *Sæuitiæ ratione non licet mulieri sine Iudicis auctoritate discedere, nisi quando maritus esset nimis sæuus, & esset periculum in mora.*

9 *Vxor potest sequestrari pendente lite inter illam, & maritum super separatione cohabitationis.*

10 *Venenum, an fuerit propinatum stetur Medicorum attestationibus.*

11 *Indicia sola sufficiunt in probando crimine propinati veneni.*

12 *Quæstio non repetitur, nisi indicia sint grauißima.*

13 *Testes singulares admittuntur quando tendunt in vnum.*

14 *Vxori non est credendum de sæuitia viri, nisi probet.*

15 *Testium depositiones emanatæ in causa criminali inter easdem personas probant in ciuili.*

16 *Dotis restitutio est sequela iudicij separationis culpa viri procedentis.*

17 *Bartoli originalis doctrina refertur, & reprobatur numeris seqq.*

18 *Pater & mater æqualiter filijs succedere possunt, nulla habita distinctione à quibus personis bona ad filios peruenerint.*

19 *Doctores plures referuntur hanc sententiam tenentes.*

20 L. quod scitis, §. sin autem, C. de bonis quæ lib. *declaratur.*

21 *Filius in bonis aduentitijs, & reliquis omnibus ante Iustinianum non habebat hæredem abintestato, sed pater statim illa omnia tanquam peculium filij occupabat iure patria potestatis.*

22 *Intellectus plures habet* d. l. quod scitis, §. sin autem, C. de bonis quæ liber.

23 L. de emancipatis, §. exceptis, C. de legit. hæred. *declaratur.*

24 *Frater vterinus, an succedat fratri in bonis à matre profectis excluso fratre consanguineo.*



Aria fuit ab Antonio eius marito multis, & actibus iniuriis, ac minis de occidendo sæpiùs affecta, & nonnunquam insidiis eius vitæ per venena mortifera propinata, ex quo inter eos odia & simultates ferè implacabiles intercesserunt, vnde dicta Maria egit pro diuortio, & lata sententia per D. Vicarium super separatione thori, ac restitutione dotis, & lucri, & causa in gradu appellationis per Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Nuntium mihi commissa dubitaui, an illa sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & in omnibus confirmandam esse censui, ex sequentibus.

Certa est in Iure nostro conclusio, quòd vbi sæuitia viri tanta est, vt nulla securitatis cautio sufficiat, rectè pronuntiatur super separatione thori, *cap. ex transmissa, vers. Si autem capitali odio, & cap. litteras, §. si verò tanta, de restitut. spoliat.* vbi Abb. *num.*7. Menoch.*cons.*299.*per tot.*D.Barbos.*in rub.ff. soluto matrim.part.*2.*num.*26.*&* 27.Gutier.*Canon.lib.*1.*quæst.*24. *num.*7. Aldobraudin.*cons.*71.*num.*1.*cum seqq.*Farin.*in praxi crimin.quæst.*143.*num.*129.*&* 225.Sanch. *de matrim.lib.*10 *disp.*18.*num.*31 Rot.*decis.*193.*num.* 5.*post vol.* 2. *consil. Farin.*& latè fuit dictum *in Toletana separationis thori* 20. *Nouembris* 1596. *coram Cardin. Pamphilio sen. & in Romana, seu Interamnen. separationis thori* 11.*Decembris* 1602. *coram eodem.* 1

Sed quoniam in arbitrio Iudicis positum est dignoscere, an & quando hæc sæuitia viri tanta sit, vt trepidantem vxorem non deceat committere fragilitati cautionum, Gutier. *d. cap.*24. *num.* 10. Seraph. *decis.*226.*num.*1. Sanch.*d. disp.*18.*num.*32 Basil.Pont. *de matrim lib.*9.*cap.*23.*num.*5.*ad fin.*Rot.*decis.*39.*num.* 2.*& decis.*156.*num.*1.*post volum.*2. 2

Ego igitur in hoc casu interposui arbitrium pro separatione, quoniam dictus Antonius insidias vitæ eius vxori parauit per venenum, minatusque fuit illam occidere, cùm minas præ terribili ingenio solere 3

ret

ret exequi, maximè cùm his minis accederent iniu-
riæ, & aliæ malæ tractationes, quæ excedunt termi-
nos leuis correctionis in vxorem permissæ, vnde ex
iis dubitari non poterit quin odia & simultates in-
tercesserint ferè implacabiles, quæ tribuant iustam
causam diuortio, l. consensu auth. sed nouo iure, C. de
repud. d. cap. ex transmissa, & d. cap. litteras, in fine, de re-
stit. spoliator. Franc. Marc. decis. 738 part. 2. Aldobrand.
d. cons. 71. ferè per tot. Gutier. d. cap. 24. num. 8 latè Fa-
rin. d. quæst. 143. num. 145. Sanch. d. disp. 18 num. 6. Ba-
sil. Poor. d. cap. 23. num. 5. Rot. in præallegata Romana,
seu Interamnen separationis thori coram Card. Pamphi-
lio sen. & post 2. vol. consil. Farin. d. decis. 156. num. 1. &
decis. 371. & decis. 193. num. 5. Et addit Farin. lib. 1. cons.
4 157. num. 6. & 10. ad diuortium huiusmodi suffice-
re percussiones graues & atroces, veluti si essent
sanguinolentæ, aut ex illis semel abortus sequutus
fuerit, prout eum citat Basil. Pont. d. num. 5. qui in
vers. verùm, subdit negari non debere iudicium de
sæuitiæ qualitate esse arbitrarium, & multum in hoc
posse Iudicis arbitrium, qui immoderatam sæuitiam
& molestam tractationem iudicabit attenta qualita-
5 te personarum, † & fœminæ, quæ vexatur, vnde in
muliere tanquam sexus, & ingenij imbecillioris mi-
nor metus requiritur, quàm in viro, glos. verb. metus
in cap. cùm locum, de sponsal. & fuit ponderatum in di-
cta Toletana separationis thori coram Card. Pamphilio
sen. sufficitque vt metus is sit, qui cadat in mulierem
constantem. Præpos. in cap. causam il 1. num. 7. de offic.
deleg. Gregor. decis. 374. num. 7. & 8.
6 Immo ad hunc effectum sufficit solus metus futu-
ræ sæuitiæ, & alicuius grauis mali, l. metum, ff. quod
metus causa, glos. verb. capitales in l. licet, ff. de recept.
arbitr. Abb. in d. cap. ex transmissa, num. 2. vers. Hoc
etiam fit, Aldobrand. d. cons. 71. num. 17. Sanch. d. disp.
7 18. num. 10. & 19. plenè Farin. d. quæst. 143 num. 140. †
In causa autem præsenti tot sanè concurrunt, vt sine
nota leuitatis incutere valeant timorem Mariæ ne ad
virum interim reuertatur, subiiciatque se periculo
necis, præcipuè ob insidias, quas vitæ vxoris maritus
veneno machinatus est, quæ solæ sat essent, vt absolu-
te thorus separandus foret, ex congestis per Farin. d.
8 quæst. 143. num. 154. † Et quamuis ratione sæuitiæ
non liceret illi sine iudicis auctoritate discedere, cap.
porrò, & cap. significasti, de diuort. tamen quando ma-
ritus esset nimis sæuus, & esset periculum in mora,
prout in casu nostro, tunc discessus permittitur, d.
cap. litteras, Basil. Pont. d. cap. 23. num. 7. subdens in
hoc casu locum non habere restitutionem spoliati
propter imminens periculum, sed recepta per Iudi-
cem incontinenti probatiooe oblara per fœminam
9 in loco honesto deponi debere, & num. 11. resoluit †
pendente lite inter maritum, & vxorem super sepa-
ratione cohabitationis, sequestrari posse vxorem de
Iure non tantùm apud honestas matronas, sed etiam
apud Monasterium, nisi probetur aliqua vxoris infir-
mitas, quæ id impediat.
10 Fuisse autem Mariæ venenum propinatum, infe-
rebant plura grauia accidentia, & symptomata, quæ
Maria passa fuit per me considerata, & comprobata
per attestationes Medicorum, quibus vt in arte peri-
tis standum esse in puncto tradunt Caball. crimin.
resol. 181. num. 3. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 3. num. 1.
11 ad med. vers. Vnde in hoc casu. † Et maritum huius de-
licti auctorem arguebant plura, ac vrgentia indi-
cia, quæ sola hoc in crimine atrocissimo, & difficilis
probationis sufficere scribunt Bossius de delict. num.
10. & seqq. Clar. in pract. § fin. quæst. 4. num. 4. & quæst.
66. in princ. Decian. in tract. crimin. lib. .. cap. 24. num. 4.
12 Mandel. cons. 72. num. 2. † valde enim confirmata ex
tortura contra eundem maritum reperita, cùm quæ-
stio non repetatur, nisi indicia sint grauissima, Fa-
rin. de indic. & tortur. quæst. 138. num. 79. ad med. & n.
81. vbi de communi.
Non obstat testes videri singulares, quia omnes 13
bene tendunt in hoc vnum, quòd maritus solitus
fuerit contra vxorem insæuire, illius vitæ insidias
parauerit, atque in necem conspirauerit, vnde testes
etiam singulares admittuntur, vt plenè per Aldobr.
d. cons. 71. num. 5. & per tot. lib. 1. Gregor. d. decis. 374.
num. 21. Rot. decis. 156. num. 2. post vol. 2. Farin. Basil.
Pont. d. cap. 23. num. 6 † vbi etiam aduertit non esse 14
credendum vxori de sæuitia viri, nisi probet, neque
esse sufficientem probationem, quòd cum alia vxore
sæuus fuerit, potuit enim ex aliis causis cum illa in-
tercedere capitale odium, quod ad quæstionem cum
alia non multum faciet.
Nec obstat, quòd huiusmodi testium depositio- 15
nes, & probationes emanauerint in causa crimina-
li, & ideo non probent in causa ciuili, quia immo
inter easdem personas probant etiam in ciuili, cùm
exactiores probationes requirantur in iudicio cri-
minali: ita Bart. in l. 1. § hoc edicto num. 5. de vi bon.
raptor. Socin. sen. cons. 62. num. 3. lib. 4. Ruin. cons. 4. num.
5. lib. 4. Rot. in Nepesina dotis 4. Iulij 1601. coram re-
colendæ mem. Cardinale Millino, & in Anconitana ter-
rarum 20. Maij 1622. coram bonæ mem. Vbaldo, præ-
sertim cùm dictæ probationes fuerint publicatæ co-
ram Iudice, vt per Alex. in l. 2. num. 24. vers. Ex quo in-
fertur, C. de edendo. & repetita eadem dicta testium
cum interrogatoriis mariti, qui citatus nihil am-
plius facere poterat, quàm exhibere interrogatoria
cum quibus testes essent examinandi, maximè verò
ad effectum concedendi separationem, pro qua suf-
ficit metus futuræ sæuitiæ cadens in constantem
mulierem, qui relinquitur arbitrio iudicantis, Gre-
gor. d. decis. 374. num. 12. Nec aduersatur decis. in Bo-
non. separationis thori 11. Februarij 1608. coram Penia,
quæ est decisio 150. post vol. 2. consil. Farin. quoniam
ibi nec testes examinati fuerunt cum interrogatoriis
partis, nec ex omnibus circunstantiis, ita apparebat
de rationabilitate metus vxoris, & de periculo eius
vitæ, prout hîc apparet.
Data autem iustitia sententiæ quoad thori separa- 16
tionem ex prædictis, illa quoque confirmanda venit
quoad restitutionem dotis, & lucri, cùm restitutio
dotis, & donationis propter nuptias sit sequela iu-
dicij separationis culpa viri procedentis, ita Sera-
phin. decis. 1308. & 1315. quæ sunt etiam impressæ
apud Farin. sub decis. 134. & 135. post d. lib. 2. cons. Fa-
rin. & idem fuit firmatum in præallegata Romana seu
Interamnen. separationis thori 11. Decembris 602. co-
ram Card. Pamphilio sen. confirmata 27. Ianuarij 1603.
coram eodem, & inter recentior. decis. 706. num. 3. part. 1.
Addit Basil. Pont. citato loco num. 12. quamuis diuor-
tium fiat ob sæuitiam vxoris, non ideo dotem amit-
tere (nullum enim dubium est parem vtriusque in
hac re causam esse si vxoris sæuitia in virum probe-
tur, ex eodem Pont. num. 8.) Nam licèt in cap. plerum-
que, de donat. inter, statuatur mulierem dotem amit-
tere quando eius culpa sequitur diuortium, nihilo-
minus tamen hoc procedit quando culpa vxoris,
quæ dedit diuortio causam, est ex illis, propter quas
Iura exprimunt dotem amitti, qualis est adulterium,
& mors.
Maior dubitatio versatur circa restitutionem non- 17
nullorum bonorum, quæ processerant à filio dictæ
Mariæ, & alterius primi mariti, qui filius nullis su-
perstitibus liberis paulo antè decesserat. Prætende-
bat enim Maria bona illa effluxisse à sua linea ma-

terna, & ideo debere in illis succedere in totum Antonio eius marito secundo excluso, proindeque sibi restituenda fore, iuxta doctrinam originalem, Batt. *in l.quod scitis, §.sin autem, in princ. C. de bonis, quæ liber.& in l.post dotem num 36.ff.soluto matr. & in auth.itaque num.2.C.communia de success & in cons 18. in vlt. dub. num.* 4. quam sequuti sunt plures, vt per Castr.*in d §.sin autem num.*2.Ias.*in d.l post dotem num.* 106.Roman.*cons.40.num* 5.vbi dicit opinionem Bart. esse veriorem, Bened. *in cap. Raynutius, in verb. vxorem num 74. de testam.*Boër. *decis.*192.*num.*5.*vers. Ergo à fortiori*,plures congesti à Gabr.*commun tit.de success.ab intestato concl.3.num.1.& 3. in fine*, qui testatur de magis communi, & secundùm hanc opinionem Bart. fuit iudicatum *in Senatu Pedemont.* prout refert Thesaur *decis.* 27. *in fine, & num.* 4. asserit hanc sententiam esse veriorem, communiorem,& æquiorem, & de obseruantia aliorum Tribunalium testantur Marta *in tract.de success legali part. 2. quæst. 1. art. 1. num.7.* & plures àlij ab his Auctoribus cumulati.

18 Verùm contrarium, immo quòd pater, & mater æqualiter filiis succedere possint, nulla habita distinctione à quibus personis bona ad filios peruenerint, & quòd etiam pater in maternis, & mater in paternis pro medietate admittatur, probat text. *in auth.defuncto,C.ad Senatusconf.Tertul.& in auth. de hered. abintest. venien.§ si autem plurimi*,vbi Iustinianus generaliter, & indistinctè largitur parentibus paternis, ac maternis æqualem filiorum successionem, nollumque discrimen constituit bonorum vnde filiis prouenerint, & tamen Iustinianus, qui in principio dictæ *Auth. de hæred. abintest.* profitetur se claram, & distinctam enucleationem circa successiones promulgare; si re vera hæc bonorum ratio habenda fuisset, probabiliter huiusmodi distinctionem bonorum non permisisset, vel non ita absolutè,nec toties, ac ita oscitanter inculcasset hanc æqualem successionem parentum in hæreditate filiorum. Amplius videtur, qoòd Iustinianus respuerit hanc bonorum distractionem,& patrimoniorum separationem,dum *in §.si autem plurimi*, vtitur verbo vniuersali, *hæreditatis*.ibi, *Si autem eundem habent gradum, ex æquo inter eos hæreditas diuidatur*,& *in § si verò*, ibi, *Si autem pater, aut mater fuerint,diuidenda inter eos quippe hæreditate*,qood verbum,*hæreditatis*,complectitur omnium, & singulorum bonorum, ac quorumcunque iurium species, quæ penes defunctum reperiebantur, *l.hæreditas,ff.de regul.Iuris,l.aliud,ff. de verbor.signif.* Si autem ad matrem spectat medietas quotumcunque & singulorum bonorum apud filium defunctum existentium, non ideo in illius successionis diminutionem separanda sunt bona ex linea paterna ad filium iam profecta.

19 Quare hanc partem contra Bartolum,& sequaces amplexi fuot Rayner.de Forolin.Dyn.Cin.& Alberi. *in d.auth.defuncto,& in d.l quod scitis,§.sin autem, C.de bonis quæ lib.* & omnes alij Doctores antiqui,qui fuerunt ante Batt.vt animaduertunt Thesaur.*d.decis.*27. *num.2.vers. Contrarium*, Marta *de legali success. part.2. quæst.1.art.1.num.7 vers.Contrarium.* Et eandem sententiam post Bartolum ipso reprobato tenuerunt Bald.*in d.auth defuncto,num.1.& in d l.quod scitis num. 4.& 5. & in cons.31.num.1.lib.2.* qui de communi testatur.Fulgos.*in d.l. quod scitis num.7.&* 8. qui acerrimè examinat articulum,& monet intrepidè tenendam hanc opinionem,Salicet. *in auth. itaque, C. commun.de success.num.2 vers.Ego dubito*, & Bellapert.*ibidem in medio vers.Sed quæritur*,Cornel.*in d.l.quod scitis num.3.& 4.* & latiùs *cons.94.num.1. lib. 1.* vbi *in vers. In hac parte*,notat Doctoras Bartolo aduersantes loqui magis accuratè,& digestè,& *cons.286.num 3. cum seqq.vsque ad finem lib* 1. & clariùs *cons.265. lib 4 per tot.* idem acriter tuetur,Cuman. *cons. 123. per totum*, cui accesserunt Fulgos.& Ansald. de Mutin., Nicol. de Vbaldis *de successión.abintest.part.2.n.* 4. Couar. *in epitom de success.abintest.num.2.*vbi *in vers. Alioquin* asserit opinionem Bartoli esse falsam, Anton.Gom. *l.6. Tauri num.* 8. qui in fine dicit hanc esse veritatem, Spin. *in speculo testament.glos.1. princ. num.* 32. Ioan. Rojas *in epitome success. cap. 29. num. 38. & 39.* vbi, quòd hæc opinio seruatur in praxi, latè Phanuc. *de inuentar part.2.num.11* qui veriorem, & crebriorem appellat, Mynsinger. *practic. obseruat. cent.6. cap.* 55. Mariens.*ad rub tit 8 glos.3 num.17. lib. 5. nouæ Recop* P.Molin. *de iustit.tract.2. disp. 163. vers. Contrarium*, Crass.§. *successio abintestato quæst.22.num.5.* Andr. Fachinæ.*contron.Iuris lib.7.cap.* 4. Hieronym. Treutler. *in disput.selectis disp.16. thesi 4. lit. C*, Constant.Capteol.*de success.abintest.lib 2.num.11.12.& 17.* vbi inquit hanc esse veriorem sententiam, & in iudicando amplectendam,Valentin. Forster. *de success.lib.7.cap. 4. conclus.4 à num.12. cum seqq vsque ad num.* 22. vbi omnibus argumentis pro Bartoli distinctione ponderatis respondet,Fontanel. *de pactis nuptialib claus 4. glos. 24 num 59. cum seqq.* qui sexcentos alios in idem placitum conspirantes cumulat, eleganter, vt solet, D.Barbos.*in d.l.post dotem num.66. vers Nihilominus*, vbi ait Bartoli opinionem non videri probabilem,& *num seq.vsque ad num.73.vers.Ex hac igitur.* Et demum ita fuit etiam iodicatum contra Bartolum *in Camera Imperiali*, & in Rota Senensi,vt fidem faciunt Mynsing.& Phanuc.*citatis locis.*

20 Qua retenta opinione vt veriori, & magis communi Doctorum calculo recepta, non obstat text. *in l.quod scitis,§.sin autem,C.de bonis quæ liber* quem Bart. & illius asseclæ singularem pro illorum sententia appellant, & potissimum illo innituntur: quoniam omisso,quod secundùm opinionem Cyni,Dyni,Rainer.de Foroliu.& Bald *in d auth.defuncto num.4. & in d l sin autem num 4 in fin.* & Corn *ibidem,& cons.265. num.2. vers. Ex posito lib* 4. & aliorum, dispositio *d §. sin autem*, fuit correcta per *d. auth.defuncto*, & per §. *si autem,auth.de hæred abintest.* vbi in principio *d auth.* Imperator expresse irritas facit omnes priores dispositiones circa successiones abintestato, quæ illius Authenticæ sanctioni aduersarentur, ibi, *Prioribus legibus pro hac causa positis vacantibus de cætero ea solùm seruari, quæ nunc constituimus.* Et omisso etiam,quòd aliqui existimarunt, textum *in d l.quod scitis,§ sin autem, C. de bonis quæ liber.* procedere solùm in lucris nuptialibus, non autem in aliis bonis, vt obseruarunt,Bald. *in d.l.quod scitis num.5.* Cou. *in epit.de success. abintest. num.* 2. qui notat ex *d. l. quod scitis*, non iustificari distinctinnem Bartoli, & idem fatentur Pontan. *in d l quod satis*,Cornel.*cons.286 num.3 lib* 1. & Thesaut. *d decis 27. num.3. vers. Et quamuis*, vbi licèt Bartolo faueat, ingenuè tamen agnoscit pro Bartoli opinione nullam adesse Iuris decisionem. Respondetur, quòd re vera non applicatur dictus text. quia ibi non erat controuersia inter ascendentes paternos,& maternos circa successionem descendentis, sed erat solùm inter patrem, & auum paternum; vnde rectè definitum fuit,patri vti proximiori debitam esse iure hæreditario successionem filij, auo autem paterno dari retentionem vsusfructus, quem vsque ab initio viuente ipso nepote ratione patriæ potestatis fuerat consequutus. Et hic fuit intellectus Cyni, Dyni, Rainer. Albet. & aliorum omnium antiquorum, quos supra retuli, & Cornel. *d. cons.* 286. *num.4.vers.Nam communiter lib.1. & in d. l. quod scitis*

num

*num.*3. vbi veriſſimum appellar, & amicum litteræ, & eundem comptobant Cou. Phanuc. Fachinæ. & D. Barboſa *locis præallegatis.*

21 Nec vis eſt facienda in illis verbis, quæ ad ipſum ex matre, vel ab eius linea prouenerint, quaſi quòd diſcrimen conſtituatur inter bona quæſita ex linea materna, & alia, & conſequenter detur ſeparatio, & diſtinctio bonorum conſiderata per Bartol. & ſectatores, quoniam ibi fit mentio ſolùm de bonis maternis, quia fortaſſe ibi filius, de cuius ſucceſſione tunc agebatur, habebat ſolum bona materna, vel quia ante Iuſtinianum tempore Valentiniani, & Theodoſij illius *leg. quod ſcitis*, conditorum filius in bonis aduentitiis, & reliquis omnibus noo habebat hæredem abinteſtato, ſed pater ſtatim illa omnia tanquam peculium filij occupabat iure patriæ poteſtatis, *l. 2. ff. de caſtrenſi pecul.* vbi Bartol. Caſtren. *in d. l. quod ſatis*, & meliùs Fulgoſ. *num.* 1. *&* 6. Alberic. *in auth. Itaque, colum. 2. verſ. Item ſecus, C. communia de ſucceſſ.* notat Marienſ. *d. tit. 8. gloſ. 3. de ſucceſſ. abinteſtat. num. 4 lib. 5. noua recopilat.* (quod fuit poſtea immutatum à Iuſtiniano *in l. cùm oportet, C. de bonis quæ liber.*) In bonis verò maternis etiam de dicto tempore Valentiniani, & Theodoſij erat ſpeciale, quòd pater non acquirebat pro peculio, niſi vſumfructum, iuxta *l. 1. C. de bonis mater.* quam condidit Conſtantinus, qui fuit ante dictos Valentinianum, & Theodoſium, & ſic penes filium remanebat proprietas in bonis tantùm maternis, quia in reliquis, & vſumfructum, & proprietatem, vt dixi, occupabat pater, ſeu auus ratione patriæ poteſtatis. Vnde ab iiſdem Imperatoribus Valentiniano, & Theodoſio ſolùm fit mentio de boois maternis, quia tunc temporis defuncto filio de boootum maternorum dumtaxat ſucceſſione iure hæreditarlo agi poterat, iuxta ſanctionem Conſtantini *in d. l. 1. C. de bonis mat.* prout diſtinguendo tempore ita explicat Phanuc. *de inuentar. part. 2. num.* 11. & clariùs D. Barboſa *in d. l. poſt dotem, num. 68. verſ. Item aduerto, ff. ſoluto matrim.*

22 Demum quicquid eſſet de præmiſſis, vnum certò certius videtur, quòd ille text. *in l. quod ſcitis*, §. *ſin autem*, habet varios intellectus; Bartolus enim, & cum illo ſentientes interpretantur, quòd loquatur & de patre matris, & ſic auo materno, & de auo paterno. Antiqui verò Doctores, & Baldus, & quotquot ſuprà enumerauimus, intelligunt, vt loquatur de patre, & auo paterno, & diuerſimodè etiam legitur: in pleriſque enim codicibus adeſt dictio, *idem*, in aliis verò deſideratur, quæ dictio plurimum confert ad intelligentiam dicti textus, qui adeò obſcurus, & ambiguus viſus fuit ſcribentibus, vt Salicet. ibi in fine affirmauerit omnes Doctores vacillare in poſitione caſus illius legis, vnde cùm apertiſſima ſit diſpoſitio *auth. defuncto, C. ad Tertullian. &* §. *ſi autem plurimi, authent. de hæredibus abinteſtat. venient.* vt pater, & mater, ad totam hæreditatem filij æqualiter admittantur, & certa ſit regula, & concluſio, quòd bona alicui prouenta illius, cui quæſita ſunt, efficiuntur, & deſinuot eſſe, & dici illius à quo prouenerunt, nec detur ſeparatio, vel diſtinctio bonorum in eodem patrimonio, niſi in caſibus à Iure expreſſis, vt ſuprà probatum fuit, non videtur recedendum à dictis Iuribus, regulis, & concluſionibus, nec inhærendum limitationi Bartoli, quæ deducitur ex text. valde dubio, & fortaſſe correcto, & qui varios intellectus & lecturas recepit ab interpretibus; vulgatum eſt enim legem, quæ varios habet intellectus & diuerſimodè legitur, non rectè ad cauſarum deciſionem allegari iuxta theoricam eiuſdem Bartol. *in l. in ambiguo*, vbi Socin. *ff. de rebus dub.* Menoch. *conſ.* 243. *num.* 56 quo argumento vtuntur in ſpecie, Cornel. *d. conſ. 94. num. 4. verſic. Nec etiam, & num. 5. verſ. Non obſtantibus lib.* 1. & alij iam allegati.

Nec denique obſtat *l. de emancipatis*, §. *exceptis*, *C. de legitim. hæred.* ex qua Bartoli ſectatores deducunt, quòd vterinus frater ſuccedit fratri in bonis à matre profectis, excluſo fratre conſanguineo; quia reſpondetur, vel non rectè ex dicto textu deſumi illud Axioma, & fortaſſe iuri eſſe diſſentaneum, prout illud impugnant, & textum egregiè interpretantur Fachinæ. *d. lib. 6. controuerſ. Iuris cap. 5. per tot.* & D. Barboſ. *in d. l. poſt dotem num. 69. verſ. Non obſtat, & ſeqq.* Vel quatenus verum eſſet, illud Axioma procedere in ſucceſſione tranſuerſalium, oec inde aptè inferri ad ſucceſſionem aſcendentium, quia hæc ſucceſſio prælatiua eſt exorbitans, & extraordinaria, & contra naturam vniuerſalis ſucceſſionis, quæ eſt vt pariter in omnibus bonis vocentur, nec fiat bonorum diſtinctio. Et eſt etiam contra omnia Iura dum fingit defunctorum habere plura patrimooia, vnde non eſt facienda extenſio ad caſus in Iure non expreſſos, vt pulchrè docuit Caſtr. *in auth. poſt fratres la 2. C. de legit. hæred. num. 2.* quem ſequuntur omnes, vt per Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ. 4. gloſ. 24. num.* 68. Vincent. de Franchis *deciſ. 59. num. 7.* & ita etiam reſpondet D. Barboſ. *in d. l. poſt dotem num.* 7. & Valentin. Forſter *de ſucceſſ. d. lib. 7. cap. 4. num.* 10. & tangit Fachin. *d. lib. 6. cap. 4. verſ. Denique in caſu noſtro.* Quæ omnia eleganter ponderauit Rota *in Romana ſucceſſionis 17. Iunij 1624. coram R. P. D. Merlino.* 23

Toletana cenſus.

Cenſus conſtitutus pro iuſto pretio, & æquiualente ſecundum tempus contractus, iniuſtus verò, & admodum inæquali habito reſpectu ad tempus præſens, an ſit licitus, & quid vice verſa?

V O T V M X.

1 *Cenſus conſtitutus pro iuſto pretio, & æquiualente ſecundùm tempus contractus eſt validus, quamuis ex poſt facto valor adeò excreuerit, vt reſultaret maximam iniquitatem contra debitorem cenſus.*

2 *Agrum emens pro iuſto pretio (quantumuis paruum ſit) rectè poterit poſtea fructus illius agri percipere ad quantuncunque valorem aſcenderint.*

3 *Doctores plures referuntur ſuprà firmatam reſolutionem tenentes.*

4 *Bona ſua ſi quis Eccleſiæ donauit ea conditione, vt alimenta ſibi præſtaret pro tota vita, non reducitur obligatio ex eo, quòd caſualiter obligatus vixit plures annos.*

5 *Cenſus rectè, & iuſtè conſtitui poteſt ad vitam ementis etiamſi tanto tempore is ſuperuixerit quòd fructus excedant pretium ſolutum.*

6 *Tranſigens ſuper futuro fideicommiſſo, cuius verifica*

verificatio consistit in futuro euentu, non potest transactio rescindi ex superuenienti versificatione fideicommissi, licèt sit magni valoris.

7 *Filia dote contenta non potest petere supplementum ex eo, quòd facultates parentum nimium post renunciationem creuerint.*

8 *Priuilegium immunitatis non rescinditur per superuenientem onerum impositionem.*

9 *Census constitutio pro modico pretio, iniusto, & inaequali tempore contractus, erit vsuraria.*

10 *Census vsurarij dominium in Censualista residere non potuit, ac proinde tenetur restituere fructus perceptos.*

11 *Pretium iustum in bonis mobilibus illud dicitur secundùm quod communiter ea solent aestimari in eo loco sine aliqua particulari affectione.*

12 *Pretium iustum in bonis immobilibus illud est, quòd viginti annis reddunt ea bona deductis expensis.*

13 *Pretium pro censuum venditionibus taxatur ex redditibus viginti annorum in Portugalia, & Hispania.*

14 *Consuetudo circa pretia statuenda attendi debet.*



ETRVS censum in fragmento, aut fructibus bonorum suorum constituit certo pretio, soluendi scilicet annuè certas mensuras tritici, quae successu temporis multum in valore ascenderunt, & respectu prioris pretij videtur hodie contractus iniquus. Dubitatum fuit an nunc tutè possit Censualista illas mensuras tritici annuè percipere sine conscientiae detrimento?

1 In hoc dubio sic distinguendum est, aut census constitutus fuit pro iusto pretio, & aequiualente secundùm tempus contractus, & ex post facto valor adeò excreuit, vt resultaret maximam iniquitatem contra debitorem census, veluti si mensura tritici valeat hoc anno vnum ducatum, cùm tamen tempore contractus valeret tria regalia, aut duo, aut etiam vnum: quo casu tutè poterit Censualista illas mensuras tritici annuè percipere ad quantumcumque valorem ascenderint absque eo, quòd aliquid
2 inde teneatur restituere, seu defalcare. † Cuius resolutionis aperta est ratio, quia emens agrum, seu fundum pro iusto pretio (quantumuis paruum sit) rectè poterit postea fructus illius agri percipere ad quantumcumque valorem ascenderint, nec tenebitur inde aliquid venditori restituere, vt constat, ex eo scilicet quòd fructus rei propriae percipit; cùm igitur annuae pensiones à Censualista perceptae sint, veluti fructus census per eum empti, sequitur intentum: vnde quemadmodum Censualistae licitum est pensiones quamplures per complures annos percipere, quantumlibet plures sint, ita eidem licitum est pensiones easdem percipere quantumcumque valo-
3 ris sint. Ita resoluunt Medin. † *in Cod de restitutione, tit. de censu redimibili fol. mihi 167 col 4. vers. Sequitur amplius* Nauar. *in comment de vsur quaest. 30. num. 110.* Virgin. *de censib. part. 2. num. 48 pag. 63 & part. 3. num. 52. pag. 147.* Madius *in tract. de censuum requisitis in vers. Ad quintum num. 4. & 5 pag. mihi 152* Hieron. de Laurent. *Auenion. decis. 66. num. 1. & seq. & num. 10. vers. Anno* 1593. Franc. Milanen. *Sicilia decis. 6. num. 18. cum seqq lib. 2.* Franc. Martin. *in tract. de iure censuum cap. 4. num. 113.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 20. num. 7. vers. Nec obstat,* Salon. *de iustit. & iure tom. 2. tract. de censib. art 4. controu. 2. vers Emit Petrus col. mihi 1442* Salas *de censib dub 55 num , vers. Suppono secundò pag. 514.* Ludouic. Lopez *in instruct. negot. lib. 1. cap 56. de censu temp. concl 3. pag. mihi 210.* Ludou. Cenc. *de censib. part. 1. cap. 1. quaes. 1. art. 3. num. 14 pag. 6.*

Quorum resolutio confirmatur etiam ex seqq. 4

Primò, quia si quis bona sua Ecclesiae donauit, ea conditione, vt alimenta sibi praestaret pro tota vita, non rescinditur obligatio Ecclesiae, nec reducitur, ex eo, quia casualiter alimentatus vixit plures annos, quia etiam potuit statim mori, & sicut Ecclesia potuit lucrari, ita debet damnum sentire, Natt. *cons. 404. num 31. lib. 3* Sigism. Scacc. *de commerc §. 1. quaest. 1. num. 294. cum seqq.* † Ex qua ratione censum rectè, 5
& iustè constitui posse ad vitam ementis, etiamsi tanto tempore is superuixerit, quòd fructus excedant pretium solutum, tenent Gemin *de vsuris commento 3. §. 4. num 96.* Surd. *de aliment. tit. 9. quaest. 11. num. 8.*

Secundò, quia transigens super futuro fideicom- 6
misso, cuius verificatio consistit in futuro euentu, non potest transactio rescindi ex superueniente verificatione fideicommissi, licèt sit magni valoris, & pro transactione, nihil vel paruum recipiatur Doctores per text *ibi, in l fideicommisso, C. de transact.* Decian. *resp. 39. num 110. vol. 2.* Pereg. *cons 52. ad finem, lib. 5.* Fusar *de substitut. quaest. 296. num. 5. & quaest 487. num. 19 & cons. 25 num 22. cum seqq*

Tertiò, quia filia dote contenta non potest petere 7
supplementum ex eo, quòd facultates parentum nimium post renunciationem creuerint, Molin *de primog. lib. 2 cap. 3. num. 29* Hieron. de Laurent. *d decis 66. num. 10 ad fin. vers Hinc si filia,* Amat. *lib. 1. var. cap. 23. num 3.*

Quartò, quia priuilegium immunitatis non re- 8
scinditur per superuenientem onerum impositionem, cùm sit causa accidentalis, Crauet. *cons 194 ad fin. vers Non obstat vltimum, & cons. 439 num 6. vol. 3 & cons. 707. num 23, & 24.* Roland. *consil. 13. ad finem lib. 3.* Natta *cons. 397 num. 14 & 15.* Menoch. *cons 156. num. 34. cum seqq.* Bursat. *cons. 6 num. 77.* Peregrin. *de iure fisci lib. 1. tit 3. sub num. 64.* Glorit. *resp. 1. part. 3. num. 101. & 102.*

Vel Census (vt ad secundam partem distinctionis 9
deueniamus) constitutus fuit pro modico pretio iniusto, & inaequali tempore contractus, & tunc illius constitutio erit vsuraria, vt probatur *in Extrauag. 2. de empt.* ibi, *certum competens pretium,* &c. Et in Bulla Pij V. incip. *Cùm onus, sub dat. 4. Kalend. February* 1568. ibi, *iusto pretio, & in vers. Volumus,* ibi, *contractus sub alia forma posthac celebrandos foeneratitios iudicamus,* &c. Felician. *de censib lib. 1. cap. 6. num. 11.* Molin. *de instit. tract. 2. disp 390. a princ.* Valasc. *cons. 70. ferè per tot.* Reinoso *obseru. 16.* † Et idem census dominium in 10
Censualista residere non potuit, ex adductis per S. Thom. 1. 2. *quaest. 78. art. 3. in fine,* Abb. *in cap. vltim. de vsuris,* Sot. *de iustit. lib. 6. quaest. 1. art 4.* Couar *lib. 3. var. cap. 3. num 6* Molin. *d. tract. 2. disp. 326. num. 4.* ac perseqeuns tenetur restituere fructus perceptos secundùm Nauar. *in man. cap. 17. num. 248* Molin. *d. tract. 2. disp. 375. num. 7.* aliàs *vers. Hoc loco obserua.*

Sed tota difficultas modò reducitur in perscru- 11
tando

tando, quod dicatur iustum pretium, pro cuius solutione breuiter aduerto attento Iure communi faciendam esse differentiam inter bona mobilia, & immobilia, itaut iustum pretium bonorum mobilium illud dicatur, secundùm quod communiter ea solent æstimari in eo loco sine aliqua particulari affectione, ita procedit text. *in l. pretia rerum, ff. ad legem Falcid.* vbi Doctores, *l. si cùm fundus, ff. de legat. 2. l. septem, C. de erogat. milit. annona lib. 12. l. si seruum meum, ff. ad leg. Aquil.* glos. *verb. ad alium, in cap. cum causa,* vbi Abb. *num. 2. de testib.* Anania *in cap. in ciuitate 13. de vsuris,* Alciat. *in l. propemodum, ff. de verb. signif.* Pinel. *in l. 2. part. 3. cap. vlt. num. 17. C. de rescind. vendit.* Cou. *lib. 2. var. cap. 3. num. 4.* Valasc. *consi. 43. num. 1.* Cardoso *in praxi Iudicum & Aduocat. verb. pretium num. 1.* Molin. *d. tract. 1. disp. 348. ad fin.* Rebello *de obligat. Iustit. lib. 9. quæst. 1. sect. 6. num. 32.*

12 Bonorum autem immobilium pretium iustum
(inter quæ census huiusmodi computantur) illud est,
quòd viginti annis reddunt ea bona deductis expen-
sis, *Auth. de non alien rebus Eccles. §. quia verò Leonis,*
vers. Si verò alicuius, vbi glos. *verb. computatur collat.*
2. glos. fin. in auth. præterea, C. de sacros. Eccles. glos. verb.
iusta in auth. perpetua, eod. tit. glos. verb. ad aliam, vbi
Abb. *num. 3. in cap. cùm causam, de testib.* Couar. *lib. 3.*
var. cap. 9. num. 5. Pinel. *in d. l. 2. part. 3. cap. 4. num. 29.*
Surd. *consi. 151. num. 6.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 9. num.*
78. Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 545. num. 13. &*
vlt. & cap. 752. num. 47. Cardoso *d. verb. pretium num.*
4. & verb. census num. 18. & verb. emptio num. 53. cum
13 *seq. & verb. vsura num. 10.* Felician. *d. cap. 1. num. 16* †
Et ita taxatur huiusmodi pretium pro censuum ven-
ditionibus in Regno Portugaliæ per quasdam litte-
ras Philippi III. de anno 1615. quas refert Phœbus
tom. 2. decis. 211. & idem in Regnis Castellæ lege can-
tum esse attestantur Ioan. Garc. *d. cap. 9. num. 8.* Gu-
14 tier. *lib. 3. pract. quæst. 170. ad finem.* † Et hoc ipsum
obseruat vniuersalis in illis partibus consuetudo, quę
in hac materia attendi debet, vt per Cou. *d. cap. 9.*
num. 6. vers. Ex quibus, Felician. *de censib. lib. 2. cap. 1.*
num. 76. vers. Quare, Gasp. Roderic. *de annuis reddi-*
tib. lib. 1. quæst. 6. num. 2. Molin. *d. tract. 2. disp. 385. num.*
8. aliàs vers. Sententia contraria.

Toletana testamenti.

Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, quando per secundum sit sublatum, & qualiter testator dicatur furiosus, & demens, vt exinde nullitas testamenti proueniat?

Votum XI.

1 *Testamentum primum ipso iure per secundum sublatum est.*

2 *Heredibus in testamento institutis debetur immissio ex* l. fin. C. de edicto D. Hadr. *si productum fuerit in forma probanti non vitiatum, &c.*

3 *Testamenti exemplum sufficit reproducere si in publica forma traditum fuerit à Notario rogato.*

4 *Testatoris subscriptio non requiritur in testamento nuncupatiuo.*

5 *Testamentum primum, quod habet clausulam derogatoriam, non censetur per posterius reuocatum, si in eo de ea mentio non fiat.*

6 *Per verba,* sub quibuscunque verbis derogatoriis, *est sufficienter derogatum cuicunque clausula derogatoriæ etiam continenti verba, AVE MARIA.*

7 *Naturale est quem esse mentis compotem, furiosum verò & insanum accidentale.*

8 *Testamentum, vt annullari possit ex capite dementiæ testatoris, opus est efficacioribus & vrgentioribus probationibus de tempore conditi testamenti.*

9 *Debiti Ordinis Obseruantia, & scripturæ compositio mentis integritatem denotant, sicut inordinatio defectum.*

10 *Coniectura nulla maior sanæ mentis quàm illa, quæ desumitur ex qualitate testamentariæ dispositionis.*

11 *Sacramentorum susceptio nonnisi hominibus sanæ mentis conuenit, & permittitur, & confert ad mentis integritatem præsumendam.*

12 *Testes de dementia deponentes, debent concludere de tempore conditi testamenti.*

13 *Testes de dementia, & furore deponentes debent etiam non interrogati sui dicti rationem exprimere.*

14 *Memoriæ imbecillitas non infert ad intellectus defectum.*

15 *Dementiam continuatam, & confirmatam non concludunt strepitus, & alia huiuscemodi.*

16 *Viri sani intellectus quandoque aliqua ex accidenti faciunt à sana mente aliena etiam tempore conditi testamenti, & tamen testamentum non est nullum.*

17 *Testator quamuis rem aliquam furiosi facere iubeat, non exinde eius testamentum nullum redditur.*

18 *Testator demens habens dilucida internalla ex bene ordinata dispositione iudicatur in sanitatis internallo esse de tempore facti testamenti.*

19 *Demens, & in furore confirmatus si de facto testetur quamuis ordinatè semper eius testamentum nullum est.*

20 *Curatoris datio dementiam arguit, sed non concludit in alio tempore.*



IOANNES duo condidit testamenta, in primo instituit Antonium, in secundo verò quendam locum pium, sed cùm inter hos institutos hæredes fuisset acerrimè disputatum, quod ex his testamentis validum esset, & Antonius multa pro nullitate secundi, & testatoris dementia à tem-

pore illius allegasset, tandem hinc inde partibus auditis fuit pro secundo tentum, ac proinde locum pium esse immittendum in possessionem bonorum hæreditariorum, ex sequentibus comprobaui.

1 Cùm enim per dictum secundum testamentum primum ipso iure sublatum fuerit, *§ posteriore, Instit. quibus modis testam. infirm.* cum vulgatis, illudque productum fuerit in forma probanti, non vitiatum,
2 &c. † hæredibus in eo institutis debetur immissio, ex *l. fin. C. de edicto D. Adrian. toll.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 368.* latè Peregrin. *de fideicom. art. 48. per totum*, Greg. *decis. 206. num. 1.* & alibi sæpè.

3 Non obstat, quòd in actis non fuerit productum originale, seu matrix dicti secundi testamenti, iuxta requisita *d. l. fin.* quia sufficit, quòd productum fuerit exemplum in publica forma traditum à Notario rogato, Ias. *in d. l. fin sub num. 4.* vbi Zuccard. *num. 92. vers. Sed nihilominus*, Menoch. *d. remed. 4. num. 654.* & ita obseruat Rota, vt testatur Verall. *decis. 351. num. part 2. & in Perusina hæreditatis 28 Nouembris 1616. coram bonæ mem. Buratto, & in Romana hæreditatis de Arigonis 23. January 1627. coram bonæ mem. Card. Virili.*

4 Minus obstat, quòd non fuerit recognita subscriptio testatoria, quia versamur in testamento nuncupatiuo, quod redditur certum eo ipso, quòd fuerit per testatorē consignatum Notario clausum, & Notarius à tergo illius rogitum consignationis coram septem testibus adnotauit, & ibidem testator, ac testes prædicti etiam se subscripserunt, vnde opus non est alia recognitione, Bart. *in l. 2. num. 5. vers. Tunc si tabellio, ff. quemadm. testam. aper.* Paul. de Castro *cons. 93. num. 3. lib. 1.* Rota *decis. 752. num. 6. & 7. part. 1. diuers. & in d. Romana hæreditatis coram Card. Virili, & in eadem 28. Iuny 1627. coram eodem.*

5 Nec obstat, quòd in primo testamento, in quo Antonius fuit hæres constitutus, adest clausula derogatoria posterioris voluntatis, nisi in ea describantur hæc formalia verba, AVE MARIA GRATIA PLENA, quæ in dicto secundo testamento non inueniuntur descripta, quo casu primum non censetur per posterius reuocatum, ad *l. si quis in principio testamenti*, & ibi communiter Doctores, *ff. de legat. 3.* Ias. *in l. si mihi, & tibi, § in legatis num. 1. ff. de legat. 1.* Corne. *cons. 86 num. 7. vol. 3.* Alex. *cons. 134. num.*
6 *1 lib. 1.* Cæs. de Grassis *decis. 1. num. 1. & 2. de testam.* † Respondetur enim in dicto secundo testamento adesse sufficientem derogationem ex quo testator in eo dixit, quòd valere debeat non obstante quouis alio testamento habente clausulam derogatoriam, subdens, sub quibusuis verbis derogatoriis, de quibus modò non recordor, & si recordatus fuerim, ea de verbo ad verbum expressissem, Bart. *in d. l. si quis in principio testamenti num 8.* Clar. *in § testamentum quæst. 99. vers. Sed quæro*, Natta *cons. 639. num. 9. lib. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 48. num. 22. cum seqq.* Hieron. Laurent. *Auenion. decis. 81. num. 3.* & in puncto, quòd per verba illa, *sub quibuscunque verbis derogatorys*, sit sufficienter derogatum cuicunque clausulæ derogatoriæ etiam continenti dicta verba AVE MARIA, dicit Rot. *decis. 725. num. 3. part. 1. recentior. & in Romana legati 9 Iunij 1578. coram Bubalo.*

7 Quoad prætensam testatoris dementiam de tempore secundi testamenti, in qua multum innitebatur Antonius, est aduertendum, quòd cùm naturale quidem sit quem esse mentis compotem, furiosum verò & insanum accidentalem, vt dixit Bald. *in l. nec codicillos* vbi etiam glos. Bart & alij, ideo præsumptio
8 stat contra dementiam, *cap. fin. de successiòn. abintest.* † ac propterea ad illam probandam, præsertim in Ioanne testatore, qui non solùm pro se habet sanæ mentis præsumptionem, sed in præcedenti tempore vitæ suæ talis probatur, efficacioribus, & vrgentibus probationibus de tempore conditi testamenti opus est, itaut non sufficiat, quòd aliqua alia die probetur furiosus, vt latè Bart *in l. 2. num. 3. vers. Sed quid ff. de bonor possess. fur.* Alex. *cons. 85. num. 7. vers. Et illud recte lib. 2.* Roder. Xuar. *alleg 1 per totam*, Magon. *Florent. decis. 97. num. 13.*

Quod tantò magis procedit, quia cum his concurrit, quòd omnia in dicto secundo testamento descripta rectè, & ordinatè composita reperiuntur; debiti autem ordinis obseruantia & scripturæ compositio mentis integritatem denotant, sicut inordinatio defectum, *cap. 1. § si verò, de cler. ægrot. in 6. cap. filij, de hæret eodem libro, cap. legitimus 93. dist.* Ioan. Andr. *in cap. cùm dilectus, de success. abintest.* Tiraq. *de legib. connub glos. 1. part. 11. num. 7.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. num. 13.* Gama *Lusit. decis. 261. num. 2.* Et prætereà nulla maior sanæ mentis coniectura quàm illa, quæ desumitur ex qualitate testamentariæ dispositionis Ioannis, quia omnia disposuit prout cuilibet prudenti viro conueniebat, locum pium hæredem instituens, necnon legata similiter pia faciens, in omnibus propriæ saluti consulens, ad not. per Xuar. *d. alleg. 1. num 2. & 3.* Honded. *d. cons. 78. num. 61. lib. 2.* Afflict. *decis. 143. num. 5.* Grammat. *decis. 73 circa fin.* Card. Mantic. *d. tit. 5. num. 7.* Ioseph. Ludoui. *Perus. decis. 1. num. 9.* Rot. *decis. 119. num. 15 part. 2. diuers.* 9 01

His accedunt fides Parochorum, quibus in hoc multum deferri debet, attestantium, quòd Ioannes in vltima infirmitate, in qua fecit testamentum, & ex qua dementiam ortam fuisse prætenditur, bis peccata sua cum sana memoria, sensu perfecto, & animi dolore confessus fuit, & sacram Eucharistiam suscepit, horum enim Sacramentorum susceptio nonnisi hominibus sanæ mentis conuenit, & permittitur, vt latè Surd. *cons. 89. per tot.* quæ ideo plurimum confert ad mentis integritatem præsumendam, Menoch. *de præsumpt. lib. 6 præs. 45. num. 11* Rot. *in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Decembris 1618. coram bonæ mem. Remboldo, & decis. 384. num. 4 part. 1. recentior.* Adminiculantur etiam attestationes aliorum quatuor Sacerdotum, qui circa tempus conditi secundi testamenti Ioannem personaliter visitarunt, & cum sani iudicij, vt dicunt, repererunt, & tandem subscriptiones ipsiusmet testatoris, & septem testium non parum faciunt, quia testator mentis expers non facile subscripsisset, & testes subscribere recusassent. 11

Non obstant testes de dementia deponentes, quia 12 vltra quòd quidam sunt aliqualiter interessati, quia aut sunt legatarij ex primo testamento, aut aliàs eorum interest, vt illud sustineatur, quorum fides proptereà saltem diminuitur, ad *l. omnibus, C. de testam.* in primis non concludunt de dementia de tempore conditi secundi testamenti, de quo tempore maximè supradictis attentis illam determinatè concludere debent, iuxta text. *in l. 2 & l. qui testamento, §. quicunque, vers. Ne furiosus. ff. de testament.* & tradunt Doctores *in d. l. furiosum.* Corn. *cons. 261. num. 22. lib. 4.* Gama *Lusitan. decis. 261. num. 2.* Rot. *d. decis. 384. num. 10. part. 1. recentior.*

Deinde, quia non reddunt conuenientem ratio- 13 nem sui dicti, quam tamen in hoc casu etiam non interrogati exprimere debent, cùm enim dementia cognoscatur per inquisitionem quandam, quæ se animo non offert, nisi per multa & diuersa media,

circa

circa quæ testes de facili possunt errare, ideo eis non creditur, nisi causam sui dicti etiam non interrogati faciant manifestam, Bald *in l. solam, C. de testam.* Innoc. *in cap. cùm causam, de testib.* Fulgos. & Castr. *in d. l. furiosum*, vbi Ias. *num* 6. Socin. *cons.* 42. *num.* 4. *lib.* 1. Surd. *d. cons.* 89. *num* 4. Boër. *decis.* 23. *num.* 41. Magon *d. decis.* 97. *num.* 5 Rot. *d. decis.* 384. *num.* 7.

14 Et quamuis aliqui testes reddant rationem dementiæ, quia scilicet viderunt Ioannem memoriâ destitutum, & facientem strepita, & alia more dementum, illa tamen pro sufficienti habenda non est, quia memoriæ imbecillitas non infert ad intellectus defectum, Menoch. *d. præs.* 45. *num.* 11. & Rot. *decis.* 384. *num.* 5. præsertim in Ioanne corporis infirmitate oppresso, iuxta textum opt. *in l. hac consultissi-*
15 *ma, § at cum humana fragilitas, C. qui testam. facere pos.* † Quòd verò fecerit strepita, & alia huiusmodi, similiter non concludit dementiam continuatam, & confirmatam, & sic eum non fuisse in potestate mentis de tempore conditi testamenti, stante, vt dictum est, quod antea communi existimatione sani consilij reputabatur, & testamentum condidit rectè, & ordinatè compositum. eius dispositionis qualitas conuenit homini perfectæ mentis, & quòd post prædicta strepita, & testium depositiones sanus mente repertus peccata sua confessus est, necnon aliis Sacerdotibus supradictis.

16 Quandoque enim sani intellectus viri aliqua ex accidenti faciunt à sana mente aliena etiam tempore conditi testamenti, & sic in fortioribus terminis, & tamen non ideo semper de iure furorem superuenisse præsumitur, nec insani reputantur, quoad testamenti actiuam factionem, modò ex aliis suspicio furoris inde causata amoueatur, prout pater, qui filios suos sine causa exhæredat, meritò rem quasi furiosi facere dicitur, *l. 1. & 2. ff. de inoff. testam* & tamen eius testamentum mero iure tenet, cùm opus sit illud rescindi per querelã inofficiosi, *l. si non mortis, § si quis, & toto tit. ff. eodem*; cùm tamen testamentum furiosi sit ipso iure nullum, *d. l. 2. & l filius familias, ff. de testam d. l. furiosum, C qui testamenta facere pos.*

17 Ille etiam testator, qui apud Iurisconsultum, *in l. quidem in suo, ff. de condit. instit.* iussit ossa sua proiici in Tiberim, rem furiosi iussit, vt ibi textus dicit, & tamen eius testamentum valuit; sicut valuit testamentum illius mulieris, quæ *in l. fin. § fin. ff. de auro, & argen legato*, iussit se sepeliri cum quibusdam ornamentis, quæ ipsa ad se sepeliendum fecerat ex smaragdis, & margaritis, & facit bonus text. *in l seruo alieno, § fin. ff de legat.* 1. & quod refert Paris. *cons* 88. *num.* 65. *volum.* 3. de testamento illius, qui peccata sua non confitebatur, & Cornel. *cons.* 219. *in fine vol.* 1. de testamento alterius, qui Missam non audiebat, & cùm diues esset legata pia pro anima sua non reliquit. Sic intelligit Rodet. Xuar. *citato loco*, quod
18 refert Valer. Maximus de testamento dementis bene ordinato continuo, & confirmato furore, sed habens dilucida interualla, itaut ex bene ordinata dispositione iudicatus fuerit in sanitatis interuallo esse de tempore facti testamenti, prout etiam sic intelligenda est Rotæ *decisio in dicta Romana hæreditatis de Gracchis verf. Tum etiam.*

19 Secus autem dicendum in eo, qui prorsus demens est, & in furore confirmatus si de facto testetur, quamuis ordinatè, semper enim eius testamentum nullum est, Roder. Xuar. & Card. Mantic. *vbi suprà*, Menoch. *d. præs.* 45. *num.* 68. siquidem tunc optima compositio non à persona, sed casu magis facta creditur, argumento textus optimi *in l fin. ff de administ. tutor.* non enim propterea desinit esse furiosus, quamuis faciat aliquos actus sapientis, vt dicit Roman. post glos. *in l. filium emancipatum, num.* 3. *ff de acquir. hæred.* Zabarel. *cons* 57. *vol* 2. Corn. *cons.* 69. *vol.* 1. & Menoch. *cons.* 82. *num* 234. vt in simili infirmus, qui etsi actus aliquos faciat qui sanitatem arguunt, tamen non est sanus, Præpos. *in cap. dilectus, ext. de sponsal.* Corset. *sing.* 368. *verb testamentum*, vbi meminit illius egregiæ sententiæ, quam dixisse quendam fatuum Parisiensem, multi alij etiam referunt.

Nec etiam obstat, quòd dicto Ioanni vti insano 20
fuerit datus curator ante conditum testamentum, de quo agitur, quæ curatoris datio dementiam arguit, Alex. *d. cons.* 85. *num.* 9 *lib.* 2. Bertrand. *cons.* 49. *num.* 22. *vol.* 1. *part.* 2. Surd. *d. cons* 89 *num.* 19. Cardin. Mantic. *d tit.* 5 *num.* 15. quia quicquid sit, an dicta curatoris datio fuerit causa cognita, & an fuerit ad hoc procurata, vt videtur ab habentibus pinguius interesse ex primo testamento, illa similiter non concludit dementiam ad effectum, de quo agitur, vt in puncto Ioan. Fab *in § præterea*, & ibi etiam Aretin. *Instit. quibus non est permissum facere testam*, Ias. *in d. l furiosum sub num.* 2. *vers. Tertiò singulariter limita*, Boër. *d. decis.* 23. *num.* 79. & Rot. *in d. Romana hæreditatis de Gracchis*; & in omnem casum in conflictu probationum debet probatio sanæ mentis de tempore conditi secundi testamenti præponderare.

Bracharen. abortus.

Ante septimum mensem partus velut abortiuus, & non natus habendus. Abortus fœtus animati procurans per se, vel per alium, siue consulens, quas pœnas incurrat. Et quando dicatur fœtus formatus, & animatus, & quæ sint conceptionis signa, & quid resoluendum in dubio quando nescitur an animatus, vel inanimatus fuerit fœtus abortiuus?

VOTVM XII.

1 *Casus proponitur.*
2 *Abortus est fœtus imperfecti, aut mortui emissio.*
3 *Partus si maturius quàm septimo mense partus prodeat, nullo modo vitalis est.*
4 *Partus quinque mensium aliquando vitalis esse potest secundùm aliquos.*
5 *Defenditur opinio Hippocratis.*
6 *Referuntur Iura, & Doctores, qui eam defendunt.*
7 *Excluditur possibilitas partus quinquemestris.*
8 *Argumentum ab inclusione vnius temporis valet in hac materia.*
9 *Partus vitalis & naturalis desumuntur initia à septimo mense.*
10 *Abortionis plures sunt causæ.*
11 *Mulierem prægnantem percutiens quâ pœna ex lege Exodi teneatur.*

11 *Pœna varia pro casuum diuersitate statuta sunt in præbentem causam abortiont de Iure Ciuili.*

13 *& etiam de Iure Canonico.*

14 *Sixtus V. quibus pœnis statuerit puniendos abortioni causam dantes.*

15 *& Gregorius XIV.*

16 *Gregorius XIV. moderauit rigorem Bullæ Sixti V. quoad reseruationem absolutionis.*

17 *& quoad abortum fœtus tantummodo animati.*

18 *Pœna in dictis Constitutionibus comminata incurruntur quouis modo abortus procuretur.*

19 *Fœtus animatus quando dicatur magna controuersia.*

20 *Anima rationalis non ante tertium, vel quartum mensem infunditur, secundùm quorundam opinionem.*

21 *Conceptus quicunque quadragesimo die, & formatus, & animatus est, secundùm alios.*

22 *Animatio nunc triginta diebus, & quinque, nunc quadraginta, nunc quinquaginta terminatur, secundùm nonnullos.*

23 *Anima in maribus 45. à conceptu die, fœminis verò in quinquagesimo infunditur, iuxta cuiusdam opinionem.*

24 *Fœtus mas 40. fœmina verò sexagesimo die de anima rationali donatur secundùm Menoch.*

25 *Animatio infunditur in masculis ad triginta vsque, in fœminis verò ad 42. dies, secundùm alios.*

26 *Animam septimo die infundi tenuit Ferdinandus Menoch.*

27 *Fœtus fœmineus octuagesimo die, masculus verò quadragesimo animatur secundùm magis communem opinionem.*

28 *Genitura si in septimum diem intus permanserit, manifestum est mulierem concepisse.*

29 *Menstrui cessatio signum est conceptionis, maximè si aliàs fœmina menstrua nunquam deficerent.*

30 *Conceptionis signa sunt si mulier res insolitas, quas comedere non licet, appetierit, vel si venter in bona valetudine crescere, & intumescere incipiat.*

31 *Fœtus in dubio præsumitur potius inanimatus, quàm animatus ad exclusionem pœnæ corporalis.*

32 *Fœtum fuisse animatum, quàm inanimatum tutius est putare ad effectum incurrendi irregularitatem.*

33 *Fœtus præsumitur animatus in abortione post quadraginta dies contingente etiam quando criminaliter agitur.*

34 *Fœtus animatus præsumitur in dubio quoad priuationem suscipiendi Ordines, ac in illis ministrandi, non verò quoad priuationem officij, vel beneficij.*

35 *Pœna ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda delicto dubio, sed arbitraria pro dubij qualitate.*

36 *Pœna ex culpa, & delicto debet commensurari.*



VM excandesceret B. in Mariam, eo 1
quòd impedimento sibi esset ne turpiter cognosceret eius sororem, iussit,
vt quidam eius famulus è domo propria exiret, & dictam Mariam prægnantem in platea propè domum nimis, & acriter palo percuteret, quod dictus famulus ipso B. vidente, iubente, & approbante exequutus est; ex quibus percussionibus intra breue tempus dicta Maria abortum fecit fœtus animati. Sed cùm Promotor Fiscalis contra dictum B. ex officio procederet, & iustitia tantùm, ac illo eius nomine causam huiusmodi prosequente, fuit tandem lata sententia dictus N. in exilio ad Brasilicam Prouinciam per quinquennium condemnatus, & perpetuò irregularis pronuntiatus; à qua sententia cùm dictus N. necnon idem Promotor Fiscalis appellassent, in gradu appellationis huiusmodi fuit dubitatum, an dicta pœna æquiualeret delicto? & visum fuit negatiuè resoluendum ex seqq.

Ad quorum omnium exactam declarationem præ- 2
mittendum est, quòd aborsus est fœtus imperfecti, aut mortui emissio, vt videtur definire Galen. *lib.* 10. *de morbis vulgar. part.* 1. *comment.* 2. Hieron. Mercurial. *lib.* 2. *de morbis mulier. cap.* 1. Petr. Garcia *de locis affectis disp.* 76. *cap.* 1. *num.* 1. † Fœtus autem imperfe- 3
ctus, ac proinde minimè naturalis, & vitalis dicitur ille, qui fuerit quinque mensium, & quinque dierum solarium, vt ante omnes docuit Hippocrates *in opusculo de septimestri partu, in princip.* ibi, *Septimestres autem nascuntur 182 diebus ac dimidio, & insuper accedente diei particula, si enim primi menses dies quindecim supputaueris, deinde quinque mensium dies 147. & dimidium (in sexaginta enim diebus quàm proximè duo menses perficiuntur.) his igitur sic habentibus ad septimum mensem supersunt dies non plures quàm viginti, & est tota summa dimidij anni cum aliquantula diei parte.* Hanc Hippocratis sententiam sequuti sunt summi Philosophi, & Medicinæ magistri, Aristotel. *lib.* 7. *de historia anim. cap* 4. Plin. *lib.* 7. *natural. histor. cap.* 5. Galen. *in lib. de septimestri partu, in verb septimestres,* Alex. *lib.* 2. *problem.* Plutarch. *lib* 5. *de placitis Philosophorum cap.* 18. Cœli. Rhodigin. *lib.* 22. *lection. antiq. cap.* 13. omnes affirmantes si matutius quàm septimo mense partus prodeat, nullo modo, nec vllibi vitalem esse, quibus accedunt Aul. Gelli. *lib.* 3. *noct. Atticar. cap.* 10 Amat. Lusit. *cent.* 1. *curat* 27. Federic. Bonauentora *de partu octomestri lib.* 7. *cap.* 26. Marcel. Donat. *de medic. histor. mirabil cap.* 13. Francisc. Valles. *lib.* 2. *controuersiar cap* 11. & 18. Ludou. Mercado *lib.* 4. *de morbis mulierum cap.* 1.

Et quamuis non desint, qui contrarium tueantur, 4
scilicet, vt partus quinque mensium sit vitalis, & exemplis conentur comprobare eo fundamento præsupposito, quòd homini non sit præstitutum certum tempus pariendi, prout aliis animalibus, & in ea opinione fuerunt Auicenna *lib* 3. *sua medica tract.* 2. *sess.* 21. *cap* 5. dum ait ante septimum mensem multoties natum mori, quoniam motus vehementer tulerat;

lerat; ergo si maiori ex parte, non semper, sed aliquaodo potest partus esse vitalis. Cardanus, vit suæ ætatis singularis, *contr. ad medic. lib. 1. tract. 3. contrad.* 8. referens exemplum de duobus filiis, quorum alter natus erat 168. alter verò 170. Ferdinandus Mena Professor publicus, & Regis Catholici Medicus *in comment. ad cap 4 de septimestri partu Hippocratis*, asserens exemplum de Pincerna Regis Francorum, Francisc. Valles. eiusdem Catholici Regis Medicus *lib. 6. Epidemior. 2. sect.* 3. Hieron. Montuus Regis Galliæ Medicus *in libro suo Anasi morbo* 40. & 41. Horat. Augier. *in lib. quòd certum non sit nascendi tempus*, vbi ponit exemplum de puero Auenalis Comitatus Cinguli Auximanæ Diœcesis nato in quinto mense. idem Francisc. Valles. *de sacra Philosophia cap.* 8. & Petr. Petemat. *de hominis procreat. cap.* 8. enarrant illustrissimæ fœminæ editionem naturalem, & mirandam in initio mensis quinti à conceptu contingentem, quorum dicta respexit D. Sancta Crux Abbas de Couarruuias, & Protomedicus in Castellæ Regnis *de Hippoc Philos. super textu* 71. illis verbis. *Quinto mense editum in Hispania cognouimus.* Ioan. Schenckius *tom. 2. obseruat. medic. lib 4. tit. de partu vitali obseruat.* 152. Et ex nostris Iurecon. Menoch. *de success. creation lib. 2. §. 20. num.* 125. Rhenat. Chopin. *de priuilegys rusticorum lib. 3 cap. 8. num.* 5. vbi refert arestum Curiæ Parisiensis pro quodam quinquemestri expensum, Torreblanc. *de magia lib. 2. cap. 43. num.* 17. *cum seqq.* Ioan. Aloys. Ricc. *in addit. ad Mascardum concl.* 1146. *num.* 1. vbi falsò citat pro hac parte Rotæ decisionem in Auximana alimentorum, quæ contrarium omnino probat, vt infrà ostendemus, Robles de Salzedo *de repræsent. lib. 1. cap. 12. num.* 24. & citati per Roget. *cons. 1 num.* 14 *cum seqq.*

5 Nihilominus tamen magis placet adhærere opinioni Hippocratis, quæ per Imperatores recepta fuit, & à nostris comprobata, ac demum, quia nec rationes contrariæ opinionis conuincunt, nec exempla conueniunt, aut pro certo habenda sunt, cùm tempus conceptionis ipsis mulieribus incertum sit, vt infrà videbimus.

6 Et principaliter, quia sententia hæc Hippocratis recepta fuit *in l. intestato, in fine, ff. de suis, & legit. hered* vbi habetur iusto tempore eum videri natum ex Hippocratis sententia cùm mater ante centesimum octuagesimum secundum diem esset manumissa, *& in l. septimo mense, ff de statu homin.* vbi dicitur septimo mense nasci perfectum partum, iam receptum esse, propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis, & ab Alphonso Rege XI. *in l. 4 tit. 23. part* 4. qui ibi dictarum legum verba transcribens Hispano sic retulit idiomate: *Hipocras fue vn Filosofo en el arte de la fisica, y dixo, que lo mas que la muger preñada puede tracer la creatura en el vientre son diez meses: e porende si desde el dia de la muerte de su marido fasta seys meses pariesse su muger, legitima seria la creaturaque nasciere, e so entiende que es de su marido, maguer en tal tiempo sea nacida, solo que ella viuisse con su marido a la sazon que finò. Otrosi dixo este Filosofo, que la criatura que naciere fasta en los siete meses que solo tenga su nacimento vn dia del seteno mes, que es cumplida, e vi vidra, e deue ser tenida tal creatura por legitima del padre, e de la madre, que eran casados, e viuen en vno a la sazon que la concibiò*, &c. Et ex nostris comprobarunt, glos. *verb. perfecto, in §. vnum siquidem, auth. de restit. & ea quæ parit. vers. Item plusquam sex mensibus*, Iacob. à S. Georg. *in l. quod certarum num. 4 C. de posth. hered* Socin. *in l. cùm auus, num.* 111. *ff de condit. & demonst.* Socin. iun. *cons. 35. num* 5. & 6. *lib. 2.* Castr. *in l. vxoris abortu num.* 12. *C. de posth. hered.* Decian. *in l. posthumum num 4. C. de bonor. possess. secun. tab. & in cap. de causis num. 42. de offic deleg.* Paris. *cons.* 56 *num. 5. lib. 2.* Fulgos. *cons* 69. *num* 1. Alciat. *cons.* 23. *num. 2. lib* 9. Castan. *cons. 19 num.* 6. Guillelm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius part. 2 in verb. & soboles quam gestabat in vtero, num.* 24. & 25. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. susceperis liberos num.* 210. *C. de reuocand. donat.* Clar. *in §. testamentum quæst* 45. *num.* 3. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. num.* 10. Marc. Anton. Engen. *cons.* 28. *num.* 6. Vtsill. de Afflict. *decis.* 236. *sub num.* . Menoch. *de arbitr. casu* 89 *num.* 34 & 35. & *de præsumpt. lib 6 præs* 52. *num.* 7. & *cons.* 84. *num.* 35. & 34. & *cons.* 288. *num.* 2. Pereg. *de fideicom. art. 43 num. 29. vers. Sed contrà.* Azeued. *l. 2. num. 2. tit. 8 lib. 5 nouæ Recop.* Cuiac. *in d. l septimo mense seu 1. lib. 19. ad responsa Pauli*, Camill. Bottel. *cons.* 28. *num* 42. Raudens. *de analog. cap* 30. *num.* 15. Adrian. Negusant. *in sylua respons. quæst.* 400. *num.* 31. Paul. Zachias *in quæst. medicolegal. tit. 1. quæst. 2 à num.* 11. Seraphin. *decis.* 1282. *num.* 11. Giurba *in consuet. Messanen part. 1 cap 1. glos. 4. num* 35. Alphons. Carrança *in disputat. de vera naturalis, & legitimi partus designat. cap. 9. de quinquemestribus, & semestribus partibus*, eleganter Rot. *in Auximana alimentorum 1. Iunij 620. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Neque prædictis obstare videtur, quòd determi- 7
natio dierum centum & octuaginta duorum non contineat alterius minoris temporis exclusionem, & per consequens possibilitas partus sopetuinentis non excludatur, quia sententia Hippocratis censetur recepta *in d. l. intestato, & in d. l. septimo mense*, non ex eo quòd simpliciter hoc dixerit Hippocrates, sed quia cum ratione loquutus fuerit: rationes autem eius sententiæ *in opusculo* suprà citato *de semestri partu*, expresè excludunt possibilitatem partus quinquemestris dum expresè secundùm eius supputationem debet excedere mediam anni partem; ergo per expressionem vnius temporis, & alterum censeri de-
bet exclusum, † tanquam rationi deductæ contra- 8
rium, & ita valere argumentationem ab inclusione vnius temporis, in his terminis declarant Fulgos. *d. cons. 69. num.* 1. Castr. *in l. vxoris abortu num 2 C. de posth. hered. instit.* Paris. *cons. 56. num 5. lib 2* Casla *cons.* 19. *num.* 6. Federic. Bonauent. *de octomest. partu lib. 7. cap.* 26.

Neque etiam contrariæ rationes conuincunt, & 9
adducta exempla conueniunt, nam si in sola ratione firmetur opinio, quòd homini non sit statutum certum tempus pariendi, de interminato tempore à die conceptionis intelligi non potest, quia absurda esset ratio; si verò de tempore, in quo partus posset esse vitalis, illud quidem poterit esse incertum ratione editionis, sed non ratione habilitatis ad supraiuendum, pro quo magis stringunt rationes Hippocratis, quàm possibilitas allegata. Similiter exempla non conueniunt, quia illa fundantur in narratiua mulierum, quæ vel potuerunt alios decipere, vel ipsæ decipi in tempore conceptionis, quod an illis sit incertum, inferiùs ostendimus. Vnde concludimus cum Hippocrate à septimo mense initia partus vitalis, & naturalis desumi, & ante illud tempus partus velut abortiuos, vel non natos habendos; quicunque enim immaturo tempore editi fuerint, vel maturo mortui fuerint eiecti, aut morientes inter abortus connumerantur, vt egregiè adnotarunt Bonauent. *de octomest. partu lib. 3. cap. 71. & lib. 9. cap. 9. in fine.* Petr. Garc. *de locis affect. disp. 76. cap. 1. num* 1. ob idque abortus definitur, vt sit imperfecta fœtus eiectio, secundùm Galen. *lib. 6. de morbis vulgar p 1 com. 2.* quem probat Hier. Mercur *lib. 2. de morbis mulier c. 1.*

10 Abortionis plures sunt causæ, de quibus plenè agunt citati ab Alphonso Carrança *d. tract. c. 16. num. 11. cum seqq.* sed de abortu procurato, & eius pœnis à nobis agendum est, cuius impij criminis grauitas ex lege diuina, Iure Canonico, & Ciuili, ac Bullis Summorum Pontificum colligitur.

11 Primò ex lege diuina *Exodi cap. 21. vers. 21.* vbi dicitur eum, qui mulierem prægnantem percusserit, eius morte sequota, mortis pœna hac lege puniendum; si verò ipsa vixerit, marito in percutientem actionem dandam ad quod interest arbitrio iudicantium consequendum.

12 Secundò ex Iure Ciuili, vnde constat varias in præbentem causam abortioni statutas fuisse pœnas pro casuum diuersitate. Primus casus est vbi mulieris mors subsequitur ex poculo, aliáve re consimili ei adhibita, in quo mortis pœna damnandum esse illum, qui causam præbuit, probat *l. si quis aliquod, ff. de pœnis.* Secundus casus, vbi mulier accepto pretio visceribus suis vim intulit, in quam certè mortis pœnam statuit *l. Cicero, ff. de pœnis*; sed duo isti casus ad nostrum non pertinent, ideo in eis non duximus immorandum. Tertius casus est in quo nec mors mulieris interueoit, vt in primo, nec pretium grauidæ repensum est, vt in secundo; & tunc certè distinguendum est inter partum animatum & exanimem, vt in animato abortum faciens, vel procurans pœnam subeat mortis; in exanimi verò exilij, vel alia mitiori pœoa condemnetor, ita communis obtinuit ex glos. *in l. Diuus 4. ff. de extraord. crim.* vbi Bart. *num. 1.* Clar. *§. fin. quæst. 68 num. 2.* Anton. Gom. *tom. 3. var cap. 3. n. 32.* Couar. *in Clem. si furiosus part. 2. §. 3.* Villadieg. *de irregul. cap. 6. num. 32.* Petr. Plaza *in epit. delict. lib. 1. cap. 9. num. 10. & cap. 26. num. 8.* Petr. Greg. *lib. 7. syntag. Iuris cap. 1. num. 11. & lib. 36. cap. 15. num. 17. & 18.* Cuiac. *lib. 19. obseruat. cap. 9.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 8. num. 13.* Fachinæ. *cons. 95. num. 13. lib. 1.* Farin. *in praxi crim. part. 5 quæst. 122. num. 134. cum seqq.* Azeued. *ad rub. tit. 23. num. 6. lib. 8. noua Recop.* Zachias *in quæst. medicoleg. lib. 2. quæst. 9. num. 10.* Mari. Muta *decis. 79. num. 15. cum seqq.* Adrian. Negusant. *in sylua respons. quæst 100. num. 93.* Solorzan. *de parricid. lib. 2. cap. 12.* Estque expressa dispositio *l. 8. tit. 8. part. 7.* ibi, *Mas si otro ome estraño lo fiziesse deue auer pena de homicida, so era viua la creatura quando morio por culpa del. E si no era aun viua deue ser desterrado en alguna Isla por cinco años.* Vnde colligit P. Molin. *de iustit. tom. 3. disp. 27. num. 3.* quòd vltimo semper venit supplicio puniendus, qoi abortioni fœtus aoimati consultè, vel culpa caosam dederit.

13 Tertiò ex Iure Canonico, quo attento eadem ferè imponitur pœna abortum facienti, vel procuranti, quam iuxta distinctionem proximè relatam ex Iure Ciuili desumptam, illum incurrere suprà affirmauimus. Sic etiam hoc loco inter fœtum animatum, & inanimatum distinguendum est, itaut primo casu delinquens tanquam homicida punatur, *cap. si aliquis 5. de homicid. cap. consuluisti in fine 2. quæst. 5.* In secundo verò mitiùs cum eo agendum, ita cum Siluest. Tolet. & aliis resoluit D. Sancta Cruz *de Hippocr. Philosoph. super text. 66* quæ pœna in primo casu iustè imponitur, quia eodem Iure Canonico attento in vtero animatus verus homo reputatur *c. in quadam, vers. Non ad esse, de celeb. Missarum, cap. cum Christus 7. de hæretic.* Fachin. *d. cons. 95. n. 3. lib. 3* Molin. *d. disp. 27.*

14 Quartò ex Bullis Summorom Pontificum, videlicet Sixti V. *in ord. 87.* incip. *Effrænatam 4 Kal. Nouembris* 1588. qua statuitur, vt abortus, seu fœtus immaturi, tam animati, quàm inanimati, formati, vel informis eiectionem procurantes percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusque mulieri prægnanti impositis, atque aliis etiam incognitis, vel maximè exquisitis rationibus, inde vt re ipsa abortus sequutus fuerit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fecerint, pœnas tam diuino, quàm humano Iure, ac tam per Canonicas sanctiones, quàm Ciuilia Iura aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu & re ipsa patrauerint, propositas, & inflictas eo ipso incurrant. Illi verò, qui Clerici fuerint omni priuilegio Clericali, officiis, dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis ipso facto priuantur, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernuntur, & per Indicem Ecclesiasticum depositi, & degradati Curiæ, & potestati seculari tradantur. Additurque his pœnis teneri etiam illos, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quominus fœtum concipiant, impedimentum præstiterint, ac ea facienda & exequenda curauerint, siue quocunque modo in his consuluerint, ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte, ac scienter sumpserint, refert nouissimè Machado *d. lib. 2 part. 3. tract. 7. docum. 9. num. 1.*

15 Et Gregorij XIV. incip. *Sedes Apostolica, pridie Kal. Iunij* 1591. qui dictam Bullam Sixti V. ita moderandam duxit, vt à peccato, & excommunicatione contra personas ibi expressas lata, tam quoad eos, qui hactenus deliqoerunt, quàm quoad illos, qui post hanc Constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet Presbyter, tam sæcularis, quàm cuiusuis ordinis Regularis ad Christi fidelium Confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus plenam & liberam io foro conscientiæ, tantum absoluendi habet facultatem eandem, quam idem Sixtus sibi, ac sois successoribus reseruauit. Quo verò ad pœnam procurantiom abortus fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut qoocunque modo auxilium, vel consilium eis dantium in prædicta Constitutiooe contentas, Constitutionem præfatam in ea parte, vbi de his agit, ad terminos Iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilij Trident. dispositionem auctoritate Apostolica, tam quoad præterita, quàm quoad futura perpetuò reducit, perinde ac si eadem constitutio in huiusmodi parte nunquam emanasset; de his Constitutionibus meminerunt, seu ad litteram illas referunt, Quarant. *in sum. Bullarij verb. abortus,* Salzc. ad Bernard. *in pract. cap...* Nald. *in sum. verb. abortus,* Laurent. à Portel *in dubijs Regul. eodem verbo,* Sayr. *de censur lib. 3. cap. 35. num. 14.* Fr. Emman. *quæst Regul. tom. 1. quæst. 33. art. 4. & in addit. ad sum. tom. 3. cap. 13. num. 4.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 12. diffic. 4.* P. Molin. *de iustit. tom. 3. disp. 27.* Ioan. Bapt. Siluatic. *in controu. medic. cap. 82.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 122. num. 140. cum seqq.* Thesaur. *decis. 2.* Filliuc. *in quæst. moralib. tract. 14 cap. 6. quæs. 9.* Hieron. Rodetic. *in compendio quæst. Regul. resol. 4.* Bonacin. *de censur in particul. extra Bullam disp. 2. quæst. 2. puncto 10.* nouissimè Alphons. Carrança *d. tract. cap. 16. §. vnic. de abortu procurato, & eius pœnis, num. 4.* Machado *d. tract. 17. docum. 9. num. 2. cum seqq.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part. 3. allegat. 53. casu 9. & in collect. ad cap. sicut ex litterarum, de homicid. & ad princip. dist. 5. & ad d. cap. Moyses 32. quæst. 2.*

16 In duobus tantùm Gregorius XIV. rigorem Sixti V. moderatus est. Primò quoad reseruationem absolutionis, quia pœnam excommonicationis Papæ reseruatam inferebat Sixtus iis, qui abortum fœtus animati, vel etiam inanimati procurabant,

aut

aut consilio, fauore, ope, potione, aliáve ratione ad abortiendum fœtum animatum, vel inanimatum conperantur: at verò Gregorius cùm ista excommunicatio in praxi obseruatu difficilis videretur, edixit Ordinarium, aut alium per ipsum ad hos casus specialiter deputatum, qui facultatem habet absoluendi in indiuiduo ab excommunicatione propter abortum contracta; verùm etiam qui facultatem habet absoluendi ab omnibus censuris, & excommunicationibus Episcopo reseruatis, nam in huiusmodi facultate hic etiam comprehendi videtur. Vnde me citato *dicta alleg.* 51. *num.* 136. aduertit Alphons. Carrança *vbi suprà*, quòd hodie Episcopi absolutionem huiusmodi inter alios casus sibi reseruare solent.

17 Secundò, quoad abortum fœtus tantummodo
animati, nam licèt Sixtus abortus fœtus inanimati
sub eisdem pœnis quam animati prohibuerit, ta-
men Gregorius XIV. Bullam Sixti V. in hac parte
abrogauit, voluitque, vt ad terminos Iuris commu-
nis, sacrorum Canonum, & Concilij Trident. dispo-
sitionem redacta sit. Vnde quoad cætera præter ista
duo suam vim habet dicta Constitutio Sixti V. nem-
pe quoad amissionem priuilegij Clericalis, digni-
tatum, beneficiorum, & quoad inhabilitatem ad ea
imposterum obtinenda, traditionemque Curiæ se-
culari, etsi quo casu fœtus nondum est animatus
in totum cessat Sixtina Constitutio, resque sit re-
dacta per Gregorium XIV. ad terminos Iuris com-
munis, de quo *in d. cap. sicut ex litterarum, de homi-
cid.* Ita Quarant. *d. verb. abortus num.* 3 Bonacin. *d.
puncto* 10. *num.* 13. *in fine*, me citato *d. allegat.* 51. *num.*
18 136. nouissimè Alphons. Carrança *d. num.* 4. *in fine*; †
Et quòd hæ pœnæ incurrantur quouis modo abor-
tus procuretur, siue per se, siue per alium, tenet idem
Bonacin *d. puncto* 10 *num.* 5.

19 Quando autem dicatur fœtus animatus, non be-
nè conuenit inter scribentes, nam Occan. *lib.* 2. *de
generat. animal. cap.* 3. Fernel. *lib.* 7. *Physiolog. cap.* 13.
20 Rodet. à Castro *lib.* 5. *de natura mulier. cap.* 6. † animam
rationalem non ante tertium, vel quartum mensem
infundi concludunt.

21 Paul. de Castro *in l. suum heredem num* 2. *ff. de acquir. hered.* Cacheran. *Pedem. decis.* 59. *num.* 3. Bonacin. *lib.* 7. *de octomest. partu cap.* 109. indifferenter de quocunque conceptu dixerunt, quòd quadragesimo die & formatus, & animatus sit.

22 Francisc. Valles. *in sacra Philosophia cap.* 18. *& lib.* 2. *controuers. cap.* 10. nunc triginta diebus & quinque, nunc quadraginta, nunc quinquaginta terminari efformationem & animationem scribit.

23 Læuin. Lemnius *lib.* 1. *de occultis natura miraculis cap.* 11. animam infundi in maribus quinto ac quadragesimo à conceptu die, fœminis verò (quarum natura magis flaccida est) ad quinquagesimum diem animationem porrigi asseuerauit.

24 Menoch. *de arbitrar. casu* 356. *num.* 3. quem refert Paul. Zachias *in quæst. medicolegal. lib* 1. *tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 44. tenet quòd fœtus mas quadragesimo, fœmina verò sexagesimo die de anima rationali dotatur.

25 Peramat. *lib. de hominis procreat. cap.* 3. Mercad. *lib. Physiologia part.* 5. Hieron. Laurent. *lib.* 8 *de histor. anatom. quæst.* 18. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 10. *num.* 65. Corn. *super Peramat. ad cap.* 12. *Leuitici*, super illa verba, *sin autem fœmina pepererit*, nouissimè Portel. *part.* 3. *casu* 11. *num.* 1 in masculis efformationem & animationem infundi ad triginta vsque, in fœminis verò ad quadraginta & duos dies tenuerunt.

Ferdinandus de Mena *in comment. ad lib. de septimestri partu cap.* 14. animam septimo die infundi dixit, inde impmbans communem assensum existimantium in aborto ante trigesimum diem procurato homicidium non patrari, cum frequentissimum, vt ille ait, die septimo à seminis emissione disponi materiam ad animæ rationalis introductionem, & hunc demum artisit Card. Toleto *lib* 2 *de anima cap.* 4. *Sancta Cruci super text.* 44 *Hippocr.* 26

Denique *glos. fin. in sum. distin.* 5. fœmineum fœtum octuagesimo die, masculum verò quadragesimo animari, cuius resolutio à Theologis, & à nostris communiter recipitur, eamque expresse tenent Siluest. *in sum. verb. homicidium* 1. *num.* 3 Maldonat. *ad cap.* 2. *Luca*, & ibi Tolet. *annot.* 24. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 32. *vers. Et talis anima*, Plaza *de delictis lib.* 1. *cap.* 9. *ex num.* 7. Farin. *d. quæst.* 122. *num.* 129. *cum seqq & præcipuè num.* 143. Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 2. Auila *in simili tract. part.* 7. *disp.* 6. *sect.* 4. *dub.* 1. *vers. Pro explicatione conditionis*, Filliuc. *in quæst. moralib. tract.* 14. *cap.* 6. *quæs.* 9. *num.* 95. Ego ipse *in collect. ad d. princip. distinct.* 5. *num.* 2. Villalob. *in summ. tom.* 2. *tract.* 12. *diff.* 14. *num.* 1. Bassæ. *verb. Abortus num.* 2. Ioan. Machado *in tract. del perfeto Confessor y Cura de Almas lib.* 2. *part.* 3 *tract.* 17. *docum.* 8. *num.* 2. 27

Sed cùm habeamus tempus animationis fœtus 28
numerandum à conceptione, adhuc superest inue-
stigandum, ex quibus probetur conceptio, vt inde
illi dies computentur. In primis Aristot. *lib.* 7 *de hi-
storia animal. cap.* 3. ait quòd si in se primum
diem intus genitura permanserit, manifestum est
mulierem concepisse, & sanè hoc idem conceptio-
nis signum notauit Hippoc. *in lib. de genitura*, plura
externa cumulauit Mari. Giurba *in consuetud. Messa-
nens. cap.* 8. *part.* 2. *glos.* 2. *per tot.* Nec inter alia vide- 29
tur illud contemnendum, quod à menstrui cessatio-
ne nostri desumunt, & præcipuè Rustic. & Pacian.
citati à Giurba *d. glos.* 2. *num.* 9. maximè si aliàs fœmi-
næ menstrua nunquam deficerent, & bono fuerit
habitu corporis à morbis. Nonnulla alia conce-
ptionis signa enumerat idem Giurba. *d. glos.* 2. *ex
num.* 10. ab aliorum Iuris interpretum placito, vt si
mulieris faciei maculæ (quas nos *pano*, appella-
mus) superueniant. Si res insolitas, quas come- 30
dere non liceat, appetierit, si vertigines oculorum,
pallores, aliáve similia passa fuerit, vel si venter in
bona valetudine crescere, & intumescere incipiat:
aut si mulier in vtero fœtum moueri sentiat, quod
certum iudicatur, sed omnibus insignius, & fir-
mius signum esse videtur si mamillas tumidas, &
lac simul in eis mulier denuo habere incipiat, ma-
ximè accedente ventris tumore, & eius augmento
vltrà procedente, & post Bald. & alios notat Me-
noch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 3. *num.* 3 Giurba *d. glos.
2. num.* 7. Sext. Empiric. *aduersus mathem. lib.* 2. *de phi-
losophia.*

Si verò non constiterit quot dierum sit fœtus, 31
ac proinde nesciatur, an animatus, vel inanimatus
fuerit, in dubio quoad exclusionem pœnæ corpo-
ralis quando criminaliter agitur, fœtus præsumitur
potius inanimatus, quàm animatus; ita Gregor. Lo-
pez *d. l.* 8. *glos. fin* Anton. Gom *d. cap.* 3. *num.* 32. 32
Azeued. *ad rub. tit.* 23. *num.* 10. *lib.* 8. *noua Recop.* P.
Molin. *de iustit. tom.* 3. *disp.* 27. *num.* 4. Farin *d. quæst.*
122. *num.* 138. nouissimè Escobar *in tract. de vtroque
foro num.* 89. Secus ad effectum incurrendi irregu-
laritatem, quam in dubio incursam esse præsumen-
dum est, quia in dubio tutior pars est eligenda, tu-
tiusque est putare fœtum fuisse animatum, quàm
inanima

inanimatum: ita Sot. *in 4. dist. 25. quæst. 1. art 3 concl. 4.* Couar. *in Clem. si furiosus part. 1. in initio, num. 3.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 183. & 222.* Sayr. *de censur. lib 6. cap. 15. num. 9. vers. Si verò dubius sit, & d. lib. 7. cap. 2. num 5.* Auila *d. part. 7. disp. 6. sect. 4. vers. Tertia conclusio,* Baiard. ad Clar. *§ fin. quæst. 68. num. 9. vers. Item adde,* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 1. cap. 10. num 44.* Portel. *in dubijs Regularib. in addition. verb. abortus num. 1.* & nouissimè *part. 3. casu 12. num 1. in fine,* Hieronym. Roder. *in compendio quæst. Regular resol. 4. num. 9. Ego ipse d. part. 3. allegat. 51. num. 141.* me citato in illo loco nouissimè Alphons. Carrança *d. §. vnico, de abortu procurato, & eius pœnis num. 59.* Diana *part. 4. tract. 2. resol. 16.* Farin. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. num. 444.* Machado *d. lib. 2. part. 3. tract. 17. docum. 8 num. 3. & docum. 10. num. 3.* Merol. *in disput. Theolog. tom. 1. disp. 3. cap. 3. num. 137.*

33 In abortione tamen post quadraginta dies contingente, etiam quando criminaliter agitur, præsumitur fœtus animatus, nam etsi fœtui fœmineo post alios plures dies animatio obueniat, vt suprà cum multis resoluimus, cùm tamen natus, aut nasciturus præsumatur in dubio masculus (cui animatio in quadragesimo die contingere solet, ex dictis *num.* 27.) inde est, vt hoc casu contraria præsumptio ad euitandum delictum, & pœnam assumenda non sit, sicut cum Nauar. & aliis meritò firmaui *d. part. 3. alleg. 51 num.* 138.

34 Bene verum est priorem resolutionem de præsumendo fœtu animato in dubio quoad irregularitatem procedere etiam quoad priuationem officij, vel beneficij, & inhabilitatem ad alia in posterum obtinenda, vt aduertunt Sanch. *d. cap. 10. num. 45.* Hie-
35 ronym. Roderic. *d. resol. 4. num. 9.* † quia pœna ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda delicto dubio, sed arbitraria pro dubij qualitate, ex traditis à Siluest. *in sum. verb. homicidium 3. quæst. 1.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 1. num 3. reg. 7. & lib. 5. cap. 51. num 10. vers. 2.*

36 Sed cùm dictus B. percussionibus causam dedisset, ac proinde abortu exinde sequuto, consteterque mulierem à tribus mensibus, & vltra ex deductis signis prægnantem abortum fœtus animati ob eam causam fecisse, sequitur quòd pœna ordinaria amissionis scilicet priuilegij Clericalis, priuationis beneficiorum, & traditionis Curiæ seculari puniendus erat, de qua suprà à *num.* 14 non verò pœna illa extraordinaria irregularitatis, & exilij, quæ tantùm imponitur danti causam abortus exanimi, ex dictis *num. 15. cum seqq.* pœna enim ex culpa, & delicto debet commensurari, siue culpæ respondere, *l. sancimus 22. C. de pœnis, cap. non afferamus stateras in fine 24. quæst. 1. cap. felicis, §. illud autem, de pœnis lib. 6.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 6. conclus. 211. per tot.* cum alijs per me citatis *Axiom.* 181. *num.* 3. Vnde ex his concludo dictam sententiam emendandam esse, in illa parte vbi defecit pœna ordinaria, quæ imponi debebat, ex dictis.

Toletana mutui.

Mutuum ex quibus præsumatur simulatum, & quando depositarius pecuniæ teneatur de casu si deperdita, vel deteriorata fuerit, & obligetur ad tantundem?

VOTVM XIII.

1 *Casus dubij propositi.*
2 *Simulationis præsumptiones, cùm oriuntur ex ventre apocha, retardant eius executionem.*
3 *Inuerisimilitudo maximè attenditur ad detegendam simulationem.*
4 *Inuerisimile est, quòd quis magnam pecuniarum summam infructiferam pro tanto tempore mutuò dare voluerit.*
5 *Recognitio apocha quomodo facienda, asseditur.*
6 *Verbum* restituere *conuenit mutuo magis, quàm verbum* soluere.
7 *Coniectura leues ad probandam simulationem admittuntur.*
8 *Pecunia deposita in sacculo clausa si pereat, vel deterioretur, talis deterioratio spectat ad deponentem.*
9 *Pecunia numerata si deponatur apud aliquem, ad ipsum spectabit eius deterioratio, & periculum.*
10 *Refertur in proposito, l. 2. tit. 3. part. 5.*
11 *Doctores eandem sententiam tenentes, referuntur.*
12 *Depositarius alicuius pecunia numerata tenetur de casu, & obligatur ad tantundem.*
13 *Depositarius pecunia numerata tenetur ad omnem illius deteriorationem.*
14 *Pecunia naturam mutui amittit, & species efficitur, non minus quàm qualibet alia species, quando scilicet in sacco clausa, siue in calatho recandita datur.*
15 *Mutuum, vt constituatur in frumenta & similibus depositis, requiritur, quòd ad mensuram præstetur.*
16 *Pecunia numerata apud aliquem deposita retinet naturam mutui.*
17 *In mutuo periculum est debitoris.*
18 *Depositarius pecunia numerata, si illam amittat, non est liberatus restituendi tantundem in genere, & similem pecunia summam.*
19 *Pecunia vbi datur ad numerum, tacitè intelligitur data potestas vtendi.*
20 *Pecunia etiam non numerata quando datur mercatori cum expressa facultate vtendi, periculum est mercatoris.*
21 *Dominium licèt regulariter ex deposito non transferatur, transfertur tamen ex deposito irregulari.*

22 Depa

22 *Depositarius non potest probare, qaòd pecunijs apad se depositis vsus non fuerit, nisi ostendat sibi datas in arcula claasas.*

23 *Vicinitas actuum & breaitas temporis inducit præsamptionem, quòd sit facta solutio de pecunia paulo antè accepta.*

24 *Depositarius pecuniæ namerata non liberatur verbaliter offereus pecuniam, sed requiritur realis oblatio.*

25 *Declaratur consilium Surdi.*

1 FRANCISCVS prætendens ab hæreditate quondam Antonij mille ducentas duplas auri, quas asserebat se eidem Antonio mutuo dedisse, qui respectiuè mediante apocha sua manu, vt dicitur, subscripta, eas dicto Franeisco soluete promisit, ae per publicam scriptutam confessus fuit idem Antonius aeeepisse à dicto Franeisco scuta centum penes se deposita, & se obligauit illa ad omne dicti Franeisci mandatum restituere, quæ eùm hæredes dicti Antonij soluere recusauerint, egit dictus Franeiscus pro illatum sommatum solutione contra bona hæreditaria, & cùm in omuibus sententiam contrariam reportasset, mihique in gradu appellationis eausa huiosmodi eommissa fuisset, dubitaui, an dicta sententia esser confirmanda, vel infirmanda?

2 Et qooad primam partem confirmandam esse censui, ex illo vnico fundamento, quòd in hoc casu multæ adsunt coniecturæ, & præsumptiones, quòd apocha de qua agitur esse simulata, qood sufficiens visum fuit ad retatdandam eius executionem, maximè cùm simularionis præsumptiones oriantur ex ventre ipsiusmet apochæ. Galles. *de obligat. Cameral. quæst.* 17. *num.* 8. Turret. *cons.* 91. *num.* 29. *vol.* 1. Cassad. *decis.* 10. *num.* 2. *de rescript.* Rot. *in Recanaten. transactionis* 29. *Nouembris* 1592. *coram Giptio.*

3 Prima enim coniectura oritur ex quantitate duplarum 1200. quæ eùm non sit modica summa, & stante paupertate dicti Antonij inuerisimile est, quòd Franciscus dictam summam mutuo dederit absque vlla cautione, quæ inuerisimilitudo maximè attenditur ad detegendam simulationem, Card. *cons.* 71. *n.* 12. *vers. Et hac dico.* Crauet. *cons.* 156. *num.* 9. *vers. Confirmatur ista conclusio*, Decian *cons.* 61. *n.* 72. *lib.* 3.

4 Secunda coniectura deducitur ex quo mutuum fuit factum cum dilatione plurium mensium, cùm non sit verosimile, quòd Franciscus tantam pecuniarum summam infructiferam pro dicto tempore mutuo dare voluerit, quæ coniectura deducta ex hac naturali inuerisimilitudine dieitur probabilis, Bee. *cons.* 52. *num.* 62. Decian. *cons.* 61. *num.* 69. *lib.* 3.

5 Tertia coniectura eolligitur ex defectuosa apochæ recognitione, per duos seilicet testes deponentes tantummodo de auditu ab ipso Franciseo, & eius famulis, quod non sufficit, cùm deberenr dicere non solùm se habere notam manum Antonij, qui apocham confecit, sed etiam se fuisse præsentes quando fuit scripta apocha, quod omnino requitebator, stante, quòd ageretur de scriptura ptiuata, Felin. *in cap.* 2. *num.* 14. *de fide instrum.* Alex. *cons.* 150. *num.* 16. *lib.* 5. Iaf. *cons.* 184. *num.* 34. *lib.* 2. Rimin. ion. *cons.* 503. *num.* 13. Grammat. *decis.* 84. *per tot. & decis.* 106. *num.* 33. & 34. Afflict. *decis.* 181. *num.* 8. & 9. latè Gaito *de credito cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 2753. *cum seqq.* Et quod plus est, Rota nunquam admittit recognitionem per testes, qui habeant notam manum, nisi concurrentibus adminieulis, vt eadem Rot. dixit *decis.* 154. *num.* 3. & 4. *part.* 2. *diuers.* & *decis.* 303. *p.* 1. *recentior.* & *coram Gregorio XV. decis.* 389. *num.* 2. Licèt in aliis Tribunalibus sufficere videatur, ad notata per Vestr. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 8. *vers. Nihilominus*, Tiber. *in praxi lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 10.

Quarta coniectura desumitur ex verbis apochæ 6
dum in ea dictus Antonius promittit soluere, &c. si enim Franciscus effectualiter numerasset, mutuoque dedisset dictas pecunias, Antonius non promisisset soluere, sed restituere, eùm verbum, *restituere*, conueniat mutuo magis, quàm verbum *soluere*, vnde satis arguitur simulatio, Honded. *cons.* 46. *n.* 19. & 20. *lib.* 1. Roland. *cons.* 93. *n.* 29. *vers. Non obstat*, & *num.* 3. *lib.* 3.

Ex istis igitur omnibus coniecturis simul iunctis 7
satis remanet probata simulatio cùm ad hunc effectum leues coniecturæ admittantur. Honded. *cons.* 33. *num.* 53. *lib.* 2.

Quoad secundam verò partem reuocari debere 8
existimaui, quia licèt pecunia deposita in saceulo clauso si pereat, vel deterioretur, talis deterioratio spectet ad deponentem, cùm sit casus fortuitus, de quo non tenetur depositarius, *l. si plures, §.* 1. *ff. deposit. l.* 1. *C. eodem*, Anton. Gabr. *commun. tit. de rebus cred. concl.* 2. *num.* 4. *cum seq.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 32. *num.* 97. Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 13. *num.* 1. & alij infrà eitandi; quia tunc dominiom in depositatium non transit. Gutiet. *pract. lib.* 2 *quæst.* 160. *num.* 5. D. Barb. *in l. si mora num.* 47. & 81. *ff. soluto matr.*
Hering. *de fideiuss. cap.* 20. *§.* 1. *num.* 34. Nihilomi- 9
nus tamen si peeunia deposita fuerit numerata, prout in casu nostro, periculum, & deterioratio spectabit ad depositatium; ratio est, quia per numerationem censetur translatum dominium in depositarium, & deponens remanet solum ereditor eiusdem quantitatis in genere, quod genus perire non potest *l. in naui, ff. locati, l. Lucius, ff. depositi.*
Et ita in terminis decidit *l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. ibi, *E* 10
por onde este atalmas tenudo seria de guardar aquello que assi recebiesse en encomienda que no de otra guiza, y aun dezimos que el señorio y la tenencia de la cosa que es dada en guarda no passa a aquel que la recebi, fueras ende se fuesse de aquellas que se pudiessen contar, o pesar, o medir, so quando la recebesse le fuesse dada per cuento, o por peso, o por medida, ca entonce passaria el señorio a el, pero seria tenudo de dar aquella cosa, o otro tanto, y a tal como aquello que recibio al que ge lo dio en guarda. & *Gregor. Lopez* ibi, *in glos. recebi fueras ende.* Sic ait. *In his enim transfertur dominium in depositarium, vt in l.* quintus, & in l. in die sponsaliorum, §. 1. & in l. Lucius Titius, ff. eodem, & *tunc periculum transiret in depositarium*, *vt in* l. incendium, C. si certum pet. *Et limita istam legem, nisi sint deposita ista signata, vel clausa*, &c.

Eandem sententiam exptessè tenent Bald. *in d. l.* 11
incendium, quem sequitur Paul. de Castro *in d. l. Lucius*, Dec. *cons.* 116. *num.* 1. Curt. iun. *cons.* 239. *num.* 38. *vol.* 3. Aym. *cons.* 705. *num.* 22. *vol.* 4. Anton. Gabr. *d. cons.* 2. *num.* 8. & 14 P. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 196. *in fine*, Carot. *de deposito tit.* 4. *de depositi restit. num.* 2. Cardos. *in praxi Iudicum, & aduocat. verb. depositum*
num. 12. vbi tradit, quòd depositarius alicuius pecu- 12
niæ numeratæ tenetur de casu, & obligatur ad tantundem, quia huiusmodi depositum perdit naturam depositi, & sequitur naturam mutui, latè Mari. An-
tonin. *d. resolut.* 13. *num.* 3. *cum seqq.* vbi probat † de- 13
positarium peeuniæ numeratæ teneri ad omnem illius deteriorationem, benè Cald. Perei. *d. cap.* 32. *n.* 67. ibi: *Vlterius quamuis verum sit in pecunia verè constitui mutuum, & quantitatem; nihilominus tamen hanc naturam amittit, & species efficitur, non minus quàm quælibet alia species, quando scilicet in sacco clausa, siue in calatho recondita datur, tunc enim mutuum non inducitur.*

Belo. in rubr.ff.ſi cert.pet.n.51.& 161. num.53. Quid ſi detur maſſa argentea ad pondus. Quem admodum enim in frumento, & ſimilibus ad conſtituendum mutuum requiritur, quod ad menſuram præſtetur, non in aceruo, l.2. §.mutui datio, ff.ſi cert.petat.& ibi not. Doctores, ita in pecunia exigitur, quod præſtetur ad numerum, aliàs ſpecies non quantitas erit, vt in l.planè, §.pen.& in l.ſed & certos, ff. de legat.1. gloſ. magna ad fin. & ibi Doctores communiter in l.2. §.1. ff. ſi certum pet. vbi Butigel. num.26. hanc dicit communem, & not. in l.incendium, C. eod. tit. niſi partes explicent quanta ſit pecunia, & illam habeant pro numerata, ex Butigel. num. 26. &c. Idem tenet Azor. inſtit.moral. part.3. lib.7. de depoſito cap.7. quæſ. 9. ibi. Vnde quandocunque res depoſita conſiſtunt in numero, pondere, vel menſura, cuiuſmodi ſunt pecunia, frumentum, vel vinum, & traditur numero, vel obſignata, vel clauſa in aliquo ſacculo, vel vaſculo, nec is, qui deponit prohibet vſum, tranſit dominium ad eum, qui accipit, & is eas res ſuo periculo ſuſcipit, & ſolum debet tantundem eiuſdem generis reddere.

16 Optimè Rot.deciſ.101.num.7.part.1.recentior. ibi, Non eſt verum, quòd Ioſephus eſſet debitor pecuniæ apud eum depoſita, vti de ſpecie, itaut ea perempta ſit liberatus, quia non fuit pecunia apud eum depoſita clauſa, & obſignata, ſed numerata, quo caſu retinet naturam mutui,
17 & ſecundum naturam mutui debet regulari, l. ſi eum, § qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. & in mutuo periculum eſt debitoris, l. incendium, C. ſi certum pet. & ita declarant Doctores in l. cùm quid, vbi Paul.de Caſtro num.13. Alex. ſub num.13. verſ. Ex his ergo, Socin. num.11. verſ. Prima ſit concluſio, ff. ſi certum pet. per l. in ratione la 2. §. incertæ, ff. ad legem Falcid.
18 Deci. d. conſ.473. num.3. non fuit liberatus ab obligatione reſtituendi tantundem in genere, & ſimilem pecuniæ ſummam, Paul.de Caſtro in d.l.cum quid, in fine, Beroi. conſ.194. num.39. & ſeq. vol.1. Curt iun. conſ.239. n.34.& 35.vol 3.&c. Et quòd particulariter pecunia mutuata, ſeu depoſita faciat tranſitum in dominium accipientis, reſoluunt Rot. Ianuen. deciſ.26.num.15. Gaito de credito cap.4.q.11.n.1330.& n.1478.& 1487. Carot.de depoſito p.2.q.47.n.4 Amat.Roder. de priuil. credit.art.6.n.40 Fontanel.de pactis nupt.clauſ.5.gloſſ.8. p.7.num.9. Caſtill.lib.3.controu.cap.16. num.33.

19 Et hanc eandem ſententiam magis confirmat Mari. Antoni. d.reſol 13. num.4. cum ſeqq. his verbis, Secundò, nam vbi pecunia datur ad numerum, tacitè intelligitur data poteſtas vtendi, atque tacitè videtur actum, quòd pecunia per depoſitarium conſumi poſſit, vt in terminis dicit Bald. conſ.355. vol.3. Alex. in l. cùm quid num.13. ff. ſi certum pet. Curt. iun. in d. conſ.239.
20 num.38. Gabr. d. concl.2. num.10. † Sed quando expreſsè datur pecunia etiam non numerata mercatori cum facultate vtendi, periculum eſt mercatoris. Gabr. d. concluſ.2. num.18. quia tunc dicitur potius mutuum; ergo idem concludendum eſt, quando tacitè, argum. d. l. cùm
21 quid. Et licèt regulariter ex depoſito non transferatur dominium, tamen cùm tale depoſitum dicatur irregulare, ſecundùm gloſſ.in d.l.in naui, Dec. in l.certi, §.depoſiti, n.4 ff.ſi cert.pet. Natt.conſ.418.n.7. Gabr. d.concl.2. n.13.quoad tranſlationem dominij idem iudicatur, quod de mutuo, Cephal.conſ.603.n 41.vol 4. Rimin.iun.conſil. 152.n.44.vol.2.& dominium transferatur hîc non ex natura contractus, ſed rei, Beroi. conſ.194. n.39.vol.1.&c. Nouiſſimè Hermoſilla in addit. ad d l.2. tit.3. part.5. gloſſ vlt num.95.pag.189.verſo. ibi: Si autem depoſitum ſit rerum, quæ in pondere & menſura conſiſtunt, & ad numerum, ſeu menſuram deponantur, ex gloſſ. hîc, periculum pertinebat ad depoſitarium, & adde Paul. in l.ſi quis nec cauſam, n.2.ff.ſi certum pet. Alex.in l.cùm quid, n.13. ff.eod. Bald.conſ.355.vol.3. Curt.iun. conſ.239.n.38. Hondcd.conſ.43.n 15.vol.2.Gabr.de reb.cred.concl.2. n.18. Morl.in emporio iuris tit.de rebus credit.8. in procem.n.28.Gomez 2.tom.var.cap.7.n.5.Caſtill.quotid.lib.3.c.16.n.35.Amat.Roderic.de priuil.cred.art.6. num.40.Mantic.de tacitis & ambig. conuent. lib.10. tit.9. num.23. nam ex numeratione in dubio præſumitur deponentem transferre voluiſſe dominium in depoſitarium, vt ſuprà diximus, & quoties tacitè, aut expreſsè fuit data depoſitario facultas vtendi re depoſita, generis debitor efficitur, & nullo caſu fortuito liberatur, l.incendium, C. ſi certum pet.gloſſ.in l.ſi quis vxori 63.§.apud Labeonem verbi actionem, ff.de furtis. Mandel.conſ.3.n.3. Gomez, Morla, Mantic.& Amat. Roder. vbi ſuprà, &c.

Idem in addit.ad l.4.tit.2.part.5.num.3. ibi: Limita ſecundò quando res commodata erat in quantitate, & non in ſpecie, nam tunc, ſi quantitas pereat, commodatarius non liberatur, etſi caſu fortuito quantitas periiſſet, quia erat debitor generis, non illius pecuniæ in ſpecie, &c.

Non obſtat, quòd Antonius ſuo tempore dictis 22
pecuniis vſus non fuerit, quia hoc ſolum conſtat ex ſua depoſitione dum vixit, debebat enim probare in arcula clauſas apud ſe depoſitas fuiſſe, nam aliàs præſumptio ſtat, quòd illis vſus fuerit, vt colligitur ex Rot. deciſ.160. num.3. part.1. recentiſſim. in poſthumis Farinac. Ex numeratione enim in dubio præſumitur deponentem transferre voluiſſe dominium pecuniæ in depoſitarium, & tacitè exegiſſe, vt tantundem in genere reſtitui ſufficiat. Hermoſilla in l.2. tit.3. part.5. num.7. gloſſ.3. & 4. Deinde reſpondetur, quòd
† cùm pecunias illas apud ſe per annum cum dimi- 23
dio depoſitas habuerit, non eſt credendum eaſdem in ſpecie habuiſſe, nam vicinitas actuum, & breuitas temporis ſolum inducere poterat præſumptionem, quòd deterioratio, ſeu periculum eueniſſet ſuper pecunia paulo antè accepta, ad notata per Surdum deciſ.55.num.6.cum ſeqq.Stephan.Gratian. diſcept. forenſ. cap 897.num.11.Gaito d. quæſt.11. num.1382.

Nec obſtat, quod ex aduerſo allegatur, Antonium 24
ſcilicet depoſitarium obtuliſſe pecuniam Franciſco deponenti verbaliter, vt ſe à periculo liberaret, quia vltra quàm quòd de tali oblatione non conſtat, nihilominus tamen requirebatur realis oblatio, Iaſ.in l. ſancimus conſ.5.quæſt.3.C.de iudic Neguſan.de pignorib. part.3.memb.5.in princip.quos refert & ſequitur Mari. Antonin. d. reſolut.13. num.11.

Nec denique obſtat Surd.conſ.391.per tot. dum re- 25
ſoluit Theſaurario Sereniſſimi Principis Sabaudiæ non licuiſſe vti pecunia, quam penes ſe habebat ſolutam à debitoribus eiuſdem Principis, & ex ea lucrum facere, quia hæc reſolutio in hac parte nobiſcum non pugnat, cùm nihil ibi decidatur, an Theſaurarius huiuſmodi teneatur de caſu, ac periculum in illum tranſiret (prout ſunt termini noſtri) cùm nullus de hoc dubitare poſſet: tota autem difficultas verſabatur, an dominium pecuniarum huiuſmodi tranſiret in talem Theſaurarium; & in negatiuam inclinat partem multis motus fundamentis, & præcipuè, quia non eſt veriſimile, quòd Princeps velit dominium transferri in Theſaurarium, eumque teneri ſibi in genere ad ſoluendam tantam quantitatem pecuniarum, quæ decuplo excedit valorem omnium bonorum Theſaurarij; tum quia ij, qui ſoluunt Theſaurario, non hoc agunt, vt in eo transferant dominium, ſed vt pecuniam illam faciant Principis, cuius nomine recipitur à Theſaurario, & ideo Theſaurarius non eſt dominus pecuniæ receptæ, ſed Princeps, ac proinde nil mirum ſi illa vti non poſſit, ſed teneatur reddere in eadē ſpecie; in noſtris autem terminis res aliter ſe habuit, quia Franciſcus penes Antonium ſcuta illa centum nō vti ſpeciem, ſed vti quantitatem

depoſuit,

depnsuit, eo animo vt illis posset liberè frui & vti, & sibi tantundem restitueret, nec quantitas excedit vires bonorum dicti Autonij, cùm illa longè excedant dictam pecuniarum summam.

Valentina donationis ob causam matrimonij.

Donata ob causam matrimonij filio pro se, & suis ex matrimonio nascituris, an possint à nepotibus vindicari, si donatarius illa alienauerit eodem penè modo ac si patri, ac filiis donatum fuisset ex vi dictionis, *pro*, quæ dispositionem importat?

VOTVM XIV.

1 *Defuncti factum infringere non possunt filij in his, quæ non vti filij, sed tanquam hæredes habent.*

2 *Chartæ standum est omnibus in aduersum coniecturis sublatis.*

3 *Donatarijs filijs non censetur concessum ius irreuocabile per donationes illis factas vti extraneis.*

4 *Onus, an inijciatur in illis, quæ cedunt in legitimam.*

5 *Actio rei vindicatoria competit ex vocatione in contractu nullo translato dominio in secundum donatarium defectu traditionis.*

6 *Donatio procedens ex causa matrimonij contrahendi facit, vt filij in ea censeantur contemplati.*

7 *Donatio collata in sponsum non pro se tantùm, sed pro filijs ex matrimonio nascituris, importat ac si ei ac filijs donatum fuisset.*

8 *Pater nascituro stipulari potest, vt statim in lucem proditus acquirat irreuocabiliter.*

9 Hæres *verbum sua natura æquiuocum aptum filios ac extraneos concludere.*

10 *Donator in donatione quam facit, potest conditiones quas voluerit adijcere.*

11 *Hæredibus vocatis in stipulatione ad ipsius matrimonij filios stipulatio restringenda est.*

12 *Donatio inter viuos, quæ dicatur.*

13 *Donatum pro omni iure cedere solet in causam debiti ac grauioris.*

14 *Filius si donata pro legitima viuente patre consumpsisset, iterum eam petere potest.*

1 PATER in Regno Valentiæ dedit filio nubenti pro se & suis ex matrimonio nascituris quandam Castellaniam, quam ex Regum concessione pro se & suis hæredibus obtinebat, ac cauit filios sine prole, ac posteris decedente, vt ad se bona redirent, qui filius donata alienauit, ac decessit filiis superstitibus hæredibus institutis. Quæritur, an confecto inuentario possint Castellaniam, siue tenentiam castri vindicare ipsi, vel eorum filij donantis nepotes, si fortè aliquis ex donatariis non accepto iudicio decessisset. Pro negatiua occurrit primò natura stipulationis huiusmodi, qua donatarius filiis suis prouidisse censetur non vti filiis, sed vti hæredibus, per quod fit ne defuncti factum infringere possint, Bart. *in l. Gallus, §. quidam rectè num. 9.* vbi Angel. moti ex glos. *in l. si tibi, §. si pactus, ff. de pactis, ad vers. Proderis.* vbi quoque Bart. Bald. *num. 3.* Angel. Castr. Fulgos. Alex. *num. 7.* Ias. *num. 2.* Alciat. *cons.* 180. Ruin. *cons.* 122. *num. 3. vol. 1.* Corn. *cons.* 288. *col. 2. vol. 1.* Cephal. *cons.* 303. *num.* 76. & 84. Mascard. *de probat. concl.* 1152. Menoch. *de præsump. lib. 3. præs. 38. in fine, & præs.* 48. Marcobr. *cons.* 111. *num. 1. &* 25. Surd. *decis.* 322. *num.* 32. qui exinde probare debere defuncti alienationem affirmat, Anna filius *cons.* 52. *num.* 15. *lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art.* 32. *num. 5.* † Accedunt 2
clausulæ dominij translatiuæ, quæ in hac specie pro hæredibus concepta sunt, quibus omnis quæstionis ambiguitas tollitur si chartæ standum est omnibus in aduersum coniecturis sublatis.

Secundò, quia per donationes huiusmodi vllum 3
ius irreuocabile donatariis concessum videtur, tantumque ad instar supremi iudicij ius legitimæ successionis censetur reseruatum, vt ex pluribus fundat Peguera *decis.* 170. Fontanel. *de pactis nupt. claus. 4. glos. 9. part. 4. ex num.* 74. per Cassanat. *cons.* 45. qui conclusionem ex mille auctoribus exornat.

Tertiò, quia cùm Castellania pro omni iure fue- 4
rit data, cesseritque statim in legitimam, vllum in eam onus iniici poterit, quominus de illa disponere valuerit, ac alienare, inducta enim fuit compensatio cum debito qua attenta onus videtur in re aliena, Abb. *cons.* 81. *in fine vers. Reliquis enim,* Castr. *cons.* 193. *col. 3. vers. sic cessant leges lib. 2.* Crauet. *cons.* 149. *num. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 274. benè Rota apud Farin. *decis.* 453. *num. 8. part. 1. recentior.*

Quartò, ac demum, quia vlla rei vendicatoria 5
actio competit ex vocatione in contractu nullo translato dominio in secundum donatarium defectu traditionis, *ad l. traditionibus, C. de pactis,* Cou. *var. lib. 1. cap. 4. num. 3.* Mulin. *de primogen. lib. 1. cap. 12. num.* 30. Pereg. *de fideicom. art. 41. num.* 6. Petra *eod tract. quæst. 4.* Surd. *decis.* 144. *num.* 22. Vincent. de Franchis *decis.* 74. Giurba *decis.* 79. *num.* 35. & citati per D. Mari. Cutell. *decis. 7. num.* 26.

Quibus non obstantibus puto rei vendicationem 6
competere nepotibus donantis vti principaliter in donatione contemplatis.

Primò, quia donatio processit ex causa matrimonij contrahendi, cuius id proprium est, vt filij in ea censeantur contemplati ne liberalitatis compendio fraudari possint. Bertrand. *cons. 176. colum. 2. tom. 3.* A Ponte *cons.* 25. Mulfes. *cons.* 11. latè Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 10. n.* 28. faciunt citati per Rouit. *cons.* 15. *ex num.* 40. la Rata *cons.* 9.

Secundò, propter specificam eorum in hac specie 7
mentionem, nam donatio collata fuit in sponsum, non pro se tantùm, sed pro filiis ex matrimonio nascituris, qui propterea sunt principaliter donatarij, propter vim ipsam loquendi, quæ non cominus importat, acsi ei, ac filiis donatum fuisset, ita eleganter ob illam dict. *pro,* post Bald. *in cap. 1. in princ. de testib. & in l. 1. col. pen. vers. Venio ad secundam, C. per quas personas,* Barbat. *cons. 54. num. 3. lib. 2.* Menoch. *cons.* 352. *num. 2.* Hieron. Gabr. *cons.* 178. *num.* 15. *lib. 1.* docet Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 924. *num.* 14. & 25.

quamobrem licèt viuente patre ad nnllam partem admittantur, quoniam inter eos ac ipsum ordo charitatis consistit, præcipuè cùm actus tempore nondum concepti, nec agniti fuissent, attamen eo defuncto ex propria persona donata consequuntur, Dec.*cons.*607. *num.* 10. Decian. *cons.*41.*num.*89.*vol.*1. Cancer.*var.resol.p.*1.*cap.*8.*num.*62. Fontanel.*de pactis nupt.clauf.*8.*gloss.*9. *part.*1. *num.*2.

8 Tertiò, attenta subsequenti stipulatione, qua pater nascituro stipulari potest, vt statim in lucem proditus acquirat irreuocabiliter, *l. si quis operas, ff. de operis liber. l. Paulus, §. Paulus nepotem, ff. de bonis libert. l. dicit, §. pactis, C. de natural. liber.* Surd.*d.decis.*352.*ex num.*2. *ad* 30. vbi contrarias auctoritates eorum, qui stipulationem pro filiis interpretantur, refert, quod sequutus est, adden. ad Capell. Tholos.*decis.*454. Menoch. *cons.*506.*num.*10. Vincent. de Franch.*decis.*205. Castill. *decis.*106. Id enim importat illa pro hæredibus stipulatio postquam filiis donatum fuit, vt ad præmissam vocationem referantur, nec qualitatem
9 hæreditariam inducant. † Hæres enim verbum sui naturæ æquiuocum aptum filios, ac extraneos concludere ex præcedenti filiorum admissione, ac inclusione, declaratur. Bald. *in cap.*1. *num.* 2. *de natura success. feud.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.*6. *tit.*14. *num.*7. Rustic.*ad l. cùm auus, lib.*3.*cap.*3.*num.*19. *ff. de condition. & demonst.* Fusar. *de fideicom.quæst.*339. *num.*36. *cum duobus seqq.* Alioquin vllus penè esset in contractibus restitutorium onus fideicommissi obtinens, qui ex hæreditaria qualitate non euanesceret, cùm omnes inter viuos acquisitiones, siue quia ita stylus obtinuit, siue ob ampliandam stipulationis vim, vt cæteros omnes deficientibus fortè filiis comprehendat, pro hæredibus conceptæ sint quando ad stipulationem deuenitur in clausulis appositam, quam ideo iure merito ex principali dispositione metimur, Bart.*in l. Gallus, §. etiamsi parente, ff. de liber. & posth.* Cephal. *cons.*303. Theodor. *alleg.*45. *num.* 10. Consilium Illustrium Sicul. 8.*num.*10. Surd.*decis.*322. *num* 79. Stephan. Gratian. *discept. forens cap.*917.*n.*2. D. Mari. Cutell. *decis.*5.*num.*61.

10 Quibus ita iactis fundamentis opposita refellenda supersunt, quæ ita dilui posse existimo, primam nempe obiectionem in dubio casu procedere, ac vbi acquisitio ex parte recipientis in eos, quos sibi successuros cogitat, confertur, nulla ad concedentem, ac donantem consideratione relata, vt quia omnis ratio futuræ in donatis successionis ex voluntate donantis pendet, nam vbi præter id, quod is cogitat, donantia ratio habenda est, excogitandum sanè erit, an ne filio soli, an verò nepotibus, ac aliis descendentibus prospicere voluerit; quid enim iuuat donatarium velle filiis vti hæredibus acquirere, si donans in eos quoque liberalem se præstare voluisset, eius etenim potius voluntas, quàm recipientis spectanda est, qui propterea legem à donatore latam seruare tenetur, illius est enim conditiones, quas voluerit, adiicere, *l. legem* 1. *C. de pactis conuent. l. donatio. C. de donat.* D. Castil. *tom.*3. *controuers.cap.*10.*num.*54. D. Mari. Cotell.*de donation.disc.*3.*part.*6.*num.*36.

11 Cùm ideo probatum sit ex ipsis donationis verbis nepotes quoque ad donata allexisse, omnis disputatio cessat, ac subsequens pro hæredibus stipulatio, quam donatarius fecit, ad filios referenda est, siue ex prædictis, siue quia natura actus attenta vocatis in simili specie hæredibus ad ipsius matrimonij filios stipulatio restringenda est, vt apparet ex iis, quæ latissimè fundat Fontanel. *d. claus.*4. *glos.*9. Rot. apud Farin. *decis.*663. *part.*1. *tom.*2. Theodor.*alleg* 41. *num.*10. Cons. Illustr. Sicul. 8. Milan.*decis.*7.*num.*14. *lib.*2. Fusar. *de fideicomm.quæst.*339.*num.*30.*& cons.*169. *num.*27. Latè & eleganter in hoc puncto, D. Mari. Cutell. *decis.*17. *num.*30. *&* 45. vbi præ cæteris allegat Martam *part.*4.*de success. legali quæst.*21.*art.*13.*num.*181. *fol.*410.

Cessat quoque secundum, dum hæc donatio inter viuos appellata fuit, nec de omnibus bonis processit, sed omni iure, quod in castro illo donans ex Regia liberalitate obtinuerat, vnà cum pertinentiis, ac districtu, territoriove materiali, ac Iurisdictionis, quæ omnia Valentiano, & Cathalano sermone Cathaloniæ tenentiæ ve nomine veniunt, vt in Castellania Ampostæ, & Xericæ tenentiæ receptum est, ac communi loquendi vsu in hisce interpretationibus, Cels. Hugo *cons.*58. *& cons.*60. *num.*11. benè Fontanel. *d. claus.*4.*gloss.*6.*num.*2. post Cancerium, & Pegueram.

Quæ licèt ita sint, ac vniuersitatem agrorum, & iurium intra fines designatos cõtinentem significet: attamen particularis dispositio dicitur, nihilominus acsi Sempronianum, vel Titianum fundum cum instrumento omni donatum fuisset, vt in feudo determinat Vincent. de Franch. *decis.*1. *ex num.*41. Anna *alleg.* 96. à Ponte *cons.* 52. & alij passim. Atque fit vt nullatenus hæreditamentis, quæ in illa patria fiunt, comparari possit, quæ vt ex prælibatis colligitur, omnes fortunas comprehendunt, licèt non deficiant, qui dicant donationes inter viuos hos esse, etsi omnium bonorum sint, vt omnium latissimè, ac non minus doctè fundat Fontanel.*d.claus.*4.*gloss.*9.*p.*4.*ex num.*70. *ad fin.* qui omnibus contradicentibus satisfacit, ac procedit indubitanter quando adest reseruatio ad testandum; quoties enim aliunde potest hæredem habere, donatio dicitur particularis, quoniam Iura omnia in hunc transeunt, & non in donatarium, nisi & Iura quoque huic donata sint, reseruatio verò sit in certa quantitate, vniuersitate Iurium cum donatione translata, vt in casu Fabij de Anna *cons.*108.*ex num.*16. Cancer. *lib.*3. *cap.*3. *ex num.*128. 12

Ad tertium respondetur, quòd licèt donatum pro omni iure cedere soleat in causam debiti, ac grauioris, prout est illud legitimæ portionis, quæ naturæ quoque debitum est, ac perinde cæteris antiquius, ac grauius: attamen, cùm illud patre mortuo deberi incipiat, & hic filius eo temporis per vltimum elogium iure honorabili institutionis illam consecutus est in tot bonis, hoc adiecto ne de donatis sibi illam perciperet, quasi voluisset testator Castellaniam, siue dicamus territorium, ac districtum castri, id enim importat Cathalano idiomate, inter suos conseruare, licèt id non expresserit, eo quòd nobilius corpus, quàm cætera esset, ac familiæ splendori magis consentaneum, quod sibi permittitur. Honded. *cons.*66. *num.*11. *vol.*2. Menoch. *consil.*401. *num.*139. Fusar.*de fideicom. quæst.*692. *ex num.*21. sufficit enim quòd alia corpora relicta sint ex quibus deduci possit, Grass. §. *legitima, quæst.*16. *per tot.* 13

Nec obstat, quòd opponi posset, solutionem, nempe quæ per donata pro omni iure inducta erat, retractari non posse, arg. *cap. factum legitimè* 73. *de regul. Iuris in* 6. quoniam cùm expressa non fuerit causa legitimæ, quæ eo temporis nequaquam debebatur, in id cedere non potuit, Rouit. *cons.*15. *tom.*2. Ideo si filius donata pro legitima viuente patre consumpsisset, iterum eam petere posset, secundùm Bald. *in auth. si captiui, C. de Episcop. & cler.* Socin. *in l. Marcellus, §. res quæ, num.*3. *ff. ad Trebell.* Menoch. *controuers. illustr. cap.*25.*num.*74. Moliu. Theolog *de iustit. tract.*2. *disp.*616. *ex num.*14. Giurba *decis.*5. *num* 39. Anton. Fab. *de errorib pragm. errore* 7.*num.*11. *decade* 41. 14

Ad vltimum respondetur communiorem esse in oppositum, 15

oppositum, quòd saltem vtilis competat, vt donantis voluntas effectum sortiatur, patet ex allegatis per eundem D Mari. Cutelli *ibidem, & decis. 5. ex num. 52.* in quibus casibus semper fuit pro rei vendicatione decisum, ac perinde videtur actorem esse in manifestissimo casu victoriæ, saluo, &c.

Malacitana nullitatis professionis.

Inquisitio de parentibus, Patria, anteacta vita, & moribus habitum religionis suscipientis, præcedere debet professionis emissionem, & post lapsum quinquennij à die professionis potest audiri prætendens ex capite non factæ inquisitionis suam professionem fuisse irritam. Et an Prouincialis per informationem Iudicis secularis possit nouitium recipere?

Votum XV.

1 *Casus proponitur.*

2 *Constitutio prima Sixti V. contra criminosos ad aliquam Religionem transire volentes, refertur.*

3 *Eiusdem alia Constitutio declaratoria prima citatur.*

4 *Gregorij XIV. Constitutio moderatoria.*

5 *Clemens VIII. innouauit anno 1592. antiquam formam circa informationes nouitiorum faciendas.*

6 *Idem Clemens VIII. de anno 1602. validitatem professionum absque informationibus emissarum ad terminos Iuris communis reduxit.*

7 *Sententia vna refertur.*

8 *Decretum irritans non trahitur ad personas non comprehensas in dispositione.*

9 *Dictio personalissima operatur, vt dispositio extendi non possit ad alias personas.*

10 *Dictio*, quis, *est relatiua, & demonstrationis causa apposita.*

11 *Clausulæ irritantes non debent referri ad id, quod incidenter, & accessoriè tractatur.*

12 *Attenditur, quod principaliter agitur, non quod incidenter.*

13 *Constitutio Sixti est lex fundata in præsumptione.*

14 *Constitutio, quæ fit ad declarandum, & roborandum aliam, intelligenda est, & limitanda iuxta terminos roboratæ, & declaratæ.*

15 *Lex corrigens recipit interpretationem à lege correcta.*

16 *Doctores referuntur qui primam sequuntur sententiam.*

17 *Verba*, non aliter, *habent vim decreti irritantis, adeò, vt omnia resoluant vsque ab initio, & important præcisam formam, &c.*

18 *Verbum*, posse, *negatiuè prolatum denotat necessitatem, & actum contrà gestum reddit nullum, & impossibilem.*

19 *Verba*, nec debere, *necessitatem, & vinculum irritans important.*

20 *Dictio negatiua quando adijcitur verbo*, debet, *tunc illud reddit actum de Iure impossibilem.*

21 *Geminatio maiorem effectum producit, & declarat magis enixam voluntatem.*

22 *Actus redditur nullus si forma ad vnguem non seruatur.*

23 *Conditionalis cōstitutio inducit nullitatem.*

24 *Statutum quando perpetuò, & non ad tempus durare debet, tunc nullitas magis præcisa est.*

25 *Decretum irritans in statuto contentum, siue in principio, siue in fine, refertur ad omnia.*

26 *Constitutio prima Sixti V. continet decretum irritans.*

27 *Ponderatur secunda eiusdem Sixti V. Constitutio.*

28 *Vbi est eadem, vel maior ratio, ibi debet esse idem ius, & eadem Iuris dispositio intensiuè, siue declaratiuè.*

29 *& si id, de quo minus videtur inesse, inest, & id de quo magis.*

30 *Ratio legis, vel Canonis vbicunque est amplior, vel generalior dicto, seu dispositio, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipsa dispositio.*

31 *Similitudo, siue maioritas rationis quando consurgit in vim regulæ*, cui licet, quod est plus, *&c. fit extensio, & comprehensio casus minus dubij, quando sumus in correctorijs.*

32 *Ratio vbi est eadem, siue identitas rationis concurrit, non dicitur fieri extensio, sed intensio.*

33 *Dictio*, etiam, *est implicatiua, cuius natura est implicare casum minus dubitabilem, exprimendo eum, qui maiorem habet dubitationem.*

34 *Relatum est in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*

35 *Constitutio declaratoria nouum Ius, aut veteris reuocationem inducere minimè potest, sed tantùm ambigua aperire.*

36 *Declarationis natura est, nihil de nouo disponere.*

37 *Constitutiones Sixti V. contra criminosos, &c. qualiter per Clementem VIII. declaratæ, & innouatæ fuerint.*

38 *Constitutio Clementis, de anno 1591. circa informationes faciendas formam inducit.*

39 *Reprobatur F. Emman. & declaratur prima Constitutio Sixti V. contra criminosos, &c.*

40 *Informatio de vita, & moribus eorum, qui ad Religionem recipiendi sunt, si fuerit facta bona fide, & modo ordinario sine fraude, professio eorundem tenebit etiamsi post ipsam constiterit de impedimento.*

41 *Clemens VIII. de anno 1601. validitatem professionum absque debita informatione emissarum ad terminos Iuris communis reduxit.*

42 *Constitutio Clementis VIII. de anno 1602. non validauit professiones nullas factas tempore Sixti, sed solùm loquuta est de futuris.*

43 *Constitutiones Sixti, & Clementis de anno 1592. continent decretum irritans in ea porte vbi agit de inquisitionibus faciendis.*

44 *Constitutio Sixti V. super capienda diligenti informatione, &c. formam inducit, quam immutare non possunt Fratres, ex decisione S. Rotæ.*

45 *Decisio S. Rotæ refertur in hac materia singularis.*

46 *Professio, si non præmissa informatione præmissa fit, emissa est nullius momenti secundùm Sanchez.*

47 *Defectus informationis faciendæ pro suscipere volẽtibus habitum Religiosum aquiparatur criminosis, & obligatis ad rationes reddendas secundùm eundem Sanchez.*

48 *Constitutiones Sixti & Clementis circa formam requisitam in professionibus habent decretam irritans iuxta opinionem Steph. Gratiani.*

49 *Professio nulla est non facta prius diligenti informatione de parentibus, patria, &c. secundùm Auctoris sententiam alibi defensam.*

50 *Concilium Trident.* sess. 25. de Regular. cap. 19. *refertur.*

51 *Professus nulliter ob non seruatam formam circa informationes faciendas per Sixtum V. constitutam, potest etiam post quinquennium reclamare.*

52 *Inhabiles ad profitendum, putà habentes impedimentum perpetuum, possunt reclamare etiam transacto quinquennio.*

53 *Professio quando est ipso iure nulla, non ratificatur ex eo quòd sic professus persistat per longum tempus in Religione.*

54 *Prouincialis qui per informationem Iudicis secularis nouitium recepit, non incurrit pœnas primæ Constitutionis Sixti V. sed bene alterius Clementis VIII. vt num. seq.*

55 *Verbum,* debet, *induxit necessitatem, & obligationem, itavt non impleto eo, quod per illud præcipitur faciendum, graues incurrantur pœna.*

56 *Professionem irritam causa metus, vel ex defectu ætatis, non indiget alio anno probationis.*

57 *Impedimentum annullans habitus receptionem, & professionem facit, vt professio ratificari non possit, nisi denuò alius annus probationis fiat.*

58 *Informationes de vita, & moribus ad Religionem ingredi volentium, sunt examinandæ, & approbandæ in Conuentu in quo ipse nouitius est educatus.*



VIDAM Alphonsus maior sexdecim annis habitum Religionis Eremitarum S. Augustini suscepit, & transacto nouitiatus tempore professionem in ea emisit die 10. Augusti 1594. nulla de eius parentibus, patria, anteacta vita, & moribus facta inquisitione, nec seruatis Romanorum Pontificum hac de re editis Cõstitutionibus, & postquam ad aliud Monasterium translatus esset, cœpit eius mater de validitate talis professionis dubitare, quæ proprio motu, ac de mandato, & auctoritate Iudicis secularis desideratam informationem facere curauit, & ea facta filium persuasit, vt professionem aliàs nulliter emissam iterum ratificaret, & quatenus opus esset de nouo emitteret in manibus Superioris illius Monasterij ad quod fuerat translatus. Transactis triginta annis, & vltra idem Alphonsus de præfatæ suæ professionis eiusque ratificationis validitate ex hoc capite dubitare cœpit, & causas nullitatis huiusmodi coram Ordinario loci, & Superiore suo Regulari deduxit, sed cùm ab illis contrariam reportasset sententiam, & ad Illustrissimum D. meum Nuntium appellasset, mihique in gradu appellationis vnà cum D. Michaele Caualerio Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani huiusmodi causa committeretur, dubitaui, an præfata sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & infirmandam esse censui, ad quod perspicuè assequendum in materia tanti momenti tria dubia in præsenti resoluenda duxi. 1

Primum, vtrùm sit de substantia validæ professionis, quòd inquisitio de parentibus, patria, anteacta vita, & moribus habitum suscipientia præcedere debeat professionis emissionem, & an Constitutiones Sixti V. & Clementis VIII. hac de re editæ decretum irritans, & annullatiuum professionum absque huiusmodi informatione emissarum contineant?

Secundum, vtrùm post quinquennium elapsum à die professionis audiri possit dictus Alphonsus, prætendens ex capite non factæ inquisitionis suam professionem fuisse nullam?

Tertium, vtrùm fuerit satisfactum dispositioni præfatarum Constitutionum dum à matre Alphonsi, & de eius mandato, ac Iudicis secularis auctoritate inquisitio tempore secundæ professionis præceptata proponitur?

DVBIVM

Dubium I.

Vtrùm sit de substantia valida professionis, quòd inquisitio de parentibus, patria, anteacta vita, & moribus habitum suscipientis praecedere debeat professionis emissionem, & an Constitutiones Romanorum Pontif. Sixti V. Gregorij XIV. & Clementis VIII. hac de re edita decretum irritans & annullatiuum professionum absque informatione huiusmodi emissarum contineant?

2 S. D. Sixtus V. in quadam sua Constit. incip. *Cùm de omnibus. sexta Kal. Decembris* 1587. contra criminosos debitis, & ratiociniis obnoxios ad aliquam Religionem transire volentes, ita statuit. *Auctoritate Apostolica, & tenore præsentium etiam perpetuò statuimus, & ordinamus, iuuenes, aut viros adultos maiores sexdecim annis non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nec debere, nisi priùs de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione & fide digna relatione compertum, & exploratum sit, eos neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, & alia similia, aut grauiora, reos, aut suspectos existere, vt propterea damnati sint, aut ne damnentur formidant, neque ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauatos, vel reddendis ratiociniis, ita obnoxios, vt ex huiusmodi causa, lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit quòd inferatur. Nisi denique constet ipsos non humana aliqua ratione, sed tantùm deuotionis, & pietatis feruore vitam religiosam sponte, & ex animo elegisse, deque his omnibus in Generali, vel Prouinciali Capitulo plena, & indubitata fide facta, tam Superioris Generalis, seu Prouincialis, quàm Diffinitorum consensu approbati, & ad habitum Regularem admissi fuerint*, &c.

3 Idem Pontifex per aliam suam Constit. incip. *Ad Romanum, sub Dat. Romæ in Monte Quirinali* 12. *Kalend. Nouembris* 1558. declarationem in forma perpetuò valituræ Constitutionis emisit super dubiis in priori Constitutione emergentibus de admittendis ad habitum & professionem Regularibus, in qua, quantum attinet ad ea, quæ circa informationes huiusmodi spectat, sic habetur. *Quod autem pertinet ad professionem tam illegitimorum, quàm eorum, qui post decimum sextum ætatis annum expletum Regularem habitum susceperunt, quia tunc demum verè, & propriè Religiosi effici dicuntur, cùm professionem emittunt, declaramus eos, qui ante prædictam nostram Constitutionem habitum susceperint, & post ipsius promulgationem cupiunt profiteri, non aliàs ad professionem admittendos esse, quàm facta inquisitione, & seruata forma in ipsa Constitutione præscripta, & eorum, qui post dictam promulgationem etiam ignoranter, non habita dicta inquisitione, & non seruata forma ad professionem admissi fuerint, professionem nullius esse roboris, & momenti*, &c. quorum meminit Valenzuela *cons.* 12. *num.* 1.

4 Gregorius XIV. in quadam sua Constit. incip. *Circumspecta, sub Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Id. Martij* 1590. prædictas Sixti V. constitutiones in aliquibus moderauit, statuitque & ordinauit, vt receptio nouitiorum in vnoquoque Monasterio ad Superiorem Prælatum, & Capitulum eiusdem Monasterij tantum pertineat, eo quòd Generalia, Prouincialia, aut intermedia Capitula perrarò celebrari solent. de ea Valenzuela *d. cons.* 12 *num.* 2.

5 Postremò Clemens VIII. in sua Constit. incip. *Altissima, sub Dat. Romæ apud sanctum Petrum die* 14. *Aprilis* 1592. antiquam formam circa informationes huiusmodi faciendas à Sixto V. præscriptam innouans, aliam substituit, prout ex illius tenore constat in hunc modum. *Altissima paupertatis via, quæ ducit ad vitam, quam Domini vestigijs illustratam Seraphicus ille B. Franciscus diuino Spiritu ductus secutus est, cupientibus illam ingredi Apostolica Sedes prouidentia circunspecta debito consueuit adesse præsidio. Dudum siquidem fel. record. Sixtus PP. V. prædecessor noster perpetuò statuit, & ordinauit iuuenes in aliquam Religionem recipi non posse, nec debere, nisi priùs de eorum parentibus, patria, & anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, ac compertum sit eos deuotionis, & pietatis feruore vitam Religiosam sponte & ex animo elegisse, & de ijs in Generalibus, vel Prouincialibus Capitulis plena, & indubitata fides fieri debeat, prout in litteris dicti prædecessoris sexto Kalend. Decembris, Pontificatus sui anno tertio plenius continetur. Cùm autem, sicut accepimus, prædicta Capitula, nonnisi sexennij, vel triennij spatio celebrari soleant, animaduertentes tanti temporis mora posse piat profiteri volentium mentes tepefieri, & à tanto proposito adimplendo forsan etiam abstrahi, nos ad ea remouenda, quæ Religiosorum eorum propositum impedire quoquo modo possent, intenti, harum serie in Hispanijs, tantum concedimus Ministro, & Commissario Generalibus, ac etiam Ministris Prouincialibus dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia nuncupatorum, quòd extra Capitulum quocunque tempore possint, & valeant recipere iuuenes ad habitum de consensu quatuor Diffinitorum, vel de consensu quatuor Fratrum ex antiquioribus illius Domus, in quam iuuenes recipiendi sint. Concedimus quoque, quòd ipsi coram Notario, vel Fratres per eos ad hoc deputari possint, ac debeant ad inquisitionem huiusmodi faciendam vocare testes, & ab eis recipere iuramentum, quòd si à prædictis Superioribus dicti Ordinis, ac Fratres per Superiores, vt præfertur, deputatis in præmissis contra factum fuerit, voce actiua, & passiua, necnon officijs, gradibus, & honoribus, ac dignitatibus quibuscunque per eos obtentis eo ipso in perpetuum priuati, & tam ad illa, quàm ad alia quæcunque in posterum obtinenda perpetuò inhabiles, & incapaces, ac excommunicationis sententia innodati ipso facto existant. Decernentes susceptionem habitus & professionem ac inde sequenda quæcunque valere, perinde ac si iuxta tenorem dictæ Constitutionis facta fuissent. Non obstantibus dicta, & altera illius declaratoria fel. record. Sixti V. Constitutionibus, nec non moderatione felic. record. Gregorij XIV. prædecessorum nostrorum, quas in omnibus alijs sub pœnis in illis contentis obseruari prorsus volumus, & mandamus, ac quibuscunque alijs in contrarium facientibus*, &c.

Idem Clemens VIII. per aliam suam Constit. 6
editam *sub die* 2. *Aprilis* 1601. validitatem professionum absque informationibus emissarum ad terminos Iuris communis reduxit. Eius autem verba, quibus id ipsum exprimitur, sunt quæ sequuntur. *Cùm igitur felicis record. Sixtus V. prædecessor noster ad integritatem, & candorem in Regularibus, & Religiosis Ordinibus in sancta Ecclesia institutis retinendum, & obseruandum quadam sua, quæ* incip. *Cùm de omnibus Ecclesiasticis Ordinibus, sub Dat. 6. Kalend. Decembris Pontificatus sui anno tertio, nonnulla circa modum, formam & qualitates admittendi Religiosos ad quosuis Regulares Ordines decreuerit; & deinde alia simili, quæ incip. Ad Romanum spectat Pontificem sub Dat. 12. Kal. Decembris, Pontificatus sui anno quarto. Quædam dubia super dicta priori Constitutione exorta declarauerit. Et præterea piæ mem. Gregorius Papa XIV. etiam prædecessor noster alia sua perpetuò valitura constitutione, quæ incip. Circumspecta Pontificis Romani prouidentia, sub Dat Idibus Martij Pontificatus sui anno primo respectiuè editis, Constitutiones Sixti V. prædecessoris supradictas quoad illegitimos moderatus fuerit, prout in eisdem Constitutionibus plenius continetur,*

continetur, tamen quia longo vsu & experientia compertum est ex nimia facilitate & multitudine casuum in quibus professio à suscipientibus habitum alicuius Regularis Ordinis à dicto Sixto prædecessore nostro nulla declaratur multos hac occasione arrepta fraudulenter petijsse, & in dies petere, vt professio, quam in aliquo Regulari Ordine emiserunt, nulla declaratur, ex quo nonnulli eorum Regulares Ordines, & instituta sub hoc prætextu deseruerunt, & idcirco plerisque in locis maxima incommoda, & scandala exorta fuerunt. Nos ea scandala & incommoda quantum in Domino possumus remouere, & ne in posterum alia eiusmodi hac de causa oriantur, opportuna ratione prouidere cupientes, singularum Constitutionum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes matura super his cum venerabilibus Fratribus nostris S. E. Cardinalibus super negotijs Episcoporum, & Regularium deputatis, consultatione præhabita ex illorum sententia, & voto constitutiones prædictas Sixti prædecessoris quoad eam partem per quam eorum, qui formam in dictis Constitutionibus præscriptam de cætero non seruauerint, & quoad alios etiam casus ibidem expressos in quibus receptorum in quibuscunque etiam Mendicantium Ordinibus professio nulla declaratur ad terminos Iuris, & sacrorum Canonum perinde ac si prædictæ Constitutiones in illa parte editæ non fuissent, auctoritate Apost. tenore præsentium reducimus, &c.

7 In qua quæst. prædictis consideratis Constitutionibus vna tenuit sententia illos, qui post promulgationem in Curia Constitutionis primæ Sixti V. de qua suprà *num.* 1. professi sunt sine aliqua inquisitione, & informatione præuia, quæ ibidem desideratur, esse non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori verè professos, & Religioni obligatos, si nullo impedimento eorum, quæ apponuntur in præfata constitutione fuerint irretiti, idem affirmat de professis post promulgationem secundæ Constitutionis Sixti V. qui nullis ex præfatis impedimentis detinentur; quæ sententia sequentibus probatur fundamentis.

8 Primò, quia licèt in dictis Constitutionibus præcipiatur, vt non aliter ad professionem quis admittatur, quàm facta priùs de eius moribus, parentibus, patria, & anteacta vita diligenti inquisitione, & præceptum huiusmodi vti Papale, & in re graui emissum obliget Prælatos ad eius implementum sub pœna peccati mortalis, & possint aliter facientes à suis superioribus grauiter puniri; nihilominus tamen in earum prima non irritatur susceptio habitus, & professio eorum, qui nullo impedimentorum in illa contentorum detenti ad susceptionem habitus, & professionem fuerunt admissi; sic eodem modo in secunda statutum est, vt ex eius littera clarè constat: vbicunque enim ponit clausulam irritantem, loquitur in particulari de illis, qui aliquo impedimento ex supradictis detinentur, & idem decretum irritans ibi positum non trahitur ad personas non comprehensas in dispositione, Seraphin. *decis.* 565. *num.* 10. Rot. *decis.* 563. *num.* 7. *part.* 1. *recentissim.* tum quia dicta Constit. vtitur nominibus relatiuis, videlicer, *si quis quinque*, & similia, quæ secundùm Ius restringunt, & limitant pœnam ad illos solùm, de quibus in particulari in clausula proxima loquebatur, quorum relatiuorum natura petit, vt ea Constitutio minimè extendatur ad alias personas, & clausulas remotas, ad tradita per Menoch. *cons.* 133. *num.* 1. *& cons.* 134. *n.* 19. eo magis, quia videtur relatiuum personalissimum, quod operatur vt dispositio extendi non possit ad alias personas, Tiraq. *in tract. conuent.* §. 1. *gloss.* 6. *n.* 23. Mari. Antonin. *var. resolut. lib.* 2. *resol.* 43. *num.* 6. Et id
9 perspicuè patet ex dicta prima Constit. Sixti V. in qua ponitur clausula irritans in tribus tantùm casibus. Primò, quando loquitur in particulari de illegitimis ex incestu, vel sacrilegio, quorum receptio ad habitum, & professio irritatur, & ipsi inhabiles ad Religionem efficiuntur. Secundò, loquendo magis in generali de aliis illegitimis, qui non sunt ex incestu, neque sacrilegio procreati, quos conuenit posse admitti ad Religionem de communi, & vnanimi consensu Capituli generalis, aut Prouincialis, aut omnium Diffinitorum, habita exacta informatione suorum morum, & vocationis, & statim addit clausulam irritantem. *Si quis autem eorum aliàs, prout præfertur, recipiatur, professio similiter nulla sit.* In quibus verbis, *si quis autem eorum*, videtur solùm irritari professionem eorum, qui non obstante sua illegitimitate professi sunt, non habita dicta informatione, & vnanimi consensu, iuxta proprietatem, & rigorem verborum relatiuorum, supra expensam; dictio enim,
† *quis*, est relatiua, & demonstrationis causa apposita, 10
ad trad. *in l. à filio*, §. *testator ff. de aliment. l.* 1. §. *sed cùm plures*, & ibi Bald. *ff. si famil. furt. fec. dic.* Surd. *decis.* 352. *num.* 12. plures, quos refero Ego ipse *de dict. vsufreq. dict.* 321 *num.* 2. Tertiò, quando expressè loquitur de criminosis, & de debitis, & ratiociniis obnoxiis, quia quoad hos reperitur clausula irritans, ibi: *Omnes autem, & quoscunque, vt dictum est, criminosos, aut ære alieno, ac rationibus reddendis obligatos, ad Religionem perpetuò obligatos declaramus, & si qui eorum contra præsentem nostram Constitutionem temere admittentur, tam susceptionem habitus, quàm professionem, & inde sequuta ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus.*

Confirmatur hoc fundamentum ex doctrina Bart. 11
in l. fin. §. *Titia ff. de liberat. legat.* & Felin. *in cap. causam quæ, num.* 4. *de rescript.* quos refert Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 54. *art.* 5. *vers. Et confirmatur*, quæ docet clausulas irritantes non debere referri ad id, quod incidenter, & accessoriè tractatur, sed ad id, quod ex consulto, & principaliter prætenditur, vnde cùm lege huius Constitutionis prætendatur principaliter excludi à Religione illegitimos, & criminosos, & debitis, ac ratiociniis obligatos, & diligentia in inquisitionibus facienda, vt quid solum accessorium ad huiusmodi finem faciliùs consequendum proponatur, videbatur sequi manifestè secundam prædictam doctrinam, quòd clausula irritans posita in fine Constitutionis non debet, neque potest referri ad illud, quod agitur solum de informationibus faciendis, cùm ipsæ tanquam quid accessorium fieri præcipiantur, vt sic illegitimi expellantur, & alij criminibus, debitis, ratiociniis reddendis obligati ad Religionem minimè recipiantur, quod fuit principale intentum huius Constitutionis, & cessantibus dictis impedimentis, seu eorum aliquo, non videtur ex solo defectu informationum professionem esse irritam, & nullam, cùm informationes, vt quid accessorium in præfata Constitutione fieri præcipiantur, † at- 12
tenditur enim quod principaliter agitur, non quod incidenter, *l.* 1. *ff. de auctor. tut. l. is qui, ff. de liber. caus.* cum aliis citatis à Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 45. §. 1. *num.* 35.

Secundò, principaliter hæc opinio stabilitur ex 13
eo, quòd Constitutio præfata Sixti V. est lex fundata in præsumptione, vt patet ex eius litteræ contextu, ibi: *Cæterùm quoniam se vitia ingerunt, & sese virtutes mentiuntur, ac multi decoctores post dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim æris alieni, aut interuersam alienam pecuniam eorum fidei creditam, aut ratiocinia effugiunt, alij post furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliave facinora patrata etiam banniti, ac damnati, seu qui meritas pro suis delictis pœnas metuunt, non pia intentione,*

intentione, ſed ad euitandum legum, & iudiciorum ſeueritatem, quia tutò in ſaculo viuere non poſſunt. Tunc demum quarunt a Religione auxilium, quando aliunde illud non ſperant. Vnde ſub habitu, & nomine Religioſorum animum Religioni inimicum, & inueterata vitia retinent, neque alios qui ſancta vocatione vocati ſunt, patiuntur tranquillè diuinis obſequijs, intreſſe in grauem Dei offenſam, Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimum, vt his quoque ſubterfugijs, & impunitatis ſpes omnis tollatur, auctoritate Apoſt. & tenore præſentium etiam perpetuò ſtatuimus, & ordinamus iuuenes, aut viros adultos maiores ſexdecim annorum non aliter in aliquam Religionem recipi poſſe, neque debere, niſi prius de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, &c. Præſumuntur enim taliter impediti ad Religionem fugere vt rigorem, & ſeueritatem iudiciorum eoadant; ergo ſi nullo impedimentorum detineantur, ceſſat præſumptio, ac proinde Conſtitutioois deciſio io ipſa præſumptione fundata.

14 Tertiò, principaliter eadem fulcitur opinio, quia licèt in ſecunda Cooſtitutione Sixti V. declaratoria primæ, videatut declarari abſolutè eſſe nullas profeſſiones omnium, niſi præcedat exacta inqoiſitio, & forma in dicta prima Conſtitutione præſcripra, vt in verbis ſuprà relatis *num.2.* tamen cùm huiuſmodi declaratio emanauerit ad explicationem primæ, debet illa eaplicari iuxta illius terminos, quando ſcilicet Religionem aggreſſuri, vel profeſſioné emittere volentes ſunt impedimeotis poſitis in prima Conſtitutione irretiti, nam Conſtitutio, quæ fit ad declarandum, & roborandum aliam, intelligenda eſt, & limitanda inxta terminos roboratæ, & declaratæ, iuxta gloſ. *verb. declaramus, in cap. ſtatutum, de elect. in 6.* vbi Car. *oppoſit.3.* Fr. Emman. *d. tom.3. quaſt.54. art.5.*
15 *in fine.* Et † lex corrigens recipit interpretatiooem à lege correcta, Felin. *in cap.1. num.19. verſ. Primus quando, de conſtit.* Card. Tuſch. *tom.5. lit. L. concl.239. num.1.3 5.6.20. & 27.* Rota *deciſ.173. num.14. part.2. recentiſſim. in poſthum. Farinac.*

16 Ex quibus, & aliis banc partem ſuſtinet idem Fr. Emman. *d. quaſt.54. art.5. per tot.* vbi expreſsè tenet, quòd dicta prima Cooſtitutio Siati V. prohibens ne tales iuuenes etiam aliàs habiles recipiantur, niſi de eis fiat diligens, & exacta inquiſitio probata à Patribus, prout in ipſa Conſtitutione refertur, cùm non irritet expreſsè ſuſceptionem habitus, & profeſſionem eorum, nec aliæ clauſulæ irritantes in eadem Conſtitutione adiectæ ad eos iuridicè poſſint referri, quòd inquiſitio eaacta pro ipſis fieri præcepta non eſt ſubſtantialis ad actum profeſſionis, ſed eſt tantùm quædam ſolemnitas probatoria, additqoe Patres doctiſſimos ita intellexiſſe hanc Sixti V. Conſtitutionem, & hnnc intellectum approbaſſe ſapientiſſimos viros Academiæ Salmanticenſis.

Pottel. *in dubijs Regularib. verb. nouitij informationes, num.5.* Fratrem Emman. ſequutus, ait profeſſionem ſine prædictis informationibus emiſſam tenere ſi nouitius non eſt inhabilis de Iure communi.

Hieron. Roderic. *in compendio quaſt. Regular. reſol.101. num.92.* præfatam Fratris Emman. eius patrui ſententiam ruetur, ibi: *Religioſi profeſſi, tam poſt promulgationem prima, quàm ſecunda Conſtitutionis Sixti V. nullo ex dictis impedimentis ibidem appoſitis irretiti, ſunt verè, & propriè profeſſi in foro interiori, & exteriori, etiamſi de eorum moribus, & vita, deque alijs contentis in præfatis Conſtitutionibus nulla penitus facta fuerit inquiſitio, ſeu informatio, nam receptio, & profeſſio illorum non fuit à Pontifice irritata, ſeu annullata, ſicut fuit profeſſio torum, qui aliquo ex dictis impedimentis ligati ſunt; quicquid ſit de peccato hoc præceptum Apoſtolicum non adimplentium*, idque conſtat ex tenore primæ *Conſtitutionis, ſecundùm quam debet intelligi, & limitari ſecunda, vt ſuprà diximus de Conſtitutione Clementis VIII. reſpectu Bulla Sixti V. quam declarauit, & ita ſenſerunt atque ſubſcripſerunt viri doctiſſimi vtriuſque Iuriſperiti, & grauiſſimi Religioſi, apud Salmanticenſes*, &c.

17 Verùm his non obſtantibus contraria ſententia in puocto Iuris verior videtur, & ita ſecurè teneo præfatam primam Sixti V. Conſtitutionem decretum irritans habere etiam in ea parte, qua de inquiſitionibus, vel informationibus faciendis agit, vt conſtat ibi, *non aliter in aliquam Religionem recipi poſſe, nec debere*, in quibus verbis tria continentur decreta irritantia, quorum ſingula de per ſe ſufficeret ad profeſſionem irritandam ſi infoımationes non præceſſiſſent, vt de dict. *non aliter*, ſioe, *non aliàs*, quòd habeat vim decreti irritantis, adeò vt omnia reſoluat vſque ab ioitio, concludit Meleh. Lotter. *de re benefic. lib.1. quaſt.37. num.60. & quaſt.40. num.272.* quem refero Ego ipſe *de clauſul. vſufreq. clauſ.81. num.14.* importat enim præciſam formam, itaut actus cõtra eam facti ipſo iure ſiot nulli, cirati per me *d. clauſ.81. num.9. & de diction. vſufreq. dict.220.* Oſac. *Pedemont. deciſ.165. num.13.* Farin. *fragm. crimin. part.2. lit. L. num.105.*

18 Idem ferè importate videtur verbum, *poſſe*, negatiuè prolatum, denotat enim neceſſitatem, & actum contrà geſtum, non tantùm reddir nullum, gloſ. & Doctores *ad reg. beneficium, de regul. Iuris in 6.* Corſet. *ſing.219. verb. poteſt*, Cou. *in cap. tua nobis num.2. in fine, de teſtam.* Ludouic. Gon. *in cap. vt animarum, §. ſtatuto num.29. de conſtit. lib.6.* Ceuall. *commun. contra commun. quaſt.404. num.5.* Card. Tuſch. *lit. P. concl.464.* Farin. *fragment part.2. lit. L. num.104.* Rot. *deciſ.515. n.3. part.1. recentior.* Ego ipſe *de diction. vſufreq. dict.268. num.3. & 4.* ſed etiam impoſſibilem, ex Bart. *in l. ſi non ſortem, in princip. ff. de condict. indeb. & in l. cum lex, ff. de fideiuſſ.* plotes adducit Brunor. à Sole *in compendio reſolut. ſuper verb. poteſt.*

19 Eandemmet ſignificationem habent alia verba, *nec debere*, quia neceſſitatem, & vinculum irritans, ſicut & illa, *non poſſe*, important, ea Bart. *in l.4. C. de edendo*, Cardin. Tuſch. *lit. D. concluſ.32.* Fr. Emmman. *quaſt. Regular. tom.3. quaſt.10. artic.2. verſ. Circa eandem conceſſionem ibi poſſint, ac debeant*, &c. præceptumque regulariter inducunt, itaut contraoeniens peccet mortaliter, gloſ. *verb. debeant in Clem. attendentes, de ſtatu Regular.* Calderin. *conſ.220. circa princ. verſ. Quintò probatur.*
20 Quando enim negatiua dictio adiicitur verbo, *debet*, tunc illud reddit actum de Iure impoſſibilem. Stephan. Gratian. *Marchia deciſ.51. num.7.* quem refero Ego ipſe *dict.77. num.11.*

21 Quæ opinio eo magis coofirmatur, quia adeſt trina geminatio verborum reſiſtentium, & irritantium, quæ inſimul iuncta operari oeceſſariò debent effectum illum, quem eorum quodlibet de per ſe operari non poterat, ad *l. Baliſta ff. ad Trebel.* Afflict. *deciſ.335. num.57.* Socin. iuo. *conſ.12. num.17.* Roland. *conſ.23. num.51. volum.1.* Surd. *conſ.10. num.54. & conſ.73. num.64.* Mari. Antonin. *variar. reſolut. lib.2. reſol.3. num.7.*

22 Vlterius corroboratur, quia qoando verba legis, ſtatuti, ſiue Conſtitutionis ſunt prohibitiua (vt in caſu noſtro) ſeu conditionalia, aut formam inducentia, quæ omnia in præfata prima Siati V. Conſtitutione baheotur, aut denique quando qoid noui, & per prius inuſitatum diſponuot, tunc ſi contraueniatur, nullus remanet actus in ea parte, qua non fuit ſeruata præſcripta forma, *l. cùm hi, § ſi Prætor, ff. de*

transact. Alexand. *cons.* 137. *num.* 15. *vol.* 2. *& cons.* 50. *num.* 5. *vol.* 5. vbi ait, actum reddi nullum si forma ad
23 vnguem non seruetur. Et quòd † conditionalis Constitutio inducat eandem nullitatem, tenet Bart. *in auth. matri, & auia, C. quando liceat matri, & auia,*
24 Bald. *in l. comparationes, C. de fide instrum.* & † tunc dicitur formalis Constitutio, quando aliquid noui disponit, Anch. *cons.* 242. quæ quidem nullitas magis præcisa est, quando statutum perpetuò, & non ad tempus durare debet, ex adductis per Alex. Treotacinq. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 1. *ex num.* 3. *vsque ad num.* 6. proot in terminis dictæ Constit. ibi, *perpetuò statuimus,* &c.

25 Præterea stabilitur, quia clausula decreti irritantis in statuto contenta, siue in principio, siue in fine, refertur ad omnia, ex quorum corpore talis expressio colligatur, quæ inducat nullitatem, Abb. *in cap. cùm accessissent num.* 4. vbi Felin. *in num.* 7. *de constitut.* gloss. *verb. attentatum*, per tex. ibi, *in Clem. vt calumniis, §. vt autem, de rescript.* Boër. *decis.* 119. *num.* 4. Latè Brunus *de forma statuti fol.* 35. *col.* 3. *vers. Etsi lex*, Hercul. Maresco. *var. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 7. Et ita cùm ex rationibus supradictis clarè appareat defectum formæ esse annullatiuum, debet illam comprehendere decretum, & clausula irritās, siue antecedat, siue subsequatur. Et sic ex his omnibus concludo hanc primam Sixti V. Constitutionem in hac parte continere decretum irritans, sicut bene decidit Rota Romana apud Nicol. Garc. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 328. ibi: *Neque obstat, quòd ideo non reddatur nulla professio cùm Constitutio saltem respectu huius inquisitionis faciendæ non procedat vlteriùs annullando, quia cum statuat non aliter ad Religionem aliquos esse admittendos, nisi priùs facta diligenti inquisitione de qualitatibus profitentis, dicitur inducere formam, itaus ea non seruata actus sit nullus quando aliquid censeatur datum pro forma præsertim stante decreto irritanti, quod in fine positum refertur ad totam dispositionem,* &c. Vnde confunditur sententia Fratris Emman. & sequacium, & vti euidenter falsa reiicienda est, & in iudicando, & consulendo minimè admittenda.

26 Quæ quidem absque vlla difficultate procedunt si ad secundam Constitutionem Sixti V. dictæ primæ declaratoriam oculos conuertamus, & attentè eius verba, & sensum inuestigemus, quam suprà retulimus *num.* 3. in ea enim ipse Summus Pontifex declarauit absolutè esse nullas professiones omnium, nisi præcedat exacta inquisitio, & forma in dicta Constitut. præscripta, etiamsi nullo impedimento detineantur; & profitetur ipse Fr. Emman. contrarius assertor *d. quæst.* 54. *art.* 5. *vers. Sed contrà*, hanc partem tenuisse omnes viros doctissimos vsque ad sua tempora, & secundùm eam fuisse apud multa Tribunalia iudicatum, & executioni mandatum, quod non potest calumniari, quin verba dictæ Constitutionis declaratoriæ adulterentur, vel contra propriam significationem accipiantur in sensu incomposito, statuerat enim Sixtus V. in dicta prima eius Constitutione de qua *num.* 2. vt iuuenes, aut viri adulti maiores sexdecim annis non aliter in aliquam Religionem recipiantur, nisi prius de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, &c. Sed cùm dubitaretur an hæc Constitutio comprehenderet eos, qui ante dictam Constitutionem habitum susceperunt, & post ipsius promulgationem cupiunt profiteri; emanauit dicta secunda Constitutio declaratoria, qua expresè cautum fuit illos non aliàs ad professionem admittendos esse quàm facta inquisitione, & seruata forma in ipsa Constitutione præscripta, & eorum, qui post dictam promulgationem etiam ignoranter, non habita dicta inquisitione, & non seruata forma, ad professionem admissi fuerint, professionem nullius esse roboris, & momenti.

27 Ex quo licet à fortiori argumentari, nam si hæc Constitutio declarat professionem irritam eorum, qui post eius promulgationem etiam ignoranter, non habita dicta inquisitione ad professionem admissi fuerint, etiamsi ante quàm promulgaretur habitum susceperint, à fortiori erit professio irrita illorum, qui post dictæ Constitutionis promulgationem, & habitum susceperunt, & professionem emiserunt, vbi enim est eadem, vel maior ratio, ibi debet esse idem ius, & eadem Iuris dispositio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. obligat.* & tunc non dicitur fieri extensio, sed intentio, seu declaratio, Farinac. *fragment. crimin. part.* 1. *lit. E. num.* 52. non debet enim cui plus licet, quod minus est non licere, *l.* 21. *ff. de regul. Iuris, cap. cui licet* 53. *eod. tit. in* 6. Sanch. *de matrim.*
28 *lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 15. Et † si id, de quo minus videtur inesse, inest, & id, de quo magis, *cap. cùm in cunctis*, vbi gloss. *de elect. auth. multo magis, C. de sacros. Eccles. §. illud quoque, in auth. vt determ. sit num. Cleric. collat.* 1. *l. pen. in fine, ff. si quis caut. l.* 1. *in fine*, vbi Paol. de Castro,
29 & Doctores, *de negot. gestis.* Vnde cùm in illa secunda Constitutione dispositum sit, quod plus, & magis dubium erat, non debet censeri omissum quod minus est, præcipuè, quia non sumus in correctoriis, sed in lege declaratoria dubiorum in priori Constitutione emergentium, quæ in omnibus, & per omnia irritans est, vt suprà probauimus.

30 Quo argumento obstrictus admodum Fr. Emman. *d. quæst.* 54. *art.* 5. *vers. Pro explicatione*, illius vim, & efficaciam euitare intendit, his verbis. *Et licèt eadem, & similis ratio militaret in receptis ad habitum, & professionem post promulgationem dictæ Constitutionis, quæ militat in receptis ante promulgationem dictæ Constitutionis, & quæ militat in receptis ante promulgationem, & professis post promulgationem, licèt ignoranter, cùm præfata Sixti declaratio sit correctoria, & odiosa, non debet ad casum similem extendi, prout tradit quadam gloss. communiter recepta*, &c. Qua responsione argumentatur solùm à paritate rationis, cùm à fortiori esset arguendum, hoc est logicè à minori ad maius, & iuridicè à ratione legis larga, ampla, seu generali ad extensionem ipsius legis, prout bene Euerard. *in topicis legalibus loco* 35. asserens, quòd vbicunque ratio legis, vel Canonis est amplior, vel generalior dicto, seu disposito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipsa dispositio, sequuntur, Cotta *in memorabilib. verb. ratio generalis extendit*, Farinac. *fragm. crimin. lit. E. num.* 53. per tex. *in l. regula. § fin.* vbi Bart. & Bald. *ff. de iuris, & facti ignor.* bonus tex. *in l.* 2. *si mater, vers. Quid si curares, & in vers. Quid si decesserint, ff. ad Tertul. l. nomen debitoris, §. fin. ff. de legat.* 3. Et falsò supponit dictam secundam Constitutionem esse prioris correctoriam, cùm sit illius declaratoria, vt constat ibi: *Declaramus eos*, &c. Vnde non applicatur doctrina gloss. *in Clem. vt hi qui, de ætate, & qual.* qua multum innititur
31 idem Fr. Emman. *proximè citato loco*, quia quando similitudo, siue maioritas rationis consurgit in vim regulæ, *Cui licet, quod est plus, de regul. Iuris in* 6. *& l. non debet cui, ff. eod. tit.* fit extensio, & comprehensio casus minus dubij, quamuis simus in correctoriis, ita aduertit Euerard. *in dictis topicis loco* 35. *vers. Secundo casu subdistingue*, vbi *in vers. Primo casu* subdit, quòd quando ratio vnica est finalis, non procedit limitatio correctionis, ad quod plura Iura cumulat, & alia adducit, & latissimè respondit D. Ioan. del Castillo *controuers. lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 171. *ex num.* 11.

Nec

32 Nec quicquam euincit ratio grammaticalis, qoam desumit idem Fr. Emman. ex relatiuo, *eorum*, quia loquitur cootra mentem Poutificis, & tritas Iuris regulas supià adductas, nec non vulgare Aristotelis Axioma *in 2. Metaphys. Propter quod vnumquoque tale, & illud magis, ex l. cùm aurum 19. §. perueniamus, vers. Semper, ff. de auro, & argen. leg. l. quanto magis, C. de inreiur. auth. multo magis, C. de sacros. Eccles.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 4. num. 4. cum seqq.* tum quia satis abundéque satisfit ex cumulatis per D. Ioan. del. Castillo *d. cap.* 171. *num.* 11. & remanet absoluta regula à fortiori, à simili, & à paritate, vel identate rationis, non obstante dicto relatiuo, *eorum*, quod remittendum esse vult idem Fr. Emman. ad immediatos tantùm præcedentes, qui habitum ante præfatæ Coostitutionis promulgationem susceperunt, quasi id in hoc casu sit fixum, & ad alios, qoi post promulgatio nem dictæ Constitutionis recepti sunt, & professi, extendi non debeat, contra ea quæ adducit D. Ioan. del Castillo *d. cap.* 171. *num.* 10. ibi, *Quòd vbi ratio est eadem, siue identitas rationis concurrit, non dicitur fieri extensio, sed intensio, & declaratio, siue non dicitur procedi per extensionem, sed per comprehensionem, & sic potius dicitur interpretatio intellectiua, quàm extensiua, sicut tenuerunt Oldrad. Calderin. Roland. & Tiraq. cum quibus, Ludouic. Molin.* de Hispan. primog. lib. 2. cap. 5. num. 12. *Mieres* part. 2. de maioratu quæst. 6. num. 104. &c.

33 Conuincitur etiam subtilis illa interpretatio eiusdem Fratris Emman. dum conatur defendere dictam secundam Constitutionem Sixti V. non esse eatendendam à simili, & à paritate, vel identitate rationis, nec ea arguendum à fortioti, sed in suo tantùm casu intelligendam, ea eo, quia verba continet compreheodentia casus, qoi maiorem habent dubitationem, & implicantiam mious dubitabiles, vt colligitur ex illa dict. *etiam ignoranter*, quæ est implicatiua, cuius natura est implicate casum minus dubitabilem, eaptimendo eum, qui maiorem habet dubitationem, Marc. Mantua *sing.* 33. Arismin. Tepat. *var. tit.* 347. *cap.* 2. Menoch. *de arbitrar. casu* 68. *num.* 40. ergo videtur gratis dicta assertio, quòd præfata secunda constitutio non comprehendit casus minus dubitabiles iotensiuè, & declaratiuè.

34 Remanet solummodo dispositio dictæ Constitutionis Clementis VIII. incip. *Altissima paupertatis*, quam retuli suprà *num.* 5. ex qua corroborantur, quæ hucusque diaimus ad comprobandum supradictas Siati V. Constitutiones habere decretum irritans etiam in ea parte, quæ informationes respicit, & de qua immeritò dubitat Fr. Emman. ea illis verbis, *perpetuò statuit, & ordinauit*, quæ operantur decretum irritaos ea adductis suprà *num.* 24. *in vers. Vlterius corroboratur*, necnon ea aliis, ibi, *quas in omnibus al iis sub pœnis in illis contentis obseruari prorsus volumus, & mandamus*, &c. quæ cùm præter ibi disposita, obseruari iobeat præfatas Siati Constitutiones, & ad eas in reliquis se referat, in eisdem decretum irritans appositum ad hanc Clementis VIII. Constitutionem tacitè translatum censeri debet, relatum enim est, & eaistit in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hered. instit. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr.* Menoch. *cons.* 1. *num* 83. Stephao. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 501. *num.* 16. cum citatis per me *Axiom.* 201. *num.* 1. Et ideo cùm se referat in præcitatis verbis ad dictas Siati V. Constitutiones, debet habere decretum irritans, prout illud habent relatæ Constitutiones, ea supradictis, non enim Clemens VIII. eam Constitutionem hac de re nouè edidit, sed ad roborandum, & declarandum ea, quæ

Barbosa Vota decisiua.

à Siato V. fuerunt instituta, vt ipsemet Fr. Emman.
fatetur *d. quæst.* 54. *art.* 4. *in fine*, vnde nouum Ius, aut 35
veteris reuocationem inducere minimè potest, sed
tantùm ambigua aperire, ea *l. heredes palam, §. si quid
post. ff. de testam.* Guid. Pap. *decis.* 772. Dec. Barbat. &
Bald. quos refert Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *casu* 73.
num. 17. Declarationis enim natura est nihil de nouo 36
disponere, per doctrinam Bart. *in d. l. heredes palam
num.* 4. *ff. de testam.* resoluit Rota *decis.* 48. *num.* 6. *in fine
part.* 1. *recentissim. in posth.* Farin. Mari. Antooin. *var. resol.* 3. *num.* 12.

Videamus igitur in quo dictæ Constitotiones Six- 37
ti V. tempore dictæ primæ Constit. Clementis VIII. essent in viridi obseruantia, & in quo per eam innouatæ, & declaratæ fuerint. In primis statuit Sixtus in eius prima Constitutione iuuenes, aut viros adultos maiores sexdecim annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nec debere, oisi priùs de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, consterque ipsos non humana aliqua ratione, sed tantùm deuotionis, & pietatis feruore vitam Religiosam sponte, & ex animo elegisse, deque his omnibus in Genetali, vel Prouinciali Capitulo plena, & indubitata fide facta, tam Superioris Generalis, seu Prouincialis, quàm Diffinitorum consensu approbati, & ad habitum Regularem admissi fuerint. Verùm cùm inquisitio huiusmodi fieri deberet in receptione alicuius, meritò dubitàtum fuit, an comprehenderet eos, qui ante prædictam Constitutionem habitum susceperunt, & post eandem promulgatam cupiunt profiteri? Cui dubitationi idem Sixtus V. occurrere volens per aliam suam Constitutionem prioris declaratoriam statuit istos ad professionem non aliàs admittendos esse, quàm facta inquisitione, & seruata forma in ipsa Constitutione præscripta, &c. Sed cùm adhuc si seruaretur forma dictæ Constit. de facienda plena, & indubitata fide inquisitionis huiusmodi in Generali, vel Prouinciali Capitulo multa damna oriri poterant, eo quòd prædicta Capitula, non nisi seaennij, vel triennij spatio celebrari soleant, & tanti temporis mora, piæ profiteri volentium mentes tepescent, & à tanto proposito adimplendo forsan etiam abstraherentur, Clemens VIII. aliam formam promulgauit pro Fratribus S. Francisci de Obseruantia io Hispaniis tantùm, illis specialiter concedens, vt extra Capitulum quocunque tempore possint, & valeant recipere iuuenes ad habitum de consensu quatuor Diffinitorum, vel de consensu quatuor Fratrum ea antiquioribus illius domus, in quam iuuenes recipiendi sint; & quòd ipsi coram Notario, vel Fratres per eos ad hoc deputati possint, ac debeant ad inquisitionem huiusmodi faciendam vocare testes, & ab eis recipere iuramentum; vnde resultat, quòd professiones emissæ iuxta hanc nouam formam loco alterius Sixtinæ subrogatam validam, & efficacem esse perinde acsi iuxta tenorem dictæ Sixtinæ Const. factæ fuissent, & si circa præmissa aliter factum fuerit, professiones irritæ erunt, & nullæ, & hunc seosum capiunt verba Constitotionis Clementis VIII. ibi: *Decernentes susceptionem habitus, & professionem, ac inde sequenda quacunque valere perinde, ac si iuxta tenorem dicta Constitutionis facta fuissent*, &c. Ergo si non seruata forma in hac Constit. emissa fuerit, nulla, & inualida erit perinde, acsi contra tenorem dictarum Coostit. Sixti V. facta fuisset.

Vnde prouenit, quàm à veritate alienus sit sensus 38
quem ad prædicta Clementis VIII. verba *in vers. Decernentes*, præstitit Fr. Emman. aliàs vir doctissimus, *d. quæst.* 54. *art.* 5. *vers. Secundò respondeo*, dum ait

considerandum esse supplicatum à Summo Pont. fuisse, vt non tantùm reciperentur iuuenes in Generalibus, & Prouincialibus Capitulis, sicut præceperat Sixtus V. *in sua Constit.* sed quòd quocunque tempore extra Capitulum possint recipi, & quòd sic recepti possint validè profiteri. Cui supplicationi annuens Pontifex videtur concedere, vt quocunque tempore extra Capitulum possint iuxta formam ibi traditam admitti iuuenes ad susceptionem habitus, & professionem, ac inde sequuta quæcunque valere acsi iuxta tenorem dictæ Constitutionis Sixti V. de qua suprà fecerat mentionem, facta fuissent, id est, acsi in Capitulo generali, aut Prouinciali recepti fuissent. Existimat ergo Fr. Emman. dispositionem Clementis in hoc tantùm consistere, itaut hoc sufficiens sibi visum sit, & nulla alia inquisitio facienda esset, non aduertens fateri oportere Clementinam Constitutionem formam præstare ad inquisitionem huiusmodi faciendam, quæ circa hoc, vel debet ad vnguem obseruari, vel est adimplenda, quæ continetur in d. 1. Constitutione Sixti V. quam in omnibus præter illic expressa iubet, & mandat Clemens prorsus obseruari, ibi, *quas in omnibus alijs sub pœnis in illis contentis obseruari prorsus volumus, & mandamus.*

39 Eodem modo reiicienda venit alia sententia eiusdem Fr. Emman. *d. quæst.* 54. *art.* 4. qua nititur probare pœnas appositas à Sixto V. in dicta prima eius Constitutione contra Superiores admittentes ad habitum, & professionem maiores sexdecim annis criminosos, & debitis, vel ratiociniis impeditos, non comprehendere, nisi tantum temere tales admittentes. Vnde si recipiant immunes ab his impedimentis, & habiles ad profitendum etiam sine debita, & sufficienti informatione in dicta Constitutione præscripta addit non incurrere dictas pœnas, & approbare intendit ex illis verbis, ibi; *Insuper quoscunque Religiosos, eorumque Superiores, qui aliquas personas, vt dictum est, inhabiles*, &c. ibi: *Et si qui eorum contra præsentem nostram Constitutionem temere admittentur*, &c. non aduertens dictionem *temere*, verificari in illis, qui absque vlla inquisitione, vel informatione admittuntur, & verba illa, *qui aliquas personas, vt dictum est, inhabiles*, &c. non habere eum sensum, quem ille præstat, videlicet non comprehendere Religiosos, eorumque Superiores, qui ab his impedimentis immunes admittunt ad professionem nulla etiam præcedente informatione, quasi informatio huiusmodi sit quid accessorium, seu requisitum ad consequendum finem, vt non admittantur, nisi tantùm habiles, quo consequuto, vt principaliter intento, nihil releuare dicit, quòd accessorium omittatur. Quia multipliciter satisfit, & primò verba illa dirigi in Religiosos, eorumque Superiores, qui etiam præhabita inquisitione, & informatione inhabiles ad professionem admittunt, vt ex antecedentibus apertè colligitur. Secundò, quia Clemens VIII. in dicta sua Constit. suprà adducta *num.* 3. non distinguit inter admittentes inhabiles, & habiles, sed generaliter statuit in has pœnas incurrere Superiores, & Fratres per eos deputatos si non seruauerint formam ipsis in hac concessione præscriptam, non solùm quando recipiunt inhabiles ad profitendum, sed etiam quando recipiunt habiles, & nulli impedimento subiectos.

40 Tertiò, quia hæc resolutio continet magnam repugnantiam cum alia eiusdem Fr. Emman. sententia, quam communiter sequuntur omnes, qui post illum scripserunt, ait enim, quòd si forma præscripta à Sixto V. fuerit in habilium receptione, & ante professionem diligenter adhibita, & informatio bona fide, & modo ordinario, sine fraude facta, & approbata, professio eorundem tenebit, etiamsi post ipsam constiterit de huiusmodi impedimento, ita idem Fr. Emman. *d. quæst.* 54. *art.* 1. Portel *in dubijs Regular. verb. nouitius num.* 6. *& à num.* 12. *& in addit. num.* 4. *&* 5. Villalob. *in sum. part.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 10. *num.* 11. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 39. ergo necessariò fateri oportet, informationes esse de substantia receptionis, & illas, si rectè fiant, sufficere, quamuis finis intentus non assequatur, aliàs enim in hoc casu informationes, nihil operarentur si post illas factas vitium, seu inhabilitas detegeretur.

Professionem Alphonsi præcesserunt prædictæ 41 tres Constitutiones, aliæ autem si quæ postea emanarunt; ad rem non faciunt, & ideo omittimus Bullam eiusdem Clementis VIII. incip. *In his, quæ ad Religionem, sub dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die* 20. *Septembris* 1597. concessam illustri Monasterio sancti Stephani Salmanticensis. Necnon aliam eiusdemmet Clementis VIII. suprà relatam *num.* 6. de anno 1601. quæ validitatem professionum absque debita informatione emissarum ad terminos Iuris communis reduxit, quæ non validauit professiones nullas factas tempore Sixti, vt in casu isto, sed solum loquuta est de futuris, vt optimè aduertit Portel. *in dubijs Regular. verb. professio ex Iure communi, pag.* 911. & melius *verb. nouitius, in princip. pag.* 686. ibi: *Nota quòd Clemens VIII. non reualidauit professiones factas ante publicationem illius sua Bulla si fortè fuerunt factæ absque forma Bullarum Sixti V. & de his nihil agit; & si hodie aliqua dubia inuenirentur pro temporibus Sixti ante Bullam Clementis facta, manet adhuc sub terminis antiquis, & de illa non loquitur Clemens VIII. sed de solis faciendis post publicationem sua Bulla, quæ fuit Romæ publicata anno* 1601. *die* 2. *Aprilis*, &c. 42

Quare concludo prædictas Constitutiones Sixti, 43 & Clementis continere decretum irritans in ea parte vbi agit de inquisitionibus huiusmodi faciendis, illasque ad validitatem professionis præcedere debere, ac proinde Alphonsum absque illis in Religione sancti Augustini inualidam professionem emisisse; quod vltra rationes, quas suprà adduximus, multorum auctoritate confirmatur.

Et primò ex decisione S. Rotæ Romanæ apud Fariu. *decis.* 175. *num.* 3. *in recentiorib. part.* 1. ibi: *Secundò, quia non fuit seruata Constitutio felicis recordat. Sixti V. super capienda diligenti informatione de parentibus, patria, vita, & moribus. Non obstat, quòd dicatur illam informationem non fuisse necessariam, quia cùm Religionis habitum in patria sua susciperet, bene cogniti, & noti erant eius parentes nobili genere nati, nec quoad mores ipsius quicquam erat inquirendum cùm vix adhuc pubertatis annos attigisset. Sicut nec obstat, quòd illa informatio fuerit capta in voce per duos Fratres Monasterij, quodque cæteris Conuentus Fratribus fuerit visa sufficiens. Nam vltra quòd ista omnia non probantur, fuit etiam responsum, quòd prædicta Constitutio vult informationem captam approbari in Capitulo Generali, vel Prouinciali, & vlterius procedit annullando professiones aliter factas, ideoque non potuerunt Fratres hanc formam immutare*, &c. 44

Clariùs eadem Rota apud Nicol. Garc. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 328. ibi: *Domini steterunt in resolutis* 13. *Iunij quòd professio Ioannis fuerit nulla ex quo iuxta formam Constitutionis fel. record. Sixti V. non fuit approbata in Capitulo Generali, vel Prouinciali, sed tantum per Diffinitores Ordinis Discalceatorum, quos non constat habuisse facultatem admittendi aliquos ad Religionem contra formam prædictæ Constitutionis, quæ vult admissiones, & approbationes fieri debere in Capitulo Generali, vel Prouinciali, plena praxia, & indubitata fide super parentibus,* 45

parentibus, patria, & vita, ac moribus ipsius admittendi, nec contrarium dicis secunda Constitutio eiusdem Sixti, &c. Et deinde prosequuntur *Neque obstat, quòd ideo non reddatur nulla professio cum Constitutio saltem respectu huius inquisitionis faciendæ non procedit vlteriùs annullando, quia cum statuat non aliter ad Religionem aliquos esse admittendos, nisi prius facta diligenti inquisitione de qualitatibus profitentis, dicitur inducere formam, ita vt ea non seruata actus sit nullus quando aliquid censtatur datum pro forma, præsertim stante decreto irritante, quod in fine positum refertur ad totam dispositionem. Et cessat difficultas ex secunda Constitutione ipsiusmet Sixti, quæ in §. quod autem expresiè annullat professiones factas non seruata forma in prima Constitutione præscripta. Neque obstat quòd ista forma sit ad effectum, vt non admittantur inhabiles, & ideo satis esse quod hodie constet habere Ioannem qualitates requisitas ad suscipiendum habitum iuxta formam præfatæ Constitutionis, quia hoc non procedit quando adest decretum irritans, vel Constitutio vlterius procedit annullando professionem aliter factam,* &c.

46 Thom. Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 37. num. 30. in fine*, eandem sequi videtur sententiam, ibi: *Et idem Sixtus V. de omnibus masculis, qui sexdecim annos nati sunt, statuit non aliter in Religionem admitti posse quàm præmissa certa informatione, & approbatione. Et in alio motu proprio, quem in huius declarationem postea edidit, declarauit professionem maiorum sexdecim annis esse nullius momenti, si non præmissa informatione emissa sit, quamuis ante editum illum Motum proprium priorem susceperint habitum, si post illius promulgationem professi sint etiam cum illius ignorantia,* &c.

47 Idem Thom. Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 61.* ibi: *Vltimus defectus ex parte profitentis est si ante ingressum sit obligatus ad subueniendum graui parentum, aut filiorum necessitati, aut obligatus ad rationes reddendas, aut ad æs alienum, aut alij crimini obnoxius, ob quod Sixtus V. irritas reddidit professiones in suo Motu proprio de hac re, aut quia non sunt præmissæ informationes ibi petitæ,* &c. æquiparatur enim defectus informationis criminosis, & obligatis ad rationes reddendas.

48 Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 440. num. 14.* eandem videtor insinuare opinionem, ibi: *Maximè, quia huiusmodi Constitutiones circa præscriptam formam requisitam in professionibus fuerunt confirmatæ per Sixtum, & Clementem VIII. in quibus mandatur præcisè obseruari omnia contenta in dictis Constitutionibus in materia professionis cum clausula decreti irritantis, per quam omnis professio facta contra legem habentem similia decreta est nulla, prout generaliter ista decreta inducunt nullitatem actus in contrarium gesti, & ligant, non solum scientes, sed etiam ignorantes,* cap. si eo tempore, de elect. io 6. *&c.*

49 Ego ipse *de officio & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 101. num. 43.* idem expressè resolui, ibi: *Professio igitur Monachi dicetur nulla quando facta fuit non seruata prædicti Sixti V. Constitutione, videlicet capta prius diligenti informatione de parentibus, patria, vita, & moribus, eademque informatione relata, & approbata in Capitulo generali, vel Prouinciali, vel etiam facta nouitiorum informatione,* &c.

Qua retenta sententia vti veriori, & Iuri communi, ac dispositioni præfatarum Constitutionum magis conformi, non obstant ea, quæ pro prima suprà ponderauimus, quia ad illa facilis ex dictis resultat responsio. Ideo ad alind dubium deuenire iam tempus postulat.

DUBIUM II.

Vtrùm post quinquennium elapsum à die emissæ professionis possit audiri dictus Alphonsus prætendens ex hoc capite non factæ inquisitionis suam professionem fuisse nullam?

SAcrum Concil. Trident. *sess. 25. de regularib. cap. 19.* statuit quòd quicunque Regularis prætendens se per vim, & metum ingressum esse Religionem; aut dicens ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, voléosque habitum dimittere qoacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario, vnde ex hoc decreto nulliter professum debere intra quinquennium reclamare, quo elapso ad allegandam quamcunque causam nullatenus admittendum, colligunt citati per me *in collectaneis ad illud num. 1.* 50

Verùm cùm Sixtus V. in dicta secunda eius Constitutione statuerit, quòd in quibusuis Ordinibus, & Religionibus, neque etiam tacita professio quorumcumque Religiosorum induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione eiusdem Constitut. forma seruata fuerit, ideo nulliter professum ob non seruatam dictam formam posse etiam post quinquennium reclamare, tenent Villalob. *in summ. p. 2. tract. 35. difficult. 25. num. 8.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut. 550. in fine.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resolut. 101. num. 70. & 74.* subdens hoc esse intelligendum ante dictam Cónstitutionem Clementis VIII. de anno 1601. Ego ipse *in collect. ad d. c. 19. num. 22.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 17. in fine.* Steph. Gratiao. *discept. forens. tom. 3. cap. 440. n. 16.* Bonacin. *de clausura Religios. quæst. 2. puncto 10. diffic. 4. num. 7.* 51

Sicut etiam possunt inhabiles ad profitendum, puta habentes perpetuum impedimentum, reclamare etiam transacto quinquennio, quia isti ratione inhabilitatis nunquam præsumuntur tacitè professi; neque Concilium loquitur de huiusmodi personis, Naoarr. *consil. 26. num. 12. & vlt. de Regular.* Bonacin. *d. diffic. 4. num. 7.* Sanctarell. *var. quæst. 48. n. 36.* Portel. *in dubijs Regular. verb. professionis nulla, num. 52.* Hieron. Roderic. *d. resolut. 101. num. 74.* Ego ipse *in collect. ad d. cap. 19. num. 21.* 52

Vnde Alphonsus etiam non reclamans, tam longo temporis cursu, minimè potuit tacitè professionem ratificare informationibus non præmissis eodem modo, quo expressam emittere non poterat illis minimè factis. Iuxta dictam Sixti Constitutionem in verbis supra relatis, quamcumque excludentibus ratificationem, & tacitam professionem, quæ ex tanto tempore præsumptiuè induci poterat. Tum, vel maximè, quia ignarus toto illo tempore fuit huius inhabilitatis, & nullitatis suæ professionis, quando enim illa est ipso iure nulla, non ratificatur ex eo, quòd sic professus persistat per longum tempus in Religione quam professus est, sed oportet, vt sciat ipsam fuisse nullam, & animo approbandi, & ratificandi eam, in eadem Religione persistat, ita Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 37. num. 59.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 440. num. 22.* Paul. Laymann *in Theologia moral. lib. 5. tract. 4. cap. 5. num. 9.* Ego ipse *de officio & potestate Episcopi, p. 3. allegat. 104. num. 19.* Ex quibus concludo lapsum quinquennij, immo & tanti temporis Alphonso non obstare quin 53

quin possit de nullitate suæ professionis, quandocunque opponere ex capite non factæ inquisitionis, iuxta supradicta.

Dubium III.

Vtrùm fuerit satisfactum dispositioni præfatarum constitutionum dum à matre Alphonsi, & de eius mandato inquisitio facta per Iudicem secularem tempore secundæ professionis fuit præsentata?

54 SI loquimur de dicta prima Constitutione Sixti V. videbatur dicendum, quòd cùm illa non limitet, nec exprimat à quo Iudice sit facienda informatio, ibi, *nisi prius de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur*, &c. Prouincialis, qui per informationem Iudicis secularis nouitium recepit, non incurrit pœnas dictæ Bullæ, vt aduertit Portel. *in dubijs Regularib. verb. Nouitij informationes num. 3. versic. Quæris*, subdens id intelligi si seruet plenè formam, hoc est, si factis priùs informationibus in Generali, vel Prouinciali Capitulo, plena, & indubitata de illis fides habeatur, quod penitus deficere in præsenti casu nullus est qui dubitet.

55 Si verò Prouincialis per dicti Iudicis secularis Nouitium recipit iuxta formam Constitutionis præfatæ Clementis VIII. de anno 1592. credo quòd illa informatio non sufficiet, quia Clemens VIII. ibidem specificat, quòd quatuor Diffinitores, vel quatuor Fratres ex antiquioribus illius domus, in quam iuuenes recipiendi sint, coram Notario, vel Fratres per eos ad hoc deputati possint, ac debeant ad inquisitionem huiusmodi faciendam vocare testes, & ab eis recipere iuramentum, vt pariter notat Portel. *loco proximè citato*. Ergo sequitur, quòd informationes factæ per Iudicem secularem non debent sufficientes censeri ad denuo faciendam, vel ratificandam iam nulliter emissam professionem per dictum Alphonsum, iuxta formam Constitutionis præfatæ Clementis VIII. eo magis, quia loquitur per verbum, *debeant*, quod inducit necessitatem, & obligationem, itaut non impleto eo, quod per illud præcipitur faciendum, graues incurrantur pœnæ, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 10. art. 2. vers. Circa eandem concessionem ibi possint ac debeant*, &c. Quod euidenter apparet ex secunda Constitut. Clementis VIII. concessa illustri Monasterio Sancti Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum de anno 1597. in qua expressiùs statuitur, vt mittatur Religiosus ad illas informationes faciendas, his verbis: *Ac postea per aliquem eiusdem Conuentus Religiosum ad hoc deputatum ad inuestigationem anteactæ illorum vitæ, ac morum, & reliquorum præmissorum absque strepitu iudiciario, sed per scrutinium secretum procedi facere*, &c.

Alia nullitas in huiusmodi ratificatione apparet, quia licèt ratificans professionem irritam causa metus, vel ex defectu ætatis, non indiget alio anno approbationis, quia hoc casu, nec Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 15.* nec ius irritat, nisi tantùm professionem, ex Hieron. Rodet. *d. resol. 101. num. 76.* 56
Nihilominus tamen si aliquod impedimentum annullat receptionem habitus, & professionem, tunc opus est, vt fiat de nouo nouitiatus, sicut resoluit Portel. *d. verb. professionis nulla num. 63.* & tangit Hieron. Roder. *loco proximè citato*; iuxta terminos prioris Constitutionis Sixti V. ibi, *Volumus, & pariter, declaramus huius susceptionem, & professionem penitus nullam esse, & censeri, ac propterea attenta nullitate habitus, & professionis*, &c. quam in reliquis præter ibi expressa obseruari voluit, & mandauit Clemens VIII. in d. sua Constitut. de anno 1592. Cùm ergo ob defectum informationum, non solùm professio Alphonsi, sed etiam susceptio habitus irrita sit, vtraque ratificari debet anno nouitiatus de nouo incepto, & plenè completo, aliàs professionis huiusmodi ratificatio anno nouitiatus minimè præcedente nulla erit, iuxta decretum Concil. *sess. 25. de Regular. cap. 15.* 57

Denique eadem ratificatio alia laborat nullitate, quia informationes huiusmodi examinatæ, & approbatæ fuerunt in alio Monasterio ab eo in quo Alphonsus habitum suscepit, ac nouitiatus annum peregit, & professionem irritam emisit, cùm ibidem essent examinandæ, & approbandæ, vt insinuat dicta Constitutio Clementis VIII. de anno 1592. ibi: *Valeant recipere iuuenes de consensu quatuor Diffinitorum, vel de consensu quatuor Fratrum ex antiquioribus illius domus, in qua iuuenes recipiendi sint*, & non dissentit Fr. Emman. *d. tom. 3. quæst. 17. artic. 7. in fine*, ibi, *Generales Ordinum non possunt recipere ad professionem nouitium sine consensu maioris partis Conuentus, in quo ipse Nouitius est educatus*, &c. Et quamuis eo loci non concluserit nullitatem ipso iure, nisi præcedat sententia declaratoria, attamen non est dubitandum, defectus huiusmodi per se nullitatem importare, prout cum Felin. Abb. Boër. Angel. Siluest. Nauarr. & Azorio defendit Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 66.* 58

Ex quibus fuit conclusum, dictum Alphonsum nulliter professionem emisisse, deindeque inualidè illam ratificasse, & posse nunc post transactum quinquennium, ac quemcumque temporis cursum reclamare, &c. Et ita iudicaui Matriti die 29. Aprilis 1635. 59

LIBER



LIBER SECVNDVS:

IN QVO

Forenses aliquot, & frequentiores casus accuratissimè tractantur, atque deciduntur.

Toletana Matrimonij.

Metus paternalis ad matrimonium annullandum qualis sufficiat, & quomodo probetur.

VOTVM XVI.

Reuerendiss. D. Alexandri Raphaëlis I. V. D. Protonotarij Apost. ac Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cæsaris Facheneti, Archiepiscopi Damiaten. & in Regnis Hispaniarum Nuntij cum potestare Legati de latere, & Collectoris generalis Apostolici Auditoris meritissimi, doctissimi, & integerrimi.

1 *Consensus liber in matrimonio requiritur, & non sufficit voluntas, si deficiat libertas, & num. 2. & 3.*
4 *Consensus non adest, vbi metus interuenit.*
5 *Matrimonium significat vnionē inter Christum, & Ecclesiam.*
6 *Metus debet esse cadens in virum constantem.*
7 *Metus vt dicatur cadens in virum constantem, debet habere quinque conditiones.*
8 *Metus est difficilis probationis.*
9 *Leuiores probationes in metu requiruntur.*
10 *Metus probatur per domesticos, & num. 70. Item ex indicijs, & coniecturis.*
11 *Argumentum ductum à verisimilitudinibus.*
12 *Metus arguitur in eo, qui fecit actum, quem verisimiliter non fecisset.*
13 *Metus arguitur ex auersione animi ad matrimonium.*
14 *Auersio ad vnum matrimonium arguitur ex affectu ad aliud.*
15 *Auersio arguitur ex lamentationibus, & protestationibus quæ declarant animum alienandum à contrahendis, & remouent consensum à contractis, & num. 16.*
17 *Protestationum effectus in matrimonio metu contrahendo.*
18 *Protestationes factæ absente altero coniugum, non suffragantur.*
19 *Limitatur, vbi fiunt ex iusta causa.*
20 *Protestationes suffragantur, licèt occultim factæ.*
21 *Protestationes multum coadiuuant ad probandum metum concurrentibus adminiculis.*
22 *Adminiculum resultat, considerata qualitate personæ incutientis, & patientis metum.*
23 *Metus iustus dicitur reuerentia paterna; sed hæc opinio non est tuta.*
24 *Metus minor requiritur, vbi cum metu concurrit reuerentia paterna cum alijs adminiculis.*
25 *Terribilitas, ac asperitas patris, est magnum adminiculum ad probandum metum, & num. 32. maximè si filius est valdè obediens, vt num. 28.*
26 *Verba imperiosè prolata incutiunt metum.*
27 *Metus solus reuerentialis sufficit ad irritandum matrimonium, vbi dubitari potest, fore diuturnam indignationem patris.*
28 *Metus absque minis est sufficiens ad annullandum matrimonium, vbi filius est multum obediens præceptis paternis.*
29 *Interesse metum incutientis arguit iustum metum.*
30 *Testes probant contra producentem.*
31 *Preces importunæ incutiunt metum, cadentem in virum constantem, maximè iunctæ cum metu reuerentiali.*
32 *Vultus terribilis, etiam sine minis incutit iustum metum.*
33 *Minæ cum reuerentia debita minanti incutiunt iustum metum.*
34 *Metus dicitur iustus, quando est mortis, vel cruciatus corporis.*
35 *Metus aliæ species sunt, quæ excusant.*
36 *Metus amissionis bonorum, vel maioris partis æquiparatur metui mortis.*
37 *Paria sunt insidiari vitæ, & bonis, & maior est pœna priuationis bonorum, quàm vitæ.*

38 Priua

38 *Priuatio successionis paterna sonat in damnum, non in amissionem lucri.*
39 *Metus amissionis magni lucri dicitur iustus.*
40 *Metus priuationis hæreditatis dicitur metus amissionis honoris, cùm titulus institutionis sit honorabilis.*
41 *Metus amissionis honoris dicitur iustior, quàm amissionis bonorum.*
42 *Metus amissionis honoris æquiparatur metui amissionis vitæ.*
43 *Iudicis arbitrio relinquitur, an metus sit iustus, vel ne.*
44 *Minas sufficit notificatas fuisse metum passo.*
45 *Minæ solæ sufficiunt, absque alia probatione, quando minanti debetur reuerentia.*
46 *Solitum exequendi minas non requiritur in patre aspera, & rigida natura.*
47 *Onus probandi hoc solitum non incumbit metum passo.*
48 *Iusta causa timendi sufficit, quando sumus in persona, cui debetur reuerentia.*
49 *Timor probabilis coactionis, sufficit licet actualiter vis non inferatur.*
50 *Voluntas licet coacta, dicitur voluntas.*
51 *Gesta per metum licèt valeant ab initio, rescinduntur actione, quod met. caus. vel Iudicis officio.*
52 *Lamentationes facta ante, & post matrimonium, sunt indicia actus inuoluntarij.*
53 *Metus arguitur etiam à secutis post contractum matrimonium.*
54 *Publica vox, & fama est multum considerabilis ad probandum metum.*
55 *Iustus metus probatur ex confessione patris, metum inferentis.*
56 *Coniecturæ plures, simul iunctæ, plenè probant, & num. 59.*
57 *Metus excluditur, quando potuit adiri superior.*
58 *Limitatur, vbi metus fuit probatus, & in filio.*
60 *Pater præsumitur perseuerare in sua asperitate, & indignatione.*
61 *Principium meticulosum influit in omnes actus postea gestos.*
62 *Filius dicitur quasi dominus hæreditatis paternæ.*
63 *Qualequale ius metum passi in re, quàm times amittere, sufficit.*
64 *Filius habet quoddam ius in officio, quod obtinuit pater.*
65 *Rex faceret iniustitiam, si alteri quam filio donaret officium patris.*
66 *Timor amittendæ spei lucri quærendi, vel promotionis ad aliquod officium dicitur iustus.*
67 *Metus filialis non tollitur ob litem motam à filio, viuente patre.*
68 *Cessante metu post matrimonium, illud non reconualescit, sed matrimonium esse reiterandum cum requisitis S. Concilij Tridentini.*
69 *Præsentia Parochi in matrimonio requiritur à Concilio pro forma.*
70 *Quæ sunt de forma, debent interuenire tempore, quo actus in esse producitur.*
71 *Matrimonium ab initio nullum, non potest reconualescere, nisi, vt ex nunc, non autem, vt ex tunc.*
72 *Ratificatio actus non desumitur ex impugnatione ipsius actus.*
73 *Euangelij verba referuntur,* Quid prodest homini, *&c.*
74 *Coactæ nuptiæ solent habere malos exitus, & num. 96.*
75 *Nemo est de bono opere arguendus, sed laudandus.*
76 *Metus semper durare præsumitur.*
77 *Purgatio metus non inducitur ex copula subsecuta, nec per actus, & signa lætitiæ, si adhuc duret metus causa.*
78 *Matrimonium non ex copula, sed ex libero consensu dijudicatur.*
79 *Matrimonium ab initio nullum, non potest conualescere, etiam cessante causa nullitatis; sed debet renouari.*
80 *Concilium Tridentinum non amplius admittit matrimonium præsumptum.*
81 *Testis retractatio, ex qua resultat criminalitas, non admittitur.*
82 *Testis retractans suam depositionem in articulo mortis, non potest tertio præiudicare, cui fuit ius quæsitum.*
83 *Idem de notario, qui asserit fecisse scripturam falsam: & de iudice, qui asserit, dedisse sententiam iniustam.*
84 *Confessio extraiudicialis non probat in præiudicium tertij, cui fuit ius quæsitum ex altera confessione iudiciali.*
85 *Testes non requiruntur omni exceptione maiores, ad probandum metum; sed admittuntur consanguinei, & domestici.*
86 *Bona, & integra fides aliquorum testium supplet defectui aliorum, his qualitatibus carentium.*
87 *Metus probatur etiam per testes singulares, & licèt omnes patiantur aliquas exceptiones, quando sunt vltra numerum trium.*
88 *Probato metu, difficile est probare contrarium.*
89 *Plus creditur duobus testibus de metu, quàm mille deponentibus de spontanea voluntate, & ratio.*
90 *Testes Sacerdotes sunt maiori fide digni.*
91 *Ex frequentatione domus mulieris non potest argui in viro voluntas ducendi eam in*

in vxorem, maximè si constat, quòd illuc accedebat alia de causa.

92 *Causæ duæ vbi in aliquo actu faciendo concurrunt, non debet magis attribui vni, quàm alteri causæ.*

93 *Probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile.*

94 *Ætas maior non excludit metum.*

95 *Matrimonium, metu celebratum, non est fauore dignum; neque in dubio pro illius validitate est prounnciandum.*

96 *Coactis nuptijs non est fauendum.*



OSTQVAM in causa nullitatis Matrimonij, deductæ à D. Nicolao de Cardona, sub prætextu, quòd illud importunis preeibus, & metu, ac minis paternis contraxisset eum D. Eleonora Maria Fontana: duæ emanarunt sententiæ, vna Ordinarij Toletaui pro illius validitate, altera Episcopi Aspancñ. reuocatoria sententiæ dicti Ordinarij; fuit causa ad Sac. Tribunal Nunciaturæ Apostolicæ deooluta, & postea mihi specialiter commissa, vnde dubitaui, quæ nam ex dictis sententiis esset coofirmanda, vel infirmanda.

1 Nullitas Matrimonij deducta per dominum Nicolaum, fuodabatur metu reuetentiali paterno, ac etiam in crebris, & importuois eiusdem partis persuasionibus, iunctis minis priuationis bonorum, & aliis, de quibus infrà; sicque in ipso defecisse liberum consensum requisitum in huiusmodi contractu, ex *cap sufficit 17. quæst. 2. c. cùm locum, de sponsal.* Sac. Conc. Trident. *sess. 24. de reform. matrim. c.* 1. Gutier. *de matrim. cap. 46. num.* 1. Sanch *lib. 2. de matrim. disp. 25. & 16. n. 5.* gloss. *in c. notificasti, in verb. Licentiam 35. q.* 1. Panorm. *in c Abbas, num.* 8 *quod met. caus.* comprobat latè Boët. *cons. 20. num. 38. & seqq.*

2 Ad hoc enim, vt matrimonium dicatur legitimè, & absque metu contractum, non sufficit simplex consensus; sed requitirur plena securitas, & libertas. Fachin. *lib. 3. controuers. cap. 28. vers Ad secundum respondeo.* Paris. *cons. 61. num. 31 lib.* 4. & plures cumulat Barbos. *in eius votis decisiuis post tract. exigen. pens. vot. 1.*
3 *num. 17. & seq.* Adeò, vt si adsit voluntas, & non libertas, non potest diei satisfactum dispositioni iuris, nec matrimonium ita celebratum subsistere posset. Paris. *cons. 53. num. 56. lib.* 4. Riminald. *cons. 77. inter consil matrim. Ziler.* & probatur à simili *in cap. vbi periculum, §. caeterùm, de election. in 6. & in Auth. sacramenta puberum, si aduers. vendit.* & in propriis terminis *in cap. cùm locum, de sponsal.* vbi, quòd libertas, & consensus ad esse
4 non potest, vbi metus, vel coactio intercedit. Cùm enim matrimoniom sit Sacramentum, significans
5 vnionem inter Christum, & Ecclesiam, *c. debitum, de bigam.* sicot Christus voluntariè assumpsit carnem, ita matrimonium debet esse voluntarium, vt sigoum correspondeat signato, vt in boc proposito inquit Purpur. *cons. 79. sub num.* 16.

6 Quapropter ad dignoscendum, an matrimonium, de quo agitur, fuerit nullum, firmandum est primò, an constet, quòd Nicolaus Cardonæ fuerit per metum inductus ad illud contrahendum; metusque ei illatus, fuerit talis, qoi in virum constantem cadere possit; prout ad bunc effectum de iure requiritur, ex *dicto c. cum locum,* iuncta gloss. *in verb. Metus, de sponsal. cap venient, il 2. & cap. consultationi, in fine, eod. tit. c. significauit. de eo, qui dux in vxor. & l. metum, ff. de eo quòd met. causa.* Doct. communiter *in cap. 2. de his, quæ vi,* Et *Barbosa Vota decisiua,* an in huiusmodi metu concurrant conditiones re- 7 quisitæ, vt dici possit cadens in virum constantem, quæ à Doctoribus de hac materia scribentibus, quinque enumerantur. Prima, quòd malum, quod timetur, graue sit, ex *l. metum, la primera, de eo, quod met.* ibi: *Metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem; sed maioris mali, quod gloss explicat, idest, magni mali.* Secunda, vt timens non vanè, leuiterque credat, illud malum sibi immioere; sed probabiliter, & rationabiliter, ex *l. metus la 1. ff. eod. tit.* ibi, *Metum autem non vani hominis timorem, sed qui merito,* &c. Et ex *l. nec timorem, §. proinde, il 1. ff. eod.* Tertia, vt metum incutiens sit potens minas executiooi mandare, ex *l. famosi, ff ad l. Iul. maiest.* ibi: *Nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit.* Quarta, vt metum incutiens, minas exequi solitus sit, ex *d. l. famosi,* in dictis verbis, & ante quid fecerit, & ex *l. vnic. C si quis Imperat.* ibi: *Et personas hominum dicta pensemus.* Quinta, & vltima, vt non possit timens de facili occurrere malis, quæ timentur, nempè imploraodum auxilium alicuius, vel superiorem consulendo, ex *l. fin. ff. de eo, quod met. caus.* ibi: *Cùm potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate praditum qui vtique vim eum pati prohibuisset.*

Redeundo igitur ad casum nostrum, an scilicet constet Nieolaum fuisse iusto metu inductum ad huiusmodi matrimonium cootrahendum; visum fuit affirmatiuè respondendum, & pro resolutione præmittendum, quòd metus est difficilis probationis. Seraph. *decis. 771. num.* 1. & hoc tam ex parte patien- 8 tis, cùm in eius animo resideat, quàm ea parte inferentis, cùm secretò, & clam inferatur, præsertim, quando à patre iofertur filio secum habitanti, vt optimè considerauit Rota *coram sancta memoria Gregorio XV. decis. 326. num. 2. vsque ad 5.* idcóque in eo leuiores probationes sufficiuot; & non solùm testes 9 domestici, & qui aliàs noo admitterentur; sed etiam indicia, & coniecturæ admittuntur. Seraphin. *de-* 10 *cis. 771. num. 2.* Rota *decis. 643. num. 13 part. 1. recent.* & coram Gregor. *d. decis. 326. num. 5.* vbi *num. 6.* quòd in eo multum valet argumentum ductum à verisimili- 11 tudinibus, quod etiam firmatur *in dicta decis. 643. num. 19. vers. Ad met. autem, circa finem.*

Et dieitur magna præsumptio, quòd metus, & 12 coactio interuenerint in eo, qui facit actum, quem verisimiliter non fecisset, vt ex multis comprobat Rota in allegata *decis. 326. num. 6. coram Gregor. & d. decis. 643. num. 19. circa finem. part. 1. recent.*

Hoc igitur præsupposito, videbatur magna verisimilitodo, quòd Nicolaus non spontè, sed coactus hoc matrimonium contraxerit, attenta maxima animi auersione, & repugnantia, quam semper habuit oubendi D. Eleonoræ Mariæ; de qua probant multi testes Nicolai super quarto articulo, nempè Marcellinus Faria, in summaria informatione vigore mandamenti, excommunicationis, process. *fol.* 2. & in ratificatione super articulis, process. *fol.* 14. Didacus de Lazaro super eadem summaria informatione, process. *fol.* 5. & in ratificatione super articulis, *fol.* 15. Agabitus Sanguinetus soper 4. *art. fol.* 17. *à tergo.* Laurentius Isquierdus, Sacerdos, *fol.* 18. *à tergo.* Rodericus de Naruaez *fol.* 21. Ioannes Petrus Bossius *fol.* 22. Ioannes de Carauaja *fol.* 23. D. Beatrix de Mendoça, mater eiusdem Nicolai *fol.* 24. *à tergo.* D. Martinus Chauarria *fol.* 25. *à tergo,* Magister Fr. Gabriel Lopez Nauattus Dominicanus Qualificator Consilij sanctiss. Inquisitionis *fol.* 26. Fr. Melchior de los Reyes Dominicanus, Diffinitor, & Procurator generalis Prouinciæ Granatensis *super*

per 3. art. fol. 159. & seq. Fr. Iacintus Calderonus Dominicanus super eodem 3. *art. fol.* 163. *& seq.* & candem etiam fassa fuit D. Anna Vernegalia, mater dictæ Eleonoræ, quæ respondit Capitan. Thomæ de Cardona, patri dicti Nicolai, dum secum tractabat de huiusmodi matrimonio: *Bueno es, señor, que su hijo de v. m. diga, y ha dicho muchas vezes, que no se inclina a casar con doña Leonor mi hija, y que v. m. queria, que yo lo haga, y mi hija no està desechada, para que diga esso.* Vt deponit Blasius de Vergara, testis eiusdem Eleonoræ *super* 12. *artic. fol.* 39.

13 Ex qua auersione oritor magna præsumptio noluntatis dicti Nicolai; vt in terminis arguit Riminald. iun. *inter consil. matrim. Zilet. consil.* 77. *sub num.* 24. quem sequitur Rota *d. decis.* 326. *num.* 7. *coram Gregor. XV.*

14 Quæ conclusio multò magis procedit, quia dictus Nicolous aliam mulierem adamabat, & in matrimonium appetebat, quæ honore, & diuitiis pollebat, & quam eius patri ad exclusionem dictæ Eleonoræ Mariæ, proponi curauit; sed pater acriter repugnauit, dicendo, quòd oon intendebat, vt cum alia, quàm cum dicta Eleonora, matrimonium contraheret; vt iidem testes deponunt, ex quo digoofcitur animus Nicolai alienus à connubio domnæ Eleonoræ; velle enim nubere alteri mulieri, erat nolle nubere domnæ Eleonoræ: argum. *cap. gaudemus, de diuort.* Rota *coram Gregor. d. decis.* 326. *nom.* 8. & in propriis terminis ratiocinatur, Riminald. *d. consil.* 77. *inter consil. matrim. Zilet. num.* 33. ibi, *Nisi constaret, quòd aliam adamabat, & eam sibi in vxorem copulare summoperè desiderabat.*

15 Eandem animi repugnantiam declarant lamentationes, & protestationes, quas etiam cum iuramento fecit D. Nicolaus, quando sibi de hoc matrimonio tractabatur, quibus affirmabat se nolle illud contrahere, & quòd, quatenus illud contraxisset, hoc non sua voluntate, sed coactus à patre, fecisset; idróque quod non fuisset matrimonium, sed potius concubinatus, de quibus testatur Marcellinus Faria *in d. summaria informatione process. fol.* 2. ratificata *super art. fol.* 14. vbi: *Que tenia grande aborrecimiento a esto casamiento, y que auiendole persuadido este testigo al dicho don Nicolas à ruegos de su padre por quatro años, y medio continuamente, a tarde, y mañana, y en todas ocasiones, y lanços, sin perder punto en ello, nunca le ha podido, ni pudo vencer, ni persuadir a ello, y que dicho don Nicolas respondia, que antes se desesperaria, y yria a cabo del mundo, que casarse con la dicha doña Leonor, y que antes perderia la vida que hazerlo,* &c. Laurentius Isquierdus Sacerdos, *super* 3. *art. fol.* 18. *à tergo*, ibi: *Yo bien podre visitar a dicha doña Leonor solo por dar gusto a mi padre, pero en quanto a casarme con ella, aunque yo quede el mas desdichado hombre del mundo, no me tengo de casar con ella.* Et inferiùs: *Que si a caso la enterez a de su padre fuesse tanta que le hiziesse fuerça par a venir en esto casamiento, desde luego os auiso, y protesto para aora, antes, y despues no lo hazer por mi voluntad, sino solo forçado por el dicho mi padre, porque mire mis aumentos.* Roderic. de Naruaez, *super* 2. *art. fol.* 10. *à tergo. Que se yua de Madrid con mucho gusto, porque su padre le dexasse de atormentar con aquel casamiento*, & super 2. fol. 10. ibi: *Y viue Dios, que si me caso, no es casamiento, sino amancebamiento, y es irme al Infierno, porque lo hago forçado, y contra mi gusto, y que lo viò disgustado y con desesperacion, echando muchos iuramento sobre el caso.* Beatrix de Mendoça, mater dicti Nicolai, *super* 5. *art. fol.* 24. *à tergo. Que don Nicolas a este testigo le dezia, que si desto casamiento le tratana se auia de ir de Madrid a Flandes, y dexar la casa de sus padres, y que tendria por meior que no el casarse con la dicha doña Leonor,* &c. Capitan. Franciscus de Victoria *in d. summaria informatione, proc. fol.* 4. ratificata *super art. fol.* 15. *à tergo. Que hablò a dicho don Nicolas, representandole lo que dezia su padre, y siempre respondiò, que no tenia voluntad, ni inclinacion de casarse con dicha señora doña Leonor, si bien reconocia su virtud, y calidad, y conueniencias, que auia; mas que su inclinacion, y voluntad no se aiustauan a hazer dicho casamiento.* Ioannes Petrus Bosius *soper* 3. *artic. fol.* 19. *à tergo* ibi: *Que hablando algunas vezes desta materia, le dixo, que toda via instaua su padre en que se casasse con doña Leonor, y que el lo resistia siempre, que forçado de su padre, y porque no le desampar asse lo auia de hazer por fuerça, y que protestaua lo hezia contra su voluntad, solo por dichas causas, y por no quedarse desamparado, y no por su voluntad, ni gusto, sino por la del dicho su padre que dezia, sino se casaua con doña Leonor, lo auia de desamparar, y alçar la mano de sus aumentos.* Ioannes Carauajal, *super eodem art. fol.* 12. *à tergo*, ibi: *Que protestaua, que si se casaua era por mandarselo su padre, pero no porque el venia en ello, diziendo, voto a Dios que lo hago a premiado, que no me puedo valer con mi padre, sino es que vaya del mundo.* Frater Franciscus Ximenez Religiosus sancti Francisci *super* 2. *art. fol.* 27. ibi: *Que si se casaua, mas lo hazia por dar gusto a su padre, que no por el que tenia, y esto seria ocho dias antes, que se efectuasse el casamiento.*

Quæ lamentationes, & protestationes cum aliis 16
circunstantiis suprà relatis, sicut declarant animum Nicolai alienissimum à contrahendis dictis nuptiis, *l. si quis, §. plerique, ff. de relig. & somp. funer. l. si mihi, & tibi, §. interdum, ff. de leg.* 1. allegat. in propriis terminis à Rota *coram Gregorio in suprà citata decis.* 326. *num.* 9. Ita remouent consensum à contractis, *l. si quis in principio testamenti, ff. de leg.* 3. Rota *d. decis.* 326. *sub d. num.* 9. Seraphin.
decis. 859. *num.* 3 *& seq.* Is enim est effectus protestatio- 17
num, vt remoueatur consensus ab actu futuro contrario, quoties sumus in his, quæ pendent à voluntate protestantis, cum tales protestationes respiciant actus futuros, in casu de quo agitur Seraphin. *d. decis.* 859. *num.* 6. Doct. *in cap. cùm M.* Ferrarien. *de constit.* & *ibi* Dec. *num.* 98. & Rip. *num.* 101.

Et non officit quòd huiusmodi protestationes fa- 18
ctæ coram testibus, absente, & ignorante sponsa, non suffragentur, quando postea fuit contractus celebratus: ex *l. fin. §. item si prædixit. cum gloss. ff. naut. caupo. cap. Cumana, cum gloss. & cap. in Genesi, de elect.* & ex aliis multis ralatis per Sanch. *lib.* 2. *de matrim. disput.* 45.
q. 1. *sub num.* 19. quia hoc non procedit vbi protestatio 19
facta fuit ex iusta causa; nempe quando qois cogitur metu matrimonium inire: vt ex multis authoritatibus qnas sequitur, declarat idem Sanch. *loco suprà citato, num.* 12. & voluit Rota *coram Gregor. d. decis.* 326.
sub num. 30. *vers. Nec refert.* Imò qnòd tales protesta- 20
tiones suffragentur, etiam quod occultè fuerint factæ, consuluit Honded. *cons.* 13. *n.* 11. *lib.*.. & Gabriel *cons.* 149. *num.* 94. *lib.* 12.

Et licèt istæ non sufficiant ad metum probandum; 21
tamen vbi alia concurrunt adminiculs, prout io caso præsenti, ex prædictis, & inferius dicendis, illæ multum coadiuuaot, & operantur ad faciliorem metus probationem, Angel. *in l. metu la* 3. *ff. de eo, quod met. caus.* Gregor. *d. decis.* 326. *num.* 30. & ibi add. *lit. F.*

Adminicula autem vrgentissima in casu præsenti videbantur esse.

Primò,

21 Primò, considerata qualitate personæ, tam incu-
tientis, quàm patientis metum, iuxta notata per
23 Surd. *decis.* 194. *num.* 3. nam inferens metum est pa-
ter, cuius solam reuerentiam in filio pro iusto me-
tu sufficere voluerunt, plures relati à Menoch.
consil. 1. *num.* 492. *& seq.* & ab Anton. Cabrer. *de*
met. lib. 2. *cap.* 19. *num.* 74. & hanc opinionem no-
uissimè secutus fuit Dian. *variar. resolut. part.* 3.
24 *tract.* 5. *Miscellan. resolut.* 20. Quæ opinio licèt com-
muniter non recipiatur, negari tamen non potest,
quin propter huiusmodi reuerentiam minor metus
requiratur, & quòd illa saltem sufficiat, iunctis ad-
miniculis, vt testatur Rot. *dict. decis.* 326. *num.* 11.
coram Gregor.

25 Et ad hunc effectum videtur sufficientissimum
adminiculum, quod pater Nicolai erat valdè ter-
ribilis, asper, & seuerus, quodque indignabatur,
quando dictus Nicolaus huic matrimonio assentire
renuebat, vt deponunt omnes testes Nicolai, exa-
minati in prima instantia, *super* 7. *&* 8. *artic.* & alij
26 examinati, in hac tertia, *super* 2. *&* 3. *artic.* Ista enim
qualitas in persona cui debetur reuerentia, est mul-
tum considerabilis. Boër. *cons.* 20. *num* 37. & aduertit
Rot. *dict. decis.* 326. *num.* 12. *&* 14. maximè conside-
rata qualitate verborum à dicto patre imperiosè
prolatorum, dicendo filio, quòd non habebat con-
trahere, nisi cum dicta Eleonora. *Y sino lo hazeis, voto a Dios, que he de alzar la mano de vuestros aumentos, y que por mi no aueis de tener ningunos, que mis seruicios, y lo que he merecido no lo he de gastar con quien no haze mi gusto*, & idem respondit Archiepiscopo S. Fidei, dum percunctatus fuit ab eo in quo termino reperiretur *este casamiento*, eique rationibus, & auctoritatibus persuasit, vt filium non arctaret ad illud, ibi: *El Capitan dixo, que no era tiempo de alegar textos, que bien sabia que su hyolo auia de obedecer*, &c. vt latiùs in eius depositione relata infrà *sub num.* 33. Vbi etiam aliæ maiores minæ cum imperio prolatæ referuntur, prout in terminis considerat Hippolyt. Riminald. *in suprà allegat. cons.* 77. *num.* 24. ibi, *Ex quibus verbis sic imperiosè prolatis arguitur vis, & metus illatus Martinello.*

27 Imò quòd solus metus reuerentialis dicatur sufficere ad irritandum matrimonium, quando probabiliter timeri posset, diuturnam fore indignationem patris in filium, & semper se habiturum patrem valdè infensum, & indignatum, obiecturumque passim, ipsi filio illam inobedientiam; tenet Sanchez *de matrim. lib.* 4. *tit. de consens. coact. disputat.* 6. *sub num.* 14. & dicit rationem, quia quis vir constans, aut prudens, non reputauit graue malum semper coram oculis habere patrem infensum, à quo pendet, & cum quo semper versaturus est, maximè cùm vix inuenias, qui linguam moderari valeat, ne malè sentiat peiusque loquatur de illo, cui infestus est; quod vir prudens ita graue malum existimat, vt potius eligat, relicta patria, domoque paterna, exul esse, &c. Quod benè aptatur præsenti casui, attenta seueritate Nicolai, illiusque longa pertinacia, vt Nicolaus hoc matrimonium contraheret, iuncta cum maxima indignatione quando filius contradicebat, vt superius fuit ostensum, & in specie deponit Agabitus Sanguinetus, *fol.* 86. ibi: *Y que si dicho don Nicolas no hiziera lo que le pedia en este casamiento, no le hablara, ni le viera en su vida, ni hiziera cosa per el, por ser de la condicion, que dize la pregunta*, cum quo concordant multi alij testes, & præsertim Marcellinus Faria, Didacus de Lazaro, Ioannes Nuñez, Rodericus de Naruaez, Fr. Melchior de los Rezes, & Fr. Vincentius de Pierredonda.

Quæ multò magis procedunt vbi cum sæuitia, 28
& austeritate patris concurrat filium esse paternis præceptis obtemperantem, & quòd valde metuebat patrem, vt de Nicolao probant testes relati suprà, *sub num.* 25. Tunc enim metus etiam absque minis dicitur sufficiens ad rescindendum contractum, quia ibi virtute inclusæ dicuntur, Sanch. cum aliis quos refert, ac sequitur *lib.* 4. *tit. de consens. coact. disputat.* 6. *à num.* 11. *vsque* 13.

Neque in contrarium faciunt testes partis aduersæ, dicentes, quòd pater Nicolai erat vir placidus, quia non loquuntur quando erat iratus, & quando contraueniebatur eius voluntati, vt considerauit in propriis terminis Rot. *coram Gregor. d. decis.* 326. *sub num.* 12. *vers. Nec in contrarium.*

Quod indubitanter procedit, vbi metum incu- 29
tiens habet interesse in contractu celebrando, prout habebat Capitaneus Thomas, pater dicti Nicolai, qui erat debitor magnæ quantitatis Annæ matri dictæ Eleonoræ, prout deponunt non solùm plures testes Nicolai *super* 9. *artic.* sed etiam testes ipsius aduersariæ, & præsertim Archiepiscopus de las Charcas *super* 3. *art. fol.* 45. *à tergo.* ibi: *Que oyo diferentes vezes, que este casamiento se deseaua mucho por parte del Maestro de la Camara* (qui est pater Nicolai) *y su Casa, por las conueniencias de la hazienda, y esto es, porque la dicha D. Ana Vernagals auia entregado en confiança al dicho Maestro de la Camara gran cantidad de hazienda, en dineros, joyas, y otras cosas, y que por no llegar a quentas rigurosas conuenia que se efectuasse el dicho casamiento.* Ideoque plenè probant contra ipsam producentem Farinac. *de test. quæst.* 62. *num.* 137. Quo interesse attento, solus metus reuerentialis dicitur sufficiens ad rescindendum contractum, ita tenet Sanchez *d. disputat.* 6. *num.* 12. & voluit Rot. *part.* 1. *recent. decis.* 105. *num.* 4.

Secundum principale adminiculum est; quia in 30
casu isto non solum interuenit metus reuerentialis cum qualitatibus supra consideratis; sed etiam interuenerunt persuasiones, & preces importunæ, quibus pater Nicolai, tam per semetipsum, quàm per interpositas personas graues, & authoritate pollentes, ac in specie Episcopi de Cadice curauit disponere filium ad consentiendum huic matrimonio, vt deponunt testes dicti Nicolai super secundo articulo.

Quæ preces importunæ sunt aptæ incutere me- 31
tum cadentem in virum constantem, text. *in l.* 1. *ff. de seru. cor.* ibi: *Persuadere est plus, quam compelli sibi parere*, &c. *l.* 1. *C. de pet. honor.* ibi: *Inuerecunda hominum initiatione constringimur*, &c. *& l. vnic. C. de rapt. virg.* vbi Bart. *num* 20. *extrauag. execrabilis, Ioann.* 22. *de prebend* in princip. ibi: *Et improbitas importuna petentium à nobis, non tam obtinuisse, quàm extersisse plerumque noscuntur*, vbi gloss. *verb. Extersisse*, ait ab inuito per talem importunitatem, concordat text. *in cap. fin. de rescript. in* 6. ibi: Gloss. *in verb. Importunitatem facit quod habetur Euang. Luc. cap.* 11. ibi: *Si ille perseuerauerit pulsans, & si non dabit illi, eo quòd amicus eius sit, propter importunitatem eius surget, & dabit illi*, & in testamento vet. de Dalila erga Sansonem legitur 16. *Iudic.* ibi: *Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret*, &c. vbi Abulensis *super eis verbis, quæst.* 15. *in fin.* ait, *Molestabat, & per istum modum necesse erat, quòd tædio affectus exponeret veritatem*, & multa alia exempla congessit ad hoc propositum Sanchez *de matrimonio, tit. de consensu coacto, disput.* 7. *sub num.* 4. *&* 5. *lib.* 4.

Vnde si huiusmodi preces importunæ sæpè sæpiùs repetitæ, habent vim compellendi Pontifices, Imperarores, aliosque fortissimos viros; quantò magis mouere potuerunt Nicolaum, hisce qualitatibus carentem, & in quem patris auctoritas valdè pollebat, eiusque atrocitatem, ac terribilitatem multum pertimescebat; & videtur ad hanc rem multum cooferre, quod dixit Bald *in cap.1.§.iniuria, col. penult. de*
32 *pace firmanda.* Vultum potentis terribilem incutere iustum metum etiam sine minis, quem sequitur Dec. *in cap.1. de offic. delegat.* & ibi Beto. *num.19.* Et hanc sententiam, quòd importunæ preces incutiant metum cadentem in virum constantem, maximè quando cum illis concurrit reuerentia filialis, vltra relatos per Sanch. *loco proximè citato*, constanter defendit D. Ioann. de Castill. *lib.3. controuers. cap.1. à num.105.* Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. 3. part. cap.2. n.37. in fin. in 2. edit.* Fetter. *cons.196. num.17.* Innocent. *in cap. petitio, de iureiurand.* & eandem opinionem secuta fuit Rot. *coram Gregor. d. decis.326. num.13.* Imò Dian. *3 part. var. resol. tract.4. Miscell. fol. mihi 312.* firmat contra Sanch. *d. disp.7. num.7.* & contra Henriq. *lib.11. de matrim. cap.9. num.5.* Quòd preces importunæ, seorsim consideratæ, efficiunt metum iustum, & cadentem in virum constantem, etiam quòd non adesset metus reuerentialis, provt adest in casu, de quo agitur per gloss. *in cap. tua fraternitati, verb. Importunitatem, de prabend.* vbi Hostiens. *in princip.* Imol. *num.2.* Rebuff. *tom.2. const. reg. tit. de rescript. art.2. gloss.3. vers. Item non valet electio* Basil. Pont. *de matrim. lib.4. cap.5. num.17. & cap.12. per tot.* Monal. *cons.5. num.47. vol.2.* Anton. Corn. *de absolut. forens. part.4. casu 3. fol. mihi 483. num 111.* Castrens. *cons.174. per l.1. ff. de ser. corrupt.* Farin. *de falsit. quæst. 161 num.58.* Bobad. *lib.2. politicor. cap.30. num.73.* Villadieg *in politic. & form. libellau tit. Demanda de vna villa fol.251. vers. Como si procedieron ruegos.*

33 Tertiò principaliter adminiculantur prædicta, quia, vltra preces importunas interuenerunt etiam minæ, quæ, de per se tantum consideratæ, generant iustum metum, concurrente reuerentia debita minanti, vt dixit Rot. *in sæpè allegat. decis.326. num.18. & 19.*

Quod maximè, & indubitanter procedit, quando cum minis vltra reuerentiam paternam concurrit etiam timor magni mali, provt in casu isto; iuxta not. per text. *in l. metum, la primera, ff. de eo quod met. caus.* Etenim Capitaneus Thomas de Cardona minabatur Nicolao filio, quòd quatenus hoc matrimonium non contraxisset, non habebat quid cogitare, se habere patrem, quodque eum nõ agnouisset vti filium, nihilque de eius augmentis curasset, ac suis bonis priuatum suæque obnoxium maledictioni reliquisset, provt deponit Fr. Melchior de los Reyes Dominicanus, Procurator Generalis Prouinciæ noui Regni Granatensis, *super 3. art. fol.159.* ibi: *Dize, que aurà dos años y medio, que fue a la celda del testigo don Nicolas, y le dixo, que su padre trataua de casarle contra su gusto, teniendo tratado otro casamiento, de que gustaua don Nicolas, y que por la amistad, que el testigo tenia con el Capitan Tomas de Cardona fuesse a pedir le, tuuiesse por bien, de que se hiziesse el matrimonio que auia tratado el Padre Maestro Santiago, Recoleto Agustino, y no le obligasse a efectuar contra su voluntad, el que el dicho su padre queria, que era con la dicha D. Leonor Maria Fontana: y este testigo fue luego a hablarle con el Padre Fray Iacinto Calderon su compañero, que estuuo assimismo presente a la persuasion del dicho don Nicolas, y a la respuesta del dicho su padre, que fue desta manera, despues de auerle persuadido este testigo al dicho Tomas de Cardona, que en conciencia no podia obligar al dicho su hijo a que se casasse contra su voluntad, auiendole tratado otro casamiento muy conforme a ella, hiziesse este, y no aquel: y esto se lo instò con algunas razones; a loqual le respondio el dicho Capitan Cardona, no le hablasse en aquella materia, que auia muchos años, que el trataua de que se hiziesse con la dicha doña Leonor Maria Fontana el dicho matrimonio, que en ello tenia empeñada su reputacion, por que hallaua en la susodicha muchas prendas de virtud, y calidad conocidas, que era lo que auia menester, y que assi, si este testigo le queria hazer algun fauor, antes le persuadiesse al dicho su hijo, a que hiziesse su voluntad, en casarse como el dicho su padre queria: porque de no hazerlo assi, le dixesse de su parte, que no tenia que pensar que tenia padre, ni le auia de conocer por hijo suyo, sino que le auia de quitar todo aquello que pudiesse, y dexarselo al primero que passasse por la calle: con cuya respuesta se boluiò este testigo a su celda, &c.* Fr. Hyacinthus Calderonus Dominicanus *super 3. art. fol.164. & 165.* & Fr. Vincentius de Pierredooda *fol.170.* Capitaneus Nicolaus de Cardona *in sua reuelatione super excommunicatione processus fol.2. à tergo*, Marcellin. de Faria *fol.2. & 3.* Dux Francisc. de Victoria *in sua reuelat. proc.3 à tergo, & fol.4.* Didacus de Lazaro *in simili reuel. fol.4. à tergo, & fol.5.* Ioannes Nuñez Ramos *in simili reuelat. fol. 5.* Petr. de Larare *super 3. art fol.20.* Roderic. de Naruaez *super 2. art. fol.22. à tergo.* Ioan. de Carnajal *super 2. art. fol. 22. à tergo.* D. Beatrix de Mendoça mater *super art. 2. fol. 24.* Fr. M. Gabriel Lopez Nauarro *super 2. art. fol. 25. à tergo.*

Quòd si solam dubitationem diuturnæ patris indignationis sufficere pro iusto metu notauimus suprà *sub num.27.* quanto magis, vbi cum indignatione paterna concurrunt etiam minæ de penitus derelinquendo filium, eumque vti non filium reputando, cum iniunctione maledictionis paternæ, & bonorum omnium priuatione, cùm non videatur aliud grauius malum filio contingere posse, quàm se esse à parte derelictum, maledictum, & hæreditate priuatum.

Neque obstat quòd metus non possit dici cadens 34
in constantem virum, & sufficiens ad irritandum matrimonium, vbi non fuit mortis, aut cruciatus corporis, iuxta text. *in l. interpositas, C. de transact. & in l. si donationis, C. quod met. caus. cap cùm dilectus, de his qua met. caus. gloss. in cap. consultationi, verb. In constantem, littera I. de sponsal.* Alexand. *consil.99. num.3. lib.3. & consil.156. num.6. lib.5.* Ferret. *consil. 340. num. 5.*
part.2. Tum, quia non solus metus mortis, aut cru- 35
ciatus corporis, sed plures aliæ timoris species excusant, relat. per gloss. *in d. cap. cùm dilectus, verb. Metum mortis.*

Tum etiam, quia metus amissionis omnium bo- 36
norum, vel maioris partis æquiparatur metui mortis, *l. athleta, in princip.* & ibi Bart. *ff. de excus. tut.* Paria
enim sunt insidiari vitæ, & bonis. Imò maiorem esse 37
pœnam priuationis bonorum, quàm vitæ, dicit Bald. *in l. certa, in fin. C. de iure fisci lib.10.* per text. *in l. vlt. C. ad leg. Iul. Maiest.* vbi priuato omnibus bonis mors est solatium, & vita supplicium. Vnde meritò dixit Hesiodus, *Pecunia est anima miseris mortalibus.* & multa pro hac conclusione videri possunt, apud Tiraqoell. *de nobilitate, cap.31. num.369.* quam opinionem etiam secuta fuit Rota *coram Gregor. XV. in allegat. decis. 326. à num.19. vsque 23.*

Nec facit, quòd tales minæ amissionis bonorum in filio non videantur continere damnum; sed potiùs amissionem lucri, quæ non causat iustum
metum: quia cùm agatur de successione paterna, 38
filio

filio quasi debita, potiùs sonat in damnum, quàm
in amissionem lucri, *l. vlt. ante fin. C. de codicill.* Ale-
xand. *cons.* 144. *num.* 15. *lib.* 6. latissimè Titaquell. *in l. si
vnquam, in præfat. num.* 19. *C. de reuocand. donat.* Gregor.
d. decis. 326. *num.* 22.
39 Vltra quod conclusio etiam procedit vbi agitur
de amissione magni lucri, Ruin. *consil.* 121. *num.* 10.
lib. 4. Roland. *consil.* 100. *num.* 126. *lib.* 4. Cephal. *con-
sil.* 295. *num.* 17. Neuiz. *consil.* 47. *num.* 18. & latè Sanch.
de matrim. tit. de consens. coact. lib. 4. *disput.* 5. *num.* 27. *&
seq.* Rot. *d. decis.* 326. *num.* 21.
40 Imò attenta comminatione priuandi filium hæ-
reditate paterna, metus videtur etiam esse amissio-
nis proprij honoris, nempè tituli institutionis, qui
dicitur honorabilis, *l. Iulianus, §. sed si varia, ff. si
fil. pro patr.* Ruin. *consil.* 121. *sub num.* 7. *versic. Nec*
41 *obstat lib.* 4. qui metus amissionis honoris dicitur
grauior, & magis iustus quàm amissionis lucri, &
bonorum. Ruin. *d. consil.* 121. *sub num.* 7. Cephal.
42 *consil.* 295. *num.* 14 *&* 17. *lib.* 2. Imò æquiparatur me-
tui amissionis vitæ, *l. iusta, ff. de man. vind.* cùm non
minùs honorem nostrum, quàm vitam æstimemus,
Alexand. *in l. si dictum, num.* 2. *ff. de re iudic.* quem re-
fert, ac sequitur Ioan. Cephal. *d. consil.* 295. *num.* 20.
lib. 2.

Ex quibus à maioritate rationis infertur, quòd si
sola asperitas, ac terribilitas patris, iuncta cum ob-
temperantia, & obsequio filij, est sufficiens incutere
iustum metum pro matrimonio irritando; quantò
magis vbi cum hisce qualitatibus conueniunt etiam
tot annorum continuare persuasiones, & preces im-
portunæ cum minis superiùs relatis; Euerard. *in sua
centur. in loc. à maior. Authent. multò magis, C. de sa-
crosanct. Eccles.*
43 Vel saltem cùm iudicis arbitrio relinquatur, an
metus sit iustus vel ne, gloss. *in d. cap. cùm dilectus,
d. verb. Metum, circa med.* Ruin. *d. consil.* 121. *sub
num.* 8. Ioan. Cephal. cum multis, quos refert *d. con-
sil.* 295. *num.* 12. *lib.* 2. visum fuit non posse aliter ar-
bitrari, quàm pro iusto metu Nicolai, tum inspecta
terribili conditione patris, & filij erga eum maxima
reuerentia, obsequio, & cum timore obedientia;
tum etiam attentis tot continuatis persuasionibus,
& importunis precibus eiusdem patris, cum minis
suprà relatæ qualitatis, ac etiam continua repugnan-
tia, & maxima auersione ipsius Nicolai cum lamen-
tationibus, & protestationibus, de quibus & infrà
dicetur.

Neque obstat, quòd Nicolaus non fuerit præ-
sens, quando pater contra illum minabatur, &
quòd non constet, patrem fuisse solitum minas exe-
cutioni mandare; tùm quia de præsentia Nicolai,
quando pater minabatur, deponit Rodericus de
Naruaez *super* 2. *art. fol.* 20. *à tergo.* Et Ioannes de Ca-
44 rauajal *super eodem, fol.* 22. tum etiam, quia sufficit mi-
nas fuisse notificatas Nicolao ab eis, qui per eius pa-
trem adhibiti fuerunt mediatores, vt minarentur,
Gregor. *d. decis.* 326. *num.* 23.
45 Et quoad solitum executionis minarum, licèt
pro responsione sufficeret dicere, quòd vbi sumus
in persona, cui debetur reuerentia, sufficiunt solæ
minæ absque alia probatione, vt latè docet Ruin.
46 *d. consil.* 121. *num.* 6. *lib.* 4. Maximè vbi talis mi-
nans est naturæ atrocis, & asperæ, quod solum
sufficere dictum fuit suprà per doctrin. Sanchez
de matrimonio d. disputat. 6. *num.* 21. *circa fin. lib.* 4.
& iuxta tradita per Riminald. *in repetit. cap.* 1.
num. 27. *de offic. delegat.* vel cum Padill. *in l. inter-*
47 *positas, C. de transact. num.* 10. responderi posset,
quòd allegant has minas non incumbit onus pro-
bandi, quòd minans sit solitus eas executioni de-
mandare, quasi sit præsumptio pro huiusmodi so-
lito, ea ratione, quia sufficiat metum passo ha-
buisse iustam ansam timendi, dum ille, cui de-
betur reuerentia, minatus est, cùm non sit æquum,
vt ille se tali periculo exponat. Vnde meritò Pa- 48
ris. *consil.* 58. *à num.* 65. *vsque* 76. *part.* 4. dicit
per multas rationes, & authoritates, quòd ad in-
cutiendum iustum metum sufficit adesse iustam
suspicionem, licèt non sequatur effectus, & quod
licèt actualiter vis non inferatur, sufficit ta-
men probabiliter timeri ne inferatur; per text.
in l. nouissimè, ff. quod fals. tutor. auctor. in princip.
& idem consuluit *consil.* 53. *num.* 52. *&* 57. *d. part.* 4.
& ex hac eadem ratione dixit Rot. *coram Seraphin.
decis.* 863. *num.* 3. quòd paria sunt, quòd quis com-
pellatur, & compelli possit, per d. text. *in d. l. no-
uissimè*, quem sequitur Ancharan. *consil.* 159. *num.* 1.
in fine.

Adhuc tamen cessat hæc difficultas, quia omnes 49
testes Nicolai *super* 7. *&* 8. *artic.* probant, quòd at-
tenta notitia, quam habent, rigidæ naturæ, ac aspe-
ræ conditionis patris dicti Nicolai, pro certo te-
nent, eum suas minas executioni demandaturum
fuisse: imò præfatus Fr. Melchior de los Reyes *su-
per* 2. *artic. fol.* 158. narrat similem casum dicti Tho-
mæ patris Nicolai, qui alium filium coëgit profiteri
in Religione, & quòd hîc, ita professus, visitatus ab
ipso teste, dum ægrotabat domi paternæ, dixit, quòd
sola durities, & asperitas patris, eum in illo statu
tenebant, & quòd, vt exiret de las penalidades de
su padre libenter obiisset; prout paucis ab illinc
diebus obiit.

Minùs obstat, quòd ea, quæ fiunt per timorem, 50
vel metum, teneant, & obligent, tamquam facta ex
consensu, ea ratione quia voluntas, licet coacta, est
tamen voluntas, 15. *quæst.* 1. meritò quæritur: tum,
quia in matrimonio non solùm requiritur voluntas;
sed etiam plena libertas, vt suprà notauimus *sub
num.* 2. *& seq.* Tum etiam, quia, licèt gesta per metum 51
ab initio valeant, illo tamen probato, rescinduntur
actione quod metus causa, vel Iudicis officio, *l. me-
tum, § quod Prætor, ff. quod met. caus. gloss. in cap. Abbas,
verb. Coactus, propè med. de ys quæ met. caus.* latè San-
chez *de matrim. lib.* 4. *tit. de consens. coact. disp.* 8. *num.* 4.
& per tot.

Concurrunt cum his pro quarto adminiculo ani-
mi tristitia, lamentationes, conqoestiones, suspi-
ria, & protestationes Nicolai, tam antè, quàm in-
continenti post matrimonium factæ, vt de pro-
testationibus fuit dictum suprà *à num.* 15. *vsque* 21.
& de aliis latissimè probant testes, nempe Marcel-
linus Faria, *fol.* 2. *&* 14. ibi: *Que compelido de su pa-
dre lo auia hecho, que se hallaua por ello aburrido, de-
sesperado, y con fixa resolucion de anularle, que tenia
parecer de Teologos, en que le encargauan la conscien-
cia, sino lo hazia.* Franciscus Victoria, *fol.* 3. *&* 15.
*Le dixo, que no estaua casado, porque auia sido sin su
voluntad, sino por la de su padre, y que lo auia communi-
cado con sus Confessores, Theologos, y Letrados, y todos le
dezian estaua en mal estado, y estaua determinado a po-
ner el pleyto.* Laurentius Isquierdus *super* 5. *art. fol.* 18.
*à tergo. Que antes, y despues de casado le ha visto muy
disgustado, y no sabiendo, que lo estaua, encontrandole
vn dia le viò tristissimo, y preguntando este testigo aurà
dos meses, ò menos, que tenia, le dixo, que quereis que ten-
ga? mi padre ha salido con lo que queria, y me ha he-
cho casar con doña Leonor Maria; y hombre, que està
en mal estado, que cara puede tener?* Didacus Co-
ronel *super eodem,* 5. *art. fol.* 19. à tergo: *Que que-*

riendo darle el parabien, le respondio, que antes le podia dar nor amala. Doctor Franciscus de Escobosa Physicus *super 4. artic. fol.26. à tergo. Que le viò malencolico, y tristo, y preguntandole la causa, dixo, que bastaua estar casado a disgusto, y auerso de acostar con vna muger que el no la tenia por propria, y desto lo viò quexar algunas vezes.* Frater Melchior de los Reyes *in 3. instantia, fol. 157. in fine sua depositionis*, ibi: *Y becho el casamiento, le dixo, que toda via estaua disgustadissimo.* Frater Vincentius de Pirtedonda, *fol.168. Que despues de casado, andande vn dia a la celda del testigo, a visitar alcobispo de santa Fè, y darle quenta de su casamiento, y a la presencia del testigo le dezia, que a su parecer no est ana casado, poniendo por cestigo a Iesu Christo, que no auia sido su intencion quererse casar, y que no sabia si era bombre, ò muger, preguntando sa parecer al Arçobispo, el qual lo consolo, dixiendo lo minaria.*

52 Quæ lamentationes, & aliæ dolotis, ac tristitiæ animi expressiones, tam ante, quàm post matrimonium sunt indicia indubitata, quòd actus fuit inuoluntarius, *l. fin. §. sed quia quidem, C. de* 53 *iur. deliber.* Natura enim metus est, vt non solùm arguatur à præcedentibus, & ab iis, quæ interuenerunt eirca actum contrahendi matrimonium, sed etiam à secutis post matrimonium per quæ deelaratur, quis & qualis fuerit animus in præteritum, *l. sed Iulianus, §. sed si ab initio, ff. ad Macedon. l. si qui, C. de adulter. cap. in consultatione, & cap. ad id, de sponsal.* Paris. in terminis, *cons. 53. num. 56. lib. 4.* & alios refert, ac sequitur Rota *coram Gregor. d. decis. 326. num. 43.*

54 Additur prædictis pro quinto adminiculo, publica vox, & fama, quòd, scilicet, dictus Nicolaus per vim, & metum contraxit dictum mattimonium de qua deponunt omnes testes super omnibus articulis, & præcipuè *super* 10. quæ est multum considerabilis ad ptobandum metum, Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 4. num. 21. & præsumpt. 126 num. 12. libr. 2. & presumpt. 26. num. 22. lib. 3.* Seraph. *decis. 859. num. 7.* Rot. *decis. 779. num. 8. part. 1. recent.*

Vltimò pto corollatio cottoborantur prædicta ad dignoseendum iustum metum Nicolai ex iudiciali declaratione eiusdem patris, de qua *in processu fol. 60. à tergo, super 1. 2. & 5. art.* vbi fatetur, quòd per semetipsum, & pet alias interpositas personas sollicitabat Nicolaum pro hoc matrimonio eonttahendo, & quòd omne aliud, prætet istud, excludebat, quodque multum eongratulabatur quoties videbat, Nicolaum se disponere ad illud, ac tristabatur, & indi-55 gnabatur de contratio. Quæ patris confessio, etiam quòd esset extraiudicialis, in hac materia multum attenditur. Rot. *decis. 643. num. 18. part. 1. recent.* Barbob. *inter consil. matrim. Zileti, part. 1. num. 23.* ibi: *Vltimò probatur ex confessione patris, qui confessus est, per vim compellisse dictum Ludouicum ad desponsandum Vrsolinam, vt plenè patet ex attestatione dicti Angeli, ex qua quidem confessione probatur sufficienter matrimonium fuisse meticulosum, vt est casus* 20. quæst. 3. cap. præsens, *vbi babetar, quòd sola confessio patris, probat metum plenè intercessisse in matrimonio spirituali si filius alleget, se per metum illud contraxisse. Si igitur confessio patris probat plenè metum intercessisse in matrimonio spirituali, eo casu, quo filius stat contra matrimonium; multò fortius in casu nostro confessio facta per patrem dicta Vrsolina, qua stat contra matrimonium, debet probare plenè metum intercessisse.*

56 Quæ indicia, & coniectutæ, si singulatiter consideratæ, sufficerent ad probandum, hoc matrimonium fuisse metieulosum ex supetiùs deductis, multò magis, & quidem indubitanter ex illis, simul iunctis, & cumulatis, elicietur plena, & indubitata ptobatio metus, *l. si stipulatus, in principio, ff. de vsur.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 36. num. 3. & quæst. 38. num. 4.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 5.* Bald. *in cap. cùm causam, in princip. ante num. 1. de probat.* Molin. *lib. 2. cap. 6. num. 35. cap. præterea 27. de testib.* vbi Abb. 1. *notab.* Aret. *in cap. veniens 1. num. 25. ad finem*, & ibi Felin. *num. 13. eodem tit.* idem Aret. *consil. 13. num. 9.* Decian. *cons. 577. num. 12.* Ant. Gabr. *libr. 1. com. conclus. tit. de probat. conclus. 1. num. 23.* & alios refert, ac sequitur Barbos. *in l. 2. ff. solut. matrim.* Seraph. *decis. 978. num. 5.* Rot. *decis. 453. num. 7. part. 1. recent. & decis. 114. num. 4. & decis. 135. num. 12. part. 5. rec. & infrà num. 59.*

Et non obstat prædictis, quòd iustus metus ex- 57 cludatur, vbi metum passus potuit adite supetiorem, ex *l. fin. C. quod met. caus.* quia ille text. loquitur de inuerisimilitudine coactionis illius, qui in Vrbe, vbi adest superior, fuit eompulsus soluete debitum, sed non excludit; imò admittit probarionem con- 58 tra huiusmodi præsumptionem, vt idem text. explicat *in fin.* & ibi etiam gloss. *in verb. Præsumptioni*, & vlteriùs non loquitur de filio, in quo, ob reuetentiam patris, potest considerari eadem causa metus in adeundo superiorem, quæ concurrit in matrimonio contrahendo.

Quapropter ex supetiùs deductis, non videtur posse dubitari, quin merus illatus Nicolao sit de grani malo, quodque de eo rationabiliter timuerit, quòd metom incutiens cum minis sit potens minas executioni mandate, quòd iustus timor illarum executionis æquipolleat effectui ipsius executionis, & quòd dispositio *d. l. fin. C. quod met. caus.* non procedat quoties metus fuit probatus: sieque metum dicti Nicolai habuisse omnes conditiones pro iusto metu requisitas, licèt illæ nec minus essent necessariæ. vbi provt in casu isto, cum metu concurrit reuerentia, debita minanti.

Non obstant modò cætera, quæ pro patte eontraria obiciebantur, &c.

Primò, quòd solus metus reuerentialis non sufficiat ad annullandum matrimonium, quia quiequid sit de hac opinioue, contra quam scripserunt multi relati *supra num. 27.* dato tamen sine veri præiudicio, quòd sit vera, non ideò præsenti casui applicari posset, vbi eum metu reuerentiali concurrunt minæ illatæ à persona, cui debetur reuerentia, vna cum asperitate, ac seueritate ipsius minantis, ac pluries repetitæ persuasiones, & importunæ preces, necnon animi auersio cum lamentationibus, & reiteratis protestationibus metum passi, tam ante, quàm post matrimonium; vt latè supra deductum fuit ex multis auctoritatibus, & præsertim Rotæ Romanæ *coram Gregor. XV. in sæpe allegata decis. 326. num. 7. 9. 12. 13. 14. & 18.* & quasi per totam. Quæ omnes eircunstantiæ, quando seorsim, & singula- 59 riter consideratæ, non sufficereut ad plenam metus ptobationem, illæ tamen simul iunctæ, plenissimè probant, cùm tendant ad eundem finem, vt dictum fuit suprà ex multis authoritatibus, *num. 56.* quibus modò additur Petr. Barbob. *cons. 14. num. 30. & seq. inter consil. matrim. Zilet. part. 5.* Franc. Monald. *cons. 5. num. 13. 14. 21. & 94.* quos refert, ac sequitur Barbos. *in prim. vot. decis. post tractatum exig. pension. num. 72.* vbi *num. 73.* quòd ad probationem metus admittuntur præsumptiuè probationes etiam imperfectè; maximè quando coniecturæ sunt propinquæ, & immediatè ad actum, provt in casu præsenti.

Neque

Neque obstat, non adesse probabilitatem, quòd
asperitas, & indignatio patris esset semper dura-
tura, tum quia testes deponunt de insistentia patris,
cum importunis rogationibus,& minis quinque sex,
60 nouem, & decem annorum, in qua præsumitur per-
seuerasse, atque durasse: ex *l. eum qui. ff. de probat.*
Mascard. *de probat. conclus.* 1416. *num.* 1. *libr.* 3. Me-
noch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 37. *per tot.* vbi
num. 28. extendit, vt locum etiam habeat ex in-
teruallo, & *num.* 34. ampliat, etiam in voluntate
61 præsumpta. tum etiam, quia vbi constat de prin-
cipio meticuloso, illud principium influit in om-
nes actus sequentes, & in omnia tempora quovsque
durat eadem causa metus, Paris. *consil.* 58. *num.* 69.
lib. 4. Seraph. *decis.* 1169. *num.* 1. *& decis.* 863. *num.* 1.
& seq.

Secundò principaliter non obstat, quòd metus
non fuerit mortis, vel cruciatus corporis, neque
minus potuerit esse de amissione maioris partis bo-
norum, quæ dictus Nicolaus tunc non possidebat;
sicque quòd talis metus amissionis bonorum pa-
ternorum potius sonet in amissionem lucri, quam
in damnum; quia ex superiùs deductis satis, su-
perque apparet sublatum hoc obiectum, cùm fue-
rit demonstratum, quòd inspecta reuerentia, de-
bita minanti minor metus requiratur in filio, quàm
in aliis, in quibus non consideratur huiusmodi
qualitas; & quòd timor amissionis bonorum pa-
ternorum dicitur damnum, & non lucrum, ex ra-
62 tione, quòd filius in vita patris dicitur quasi do-
minus bonorum paternorum, & hæreditatis pa-
ternæ, *l. in suis, ff. de lib. & posthum.* vbi Ias. *num.* 14.
& in his propriis terminis firmauit Rot. *coram Gre-
gor. d. decis.* 326. *num.* 19. vltra quod etiam quòd
metus fuisset amissionis magni lucri, esset suf-
ficiens ad annullationem actus; vt latè Sanchez
lib. 4. *disput.* 5. *num.* 27. *& seq.* & multos quos se-
quitur, allegat Rota *d. decis.* 326. *num.* 21. Præ-
terea non potest dici amissio patui lucri, priua-
tio bonorum paternorum, ac officij, quod dici-
tur, *de Maestro de la Camara de su Magestad*, quod
obtinebat pater dicti Nicolai, & quod maximo
præfulget honore atque vtilitate, vt est noto-
rium.

Neque obstat replicatio, quòd huiusmodi of-
ficium non esset sub libera dispositione patris; sed
penderet à voluntate Regis, & quòd Sanchez &
alij Doctores in hac materia loquuntur, quando
timens habet aliquod ius in re, quam perdere ti-
met: nam respondetur non esse necessarium, quòd
metum passus habeat formale ius ad id, quod amit-
63 tere timet; sed sufficere, quòd habeat qualequale
ius ad illud consequendum; provt clarè exemplifi-
cat Sanchez *d. lib.* 4. *disputat.* 6. *num.* 28. Et atten-
64 ta bona seruitute, ac benemerentia patris Nicolai
in exercitio dicti officij, ac etiam satisfactione,
quam dedit idem Nicolaus, dum illud pro patre
exercebat, potuit habere certam spem illud con-
sequendi, ad tradita per text. *in l.* 1. *C. de fil. official.
milit. lib.* 12. ibi: *Hi qui ex officialibus quorumcun-
que officiorum geniti sunt, siue eorundem parentes ad-
huc Sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt, in
parentum militiam vocentur.* Quod de Regibus Hi-
spaniarum non minus doctè, quàm eleganter di-
xit Aluar. Valasc. *consult.* 129. *num.* 13. ibi: *Quòd au-
tem Reges huius Regni ab antiquis temporibus soleant
prouidere filijs officialium meritorum de officijs paren-
tum, non venit in dubium, imò transiuit iam qua-
65 si in obligationem, & debitum ipsius Regis vt iniu-
stitiam fecisse dicatur, si alteri donauerit.* Quemad-
modum aliàs in alia materia dixit Bart. de reno-
uat. emphyt. *in l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqu. quot. &
æstiu.* Quinimò solum timorem amittendæ spei 66
lucri quærendi, vel promotionis ad aliquod of-
ficium ingerere iustum metum asserit, Ruin.
consil. 121. *num.* 10. *lib.* 4. & facit text. *in l. fin. § si fæ-
nerator, ff. de eo quod met. caus.* vbi Iurisconsultus
concedit restitutionem pecuniæ metu, perdendi
lucri extortæ, & facit etiam text. *in cap. cùm venis-
sent, de institutionibus.* vbi quidam timore ductus,
ne sibi ab Episcopo impediretur possessio Archi-
diaconatus, renunciauit quibusdam iuribus, quæ
tamen sibi integrè restituuntur; & ita per illum
text. absolutè concludunt, Ioan. Andr. Imol. &
alij *in cap. cùm dilectus, de his quæ vi metuvè
causa.* Sed hoc si tantùm dictum ex abundanti, cùm
pro iusto metu incutiendo solus timor amissio-
nis bonorum, vel maioris partis sufficeret, ex su-
prà deductis.

Tertiò, non obstat ad exclusionem metus, quòd 67
dictus Nicolaus mouerit hanc litem viuente pa-
tre, absque eo quòd timuerit recipere damnum
priuationis bonorum paternorum; vel amittere
lucrum aliorum augmentorum, quæ à patre spe-
rabat, licèr de tempore motæ litis eadem ratio,
& causa timendi immineret, quæ aderat ante-
quam matrimonium contraheret, quia pro re-
sponsione duo videntur consideranda. Primum,
quòd iudici ad irritandum matrimonium sufficit,
probatum esse iustum metum ab initio interue-
nisse, provt probatum extat in casu præsenti, cùm
enim ex tali metu arguatur in metuente defe-
ctus consensus ab initio, sine quo matrimonium
contrahi non potest, ex deductis suprà *num.* 1. *&
seq.* Si postea iste metus ex quocumque capite re- 68
cesserit a metuente post matrimonium contractum,
non ideò illud ab initio nullum reualescit: quo-
tiescumque enim matrimonium non tenet ex ali-
quo impedimento quod viget ab initio, si postea
tale impedimentum cesset, opus est vt iterum ma-
trimonium coram Parocho, & testibus, ac iuxta
requisita Sacr. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. *de ma-
trim.* celebretur; provt declarauit pluries Sacra
Congregatione Eminentissimorum Cardinalium
eiusdem Concil. Interpretum, quam declarationem
amplexa fuit Rota *coram Gregor. decis.* 395. *num.* 1.
latè. Ioan. Gutierr. *in suis canonic. quæst. de matrim.
cap.* 76. *à num.* 29. *vsque* 39. Surd. qui plures cumu-
lat. *consil.* 364. *num.* 45. Et est ratio, quia præsentia 69
Parochi à Concilio requiritur pro forma, proce-
dendo ad nullitatem matrimonij eo absente cele-
brati: quæ autem sunt de forma debent intetueni- 70
re de tempore, quo actus producitur in esse. Vn-
de ex cessatione metus non posset prætendi, nisi
ratificatio matrimonij ab initio nulli, ex qua non 71
reconualesceret, nisi vt ex nunc, non autem, vt
ex tunc, & propterea eadem forma, & solemni-
tas, quæ requirebatur in ipso matrimonio, de-
bebat etiam interuenire in ipsa ratificatione quæ
dicitur nouus actus, vt latè in terminis attenta
dispositione Sac. Concil. resoluit Rota *coram Gre-
gor. d. decis.* 395. *per totam.* Licèt in casu, de quo 72
agitur, sufficeret dicere, non posse desumi ratifi-
cationem matrimonij ex actu, quem fecit Nico-
laus ad illius impugnationem, Gloss. & Doct. *in cap.
cùm venissent, verb. obtulit, & in verb. Rationabiliter,
de eo, qui mittitur in possess.* Osasc. *decis.* 54. *circa
finem.* Secundum consideratione dignum videtur
esse, quòd dictus Nicolaus agnoscendo nullitatem
dicti matrimonij, ex defectu sui consensus seque

ideò

ideò in concubinatu, & continuo peccato mor-
tifero permanere, ob quod eius conscientia vexa-
batur, voluit ex consilio Theologorum, & Con-
fessariorum (vt à peccato se eximeret) iudicem
adire, omni metu postposito; iuxta notata *in
cap. sacris, in fin. de his, quæ vi met. caus. fiunt,
& in cap. Lotharius 31. quæst. 2. vers. Sed quia.* Sa-
lutemque animæ, ac Dei honorem, & cœlestes
thesauros, humanis honoribus mundanisque di-
uitiis, quas à patre obtinere poterat, antepone-
te, memor verborum Euangelij Matth. cap.16.
73 & Luc. cap.9. *Quid prodest homini, si vniuersum mun-
dum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur.*
74 Et quòd coactæ nuptiæ semper malos exitus ha-
bere consuescunt, vt dicitur *in cap. cùm locum., de
75 sponsal. in fin.* Vt propterea de bono opere sit po-
tius laudandus, quàm redarguendus, faciunt ad
hoc notata *in l. sancimus, la 2. verb. cùm autem, C. de
sacrosanct. Eccles.* & per Specular. *de aduoc. §. nunc
tractemus, vers. Facto autem*, cum multis, quos re-
fert Barbos. *in axiomat. Iur. vsufreq. axiom.26. num.2.*
& in similibus terminis Rota *in vna Toletana pro-
fessionis, coram Seraphin. decis.1166. vers. Non ob-
stat*, noluit attendere, quòd quædam Maria in-
gressa monasterium metu paterno, commiserit
causam nullitatis professionis in Rota, patre ad-
huc viuente, licèt per decem annos in Religio-
ne permanserit.

Nec minus metus purgatio induci potest per
subsequentem copulam, & cohabitationem, ac
per actus, & signa lætitiæ, quæ à Nicolao gesta
dicuntur, tam ante, quàm post contractum ma-
76 trimonium, quia vbi metus fuit semel illatus, du-
rare semper præsumitur donec durat eadem causa
metus, Rota *in Leodien. Castrorum, 4. Iuly 1619.*
quæ est *decis.315. num.9. & 12. part.5. recent.* adeò
vt quicumque actus fiant, etiam si præseferant li-
beram voluntatem, ac lætum, iucundumque ani-
mum, nedum metum non purgant, sed potiùs
eum magis confirmant, Rota *in Hispalen. matri-
monij de Alcala, coram Gregor. decis. 392. per totam,*
vbi latissimè de hac materia; idem tenuit eadem
Rota *decis. 705. num.1. part.2. recent. decis. 490. sub
num.6. & 643. num.4. part.1. recent.* vbi quòd nec
oscula, nec amplexus, nec alij actus præseferen-
tes liberam voluntatem inducunt purgationem, vbi
durat eadem causa metus, Riminald. videndus
consil.77. inter cons. matrim. Zilet. num.33. Andr. Si-
77 cul. *consil. 54. num. 8. vol.1.* vbi quòd metus non
dicitur purgatus ex cantu, & risu puellæ, & quòd
hominem ad cantandum inuitauerit, illumque in
sponsum, & maritum nominauerit, Rota *coram
Seraphin. decis. 771. num.8. 851. num.1. 863. num.1.
& 4. 887. num.2. 1166. num.1. & 1177. num.1.*

78 Cùm enim matrimonium à libero consensu po-
tissimum dependeat ab eo, non ex copula diiu-
dicati debet; vt in terminis aduertit Iul. Sana-
zar. de Rip. *in tract. de matrimon. cap.3. art. 6. sub
79 num.167.* Vltra quod, quando matrimonium fuit
ab initio nullum, ob metum, seu aliud impedi-
mentum, non sufficit ratificatio per copulam sub-
sequentem, aut per alia signa liberam voluntatem
præse ferentia, quòd cessauerit causa metus, vel
impedimenti, sed requiritur, quòd de nouo ex
integro contrahatur cum solemnitatibus à Con-
cilio requisitis, latè Gutier. *in suis Canonic. quæst.
matrim. cap. 76. à num. 29. vsque ad 40.* & firma-
uit Rota *coram Gregor. d. decis.395. per totam*, & ibi
80 addentes. Et ratio esse potest non solùm, quia
Concilium dictas solemnitates requirit pro forma
ipsius matrimonij, vt suprà notauimus; sed etiam,
quia non ampliùs admittit matrimonium præsum-
ptum, sed tantùm expressum, vt *cap. 6. de reform.
matrimon sess.24.* Iul. Sanazar. *d. cap.3. art.3. num.19.
in fin. & artic. 4. num. 108.*

Quartò principaliter, non obstant quæ contra 81
testes Nicolai excipiebantur, videlicet, quòd vnus,
scilicet Petrus de Zarate suam depositionem re-
tractauerit in articulo mortis, declarando se con-
tra veritatem in hac causa deposuisse; & quòd ali-
qui fuerint, aliàs tanquam falsi condemnati, alij-
que sint consanguinei, & familiares Nicolai, quia
quod ad Petrum, qui dicitur se retractasse tem-
pore mortis, pro suæ conscientiæ exoneratione,
respondetur, quòd omisso, an danda sit fides ce-
dulæ suæ declarationis, quæ asseritur data in ma-
nibus Fratris Petri de Iesu Maria, quæ non con-
stat fuisse scriptam manu dicti Petri, prout debe-
ret saltem per duos testes, ex particulari, *l. huius
Regni 119. tit.18. part.3.* Maximè vbi retractatio est
tantæ importantiæ, vt inde criminalitas oriretur,
Scacc. *de iudic. lib.2. cap.11. num.* 1050. Caball.
censur. 3. var. resolut. cas. 551. Thesaur. *quæst. forens.
lib. 10. quæst. 24. in fin.* Genuens. *de script. priuil.
lib. 2. in princ. num. 109. tit. de apoch. manu debit.
conscript.* quodque in omnem casum talis declara-
tio non potuit præiudicium afferre tertio, cui fuit 82
ius quæsitum ex prima depositione iudicialiter, &
medio iuramento facta, Menoch. *de præsumpt. lib.5.
præsumpt. 5. num. 17. & sequen.* Doct. *in l. si quis
in graui, § si quis moriens, per illum text. ff ad Syllan.
cap. literas*, & ibi Felin. *de præsumpt.* Farinac. *de
testib quæst.66. num.204. & seq. & quæst.67. num.110.*
Ias. *in l. iusiurandum, §. Procurator, col. 8. num. 27.
vers. Præterea multum, ff. de iureiur.* Sicut dicitur
de Notario, qui declarat fecisse scripturam fal- 83
sam, & de iudice, qui declarat, dedisse sententiam
iniustam motus præmio, vel rogationibus, Gabr.
comm. opin. conclus. 32. num. 3. & 7. lib.7. Rip. cum
multis, *in tractatu de alt. in artic. mortis, cap. 23.
num.9. & 16.* Cùm istæ confessiones, tanquam ex- 84
traiudiciales, nullam faciant probationem in præ-
iudicium tertij, ex allegatis per Felin. *in d. cap.
literas, de præsumpt.*

Quo verò ad consanguineos, & domesticos 85
omisso, quod cùm agatur de annullando matri-
monio celebrato ex metu, qui non coram extra-
neis, sed intra domesticos parietes solet inferri,
ideòque non requiruntur testes omni exceptione
maiores, sed admittuntur consanguinei, & dome-
stici, qui verisimilius de eo sunt informati, Rota
*coram Gregor. decis. 351. num.7. 8. & 28. & per to-
tam*, quæ in hac materia est decisio multum eru-
dita, & magistralis, allegans alias auctoritates, &
decisionts concordantes.

His, inquam, omissis, videtur cessare omnis
difficultas, quia semotis testibus de falso, vt di-
citur, taxatis, quibus non curat vti dictus Nico-
laus, adhuc tamen supersunt multi alij omni ex- 86
ceptione maiores, & per alios testes bonificati,
quorum integerrima fides aliorum supplet defe-
ctum, ad not. per Doct. *in l. si quis ex argenta-
riis, ff. de edend.* gloss. *in l. 3. in verb. Numerus,
ff. de testib.* latè Gabriel. *eodem tit. conclus. 6.* Fa-
rinac. *eodem tractat. quæst. 62. à num. 328.* cum
aliis. Cæsar de Crassis *decis. 5. numer. 8. & 9. de
sponsal.* & isti sunt Marcellus Faria, bonificatus
per 12. testes, Agabitus Sanguinettus, bonifi-
catus per 4. Didacus de Lazaro, Martinus Cia-
uaria, & Petrus Tauriuius, bonificati per sex;
Ioannes

Ioannes Petrus Bossius. Franciscus de Victoria, ac Ioannes Nuñez Ramos, bonificati per 4. testes. Item Laurentius Isquierdus, Rodericus Natuaez, Ioannes de Catauajal, Doctor Ioannes de Mena, Ioannes de Aguero Secretarius sanctissimę Inquisitionis. Didacus Coroncl. Doctor Franciscus de Escobosa; Pater Magister Gabriel Lopez Nauarrus, Calificator Consilij sanctissimæ Inquisitionis, Fr. Franciscus Ximenez Ordinis sancti Francisci, Pater Fr. Melchior de los Reyes Dominicanus Diffinitor & Procurator Generalis Prouinciæ Granatensis. Fr. Iacintus Calderonus, & Fr. Vincentius de Pierredonda, Dominicani, vltra alios testes ipsius partis aduersæ superius per discursum relatos, adeò vt non possit dubitari de plena, & valida probatione intentionis Nicolai, licèt deleamus testes, vt præfertur emendatos, quorum defectus, si quis releuans adesset per reliquos suppleretur, vt suprà dicebatur & cauetur particulari *leg. huius Regni, qua est* 41. *tit.* 16. *part.* 3. ibi, *Pero no deue esto assi ser juzgado en los testigos, porque aquel que aduce las cartas en juyzio, puede ser ante que las mostre en auiso para ver ò saber si la vna es contraria de la otra, o no; Onde por esto si deue tornar a su culpa si mostra carta en iuyzio que sea contraria; mas en los testigos no podia ninguno poder esta guarda, porque muchas vezes dizen ellos a la parte, que los trae, que dir an vna cosa, & quando son delante del iuzgador dizen el contrario, en paridad de aquello que saben; è por ende no es en culpa la parte. que los trae, ni le deuen empezer, maguer ellos desacuerden solamente que por algunos dellos, que sean omes buenos, pueda probar su intencion, è los otros que dizen en contrario, no sean mas mejores.*

Et vlteriùs non visum fuit consideratione indignum, quòd testes, qui allegantur consanguinei, familiares, & amici Nicolai, probantur eisdem vinculis magis iuncti Capitaneo Thomæ eius patri, qui tam ardenter hoc matrimonium affectauit, & de lite pro illios nullitatę posita valde conquestus, & contristatus fuit, adeò vt magis inspiciendum sit quòd isti testes, pro veritate dicenda, non curauerunt displicere dicto Capitaneo, erga quem maior ratio reuerentiæ, & affectionis ipsorum testium, quàm in Nicolaum, considerari debet ex maioritate rationis, & quia maior debetur bonos, & reuerentia ei, qui maiori gaudet prærogatiua, argum. text. *in cap. vlt.* §. 1. *de offic. deleg. in* 6.

Ex quibus patet etiam responsio ad id, quod ex aduerso dicebatur per *cons.* Ferret. 63. *num.* 7. scilicet, quòd pro exclusione testium vnius partis, sufficit, quod dicta pars aliàs instrumenta falsa exhibuerit, cùm sit valde diuersa ratio in producente scripturam, quam sciebat falsam, & in producente testes, quos ignorabat fuisse aliàs, tanquam falsos condemnatos; nam qui producit testes non tenetur indagari de illorum qualitatibus intrinsecis, seu extrinsecis, cùm vt pluties, producantur multi ad effectum, vt boni, & exceptionem non habentes, suppleant defectui aliorum, qui exceptiones patiuntur, absque eo, quòd isti habeant præiudicare bonis, vt *d. l.* ca-
87 uetur. † Quod maximè procedit in casu præsenti, quia vbi agitur de probando metu, admittuntur testes etiam singulares, latè Crot. *cons.* 106. *in* 2. *dub.* Surd. *cons.* 295. *num.* 16. quos sequitur Rot. *coram Greg. d. decis.* 316. *num* 47. & licèt omnes patiantur aliquas exceptiones quando sunt vltra numerum trium, Cæs. de Gras. *decis.* 5. *de sponsal. num.* 9. Rot. *coram Greg. in alleg. decis.* 351. *num* 5. Vltra quòd non possunt simpliciter dici producti à Nicolao, cùm antea sua sponte deposuerint, vigore mandamenti excommunicationis vulgo, Paulinarum.

Neque obstant depositiones Patris Francisci de Pareja Societatis Iesu. Ioannis de Toro Villalobos. Et Ioannis de Velasco deponentium, quòd Nicolaus eos sollicitauit ad conclusionem huiusmodi matrimonij; tum quia dictus Pater Franciscus tanquam Pater spiritualis dictatum Annæ, & Eleonoræ, non dicitur testis integræ fidei, cum ratione huius cognationis spiritualis, oriatur affectio inter patrem, & filium spiritualem; ob quam eis de fide diminuitur, vt per Farin. cum multis, quos allegat, & sequitur, *in tract. de testib. quæst.* 54. *num.* 200. *& seq & quæst.* 60. *num.* 31. vbi quòd in causa matrimoniali repellitur testis propter affectionem. Vel quatenus probarissima opinio huius Patris hanc exceptionem elideret, nihilominus eius dictum diligenter perpensum videtur saluari posse, absque præiudicio Nicolai. Inquit enim, quòd occasionem desiderabat videndi Nicolaum, vt illum admoneret, ne tam frequenter domum Annæ visitaret, ob notam, quæ illi, & Eleonoræ filiæ, ex tot visitationibus obueniebat, quodque eo adinuento in Collegio Societatis, admonitionem iuxta votum expleuit, cui Nicolaus respondit, se dictas visitationes frequentasse animo ducendi in vxorem præfatam Eleonoram, rogando dictum Patrem, vt sua officia interponeret apud Annam matrem pro huius matrimonij effectuatione, & promittendo se pariter rogaturum Thomam eius patrem, vt veniret ad idem. Quibus sic stantibus si ex vna parte consideremus, quòd Anna conquerebatur cum Capitaneo Thoma de parua inclinatione Nicolai ad hoc matrimonium, vt ostendimus supra ex depositione Blasij de Vergara, testis Eleonoræ, sub *num.* 12. *in fin.* & ex altera, quòd dictus Capitaneus Thomas illud vehementer exoptabat, & pro illius effectuatione inconcussè importunabat, ac molestus erat Nicolao, & insuper quòd Nicolaus semper habuit animum auersum, & alienissimum ab hoc matrimonio, vt plenè extat probatum, quodque nihilominus valdè angustiabatur ob reuerentiam paternam, & metum executionis minatum paternarum de illum derelinquendo, maledicendo, ac omnibus bonis; & augmentis priuando, & vlterius, quòd præfatæ visitationes fiebant absque aliquo scandalo, ex causa antiquissimæ amicitiæ, & familiaritatis inter has duas familias, & ex aliis causis relatis infrà post *num.* 90. *sub* §. *quo verò*. His omnibus, inquam, consideratis, non est à veritate alienum, quòd Nicolaus potuerit cogitare, quòd Anna, vt certior fieret de eius intentione circa hoc matrimonium de qua valde dubitabat, vt diximus, iniunxerit dicto Patri de Pareja eius confessario, vt animum eiusdem Nicolai detegere procuraret ad effectum, vt magis eius auersionem Capitaneo Thomæ, dum secum de hoc matrimonio tractabat, obiicere posset, allegando testimonium dicti Confessarij: sicque ex hoc potuisse Annam retro se trahere à strictissima familiaritate, & communicatione quæ aderat inter ipsam, & Capitaneum Thomam, qui ideò hoc ægertimè sustulisset, & eius indignationem contra eundem Nicolaum augmentasset, vt propterea Nicolaus præfatam responsionem simulare voluisset. Vel etiam esse posset Nicolaum ita respondisse, vt se in bona opinione dicti Patris de Pareja firmaret, ac se à calumnia redimeret: vel ne priuaretur, occasione frequentandi dictam domum Annæ, quod fortè valdè æstimabat, ob dictam antiquam familiaritatem, & ob amicitiam, quam tunc habebat cum Iosepho filio Annæ, & ne priuaretur solatio ludendi, & se recreandi, vt solebat in domiciliis dicti Iosephi. quæ erat potissima causa accedendi ad dictam domum

ptout dicitur infrà sub dicto §. *quo verò*, post *num.* 50.

Nec dicatur quòd ista intelligentia sonet potius in diuinationem, quàm concludat per necesse. Quia si consideremus auersionem Nicolai ad hoc matrimonium exactissimè probatam, & insuper quòd pro illius effectuatione non habebat necesse rogare patrem, qui ei spatio nouem, aut decem annorum infestus, & molestus fuit pro eo disponendo ad idemmet, & rursus, quòd suæ accessiones ad domum Annæ, neque scandalum, neque notam generabant, ex rationibus deductis infra sub *d.* §. *quo verò*; vtique videtur necessariò concludendum esse responsionem Nicolai simulatam fuisse, vna, vel altera ex prædictis causis: vel ex eo, vt ex vna parte dictus Pater de Pareja animum suum ab hoc matrimonio remotum non comprehenderet, & ex altera, adhibendo cum dicto Patre verba vrbana, & confidentialia, eius beneuolentiam captiuaret. Ioannes verò de Velasco est familiaris dictæ Eleonoræ, & Annæ matris, ac huius causæ sollicitator, & Ioannes de Toro est pariter earum famulus, ac negotiorum gestor; tum etiam, quia videtur multum inuerisimile, quòd Nicolaus solicitaret huiusmodi matrimonium, & eodem tempore dicta Anna conqueretetur, quod dictus Nicolaus non inclinabat nubere Eleonoræ eius filiæ, & quòd de hoc publicè loqueretur, prout deponit dictus Blasius de Vergara, testis eiusdem Eleonoræ cum & etiam, quia dato, sine veri præiudicio, quod Nicolaus hoc matrimonium aliquando sollicitauerit, non perinde sequitur, quòd postea non potuerit mutare propositum, animumque ab illo auertere prout mutasse colligitur ex probationibus per eum factis de vi, & metu, sibi illatis vsque ad conclusionem dicti matrimonij, ac ex reiteratis protestationibus quòd illud, non sua voluntate, sed ob patris violentiam contraxisset: siquidem actus antecedentes, quantumuis voluntarij non purgant subsequentes meticulosos, Rot. *decis.* 784. *in posthum Farinac. num.* 5. *tom.* 1.

Minus obstat depositio Fr. Guillelmi Perez, qui deponit, quòd Nicolaus in Ecclesia Trinitariorum Discalceatorum, dixit Fratri Ioanni Matris Dei, associanti dictas Annam, & Eleonoram Mariam, dum Ecclesiam egrediebantur: *Padre, no auemos de acabar de efectuar este negocio?* quia non apparet de quo negotio loqueretur.

Prout neque obstat depositiones aliorum testium dictæ Eleonoræ deponentium de aliis actibus liberæ voluntatis Nicolai, resultantibus etiam ex crebra, & continuata frequentatione domus dictæ Eleonoræ Mariæ, antequam matrimonium contraheretur, quia quoad actus liberę voluntatis dictum fuit *suprà num.* 65. *&* 66. quod ex eis non purgatur metus quoties eadem causa durauit, & quòd in omnem casum matrimonium non conualesceret; sed esset renouandum cum requisitis Sac. Conc. Trident. tum etiam, quia cum pro parte dicti Nicolai fuerit sufficienter probatus metus, ex suprà deductis difficile est, imò

88 quasi impossibile probari contrarium, secundùm Alban. *cons* 77. *num.* 1 x. & Abb. *in cap super hoc, sub num.* 34. *de renunciat.* Iason. *in* §. *quadrupli. num* 71. *Instit. de action.* quos refert, & sequitur Rot. *coram Gregor. d. decis.* 326. *num.* 45. & in omnem casum in concursu, plus creditur duobus testibus de metu, quàm mille

89 deponentibus de spontanea, & libera voluntate. Innoc. *in d. cap. super hoc, de renunciat.* Abb. *cap.* 1. *de his quæ vi, num.* 10. Boër. *decis.* 100. *num.* 11. Gotier *in tract. de matrim. cap.* 77. *num.* 7. *& cons.* 14. *num.* 9. *& cons.* 16. *num.* 14. Couar. *super* 4. *lib. Decretal.* 2. *part. cap.* 3. §. 5. *num.* 10. reddens rationem, quia scilicet qui deponunt de metu, potuerunt sensu corporeo percipere id quod asseuerant; vt etiam dixit Rot. *coram Mesman. in Leodien. Castrorum*, quæ est *decis.* 315. *num.* 2. *part.* 5. *recent.* illi verò, qui testantur, actum liberè, & spontè gestum fuisse, non potuerunt sensu corporeo percipere, idem dixit Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disput.* 27. *num.* 1 & hanc opinionem communem testatur Dec. *in cap. fin. col. fin. de appell.* & ab ea non esse recedendum in iudicando consuluit Corsett. *in singulari, vers. Mille testes*, & hanc eandem tenuit Rot. *coram Gregor. d. decis.* 316. *num.* 46. vbi plures allegat autho- 90
res. Vltra quod eùm testes Nicolai sine numero maiores, & pro maiori parte Sacerdotes, visi fuerunt etiam maiori fide digni, Rot. *coram Greg. X V. decis.* 351. *num.* 10.

Quo verò ad continuas accessiones dicti Nicolai ad domum d. Eleonore antequam matrimonium celebraretur; respondetur, non posse inde sumi argumentum voluntaris ducendi illam in vxorem; etenim plures testes ipsius Eleonoræ deponunt qoòd Nicolaus non alia de causa frequentabat domum Annæ Vernagaliæ matris Eleonoræ, nisi ob amicitiam, & communicationem, quam eius pater, mater, & alij filij habebant cum dicta Anna, & filiis, quæ erat valde magna, & ob cognationem spiritualem, quæ inter ipsos aderat, vt propterea nunquam extarent dissidi; quodque sæpè sæpiùs insimul comedebant, ibantque ad solatium in eadem scheda; & quod per multos annos in vna eademque domo conuixerunt; & insuper quia dictus Capitaneus Thomas erat executor testamentarius mariti dictæ Annæ; quodque dictus Nicolaus quando accedebat ad dictam domum, vtplurimum moram faciebat in quarto, seu cubiculis Iosephi germani fratris dictæ Eleonoræ, ludendo ad ludum, qui dicitur, *del hombre*, cum inter eos adesset talis amicitia, atque familiaritas; ac si essent germani fratres, vt perinde nemo scandalizaretur de huiusmodi frequentatione domus dictæ Annæ, & quod dum Nicolaus loquebatur cum dicta Anna, & filia, nunquam audierunt tractare de huiusmodi matrimonio, vt in specie deponit Fr. Gregorius de Valentia, *fol.* 34. *à tergo, super* 4. *art & fol.* 35. *super* 13. Fr. Ioannes de Penia Cerrata, Prouincialis de Mercede, *super* 4. *art fol.* 35. *à terg.* Fr. Ioannes Matris Dei Discalceatus Sanctissimæ Trinitatis, *super eodem fol.* 39. *à terg.* Guillelmus Perez, familiaris dictæ Eleonoræ super eodem, *fol.* 41. Ioanna de Miraoda *super* 3. *fol.* 45. Anna Maria Sesenia, *super* 3. *fol.* 45. Ioannes Velasquez *super* 3. *& super* 6. *fol.* 44 *à terg.* Didacus de Lazaro, *super* 6. *fol.* 47. *à tergo, & super* 12. *eodem folio.* Et vlteriùs prædicta familiaritas, & confidentia inter has duas familias magis probarur; quia dictus Ioseph germanus Eleonoræ, petiit à Rege recipi inter Maiestatis suæ pueros Regios, tanquam nepos, seu sobrinus dicti Capitanei Thomæ patris Nicolai, & Præfecti Cameræ S. Maiestatis, vt apparet ex quodam memoriali scripto manu dicti Iosephi, & per eandem Eleonoram recognito.

Et propterea, cùm appareat, quòd Nicolaus alia 91
de causa, quàm animo contrahendi matrimonium cum dicta Eleonora, ad eius domum accedebat; non est bona illatio, quòd ex tali accessu argoatur voluntas eiusdem Nicolai contrahendi matrimonium præfatum, *cap. ex posuit, de dilation. l. qui iure familiaritatis, ff. de acq. possess.* & ibi Castrens. *l. non videtur, de iudic.* Bald. *in l. cum specialis, C. eodem.* Grat. *cons.* 10 x. *num.* 52. Castr. *cons.* 179. *lib.* 1. Tiraquel. *de iure primogen. quæst.* 25. *num.* 1. Et facit, quia vbi possunt esse 92
duæ

duæ causæ faciendi aliquem actum necessariò non infertur, nec concluditur, quòd magis attribuatur vni, quàm alteri, *l. de lege, §. fin. & l. sequenti, ff. de leg. commiss. l. si mulier, ff. solut. matrim. l. quæsitum. §. 1. ff. de*
93 *adult.* cum similib. Probario enim debet concludere per necesse, non autem per possibile, *cap. in præsentia, de probation.* vbi latè Dec. *à num.* 58. *l. non hoc, C. vnde legit. l. ad probationem, C. de probat.* vbi Bald. Calcan. *cons.* 36. *num* 25. *& cons.* 121. *num.* 2. Ruiu. *cons.* 13. *col.* 5. *circa med. lib.* 4. Alex. *cons.* 112. *à num.* 8. *lib.* 6. Ioan. de Imol. *cons.* 96 *per tot.*

Et stantibus prædictis, videtur etiam magna verisimilitudo, quòd pater Nicolai, qui valde hoc matrimonium affectabat, dubitans ne Anna mater Eleonoræ, facilè retraheretur ab illo, si auersionem Nicolai ad illud, ob omissionem solitarum visitationum suæ domus, suspicata esset, præciperet eidem Nicolao, vt illas more solito, & fortè magis frequenter continuaret; sicque quod in Nicolao non minus in hoc, quàm in ipso matrimonio contrahendo potuerit considerari metus paternus, ex eisdem rationibus relatis suprà *num.* 64. *& seq.*

94 Quod dicebatur de ætate Nicolai, ad excludendum in ea metum, non visum fuit aliqua consideratione dignum, quia dum metus est talis, qui cadere posset in constantem virum, prout fuit metus illatus Nicolao, ex deductis, nihil refert, quòd esset in maiori ætate constitutus.

95 Quare ex prædictis visum fuit fore pronuntiandum pro nullitate matrimonij, sicque pro confirmatione sententiæ Episcopi Aspan. nam matrimonium, metu celebratum, non est fauore dignum, neque in dubio est pro illius validitate pronuntiandum, Hippol. Rimioald. *inter cons. crim. Zilet. cons.* 77. *num.* 36. Purpur. *cons.* 575. *num.* 16. *lib.* 2. quem secuta fuit Rota *coram Seraph. decis.* 893. *num.* 12. *& seq.*
96 Cùm non sit fauendum coactis nuptiis, quæ malos exitus habere consueuerunt, *d. cap. cum locum, de sponsal.* Alex. *cons.* 98. *in princip. vol.* 3. Seraphin. *d. decis.* 893. *in fin.* Et non sit minus peccatum iungere non coniungendos, quàm separare non separandos; vt notatur *in cap. iurauit, de probation.* cum aliis per Barbos. *in* 1. *vot. decisiuo post tractatum exigen. pens. circa fin.*

Et ita, vtraque parte informante, pronuntiatum fuit sub die 31. Iulij 1640.

Toletana nullitatis matrimonij.

Matrimonium inter consanguineos in gradu prohibito vi Apostolicæ dispensationis subreptitiæ obtentæ, siue metu, & vi contractum, est nullum.

VOTVM XVII.

1 *Casus proponitur.*
2 *Subreptione in dispensatione detecta illa corruit.*
3 *Matrimonium virtute dispensationis subreptitia contractum est nullum.*
4 *Copula probatur quando vir & mulier soli visi fuerunt cubiculum ingredi, & ex eo post certum tempus egredi vnus post alium, & mulier conspecta fuit cum rubore, & inculta.*
5 *Copula carnalis est difficilis probationis.*
6 *Copula vera probatio vbi desideratur, illa reputatur impossibilis.*
7 *Copula verè, directè, & concludenter probari non potest.*
8 *Copula probari solet ex pluribus præsumptionibus, & adminiculis simul iunctis.*
9 *Probatio præsumptiua habetur pro vera, & sufficienti, in his, quæ sunt difficilis probationis.*
10 *Mansio in Camera clausis ianuis ab intus solus cum sola,*
11 *Vociferatio, & clamor mulieris stupratæ,*
12 *Dona & munera, quæ portat mulier cum lachrymando, è cubiculo exijt,*
13 *Sanguis repertus in mulieris interula,*
14 *Publica vox & fama viciniæ,*
15 *Depositio iurata mulieris de copula carnali,*
16 *Confessio mulieris diuersis personis facta de copula,*
17 *Confessio viri dicentis se cognouisse carnaliter mulierem,*
18 *Occultatio mulieris deflorata ne visitaretur à matronis,*

(10–18:) *Copula coniectura, & indicio.*

19 *Celare, & occultare magnam inducit pro delicto, quod prætenditur commissum, suspicionem.*
20 *Falsum sic committit, qui celat, sicut qui fecit.*
21 *Testis corruptus promissione, pecunia, vel alia re in dubio falsum dixisse præsumitur, etiam quòd non probetur quòd falsum dixerit.*
22 *Conscientia est dictamen rationis, & cognitio sui proprij cordis.*
23 *Conscientia semper arguit hominem bene, & malè actorum.*
24 *Conscientia magistra vera.*
25 *Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant.*
26 *Tutoris, vel curatoris confessio quando minori præiudicet?*
27 *Confessio erronea non præiudicat.*
28 *Confessio debet interpretari vt quanto minus præiudicet confitenti.*
29 *Inducta ad vnum finem, non debent oppositum, vel quid aliud operari.*
30 *Confessio facta in vno iudicio ad vnum finem, potest reuocari in alio ad alium finem proposito.*
31 *Renunciatio est stricti iuris.*
32 *Renunciatio debet intelligi vt quanto minus dicatur renunciatum.*

33 *Liti renuntians potest veritate comperta renocare renunciationem.*

34 *Fundamento destructo corruit ædificium.*

35 *Sententia non nocet in alio iudicio ad alium finem instituto.*

36 *Sententia verba ita veniunt intelligenda ne vllam patiantur extensionem, cum illa sit stricti iuris.*

37 *Sententia non comprehendunt nisi tantum in illa scriptum, & earum verba sunt intelligenda sicut sonant.*

38 *Sententia verba non includunt, aut probant plusquam de necessitate infertur.*

39 *Pronunciatum ex illa tantum causa semper intelligitur, quæ fuit in petitorio deducta.*

40 *Interpretatio semper est facienda, per quam sententia minus præiudicat.*

41 *Sententia lata ob defectum probationis non parit exceptionem rei iudicatæ, etiam inter easdem personas.*

42 *Testis corruptus promissione, pecunia, vel alia re, non probat.*

43 *Testis corruptus præsumitur in dubio falsum dixisse etiam quod probetur quod falsum dixerit.*

44 *Hymen in mulieribus an extet, quòd cognosci & cerni possit?*

45 *Virginitatis, aut deflorationis nulla sunt certa signa.*

46 *Virginitas est complicatio quadam vasis fœminei.*

47 *Puella nouem, aut decem annorum, si semel aut bis carnaliter cognoscatur, & de hinc à coitu abstinuerit, ita destructio panniculorum ita reuniuntur, vt amplius cognosci non possit quod deflorata fuerit.*

48 *Obstetricibus corruptam virginem dicentibus credi magis debet, quàm negantibus.*

49 *Obstetricum iudicium ita fallax est, vt vix possint de fœminæ virginitate infallibiliter deponere.*

50 *Declaratur locus Prouerb. cap.* 40. *num.* 18. Tria sunt difficilia mihi, *&c.*

51 *Confessioni extraiudiciali fides habenda non est.*

52 *Confessio contraria veritati nihil valet.*

53 *Veritas rei mutari potest per nostrum affirmare, vel negare.*

54 *Confessio vi, & metu facta non nocet.*

55 *Confessio à minore facta sine curatore interueniu valere non potest.*

56 *Confessio facta in vno iudicio ad vnum finem, potest reuocare in alio ad alium finem propositio.*

57 *Dispensationis impetratio super impedimento matrimonij intra gradum prohibitum, nulla facta mentione antecedentis copulæ incestuosa, subreptitia est.*

58 *Auditores Rotæ sunt duodecim Iuris nostri lucerna, & eius decisiones apud omnes fere nationes pro lege habentur.*

59 *Decisiones sacræ Congregationis Cardinalium vim habent obligandi in vtroque foro.*

60 *Stylus Romana Curia obseruat & obtinet, vt copula habita inter consanguineos dispensationem impetrantes ad contrahendum in ea exprimatur.*

61 *Stylus Curiæ facit ius & pro lege obseruatur.*

62 *Opiniones vbi sunt controuersa, Rota eam sequitur, quam praxis Curiæ Romanæ magis amplectitur.*

63 *Index contra stylum iudicans facit litem suam.*

64 *Breuium interpretatio sumenda est à communi stylo, & vsu Curiæ.*

65 *Taciturnitas qualitatis, cuius expressionem iura, vel stylus Curiæ specialiter requirunt, reddit dispensationem, & quoduis gratiæ rescriptum, quod ob petitionem conceditur, subreptitium.*

66 *Dispensatio semper vitiatur ex causa expressæ falsitate.*

67 *Falsa expressio semper vitiat, etiamsi concedens esset concessurus sine expressione illius falsitatis.*

68 *Copula cum consanguinea difficiliorem reddit dispensationem, & duriorem reddit Pontificem ad concedendum.*

69 *Declaratur opinio Fr. Basilij Pontij.*

70 *Retentio in mente stante negatione non potest fieri.*

71 *Mentalis restrictio est licita, sed non purè mentalis.*

72 *Dispensatio non manifestato incestu, vbi de illo impetrantes interrogantur an sit valida?*

73 *Copula vbi negatur, vel quando Pontifex dispensat sub conditione*, dummodo copula non interuenerit, *si ea non probetur, dispensatio sustinetur in foro exteriori.*

74 *Dispensatio ex falsa causa concessa est nulla.*

75 *Causa in dispensationibus alia est finalis, alia impulsiua.*

76 *Causa finalis in dispensationibus ea dicitur, qua non existente Princeps gratiam minimè concessisset, vel quæ ei significata denegasset petita.*

77 *Causa copulatiua ea est, quæ falsò expressa Principem mouet ad faciliùs concedendum petita, vel si vera est, & ea non taceretur, mouet ad difficiliùs concedendum.*

78 *Causa finalis defectus reddit semper actum nullum.*

79 *Causa finali cessante, cessat dispositio.*

80 *Causa impulsiua vitium in ea exprimenda, vel tacenda non nocet concessioni Principis.*

81 *Dispen*

81 *Dispensationis in materia non solùm falsitas causa finalis, sed impulsiua reddit gratiam ipso iure nullam, etiamsi sine dolo facta esset.*

82 *Causa à Principe in quacunque dispensatione expressa semper finalis præsumitur.*

83 *Causa quæcunque in dispensatione secundi gradus per Papam opposita censetur finalis, & ea cessante cessat dispensatio, etiamsi in minimo deficiat.*

84 *Causa diffamationis, & conuersationis, vti impulsiua in dispensationibus conducit ad finalem.*

85 *Iura pro Iudice semper præsumunt.*

86 *Testimonium factum à notario sine Iudicis mandato, & citatione partis, omni probalitate caret.*

87 *Instrumentum non verificatur quoties non inuenitur in registro, seu protocollo.*

88 *Instrumentum si redarguatur ciuiliter de falso, & non comprobetur, nihil probat.*

89 *Præsumptio legalitatis stat pro notario originario, & pro instrumento, tamen si subscriptio negetur, & illa non comprobetur, remanet instrumentum sine vlla auctoritate.*

90 *Assertio simplex notarij de re coram se gesta nihil probat.*

91 *Attestatio notarij de præterito quamuis concerneret actum à se ipso gestum non probat.*

92 *Veritas precum in dispensationibus allegata si probetur falsis testibus, & postea constaret veritas, censenda est ea dispensatio in foro exteriori irrita.*

93 *Veritas quocunque tempore appareat, præualere debet.*

94 *Veritas semper præferenda est opinioni, & reputationi.*

95 *Subreptitium est omne quod à veritate deficit.*

96 *Diffamatio, seu infamia mulieris ex hominis conuersatione oriri potest, dummodo frequens, suspectaque fuerit, & inter subiectos habiles ad coeundum.*

97 *Infamia facti ex quibus oriatur, & num. 100.*

98 *Mulieri non imputatur culpa ob stuprum per vim commissum.*

99 *Voluntas coacta quoad pœnam diffamationis non est voluntas.*

100 *Infames infames facti sunt illi, qui commiserunt tale quid, propter quod communiter eorum opinio, fama, & existimatio remanet læsa & grauata apud bonos & graues viros.*

101 *Finis actus expectandus est.*

102 *Facti series circa vim, & metum.*

103 *Metus minor ad annullandum matrimonium sufficit in fœmina, quàm in viro, & multo minor quando fuerit teneræ ætatis, & imbecillis, vel fragilis animi.*

104 *Matrimonium metu celebratum ipso iure est nullum.*

105 *Matrimonij de nullitate vbi agitur, sufficit quòd illud contrahens iustè timeret ne compelleretur.*

106 *Metus est quædam voluntatis passio contra naturam.*

107 *Metus est difficilis probationis tam ex parte illum patientis, quàm ex parte inferentis.*

108 *Metus indicijs, coniecturis, præsumptionibus, & argumentis probari potest.*

109 *Argumentis, & indicijs probari valet, quod facile probari non potest.*

110 *Metum probant testes domestici, & singulares, etiamsi essent inhabiles.*

111 *Probatio præsumptiua sufficit ratione difficultatis.*

112 *Metus probatur cum vno teste de visu, & alio de auditu.*

113 *Consensus liber necessarius est in contrahentibus matrimonium.*

114 *Testes duo siue masculi, siue fœminæ sufficiunt in causa matrimoniali, siue de coniungendo, siue de separando matrimonio agatur.*

115 *Testis vnus simul cum fama per plures testes probata, vel iuncta aliqua alia præsumptione, vel cum alijs deponentibus de auditu, sufficit in causa matrimoniali.*

116 *Testes deponentes contra matrimonium debent esse personæ legales, & omni exceptione maiores.*

117 *Testes etiamsi non sint personæ legales, sufficiunt vbi nullitas matrimonij procedit ex defectu consensus.*

118 *Probatio metus facta per duos testes, præferri debet pluribus alijs, etiam quòd mille essent, deponentibus de libera voluntate.*

119 *Persona per suasionem instantissimam inducta ad contrahendum dicitur contrahere per vim, & metum.*

120 *Preces importunæ inducunt iustum metum si sint Superioris, qui potest esse terribilis.*

121 *Importunitas nimia, & instantissimæ preces, sicut metus annullant matrimonium.*

122 *Persuasio vim coactionis habet.*

123 *Persuasiones factæ per personam, cui debetur reuerentia, annullant matrimonium.*

124 *In metu reuerentiali, probatis minis illius, cui reuerentia debetur, non est necesse aliàs probare quod minans sit solitus minas exequi.*

125 *Metus reuerentialis est multum considerabilis.*

126 *Metus solus reuerentialis sufficit ad exclusionem consensus.*

127 Auctoritas & dignitas persona etiam absque comminatione aliqua tribuit iustam causam metus reuerentialis.

128 Mina an cum metu reuerentiali ad nullitatem matrimonij interuenire debeant.

129 Mina sufficiunt quando emanant à persona aspera, & terribilis conditionis.

130 Reuerentia cum terribilitate persona sufficit pro iusto metu.

131 Reuerentia cum indignatione plurimum confert ad iustum & sufficientem metum.

132 Materia dicitur de personis, quibus debetur reuerentia.

133 Metus reuerentialis in dubio prasumitur in eo erga illum, sub cuius guberno existit.

134 Metus reuerentialis est respectu patrui, & nepotis, seu alterius habentis superioritatem.

135 Auersio animi & repugnantia ad contrahendum,

136 Mæstitia, lamentationes, lacbryma, & suspiria,

137 Delirium,

138 Tractatus insistatus in matrimonio,

139 Denegatio victus, & vestitus nisi matrimonium contraxisset,

140 Inaqualitas inter contrahentes,

141 Protestationes metus ante matrimonium.

142 Detentio stricta, & probibitio commercij,

143 Fama & vox communis quòd matrimonium esset meticulosum,

(135–143:) Coniectura & indicia voluntatis cōtrahendi matrimonium.

144 Coniectura licèt per se non reputentur sufficientes ad plenam metus probationem, omnes tamen simul iuncta, cùm tendant ad eundem finem, plenissimè probant.

145 Metus initium in actu, influit in actus sequentes, & actus medio tempore facti non attenduntur.

146 Metum qui semel intulit, semper inferre prasumitur.

147 Metus durat quandiu durat eius causa, quamuis in actu externo appareat omnimodo libertas.

148 Metus causa durante prasumitur, viuente illa qua metum intulit.

140 Causa metus semper prasumitur extare quousque probetur, quòd ille qui metum passus est, fuit in plena libertate.

150 Facta ad importunitatem eorum, qui solicitabant matrimonium, non arguunt liberam voluntatem.

151 Clausula insolita reddunt actum suspectum de fraude, & dolo.

152 Munera & littera vltro citroque missa matrimonij fœdus arguere videntur.

153 Littera amatoria probant voluntatem, & consensum.

154 Metus prasumptio excluditur si contractui fuerunt prasentes consanguinei contrahentis.

155 Iudicis prasentia expellit ne dum suspicionem metus, sed etiam ipsum metum.

156 Consanguineorum prasentia, qui metum intulerunt, non excludunt metus suspicionem, & num. 159.

157 Metum reuerentialem non excludit prasentia consanguineorum.

158 Probatio contraria admittitur contra prasumptionem ortam ex prasentia consanguineorum.

159 Viuentibus illis, qui metum incutierunt, non potest induci actus approbatio.

160 Iudicis prasentia purgat metum in actibus, in quibus requiritur plena & secura libertas, vt in matrimonio, non sic contractibus, qui contrahentium consensu absoluuntur.

161 Metus quando fuit illatus ante actum semper durare prasumitur, etiam superiore in actu prasente.

162 Iudicis prasentia non purgat metum si incutiens illum contrahenti esset talis vt grauem metum etiam incuteret Superiore prasente.

163 Prasumptio resultans ex prasentia Iudicis cedit veritati, & operatur tantum vt requiratur probatio efficacior ad metum.

164 Iudicis prasentia non facit cessare prasumptionem metus, quando ipse Iudex esset talis qui contradicere non auderet.

165 Matrimonij celebratio non est actus iurisdictionalis, nec Parochus, seu ordinarius illi assistit tanquam Iudex.

166 Protestatio ante matrimonium facta subsequens matrimonium annullat.

167 Cohabitatio facta in castro, & loco sub ditione, & imperio aduersarij existente, non dicitur sufficiens ad purgandum metum.

168 Acquiescentia sola etiam longi temporis post mortem eius, qui metum intulit, non sufficit, sed requiritur quòd metus probetur sublatis per actus positiuos contrarios.

169 Actus nulli ratificatio induci non potest ab eo, qui nullitatis scientiam plenam & certam iuris & facti non habuit.

170 Matrimonium metu matris celebratum non ratificatur per cohabitationem inter contrahentes factam per aliquot annos post mortem matris.

171 Copula in viro potest denotare voluntatem, & consensum cùm sit agens, non sic in muliere.

172 Possunt simul stare, & quòd mulier fuerit cognita, & quòd non fuerit consentiens nisi per metum.

173 *Copula non facit quin matrimonium non possit dici coactum, & per metum cõtractum.*

174 *Matrimonium metu contractum non validatur licèt copula postea intercesserit, si quando adhuc subest ipsius metus causa.*

175 *Matrimonium metu contractum attento Iure communi ex superueniente cohabitatione, & copula, ac superueniente libero consensu ratificatur.*

176 *Consensus solus contrahentium non sufficit hodie post publicationem sacri Concilij Trident. ad inducendum matrimonium validum, sed opus est matrimonium de nouo contrahi adhibitis, seu repetitis solemnitatibus ab eodem Concil. requisitis.*

177 *Forma, & solemnitas omnis, quæ debet interuenire in actu vt valeat, debet quoque interuenire in ratificatione.*

178 *Fictio, aut retrotractio non fit quando actus est omnino nullus, vel quando non inuenit principium conseruabile.*

179 *Ratificatio reconciliat ea, quæ pendent ex animo, secus si pendent ex aliqua forma, vel ex alia potentia exteriori.*

180 *Matrimonium nulliter contractum ex defectu mandati non potest ratificari nisi iterum contrahatur cum debitis solemnitatibus in facie Ecclesiæ.*

181 *Matrimonium nullum ex impedimento occulto potest sine Parochi, & testibus secretè ratificari, certis requisitis concurrentibus.*

182 *Periculum quando esset quod impedimentum de se publicum probaretur in iudicio, vt dissolueretur matrimonium in foro externo, tunc fieri debet reualidatio coram Parocho, & testibus ad illud incõmodum vitandum.*

183 *Testes quando examinandi sunt in alieno territorio Iudex causæ solet ad partis instantiam litteras rogatorias, seu requisitorias mittere ad talem Iudicem sub cuius iurisdictione elegunt testes, vt eos examinet.*

184 *Iudex causæ non potest Iudici rogato alterius territorij in requisitorijs legem imponere.*

185 *Iudex requisitus fuit nomine proprio, non verò nomine Iudicis requirentis.*

186 *Testium examen quando committitur extra territorium, tunc Iudex loci procedit auctoritate sua, & non scribentis.*

187 *Testes examinare tenetur Iudex per se, non verò per substitutum, aut delegatum in causis tãtum criminalibus, & ciuilibus arduis.*

188 *Quando aliquid deponitur à Iure communi, vel statuitur secundum Ius commune, eius ampliationes, & limitationes amplectitur.*

189 *Iudex requisitus si fuerit legitimè impeditus potest etiam in causis criminalibus, & ciuilibus arduis alicui notario testium examen committere.*

190 *Commissio examinis testium facta à Iudice requisito in causis etiam criminalibus & ciuilibus arduis, valet etiam non censito de impedimento.*

191 *Iudici asserenti circa impedimentum legitimum creditur.*

192 *Tabellio in Regno Portugaliæ non examinat solus testes, sed Iudice, vel alio vno integra fidei, vulgo Enqueredor præsente.*

193 *Iudex si Iure prohibente non posset examen testium committere, nihilominus tamen si testes examinarentur à notario de Iudicis mandato & commissione valeret examen, non obstante tali prohibitione: secus si vlterius procedat prohibendo, vt num. 194.*

195 *Stylo & praxi semper est standum.*

196 *Sententia lata contra stylum Curiæ notorium est nulla.*

197 *Inhibitio an afficeret, disputatur numeris seqq.*

198 *Inhibitio strictè operatur, & tantum circa articulum, de quo fuerat pronuntiatum, & non potest ad alium extendi.*

199 *Claus. quam & quas, &c. operatur solum super præmissis, & in articulo, de quo fuit appellatum.*

200 *Inhibitio non egreditur personam Iudicis inhibiti.*

201 *Inhibitio, vt efficiat, debet esse actualiter præsentata, & executioni mandata.*

202 *Gesta post inhibitionem moderatam non dicuntur attentata.*

203 *Iudex appellationis potest confirmare sententiam nullam pronuntiando super negotio, & causa principali.*

204 *Sententia nulla, dummodo sit iusta potest confirmari, etiamsi esset nulla ex defectu iurisdictionis, vel ob vitium nullitatis ir-* [illegible]

MATERIA in duos articulos diuiditur, primus subreptionem dispensationis: secundus nullitatem matrimonij per vim, & metum contractum respicit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Matrimonium à consanguineis inter quartum gradum vi Apostolica dispensationis subreptitiæ obtentum est nullum.

FRanciscus in primo, & secundo consanguinitatis gradu cum Laura conionctus, à sanctæ mem. Gregorio XV. dispensationem obtinuit de anno 1622. cum hac narratiua, videlicet. *De matrimonio inter se contrahendo tractarunt, & insimul conuersati sunt, carnali tamen copula inter eos minimè subsequuta,* &c. *Et propterea nisi matrimonium inter dictos exponentes contrahatur, dicta Laura grauiter diffamata, & innupta remaneret, grauiaque exinde scandala orirentur,* &c. At in dispositiua Breuis, ita dicitur. *De præmissis te diligenter informes, & si per informationem eandem preces veritate niti repereris, super quo tuam conscientiam oneramus,* &c. 1

In duobus fuit falsò Pontifici narratum. Primò 2
dicendo

dicendo copulam inter exponentes minimè fuisse
subsequutam. Secundò affirmando quòd nisi matri-
monium inter dictos exponentes contraheretur, di-
cta Laura grauiter diffamata, & innupta remaneret:
vnde detecta hac subreptione in dicta dispensatio-
ne, euidens est illam corrui,& reputandam ac si non
esset, *cap.fin. de filys Presbyt.* vbi loquens de dispen-
satione sic ait. *Veluti per subreptionem detenta nullius
penitus esse m m n i*,&c. & post antiquiores per illum
textum resoluunt Menoch *de arbitr lib 2. cent.1.casu*
3 201 *n.7.*Thom Sanch. *de matrim lib 8.disp.2 , n.3.* †
proindeque matrimonium vitture illius contractum
fuisse nullum, *cap.constitutus, de rescript.* ibi, *Quicquid
factum est occasione istarum litterarum , irritum decer-
natis*,&c. vbi Abb. *num. 5. & in cap. caterum num 6.
eod tit* Nau *in cap.si quando prel.1.num. 1. de rescript.*
Sanch. *d.disp 21.num.6.*

Membrum I.

Circa copulæ habitæ inter exponentes consanguineos mentionem faciendam in dispensationibus.

4 ET quoad primum membrum falsitatis narratæ,
de copula scilicet non habita inter exponentes,
contrarium constat ex processu,vnde pater per testes
loco , tempore , & aliis circunstantiis contestes
exponentes præfatos è camera , siue cubiculo ab
intus porta clausa exiisse , aliaque contigisse , ex
quibus plenè copulam carnalem inter eos fuisse pro-
batum remaner ; illa enim probatur quando vir &
mulier soli visi fuerunt cubiculum ingredi , & ex eo
post certũ tempus egredi vnus post alterum, & mu-
lier conspecta fuit cũ rubore,& inculta.Ita Mascard.
*de probat.concl.453.n.10.*Rot.*decis.69.n.2.*apud Farin.
post primum tomum suorum consil. ibi, *Tertiò quòd Dux
& Ludouica sapiùs in cubiculo sese includebant,& cateris
exclusis ibi permanebant per duas horas , & vltrà*, &c.
Centolin.*in addit.lit. C. ibi, Stare in camera clausis ia-
nuis solùm cũ sola, est vehemẽs carnalis copula signum*,&c.
Martin.Garat. *inter cons matr cons.16 n.* 6.Angel.de
Vbaldis *cons.44.n.33.vol.1.*Rot.*decis 95.n.8. cum seqq.
part. 1. diuers.* [illegible]
5 Vlteriùs adsunt tot taliaque adminicula & conie-
cturæ ad carnalem copulam probandam, de quibus
infrà , vt luce meridiana clarior probatio fiat , quòd
illa interuenerit inter huiusmodi exponentes ante
obtentã dispensationem. Cùm enim copula carnalis
sit difficilis probationis , Menoch. *de præsumpt.lib 4.
præs.41.n.2 & de arbitr.lib.2. casu 116.n.13.* Polydor.
Ripa *in tract.de nocturno tempore c 36 n 2* Mascard. *de
probat.concl.57.n.3.*D.Barbosa *in l.2.in princ.p.1.n.78.
vers.Item adulterium,ff.soluto matr.* Farin. *in praxi cri-*
6 *min.q.136 n.4* Seraph.*dec.893.n 7.* † Imò dicatur im-
possibilis probationis,si de vera copulæ agatur pro-
batione,ex quo ad eam solent quæri latebræ, Lap.*al-
leg.53.n 2.*Cardin.*in c.præterea,post med.vers.solutio re-
gulariter,de testib* Deci *cons.577 ante n.3.*Rot.*decis.95.*
7 *n.16.p 2.diuers* † Et verè,directè,& concludenter pro-
bari, vt ex Purpur. & aliis tradit Mascard. *d.concl.57.
n.3.in princ.*Camill.Borel *in sum.dec.p.3 tit.1.de matr.*
8 *n.944.*Rot.*d.dec.95.n 12* † Ideò ex pluribus præsum-
ptionibus & adminiculis simul iunctis probari solet,
*l.2.§.etas,ff de excus.tut.l.ex comminur.ff ad SC. Syllan.c.
litteras,c. tertio loco, de probat.* Pulyd. Ripa *d.c.36.n.4.*
Menoch.*de præsumpt lib.5.præs.4 .ex n.1.* Mascard.*de
probat.concl.* 338 *per tot.*Seraph.*decis.893 n.7.*Sanch.
de matrim.lib.10 disp. 12. n 40. Farin.*d.q.136.ex n.1.*
Camill.Borrel.*d.p.1.tit.1.n.945.* D. Noguerol. post
9 hæc scripta à me visus *d.alleg. 24. n. 118.* † Et in his,
quæ sunt difficilis probationis , præsumptiua proba-
tio habetur pro vera,& concludenti, Mascard. *concl.
57.n.4.& concl 810.n.1.*Farin *d.q.136 n.4.in fin.*In no-
stro casu hæc quæ sequuntur concurrunt adminicula.
Primum est iam dictum de mansione in camera 10
clausis ianuis ab intus,solus cum sola,*c.litteras,de præ
sump.*ibi,*secretis locis*,&c.& ibi Host.*n.1.*& Anchar.*n.
3.*Imola *in c.tertio loco,in fine vers in glos.pen.de probat*
vbi aduertit,dum textus ille dicit,solus cum sola,nu-
dus cum nuda, non requiri vtrumque copulatiue,
cùm ex quolibet præsumptio & coniectura formari
possit,Ioan.de Amicis *cons.127.n.33.* Riminald. *cons.
274.n.51* pract.Conradi *ad rub. de adultor n. 3. vers.
idem si viderunt solum cum sola locis secretis* , Mascard.
concl.312.n.20.& concl.451.num.16.& concl.810.n 11.
Menoch.*de præsumpt lib 3.præs.4 .n.12.* Bossi.*in praxi
tit.de opposit contra testes n.96.* vbi dicit quòd quando
sunt ianuæ apertæ excluditur copulæ præsumptio,
Seraph.*decis.893.n.19* Ciaccius *post tract de defens reo-
rum cons.2.n.53.& 54 & cons.3.n.46.& 47.*D.Nogue-
rol post hæc scripta visus *alleg.Iuris tom.1. alleg.24.n.
112.* vbi *n.115.* subdit quòd vt copula probetur, re-
quiritur quòd testes dicant nudum cum nuda in lecto
iacuisse maximè cõcurrentibus aliis coniecturis,pro-
ut infrà,in quibus terminis de plano procedit admi-
niculum hoc,ex Sanch.*de matr lib.10.disp.13.q.3.n.45.*
Secundum oritur ex vociferatione & clamore mu- 11
lieris stupratæ,Mascard. *de probat concl 1409.num.27.*
Bajard.ad Clar.*§ stuprum n.8* Farin.*d q.147.n.150.*
Tertium ex donis & muneribus , cum quibus in 12
manibus mulier lachrymando è cubiculo exiit, Hip-
pol.Rimin. *cons.274. n.9. & n.18.cum seqq* Bertazol.
cons.273.n.12.in fine,& n.13.lib.2.
Quartum, quia sanguis repertus fuit in eius inte- 13
rula, qui signum est stupri cõmissi,vt colligitur *Deu-
teron c.22.n.7.*ibi, *Hac sunt signa virginitatis filia mea,
expandent vestimentum corã senioribus ciuitatis.*Frãcisc.
Valles *de sacra Philosophia c. 25* ibi, *Ergo vbi primum
cum viro coisset,non erat præter naturam lintea contẽpla-
ri, atque vbi sanguine essent infecta,velut virginitatis in-
dicia asseruari*,&c.Paul.Zachias,qui multos allegat ex
suis *in quæst medicolegalib lib.4.tit.1.q.1.n.10.*Pet.Andr.
Cannonet.*in primum Hippocratis Aphorismorũ librum
pag 412.n.12.& pag.413.*ibi, *Apud Hispanos quoque ad-
modum vulgare est sponsis eas soluta virginitatis liuras
sanguinis in linteo à primo concubitu obseruare*,&c. *Tor-
reblanca de magia,seu in epitome delictor,lib. 2. c.29.n.6.
& 7* ibi, *Quæ esse pannum, vel camisam sanguine madi-
dam omnes Orthodoxi Patres fatentur*, Mascard. *de pro-
bat cons.1313 n.6.*Pacian. *in simili tract. lib.2.c.2.n.58.*
Menoch.*de præsumpt.lib 6 præs 89.n.12.*Farin.*in praxi
crimin.q.147.n.148.*Seraph.*decis.893.n.4.*
Quintum ex publica voce & fama viciniæ,ex qua 14
probari copulam testantur Alban.*cons. 26.col 4.* Mas-
card.*de probat.concl.810.n.19.*Quibus non contradicit
Rot.*d.dec 69.n.12.*apud Farin.*post primum tomum suo-
rum consilior* dum decidit testes nihil probare,licèt di-
cant fuisse publicam vocem in domo quòd tunc Dox
habuisset rem cum Ludouica , quia hæc fama non
habuit ortum à signis concludentibus,& adminicu-
lis, vt ipsa Rota declarat.
Sextum ex depositione iurata Lauræ,in qua affir- 15
mauit fuisse à Francisco stupratam,ac carnaliter co-
gnitam, Palat.Rube.*in repet.c.per vestras, de donat.in-
ter virum & vxor § 43.n.7.*& per Rot *d decis.69.n 5.*
vbi *n.6.*id sine dubio procedere [illegible] . quia Laura illo
tempore ex illa sua declaratione nullam vtilitatem
sibi obuenturam sperabat.
Septimum ex confessione ipsius Laurent. diuersis 16
personis facta, ex qua probari copulam censuit Rota
*coram Seraph decis.893. n. 6. & 28.*maximè stantibus
aliis

aliis coniecturis, vt firmauit eadem Rota decis. 95.
num. 3. part. 2. diuers. quia copula carnalis, & adulte-
rium probatur etiam per testes de auditu à partibus,
prout videtur de mente. glos. verb. conscios in cap.
præterea, de testib. Hippol. Rimin. cons. 274. num. 34.
& seq. Hect. Æmil. in tract. de testibus, verb. Testis
adulterium num. 47. & hoc in nostro casu tanto me-
liùs procedit, quia in eo agitur ciuiliter ad annul-
landum matrimonium, non verò criminaliter ad
pœnam.

17 Octauum ex confessione viri, dicentis se cogno-
uisse carnaliter Lauram, per text. in cap. quod autem
interrogasti 27. quæst. 2. & in cap. continebatur, de de-
sponsat. impub. resoluunt Deci. consil. 577. num. 9.
vers. tertiò principaliter, Paris. consil. 160. sub num. 23.
lib. 4. Hippol. Rimin. consil. 274. num. 34. Card. Man-
tic. decis. 371. num. 5. Camill. Borrel. d. part. 3. tit. 1.
num. 947. Rota d. decis. 69. num. 2. in princ. post tom. cons.
Farin. & in propriis nostris terminis eadem Rota
decis. 72. num. 1. in fine tom. 2. criminalium consil. Farin.
ibi. An constaret de copula Antonij cum eisdem, super
quo causa sæpius proposita tandem in hac positione fuit per
Doctores resolutum constare de copula Antony cum Ca-
therina, quam in primis probabat confessio propria earun-
dem Antony & Catherinæ, &c.

18 Nonum, ex occultatione Lauræ ne à matronis
visitaretur, an deflorata esset, necne, vt multis te-
stibus probatur, quæ enim occultè & clandestinè
fiunt, suspicione non carent, l. 1. §. si omnes. vers.
tria lumina ff. de ventre insp. Menoch. de præsumpt. lib. 4.
præs. 12. num. 7. Mascard. de probat. concl. 815. num. 33.
19 Et celare ac occultare magnam inducit, pro delicto,
quod prætenditur commissum, suspicionem, arg.
glos. verb. testamentum in fine vers. item nota, in l. eum,
20 qui. C. ad leg. Cornel. de falsis, vbi quòd sic committit
falsum, qui celat, sicut qui fecit, iunctis traditis
per Farin. de falsitate quæst. 150. num. 154. nam malè
agens odit lucem, Menoch. de arbitr. casu 224. num. 1.
Surd. cons. 232. num. 24.

21 Decimum, quia matronæ deputatæ ad dictam
inspectionem fuerunt pecunia corruptæ, vt affir-
marent Lauram non fuisse defloratam, & suam virgi-
nitatem habere, testis enim corruptus promissione,
pecunia, vel alia re in dubio falsum dixisse præsu-
mitur, etiam quod non probetur quod falsum dixe-
rit, Suar. in thesauro recept. sentent. lit. T. num. 253.
Farin. in praxi crimin. p. 2. de testib. quæst. 67. num. 237.
vbi subdit fidem huic testi tolli ex hac sola præsum-
ptione receptionis pecuniarum.

22 Vndecimum, quia Franciscus dum de stupro ac-
cusaretur, timens valde pro cassatione querelæ do-
nis, & fauoribus instabat conscientiæ suæ stimulis
prouocatus. Conscientia enim est dictamen ratio-
nis, & cognitio sui proprij cordis ex Baldo refert
Arnoldus de Reiger in thesauro Iuris verb. Conscien-
tia num. 7. extat ad id text. in cap. innotuit 20. de elect.
23 vbi Doctores, & semper arguit hominem bene &
malè actorum, Arnold. de Reiger d. loco num. 9. Pul-
cherrimè Petr. Gregor. Tholosan. in commen. ad
Prolegom. syntaxis artis mirabilis cap. 10. pag. mihi 70.
in princip. ibi. Gerimus etiam continuum natum nobis
omnium pædagogum, qui nos ad scientiæ notitiam peruigili sti-
mulo accendit etiam inuitos, & naturaliter; is est con-
scientia, quæ, vt verè aureus Chrysostomus scribit, tom. 1.
homil. 7. in Genesim, incorruptus iudex cùm aduersus ho-
minem insurgit, clamat, accusat, & ostendit. Digna
sunt scitu & magna consideratione verba Thalasij
Monachi in Hecatontade 1. de charitate, quæ refert
Petr. Gregor. vbi suprà. Magistra vera conscientia est,
quam si quis consultauerit, absque scrupuli offendiculo per-
manet. Iuuat maximè cap. in cunctis 11. quæst. 3. ibi. 24
Quem enim conscientia defendit, liber est inter accusa-
tiones, & liber sine accusatione esse non potest, si sola,
quæ interiùs addicit, conscientia accuset. latè Ioan. Mon-
tholon. in promptuario diuini Iuris, & vtriusque huma-
ni, verb. Conscius fol. 92. lit. E.

Duodecimum, & vltimum oritur ex his admini- 25
culis, & coniecturis simul iunctis, quæ ex vnifor-
mitate, & cohærentia inter se indubitabilem hanc
faciunt probationem, vt latè prosequitur Farin. d.
quæst. 136. num. 107. quia licèt singula non suffice-
rent, omnia tamen simul iuncta sufficiunt, iuxta
vulgare Axioma, Singula quæ non prosunt, multa
collecta iuuant, de quo in l. spadonem. §. qui iura. ff. de
excusat. tutor. l. rationes, & l. instrumenta. C. de pro-
bat. cum aliis adductis per me de Axiom. iuris vsu-
freq. Axiom. 209. num. 1. quod sine difficultate pro-
cedit vbicunque agitur de re difficilis probationis,
vt in nostro casu, Alex. consil. 115. num. 9. cum seqq.
lib. 4. Card. Tusch. pract. conclus. lit. S. conclus. 276.
num. 15.

Nonobstant quæ ex aduerso obiiciuntur, & ad 26
primum de confessione per dictæ Lauræ curatorem
ad litem facta de stupro non commisso, & de copula
non habita, respondetur dictum curatorem ad litem
non posse ex sua confessione principali præiudicare,
confessio enim tutoris pupillo non nocet, vt in con-
fessione de recepto tradit Bart. in l. Lucius. §. tutela.
ff. de administ. tutor. cum aliis per Alexand. consil. 86.
num. 9. lib. 2. & consil. 176. num. 3. lib. 6. & consil. 132.
num. 6. lib. 4. Marc. Anton. Eugen. consil. 95. num. 55.
Tiraquel. de retract. conuent. gloss. 6. §. 4. num. 10. cum
seqq. Rota decis. 714. num. 2. part. 1. in posthumis Farin.
Galgan. de tutel. lib. 3. quæst. 46. num. 21. addens ta-
men quòd quando, confessio tutoris, vel curatoris
minori præiudicat, id intelligitur in materia, quæ,
ex illius facto consistit, & nihilominus minor potest
probare contrarium, Deci. cons. 146. num. 15. Et tan-
to magis procedit nostra resolutio, quia curatoris
confessio ab eo sponte facta fuit, quo casu minori
præiudicare non potest, nisi concurrant adminicu-
la, ex adductis per Rot. decis. 359. num. 2. part. 1. in
posthumis Farin.

Et licèt huiusmodi confessio facta fuisset in iudi- 27
cio per viam contentiosæ iurisdictionis, quo solùm
casu poterat minori præiudicare; adhuc præiudi-
cium huiusmodi in consideratione tamen habẽdum
erat quousque de errore non doceretur, ex Bart. in
l. certum. §. sed an & ipsos num. 1. in fine, & num. 2. vers.
vt confiteantur, vbi Cuman. num. 2. in fine, & num. 3.
vers. sed nunquid. ff. de confessis, Abb. in cap. ex par-
te num. 19. vers. aut confitemur per viam contentiosæ iu-
risdictionis, eod. tit. Rota d. decis. 359. num. 3. Con-
stat autem assertam confessionem erroneam fuisse,
ac proinde Lauræ in nihilo præiudicare posse, vt
declarant Farin. in praxi crimin. quæst. 81. num. 43. Ro-
ta decis. 242. num. 8. in fine part. 1. in posthum. Farin. ibi,
Demum causa illa possessoris ab Ascanio expressa vti erro-
nea, neque ipsi, neque eius heredibus detecto errore præiudi-
caret, l. si post diuisionem, C. de iuris & facti ignor. l. non
probatur. ff. de confess. Ias. in l. 1. & 2. vers. tertiò subtilius.
C. de errore calculi, &c. eadem Rota decis. 94. num. 8.
part. 2. etiam in posthumis Farin. Et tanto magis, quia 28
confessio debet interpretari, vt quanto minus præ-
iudicet confitenti, l. si quis intentione ff. de iudic. Bart.
in l. inter stipulantem §. 1. num. 6. ff. de verb. oblig. Ro-
man. cons. 45. num. 4. & 6. Mohedan. decis. 2. de re-
stit. spoliat. Rota decis. 538. num. 3. part. 1. in posthu-
mis Farin.

Ad secundum de condonatione veniæ, quam ex 29

Iudicis mandato & licentia Francisco impertira fuit
Laura, asserendo se ab eo deflutatam non fuisse, re-
spondetur id euenisse in querela iactantriæ, & sie in
causa eriminali, quam contra dictum Franciscum
eadem Laura intentauerat, in qua oihil de stu-
pro actum est, vnde inducta ad illum finem, non de-
bent oppusitum, vel quid aliud operari. *l. legata in-
utiliter. ff. de adimend. legat.* Menoch. *cons.* 151. *num.* 30.
& consil. 170. *num.* 11. *& consil.* 362. *num.* 34. Octau.
30 Glorit. *resp.* 1. *part.* 3. *num.* 39. Et confessio facta in
vno iudicio ad vnum finem, potest reuocari in alio
ad alium finem proposito, Surd. *consil* 311. *num.* 69.
31 & multo magis in hac asserta renunciatione litis,
quæ est stricti iuris, *l. quicquid adstringenda. ff de
verb. obligat.* Hieron. Gabi. *consil.* 60. *num* 6. *vol.* 1.
Bec. *consil.* 111. *num.* 31. Riinin. iun. *consil.* 104. *n.* 79.
32 & debet intelligi vt quanto minus dicatur renun-
tiatum, *l. si domus, & ibi gloss. ff. de seruit. vrb. præd.*
Grat. *consil.* 17. *num* 4. *lib.* 1. Curt. iun. *cons.* 23. *num.* 1.
Bec. *d. consil.* 111. *num.* 31. Et quicquid sit, licèt Laura
condonasset, vel veniam daret Franciseo, renun-
tiando dictæ querelæ, ex falsa causa, hodie tamen
comperta veritate beoe poterit totum reuocare,
33 nam qui liti renuntiauit, potest veritate comperta
reuocare renunriationem, Aretin. *in l. postquam liti
col. fin. C. de pactis*, vbi Dec. *num.* 7. Surd. *d. consil.* 311.
num. 68.

34 Ad tertium de sententia, qua absolutus fuit Fran-
ciscus à querela dictæ Lauræ, respondetur id euenis-
se, quia eadem Laura renuntiauit, vt suprà dixi, dictæ
querelæ, & cùm virtute erroneæ renunciationis, &
confessionis emanauerit dicta sententia, illa quo-
que erronea ac proinde nulla debet censeri, ex vul-
gari regula quod fundamento destructo corruit ædi-
ficium, *l. nam origo. ff quod vi, aut clam l. egi to. um.
ff de except. rei indic. cap. cùm Paulus 1. quæst.* 1. Card.
Tusch. *pract. conclus. tom.* 4. *lit. F. concl.* 533. cum aliis
per me citatis *de Axiom. Iuris vsufrequ. Axiom.* 103.
Deinde in illo iudicio criminali prætendebatur pro-
bari stuprum, vt condignis pœnis puniretur stu-
prator, & sic veritas tunc occultabatur, vt pœna
euitaretur, modo ad alium finem, videlicet, ad di-
spensationis nullitatem copula probari intenditur,
quare res iudicata ad absoluendum, non debet tra-
hi, nec allegari in hoc iudicio, in quo exactiur pro-
batio requiritur, quia agitur de validitate matrimo-
35 nij contracti; sententia enim nun nocet in aliu iu-
dicio ad alium finem instituto, expresè Brun. *con-
sil.* 127. *vers. quòd si duodecimam*, Surd. *consil.* 311.
36 *num.* 67. *ante vers. quarto respondetur*; quia verba sen-
tentiæ ita veniunt intelligenda ne vllam patiantur
extensionem, cum illa sit stricti iuris, Ruio. *con-
sil.* 116. *num.* 6. *lib.* 4. Paris. *cons.* 111. *num* 3. *lib.* 1. Aym.
cons. 188. *num.* 6. Surd. *cons.* 189 *num.* 37. Marc. An-
ton. de Amatis *Ferrarien. decis.* 49. *num.* 3. Rolaod.
37 *cons.* 79. *num.* 13. *lib.* 4. Quare vulgo dicitur senten-
tias non comprehendere nisi tantum in illis scri-
ptum, & earum verba intelligenda sicut sonant, ex
text. *in l. Diui fratres. ff. de liber. causa. l. si à te ff. de ex-
cept. rei indic.* Valenzuel. post multos *cons.* 86. *n.* 45.
tom. 1. Vincent. de Franchis *decis.* 172. *num.* 8 nec in-
38 eludere, aut probare plusquam de necessitate infer-
tur, *l. si quis à liberis. §. vel si parens. ff. de liberis agnosc.*
Surd. *decis.* 261. *num.* 6. Valenzuel. *d. consil.* 86.
39 *num* 47. *&* 52. Et semper ex illa tantùm causa pro-
nunriatum intelligitur, quæ fuit in petitorio dedu-
cta. gloss. *in l. si quis ff. de except. rei indic.* Surd. *con-
40 sil.* 311. *num.* 16. *lib.* 3. semperque venit interpretatio
facieoda, per quam sententia minus præiudicer.
Aym. *cons.* 188. *num.* 8. *vers. rursus interpretari*, Al-
ber. *consil.* 7. *in fine lib.* 1. Et maximè, quia sententia
lata fuit eo quòd ex parte Lauræ nihil in illo iudicio 41
probatum extitit, sed omnia supposita, & affectara,
ac proiode exceptionem rei iudicatæ operari non
potest, vt resoluit Surd. *dicto cons.* 189. *num.* 39. *&* 40.
ibi, *& in dubio sententia videtur lata, quia non fuerit
probatum*, Bart. *in l. Iulianus num.* 34. *ff. de condict. in-
deb. & in l.* 2. *§.* 1. *num.* 3. *ff. de vi bonorum raptor.* Socio.
cons. 99. *num.* 4. *vol.* 1. *& in cons.* 264. *num.* 15. *vol.* 2.
Ruin. *consil.* 161. *num* 17. *vol.* 4. *& quando lata est sen-
tentia ob defectum probationis, tunc non parit exceptionem
rei iudicatæ etiam inter easdem personas*, Dyn. *in cap.
nullus pluribus, de regul. Iuris in* 6. &c.

Ad quartum de examine matronatum affirman- 42
tium Lauram non fuisse nec esse defluratam, respon-
detur in facto esse indubitatum, & multis probari
ex parte Francisci pecunia corruptas fuisse matronas,
vt stuprum Lauræ tacerent, & illam virginem ad-
huc extare affirmarent, ex quo infertur ad nullita-
tem declarationis; testis enim corruptus promissio-
ne, peeunia, vel alia re, non probat, Monticel. *in
repertor. testium, tit. Impugnatur testis, quia corruptus,
fol.* 239. *& seq.* Cephal. *cons.* 233. *num.* 1. *lib.* 3. Mascard.
de probat. concl. 454. *num.* 1. *& concl.* 1358. *num.* 1. latè
Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *tit. de opposit. contra di-
cta testium quæst.* 67. *num.* 236. nam præsumitur in 43
dubio falsum dixisse, etiam quòd non probetur
quòd falsum dixerit, Abb. *in cap* 1. *num.* 2. *ad fin. vers.
& nota quod alio non probato*, vbi Deci. *num.* 7. *vers.
in dubio autem, de testib.* Bossi. *in tit. de opposit. contra
testes num.* 148. *in fine, & num.* 149. *prope fin. vers. &
in dubio præsumitur falsum dixisse*, Suarez de Ribera
in thesauro recept. sentent. lit. T. num. 253. Farin. *d.
quæst.* 67. *num.* 237.

Et quatenus vera declarassent dictæ matronæ, 44
adhuc dubitari potest an falli possent, quod dubium
pendet à resolutione quæstionis illius satis apud no-
stros, & Medicos controuersæ, an virginitatis par-
ticulare signum vulgo dictum *hymen*, in mulieribus
sit, quod cognosci, & cerni possit? Multi affirmant,
alij negant, quorum plures refert Andreas Ca-
nonherius *in septem libros Aphorismorum Hippocratis
vol* 1. *lib.* 1. *pag* 414. per multos numeros, & Paul. Za-
chias *in quæst. medicolegal. lib.* 4. *tit.* 2. *de Virginit. &
stupro quæst.* 2.

Sed verius videtur nulla esse certa virginitatis, 45
aut deflorationis signa, vt resoluunt Sanchez *de ma-
trim. lib.* 7. *disp.* 14. *num.* 1. ibi, *Atque ita claustrum
seu signaculum virgineum non esse partem aliquam carnis,
seu membranam, sed quandam quasi complicationem par-
tium ipsius orificij vasis fœminei, quæ per viri accessum
dilatantur, & sic aperitur, & patefit vas, & hoc est
verissimum, id. attestantibus peritissimis Medicis con-
sultis*, &c. & eod. *lib.* 7. *disp.* 113. *num.* 10. vbi post Fra-
gosum *in sua chirurgia vniuersali tract.* 2. *de las decla-
raciones tit. para conocer la virgindad en la muger*, re-
fert fallax signum esse illod de tela apposita in col-
lo matricis, obstante oe digitus immissus penetrare
intrò possit, quæ in primo contra disrumpitur, ad-
ditque ex eodem Fragoso eam telam vix vnam ex
millibus habere, & allegat Realdum affirmantem
solom in duabus virginibus se illam inuenisse. Idem
tenent Cuiac. *lib.* 17. *obseruat.* 20. Valles. *de sacra Phi-
losophia cap.* 15. Torreblaoca *lib.* 2. *de magia cap.* 19.
num. 10. Ioan. Baptista Larrea *in decisionibus Grana-
tens. decis.* 3. *num.* 7. Paul. Zachi. *d. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 1.
num 14. Henriq. Kornmannus *in tract. de virginit.
cap.* 30. *ad fin.* vbi ita concludit. *Verùm Ambrosius
Pareus Regius ille Galliæ chirurgus tanquam fabulam
& figmentum, quicquid veteres de hymene cantarunt,
reijcit*,

reijcit, cùm ipse in tot Virginum, & puellarum anatomiis nullum inuenerit, sanguinisque profusionem in primo concubitu, ex angustia & fistione tenuium venarum oriri, &c. *Capiuaccius cap. 4. pranot. vlt.*

46 Ex quo fit quòd cùm virginitas sit complicatio quædam vasis fœminei, si contingat quòd puella nouem, aut decem annorum semel, aut bis carna-
47 liter cognoscatur, & debine à coitu abstinuerit, illa destructio panniculorum, & caruncularum simul cohærentium proculdubio ita reuniuntur, & integritati pristinæ restituuntur, vt ampliùs cognosci non possit quòd deflorata extiterit. Ita Seuerinus Pinæ. *in opusculo Physiologo anatomico lib. 1. cap. 5.* ibi, *sic venere ab ijs, qua corrupta fuerant, atque semel, aut bis tantùm coierunt longè valere iussa, quia accidit quies partium suarum, quadam ab inuicem recenter soluta parum dissideant, eadem proculdubio reuniuntur, & integritati pristina restituuntur, itaut grauida esse possit, cui etiam virginitatis nota iterum appareant. Ista autem, qua diximus de his, qua menstruum patiebantur, dum deflorata fuerunt, & alij quoque dicere possumus; idem enim his, atque illis accidere potest, dummodo à venere, & coitu abstineant*, &c. citat Andr. Caoonherius *d. vol. 1. lib. 1. pag. 413. num. 2.* optimè Paul. Zacbi. *d. lib. 4. tit. 2. quæst. 3. num. 4. & 5.* ibi, *licèt enim in primo congressu facta fuerit violatio, & destructio panniculorum, & caruncularum simul cohærentium, & ipsorummet laterum vteri, tamen si debinc à coitu abstinuerit mulier, adeò inuicem, temporis spatio denuo cohærescunt, ipso quoque sanguine, qui in primo concubitu emanauit, mediante, vt maiorem inter dum angustiam præseferant, quàm ante amissam virginitatem faceret, quod adnotabat etiam Seuerinus Pinaus de notis virginitatis lib. 1. cap. 4. itaut hinc inducat ille, posse etiam in muliere, qua grauida sit, conspicuas virginitatis notas apparere*, &c. Ca-
48 piuaccius *d. pranot. vlt.* affirmat nulla esse certa virginitatis, aut deflorationis signa, & deflorationem natura tegi, aut arte occultari, vt etiam periti medici, & obstetrices fallantur; quare Deci. *consil. 368. num. 3. vol. 2.* & alij illum sequentes, attestantur obstetricibus corruptam virginem dicentibus credi magis deberi, quàm negantibus.

49 Ex his fortè Aonæus Robertus *lib. 9. rerum indicatar. cap. 10.* obstetricum iudicium fallax esse credit, cùm vix possint de fœminæ virginitate infallibiliter deponere, nam cùm illæ partes abinuicem recenter solutæ per primum, vel secundum coitum, possint inter se reuniri, vt suprà vidimus, necnon defloratio sic natura tegi, aut arte occultari valeat, difficillimum putat, matronas quid certum deponere posse, & ob id interpretandum dicit locum il-
50 lum *Prouerbior. cap. 40. num. 18. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignore, viam Aquila in cælo, viam colubri super terram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia.* legendo cum Hebræo, *in adolescentula*, vt ex eius verbis patet ibi, *In muliere, aut puella nullum esse potest visitationis effectum, siquidem viam viri in adolescentula, vt ait Sapiens, & Priapi venerea claustra ingressi notas, & indicia, non minus difficile est deprehendere, quam auis præterulantis vestigia in aere, aut nauis mare secantis notas in aquis signare*, &c. sic legit P. Ioannes de Mariana; *in virgine, aut in puella*, & subiongit, *sic quidam in vulgata legunt, in adolescentula.* Idem secundùm Hebræum sentit Emman. Sà, latiùs Cotnel. Iansen. *in d. cap. 30. Prouerb.* sic dicens. *Prima iuxta litteram in adolescentula ex Hebrais, vt rigorosius, & probabilius, apparet autem per viam viri in adolescentula, vel virgine significari congressum viri cum puella, vt significetur eius non relinqui vestigium, sicut non relinquitur auis in cælo volantis, vel colubri super petram se mouentis, & nauis in mari*, &c. deinde probat loqui litteram de tali congressu ex adiunctis in textu, ibi, *Talis est via mulieris adultera*, id est, vt explicat Emmanuel Sà, & dixerat P. Ioannes de Mariana, non solùm virgines occultant dedecus, sed & adulteræ.

Ad quintum, & vltimum de declaratione facta 51 olim per dictam Lauram extraiudicialiter & coram matronis, quòd non esset deflorata, respondetur id gratis & extraiudicialiter dictum fuisse, vt matronarum inspectionem effugeret, vnde tali confessioni fidem habendam non esse videntur probare Beroard. *reg. 125. in princip.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 331.* Mascard. *de probat. conclus. 497. num. 1. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 82. num. 1. cum seqq.* nam modò detecta veritate standum est illi, quamuis falsis testibus, vel erronea confessione contrarium fuerit probatum, vt docet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 21. num. 33.* Confessio enim vti contraria veri- 52 tati nihil valeret. Augus. ab Angel. *de malefic. in verb. comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum num. 15.* Mascard. *de probat. concl. 384. num. 1.* plures refert & sequitur Farinac. *d. quæst. 81. num. 21.* non enim veritas rei mutari potest per nostrum affirma- 53 re vel negare, *l. cum falsa. C. de iuris & facti ignor.* Menocb. *de arbitr. casu 336. num. 29. & de præsumpt. lib. 3. præs. 123. num. 9.* Accedit quòd Laura vi & metu 54 compulsa fuit ad sic confitendum, vnde ei talis confessio nocere non potest, *cap. si quando & seq. 15. quæst. 6.* Sebast. Medices *de casibus fortuitis part. 1. quæst. 7. num. 26.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. verb. metus concl. 216. num. 16.* Fatin. *fragm. crimin. part. 2. lit. M. num. 38.*

Respondetur deinde confessionem à Laura mino- 55 re factam sine curatoris interuentu valere non posse. *l. clarum C. de auctor præst. l. non vniuersis. C. qui interdare poss.* Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 1. num. 64.* Sforr. Odd. *de in integ. restit. part. 2. quæst. 65. num. 13. in 2. casu vers. aut verò habet tutorem*, Farin. *in d. praxi quæst. 81. num. 351.* tum etiam, quia confessio hu- 55 iusmodi facta in iudicio criminali dum agebatur de puniendo Francisco propter stuprum, non nocet in alio ciuili ad annullandum matrimonium, instituto ad alium finem, Curt. *cons. 41. num. 15.* quem refert Surd. *cons. 311. num. 67. ante vers. quartò respondetur*, Rota apud Fatin. *in decisionib. nouiter nouissimus decis. 276. num. 7.* ibi. *Tertiò confessio fuit facta de re non deducta in illo iudicio, quo casu non praiudicat ad alium effectum*, &c. Et confessio facta in vno iudicio ad vnum finem, potest reuocari in alio ad alium finem proposito, Surd. *d. consil. 311. num. 70.*

Probata igitur copula, nunc videndum, an de 57 ea in dispensatione necessarium fuerit facere mentionem, itaut ea non facta dispensatio sit subreptitia? Vna opinio tenuit non esse subreptitiam, cuius sectatores refero *in meis collect. ad cap. super eo, num. 12. de condit. oppos.* Verùm magis communis, & verior sententia est illorum, qui tenent impetrationem dispensationis super impedimento matrimonij intra gradum prohibitum, nulla facta mentione antecedentis copulæ incestuosæ subreptitiam esse; quam expressè sequuntur & tuentur infrà citandi, videlicet,

Petrus Andr. Gambar. *de auctoritate Legati à latere lib. 7. tit. de dispensat. Legati circa matrimonia, num. 49.* vbi tenet dispensationem tacito præcedente coitu esse subreptitiam.

Franciscus Sarmiento *select. Iuris interpret. lib. 1. cap. 9. num. 3.* vbi dicit quòd in dispensatione opus est facere mentionem de incestu, quia incestuosus

O 2 prohibetur

prohibetur matrimonium contrahere, &c.

Melchior Gallego *in tract. de cognat spirituali, cap.* 14. *num.* 3. *cum seqq.* vbi testatur Romæ in prætoriis, & in summa Pœnitentiaria, & Dataria copulam carnalem habitam exprimi consueuisse vel in eadem supplicatione dispensationis, quando incestus est publicus, vel in alia occulta facta vtriusque impedimenti mentione quando est secretus.

Petrus Ochagauia *de sacrament. tract.* 4. *de matrim. quæst.* 11. *num.* 4. vbi dicit non valere dispensationem non facta mentione de incestu.

Petrus de Ledesma *de matrim. quæst.* 65. *art. vlt. dub.* 2. *diffic.* 2. *concl.* 2. *&* 4. *& in sum. Sacramentor. c.* 27. *circa primam conclus. dubit.* 3. *&* 4. vbi tuetur hanc partem, & attestatur rem esse certam ob declarationem Cardinalium.

Ioannes Gutierres *canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 15. *per tot.* vbi tenet quòd copula interueniens ante impetratam dispensationem à summo Pont. inter consanguineos, vel affines ad contrahendum matrimonium commissam Ordinario loci, vitiat dispensationem si de illa nulla facta fuerit mentio.

Marcus Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 25. *num.* 4. resoluens non valere dispensationem non facta mentione de incestu.

Thomas Zerol. *in praxi Episcopali part.* 1. *verb. dispensatio ad* 4. *vers. tertio*, vbi dicit non valere dispensationem, suppresso seu tacito, aut non narrato incestu.

Aloysius Riccius *in decis. Curiæ Archiep. Neapolit. part.* 4. *decis.* 308. vbi affirmat secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum.

Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 15. *num.* 3. vbi refert dispensationem subreptitiam esse tacita copula iuxta veriorem sententiam, *& lib.* 8. *disp.* 25. *num.* 8. vbi multis comprobat reddi dispensationem subreptitiam tacito incestu inter consanguineos, vel affines volentes matrimonio copulari, siue is contigerit ante Pontificis dispensationem, siue post, antequam Ordinarius illam expediat.

Nicolaus Garcia *de benefic. tom.* 2. *part.* 8. *cap.* 3. *num.* 32. vbi probat dispensationem matrimonialem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis non facta mentione de copula inter impetrantes habita, esse subreptitiam, & nullam.

Paul. Comitolus *responsor. moralium lib.* 1. *quæst.* 104. vbi hoc idem resoluit, & probat.

Robertus Cardinalis Bellarminus *in nouis declarationib. ad Decreta Concilij Trid. sess.* 24. *de reformat. matrim. cap.* 5. *in declarat. pag.* 358. vbi dicit quòd si committens incestum obtinuerit dispensationem non facta mentione copulæ, talis dispensatio est obreptitia.

Ferdinandus Rebellus *de obligat. Instit. part.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 5. *num.* 24. vbi affirmat non valere dispensationem si reticeatur copula habita ante confectionem litterarum Apostolicarum.

Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *num.* 200. *vers. simulque*, vbi ait quòd si consanguinitate, aut affinitate in gradu prohibito coniuncti volentes contrahere coierint, debent exprimere suum illum incestum.

Paulus Laymann *in Theologia morali lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 18. dicens impetrationem dispensationis super impedimento matrimonij intra gradum prohibitum, nulla facta mentione antecedentis copulæ incestuosæ subreptitiam esse, iuxta probabiliorem sententiam.

Vincentius Filliucius *in quæstionibus moralibus tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 336. vbi resoluit copulam in dispensationibus consanguinitatis & affinitatis esse exprimendam, quando copula contingit ante dispensationem Papæ.

Martinus Bonacina *in tract. de legibus disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 5. *num.* 9. vbi ait inualidam esse dispensationem obtentam ad contrahendum matrimonium cum consanguineo, vel affine tacito incestu, idest, copula inter affines, vel consanguineos habita.

Homobonus de Bonis *de examine ecclesiastico p.* 3. *tract.* 13. *cap.* 11. *quæs.* 24. vbi resoluit huiusmodi dispensationis impetrationem esse subreptitiam.

Antonius Sanctarellus *var. resolut. part.* 1. *quæst.* 52. *per tot.* vbi concludit dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis esse subreptitiam non facta mentione de copula habita inter impetrantes dispensationem.

Antonius Diana *moral. resolut. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 135. vbi refert vtramque opinionem, & tandem concludit non esse recedendum ab hac sententia in vtroque foro.

Ego ipse *in collect. ad Concil. Trid. nouiter impressis sess.* 24. *de reformat. matrim. cap.* 5. *num.* 17. post multos à me citatos teneo dispensationem super impedimento consanguinitatis & affinitatis non facta mentione copulæ habitæ inter impetrantes esse subreptitiam.

Rota Romana *decis.* 72. *num.* 1. *apud Farin. tom.* 2. *consil. crimin.* quo loci declarata fuit subreptitia quædam dispensatio non facta mentione copulæ habitæ ante illam obtentam; & sic censuisse Rotam attestantur Ioan. Gutier. *d. lib.* 1. *canon. cap.* 15. *num.* 25. & Nicol. Garcia *d. part.* 8. *cap.* 8. *num.* 72. *in fin.* Cuius 58
Tribunalis auctoritas, cæteris omnibus Doctoribus præfertur, quoniam ad eius Auditores duodecim Iuris nostri lucernas, spectat interpretari verba, & mentem Pontificis Maximi in Rescriptis, qui continuis laboribus, studiis, & vigiliis insudantes, iustitiæ cultoribus ex variis, confusisque nostrorum scribentium opinionibus, mel, & fauum, & aquam limpidissimam distillant, vide Vant. *de nullitat. tit. ex defectu iurisd. num.* 22. Mandos. *in tract. commiss. form.* 1. *in verb. Causarum Auditoribus*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 71. Matta *de Tribunal. vrbis cap.* 5. *num.* 8. vbi quod decisiones Rotæ pro lege habentur in terris Ecclesiæ subiectis, Thesaur. *in præfat. suarum decis. num.* 32. Scacc. *de iudic lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 4. vbi quòd apud omnes fere nationes pro lege habentur, Viui. *decis.* 401. *num.* 53. vbi dicit Iudices à Rotæ decisionibus recedentes esse mente obcæcatos, Surd. *consil.* 403. *à num.* 83. Mascard. *de probat. conclus.* 485 *num.* 11. Marches. *de commission. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. *pag.* 196. Melch. Lotter. *in apparatu ad suum tract. de re benefic.* Theodos. de Rubeis *in præludijs singularium Rotæ tom.* 1. *&* 2.

Sacra Congregatio Eminentissimorum & Reue- 59
rendissimorum DD. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, censuit dispensationem reddi nullam ex copula præcedente dispensationem, si de ea non fuerit facta mentio in supplicatione; quam declarationem referunt, & illius meminerunt Additio ad Nauar. *consil.* 9. *de consang. & affin. in nouis*, Quaranta *in sum. Bullarij verb. matrimoniales dispensationes num.* 13. *vers. quibus expletis*, Marc. Anton. Genuens. *d. cap.* 15. *num.* 4. Petr. de Ledesma *de magno matrimonij Sacramento quæst.* 56. *art.* 5. *concl.* 4. Zerola *d. verb. dispensatio vers. tertio si quis consummaret*, Nicol. Garc. *d. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 70. *in fine*, Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 25. *num.* 7. Rebello *d. part.* 2. *lib.* 4. *de sponsal. in declarat. S. Congreg. num.* 122. *&* 149. Hurtado *de matrim. disp.* 26. *num.* 22. Ego ipse *in collect.*

lect. Bullarij verb. dispensatio redditur nulla, pag. 276.
Quod quidem sacræ Congreg. decretum, sicut &
quæcunque alia quæ ab ea emanant, non solùm
probabilia sunt, sed etiam vim habent obligandi
in vtroque foro tam pro illis personis, ad quarum
instantiam fiunt, seu in illo casu speciali, cui Con-
gregatio respondet, quàm pro aliis vt leges gene-
rales in similibus omnibus; ita Gambar. de casibus
reseru. cap. 3. num. 6. Fr. Emman. Roder. quest. Regul.
tom. 1. quæst. 11. art. 2. & 2. Ludou. Miranda in man.
Prælat. tom. 2. quæst. 26. art. 11. Zerola in praxi Epi-
scop. part. 1. verb. Auctoritas, & part. 2. verb. Absolu-
tio, Zipæ. in analytica postremi Iuris eccles. enarrat.
in epist. ad lectorem, Narbona de appellat. à Vicario ad
Episcopum part. 1. num. 189. Cochier. de permut. bene-
fic. p. 2. cap. 30. Salas de legib. tract. 14. disp. 21. sect. 12.
Nicol. Garcia in præfat. sui tract. de benefic. Belloch.
de casibus reseruat. part. 1. quæst. 2. num. 82. nouissimè
Stephan. VVeyms in Constitutiones viginti quatuor ex
Iure antiquo desumptas, & per Concilium Trid. specia-
liter innouatas in coronide, quæ est post 24 Constitut.
vers. quantum verò attinet, latè Ego ipse de Iure eccle-
siastico vniuerso lib. 1. cap. 4. à num. 81.

60 Stylus Romanæ Curiæ obseruat, & obtinet vt
copula exprimatur, de quo oculati testes memine-
runt. Melch. Gallego d. cap. 24. num. 3 Gutier. d. lib. 1.
cap. 15. num. 13. Marc. Antonin. Genuens. d. cap 25.
num. 4. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol.
part. 3. decis. 134. num. 1. & part. 4. decis. 38. num. 5.
Filliuc. d. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 336. Bonacin.
d. tract. de legib. disp. 1. quæst. 2. puncto 5. num. 9. San-
ctarel. d. quæst. 52 num. 1. ad med. Antonin. Diana d.
part. 4. tract. 4. resol. 135. in fine, vbi dicit non esse re-
cedendum ab hac sententia in vtroque foro propter
stylum Curiæ; quos omnes, duobus primis tan-
tùm exceptis, cognoui in Romana Curia, & sic de
stylo in ea vigente bene potuerunt attestari, ac pro-
inde propter tantorum virorum auctoritatem fides
illis adhiberi debet, cùm duo sufficerent deponentes
de prædicto stylo, praxi, ac vsu in Curia Romana
obseruato, vt eis standum omnino sit, vt dicit Gu-
tier. d. lib. 1. canon. quæst. cap. 33. num. 35. Stylus au-
61 tem Curiæ facit ius, & pro lege obseruatur, cap. ex
litteris, vbi Felin. num. 4 de constitut. cap. quam graui,
de crimine falsi, Cacherao. Pedem. decis. 22. num. 7.
Alex. Raudens. Pisana decis. 6. num. 67. Stephan. Gra-
tian. Marchiæ decis. 237. num. 17. Flamin. Paris. de
resignat. tom. 2. lib. 10. quæst. 2. num. 17. Pereg. Ianuin.
de reali citat. lib. 1. cap. 1. num. 19. Nicol. Garc. de be-
nefic. part. 1. cap. 5. num. 87. Ceuall. de cognit. per viam
violent. part. 2. quæst. 125. num. 4. Camill. Borrel. in
sum. omnium decis. tom. 1. tit. 14. de consuet. num. 108.
idem Nicol. Garcia part. 8. cap. 8. num. 65. Melch.
Phœbo Lusit. decis. 42. num. 8. tom. 1. Antonin. Dia-
na in nostris terminis d. resol. 135. in fine, Philibert.
Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. part. 9. cap. 5.
num. 7. pag. 157. Mandos. ad reg. de annali quæst. 65.
sub num. 2. ad med. vers. & licet, Sanctarel. var. resolut.
tom. 1. quæst. 42. num. 9. vbi loquitur de stylo sacri Pa-
62 latij. Opiniones enim vbi sunt controuersæ, Rota
eam sequitur, quam praxis Curiæ Romanæ magis
amplectitur, vt summatur Rotæ decis. 656. num. 2.
63 apud Farin part. 2. recentior. quod quidem adeò ve-
rum est vt si Iudex contra stylum iudicare ausus fue-
rit, facit litem suam, ac si faceret, & iudicaret con-
tra legem, Ludou. Rodolphin. in tract. de brachio se-
culari num. 32. quem refero in collect. ad d. cap. ex lit-
teris num. 5. & sententia contra stylum lata esset nul-
la. l. prolatam, C. de sentent. & interlocut. Grauat. ad
Vestr. in praxi Romana Curia lib. 5. cap. 3. num. 5. Ca-
mill. Borrel. d. tit. 14 num. 107. quia à communi sty-
lo & vsu Curiæ, Breuium interpretatio sumenda 64
est, Verall. decis. 84. num. 3. & 4. part. 1. Rota de-
cis. 196. num. 2 apud Farin. part. 1. recentior. Ego ipse in
tract. de Canonicis & dignitat. cap. 13. num. 55.

Cùm ergo de stylo Curiæ Romanæ, de copula 65
habita inter consanguineos facienda sit mentio in
dispensationibus, omissio talis mentionis faciet di-
spensationem nullam, quia vbi aliqua exprimi de-
bent de stylo Curiæ, si omittantur, gratia redditur
subreptitia, & nullius valoris, Ioan. Selua de benefic.
part. 3. quæst. 72. num 51. Cassad. decis. 12. num. 14. de
prebend. Mascard. de probat. concl. 846. num. 8. Sancta-
rel. var. resolut. part. 1. quæst 50. num. 9. Gutier. Canon.
quæst. lib. 1. cap. 15. num. 12. & lib. 2 cap. 15. num. 38.
optimè Paul. Laymann in sum. Theologia moral. tom. 1.
tract 4 cap 22. num. 18. ibi, Taciturnitas qualitatis,
cuius expressionem iura, vel stylus Curiæ specialiter re-
quirunt, reddit dispensationem, & quoduis gratiæ re-
scriptum, quod ob petitionem conceditur, subreptitium,
& si constet Principem etiam expressa illa qualitate simi-
liter concessurum fuisse, &c. subreptitia enim reddi-
tur gratia ex taciturnitate eius, quod si concedens
sciuisset, vel non concessisset, vel difficiliorem ad
illam concedendam se reddidisset, Felin. in cap. super
litteris, num. 8. de rescript. Cassad. decis. 11. num. 14.
de præb. Rota decis. 418. num. 1. & decis. 506. num. 2.
part. 1. & decis. 105. & decis. 739. vbique num. 1. part. 2.
recentior. & apud Tamburin. in fine tomi 3. de iure
Abbatum decis. 121. num. 7.

In casu nostro resolutio facilius procedit, quia 66
non solùm de copula in dispensatione mentio vlla
facta non fuit, in quibus terminis loquuntur Do-
ctores supracitati, sed etiam expressè dictum fuit
quod illa non fuit sequuta, vt patet ibi, carnali ta-
men copula inter eos minimè subsequuta, cui narrationi
correspondet Pontificis dispositiua, ibi, Et si per
informationem eandem preces veritate niti repereris,
&c. Vnde ex causæ huiusmodi expressæ falsitate di-
spensatio semper vitiatur; glos. verb falsa in cap.
quia circa, de consang. & affinit. vbi Abb. num 5 Go-
zadin. cons. 51. num. 42. Menoch. cons 385 num. 31.
vers. non etiam obstat, Gutier. canon. lib. 2. cap. 15.
num. 100. nam ratio quod faciliùs Papa concederet 67
causa expressa, cessat quando contrarium fuit ex-
pressum, per ea quæ tradunt Doctores in cap. super
litteris 20. de rescript. Azeued. cons. 34. num 21. Ve-
rall. decis. 254. num. 4. part. 2. ibi, Et falsa expressio
semper vitiat etiamsi concedens esset concessurus sine ex-
pressione illius falsitatis, &c. Gutier. canon. lib. 2.
cap. 15. num. 98. ibi, Non valet dispensatio obtenta à
Papa super matrimonio inter consanguineos contrahendo,
si ibi causa falsa fuit expressa, nisi eam postea Papa con-
firmet, &c.

Quicquid sit, verior est sententia quòd copula 68
cum consanguinea difficiliorem reddit dispensa-
tionem, & duriorem reddit Pontificem ad conce-
dendum, vt resoluit Galleg de cognat. spirituali cap. 34.
num. 10. quem refert & sequitur Sanchez de matrim.
lib. 8. disput. 21. num 45. vers. Dicor.

Quibus non obstat Fr. Basil. Pont. de matrim. lib. 8. 69
de dispensat. cap. 17. §. 6. num. 33. ante med. dum te-
net quòd licèt Papa dixerit, si copula non fuerit, ad-
huc ea habita sustinetur dispensatio, quia respon-
detur, id procedere secundùm eam, quam sequitur
opinionem, nostræ contrariam, quod copula in
dispensationibus consanguinitatis, & affinitatis
necessariò ad validitatem earum exprimenda non
sit, quando scilicet exponens tacuit, nullam de ea
mentionem faciendo, non tamen negando ex-

presse quod copula non fuerit, & in hoc casu taci-
turnitatis, dicit quod non tenetur respondere etiam
interrogatus; *Neque teneri eos* (ait ille) *qui dispensa-
tionem petunt ad interrogationem ordinarij de copula re-
spondere, sed posse sine peccato negare reticendo in men-
te, vt tibi dicam*, &c.

70 Verùm si affirmetur copulam non habitam, cessat
retentio in mente, quia stante negatione, non po
test fieri, Ioann. Malder. Episcopus Antuerpiensis *in
tract. de retentionum mentalium abusu, cap. 12. sect. 3.
pag.* 104. ibi, *Verùm qui sola mente aliquid addit, ne-
que aliquid addere, neque quid addat dignosci potest, ma-
net itaque in mendacij manifesti offensa, quod exterius
falso eloquutus est quicquid occulta cogitatione suppleuerit*,
71 &c. subditque mentalem restrictionem esse licitam,
sed non purè mentalem, vnde nunquam potest esse
licita, quando quod dicitur, est contrarium illi,
quod in mente fuit retentum, & sic mendacium
manifestum, quod est contra mentem ire, nam ad
restrictionem permittendam idonea causa requiri-
tur, cum sola veritas, & simplicitas vrgent, ex
multis, quos plena manu refert, & tuetur Fr. Emo-
nerius *in splendore veritatis moralis pro Leonardo Lessio
Societatis Iesu, cap. 9. vsque ad cap.* 15. Et adhuc in
æquiuocis responsis non est indubitabile quòd li-
ceat proximum verbis fraudare, vt tradit Ioan. Mal-
der. *d. tract. de retentionum mentalium abusu c.* 10. *pag.* 63.
ibi, *Prima regula sit non licere vero sensu proximum frau-
dare, quando vltro & seriò ei loqueris, nec ab ipso interpel-
latus*, &c. Fr. Emoneri. *vbi suprà cap.* 4. 5. & 6.

72 Quare in casu resolutionis Fratris Basilij, à nostro
satis dissimilis, insurgit Bonacio. *d. tract. de legib.
disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 3. *num.* 14. *vers. sed verius.* & di-
cit dispensationem inualidam esse non manifestato
incestu, & contrahentes interrogatos de copula li-
cèt occulta, teneri confiteri iudici *interroganti*; red-
ditque rationem. *Tum, quia sic declarauit Illustrissima
Cardinalium Congreg.* teste Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 15.
num. 24. *& de matrim. cap.* 124. *num.* 14. *tum quia talis
interrogatio non adhibetur vt contrahentes puniantur,
sed ne matrimonium contrahatur cum dispensatione irri-
ta & inualida.* Et paulo inferiùs addit. *Et hoc mihi
verum videtur contra prædictos Doctores, etiamsi in re-
scripto non apponatur conditio, si copula non interuenerit,
vt patet ex allata ratione*; ita Sanchez *num.* 15. *in lib.* 8.
disp. 15. Gutier. *num.* 14. *vers. si tamen & alij*, &c. &
clariùs idem Sanchez *lib.* 3. *disp.* 15. *num.* 3. ibi. *Ergo
dum interrogat Iudex de copula, vt dispensationis valo-
rem nolit, licet occulta sit, iuridicè rogat, tenenturque con-
trahentes fateri, vel non vti dispensatione, siquidem inter-
rogatio non co tendit vt illi puniantur, sed vt impediantur
vti dispensatione subreptitia, & inualidè contrahere*, &c.

73 Denique in casu quod expressè copula negatur,
vel quando Pontifex dispensat sub conditione, *dum-
modo copula non interuenerit*, solùm vbi copula non
fuit probata in foro exteriori, sustineretur dispen-
satio, licet fuisset habita, quamuis aliud esset resol-
uendum in foro interiori, cum ea clausula sit intel-
ligenda iuxta naturam dispensationis, ita Fr. Basil.
Pont. *d. num.* 33. & videtur sequi Sanchez *d. lib.* 8.
disput. 25. *num.* 12. & Hurtado *d. tract. de matrim.
disp.* 26. *num.* 25.

MEMBRVM II.

Circa causa motiua defectum in dispensatione narrata.

74 CAusa autem, qua motus Summus Pont. fuit ad
dispensationem cōcedendam, in ea exprimitur,
videlicet, quod nisi matrimonium inter exponen-
tes contraheretur, Laura grauiter diffamata, & in-
nupta remaneret, grauiaque exinde scandala ori-
rentur; quod sane falsissimum est, cum ex depositio-
ne plurium testium constet dictam Lauram nullam
passam diffamationem, nec exinde scandalum vl-
lum ortum fuisse, sed ipsam vt prius maritos inue-
nisse qualitate & opibus sibi non inferiores, vnde
pater Pontifici falsò narratum, & ex falsa causa mo-
tum dispensationem concessisse.

Quod vt meliùs percipiatur, præsupponendum 75
est primò quòd causa in dispensationibus & litteris
quibuscunque tacitam, vel falsò expressam, aliam
esse motiuam, quæ etiam absolutè dicitur finalis,
aliam impulsiuam, seu finalem minus principalem.
Causa finalis in hac materia ea dicitur, qua non exi- 76
stente Princeps gratiam minimè concessisset, vel
qua ei significata denegasset petita. Impulsiua verò 77
ea est, quæ falso expressa Principem mouet ad faci-
liùs concedendum petita; vel si vera est, & ea non
taceretur, moueter ad difficiliùs concedendum. Ita
Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 20. *num* 5. *vers. ita breuiter*,
Azeued. *consil* 34. *num.* 38. Sanchez *de matrim. lib.* 8.
disp. 21. *num.* 8. Aliter atque aliter distinguunt, &
diffiniunt D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 1. *num.* 85. *ff. soluto
matrim.* Hurtado *in tract. de matrim. disp.* 26. *difficul.* 4.
num. 16. Trulleoch *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 43.
num. 1. *cum seqq.* Rota *in Romana successionis* 17. *Iu-
nij* 1624 *coram R. P. D. Merlino*, quam refert Ste-
phan. Gratian. *discept forens. tom.* 5. *cap.* 971. *num.* 45.
inter omnes illa mihi leuior videtur, & magis ma-
teriæ accommodata, quam præstat Rota citato loco,
vt causa finalis propriè sit illa, quæ mouet princi-
paliter disponentem, impulsiua, quæ præbet oc-
casionem. Vnde videtur in hac dispensatione fina-
lem causam esse solam iacturam famæ fœminæ, ac
timorem, vt ob id innupta maneat, ob quam solere
Pontificem dispensare, & illius defectum reddere
gratiam nullam, resoluit Sanchez *de matrim. lib.* 8.
disp. 21. *num* 45.

Secundò præsupponendum est quòd licèt sit in- 78
dubitabile quod defectus causæ finalis reddat sem-
per actum nullum, *cap. cùm contingat, de rescript.
cap. susceptum, eod. tit. in* 6. Pereg. *cons.* 8. *num.* 4.
vol. 1. *& cons.* 87. *num.* 8. *vol.* 3. Hurtado *d. disp.* 26.
num. 18. Giurba *decis.* 108. *num.* 22. Et quòd causa 79
finali cessante cesset dispositio, Menoch. *cons.* 486.
num. 14. & in materia dispensationis Bonacin. *de
legib. tom.* 2. *disput.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 10. §. 2. *num.* 5.
vers. prima sententia, & num. 7. vbi refert alios; quod- 80
que non sit minus certum impulsiuæ causæ vitium
in ea exprimenda, seu tacenda, non nocere con-
cessioni Principis, Couarr. *d. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 1. *vers.
contrariam sententiam*, Surd. *cons.* 143. *num.* 52. Hur-
tado *d. disp.* 26. *num.* 19. Stephan. Gratian. *discept. fo-
rens. cap.* 763. *num.* 54.

Nihilominus tamen in materia dispensationis 81
non solùm falsitas causæ finalis, sed impulsiuæ red-
dit gratiam ipso iure nullam, etiamsi sine dolo facta
esset, Oldrad. *cons.* 256. *vers. ad primum videtur*, De-
ci. *in cap. cum cessante, notab.* 2. *de appellac.* Abb. *in cap.
ex parte el* 2. *num.* 8. *in fine, de conuers. coniug.* Ripa
in l. ex facto num. 15. *vers. & si replicaueris. ff. de vulga-
ri*, Tiraquell. *in tract. Cessante causa, limit.* 1. *num* 12.
& 14. Nauar. *in cap. si quando, except.* 3. *num.* 3. *de re-
script. & cons.* 1. *quæst.* 19. *num.* 30. *de constit. & con-
sil.* 14. *num.* 3. *de rescript.* Fr. Emman. Roder. *quæst.
Regul. tom.* 2. *quæst.* 46. *art.* 6. Menoch. *de arbitr. ca-
su* 201. *num.* 22. Marta *in compilat. totius iuris contro-
uers. tom.* 6. *tit. dispensatio cap.* 28. Aloys. Ricc. *in col-
lect.*

lect. decis. part. 5. collect. 1552. vers. quem amplia procedere, Vetall. *decis.* 274. *num.* 8. ibi, *Accedit etiam quòd in materia dispensationis non solùm falsitas causæ finalis, sed impulsiua reddit gratiam ipso iure nullam, etiamsi sine dolo facta esset*, &c. Axeued. *d. consil.* 34.
82 *num.* 34. vbi resoluit causam à Principe in quacunque dispensatione expressam semper finalem præsumi; idem videtur dixisse Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 103. *&* 104.

83 Tertiò præsupponendum, quòd cum decreto Concilij Trid. *sess.* 24. *de reform. matrim. cap.* 5. statutum fuerit in secundo gradu nunquam dispensandum nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, vtrumque copulatiuè requirendo, ideo quæcunque causa in dispensatione secundi gradus per Papam apposita, censetur finalis, & ea cessante cessat dispensatio, etiamsi in minimo deficiat, vt probat Axeued. *d. consil.* 34. *num.* 35. *cum seqq.*

84 Quibus præsuppositis firmum remanet diffamationis & conuersationis causam vti impulsiuam conducere ad finalem, quod innupta remaneret, qua deficiente dispensatio est ipso iure nulla, vt suprà in primo præsupposito probauimus.

85 Non obstat quod simplici testimonio Notarij actuarij constat coram eo Franciscum narratiuam dictæ dispensationis insimul cum Laura verificasse, vnde videbatur non esse locum amplius dubitandi de illius iustificatione, imo præsumendum Vicarium generalem, cui dictæ dispensationis executio commissa fuit, omnia necessaria gessisse, quia pro Iudice iura præsumunt.

86 Respondetur enim multipliciter, & primò, quia Notarius absque Iudicis mandato, & sine citatione partis illud testimonium fecit, ideo omni probabilitate carere resoluunt Dec. *consil.* 467. *num* 8. Alex. *consil.* 187. *num.* 4. *vers. est etiam aduertendum lib.* 6. Rota *decis.* 37. *de probat. in antiquis, & coram Mantic. decis.* 127. *num.* 1.

87 Secundò, quia negatiua quòd vlla non extitit verificatio narratiuæ, satis iustificatur si non inueniatur in registro seu protocollo dicti Notarij pro illo anno facto, Cou. *practic. cap.* 19. *num.* 3. *ad fin.* ibi, *Quartò erit obseruandum maximam subesse suspicionem, & præsumptionem falsitatis contra instrumentum, quod producitur quoties reperiantur protocolla ipsiusmet tabellionis eiusdem anni, & mensis, qui conscripti sunt instrumento, & tamen nulla in his huius instrumenti reperitur mentio. Quis enim non videt multum ex hoc instrumentis similibus fidei detrahi, nisi probetur, aut appareat ex ipsis protocollis detractam fuisse, vel fraude, vel casu partem aliquam, in qua potuerit huius instrumenti mentio contineri?* & cum aliis Menoch. *de adipiscenda remed.* 4 *num.* 736. Farin. *de falsitate quæst.* 153. *num.* 144.

88 Tertiò respondetur, quòd cùm testimonium huiusmodi produceretur in actis per Franciscum, opposuit Laura de nullitate & de falso ciuiliter redarguit, sed Franciscus illud non comprobauit, vt tenebatur, & ideo nihil probat, Bald. *in auth. sed nouo iure num.* 9. *&* 10. *C. si certum petat.* Cagnol. *in l. si librarius, num.* 56. *ff. de regul. Iuris*, Bellam. *decis* 539. *num.* 1. Lancel. Gallia *cons.* 48. *col.* 1. *fol.* 129. Cou *d. cap.* 19. *num* 9. *& cap.* 21. *num.* 7. *vers. secundus casus.* Etiamsi instrumentum produceretur post conclusum in causa. Afflict. *decis.* 271. Parlad. *rerum quotid.*
89 *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. Vnde licèt præsumptio legalitatis stet pro Notario originario, & pro instrumento, tamen si subscriptio negetur, & illa non comprobetur, remanet instrumentum sine vlla auctoritate, & fidei illius omnino detrahitur, Angel. *in auth. de hered. & falcid. §. hinc nobis, num.* 31. *vers & secundum hoc nota.* Crauet. *cons.* 150. *num.* 2. *& consil.* 121. *num.* 10. Ioseph. Ludou. *decis.* 115. *num.* 15. *&* 16. Guid. Papæ *decis.* 404. *num.* 1. Lancel. Gallia videndus *vbi suprà*, & nobis extat expresse statutum *l.* 115. *&* 116. *tit.* 18 *part.* 3.

Quartò respondetur quòd licèt signum & sub 90
scriptio Notarij vera essent, & contra illa nihil opponi posset, adhuc testimonium productum, verificationibus narratiuæ in eo minimè insertis, sed assertione simplici tantum facta de illa coram se iustificata, nihil probaret, vt docent Angel. *in l. si donatio C. de donat.* Socin. *in auth. si quis in aliquo instrumento, vers. quartò limita. C. de edendo*, vbi Ias. *num.* 7. *& cons.* 155. *num.* 12. *cum seqq. lib.* 4. Franc. Bec. *consil.* 5. *num.* 5. Afflict. *decis.* 48. *num.* 2. ibi, *Et pro hoc bene facit quod dicit Angelus quod si Notarius dicit prout in contractu per me facto continetur, non probat, quia Notarius non est rogatus de hoc, & facit quod tradit Innocent. in cap. quoniam contra, de probation. quòd si Notarius diceret in instrumenta, prout constat in quodam instrumento procurationis facto per manus mei Notarij, non probat illam procurationem*, &c. idem tenet Surd. *decis.* 231. *num.* 3. subdens procedere supradictam resolutionem etiamsi dicat vt constat tali instrumento per me Notarium etiamsi agatur de re, quæ fuerit recenter gesta, & rationem reddit, quia Notarius asserendo vt suprà, deponit vt testis, ideo tanquam vnicus, & non iuratus non probat; subscribit post multos Ferentil. *ad decis. Baratti* 95.
num. 8. *lit. B.* vbi latè probat quòd attestatio Notarij 91
de præterito quamuis concerneret actum à se ipso gestum non probat. Est etiam ad id celebris decisio Rotæ apud Farin. *decis.* 239. *num.* 6. *tom.* 2. *crimin.* ibi, *Præterea assertio illa Notary non videtur afficere sorores, cùm attestetur de pertinentibus ad officium referendo dicta Arendatary. Nam si Notario non creditur dum attestatur in instrumento de acta à se gesto, minus erit illi credendum de alieno facto, nec vti testi hoc esset tribuendum, quia nec receptus, nec iuratus, & singularis*, &c.

Quintò respondetur quòd licèt assertæ iustifica- 92
tionis narratiuæ instrumentum prædictas non pateretur nullitates, adhuc constando quòd olim falsis testibus probata fuerit, poterit nunc contrarium probari, vt in specie resoluit Sanchez *d. lib.* 8 *disp.* 21. *num.* 33. ibi, *Quòd si in foro externo veritas precum in dispensationibus allegata probetur falsis testibus, quando postea constaret veritas, censenda est ea dispensatio irrita, nec obstat Iudicem inuenisse ita esse, atque ita videtur verificari clausula, si ita inueneris, quia fundatur in falsa præsumptione*, sic Petr. Ledesma *in summ. Sacrament. vbi de matrim. cap.* 27. *diffic. vlt. atque idem intelligo etiamsi testes illi veri essent, quia putabant se verum testari*, &c. Veritas enim quocunque tempore 93
appareat, præualere debet, *l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. publ. l. & si non cognitio. C. eod. tit.* quia 94
semper veritas præferenda est opinioni, & reputationi. *cap. cum Bertoldus vers. licet, de re iudic. cap. consuetudo* 8 *dist.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit. vlt. num.* 4. Rota *decis.* 687. *num.* 10. *in fine apud Farin. part.* 2. *recentior.* & omne illud, quod 95
à veritate deficit, subreptitium est. Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 41. *in med.*

Nec etiam obstat euidentia diffamationis, quæ 96
ex processu criminali de stupro facto emanauit, quasi ex sola hac notitia innupta remaneret Laura, & nullus ob id inueniretur, qui eam vellet in vxorem ducere; quia, vt melius huic obiectioni respondere valeam, distinguendum duxi quatuor diffamationis,

tionis, seu infamiæ genera, quæ in hac materia considerari poterant. Primum potest esse, quod ex conuersatione ortum habuerit, dummodo frequens suspectaque fuerit, & inter subiectos habiles ad cocundum, vt ponderauit Deci. *cons.* 368. *num.* 2. *ad fin. part.* 2. ibi, *& tempore dicti redditus Catharina habebat quatuordecim annos, & sic bene probat quod erat in ætate legitima, quando dictus de Fabriano conuersabatur cum dicta Catharina vt cum eius vxore, merito ex tali conuersatione inductum est matrimonium*, &c. & eo non citato idem tenet Sanchez *d. lib.* 8. *c.* 19. *num.* 10. ibi, *vel ex frequenti, suspectaque conuersatione cum ipso*, &c. & ibi, *vel incontinentia, ex eo quòd iuuenes sint*, &c. Sed hoc non potest locum habere in nostro casu, quia Laura ob minorem ætatem, quæ nouem annos non excedebat, non erat apta vt carnaliter posset cognosci, nec ostenditur quod conuersatio cum Francisco eius auunculo in tam tenera ætate suspicionem malam induceret.

97 Secundum est quod irrogatur per sententiam, vel ipso facto in casibus in quibus Iure cauetur duntaxat, ad not. per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 8. *num.* 10. sed nec hoc Lauram comprehendit, quia non fuit condemnata de crimine quod infamiam irrogaret, ex Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de his, qui notantur infam.* Mascard. *de probat. conclus.* 896. *num.* 16.

98 Nec illi debet imputari culpa aliqua ob stuprum per vim commissum, cum illud violenter passa fuerit, *ad l. vim passam. & l. vxor. §. si quis planè. ff. de adulter. & l. fœdissimam. C. eod. tit. cap. proposuit* 32. *quæst.* 5. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 60. *sub vers. quæro modo*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 354. *à num.* 3. Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 36. *num.* 5 Farin. *in praxi crimin.*
99 *quæst.* 97. *num.* 18. nam coacta voluntas quoad pœnam diffamationis, non est voluntas, idem Farin. *citato loco num.* 16. ibi, *Et est ratio, quia coacta voluntas quoad pœnam non est voluntas, l. velle non creditur, & ibi gloss. in fine*, Deci. *num.* 1. Cagnol. *etiam num.* 1. *ff. de regul. Iuris, text. in cap. sacris, & ibi communiter omnes, de his quæ vi, metusve causa fiunt, dum ibi dicitur quod coactus magis pati, quam agere dicitur, item text. in l. scientiam §. qui cum aliter ff. de liberali causa*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 454. *num.* 8. *cum seqq.*

100 Tertium est quòd ex infamia facti contrahitur. Dicuntur enim infames infamia facti, quos Iura non dicunt infames, & sic qui non numerantur *in l.* 1. *ff. de his, qui not. infamia*, sed tamen commiserunt tale quid, propter quod communiter eorum opinio, fama, & existimatio remanet læsa & grauata apud bonos & graues viros, latè Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *quæst.* 56. *num.* 6. ibi, *Tertia sit conclusio*, Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 8. *num.* 12. ibi, *infamia facti est cum quis est notatus de aliquo crimine apud bonos & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos, & graues super aliquo crimine, seu peccato*, &c. Bonacina *tom.* 2. *circa* 8. *præceptum Decalogi disp.* 10. *quæst.* 2. *puncto* 5. *num.* 4. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 43. *num.* 17. hic autem opinio, quæ de Laura habebatur, non est grauata apud bonos, & graues viros, tum ob teneram ætatem, tum etiam ob vim sibi illatam, & alias circunstantias, quæ in hoc negotio occurrerunt, vt satis, superque per testes probatum fuit.

101 Quartum quod oritur ex successu, minus hic verificatur, cùm probetur plures viros nobiles, & diuites eam in vxorem petiisse, nec illis impedimento fuisse stuprum huiusmodi, vnde si illo non obstante potuit Laura competenter nubere, bene sequitur quod diffamata non erat, ad not. per Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 19. *num.* 10. finis enim actus expectandus est, *l. diximus. ff. de excusat. tutor.* Euerard. *in topicis legalib. loco* 100. Tiraquel. *de retractu lign. ad finem tit. num.* 18. 19. *&* 23. & exitus acta probat, *l. quidam ff. de rebus dub. l. rem non nouam in fine C. de iudic.* cum aliis adductis per me *Axiom.* 87.

ARTICVLVS II.

Matrimonium contractum per vim & metum, seu nimias persuasiones, aut importunas preces à personis, quibus debetur magna reuerentia, illatas, est nullum.

PRo præsentis articuli faciliori resolutione in facto præsupponendum est Lauram patre & matre 102
carentem in ætate tenera trium, vel quatuor annorum sub potestate eius matertera sorore dicti Francisci remansisse, adeò obedientem suis mandatis, vt præ terribili conditione nunquam illi resistere ausa fuerit, quæ cœpit Lauram solicitare, vt cum Francisco eius fratre in matrimonium se collocare vellet, sed ea resistente, & suo voto, & desiderio annuere nolente, matertera præfata non semel, sed sæpe sæpiùs verberibus, minis, nimiis persuasionibus, & importunis precibus cum terribilitate eam ad contrahendum cum fratre compellere non destitit, cùm adhuc esset quindecim annorum de facto per vim & metum tale matrimonium cum præfato, eadem matertera solicitante, mandante, & cogente contraxit.

Secundò in Iure præsupponendum est minorem 103
metum sufficere in fœmina ad annullandum matrimonium, quàm in viro, & multo minorem quando fuerit teneræ ætatis, & imbecillis, vel fragilis animi, *l.* 3. *ff. ex quibus causis maior.* Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 51. ibi, *Sextum quod etiam omnis rectus Iudex considerauit in alio alij generis metus, non solùm obiectum, sed etiam circunstantias fortitudinis, vel fragilitatis non solùm sexus, vt dixit prædicta gloss. sed etiam ætatis, innatæ magnitudinis, vel paruitatis animi*, &c. Menoch. *de arbitr. casu* 135. *num.* 4. ibi, *Iudex ergo noster prudens ac diligens iustum metum arbitrabitur iuxta personarum qualitatem*, &c. & ibi, *Nam minor metus cadit in fœminam, quàm in virum*, &c. Sanchez *de matrimon. lib.* 4. *disp.* 3. *num.* 4. *& disp.* 17. *num.* 2. *prope fin.* ibi, *respectu fœminæ, aut meticulosi adolescentis ex subiecti qualitate metum ex genere leuem dici interdum in foro conscientiæ grauem respectiuè, & esse cadentem in virum constantem, reddereque matrimonium irritum*, &c. Gutier. *in simili tract. de matrim. cap.* 77. *num.* 2. ibi, *Minor autem metus desideratur in fœmina, quàm in viro, fœminæ namque suapte natura sunt valde imbecilles.* Et inde adiungit. *Et in terminis quòd minor metus sufficiat in fœmina ad annullandum contractum matrimonij & ad rescindendos alios contractus, quam in viro, tenet gloss. in cap. cùm locum, verb. metum, de sponsalib. & ibi communiter Doctores*, Cou. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 3. §. 4. *num.* 2. *&* 3. Xuar. *alleg.* 24. *num.* 5. Gregor. Lopez *l.* 15. *tit.* 2. *part.* 4. *in gloss. verb. todo*, &c. Seraphin. *decis.* 771. *num.* 4. ibi, *Ideo minor metus sufficit in casu isto, cum hic concurrant duæ qualitates, in quibus minor metus sufficit, nempe sexus, & ætatis*, &c. Rota *decis.* 779. *num.* 9 *part.* 1. *recentissim.* aliàs *in posthumis Farin.*, ibi, *Propter quam teneram eius ætatem minor metus exigitur*, &c. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 17. *num.* 33. Farin. *fragment. crimin. part.* 2. *verb. Metus n.* 74. *cum seqq.* Gregor. X V. *decis.* 336. *n.* 24. Gabr Pereira *Lusit. decis.* 30. *num.* 8. *ad med.* D. Noguerol post hæc scripta à me visus, *alleg. Iuris tom.* 1. *alleg.* 29. *n.* 69.

Tertiò

104 Tertiò, etiam in iure præsupponendom est Matrimonium metu celebratum ipso iute esse nullum, vt per Doctores communiter in cap. 2. de his qua vi, & in cap. cùm locum, de sponsalib. & in cap. veniens el 2. eod. tit. Petr. de Barbos. cons. 24. num. 5. inter consilia Matrimon. col. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 4. à n. 1. Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 12. à num. 16. Gutier. in simili tract. cap. 77. num. 21. Farin. fragm. crimin. p. 2. lit. M. num. 16. Marta in votis nouissim. decis. voto 64. num. 1. cum aliis citatis per me voto 1. n. 14.

105 Quartò, etiam in iure præsupponendum, quòd quando agitur de annullando matrimonio metu celebrato, non requiritur actualis compulsio, sed sufficit quòd sic contrahens iustè timeret, ne compelleretur, vt est text. in l. nouissimè, ff quod falso tut. authore, ibi. Quid enim si metu compulsus, aut metuens ne compelleretur, &c. l. 1. §. quæ oneranda, vbi Bart. ff quarum rerum actio non datur, Hippol. Riminald. cons. 77. num. 29. inter Matrimonialia Ziletti, Burg. de Paz cons. 25. num. 73. Molfes. ad consuet. Neapol. tom 2. p. 8. q. 3. num. 5. cum seqq. Rota coram Buratto decis. 86. num. 2. & 3. & decis. 213 num 5. & 6. D. Noguerol post hæc scripta visus d. alleg. 29. num. 84. Euerard. cons. 4. num. 23. tom. 1. inter dicta Matrim. Ziletti, Franc. Monald. cons. 5 num. 32. cum seqq. lib. 2. Viui. decis. 34. numer. 7. lib. 2. Gutier. cons. 16. num 5. & cons. 40. num. 1. & 3. Valenzuela cons. 29. num. 52. tom. 1. & cons. 173. num. 64. tom. 2. Seraph. decis. 863. num. 3. ibi, Paria enim sunt quòd quis compellatur, vel quòd compelli possit, &c. Greg. XV. decis. 374. num. 18. Sigism. à Bononia de elect. Prælat. Regul. dub. 54. num. 15. vbi, quòd iusta & probabilis suspicio metus habetur pro metu. Marta d. voto 64. num. 10. Farin. d. lit. M. num. 26. vbi ampliat non solùm si Matrimonium fiat ex metu, sed etiam ex præsumptione metus, Ego ipse d. voto 1. n. 128. cum seqq.

106 Quintò, etiam in iure præsupponitur metum esse quandam voluntatis passionem contra naturam, vt dicit Bald. in rub. de his qua vi, in Decretal. num. 6. D. Noguerol post hæc scripta visus, tom. 1. alleg. Iuris, alleg. 29. num. 13. & facere quendam recessum animi, & fugam, idem Bald. num. 8. & in fine ait: Metus ergo est participatio duarum qualitatum, scilicet voluntatis, & voluntatis, cuius affectus declinat ad nolle, & effectus declinat ad velle; & quòd voluntas meticulosa est quadam tacita contradictio, & magis accedit dissensui quàm consensui: porrò metus est passio animæ rationalis, & qui patitur, sanus non est. Idem Bald. in cap. super hoc, de renunciat. num. 3. vers. & nota, & in cap. cum terra 14. num. 6. de elect. & in cap. cū inter R. num. 5. eodem tit. vbi eleganter, Marches. de commissionib part. 1. cap. 1. de commiss. signatura gratiæ diuers. num. 452. cum seq. in vlt. impr.

107 Vnde cùm metus sit difficilis probationis, tam ex parte illum patientes, cùm in eius animo sit reconditos, l. 1. ff. de eo, quod metus causa, quàm ex parte metum inferentis, cùm secretò, & clam inferatur, gloss. in l. metum, C. eod. tit. & in verb. ignorant, in l. item, si cum exceptione, §. in hac, ff. eod. D. Noguerol post hæc scripta visus, alleg. Iuris, tom. 1. alleg. 29. num. 15. Andr. Gail lib. 2. obser. 93. num. 19. Menoch. de arbitr. casu 116. num. 17 Honded cons. 29. num. 21.
108 lib. 1. Valenz. d. cons. 29. num. 40. tom. 1. Seraphin decis. 818. num. 3. Rot. apud Farin decis. 242. num. 1. lib. 2. crimin. cùm sit de his, quæ fiunt occultè, ex adductis per Valenzuel. cons. 173. numer. 71. tom. 2. Ideo indiciis, coniecturis, præsumptionibus, & argumentis prubari potest, Bald. in d. rub. de his qua vi, num. 2. & num. 8. ibi: Metus probatur per verisimilia, & consueta, nam arbitrium Iudicis in quo hoc versatur, naturalibus conuenire debet. Et per actum à verisimili, idem Bald. cons. 364. num. 5. vol. 3. Rota d. decis. 142. num. 1. & decis. 260. num 1. apud. Farin. lib. 2. criminal. vbi dicitur metum coniecturis probari ad infringendum matrimonium, Gail. lib. 2. obseruat. 93. num. 18. Boër. decis. 101. num. 3. Farin. d. lit. M. num. 181. Marta d. voto 64. num. 5. Fontanel. de pactis nupt. tom. 2. claus. 7. gloss. 2. p. 5. num. 39. Pereira de Castro Lusit. decis. 30. num. 8. Menoch. cons. 1. num. 271. vol. 1. & de arbitr. casu 116. num. 17. & casu 136. & de præsumpt. lib. 3. præs. 126. num. 9. Mascard. de probat. conclus. 1056. num. 1. cum seqq. Seraphin decis. 771. num. 1. & 2. Carol. de Grassis de exception. except. 11. de metu, num 50. Castil. controuers. lib. 3. cap. 1. num. 68. cum seqq. Greg. XV. dec. 374. num. 1. & 2. D. Noguerol post hæc scripta visus d.
alleg. 29. num. 15. Illud enim quod facilè probari 109
non potest, argumentis & indiciis probari valet, l. nominis §. à Barbaris, ff. de re militari, Honded. citato loco, Seraph. decis. 771. num. 2. Ioan. Franc. à Ponte cons. 44 n. 17.

Hinc plutes ex citatis colligunt, quòd tali casu 110
probatio testium domesticorum habetur efficacior, Greg. Lopez l. 1 gloss. 3 tit. 16. part. 6. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 23. num. 9. Valenzuel. consil. 173. n. 75. Ex eadem ratione inferentes per testes singulares probari metum, Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, num 75. vers. quarto & vltimo, ff. de verbor. obligat. Grammat. decis. 5. num. 15. Boër. decis. 101. num. 9. Andr. Gabr. commun. tit. de testib. concl. 2. n. 56. Morot. resp. 75. num. 5. Surd. cons. 895. num. 26. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 17. num. 32. Valenzuela cons. 29. num. 41. tom. 1. & d. cons. 173. num. 74. Greg. XV. decis. 326. num. 47. & decis. 374. num. 20. Farin. de testib. quæst. 64. num. 276. Marta d. voto 64. numer. 4. Grassis d. except. 11. num 48. ad finem, Fontanel. d. gloss. 2. part. 5. num. 81. D. Noguerol d. alleg. 39. n. 16. Rota d. decis. 242. num. 33. & decis. 260. num. 21. & 22. lib. 2. crimin. Farin. d. decis. 779. num. 1. & 7. p. 1. recentissime aliàs in posthumis eiusdem Farin. Quod procedit etiamsi essent inhabiles, & qui aliàs non admitterentur, Alex. cons. 575. num. 11. & 12. lib 2. Greg. XV. decis. 149. n. 4. & 10.

Et tandem dicit Ias. in l. de pupillo, §. si quis ipsi 111
Prætori, ff de noui operis nunciat. quòd quando à communiter accidentibus probatio est difficilis, sufficit probare per coniecturas, & sufficiunt probationes, quæ aliàs tanquam imperfectæ reiicerentur, & quòd ratione difficultatis sufficit præsumptiua probatio, & ex præsumpta opinione, & plura ad materiam pertinentia adducunt, Boër. decis. 101. num. 8. Ceuall. commun. contra commun. quæst. 825. num. 50. Honded. cons. 29. num. 21. cum seqq. Surd. decis. 194. num. 22. cum seqq. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 1. num. 99. cum seqq. Monter in responso pro vxoris amita, part. 1. num. 52. cum seqq. & p. 2. ex num. 19. Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 1 tit. de his qua vi, resol 1. num. 16. cum seqq. Thesaur. lib. 1. quæst. forens. quæst. 51. num. 22. Rot. d. decis. 260. num. 20. apud Farin. lib. 2. crimin. Vnde Cuman. quem refert & sequitur Boer. d. decis. 101. num. 9. resoluit probari metum cum vno teste de
visu, & alio de auditu, de quo etiam Honded. d. 112
cons. 29. num. 35. Mascard. de probat. concl. 1057. n. 7. Ioan Franc. à Ponte cons. 11 num. 24. cum seqq. lib. 2. Fontanel. de pactis nupt. tom. 2. claus. 7. gloss 2. p 5. num. 82. & 83. D. Noguerol post hæc scripta visus allegat. Iuris tom. 1. alleg. 19. num. 18. Monter. d. resp.

*p.1.num.*108,Surd.*cons.*513.*num* 4.*ex num.* 13.*cum*
seqq. vbi latè probat metum sufficienter probari
vnico teste de visu,& altero, qui vidit virum ex-
euntem de cubiculo cum pugione euaginato, An-
ton.de Gama *Lusit. decis* 347 *incip. In materia me-*
tus, num. 2. vbi tenet ad probandum metum suffi-
cere vnum testem,qui mulierem vidisset verberari
à viro,& alios, qui lachrymosam, ac fugientem de
domo mariti mulierem viderunt.

His ita in pacto, & in iure breuiter præmissis,
euidens fit vim & metum in præsenti casu probari
legitimis & concludentibus probationibus, ni-
miis & continuis persuasionibus, ac importunis
precibus etiam à persona illatis, cui magna debe-
batur reuerentia.

Metus legitimis, & concludentibus proba-
tur documentis.

§. I.

113 METus ad effectum, de quo agitur, quatuor
testibus probatur illatum Lautæ, dicenti-
bus vidisse matertetam cogentem illam cruciati-
bus,verberibus, & colaphis matrimonium contra-
here, ex quo infertur ad illius nollitatem, vtpote
quia deficit consensus tanquam causa efficiens,
cap.sufficit 27.*quæst.*2.*cap. cùm apud, cap cùm locum,*
cap. tua, de sponsalib. Concil. Trident. *sess.* 4.*de re-*
format. matrim. cap. 1. Gutier. *de matrim. cap.*46.
*num.*1.Franc. Basil.Pont. *eod.tract. lib.*2. *cap.*1. *cum*
seqq.

114 Quæ quidem probatio facta per illos quatuor
testes est exuberans, cùm duo tantùm sufficiant in
causa matrimoniali, siue masculi, siue fœminæ sint,
& siue de coniungendo, siue de separando matri-
monio agatur, *cap. super eo, el* 2. vbi Abb. *num.*2.
de testib. Henric. Boich *in cap. quoniam,num.*2.*eod.*
tit, Socin.iun. *cons.*31.*num.*13. *& seqq. vol.* 2. qui
hanc opinionem communem,& eam quotidie ser-
uari detestatur,latè Franc. Monald. *cons.*5. *num.*81.
115 *cum seqq. vol.* 2. Imò sufficiat vnus testis de visu,
simul cum fama per plures testes probata, Bald.
*cons.*162.*lib.*4. Alciat. *de præsumpt reg.*3. *præs.*7.*n.*5.
in fine, vbi etiam dicit metum probari per vnicum
testem, iuncta aliqua alia præsumptione, Boër.
*decis.*101.*num.*9. Cardin. Tusch. *pract. conclus.tom.*
*verb. Metus,conclus.*214.*num.* 11. Mascard.*de probat.*
*concl.*1053.*num.*7. vbi de vnico teste cum aliis de-
ponentibus de auditu, Honded. *cons.*29. *num.* 35.
*vol.*1.Franc.Monald.*cons.*5.*num.*9.*&* 10.*p.* 2. Rota
*decis.*779.*num.*8. apud Farin. *in posthum. p.*1. idem
Farin. *d.p.*2.*lit. M n.*170.

116 Et quamuis non defuerint, qui in causa matri-
moniali requirant,vt testes sint personæ legales,&
omni exceptione maiores,præcipuè cùm deponunt
contra matrimonium, *cap.*1. *ad med.de consang. &*
*affinit.*Couar. *de sponsal. p.*1.*cap.*8. *num.*7.*&* 8. Ste-
phan. Gratian. *discept forens. tom.*4 *cap.*754.*n.*44.
Nihilominus tamen vbi nullitas procedit ex de-
fectu consensus, sufficiunt quicunque testes,
117 etiamsi non sint personæ legales,Purpur.*cons.*579.
*num.*11. Ego ipse *d. voto* 1.*num.*81.admittunturque
qui aliàs non admitterentur, Alex. *cons.*156. *n.*15.
*lib.*5.Honded.*cons.*29.*num.*24 *lib* 1. Monald. *d.con-*
*sil.*5 *n.*96. Rota *decis.*147.*n.*4. *&* 10. apud Farin.
p. 1.*recent.* Ego ipse *d.voto* 1.*n* 82.

118 Et probatio metus facta per duos testes,vel cum
vno de visu, & aliis deponentibus de fama, seu au-
ditu, præferri debet pluribus aliis, etiam quòd
mille essent, deponentibus de libera voluntate,
Dec. *in l.omnibus causis, num.*8. *ff. de regul.iuris,* vbi
post alios hanc reddit rationem,quia scilicet testes
deponunt de actibus positiuis metum inferenti-
bus,puta minis, verberibus,& similibus,quæ sensu
corporis percipiuntur: alij autem deponunt de se-
creta voluntate,Anton.Gabr. *commun. tit. de testib.*
*concl.*4.*num.*15 Mandel. *cons.*77. *num.* 11. Menoch.
*de præs.lib.*3. *præs.*126. *num.* 31. Grat. *resp* 43.*n.*14.
*lib.*2. Pacian. *de probat.lib.*1.*cap.*54.*num.* 24. Ponte
cons 11.*num.*24.*lib.*2.Mascard.*de probat.concl.*1053.
*num.*1. *cum seqq.* Gutier. *cons.*14 *num.*9. *& cons.*16.
num 14. Thesaur. *lib.*1.*quæst* 51.*num.fin.* Carol. de
Grass. *except.*11. *num.*41. Ioan.Vincent. de Anna
*alleg.*113.*num.*5. Pereira de Castro *d decis.*10. *n.*7.
ad med. Gama *Lusit. decis.* 346.*num.*6. Alexand.
Trentacinq. *var.resol.lib.*1.*tit. de his quæ vi,resol.*1.
*num.*17.Sanch.*de matrim.lib.*4.*disp.*27.*num.*1.Farin.
*d.lit. M. num.*172. Arnold. de Reiger *in thesauro*
Iuris,verb. Metus, num. 7. D. Neguerol post hæc
scripta à me visus *allegat. Iuris tom.* 1. *allegat.* 29.
num. 62.

Metus nimiis, & instantissimis suasionibus, &
importunis precibus à personis, quibus
debetur magna reuerentia, illatis,
probatur.

§. II.

PErsona per suasionem instantissimam inducta 119
ad contrahendum, dicitur contrahere per vim
& metum, *l.* 1. §. *fin.ff de seruo corrupto,* ibi. *Per-*
suadere est plusquam compelli, & cogi sibi parcere,&c.
l.eum 5 *Cod.de apostat.*ibi,*qui seruum, siue ingenuum*
inuitum vel suasione, &c *l.* 1.*C. de petit. bonor.* ibi,
inuerecunda petentium insinuatione constringimur,&c.
Paul.Castrens. *cons.*174 *num.*1. *vers. hæ autem per-*
*suasiones, vol.*1. vbi ad rescindendam renunciatio-
nem factam à filia ponderat persuasionem, solici-
tationem, calliditatem, & machinationem patris,
Sanch. *d.lib.*4 *disput.*7. *num* 5. Carol. de Grassis *de*
*except. except.*11.*num.*79. Anton. Cornel *de abso-*
*lutione iuram p.*4 *casu* 3. *num* 112. *&* 113. Castill.
lib. 3. *controuers. cap.*1. *num.* 119. Rota *decis.* 242.
*num.*8. apud Farin. *lib.*1. *crimin* Valenzuela *tom.*2.
*cons.*173. *num.*60. *cum seqq.* D. Neguerol post hæc
scripta visus, *allegat. Iuris, tom.*1.*alleg.*39. *num.*69.
Et de precibus importunis quòd inducat iustum 120
metum si sint superioris, qui potest esse terribilis,
est tex. vbi gloss. notabilis *in l.* 1.*C.vbi Rector pro-*
uincia, Ponte *decis.*3.*num.* 2. qui multos refert, &
paria sunt obtinere per importunitatem, & obti-
nere per metum, Petr.Pechi. *de testam.coniug.lib.*1.
*cap.*3.*num.*4.*cum seqq.* Valenzuela *cons.* 29. *num.*31.
*tom.*1. Vnde nimia importunitas, & instantissimæ, 121
& importunæ preces, sicut metus,annullant matri-
monium,vt eleganter consuluit Angel. de Vbaldis
cons 46.*num.*4.*tom.*1. *inter consilia Ziletti,* ibi. *Acce-*
dat etiam ad hoc quòd nimia importunitas infert ad
actus inualiditatem sicut metus. Et paulo inferiùs.
Ergo sequitur quòd importunitas mulierum de domo
facta dicta Helena reddit dictum assertum matrimo-
nium inutile, &c. Idem probat Martin. de Garratis
*inter eadem consilia matrim. d. tom.*1. *cons.*15. *n.* 16.
Crauet.*cons.*461. *num.*11. *vol.* 3. ibi, *Persuasio enim*
vim coactionis habet, &c. Ioan. Baptista Ferret. 122
*cons.*296.*num.* 7.*&* 18. ibi. *Per quæ iura patet, quòd*
nimia persuasio per quam persona inducitur ad con-
trahendum, habetur loco compulsionis, & coactionis, &
consequenter

consequenter quòd tollatur in puella plena securitas, & liber consensus contrahendi, quinimo etiam rogationes, & preces importunæ sororis, & Francisci eius mariti, vt contraheret cum Bartholomæo, æquiparantur metui ad actus rescissionem, &c. Nald. *in sum. verb. Metus, num*.4. Bobadil. *in sua politica, lib*.2.*cap* 10. *num*.73. Castill. *controuers. lib*.3.*cap*.1. *numer*.105. *cum seqq*. Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regul. dub*. 54. *num*. 9. *in fine*, vbi addit non quascunque preces assiduas dici importunas, sed quæ sunt instantissimæ, & sæpiùs repetitæ, & inculcatæ. Fràc. Monald. *d.cons*.5.*num*.47.& 48. Rota coram Gregorio X V. *decis*.326.*num*.3. ibi. *Concurrunt importunæ & continuæ persuasiones, quibus nomine patris solicitabatur tam à nouerca, quàm à quodam Sacerdote, quæ sufficiunt sine minis, & verberibus*, &c. Basil. Pont. *de matrim. lib*.4.*cap*.5.*num*.17. ibi: *Huius sententiæ non aliud fundamentum est, nisi quia expectata natura ipsa rei, & rationis iudicio adeò grauem molestiam inferunt instantissimæ preces, vt meritò mouere debeant virum constantem ad aliquid efficiendum: si enim metus cruciatus alicuius corporalis est cadens in virum constantem, grauiter cruciatus animæ est instantia precum assidua*, &c.

223 Et hoc tanto faciliùs & certiùs procedit, quando persuasiones huiusmodi factæ sunt per personam, cui debetur reuerentia, vt in nostro casu, sicut censuit Rota coram Gregorio X V. *d. decis*. 326. *num*. 13. & 14. & colligitur ex his quæ congerit Sanch. *de matrim. lib* 4. *disp*.7. in terminis Sigism. à Bononia *de elect. Præl. Regular. dub* 54.*n*.9.

124 Sic etiam in metu reuerentiali, probatis minis illius, cui reuerentia debetur, non est necesse aliàs probare quòd minans sit solitus minas exequi, vt per Thesaur. *quæst. forens. lib*.1. *quæst*.51.*num*.5. Alex. Trentacinq. *d. tit. de his, quæ vi, num*. 7. Farinac. *d. verb Metus, num*. 95. Grassis *d. except*.11. *num*.15. Castill. *d. lib*.3. *cap*.1.*num*.153. Rota coram Buratto *decis*.105.*num*.13. *tom*. 1. & nouissimè apud Theodosium de Rubeis *singularium Rotæ tom*.1. *pag*.320. *col*.2. ibi: *Quòd communis & vera est illa opinio quòd matrimonium sit nullum si contractum fuit propter metum reuerentialem, & præcesserunt verbera, vel minæ. Et quòd non requiruntur strictè illa tria de magno periculo, de potestate inferentis, & quòd sit solitus exequi minas, tum quia Doctores simpliciter tradunt istam conclusionem, quæ esset imperfecta si adhuc requirerentur illa tria requisita, tum quia metus reuerentialis nihil operaretur*, &c.

125 Et secundùm alios metus reuerentialis est multum considerabilis, quia nimia reuerentia accedit ad metum, *l*.1. §. *quæ oneranda*, vbi Bart. *ff. quarum rerum actio*, cum citatis à Valenzuela *cons*.173.*num*.65. & 66. *tom*.1. & sufficit solus me-
116 tus reuerentialis ad exclusionem consensus, *l. pen. ff de furtis*, Franc. de Aterio *cons*.14.*num*.8. Valenz.
127 *d.cons*. 173. *num* 68. Auctoritas enim & dignitas personæ etiam absque consummatione aliqua tribuit iustam causam metus reuerentialis, *l. cùm verò*, § *apparet igitur, ff de fideicom. libert*. Franc. de Aterio *cons*.14. *num*.11. vbi *add. lit*. *A*. Mandel. *cons*.77.
118 *num*.3. Valenz. *d.cons*.173.*num*.69. Sed quia materia est valde dubia, & controuersa, an minæ in his terminis interuenire debeant, & quæ sufficiant, vide Grammat. *decis*. 18. *num*.17. Crot. *in repet. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat*. *n* 68. & 69. *tom*.6 *repetit*. Osasch. *decis*. 79. *num*.2.*ad fin*. Surd. *decis* 194. *num*.24. & 25. & *cons*.367. *num*.13. & 14. *lib*.3 Ioan Baptist. Costa *in tract. de facti scien. & ignor. cent*. 1. *dist* 91. *num*. 3. & 7. Cæs.

Manent. *cons*.27. *num*.45.& 46. & *cons*.28. *num* 8. Marta *in votis nouiss. decis. voto* 64. *num*. 10. Farin. *in praxi crimin. quæst*.35. *num*.27. Grass. *d. except*.11. *num*.49. & *num*. 102. Thesaur. *quæst. forens. lib*. 9. *quæst*.51 *num* 1. Verall. *decis*.221.*num*.9.*p*.2. D. Noguerol post hæc scripta visum *d. alleg*.39. *num*.79. Monter. *in resp. pro vxoris amita, p*. 1. *num*. 61. Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom*.5.*lit*.*M*. *concl*. 215. *num*.9. Rota apud Farin. *decis*. 260. *num*.9.& 10. *tom*.2.*consil. crimin*. Sigism. à Bononia *de elect. Præl. Regul. dub*.54.*num*.6.

In nostro casu concurrunt plures circumstantiæ quæ ipsas minas, vel persuasiones de per se 129
solas sufficienter qualificant, veluti quando emanant à persona aspera, & terribilis conditionis, Crot. *in d.l. stipulatio hoc modo concepta*, *num* 67. *cum seqq*. Angel. *in* §. *quadruplici, Instit. de action. num*. 11. *vers. non obstat dictum Baldi*, Capic. *decis*. 159. *num*.32. Menoch. *cons*.1153. *num*.43. *lib*.12. Thesaur. *d. quæst*.51. *num*.9. *lib*.1 *forens*. Monter. *in resp. pro vxoris amita, p*.1.*num*.56. Anton. Cornel. *in tract. de absolut. iuram. p*.4.*casu* 3.*num*.110. & 111. Sanch. *d. lib*.4.*disp*.6 *num*.11. Castill. *d. lib*.5.*cap*.1. *num*.156. *cum seqq*. Cancer *var. resolut. lib*.3.*cap*.1. *num*.88.

Vel quando procedunt à persona, cui debeba- 130
tur reuerentia, nam licèt non defuerint qui existimauerint sola reuerentia non inducere metum, qui caderet in constantem virum, quorum meminere Ramon. *cons*.96.*num*.27. Gaspar Anton. Thesaur. *quæst forens. quæst*.51. *num*.3. Suar. *tom*.3.*de Re-*
lig lib.6.*cap*.4.*num*.16. Sigism. à Bononia *de elect*. 131
Prælat. Regul. dub.54.*num*.5. & ex diametro contrarium sustinuerint multo plures, prout eos referunt Cabreros *in tract. de metu, lib*. 2. *cap*.19. *num*. 74. Antonin. Diana *var. resolut. p*.3. *tract*.5. *miscel. resol*. 20. nihilominus tamen illud est apud omnes, qui meliùs de hac re senserunt, certissimum, reuerentiam cum terribilitate personæ sufficere pro iusto metu, Gregor. X V. *decis*.316.*num*.12. & *decis*. 374. *num*. 16. Sigism. à Bononia *dub*. 54. *num*.7. & *num*.8. tenet reuerentiam cum indignatione plurimum conferre ad iustum & sufficientem metum, Lanor. *variar. lucub. tit*.4.*cap*.21.*num*.7. prout sufficit quando probatum fuerit contrahentem, & ante contractum matrimonium, & postea verbis, & signis dixisse & demonstrasse nolle talem in suum maritum, videlicet plorando, fugiendo, & voluntatem suam declarando, vt resoluit Franc. Monald. *d.cons*.5.*n*.45.*vol*.1.

Hic autem constat Lauram Isabellæ eius ma- 132
terteræ summam semper exhibuisse reuerentiam, erat enim de personis quibus ea debebatur, vt in specie Sanch. *d. lib*.4. *disp*.6. *quæst*. 4. *num*.34. Paschal. *de viribus patriæ potestatis, p*.2.*cap*.2. *n*.37. Crauet. *cons*.49.*num*.2.*vol*.1. Mogoll. *de metu, cap*.4. *princ. num*. 12. & fortiùs, quia sub dictæ Isabellæ educatione & gubernio à tenera ætate remansit, nec parentes suos, aut consanguineam aliam cognouerat, vt optimè expendit Rota *decis*.315. *n*.5. *tom*. 5. *recentior. decis. Rotæ ab anno* 1626. *vsque ad annum* 1630. vbi ad probandum metum de tempore matrimonij contracti Rota multum enixa fuit in eo fundamento quòd contrahens sub educatione & disciplina erat illius, qui eam minis & persuasionibus ad contrahendum inducere procurabat, & refert Tiraquel. *de legibus connub. gloss*. 5. *num*.36. Dec. *cons*.24. *num*.6. Menoch. *de arbitr. casu* 136.*num*.6. Est enim metus reuerentialis, & sic in dubio præsumitur in eo erga illum, sub cuius gu-

bernio existat, Cephal. *consf.* 641. *num.* 106. *cum seqq. vol.* 5. Canar. *var. tom.* 3 *cap.* 15 *num.* 243. Et erga illum, qui iure aliquo subiectionis alteri subest,
134 Sanch. *d. lib.* 4. *disp.* 6. *num.* 15. Et sic non solùm respectu patrui, & nepotis, sed respectu fratris, aut alterius habentis superioritatem, Valenz. *d. cõs.* 173. *num.* 67.

Vis, metus, & noluntas ad contrahendum, quibus indicijs, argumentis, præsumptionibus, & coniecturis probetur?

§. III.

135 PRima coniectura deducitur à nimia animi auersione, & repugnantia, quæ erat in Laura ad contrahendum cum Francisco; ita Rota coram Gregorio XV. *decis.* 326. *num.* 57. & apud Farinac. *decis.* 260. *num.* 3. *post tom.* 2. *suorum consiliorum*, ibi, *Maximum autem indicium, videbatur nimia auersio animi Marchionissa erga huiusmodi nuptias*, &c. *& in posthumis eiusdem Farin. decis.* 779. *num.* 1. *p.* 1. ibi, *Qua auersio, & repugnantia Renati multum confert ad metum probandum*, &c. Et ex ista repugnantia nolendi Franciscum in maritum accipere, metus arguitur in matrimonio postea contracto, Hippol. Rimin. *consf.* 77. *num.* 24. *inter Matrimonialia Ziletti.*

136 Secunda coniectura colligitur ex mœstitia, lamentationibus, lachrymis, & suspiriis, quæ circa actum contrahendi matrimonium Laura emittebat, signum euidens quòd inuita trahebatur ad nuptias. Ita Andr. Alciat. *consf.* 55. *num.* 8. *lib.* 9. *in vlt. impress.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 116. *num.* 17. ibi, *Quarta coniectura quando is, qui contraxit, vel contractui consensit, eo tempore lachrymabatur*, &c. Rota coram Gregor. X V. *decis.* 326. *num.* 40. *cum seqq.* vbi inter indicia metus enumerat lamentationes, conquestiones, suspiria, pallor vultus, & mœstitia, eadem Rota coram Seraph. *decis.* 859. *num.* 2. ibi: *Secundò, hanc metus continuationem clarè probant querela, & lachryma ipsius Ludouica, tunc tẽporis recusantis adhuc matrimonium contrahere*, &c. Eadem Rota *decis.* 260. *num.* 3. *tom.* 2. *consf. crimin.* Farin. ibi: *Sed etiam continua lamentationes, quas vbique & omni tempore emittebat, suspiria, lachryma*, &c. Eadem Rota *decis.* 779. *num.* 5. *p.* 1. *in posthum. Farin.* ibi: *Quartò de mœstitia, afflictione, lamentationibus, lachrymis, & suspirijs Renati tam ante quàm post professionem*, &c. D. Noguerol post hæc scripta visus *alleg. Iuris, tom.* 1. *alleg.* 39. *num.* 67.

137 Tertia coniectura oritur ex delirio, quòd Lauram nonnunquam cupiebat, quia inuita trahebatur ad nuptias, Rota coram Greg. XV. *d. decis.* 326. *n.* 42. ibi, *delirium.*

138 Quarta coniectura prouenit à tractatu inito, & conuentione soluendi certam pecuniarum summam dictæ eius materteræ per Franciscum si matrimonium effectum sortiretur; cùm igitur tractatus huiusmodi multum ab vsitata, & recta via tractandi matrimonia recedere videantur, vtique arguit non bona fide cœptum fuisse negotium. Ita Seraphin. *decis.* 771. *num.* 5. Per fraudes enim, & dolositates non debet quis trahi ad matrimonium contrahendum, Paris. *consf.* 61. *n.* 31. *lib.* 4.

139 Quinta coniectura colligitur ex denegatione victus, & vestitus, nisi matrimonium contraxisset, per quam censetur probatus metus, *ad l. necare, ff. de liber. agnosc. & cap. pasfa* 86. *dist.* tenet Rota *decis.* 779. *n.* 2. *p.* 1. *in posthumis Farin.*

Sexta coniectura prouenit ex inæqualitate, inter contrahentes ratione ætatis, qualitatis, & bonorum, quæ non contracti matrimonij, & quòd contrahens inuita trahebatur ad nuptias, præsumptionem inducit, vt in proposito bene considerat Cæpola *consf.* 7. *vers. nona coniectura*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 4. *num.* 16 Nicol. Anton. Grauita *consf.* 8. *num.* 45. inter consilia matrimon. Ziletti, Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 15 *num.* 7. *in fine.* Et satis indicat dissensum, Menoch. *consf.* 16. *num.* 13. *& consf.* 199. *num.* 44. *&* 49. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1023 *num.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 5 *disp.* 3. *num.* 17. *in fine.* Æqualia enim debent esse matrimonia, quia quæ contrahuntur inter dispares, infelicissimos exitus habere solent. Menoch. *consf.* 69. *num.* 48. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 11. *num.* 8. Ioan. Baptista Larrea *Granat. decis.* 7. *num.* 7. 140

Septima coniectura procedit ex iteratis protestationibus metus ante matrimonium contractum per Lauram factis, quæ subsequens matrimonium annullant, Rota *decis.* 204. *num.* 1. *p.* 2. *in posthumis Farin.* cùm per eas declaretur animus protestantis, Seraphin. *decis.* 1168. *num.* 9. cùm nihil adhuc sit nisi declaratio eius voluntatis, eadem Rota *decis.* 567. *num.* 7. apud Farin. *p.* 1. *recentior.* Et licèt in ipso actu, vel postea taceret, per talem taciturnitatem non censetetur recedere à prioribus protestationibus, idem Seraph *decis.* 295. *num.* 18. 141

Octaua coniectura oritur ex stricta detentione Lauræ, & prohibitione commercij, seu aditus ad eam, & conuersationis, & loquelæ, facta sibi per materteram, vt sic non possit ab alia persona induci ad contrahendum cum alio, Thom. Grammat. *decis.* 103 *num.* 65. Rota *decis.* 260. *num.* 4. apud Farin. *tom.* 2. *consil. crimin.* ibi, *Ex circumstantijs etiam factis præcedentibus vehementia metus oriebantur indicia, & præsertim quia Marchionissa fuit in perpetua custodia posita, omni destituta libertate tam eundi, quàm loquendi, nisi quò & cum quibus placuisset Marchioni patri*, &c. 142

Nona coniectura est quæ à communi voce & fama ducitur, quòd matrimonium huiusmodi esset per vim & metum contractum; ita Cæpol. *consf.* 2. *num.* 8. Menoch. *d. lib.* 3. *præs.* 4. *num.* 21. Seraph. *decis.* 859. *in fine.* Et si vnaquæque ex his coniecturis de per se sufficiens non reputetur ad plenam metus probationem; omnes tamen simul iunctæ cùm tendant ad eundem finem, illum plenissimè probant, Franc. Personal. *consf.* 15 *ex num.* 4 *lib.* 1. Riminald. *consf.* 52. *num.* 112. *lib.* 1. Cephal. *consf.* 608. *num* 58. *&* 59. *vol.* 4. D. Barbos. *in l.* 2. *p.* 1. *num.* 79. *cum seqq. ff soluto matrim.* & in terminis Petr. de Barbosa *consf.* 14. *num.* 30. *&* 31. *inter matrimonialia Ziletti p.* 1. Franc. Monald. *d. consf.* 5. *num.* 13. 14. 21. *&* 94 *tom.* 1. vbi subdit quòd ad probandum metum admittuntur præsumptiuæ probationes etiam imperfectæ. 143 144

Præsumptionibus consensum & voluntatem in Laura denotantibus respondetur.

§. IV.

PRimò colligi dicitur voluntas & consensus in Laura ad contrahendum huiusmodi matrimonium, eo quòd ipsa matrimoniales capitulationes firmauit, in illisque confessa est, se esse maiorem annorum quatuordecim, ac personæ & bonorum suorum administrationem & gubernium habere; Verùm hæc præsumptio nihil vincit, quia dura- 145

bat

bat causa metus, & tunc erat sub potestate & gu-
bernio materteræ, quæ eam cogebat, & dolóse per-
suadebat, ac metum inferebat, vnde attendi debe-
bat hoc principium meticnlosum, vt exinde se-
quuta ab eo regulanda sint. Nouar. *collect.* 34. *num* 3.
ibi, *Ita quod initium metus in actu influit in actus se-
quentes, & actus medio tempore facti non attenduntur,*
&c. Euerard *cons.* 4. *num.* 21. Seraphin. *decis.* 851. fe-
rè *per tot.* vbi quòd durante causa metus omnia
censentur ex eodem metu facta, etiam quòd fiant
aliqui actus, qui videantur spontanei, item *decis.*
881 *num.* 2. *& decis* 803 *num* 1. *&* 2 vbi quòd me-
tus nunquam censetur purgatus, nisi persona, cui
fuit illatus, constituta sit in plenissima libertate, &
num 4. quòd probato semel metu omnes actus, qui
attribui possunt liberæ voluntati, per metum facti
esse censentur, & *decis* 77 .. *num.* 8. vbi dicit quòd
durante causa metus semper metus durat, & *decis.*
1166. *num.* 1. Ramon *cons.* 96. *num.* 13. vbi quòd ver-
bera præcedentia videntur sufficere ad actus se-
quentes, ex quo censetur durare causa metus, no-
uissimè Paul. Christianæ. *tom.* 1. *decis.* 335. *num.* 10.
vbi quòd metus causa durare censetur, licèt actus
liberam voluntatem indicans, subsequutus fuerit,
latè Rota coram Gregorio X V. *decis.* 392 *num.* :.
ibi. *Quandiu enim durat causa metus, quicunque actus
fiat, etiamsi pro se ferat liberam voluntatem, & latum
iucundumque animum, nedum metum non purgant,*
Abb. antiq. *in cap. super hoc, vers. filia cuiusdam ci-
uis, de renunciat.* vbi etiam Ioan. Andr. Imola &
Abb. Alex. *cons.* 99 *sub num.* 8. *lib.* 3 Barbat. *d. cons.* 54.
num. 5. Paris. *cons.* 53. *num.* 7. *lib.* 4. Grat. *d. cons.* 38.
num. 17. *cum alijs*, quos refert & sequitur Menoch.
præs. 4. *num.* 23. *lib.* 3. plures etiam cumulat Thom.
Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 18. *num.* 7. *& fuit dictum
in illa Toletana* 17. *Martij* 1589. *Sed potius eum
magis confirmant, vt dicit Rota in præallegata Nea-
politana professionis coram Orano: quod verum est
quodcunque temporis interuallum intendat.* Bald. *in
l.* 2 *sub num.* 10. *C de his quæ vi.* Aretin. *in l in omnibus
causis sub num.* 12 *vers. sed eadem causa, ff. de regul.
iuris, & d. cons.* 219. *sub num.* 4. *vers primò ex eo,*
146 *cum alijs*, per Thom. Sanchez *vbi suprà*, &c. Nam
qui semel intulit metum, semper inferre præsu-
mitur, Menoch. *cons.* 1. *num.* 287. *vol.* 1. Vincent. de
Anna *alleg.* 114. Hieronym. de Laurent. *Auenion.
decis.* 11 1. *in fine*, Camill. Bortel. *in sum. decis. tom* 2.
tit. de testium prælat. 14. *num.* 52. eleganter Sig. sm. à
Bononia *de elect. Prælat. Regular dub.* 54. *num.* 14. ibi.
147 *Secundò notandum est metum durare quandiu durat
eius causa, quamuis in actu externo appareat omnimo-
da libertas. vnde quicunque actus fiat, etiamsi præsefe-
rat liberam voluntatem, & latum, iucundumque ani-
mum, nedum metum non purgant,* Panorm. *in cap* 1.
de his quæ vi, Natt. *cons.* 451. *num.* 1. Couar. *in epit.*
4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 3 §. 5. *num.* 1. Menoch. *præs.* 4.
num. 23. *lib* 3. & Sanch. *disput.* 18. *num.* 7. Rot. *decis.*
705. *num.* 1. *& decis.* 463. *num.* 3 *p.* 2. *in recentior.* &
præsertim *decis.* 643. *num.* 4. *p.* 1. *in recentior. decis.*
771. *num.* 8. *& decis* 863. *num.* 1. 2. *cum seqq. coram
Card. Seraphino.* Sed potiùs eum magis confir-
mant, vt dicit eadem Rota *in Neapolitana professio-
nis* 26. *Iunij* 1598 *coram Orano, & decis.* 191. *num.* 1.
coram Gregorio XV. & hoc procedit quamuis
quodcunque temporis spatiũ intendat inter actũ
& metum incussum ad illius effectum, Bald. Are-
tin. Dec. & alij per Sanch. Gasp. Anton. *num.* 19. &
Rota *decis.* 192. *coram Gregorio XV.* Nec sufficit cau-
sam metus cessare nisi quoque cessent impedi-
menta, quibus à reclamando impeditur, poterit
nanque reclamare longè post cessationem metus,
si longo tempore illa durarent, &c. Carol. de Gras-
sis *de exceptionibus, except.* 11. *num.* 85 vbi quòd mu-
lier faciens actum metu mariti, excusatur toto tẽ-
pore matrimonij, Valenz. *cons.* 19 *num.* 44. *&* 45.
tom. 1. D. Noguerol post hæc scripta à me visus, *d.
alleg.* 29. *num* 36. vbi *num.* 37. post Gasp. Anton.
Thesaur *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 51. *num.* 19. *&* 20.
& Fontanel. *de pactis nuptial. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 2.
p 7. *ex num.* 23. Gabr. Pereira *Lusit. decis.* 30 *num* 15.
resoluit quòd subsistente eadem causa metus, ge-
minationem actuum, iuramentum, & quascunque
clausulas, & omnes actus ex interuallo subsequu-
tos metu celebratos, contractus non confirmare.
Eo maximè, quia Laura illo tempore erat, & 148
semper fuit sub potestate materteræ, quæ metum
intulit, & sic præsumebatur durare adhuc metus
causa, cùm Laura retineretur ab ea, quæ metum in-
tulit, Aloys. Ricc. *in decis Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4.
decis. 110. *num.* 25. Valenz. *cons.* 165. *num.* 80. *tom.* 1.
Rota coram Gregorio X V. *decis.* 322. *num.* 2. *&* 6.
& in posthumis Farin. p. 1. *decis.* 500. *num.* 2. Et ista 149
causa metus semper præsumitur extare quousque
probetur quòd dicta Laura constituta fuit in
plena libertate, Seraphin. *decis.* 859. *num.* 2. *vers.
cum semper.*
Vnde colligitur quòd parum, aut nihil refert 150
quòd Laura se subscripserit in istis copulationi-
bus, eo quòd ibi confessa sit se personæ, & bono-
rum suorum administrationem obtinere, quia hu-
ius assertionis cootrarium probatur euidenter,
tum quia id factum fuit ad importunitatem ma-
terteræ, quæ solicitabat hoc matrimonium, & ideo
non arguit liberam voluntatem, vt in terminis te-
net Seraph. *decis.* 35 1. *num.* 7. ibi. *Quòd verò subscrip-
serit se istis capitulationibus, non est magni momenti,
cùm hoc fecerit ad importunitatem eorum, qui solici-
tabant hoc matrimonium, & ideo non arguit liberam
voluntatem*, Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 65.
*vers. limita quintò, de constit. & hoc pacto tolluntur
omnes actus per eam facti, & ex aduerso considerati,*
Anton. de Botrio *in cap. ad id, num.* 9. *de sponsal.* &
ibi Præpos. *num.* 1. Oldrad. *cons.* 20 Ruin. *cons.* 122
num. 3. *lib.* 4. *nam vt isti actus habeantur in conside-
ratione, necesse est, vt plena libertas procedat,* &c.
Tum denique, quia in capitulationibus prædictis 151
insolitæ clausulæ, & plures cautelæ repetiuntur,
quæ reddunt actum suspectum de fraude, & dolo,
Cott. *in memorab. verb. clausula, pag.* 109. Menoch.
de præsumpt. lib. 5. *præs.* 3. *num.* 103. *& præs.* 20. *num* 20.
Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. gloss.* 36 *num* 86. Ioseph.
Ludou. *Perus. decis.* 213. *num.* 12. Farin. *de falsitate,
quæst.* 153. *num.* 162. Monet. *de commut vltim. volunt.
cap.* 7. *num.* 69. *cum seqq.* & alij citati per me *clau-
sul.* 73.
Secundò, eadem volontas & consensus contra- 152
hendi in Laura elicitur ex aliquibus litteris missi-
uis per eam Francisco absenti, & viceuersa per
Franciscum illi transmissis, cum muneribus; quæ
quidem munera & litteræ, vltro citróque missa
matrimonij fœdus arguere videntur, Rota *decis.*
273. *num.* 6. *&* 8. apud Farin. *in nouissimis nouiss. seu
p* 4. *diuers.* & probant huiusmodi litteræ amatoriæ 153
eandem voluntatem & consensum, licèt sint sine
die, & sine inscriptione & subscriptione, quia non
per tabellarios, sed per fidos ministros secretè
transmitti solent, ead. Rota *decis.* 772. *num.* 7 *&* 9.
apud Farin. *p.* 2. *recentior.* Sed respondetur huius-
modi litteras & munera nihil euincere ad pro-
bandum consensum stante continuatione causæ

metus, quia viuebat matertera, quam ptopter eius terribilemconditionem timebar valde, tum etiam, quia ipsa Lauta non amore ducta, sed ex vrbanitare, & marettetæ importunitate cogebatur Francisco respondere. Ita Seraphin. *decis.* 864. *sub n.*5. ibi. *Quibus sic stantibus facillimè tolluntur ea omnia, quæ in contrarium deduci possunt: nam quantum ad oscula, & litteras, quæ videntur plenæ amoris, non potest in ijs fieri magnum fundamentum stante continuatione causæ*, &c. & ibi. *Neque etiam isti actus censendi sunt omnino voluntarij vel spontanei, quia ad hoc prouocabatur à duce tam respectu blanditiarum, quàm litterarum, cum ad eam scriberet, & ipsa cogeretur saltem ex vrbanitate respondere*, &c. Rota *decis.* 179. *num.*4. *part.*2. *in posthumis Farinacij*, ibi, *Non obstant littera missiua eiusdem Rennatæ, & renunciatio bonorum ad fauorem Annæ suæ sororis, nec non prætensa ratificatio ex aduerso considerata ad probandam liberam voluntatem Rennatæ; quia vltra quod opponebatur scripturas non esse in forma probanti, respondebatur quòd stantibus probationibus super metu, de quibus suprà, difficile, imò quasi impossibile videtur probari contrarium durante causa metus, quæ durare præsumitur viuente auia, ex qua metus processerat.*

154 Tertiò voluntas, & consensus in Laura prubari videtur, eo quòd matrimonium in præsentia consanguineorum, & officialis Episcopi Vallisuletani contractum fuit, vnde succedit doctrina quòd excluditur præsumptio metus, si contractui fuerunt præsentes consanguinei contrahentis, ex *l. transactione quæ dominij, C. de transact.* Carol. de Grassis *de except. except.* 11. *num.* 70. Mascard. *de probat. concl.*437. *num.*1. & 2. Cabreros *de metu, lib.* 2. *cap.* 9.
155 *num.*17. Et quòd iudicis præsentia expellat ne dum suspicionem metus, iuxta doctrinam Bart. *in l.* 2. *num.*4. *C. de prædijs decur.* Gregor. XV. *decis.* 120. *num.*25. & *decis.*188. *num.* 9. Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regul. dub.* 54. *num.* 17. sed & ipsum metum excludat, Lauor. *var. lucubrat. tom.*1. *tit.*4. *cap.*21 *num.*9. *gloss. fin. in cap. præsentium* 7. *quæst.* 1. Abb. *in cap. pen. num.*11. *de his quæ vi*, Cardoso *in praxi iudicum, verb. Iudex, num.* 57. plures refert Carol. de Grassis *dicta except.* 11. *num.*69. Sigism. à Bononia *d. dub.*54. *n.*17.

156 Respondetur tamen quoad primam partem de præsentia consanguineorum, non procedere doctrinam quando consanguinei præsentes fuerunt illi, qui metum inferebant Lauræ, & erant causa ipsius metus, vt probat Mascard. *de probat. conclus.* 1055. *num.*24. ibi. *Hoc tamen postremo loco traditum de præsentia consanguineorum limitatur, vt non procedat quando illa præsentia non satis esset ad resistendum violentiæ eius, qui infert metum, nempe vbi res agitur cum eo, qui pariter poterat esse causa metus*, &c. Nulli alij consanguinei aderant quando Laura contrahebat præter materteram, & eius maritum, quibus, vt suprà diximus, magnam reuerentiam exhibebat, & sic metum reuerentialem, quem præ-
157 sentia consanguineorum non excludit, Doctores *in l. transactionem, C. de transact.* Tiraq. *post leges connub. gloss.* 5. *num* 37. Carol. de Grassis *d. except.* 11.
158 *num.*73. Tum etiam, quia contra præsumptionem ortam ex præsentia consanguineorum admittitur contraria probatio, Didac. de Marino ad decisiones Thom. Grammat. *d. decis.* 103. *num.*65. ibi: *Metus præsumptio licèt cesset, & purgatus censeatur per præsentiam consanguineorum, admittitur tamen contraria probatio, dummodo apertissima & clarior quam si amici non interuenissent*, Simoncel. *de decre-*
169 *tis lib.* 1. *tit.* 1. *num.*10 *in fine*, &c. Vnde si ipsi consanguinei erant qui metum incutiebant, non solùm dum actui præsentes erant, dabatur maior causa timendi, sed etiam viuentibus illis, etiam absentibus non poterat toto illo tempore induci actus approbatio, Bart. *in l. si ob turpem, num.* 9. *ff. de condict. ob turpem causam*, Surd. *cons.*513. *num.* 41. *cum seqq. lib* 4. Ioan. Vincent. de Anna *alleg.* 115. *num.*4. *part.*1. Cæs. Manente *cons.*28. *num.*30. 31. 48. & 49. Valenzuela *cons.* 59. *num.* 44. & 45. *tom.*1. Gaspar Anton. Thesaur. *quæst. forens lib.*1. *quæst.*51. *num.*19. & 20. Fontanel. *de pactis nuptialib tom.* 2. *decis.*7. *gloss.*1. *part.*7. *ex num.*23. Gabriel Pereira *decis.*30. *n.*15.

Quoad secundam partem de præsentia iudicis 160
multipliciter respondetur; & primò regulæ quòd metus præsumptus tollitur ex præsentia iudicis, procedere in contractibus, & aliis actibus, qui contrahentium consensu absoluuntur, non ita in aliis in quibus requiritur plena & secura libertas, vt in matrimonio, ex Ferret. *cons.*196. *num.*17. &
18. Seraphin. *decis* 942. *num.*17. Secundò nec pro- 116
cedit quando ante actum metus fuit illatus, quia semper durare præsumitur, Capiblanc. *de iure Ba-*
*ronum prag.*9. *num.*22. Tertiò, nec locum habet si 162
ille, qui incutit metum contrahenti, esset talis, vt grauem metum etiam incuteret superiori præsenti, vt post Thesaur. resoluit Sigism. a Bononia *d. dub.*34. *num.*17. *in fine.* Quartò, multo minus procedit quando constat contrarium per concludentes probationes, vt in præsenti casu, vt ex Bart. & aliis concludit Carol. de Grassis *d except.*11. *n.*69. & 78. ibi. *Sed tu aduerte quòd istæ præsumptiones non tollunt quin possit probari contrarium; & ratio est, quia præsumptiones cedunt veritati*, &c. Grammat.
*decis.*103. *num.*65. ibi. *Item dato quòd præsentia iudicis* 163
faciat metum cessare, vt præsumendum est, attamen talis præsumptio non est iuris, & de iure, sed operatur tantùm vt requiratur probatio efficacior ad metum, vt sentit gloss. *in d. l. interpositas*, & *ibi* declarat Bald. & Paul. de Castro *C. de transact.* &c. & paulo inferiùs. *Talis præsumptio resultans ex præsentia iudicis præfati, cedit veritati, l. nuptura filio, ff. de iure dotium*, &c. Prosper Petra in additionibus ad eundem
Grammat. *d. decis.* 103. *numer.* 65. & *num.*71. ibi, 164
Grammaticus duobus modis limitat conclusionem quod præsentia iudicis faciat cessare præsumptionem metus: primò vt non procedat quando iudex esset talis, qui contradicere non auderet, & propterea dico ego conclusionem non procedere respectu iudicis maioris, & Præsidis, & similium; non autem Magistratus municipalis, & iudicis pedanei, vt per Lypar. ad Iserniam, in cap. nunc de feodo guatol. num.10. *Gerard.* sing. 57. *Secundò, vt hæc præsumptio exclusiua præsumptionis metus non sit iuris & de iure, & sic admittatur*
probatio in contrarium, &c. Quintò, quia matrimo- 165
nij celebratio non est actus iurisdictionalis, nec præsentia Parochi, seu Ordinarij in eo requiritur vti iudicis, sed tanquam auctoritatem præsentis, nam si fuisset actus iurisdictionis, non posset Parochus excommunicatus matrimonio interesse, cuius contrarium verius est, & tenet Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.*21 *num* 4. & reddit rationem, quia auctoritatem præstare actui celebrationis matrimonij sua præsentia, non est actus iurisdictionis.

Quartò, voluntatem & consensum contrahen- 166
di secum, asserit Franciscus interuenisse in Laura, ex continua adinuicem inter eos cohabitatione per multos annos. Sed nec hæc præsumptio aliquid euincit, quia in facto constat cohabitationem hanc vel euenisse durante causa metus, hoc

est

est viuente dicta Lauræ matertera; vel existente eius marito Regio Magistratu in loco, cui non audebat resistere: vel denique, quia ignorabat nullitatem dispensationis, quam Franciscus expediri Romæ iussit, & penes se habebat. Primò, cùm a principio Laura protestaretur nullatenus velle cum Francisco contrahere, & quòd metu coacta ducebatur ad nuptias, talis protestatio ante matrimonium facta, subsequens matrimonium annullat. Rota *decis. 204. num. 2. apud Farin. in post-*
167 *humis.* Secundò, quia cohabitatio facta in castro & loco sub ditione & imperio aduersarij existente, non dicitur sufficiens ad purgandum metum, eadem Rota *decis. 179. num. 7. apud Farin. p. 2. in posthumis*, ibi. *Quo verò ad secundum vltra quòd ista etiam declaratio non est in forma probanti, ducebatur etiam facta in castro, & loco aduersariorum, quibus Rennata fortè non poterat resistere, quo casu tanquam factam loco non tuto, non dicitur sufficiens ad purgandum metum, cùm requiratur vt illum patiens sit in plena sui libertate constitutus*, *Seraphin* decis. 859. num. 1. & decis. 863. num. 1. *Menoch.* de præsumpt.
168 lib. 3. præs. 126 num. 26. &c. Tertiò, quia etiamsi proponamus Lauram cohabitasse aliquot annis cum Francisco post mortem materteræ, adhuc non obstaret, quia scientiam plenam & certam nullitatis non habuit; tum etiam, quia non sufficit sola acquiescentia etiam longi temporis post mortem eius, qui metum intulit, sed requiritur quòd metus probetur sublatus per actus positiuos contrarios; verumque mirè probat Rota *d. decis. 179. num. 5. part. 2. in posthumis Farin.* ibi. *Nec obstat quòd post mortem auiæ, quam prætenditur euenisse de mense Februarij* 1608. *videatur purgatus omnis metus; tum ex eo quòd Rennata permansit in eodem monasterio vltra annum absque vlla reclamatione: tum ex declaratione expressa, quam fecit de mense Decembris eiusdem anni, & sic decem mensibus post mortem auiæ, in qua dixit se ex bona voluntate, & affectione singulari addixisse Ordini S. Benedicti. Quia quoad primum fuit responsum in primis non constare de morte auiæ de illo tempore, & fides Curialium de morte attestantium non probat: & quatenus constaret de morte, non probatur quòd Rennata habuerit illius scientiam, & cùm sit facti, non præsumitur, sed potiùs ignorantia*, cap. præsumitur, de regul. Iuris in 6. *Respondebatur etiam secundò quòd si probaretur mors, & illius scientia, tamen pro purgatione metus non sufficit sola acquiescentia etiam longi temporis post mortem eius, qui metum intulit, sed requiritur quòd metus probetur sublatus per actus positiuos contrarios, vt per Ofasch.* decis. 179. num. 11. *quod sequuta est Rota in dicta Neapolitana professionis coram Gypsio, & in dicta Toletana professionis coram me. Vltra quod nec etiam apparet, quòd ipsa Rennata sciuerat nullitatem professionis, & quòd esset in tempore ad eam impugnandam, prout requiritur ad effectum vt ex permanentia in monasterio censeatur inducta ratificatio professionis, vt post Caiet.* in 2. 2. quæst. 189. art. 5 *firmat Nauar.* cons. 28. num. 7. & cons. 89. num. 3. de Regular. &
169 in man. cap. 12. num. 71. cum seqq. &c. Idem etiam quòd ratificatio actus nulli induci non possit ab eo, qui nullitatis scientiam plenam, & certam iuris & facti non habuit, ita vt non sufficiat scientia in genere, non semel tennit Rota *decis. 280. num. 9. & 10. & decis. 492. num. 10. & decis. 535. num. 12. apud Farin part. 1. recentior. & decis. 109. num. 2. cum seqq & decis. 632. num. 4. part. 2. in posthum Farin. & corā Seraph. decis. 477. n. 10.* Nec refert quòd dicta decisio Rotæ 179. *n. 5. p. 2. in posthum. Farin.* loquatur de nullitate professionis, quia valet argumentum de matrimonio spirituali ad carnale, ex adductis per me *in locis communib. argum. Iuris*
loco 70 Et in terminis cuiusdam matrimonij metu 170
matris celebrati, quòd sit inualidum, nec ratificetur per cohabitationem inter contrahentes factam per aliquot annos post mortem matris, adest Decretum Eminentissimorum Cardinalium S. Concilij Trident. Interpretum *in vna Romana sub die* 15. *Septembris* 1629. qua deciditur, *vt Matrimonium contractum a filia propter metum matris a matre illatum est inualidum, etiamsi post obitum matris per septennium cum viro permanserit, & filios susceperit*, refero ego ipse *in collectan. Bullary verb. Matrimonium contractum pag.* 445.

Quintò consensus, & voluntas in Laura colli- 171
gi etiam videtur eo quòd contrahentes per multos annos in vno lecto dormierunt, & inter eos copula intercessit, filiosque procrearunt, ex quo videbatur matrimonium non posse dici coactum, & per metum contractum. Sed respondetur quòd licèt in viro copula possit denotare voluntatem & consensum, eo quòd sit agens, & aliter attigere non possit, nihilominus in fœmina aliter se res habet, cùm sit patiens & etiam per vim cognita, &
inuita concipere valeat, nam in tali necessitate di- 172
citur quis potius pati quàm agere. *cap. ita ne aliquem, & seq. 32. quæst. 5. cap. sacris, de his quæ vi*, cum multis citatis à Magdeleno *de numero testium p. 1. cap. 5. num. 55. cum seqq.* possunt enim simul stare, & quòd mulier fuerit cognita, & quòd non fuerit consentiens nisi per metum, vt ait Seraphin. *decis. 771. num. 10. & decis. 863. num. 9.* vbi quòd copula etiam probata non facit quin matrimonium non possit dici coactum, & per metum contractum;
idem resoluunt Nouar. *collect. 34. num 3.* Aloys. 173
Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol part. 2. decis. 15. num. 3.* ibi. *Vt dicimus pariter etiamsi carnalis copula esset subsequuta*, &c. *Marta* in votis nouissim. decis. voto 64 num. 1. ibi. *Ego fui in voto pro nullitate primi matrimonij, quia constat fuisse metu contractum, ideo nullum, & inualidum, etiamsi carnalis copula esset subsequuta*, &c. *& num.* 15. ibi. *Neque obstat quòd mulier per cohabitationem quindecim dierum cum viro, item per carnis copulam, de qua constat per publicam vocem & famam, dicatur consensisse matrimonio*, cap. ad id quod, de sponsal. cap. cùm insuper, qui matrim. accus. poss. *Abb.* in d. cap. tua, num. 9. *cum alijs per Brunel.* d. concl 18. *quia respondetur non sufficere consensum habitationis, nec carnalis copula ad matrimonium contrahendum*, Brunel. *in d. tractat. de sponsalib. conclus. 1. numer. 4. cum seq.* &c. & ibi. *Ideo carnalis copula quatenus interuenisset per violentiam præsumenda esset; ergo non sufficeret ad validitatem matrimonij, vt probat Brunel.* d. conclus. 1. &c. nouissimè Paul. Christianæ. *tom. 1. decis. 335. numer. 9.* ibi. *Ideoque*
ne quidem id ipsum Matrimonium validari metu 174
contractum, licèt copula postea intercesserit, si quando adhuc subest ipsius metus causa, & respondet in specie Franc. Monald. cons. 13. *subdens in fine ita Veretijs per Nuntium Pontificis iudicatum fuisse*, &c. & fuit decisum à sacra Congreg. Concilij, cuius decreti memini suprà num. præcedenti.

Matrimonium

Matrimonium nullum propter metum, aut defectum consensus, non ratificatur nisi de nouo repetitis solemnitatibus Concilij Tridentini, etiamsi partes permanendo insimul consentiant.

§. V.

175 QVamuis de iure communi Matrimonium
metu contractum ex superuenienti cohabi-
tatione, & copula, ac superueniente libero con-
sensu ratificetur, per text. in cap. ad id, de sponsal.
vbi Abb. sub num. 1. subdit quòd ratificatio non
retrotrahitur, sed matrimonium incipit valere ex
eo tempore, quo consensus superuenit, non au-
tem prout ex tunc: nihilominus tamen post pu-
blicationem sacri Concilij Trident. solus con-
176 sensus contrahentium non sufficit vt prius, ad
inducendum matrimonium validum, sed opus est
matrimonium de nouo contrahi, adhibitis, seu re-
petitis solemnitatibus ab eodem sacro Concil.
Trident. requisitis, tales sunt pro forma, præsen-
tia Parochi & duorum testium, vt in cap. 1 sess. 24.
177 de reform. Matrim. vbi procedit annullando ma-
trimonium absque ea factum. Ratio est, quia
omnis forma, & solemnitas, quæ debet interue-
nire in actu vt valeat, debet quoque interuenire in
ratificatione; nec potest deseruire solemnitas per
prius sequuta, quoniam illa debet concurrere de
178 tempore actus, nec potest ab eo separari: nec
etiam iuuare potest fictio, aut retrotractio, cùm non
fiat quando actus est omnino nullus, vel quando
non inuenit principium conseruabile, tum deni-
que, quia ratificatio reconciliat ea, quæ pendent
ex animo, secus si pendent ex aliqua forma, vel ex
alia potentia exteriori, iuxta doctrinam Bald. in
l. mancipia, C. de rebus alien quam sequitur Rota
179 decis. 193. n. 4. part. 1. in posth. Farin. Quare ex his,
& aliis fundamentis hanc resolutionem sustinent
Nau. cons. 11. de spons. in 2. edit. & cons. 3. de despons.
impub. in 2. edit. Gutier. de Iuram. confirmat. part. 1.
cap. 51. num. 22. & 43. Matiens. in rub. tit. 1. n. 33.
34. & 189. & in l. 1. gloss. 1. num. 3. in fine tit. 1. lib. 5.
Recop. Fab. Turret. cons. 15. num. 23. lib. 2. Spin. in
speculo testam. gloss 15. sub num. 65. vers. sic etiam di-
cendum, Philipp. Paschal. de viribus patria potesta-
tis part. 3. cap. 2. num. 45. Thom. Triuisan. in tract.
de sponsalib. in 7. priuil. numer. 32. Menoch. de pra-
sumpt. lib. 3. pras. 2. sub num. 98. vers. prædicta tamen
præsumptiones, Basil. Pont. de Matrim. lib. 4. cap. 24.
num. 4. Aloys. Ricc. in decision. Curia Archiepiscop.
Neapol. part. 4. decis. 82 per tot. & præcipuè num. 9.
Rota coram Seraphin. decis. 900. & decis. 1252. n. 2.
& coram Greg. XV. decis. 395. quæ est duplicata
apud Farin. decis. 265. tom. 2. consil. crimin. vbi la-
tissimè de hac quæstione, & in posthumis eiusdem
180 Farin. decis. 204. num. 2. part. 2. ibi. *Respondebatur
etiam quòd cùm Matrimonium fuerit iam nulliter
contractum ex defectu mandati, vt suprà dictum est,
non potuit ratificari, sed debuit iterum contrahi cum
debitis solemnitatibus in facie Ecclesiæ*, &c.
181 Hucusque dicta sine contradictore procedunt
eo casu quo defectus consensus, vel impedimen-
tum non est occultum; sed quando matrimonium
fuerit nullum ex impedimento occulto, tunc plu-
res tenent posse sine Parocho & testibus secretè
ratificari. Ita Sanch. de Matrim. lib. 2. disput. 32.
num. 9. & 13. & disput. 37. n. 4. & lib. 3. disput. 17.
Ceuall. commun. contra commun. quæst. 604. num. 28.
Aloys Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapolit. p. 2.
decis. 98. Zambran. in decis. casuum occurrentium in
articulo mortis, cap. 7. de matrim. dub. 2. num 4. Dia-
na moral. resolut. part. 2. tract. 15. resolut. 15. Con-
currentibus scilicet sequentibus requisitis. Primò,
quòd verè ratificent, Sanch. d. lib. 2. disput. 37. n. 4.
ibi, *satis erit si postea ipsi inter se solos contrahentes
ratificent*, &c. & disput. 32. num. 9. ibi, *denuo consen-
tiant*, &c. & num. 12. ibi, *post verè assensum præ-
beant*, &c. Rebell. de obligat. Iustit. part. 2. lib. 2.
quæst. 9 num. 5. ibi, *sed sat erit quòd rursus secretè, &
verè consentiant*, &c. Seraphin. decis. 900. Secundò,
quòd expressus consensus vtriusque debet vno, &
eodem tempore concurrere, & contrahentes scien-
tiam impedimenti habere debent. Sanctarel. var.
resolut. quæst. 48. num. 40 cum seqq Tertiò quòd ex-
pediatur dispensatio, Rebell. & cæteri vbi suprà.
Seraphin. d. decis. 900. ibi. *Congregatio respondit, si
huiusmodi impedimentum sit occultum, & partes postea
in matrimonio sic contracto permanere liberè consen-
tiunt, consueuisse Papam ex stylo Pœnitentiæ, quamuis
Matrimonium sit nullum, ratione occulti impedimenti
dispensare, ita vt denuo possint inter se contrahere non
adhibitis susceptis solemnitatibus à Concilio requi-
sitis*, &c. Quartò, nisi periculum sit occultum, vt
ab aliquibus detegatur postea, Rebell. d. part. 2.
lib. 2. quæst. 9. num. 6. Zambran. d. cap. 7. dub. 2. num 7.
ibi, *& impedimentum sit occultum, nec timeatur postea
publicandum esse*, &c. Secus tamen quando pericu- 182
lum esset quòd impedimentum de se publicum
probaretur in iudicio, vt dissoluatur matrimo-
nium in foro externo, tunc enim fieri debet reua-
lidatio coram Parocho, & testibus ad illud incom-
modum vitandum, Sanch. d. lib. 2. disput. 37. n. 15.
Villalob. in sum. part. 1. tractat. 14. diffic. 31. num. 3.
Bonacin. de Matrim. quæst. 2. puncto 9. num. 10. ibi.
*Nec sit periculum vt impedimentum probetur in iudi-
cio, & matrimonium dissoluatur in foro externo*. Quin-
tò, quòd graue timeatur incommodum ex tali assi-
stentia, Zambran. vbi suprà n 7.

Testes in vim requisitoriæ Vicarij generalis huius loci examinati ab officiali Vallisoletano, ea conditione, vt in eius præsentia examen fieret, etiamsi aliter fiat, probant.

§. VI.

QVando testes examinandi sunt in alieno ter- 183
ritorio, iudex causæ solet ad partis instantiam
litteras rogatorias, seu requisitorias mittere ad talem iudicem sub cuius iurisdictione degunt testes, vt eos examinet, iuxta praxim à iure communi deductam, de quo in l. iudices, & in Auth. apud eloquentissimum, C. de fide instrum. Bart. & alij in l. 2. C. de naufrag. lib. 11. Rebuff. in tract. de litteris requisitor. seu rogator num. 29. Menoch recup. possession. remed. 15. num. 362. vbi in causa ciuili ardua idem fieri scribit.

184 In quibus requisitoriis expediendis iudex causæ non potest iudici rogato legem imponere, ille enim adimplet si iuxta stylum sui tribunalis examen per se expediat, vel alteri committat, quia par in parem non habet imperium, l. nam & magistratus, ff. de recept. arb. cap. cum inferior, de maior. & obed. cum aliis adductis per me Axiom. 174. num. 1. & ideo iudex rogans vtitur clausula, *Nos offerentes in similibus vobis complacere*, de qua Carlaual. de indic. disput. 2. num. 42. & sic iure proprio facit

facit iudex requisitus, non verò nomine iudicis re-
quirentis, *cap constitutus, de fideiuss.* per quem tex.
ita in terminis probat Specul. *de iudice deleg.* §. *iam*
nunc dicendum, num. . v. ibi, *& ille præcipit aucto ri-*
tate iuris communis nõ regante, &c. *Et de teste* §. *qua-*
liter num. 16. ibi. *Quia cum vnus iudex scribit alteri,*
non præcipit, sed rogabit, & is, cui sub præscripta
forma scribitur, sua, non scribentis auctoritate illos
examinabit, &c. Felin. *in cap. cùm causam, num.* 3 . *de*
186 *testib.* Franc. Marc. *decis* 783. *num.* 3. *tom.* 2. ibi, *Et in*
illo casu quando committitur examen testium extra
territorium, tunc iudex loci procedit auctoritate sua,
& non scribentis, quia par in parem non habet impe-
rium. &c. quod dixerat antea *decis.* 137 *in fine p.* 1.
distinctè, & doctè Bernard. Greuæ. *in pract. Cameræ*
Imper. lib. 1. *concl.* 96. *in princ.* ibi. *Examen testium, si*
testes eius subsunt iurisdictioni, aut ab ipsomet iudice,
coram quo processus ventilatur, fieri vel alteri commit-
ti, aut vbi testes alterius subsunt iurisdictioni, in subsi-
dium iuris à iudice ordinario loci, vbi testes degunt,
perfici constat. Cùm enim iudex extra prouinciam nul-
lam habeat iurisdictionem, vt docemur à Iurisconsul.
Paulo sub l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iudic. *proindeque*
neque commissio extra iurisdictionem propriam subsi-
stat, ad not per Vanti. de nullit. ex defectu iurisd.
deleg. num. 3 *cum similibus, iure remedium erit eruen-*
da, & proferenda veritati hoc casu, vt nimirum testes
sub aliena iurisdictione degentes ad iudicis causa re-
quisitionem (scripto, scilicet litteris rogatorijs requisi-
torijs iuris subsidialibus) ab ipsorum Iudice exami-
nantur, &c. iuncto ibi. *qui requisitus vicem requiren-*
tis gerit, Ant. in praxi Florent. §. 13. cap. 16. n. 2.
part. 1. *Bartholom. Blarer.* in l. diffamati cap. 11. sub
num. 21. vers. & sic quamuis, C. de ingen. & ma-
num. *quamuis auctoritate propria, non verò requiren-*
tis vtatur, &c.

187 Vnde infertur In litteris rogatoriis non potuisse
iudicem requirentem alias clausulas, & qualita-
tes, exprimi facere, præter illos, quæ de Iure com-
muni insunt; at in hac materia regula generalis
est quòd in causis tantùm criminalibus, & ciuili-
bus arduis Iudex per se, non verò per substitutum,
aut delegatum, tenetur testes examinare. *d. l. iudi-*
ces, & d. auth. apud eloquentissimum, Doctores com-
muniter *in cap. secundum requiris, de appell. & in*
cap. 1. *vbi gloss. verb. iure prohibente, de iudic. lib.* 6.
l. 27. *titul.* 1. *part.* 3 *& l* 18. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil.*
Couar. *lib.* 2. *cap* 1 . *num.* 0. Caputaq. *decis.* 165.
part. 3. Farin. *in praxi crimin quæst.* 77. *cap* 4 *n.* 178.
188 Quæ quidem regula non est ita absolutè prolata
quin aliquas non recipiat limitationes; quando
enim aliquid disponitur à iure communi, vel sta-
tuitur secundùm ius commune, eius ampliationes,
& limitationes amplectitur, neque exceptio in eo
firmat regulam in contrarium, tex. *in cap. dilectus,*
& in cap. ad audientiam, vbi Abb. *de cleric. non resid.*
Tiraquel. *in tract. le mort, part.* 2. *declar.* , *num.* 1. *&*
2. Valasc. *consf.* 4 . *num* 7. *vers. addo etiam*, Patens
meus *in proœmio ad lib.* 4. Ordin. Lusitan. *vers.*
quando verò.

Limitatio autem dictæ regulæ generalis habet,
189 quòd si iudex requisitus fuerit legitimè impeditus,
potest in his causis etiam criminalibus, vel ciuili-
bus arduis, alicui Notario examen committere &
mandare, ex *l.* . §. *huius rei, ff de officio eius, cui man-*
data est iurisd. Auendan. *de exequendis mand. part.* 2.
cap. 7. *num.* 3 *vers. octauò fallit*, Suar. de Paz *in*
pract. tom. 1. *prima partis temp.* 8. *num.* . 00. Farin. *in*
190 *praxi crimin part.* 2. *quæst.* 77. *num.* 181. Et talis com-
missio valet, etiam non constito de impedimento,
quia ob multitudinem causarum in dubio occupa-
tus præsumitur iudex, Auendan. *de exeq mand. p.* 1.
cap 17 *num.* . . *vers. octauò fallit, in fine*, Capic. *decis.*
90. *num.* 6. Farin. *d quæst* 77. *num.* 82 Et in hoc circa 191
legitimum impedimentum iudici asserenti credi-
tur, vt firmant interpretes *in d. l.* 1 *in princip. ff. de*
offic. eius, cui mandata est iurisd. Menoch. *d remed* 5.
recup. num. 351. Eo maximè, quia in nostro casu at- 192
testans dictus officialis Vallisoletanus de suis oc-
cupationibus, & impedimentis examen commisit
Notario vnà cum Fiscali promotore suæ Audien-
tiæ, quo casu videtur nostra resolutio procedere
sine dubio, & sic practicatur in nostro Regno
Portugaliæ, quam praxim laudat Salzed. ad Ber-
nard. Diaz *reg.* 748. ibi. *Nec coram ipso solo Tabel-*
lione testes examinentur, sed iudice, vel alio viro in-
tegræ fidei præsente, sicut apud Lusitanos seruatur, &c.
& iste vir integræ fidei apud nos vocatur *Enque-*
redor; & ante illum hoc idem dixerat Couar. *lib.* 2.
var. c. 13. *vers. expediret profectò.*

Et licèt daremus casum, quo iudex non posset 193
examen testium committere iure prohibente, ni-
hilominus tamen si testes examinarentur à Nota-
rio de iudicis mandato, & commissione, valeret
examen, non obstante tali prohibitione. Ita Car-
dos. *in praxi Iudicum, verb. Testes num.* 34. ibi: *Si ta-*
men de facto iudex committeret examinationem te-
stium in criminalibus, Notarijs, vel quæsitoribus, vale-
rent attestationes illorum, cùm lex disponens in hoc
procedat dispositiuè, vnde non reddit factum in contra-
rium nullum, l. non dubium, *vbi Doctores* C. de le-
gib. l. cùm lex, *vbi Paul. de Castro, & alij*, ff. de fi-
deiussor. &c. & in fine, sic addit. *Ita dico de testi-*
bus in matrimonialibus causis, vt colligitur ex tex. in
cap. 1. de consang. & affin. Idem tenet Azeued. *ad*
l. 18 *in fine, tit.* 6. *lib.* 3. *noua Recop.* ibi. *Sed an si con-*
tra nostri textus tenorem fiat examinatio testium, erit
nulla talis probatio? crederem quòd non; tum, quia
lex nostra pœnalis est, & pœna se se contentatur: tum
etiam, quia verba Iudici, & Tabellioni dirigit, non
verò partibus; ergo factum, & negligentia Iudicis,
vel Tabellionis, non debet partibus nocere; & ita te-
nuit Auiles cap. 17. Prætor gloss. 1. num. 7. *quamuis*
gloss. d l. Partitæ 17. & Auend. d cap. 17. num. 2. in
medio, contra teneant, *&c.*

Loquitur enim Azeued. in fortioribus termi- 194
nis, non solùm quando iudici requisito rogatur, vt
per testes examinet, vt in nostro casu, sed etiam
quando vlteriùs proceditur prohibendo, ne alius
se intromittat, vel recipiat, vt statuit *d. l. Partita* 27.
ibi, *el por sy mesmo reciba los testigos y no otro*, &c.
& *d. l.* 28 *noua Recop* ibi, *sin lo cometer al escriuano,*
ni a otro, &c. quæ prohibitio, non adest in nostro
casu, & ex ea moti Gregorius Lopez, & Auendano
contrarium tenuerunt, vt ipse Auendanus ostendit
citato loco, ibi. *Tamen multum adstringit contrarium*
d. lex Partita, vt nullo modo debeat alter Iudex exa-
minare testes in causa criminali, nisi ille, qui de causa
cognoscit, & denegat potestatem alteri Iudici illa lex
Regia, & sic videtur quòd testes aliter recepti non fa-
ciant fidem, &c.

Iuuat maximè, & nostram coadiuuat sententiam 195
praxis, & stylus, qui viget in Audientia officialis
Vallesoletani de committendo huiusmodi testium
examine cui vellet, cui stylo & praxi standum est,
Orosci. *in l. de quibus num.* 35. *&* 36. *ff. de legib.* Ca-
putaq. *decis.* 88. *num.* 5 *part.* 3 Mari. Antonin. *var. re-*
solut. lib. 1. *resol.* 24 *num* 2 *& resol* 57 *num* 16. *& lib.*
4. *resol.* 38. *num.* 11. latè Molfes. *ad consuet. Neapol.*
in proœm. quæst. 18. *per tot.* Azeued *ad l.* 2. *numer.* 4.

tit.10.lib.4 *noua Recop.* ibi. *Et ideo qui in iudicio non stetit cùm non esset iuxta Curiæ stylum vocatus, contumacem non esse*,&c.Nouar.*in collect.decis.collect.* 151. vbi *num.* 6. regulam generalem de non compromittendo in iudicem ordinarium, limitat existente stylo, seu titu in contrarium alicuius Tribunalis,allegatque Capell.Tolosan.Affiict.Guid.Papæ, Viuium,& alios. Quod adeò verum est,vt sententia lata contra stylum Curiæ notorium sit nulla, vt per Guid.Papæ *in proœm. decisionum ad lectorem*, Vanti. *de nullit.tit de defectu processus*, *n.*124.

196

Inhibitio vigore appellationis interposita per Franciscum à Decreto suspensionis termini probatorij,non afficit in casu, & ad effectum, de quo agitur.

§. VIII.

197 Appellauerat Franciscus à decreto suspensionis termini probatorij post tempus elapsum, & iam dicto decreto in rem iudicatam transacto, obtinuit inhibitionem à sacra Rota vigore appellationis huiusmodi, sed cùm causa penes alium iudicem esset in calculo ferendæ sententiæ, idem Franciscus intentauit hunc iudicem inhibere ne amplius de causa cognosceret, & sententiam proferre posset; & his stantibus fuit dictum inhibitionem non afficere, ex sequentibus.

198 Primò, quia fuerat appellatum à decreto suspensioois termini probatorij, quod iam transierat in rem iudicatam, vnde inhibitio non potuit afficere alium iudicem super causa principali pronunciantem,quia inhibitio strictè operatur, & tantùm circa articulum,de quo fuerat appellatum, & non potest ad alium extendi, vt post Anton.& Franch. *in cap. super eo, de appellat.* comprobat Deci. *cons.* 33.*sub num.*4.Paris.*cons.*30.*num.*9 & 18.& *cons.*108. *num.*7 *lib* 1.& *cons.*172. *in fine, lib.*4. Beroi.*cons.*85. *num.*10. *vers.secundo casu lib.*3. Lancellot. *de attentat.part.*1.*cap.*1.*limit.*2. *num.*15.& *cap.* 10. *limit.*7. Rota *decis* 546. *num.*1.apud Farin. *part.*1.*recentior.*

199 & clausula, *quam & quas*, &c. operatur solùm super præmissis, & in articulo, de quo fuit appellatum,Stephan.Gratiao. *discept. forens.cap.* 121. *n* 15. & *cap.*691.*num.*18. Gregor. X V. *decis.*170 *num.*4. Ludouic. Posth. *de mandato de manutenendo obseru.* 69. *num.*8.

200 Secundò, quia inhibitio non egreditur personam iudicis inhibiti, Lancellot. *d cap.* 2. *in prefat.* *q.*5.*n* 19.

201 Tertiò. quia dato quòd afficeret,non fuit actualiter præsentata,& executioni mandata, Seraphin. *decis.*1406. *à princip.* ibi. *Fuit resolutum nulla adesse attentata, nam ita demum gesta post inhibitionem sunt reuocanda, iuxta* cap. non solùm, & cap. Romana, de appellat. in 6. *si fuerit actualiter præsentata & executioni mandata*, &c.

202 Quartò, quia iam moderata erat inhibitio, & non poterat afficere, gesta enim post inhibitionem moderatam non dicuntur attentata,quia cùm per reuocationem cesset inhibitio, quæ causabat attentata, ipsa etiam cessant, Rota *decis.* 1. *de offic. deleg. in nouis*, cum aliis per Lancellot. *d. part.* 1. *cap.*20 *num.*1. vbi *num.*20. hoc extendit procedere, etiamsi de moderatione iudici non constiterit.

203 Quintò, quòd iam causa est in secunda instantia, & quatenus inhibitio arctaret iudicem primæ instantiæ, & nulliter pronuntiaret illa spreta, nihilominus iudex appellationis poterat confirmare sententiam nullam pronunriando super negotio, & causa principali, iuxta doctrinam Barr. *in l.si expressim num* 14.*in fine,& num.*15. *ff. de appellat. & in l.si vt proponis* 4.*num.*3.*in fine, & num* 4. *C. quomodo & quando iudex.* Et quòd sententia nulla dummodo sit iusta, possit confirmari, tenent Cæs. de Grassis *decis.* 9. *aliàs* 57 *de causa possess. & propr.* Vanti *de nullit rub. vlt. num.* 119. *vers. erit etiam consilium*, Gail *lib.*1.*obseruat.*84. *sub num.*3. & 4. & hanc esse communem opinionem testatur Alex. *cons.*111.*num.*2. *vers. ad quod ostendendum*,lib.5. & cum pluribus aliis Sigismund. Scac. *de appellat. quæst.*11.*à num.*114 vbi *num.*115. dicit hanc regulam locum habere etiamsi sententia esset nulla ex defectu iurisdictionis, & *num.* 117. etiamsi vitium nullitatis non esset remissibile, quia iudex appellationis potest eam confirmare. 204

Toletana Matrimonij.

Expensæ litis quando ministrandæ, & quibus casibus.

VOTVM XVIII.

1 *Casus & dubium proponitur.*
2 *Expensa aduersario non sunt ministranda nisi in certis casibus à iure expressis.*
3 *Expensas has pretendens collitigans duo probare debet, paupertatem scilicet, & præsumptionem boni iuris, copulatiuè scilicet, vt num.* 5.
4 *Paupertas à prætendente litis expensas, probari debet respectu rei, de qua agitur.*
6 *Expensa litis sunt deneganda cum litigatur de re, qua non cadit sub æstimatione, nec fructus producit.*
7 *Expensa litis non subministrantur habenti patrem diuitem, seu industriosum, vel artificem.*
8 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
9 *Paupertas ad litis expensas subministrandas satis probatur si redditus illas petentis non excedunt* 25.*scuta.*
10 *Debitum in fraudem remissum reuocari debet in pristinam obligationem.*
11 *Instrumenti mentio quando in protocollo Tabellionis non reperitur, maxima inde suspicio,& præsumptio falsitatis subest.*
12 *Transactio, seu remissio super alimentis futuris non valet.*
13 *Alimenta debita vel relicta à patre filio, vel è contra, debentur non obstante remissione seu transactione super illis cum iuramento facta.*
14 *Vxor tenetur alere maritum sua culpa ad inopiam vergentem, quando bona amisit, & illa recuperare non potest.*

15 *Clericus*

15 *Clericus etiam in Presbyteratus ordine constitutus non egreditur patriam potestatem.*

16 *Pauper non tenetur alere alium pauperem.*

17 *Præsumptio boni iuris quoad hunc effectum debet esse non leuis.*

18 *Præsumptio mali iuris oritur ex eo quod quis habeat sententiam contra se latam.*

19 *Præsumptio stat pro Iudice quod ritè, & rectè functus fuerit officio suo.*

20 *Præsumptio boni iuris oritur ex sententia fauorabili, quamuis sit ab ea appellatum.*

21 *Expensæ litis difficilius debentur quàm alimenta.*

22 *Contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam non auditur amplius aduersarius, nec illi danda est remissoria, vt probationes vlterius recipiantur.*

23 *Expensarum litis, vel alimentorum in materia laicus est competens iudex etiam pendente causa matrimoniali coram iudice Ecclesiastico.*

24 *Iudex Ecclesiasticus debet admittere exceptionem rei iudicatæ, vel litis pendentiæ per iudicem secularem, & è conuerso.*

1 
RTA lite inter D. Laurentiam principalem meam, & D. Franciscum, super nullitate matrimonij inter eos nulliter contracti, D. Laurentia à Vicario Matritensi in prima instantia fauorabilem contra matrimonium reportauit sententiam, à qua cum dicta Laurentia appellasset, ex eo quod aduersarius in ea ad constitutionem dotis, & expensas litis condemnatus non fuerit, & causa cum omnibus suis incidentibus, & emergentibus, totoque negotio principali V. D. commissa, ac deinde introducta, termino probationis pendente; idem aduersarius in hoc iudicio petijt, vt à D. Laurentia litis expensæ sibi subministrarentur, & dubio proposito an illæ essent concedendæ? negatiuè respondendum videtur, ex sequentibus.

2 Nam regula est in hac materia satis trita neminem teneri aduersario subministrare expensas, nisi in certis casibus à Iure expressis, *l. Imperatores*, & *ibi* Bald. *ff de tutel.* Couar. *pract. cap. 6 num 5. & 6.*
3 Seraphin *decis.* 1090. *num. 6.* & adest alia non minus recepta, quòd collitigans prætendens litis expensas duo debet probare, paupertatem scilicet, & præsumptionem boni iuris. Crescent. *decis. 8. de iudic.* Verall. *decis. 10. num. 2. lib 1.* Theodos. de Rubeis *in singularib. Rota part 2. verbo lis* §. 4. Couar. *citato loco*, Seraphin. *decis. 416. num. 1. & 2.* vbi quòd in petitione subministrationis expensarum duo probari debent, paupertas, & boni iuris præsumptio; &
4 paupertas probari debet respectu rei, de qua agitur, *& decis.* 1098. *num 2.* Gregor. XV. *decis.* 189. *num. 1.* Rot. *decis. 81 in princip. part. 1. recentis.* alias
5 *in posthum. Farinac.* ita vt copulatiuè de paupertate, & de bono iure constare debeat, ead. Rot. *decis.* 148 *num 1. p. 2. recentis.*

Barbosæ Vota decisiua.

In casu autem nostro, vna & altera regula minimè verificatur; nam de prima constat, quia non 6
est Iure expressum in hoc casu deberi litis expensas: imò cum litigetur de re, quæ non cadit sub æstimatione, nec fructus producit, illas esse denegandas censuit Rota *decis. 470. num 6* apud Farin. *part. 2. recentior.* ibi: *Secundò fuit dictum, quòd quæ in contrarium adducuntur, loquantur quando litigatur de re fructifera, vel aliàs pretio æstimabili, vnde in decernendis alimentis datur pro regula, vt perpendantur fructus rei super qua litigatur, per Angel.* in l. quibus bonis, num. 2. ff de cess. bonor. *Bald.* in l. voluntatis 4. C. de fideicommiss. *Roman.* consil. 110. num. 35 vers. Præterea, *Alexand.* consil. 77. num. 5. lib. 5. *& proinde cùm in proposito casu litigetur tantum de separatione thori, & sic de re, quæ non cadit sub æstimatione, satis dubium videtur an applicetur prædicta conclusio*, &c.

De secunda clariùs patet, nam quoad primum 7
requisitum, est sine dubio non apparere de paupertate D. Francisci Orense, quia in specie non probat, prout tenebatur, quod expensæ litis per illum solui non valeant, § *sed neque in authent. de fideiuss.* Beltramin. ad Gregor. XV. *dict. decis.* 189. *num. 7. lit. A.* Tum quia aduersarius habet filium diuitem, adhuc sub sua patria potestate constitutum, qui redditus Ecclesiasticos annuos, ad ducata tria millia ferè ascendentes, obtinet: vnde sicut filio habenti patrem diuitem expensæ huiusmodi non subministrantur, Beltramin. ad Gregor. XV. *d. decis. 189. num. 7 vers. Paupertas, in fine*, & de habente patrem industriosum, & artificem Rot. *d.* 8
decis. 470. num. 5. part. 2. recentior ita è conuerso patri habenti filium diuitem non sunt administrandæ, in eis namque datur par ratio, & æquale ius: sunt enim correlatiua, quorum idem est iudicium, eadem disciplina, & de vno dispositum trahitur ad alterum, *l. 1. ff de acceptil. l. 1. C. de cupress. lib. 11.* cum aliis citatis per me *Axiom. 61.*

Et tantò magis id iustificatur, quia aduersarius 9
annuos redditus ad octingenta ducata ascendentes habet, videlicet centum, & quinquaginta à D. Didaco de Orense eius ex fratre nepote, vt ipse fatetur, & alia similia 150. de materna filij legitima tanquam illius administrator etiam percipit ex quodam iure *sobre las alcaualas de Seuilla* imposito. Et vlteriùs à filio exigit quotannis ratione alimentorum quingenta scuta, iuxta formam instrumenti obligationis, & mandati procuræ in rem propriam, vt in fide quæ datur. Item fructibus duorum maioratuum gaudet, in quibus successit eius filius per obitum Don Francisci Zapata Osorio, quorum pacificam obtinet possessionem. Vnde maiores expensas ferre poterit, nam quæ supererant modici momenti sont futuræ, cum iam registrum sit transportatum, & integrè solutum à D. Laurentia, & breuiter, ac sine considerabili expensa, causa debeat expediri; vt aliàs considerauit Rot. *d. decis. 170. num. 1 in fine, part. 2. recentiss.* quæ reputauit pro paupere ad hunc effectum illum, qui habet redditos non excedentes 25. scuta; teste Seraph. *decis. 173. num. 8.* ibi: *Quantum ad expensas litis, visa est dominis probata paupertas, si redditus, quos habent isti Rectores, non excedunt 25. scuta*, &c.

Non obstat quòd aduersarius remisit eius filio obligationem huiusmodi sibi soluendi dicta quingenta ducata, quia multipliciter respondetur.

Et primò, quod instrumentum remissionis fuit 10
factum in fraudem, vt scilicet pauper videretur ad effectum lucrandi huiusmodi expensas litis in iu-

dicio seculari per illum iam peritas, nam remissio huiusmodi facta reperitur postquam Dominus Rex bonorum suorum administrationem D. Laurentiæ consignandam iussit, vnde cum illud debitum io fraudem remissum censeatur, reuocari debet in pristinam obligationem, *l. omnes, l si pignus, ff qua ia fraudem credit.* Peguera *decis.* 271. *num.* 4. eo maximè, quia probatur aduersarium post factam remissionem à filio dicta alimenta semper percepisse: & cùm fraude cognita fuisset illo iudicio absoluta D. Laurentia, non est cur modò vexetur in hoc, ioxta ea, quæ habentur infrà *n.* 16.

11 Secundò, quia maxima subest suspicio, & præsumptio falsitatis contra instrumentum huiusmodi productum, cum in protocollo Tabellionis, illius mentio non reperiatur, vt adnotauit Couar. *pract. cap.* 19. *num.* 3 *vers. Quarto*; nam licèt contra aliquos fidem esse adhibendam instrumento, cuius protocollum confectum non fit, aut semel factum non reperiatur, existimauerit idem Couar. *d. num.* 3. *in princip.* nihilominus tamen affirmat *in vers. Tertium constat*, quod si aliter instrumentum producat, & è contrario eius fides ex ipsomet instrumento, vel ex eius protocollo, quod idem est, impugnetur, tenetur illud edere, qui produxit. Vnde stante falsitatis suspicione allegata, antequam appareat protocollum, vel Archetypum, non est illi fides adhibenda.

12 Tertiò, quia licèt remissio facta esset sine fraude, & appareret protocollum instrumenti, adhuc
nihil aduersario suffragaret, eo quod inutilis, &
inualida foret, cum super alimentis futuris noo
valeat remissio, neque transactio, *l. de alimentis* 8.
C. d: trasact. & *ibi num.* 2. plures *ia meis Collectis*
citaui Doctores, quod absque dubio procedit in
alimentis debitis à patre filio, & è contra; quamuis
enim, secundum nonnullorum opinionem,
13 valeat transactio super alimentis inconsulto Prætore
facta, si interpositum fuerit iuramentum, attamen
quando alimenta debita, vel relicta sunt à patre
filio, vel è contra, non obstante iuramento debentur,
vt resoluit Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 2. *lib.* 26. *tit.* 3. *numer.* 12. *cum seq.*
quem refero *in meis collect. ad d. l. de alimentis, n.* 3.
in fine: vnde cùm in aduersarij potestate sit, remissione
non obstante, quæ nulla, & inualida fuit,
alimenta prædicta exigere, non est habenda remissio
huiusmodi in consideratione, nullum enim
quod est, nullum producit effectum; *l.* 4. *§. condemnatum, ff de re iudic. l. nòn dubium, C. de legib.* cum
aliis per me citatis *Axiom.* 164. *n.* 1.

14 Quartò, quia aduersarius hos redditus sua culpa non amisit in totum, prout amisisset si bona dilapidasset, vel ludendo ad inopiam vergisset, sine vlla recuperandi spe, in quibus terminis vxorem teneri maritum alere resoluit Surd. *de alimentis titul.* 1. *quæst.* 35. *num.* 5. *& tit.* 7. *quæst.* 23 *à num.* 12. sed nulliter; & inualidè à se abdicauit, & ideò facilè eos recuperare poterit, quod si facere renuetit, de fraude, & simulatione magis constabit, quæ illi patrocinari non debet, *l. nec ex dolo, ff de dolo, l.* 2. *ff de transact. l. si ex dolo, ff. de re iudic.* cum similibus adductis per me *Axiom.* 76. *n.* 5.

15 Nec etiam obstat alia obiectio allegata, qood scilicet aduersarij filius vti persona Ecclesiastica, exiuerit iam à patria potestate, ac proinde amiserit pater vsumfructum in eius bonis, quia respondetur neminem etiam io Presbyteratus Ordine constitutum egredi patriam potestatem, *auth. Presbyteros* 1. *C. de Episcop. & Cleric.* Anton. Gom. *l.* 48. *Tauri, num.* 7. ibi: *Sed his non obstantibus certè ego teneo contrariam sententiam, imò quod talis filius Clericus etiam in Sacris, non possit disponere de bonis suis aduentitijs viuente patre, quia in eis pater habet vsumfructum, quia cum non liberetur ab eius potestate, sequitur quod non amittit pater vsumfructum in bonis eius, &c.* Couar. io cap. quia nos, num. 5. de testam. *Gutier.* in reper. §. sui, num. 8. Instit. de hæred. qualit. *Molin.* de iustit. tract. 2 disp. 329. num. 8. ibi: *Per sacros autem Ordines, etiamsi Presbyteratus fiat, non egreditur filius patriam potestatem, &c.* Thom. Valasc. *alleg Iuris tom.* 1. *alleg.* 29. *num* 1. Vnde patri ex bonis filij Clerici vsumfructum deberi non est ambigendum, & multò magis, cum filius sit in minoribus Ordinibus tantum constitutus, & maioratus seculares oon censeantur inter Ecclesiastica bona, qui non parui sunt momenti, & non spernendæ summæ alia bona non Ecclesiastica.

Quod adhuc eo magis procedit, quia D. Laurentia pauper est iuxta status sui conditionem, nam 16
redditus non habet vltra ducata mille, quæ cùm constent ex alimentis, & ex quodam censu difficilis exactionis propter creditorum concursus, & ex nonnullis iuribus, quorum pars dimidia Regi relinquitur, superest ferè nihil, vnde succedit conclusio, quod pauper non tenetur alere alium pauperem, de qua *in l. non quemadmodum, in fine, ff. de liber. agnosc. gloss. verb. Necessariò, in l. si quis à liberis, § si mater, ff. eod tit.* Cephal. *cons.* 127. *num.* 1. Rot. *d. decis.* 470. *n.* 7 *p.* 2 *recentior.*

Quo verò ad secundum requisitum *de bono iure*, 17
nec illud videtur apparere, cum illius præsumptio,
quæ requiritur ad hunc effectū debeat esse non le-
uis. Valasc. *consult.* 1. *num.* 12. Couar. *pract. cap.* 6.
num. 5. *vers. Idem ipse profiteor*, Beltramin. ad Greg.
XV. *d. decis* 189. *num.* 7. *vers Præsumptio boni iuris.* 18
Dum enim pro nullitate matrimonij esset in prima
instantia contra D. Franciscum Oresse pronun-
tiatum, ex huiusmodi sententia præsumptionem
non boni iuris oriri resoluit Seraph. *decis.* 426.
num. 4. ibi: *Cessat quoque præsumptio boni iuris pro-
pter sententiam contra eos latam*, &c. *& decis.* 1090.
num 6. ibi: *Neque à D. Ioanne ex capite paupertatis* 19
*petuntur expensa, neque ex capite boni iuris, cum con-
tra eum iam fuerit lata sententia in Rota, ex qua in-
surgit præsumptio non boni iuris*, &c. Etenim regula-
riter præsumitur pro Iudice quod ritè, & rectè fun-
ctus fuerit officio suo, Dec. *consil* 35, *num.* 12. *vers.
Et in fin ll.* Alciat *de præsumpt. reg.* 3 *præs* 9. *num.* 1.
cum aliis per me citatis *Axiom.* 13. *num.* 4. Sicut è 20
contra præsumptionem boni iuris oriri ex senten-
tia fauorabili, quamuis sit ab ea appellatum, tenent
Couar. *d cap* 6. *num.* 6. *vers Secundum quod*, Vrsell.
in examine apum, verb. Alimenta, conclus. 89. *n.* 314.
Surd. *de aliment tit.* 1. *quæst.* 120. *sub num.* 12. *vers.
Non denique obstat*, ibi: *Non denique obstat, quod
effectus sententia per appellationem suspendatur, si non
tollitur, quia respondeo, quod etsi appellatio impediat
ne sententia omnimodum suum sortiatur effectum, non
tollit in totum, nec suspendit omnes effectus sententia,
& ideò non obstante appellatione adhuc pro Iudice
præsumitur, &c.* Beltram. ad Greg. XV. *d. decis* 189.
num. 7. ibi: *Resultat tamen præsumptio boni iuris ex
sententia, etiamsi sit ab ea appellatum, &c.* Rot. *decis.*
250 *num.* 2. *part.* 1. *recentior.* ibi: *Quæ sententia licet
per appellationem sit suspensa, facit tamen præsumptio-
nem boni iuris, ad l. si testamenta, §. de inofficioso, ff. de
inoffic. testam* &c. eadem Rot. in puncto, *decis.* 458.
num 3. *part.* 1. *recentissim.* ibi: *Sicut etiam non obstat,
quod sententia fuerit suspensa propter appellationem,*

quia nihilominus remanet qualis qualis præsumptio pro
21 *illa, quæ sufficit ad hunc effectum*, &c. Et licèt nonnulli loquantur in alimentis, nihilominus eorum resolutio à fortiori procedet in expensis litis, quæ difficilius debentur ex Crescentio *d. decis. 8. in fine, de iudic.* & Surd. *cit. loco.*

22 In omnem euentum res sine dubitatione transit, quia D. Franciscus Orense aduersarius, coram Iudice seculari, vulgò *Alcalde de Corte* nuncupato, alimenta, & huiusmodi litis expensas ad hanc, & alias causas iam pendentes petiit, & per illum D. Laurentia fuit absoluta ab huiusmodi petitione, pro se sententiam fauorabilem reportando. Hincque vel dicamus sententiam huiusmodi transitum fecisse in rem iudicatam; & tunc contra eam non est amplius audiendus aduersarius, *l. cùm quæritur, tum duabus seqq. ff. de re iud.* Gregor. XV. *decis.* 491. *num.* 3. nec est illi danda remissoria, vt probationes vlterius recipiantur, Seraph. *decis.* 1308 *num.* 1. Gregor. XV. *decis.* 211 *num.* 1. Rot. *decis* 406 *sub num.* 2 *part.* 1. *recentior.* vel supponamus sententiam non transiisse in rem iudicatam, & tunc obstaret exceptio litis pendentiæ, ex iis, quæ D Barbos. *in l. si quis posteaquam, ff. de iudic. à num.* 174. & Marc. Anton. de Amatis Ferrar. *decis.* 8. *n.* 1.

23 Non obstat quòd d. sententia fuit lata in iudicio seculari, ac proinde videbatur in hoc iudicio Ecclesiastico minimè patere exceptionem rei iudicatæ, vel litis pendentiæ, quia in materia expensarum litis, vel alimentorum laicus est competens Iudex etiam pendente causa matrimoniali coram Iudice delegato, vt optimè resoluunt Afflict. *decis.* 152. *à num.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 10. *num.* 5. ibi: *Quia alimenta possunt à iudice laico decerni, dum quæstio super matrimonio ventilatur coram Ecclesiastico*, &c. Matta *de iurisd part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 35. ibi: *Item Iudex laicus appellatione pendente à sententia matrimonij ad fauorem vxoris lata à Iudice Ecclesiastico, decernit alimenta vxori*, &c. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. part.* 1. *decis.* 316. *num.* 2 *in fine.* Thoro *in compendio decis. tom.* 1 *verb Iudex secularis, pag.* 192. & ideò iudicem Ecclesiasticum debere admittere exceptionem rei iudicatæ, vel litis pendentiæ (quæ ad hunc effectum pari passu ambulant) per Iudicem secularem, & è conuerso, ex text *in cap. fin de except. lib.* 6. tenet in specie Cardos. *in praxi Iudicum, verb. Iudex, num.* 37. quem refert Parens meus *in remis. ad Ordin. Reg. Lusit lib* 3. *tit.* 49. §. 2. *n.* 5. *in fine.*

Toletana nullitatis Matrimonij.

Parochialitatis mutatio eo tempore, quo de matrimonij celebratione tractatur, quando in fraudem facta censeatur? Error qualitatis vel fortunæ, si reincidat in errorem personæ, Matrimonium dirimit, sicut error personæ.

Votvm XIX.

1 *Verba persæpe proferuntur contra propriam intentionem.*
2 *Voluntas plus facto quàm verbis patefacitur, seu declaratur.*
3 *Præsumptio fraudis oritur ex præcedenti tractatu.*
4 *Parochialitatis mutatio eo tempore, quo de matrimonij celebratione tractabatur, præsumitur fraudulenta.*
5 *Fraus præsumitur ex modicitate temporis ad contrahendum.*
6 *Ex breui reuersione ad primam Parochiam probatur animus non permanendi in secunda, nisi tantum donec contrahebatur matrimonium.*
7 *Maritus cum se transfert ad domicilium Vxoris, satis ostendit ex facto sequenti quem animum habuerit tempore contractus matrimonij.*
8 *Parochialitas vt acquiratur non solum requiritur mutatio personæ, & rerum, sed etiam firmus animus relinquendi primam antecedentem, & habitandi in secunda, saltem maiori parte anni.*
9 *Habitare vt quis dicatur in loco, non sufficit quod ibi sit rarò, vel momentanea habitatione.*
10 *Parochia acquiritur ratione habitationis quando ea breuis temporis non est.*
11 *Parochialitas non acquiritur in loco, ad quem quis se trāsfert cum dolo, & animo eludendi Concilij Trid. dispositionem.*
12 *Castellanus, vel Lusitanus si adiret Franciam, Turcas, vel Indos vbi non seruatur Concilium Trident. cum dolo contrahendi ibi matrimonium sine Parocho, nulliter contrahit, & n.* 13. 14. *&* 15.
13 *Parochialitas in fraudem Concilij Trid. acquisita non iuuat, itavt in tali Parochia contractum matrimonium sit nullum.*
17 *Domicilium permanens habens vir & vxor, si accedant dolosè in aliud oppidum sine animo permanendi, & ibi coram illius oppidi Parocho contrahant, non valet matrimonium.*
18 *Habitatio fraudulenter in præiudicium Parochi proprij, vel alterius habita in aliquo loco ad effectum acquirendi nouum Parochum non sufficit.*
19 *Mutatio Parochiæ nihil prodest cum est affectata, & procurata ad finem tantum contrahendi alibi matrimonium.*
20 *Parochiæ ius improba fide, & per scelus in fraudem nemo assequitur, itavt in ea sacramenta percipere possit.*
21 *Parochos alienos, proprijs relictis, per dolum & fraudem petens, vt coram eis matrimonium contrahant, inualide contrahunt.*
22 *Sanchez opinio refertur.*
23 *Sanchez reprobatur, & numeris* 24. *&* 25.

26 *Matrimonium indignum censetur esse quod sine familiæ dedecore iniri nequit.*
27 *Dispositio fauorabilis indicatur, quæ ob fraudes tollendas est introducta.*
28 *Legi nec directè, nec indirectè est admittendum quod fraus fiat.*
29 *Fraudis macula semper validitati actus repugnat.*
30 *Dolo malo non videtur facere, qui iure suo vtitur, Axioma qualiter intelligendum.*
31 *Dolus cum sit latens in animo, & natura sua de his, quæ occultè committi solent, coniecturis saltem duobus probari solet.*
32 *Dolosus dicitur qui exterius veritatem manifestare recusat, quam interius occultare non desistit.*
33 *Dolus ex effectibus & signis exterioribus probatur.*
34 *Clausulæ insolitæ dolum & fraudem præsumi faciunt.*
35 *Cautela abundans nocet in suspectis, & in his, quæ possunt habere suspicionem fraudis, doli, & circumuentionis.*
36 *Cautelæ quanto plures adhibentur in contractibus suspectis, eo magis augetur suspicio fraudis, & doli.*
37 *Dolus magis inter contrahentes matrimonium arguitur, & manifestatur ex disparitate tam in ætate, quam in qualitate, & rebus.*
38 *Nobiles naturali propensione cupiunt nobilibus commisceri.*
39 *Aequalitas in matrimonijs, coniugatorum animis influit tranquillitatem & pacem.*
40 *Nobilibus decet accipere nobiles vxores.*
41 *Familiarum honor deturpatur si quis plebeiam pro patritia, corruptamque duxerit pro virgine.*
42 *Nobilitatis imparitatem inter coniuges Romani prohibuerunt.*
43 *Lamentabiles successus ex inæqualitate coniugiorum successerunt.*
44 *Matrimonia inter valde dispares infelicissimos exitus habere solent.*
45 *Honor est augmentum familiæ.*
46 *Mortem potius quis pati debet, quàm honoris detrimentum subire.*
47 *Honor præferendus est propriæ vitæ.*
48 *Disparitas magna inter controhentes matrimonium satis indicat dissensum, & facit præsumere ioco contractum esse matrimonium.*
49 *Homines fuerunt, qui se alias esse, aut aliorum filios mentiti sunt; & mulieres maiori sagacitate, & dolo sæpissime se alias esse finxerunt.*
50 *Monialis quædam Lusitana, quæ fingens se sanctam fratrem Ludouicum Granatensem virum aliàs pium & doctissimum tot annis quibusdam chimericis fallacijs deceptum habuit.*
51 *Dissensus satis inducitur ex magna disparitate inter contrahentes matrimonium.*
52 *Consensus, & voluntas cum in animo consistant, & iste difficile cognosci possit, aliquibus signis exterioribus deprehendi debet.*
53 *Thomæ Sanchez opinio intelligitur.*
54 *Dolus quando consensum, excludit, matrimonium est nullum.*
55 *Error qualitatis in suo genere sumptus, matrimonium non vitiat.*
56 *Error in nomine, dummodo circa substantialia nullus sit, matrimonium inualidum non reddit.*
57 *Error qualitatis, vel fortunæ, redundat in errorem personæ, itavt verè in persona erretur, tunc & eo casu matrimonium contractum erit nullum.*
58 *Qualitati alicui quamuis accidentali quando quis nititur ad contrahendum aliter non contracturis, si ea non habeatur, actus tanquam inuoluntarius habita notitia redditur nullus.*
59 *Religionem si quis ingreditur existimans sibi non competere maioratum, aut non habere hæreditatem, vnde viueret, aliàs expresse non facturus, his rebus aliter se habentibus professio coram Deo nulla est.*
60 *Matrimonium contrahens cum aliqua existimans diuitem esse, vel nobilem, vel honestam, vel virginem, itavt his qualitatibus ducatur ad contrahendum, & his innitatur expresse aliter non contracturus, est inualidum matrimonium si diues, nobilis, honesta, aut virgo non sit.*
61 *Qualitas in qua erratur quando respicit aliquam certam, & determinatam personam, distinctam ab ea, quæ præsens est, error qualitatis redundat in errorem personæ, & consequenter matrimonium cum illo contractum est nullum.*
62 *Qualitas in qua erratur si designat indiuiduam personam, tunc error circa qualitatem, infunditur in persona errorem, ac matrimonium dirimit.*
63 *Consensum, aut affectum in penitus ignotum dirigere non possumus.*
64 *Consensus si primò ac directè feratur in personam, quæ tales habeat qualitates, & consequenter in particulari in hanc putatam diuitem & nobilem, cum non sit talis, error est qualitatis inuoluens errorem personæ, sicque matrimonium est inualidum.*

65 Error

65 *Error personæ, qui matrimonium annullet, non cadit nisi habeatur aliqua notitia personæ, cum qua contrahere intendit, &c.*

66 *Exemplum Regis Angliæ ponit Syluester, & idem exemplum ponunt citati n. 74.*

67 *Error in vno ex quatuor consis esse potest, scilicet fortunæ, qualitas, persona, & conditionis.*

68 *Error personæ est credere de vna persona quod sit alia, vel quod sit libera cum sit serua, vel quod sit filius talis Regis, Ducis, Comitis, aut alterius, cuius non est.*

69 *Matrimonium non est, si aliquis assereret in partibus remotis se filium Regis Franciæ, & sic cum aliqua muliere hoc credente contraheret, cum vbique habeatur notitia Regni Franciæ.*

70 *Error personæ quoad substantiam, quia forsitan credidit quis eam cum qua contraxit esse Mariam, quam aliàs agnoscebat visu, vel auditu, & non erat nisi Ioanna, talis error impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.*

71 *Error consensum nullum habet, & nihil tam contrarium consensui quàm error.*

72 *Error est vera pro falsis approbare, ignorare est nihil approbare, cum sit simplex scientiæ approbatio.*

73 *Error personæ, de quo non habetur notitia, matrimonium non dirimit.*

75 *Error nobilitatis, aut fortunæ per se matrimonium non enecuat.*

76 *Consensus si feratur in illum dumtaxat, cui illa conditio, aut dignitas adest, error tunc qualitatis refertur ad errorem personæ, qui proinde matrimonium vitiat.*

77 *Error qualitatis, aut fortunæ si reincidat in errorem personæ, matrimonium dirimit, & n. 78.*

79 *Consensus quoties fertur in fœminam aliqua conditione vestitam expressè error refunditur in errorem personæ.*

80 *Fœmina putans se nubere primogenito Regis, si nubat alteri, qui falsò hoc nomen sibi arrogauit, inualidè contrahit.*

81 *Matrimonium iudicialiter inualidum si in eo plures adfuerint fraudes, & Parochus ac testes essent suspectissimi, & concurrat disparitas magna inter prætensos coniuges tam circa nobilitatem, quàm circa diuitias, &c.*

82 *Cap. final. de sentent. & re iudic. loquitur in duabus sententijs contrarijs latis per duos ordinarios, quo casu stante paritate probationum auctoritate duorum Iudicum, casus verè est dubius, & tunc fauetur matrimonio.*

83 *Disparitas personarum non contracti matrimonij præsumptionem inducit.*

84 *Dispositio fauorabilis iudicatur, quæ ob fraudes tollendas est introducta.*



ORTA lite coram Ordinario inter Franciscum, & Antoniam super nullitate matrimonij inter eos contracti; fuit pro parte mulieris ex triplici capite datum de nullitate. Primò ex fraudulenta, & affectata mutatione Parochiæ. Secundò ex dolo. Tertiò ob errorem personæ. Ordinarius prædictus in prima instantia pro validitate sententiam protulit diffinitiuam, a qua sententia appellauit Franciscus, & causa mihi commissa ab illustriss. & Reuerendiss. D. meo Nuncio, dubitaui an esset confirmanda, vel infirmanda, & reuocandam esse existimaui, ex sequentibus.

PRIMVS ARTICVLVS.

Fraudulentæ, & affectatæ mutationis Parochiæ materiam concernens.

MAGNA reputaui consideratione dignum quod Antonia solita esset fictitiè & blanditoriè loqui, itavt eius verba intentioni suæ minimè deseruirent. nam verba persæpe proferuntur contra propriam intentionem, *cap. dilecti, de appellat. cap. existimant 11. quæst. 2.* Abb. *consil. 214 part. 2.* Seraphin. *de priuileg. iuram priuil. 1. num 57. & 58.* & ideo eleganter Cicero *lib. 1. ad Quintum fratrem,* sic protulit. *Mens enim hominum multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur, vniuscuiusque natura, frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò sæpissimè.* & ita voluntas plus facto quàm verbis patefacitur, seu declaratur, *l. si tamen, § & qui ff. de ædilit. edicto, l. de quibus ff. de legib.* & meliùs omnibus Aym. Crauet. *consil. 104. num.* 10. ibi. *Quia facto datur voluntas intelligi,* l. Paulus respondet non tantùm verbis ff. rem ratam haberi, *imò facta verbis sunt fortiora ad demonstrandam voluntatem hominis,* l. si tamen §. si quis dicit ff. de ædil. edicto, cap. dilecti 2. *vbi Deci.* in 2. notab. de appellat. *& dicit Bald* in l. non ignorat col. 1. C. qui accus non poss. *quod facta vero proximiora sunt, quàm nuda vocabula, cùm etiam plerumque aliqui fictitiè, vel blanditoriè loquantur, quod dictum refert Ias* in cons. 102. col. 1. lib. 4. *inferens magis probari filiationem ex tractatu quàm ex sola nominatione verbali. Alibi scribit idem Bald.* in cap. super litteris col. 5. de rescript. *quòd nullum est maius mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta factorum, quæ sine loquela se intelligunt, & per solum aspectum imprimunt suam voluntatem,* &c. 1 2

Cùm autem recognosceret Antonia quòd si cum Francisco matrimonium contraxisset in Parochia sancti Genesij, in qua ambo contrahentes, & Francisci parentes habitabant, illico fraus, & dolus ipsius Antoniæ detegeretur, ad Parochiam sancti Sebastiani se contulit de mense Iulij, & eodem tempore ipsa Antonia Ordinarium solicitauit vt absque monitionibus sibi cum dicto Francisco posse contrahere crederetur, ne aliqua tractatus huiusmodi notitiæ posset deueniri ad parentes ipsius Francisci, & meliùs & securiùs ille deciperetur, quod ad effectum fuit productum, & de facto matrimonium contractum, & statim ab illa Parochia S. Sebastiani decessit, & ad aliam S. Genesij rediit; nam ex præcedenti tractatu præsumptio fraudis 3

fraudis oritur, Ruin. *consil* 4 *num* 10 *lib* 1. Dec *consil.* 32 *num.* 15. *lib.* 1. Tiraquell *de retractu lign* §. .. *gloss* 14. *num.* 24 Menoch *de præsumpt. lib* 5. *præs* 3. *num* 10.

4 Quæ quidem Parochialitatis mutatio eo tempore, quo ipsa Antonia cum Francisco contrahere tractabat, præsumitur fraudulenta, ac proinde ad illum effectum ei suffragari non potest, per ea quæ resoluit Ioan. Philipp Testa *alleg.* 4. *num.* 0. ibi: *Quoniam respondetur hanc conductionem esse factam in fraudem, quo casu nihil potest iuuare, ex text.* in l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles. ibi, *Qui sub prætextu Decanorum, cùm id munus non implennt, eorum fraudibus credimus esse obuiandum, vbi gloss. dicit cùm sub velamine id quod ad Decanos spectat, non adimpleat, & ibi Bald. notat, qui non seruit Ecclesiæ, & fingit esse clericum, non debet gaudere priuilegio clericorum, & quæ conferuntur clericis propter seruitium Ecclesiæ, ille, qui non seruit, non debet ea habere, & Archid.* in d. cap. licèt Canon, de elect. *dicit verbum* residere *diuersimodè interpretari, dummodo cessent fraudes. Quis enim non videt hanc conductionem domus esse in fraudem postquam recessit ab illa terra.*

5 Secundò eadem comprobatur fraus, quia Antonia infra tres dies à mutata habitatione matrimonium contraxit, & infra alios tres discessit, & redit ad primam parochiam S. Genesij, vnde ex modicitate temporis ad contrahendum præsumitur fraus, Anch. *consil.* 99. & *consil.* 251. & *consil* 157 & *consil* 4 0. *in fine*, Afflict. *decis.* 72. Tiraquell. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 7 *num.* 77. Farin. *in praxi crimin.* 6 *quæst.* 19 *num.* 15. Et ex breui reuersione ad primam suam Parochiam probatur animus non permanendi in secunda, nisi tantùm donec contrahebatur matrimonium, text. *in l. diuortium* 3. *ff. de diuort.* ibi, *si breui reuersa est vxor nec diuertisse videtur*, text *in l plerique, ff de ritu nupt.* §. *Pauonum, Instit. de rerum diuis.* ibi, *quæ ex consuetudine abire & redire solent, talis regula comprobata est, vt eo vsq; tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant*, l. Iulianus. § proinde, ff. ad Maced. & quia ex facto sequenti quem animum habuerit, satis ostenditur, & ex eo in cognitionem præcedentis intentionis venimus, Aluar. Valasc. *consult.* 75. 7 *num.* 17. ibi. *Et cùm maritus se transfert ad domicilium vxoris, satis ostendit ex facto sequenti quem animum habuerit tempore contractus matrimonij, quia ex actu sequenti declaramus intentionem præcedentem, &c.*

8 Tertiò, quia Antonia non potuit ex circunstantiis occurrentibus parochialitatem acquirere in Parochia S. Sebastiani, cùm ad eam constituendam non solùm requiritur mutatio personæ, & rerum, sed etiam firmus animus relinquendi primam antecedentem, & habitandi in secunda saltem maiore parte anni, Rebuff. *in l. conferia* 103 §. *igitur quæri solet, ad fin. vers. habitator incola, ff de verb. signific.* Grammat. *decis* 87. *num.* 4. & idem Grammat. *in* 9 *addit.* 1 *ad Afflict decis.* 384 ibi. *Et dicit Bald.* in l. 1. vers. sed pone. ff. de statu hom. *quòd ad hoc vt quis dicatur habitare in loco, non sufficit quòd ibi sit rarò, vel momentanea habitatione, & idem sentit si non sit ibi habitatio momentanea, dum tamen animum habeat redeundi ad alium locum, & inibi residentiam faciendi.* Et infrà. *Nam, vt aiunt Grammatici, verbum* habito *est frequentatiuum, & ideo de rara habitatione & momentanea non est intelligendum, nam singula momentanea faciunt, sed animus residentiam, arg.* l. si quis ita legauerit dum vxor mea, ff. de condit. & demonstr. *& ita etiam consuluit Steph. Bertrand* in suo consil. 91. incip. *Quis dicitur propriè habitare, in* 2. *vol. Alex* in l. lex Cornelia, ff. de iureiur. *& alibi dixit Bald* in consil 61. vol. 5. &c. hoc idem sentit Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 24. *num.* 14. *& n.* 12. ibi, *secunda sententia docet acquiri Parochiam ratione* 10 *habitationis quando ea breuis temporis non est, & n.* 19 *intelligit* cap. is qui, *quando per modicum tempus est habitatio, & non per maiorem anni partem.*

Quartò, quia cùm parochialitas sancti Seba- 11 stiani acquisita fuerit cum dolo, & animo eludendi Concilij Tridentini dispositionem, & eius menti defraudandi, ex defectu Parochi, in hoc casu matrimonium erit nullum; ita resoluit Vega *in sum verb. matrimonium part.* 2. *cap* 34. *casu* 39. *in fine*, ibi. *Desta doctrina se infiere qu'el Castellano o Portugues que va a habitar a los partes de Francia adonde no esta promulgado este decreto, y mora en ellas se puede casar sin Parocho y testigos, saluo si se va alla solamente para se casar desta manera en fraude desta ley como lo confiessa el propio Ledesma. Esta doctrina es bien segura, y assi se puede tener, la qual vi bien defendida en scriptis, y despues impressa por el doctissimo Doctor Martin Carrillo Official Ecclesiastico y Iuez de pias causas en el Arçobispado de Saragoça siendo abogado desta causa, trayendo fuertes razones y textos, que aqui no refiero, por no ser mas largo para prouar que el Castellano o Portugues que solamente en fraude del Concilio se va a casar a las partes de Francia, donde no esta recebido, que si se casa de la suerte que esta dicho, que el matrimonio es ninguno* &c.

Fr. Emman Rodriguez *in sum. cap.* 2·6. *aliàs* 12 218. *num.* 2 *col.* 1. ibi, *De aqui se infiere que el Castellano o Portugues que van a habitar a las partes de Francia donde no esta promulgado este decreto, y mora en ellas, se puede casar sin Parocho y testigos, saluo si se va a ellas solamente para se casar desta manera en fraude desta ley*, &c

Cened. *practic. & Canon quæst. lib* 1. *quæst* 10 13 *num.* 64. *in fine & num.* 65 ibi. *Hæc tamen communis Doctorum assertio vera mihi videtur, nisi quis adiret partes illas vel regiones, vbi non obseruatur Concilium non animo ibidem permanendi, & acquirendi domicilium, sed solùm gratia contrahendi matrimonium sine Parocho, & testibus, & in fraudem legis contrarium prohibentis, tunc enim existimo tale matrimonium esse nullum, vt etiam tenent Ledesma* pag. 198. vers. in huius, *Henriq.* lib 11. cap. . num. 8 in fine, *Rodrig.* in d. cap 218. num. 1 vers. De aqui se sique: *& ratio est, nam illud solum factum est in fraudem legis; ergo nullum est matrimonium, cùm fraus & dolus nemini patrocinentur. Ex quibus quidem satis patet responsum ad quæstionem illam, quæ quæri solet, quo pacto Castellanus, vel Lusitanus, qui in his partibus habet domicilium, teneatur contrahere matrimonium, si adiret Franciam, Turcas, vel Indos, vbi non seruatur hoc decretum sacri Concilij Tridentini? Videlicet quòd si in illis partibus habet nouum domicilium, aut saltem habet animum ibidem permanendi, relicto antiquo domicilio, potest illic contrahere, minimè verò quando nec domicilium, nec animum permanendi habet, sed dolosè gratia fraudandi legem Concilij retinendo in his partibus domicilium secessit in partes illas statim reuersurus post celebrationem matrimonij* &c.

Petrus de Ledesma *in* 3. *part de matrim in addit.* 14 *ad quæst* 45. *art.* 5. *vers in huius expositionem.* ibi. *In huius expositionem sit prima conclusio. Si aliquis Nauarrus, Lusitanus, vel Castellanus adiret partes illas, vel regiones, vt contraheret matrimonium sine Parocho, & testibus in fraudem legis, & solùm gratia contrahendi*

trahendi matrimonium, existimo quòd tale matrimonium nullum esset. Ratio huius est, nam illud solum factum est in fraudem legis, ergo nullum est matrimonium, cuius fraus, & dolus nemini patrocinentur, &c.

15 Ego ipse *de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 32. num. 153.* ibi. *Hoc tamen limitant Ledesma, Enriquez, Rebellus, & alij, nisi eò proficiscantur, vt nubant non seruata lege Concilij Tridentini, & in eius fraudem, cùm ius non foueat fraudem committenti in legem*, &c.

16 Maiori cum ratione procedere debet hæc resolutio in casu nostro, cùm matrimonium contractum sit, in loco in quo vim habet Concilium Tridentin. in cuius fraudem acquisita parochialitas non iuuat, nec sufficit: itavt in tali Parochia contractum matrimonium sit nullum. Et est communis sententia.

17 Enriq. enim *in sum. lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 3.* ita ait. *Vagam fœminam & virum alterius regionis ignota copulare non debet Parochus, iuxta Concil. Trident.* cap. 7. *nisi cum licentia Ordinarij, Inquisitione, & magna cautela: si autem vir & fœmina, qui aliquod habent permanens domicilium, accedant dolosè in aliud oppidum sine animo permanendi, & ibi coram illius oppidi Parocho quasi vicini contrahant, non valet, solus enim dicitur illorum Parochus, vbi citra fraudem verè habent domicilium animo permanendi*, &c.

18 Nauar. *consil. 1. de Paroch. num. 3.* ibi. *Quintò quòd videtur sufficere habitatio bona fide, & sine fraude suscepta in aliquo loco, vnde non potest commodè reuerti ad sumenda sacramenta in loco Parochiæ, vbi habetur domicilium.* Et paulo inferiùs. *Sextò quòd habitatio fraudulenter in præiudicium Parochi proprij, vel alterius habita in aliquo loco ad effectum acquirendi nouum Parochum, non sufficeret: tum quia fraus, & dolus nemini debent patrocinari; tum quia malitiis hominum obuiandum est*, &c.

19 Gutier. *de matrim. cap. 65. num. 11. in med.* ibi. *Secus verò esset si domicilium, vel prior Parochia non verè, nec ex animo relinqueretur, sed in fraudem, animo nempe statim contracto alibi matrimonio reuertendi ad prædictum suum domicilium, vel priorem Parochiam, tunc namque & in hac specie rectè procedit limitatio Ledesma, & Vega, quia prædicta vagatio, & mutatio Parochiæ plenæ est fraude affectata, & procurata ad finem tantum contrahendi alibi matrimonium, & sic nihil eis prodest tanquam facta in fraudem Concilij*, &c.

20 Paul. Comitul. *respons. moral. quæst. 110. num. 3. 5. mihi sanè*, ibi. *Ius enim Parochiæ improba fide, & per scelus in fraudem nemo assequitur, itavt in ea sacramenta percipere possit*, &c.

21 Rebellus *de obligat. Iustit. part. 2. lib. 2. quæst 7. num. 16. & quæst 8 num. 6.* ibi. *Omnes enim qui Parochos per dolum & fraudem alienos ad eum effectum quærunt, propriis relictis, inualidè contrahunt, cùm dolus nemini patrocinari debeat*, &c.

22 Verùm contra resolutionem primo loco traditam de adeuntibus loca vbi Concilium Tridentin. receptum non est, in fraudem eiusdem Concilij vt possent ibi liberè absque Parocho & testibus matrimonio copulari, insurgit doctissimus Sanch. *de matrim. lib 3. disput. 18. num. 29.* & tenet esse ratum matrimonium in hoc casu, ex eo quòd, qui iure suo vtitur, non potest dici fraudem committere, vt ea ratione effectus impediatur; & hine ait matrimonium contractum in articulo mortis efficere filios legitimos in fraudem substituti, quia est fraus licita cùm contrahentes vtantur iure suo. Et contra aliam resolutionem secundo loco suprà firmatam de illo, qui fraudulenter, in præiudicium proprij Parochi nouum adquirit in locis, vbi Concilium est receptum, quòd sit coram eo contractum matrimonium nullum, similiter insurgit idem Sanch. *eod. lib. 3. disp. 25. n. 11.* resoluens quòd mutantes Parochiam in fraudem Parochi possunt matrimonio copulari à Parocho nouæ Parochiæ.

Sed salua pace doctissimi & Religiosissimi Patris, eius sententia in vtroque casu iure non subsistit, quia Concilium Trident. modum & formam præstitit celebrandi matrimonia coram Parocho & testibus, & idem est matrimonium sine Parocho, vel in fraudem illius contrahere, cùm vtroque casu menti Concilij, & legis vniuersalis Ecclesiæ contrarietur, text. *in l. non dubium. C. de legib* ibi, *non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua verborum fraudulenter excusat*, &c. & *ibi* gloss. *in figuratione casus, vers. istis præmissis, & in verbo non dubium, in princ.* & per ipsum textum Doctores omnes ibidem aduotarunt paria esse ad effectum incurrendi pœnas legales facere contra legem, vel facere in fraudem legis, *l. contra. ff. de legib.* ibi, *fraudem facit legi, qui saluis verbis legis mentem eius circumuenit*, &c. 23

Perinde est litterali intellectui legis fraudem facere, quàm & menti ac intentioni illius fraudulenter contrauenire, quia in vtroque casu nullitati actus subiiceret, Iacob. Buttigar *in d. l. non dubium, in summar & col. 2. vers. his præmissis, & infrà vers. nota quòd ita punitur*, Bellapert. *sub vers. quæsitum est*, Cyn. *num. 2. & 5. ad fin. vers. vbi fraudatur lex*, Bart. *numer. 1.* Bald. *in sum & num. 1. vers. nota primò*, Alberic. *in summar.* Odofred. *num. 1.* Paul. de Castro *num 1.* Salicet. *ante num 1. vers. 5. committit in legem, & num. 1. in . notab* Fulgos. *in sum. & n 1. in 2. notab* & Ias. *n. 4.* 24

Mens autem Concilij Tridentin. fuit obuiare fraudibus, quæ ex occulta matrimoniorum celebratione indies obueniunt, cùm alienus Parochus conscius esse nequeat impedimentorum, quæ in loco & proprio domicilio facilè omnibus innotescere possunt, vt aduertit Molin. *de ritu nupt. lib. 2. cap. 11. num 87.* & insinuat idem Concil. Trid. *sess. 24. de reform matrim. cap 1* in illis verbis, ibi, *& grauia peccata præpendat, quæ ex eisdem clandestinis coniugiis ortum habet*, &c. 25

Et ex tali fraude, quam Concilium obuiare intendit, non solùm eius mens læditur, sed etiam Francisco, consanguineis, & eius familiæ damnum irrogatur irreparabile, vt colligitur ex text. *in l. 7. tit. de los casamientos lib. 3 fori, text. in l si adulterium, cum inceštu. § stuprum ff ad leg Iul de adulter.* ibi, *contumelia Iuris, & sanguinis contumelia*, Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 3. § 8. num. 7.* vbi dicit patrem non teneri dotare filiam nubentem indigno, & reddit rationem quia indigni nuptiis totum familiæ decus denigrabit, & censeri indignum matrimonium esse, quod sine familiæ dedecore iniri nequit, *l. sed ea. ff de sponsal. l. nuptia. C de nupt* ibi, *& si pares sint genere, & moribus*, Sanch. *de matrim. lib. 4. disput. 16. num. 21.* Vnde tales fraudes sunt vitandæ, Feder. de Senis *consil. 286 num. 1.* Bald. *consil 261. num 8. vol. 1. & consil. 76 num. 1. volum 3.* 26
Aym. Crauet. *consil. 774. num. 4 6. & 7.* ibi. *Rursus* 27
fraudibus occurrendi causa interpretationem ius admittit, fauorabilisque dispositio indicatur, quæ ob fraudes tollendas sit introducta. Et infrà, *Grauius porrò est legi*

28 *quam homini fraudem facere &c* Et sic nec directè, nec indirectè est admittendum quòd legi fraus fiat, text. *in l. quod conditiones impiendæ causa. ff. de donat. causa mort.* Feder. de Senis *consil. 4 num 5. & consil. 84. in fine*, & latiùs *consil. 94. in princ* & eo magis quando contra Ecclesiam fit fraus & dolus. Signorol. *consil. 71. num. 7. & seqq.* cùm ergo legis finis dirigeretur ad obuiandum, vt ne fraudibus, clandestinitate, & malitiis contrahatur, quamuis clarè Concilium non loqueretur, sed sub inuolucro verborum, debet extensio fieri ne via malitiis aperiatur. Gemin. *consil. 18. num. 2.* Bald *consil. 474. in princ. lib. 4.* Petr. de Anchar. *consil. 59* quia aliàs fieret illusorium, text. *in l. cùm hi, §. fi. ff. de transact.*

29 Quare ex dictis constat sine fundamento contrarium censuisse P. Sanchez aliàs virum doctissimum, & omni laude dignum, nec euincit illud exemplum, qood adducit de matrimonio contracto in articulo mortis ad efficiendos filios legitimos in fraudem substituti, quia ex ea ratione procedit quod contractui lex assistit, & filios legitimos facit per subsequens matrimonium, *cap. tanta, qui filij sint leg.* At in casu nostro resistit ius, eo quòd à Concilio Trident. prohibetur clandestinitas, ac proinde ne fraudibus & malitiis contrahatur matrimonium, vnde si constiterit parochialitatem in fraudem legis acquisitam fuisse, quicquid ex tali fraude obuenerit, nullum erit, vt singulariter dicit Octauian. Bagmacar. *in cap. naturales quæst. 7. num. 90. in med.* ibi. *Ex quibus deducitur quòd si omnia, quæ quis facere potest, illico posset in alterius fraudem conuertere, nimiùm fraudibus indulgeretur, dolisque ac machinationibus via aperiretur, quod permittendum non est.* l. in fundo, de rei vendicat. *hic & similiter dicitur quòd in illis casibus fraus adhibita a principio resistit validitati actus, & illa macula fraudis semper validitati actus repugnat, ita & taliter quòd actus ille erit fraudulentus, & nullus.*

30 Nec etiam obstat axioma illud quòd dolo malo non videtur facere, qui iure suo vtitur, *l. nullus. ff. de regul. iuris*, quod adducit Sanchez pro sua opinione adstruenda, quia consequentiam sic desumit, & elegantissimis respondet verbis. *Ergo cùm ius habeant quocunque abeundi sine dolo malo ibidem more gentis validè contrahent, præsertim cùm mala intentio actum non soleat infirmare; neganda tamen erit consequentia, quia licèt ius habeant, non tamen ius habent emittendi legem Ecclesiasticam, qua tenentur, & eandem legem offendere censentur, cùm absque causa rationabili vadunt aliò, ea de causa vt non contrahant coram Parocho & testibus præmissis denuntiationibus: talis præterea discessus doli latentis suspectus est: neque præsumi debet de Ecclesia quòd vellet in eo euentu tollere inhabilitatem ad contrahendum quam in sua patria contraxerant. Si autem Ecclesia inhabilitatem præfatam ab eis auferre nolit, adhuc inhabiles permanebunt*, &c. Ex quibus communis sententia contra Sanchez verior est, & licèt aliquam pateretur difficultatem, adhuc sequenda foret, quia in dubiis opinionibus illa est amplectenda, per quam fraudibus obuiatur, Feder. de Senis *consil. 7. numer. 5. & consil. 33. numer. 6.*

ARTICVLVS II.

Doli materiam concernens.

PRo vera articuli intelligentia præsupponendum est Antuniam esse humilem & pauperem mulierem, Franciscum verò ex vtroque latere nobilem Hispanum, & satis diuitem. Et quòd dolus, cùm sit latens in animo, & natura sua de his, quæ occultè committi solent, ac proinde difficilis probationis, directèque probari non possit, ideo coniecturis probatur. *l. quia autem §. non simpliciter, ff. si quis omissa causa testam.* Oldrad. *consil. 324 Factum tale*, Crauet. *consil. 100. num. 3* Bargali. *de dolo lib. 4 cap. 8. num. 15. & 30.* Mascard *de probat. conclus. 530. num. 1. cum seqq.* Menoch *de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 42. cum seqq.* Farin *in praxi crim. quæst. 89. num. 16. cum seqq. duobus saltem*, gloss. *in l instrumenta, C. de probat. cap. cùm dilectus, de success. ab intest. cap. ille vos*, ibi, *ex duobus tamen, de pignor.* Calcan. *consil. 8.* Ioan de Anch. *consil. 49.* Corne. *consil. 23. & 41. vol. 3.* Prosp. Paset *consil. 121. Circa propositas num. 3.* Craner. *consil 134. Scripsi aliàs, num 39. & consil. 156. incip. Iacobus Neureti num 7.* vbi addit quòd sicut in materia probationis per testes duo testes sufficiunt, *l. vbi numerus. ff. de testib.* ita quoque in materia non probabili per testes, ad quam subrogantur præsumptiones, vt subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum, §. iniuriarum. ff. si quis caut.* Decian. *respons. 12. num. 4 lib. 13.* Farin. *d. quæst. 89. num. 22.* vbi *num. 23.* hoc dicit verum dummodo istæ duæ coniecturæ, seu præsumptiones graues, & non leues fuerint. 31

32 Quibus breuiter præmissis, primò dolus apertè colligitur ex mutatione nominis & cognominis quam fecit ipsa Antonia, occultans proprios parentes aliàs ignobiles, & pauperes, & simulans alios nobiles & diuites ad effectum melius decipiendi Franciscum; quæ quidem principalior doli probatio est, dum exteriùs veritatem manifestare recusabat, quam interiùs occultare non desistebat, D. Thom. 2. 2. *quæst. 111. art. 1.* ibi. *Respondeo dicendum quòd sicut dictum est ad virtutem veritatis pertinet, vt quis talem se exhibeat exteriùs per signa exteriora, qualis est Signa autem exteriora non solùm sunt verba, sed etiam facta: sicut ergo veritati opponitur quòd aliquis per verba exteriora aliud significat, quàm quod habet apud se, quod ad mendacium pertinet; ita etiam opponitur veritati quod aliquis per aliqua signa factorum vel rerum aliquid significet per contrarium eius, quod in eo est, quod propriè simulatio dicitur. Vnde simulatio propriè est mendacium quoddam in exteriorum signis factorum consistens. Non refert autem vtrùm aliquis mentiatur verbo, vel quocunque alio facto, vt suprà dictum est, &c.* Castrens. *in l. dolum. C. de dolo* Imol. *in l. . Iulianus §. 1. ff. de action. empt.*

33 Et sic dolus ex effectibus, & signis exterioribus probatur, Aldobrand. *in §. suspectus autem tutor num. 2. Instit. de suspect. tutor.* Bargal. *d. lib 4. cap. 8. num. 19. cum seqq.*

34 Secundò probatur ex contextura litterarum Francisci, quas formauit ipsa Antonia, vt ille cum iuramentu, & insulitis obligandi clausulis obstringeretur ad secum contrahendum, quæ insolitæ clausulæ dolum & fraudem præsumi faciunt. Menoch. *consil. 1. num 338. & de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 103* Mascard. *de probat. conclus. 835. num. 40. & 42. & conclus. 299.* Farin. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 89.*

35 *quæst.89. num.124.* Et eo magis dolus deptehendi-
tur, quia in dictis litteris dicebat Franciſcus quòd
à permiſſione mattimonij contrahendi cum dicta
Antonia nulla ex cauſa etiam excogitanda diſce-
deret, quæ cautela dolum & ſtaudem atguit, vt
teſoluit Tiber. Deciao. *conſil.* 32 *num.65. velum.3.*
ibi, *Qeòd imò abundans cautela nocet in ſuſpectis, & in bis, qua poſſunt babere ſnſpicionem frandis, doli, & circumuentionis, quinimo (in bis tales cautela abnndantes vebementem inducunt ſuſpicienem, vt in ſpecie tradit Bald. & Alber.* io d. l. pen. *& Bald. etiam* in
d. l. teſtamentum in 3. not. & in l. etiam col. 2.
verſ. hoc modo dubitatur, C. de execut rei iud.
& in cap. quia veriſimile col. 2. de præſumpt. *&*
Paul. conſil. 174. col. 2. in fine verſ. aecedit præ-
dictis, *Andr. Sicul.* conſil.16. col.1. in 1. & conſil.
8. col. penult. num.4. *Cornel.* conſil 217.in fine in
3. *Socin.* conſil 143.col.vlt.ad fin. volum.1. & con-
ſil.90. col. 2. verſ. ſed ſi iſta in 3. *Iaſ.* conſil. 170.
num.1. in 2. *Dec.* conſil.448. col.3,verſ. & in pri-
mis, *& dixit Bald.* conſil.477. volum.1. *quòd quanto plures cautela adbibentur in contractibus ſuſpectis, eo magis augetur ſuſpicio frandis, & doli, & idem* in
36 cap.2.col.2. de conſuet. *inquit quòd vbi abundantior eſt cautela, ibi euidentior eſt fraus*, adde Farin. de fal-
ſitate quæſt. 153. num. 161. & ex pactis inſolitis
etiam probatur, idem Farin. *d.quæſt.153. num.164. cum ſeqq.*

37 Tertiò dolus magis atguitut,& manifeſtatur ex
diſparitate tam in ætate, quàm in qualitate & re-
bus; quæ aderat inter Franciſcum & Antoniam,
maximè cùm ipſa Antonia eſſet admodum pul-
chra, callida, & captioſa; ætatis triginta annorum
valeos facilè iuuenem ætatis ſexdecim ſeducere,
vt in ſimili probat Rebuff. *conſil.* 114. *folio mihi*
191. ibi, *Item ex alia probatur ratione inæqualitatis perſonarum, nam mater incrementum filia, & borarum videtur diligere, vbi vir ſuperier eſt diuitiis, & nobilitate, potentia, & bonore*, cap, ſuper eo 2. de teſtib.
bic eſt longè maior vir mul iere tam ratione diuitiarum; ergo mater dolo induxis bunc iuuenem. Item ponderanda eſt qualitas perſona, nam iuuenis quindecim annorum inter manus Procuratorum tractabatur, qui ſunt ſubtiles, & cauti in agendis negotiis, & ipſe ſolus ſe defendebat, ſaltem debebat D. de Maureul relinquere ei vnum curaterem. Item qualitas mulieris, nam vetula, qua multa mala ſciebat, & alter iuuenis, ac etiam quia mulier, nam non eſt malitia mulieris, nec dolus, quin à muliere ſaltem vetula non excogitetur, vt de iſta poſſumus dicere, qua adeo ornatè loquitur, vt ſi Cicero reuiuiſceret, non ornatiùs loqui poſſit, &c.

38 Magnæ quoad ptopoſitum conſiderationis eſt
ioæqualitas nobilitatis, nobiles enim naturali pro-
penſione cupiunt nobilibus commiſceti, & ſuam
augere nobilitatem, vt tradit Mexia *de nobilitat.*
39 *lib.1.cap.41 per tot.* nam æqualitas io matrimoniis
coniugatorum animis influit tranquillitatem &
pacem, è contra autem inæqualitas diſſenſiones
& bella, ſicut ſingularitet probat Ægidius Colum-
na *de regimine Principum lib. 2. cap. 12.* ibi, *Prima autem naturalis ſocietas, vt patet per Philoſophum in politico, eſt maris, & fœmina, viri & vxoris; hoc autem non eſſet niſi coniugium ordinaretur in quandam ſocietatem debitam, & naturalem: cùm ergo debitè & congruè nobilis ſocietur, quos conſtat eſſe nobiles ex genere, prout coniugium ordinatur in ſocietatem dignam & congruam, debent ſibi vxores quærere qua ſunt ex nobili genere: ſicut enim videmus in vno, & eodem corpore quod propter inæqualitatem bumorum conſurgit infirmitas, & pugna fit, & inter omnes propter iniurias, & inæqualitates, quas inter ſe exercent, conſurgunt diſſenſiones, & bella. Et infrà patet quales coniuges ſinguli ciues accipere debeant: nam nobilibus decet accipere nobiles coniuges, vt inter eos ſit pax, & digna ſocietas in omni coniugio, nimia imparitas videtur eſſe vitanda: nam imparitas in exceſſu ſiue ſit ſecundum nobilitatem, ſiue ſecundum ætatem, vt plurimum eſt cauſa litigij, vel eſt cauſa vt ſibi coniuges fidem non ſeruent, vt ſi nobilis nubat ignobili, non erit inter eos digna ſocietas, ſed vnus alteri vltra quam leges coniugij requirant, dominari conabitur.*

Id ipſum ex plutimis aliis auctoritatibus depre- 40
henditur, & probatur ex *l. 1. §. quamuis ff. de ventre inſpic.* ibi, *publicè enim intereſt partes non ſubiici, vt ordinum dignitas, familiarumque ſalua ſit*, &c. l. 3. tit.
14. part. 4. ibi, *Ca no ſeria guiſada coſa que la ſangre de los nobles fueſſe embargada ni ayuntada*, &c. & *l. 3. tit. 5. part.* 2. ibi, *Viles e deſconuenientes mugeres no deue el Rey querer para facer linage porque no enuileZa la flaqueZa ſu linage.* Et intet conditiones, quas in
muliere in vxorem accipieoda requirit *l. 1. titul. 6. part.* 2. ptimo loco nobilitas deſideratur, ibi. *La primera que vēga de buen linage. La ſegūda que ſea formoſa. La terrera que ſea bien acoſtūbrada. La quarta que ſea rica, ca en quanto ella de mejor linage fuere tāto el ſera mas honorado. Porende en los fijos que della hubiere ſeran mas honrados, e mas en cura tenidos, e quanto de mejores coſtumbres fueren, tanto majores placeres recebira della, e ſabra mejor guardar la honra de ſu marido, e de ſi miſma.*

Vtplurimum familiarum decot, huiuſmodi 41
mattimoniis deturpatur, & ex illis plura proue-
niunt incommoda, itavt multum interſit decepto
viro tot tantaque mala ſubterfugere, optimè Bar-
gal. *de dolo lib.1.cap.8. num.26.* ibi. *Sape deturpatur honor familiarum ſi quis plebeiam pro patritia, corruptamque duxerit pro virgine, frequenter facultatibus damnum irrogatur ſi pauper pro diuite accipiatur coniux, ſæpiſſimè affligitur animus ſi turpis pro ſpecioſa ſit traducenda; quæ pœna eſt adeò moleſta quòd antiquis Hebræis conceſſum eſſet propter deformitatem mulierem repudiare: etiam antiqui Romani ita abhorrebant, & deteſtabantur vt deformi perſona occurriſſe infelix, atque inauſpicatum omen baberetur. Hinc Imperator Septimus Seuerus ex Æthiopis cuiuſdam occurſu ingruere ſibi mortem concepit, auctore Ælio Spartiano in eius vita. Vt verò paucis verbis omnia, qua proueniunt ex inuito, aut erroneo matrimonio incommoda colligam, vxoris definitionem ſubiicio, quam alij ſecundo Philoſophorum tribuunt, alij Simonidi, & etiam, inquit Tiraquell. eſſe veriſſimam* in l. connub.
num.218. *Vxor eſt viri naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vita captiuitatis quotidianum damnum, voluntaria pugna ſumptuoſum bellum, exernata Scylla, animal malitioſum, & neceſſarium malum: quis igitur non dignum iudicet auxilio Prætoris illum, qui dolo captus cupiat tot, tantaque mala ſubterfugere?*

Paritatem nobilitatis inter coniuges tanti fece- 42
tunt Romani, vt exptesſis legibus contrarium
prohibuerint, teſte Dionyſio Halicarnaſſio *lib. 11. Antiquitatum Romanarum. Vbi conſtitutum fuit ne patritiis cum plebeijs Roma connubium eſſet, idque ab Appio Claudio Decemuiro eſſe adiectum, vt in perpetuum Patres à plebe diuelleret. Quod iuſta hac ratione (vt à Liuio in quarto primæ decadis memoria proditum eſt) factum anno ab Vrbe condita trecenteſimo decimo, M. Genutius, & P. Curiatius Coſſ. defendebant. Ne, ſi plebeij cum patricijs miſcerentur, colluuio gentium perturbationem auſpiciorum publico-*

rum priuatorumque afferret; nihil sinceri esset, nihil
incontaminati, & eo discrimine sublato, nec se quis-
que nosset, nec suos quam essent aliam vim connubia
promiscua habere, nisi vt ferarum propè ritu vulgen-
tur concubitus plebis, patrumque, vt qui natus sit,
ignoret, cuius sanguinis, quorum sacrorum sit, dimidius
patrum sit, dimidius plebis, nec secum quidem ipse con-
cors. Hæc Liuius. Quinimo lege Iulia lata ab Augu-
sto Cæsare de maritandis ordinibus constitutum fuit ne
Senator, Senatorisve filius, nepos, pronepos duceret
libertinam, nec cuius pater, materve artem ludricam
faceret, quemadmodum scriptum est in l. lege Iulia.
ff. de ritu nupt. Et cum dubium esset qua vita condi-
tio impediret mulierem ne viro patritio & nobili iun-
geretur matrimonio, declararunt Imperatores in l. hu-
milem. C. de incestis nupt. humilē & abiectam esse
ancillam, libertam, scenicam, tabernariam, lenam, ea-
rumque filias, aut eam, quæ mercimonijs publicè præ-
fuit. Quas sanè Cæsarum constitutiones ea ratione edi-
tas credimus, quòd indecorum esset virum patritium,
& nobilem indecenti hoc connubio atque consortio vi-
lescere, &c.

43 Quàm lamentabiles successus ex inæqualitate
coniugiorum obueniant, nobis referunt historiæ,
& satis notus est quem narrat Menoch. consil. 69.
num. 48. ibi. Et patrum nostrorum ætate obseruatum
fuit Ioannam II. Neapolitanorum Reginam deperisse
Ioannem Carazolum Roseum ignobili genere ortum,
illumque in virum duxisse; & tandem ob maximam
conditionis imparitatem contempsisse, & adeò graui
odio habuisse vt eum trucidare iusserit, quod a Fulgosio
lib. 6. cap. 11. memoriæ proditum est; quæ sanè dissidia
& pericula effugere docuit Ouidius dum in epistola
Deianiræ ad Herculem ita cecinit. Si qua voles aptè
nubere, nube pari. Et quanti facienda sit paritas in
matrimonio, multis ostendit Andr. Tiraq. magnæ eru-
44 ditionis vir, de legibus connub. l. 5. &c. Matrimo-
nia enim inter valdè dispares infelicissimos exi-
tus habere solent, ex Sanch. de matrim. lib. 1. disp.
11. num. 8.

45 Nec videtur Franciscum fuisse sui honoris, &
opinionis tam prodigum dissipatorem, quòd sciēs
voluerit genus suum deturpare cū vili & abiecta
muliere matrimoniū contrahendo, honor enim est
augmentum familiæ l. 1. C. de his qui pot. D. Au-
gust. de bono viduit. cap. 22. vbi reprehendit eos, qui
famam suam negligunt, & subdit. Nobis enim ne-
46 cessaria est vita nostra, alijs fama nostra. Vnde debet
quis potius pati mortem quàm honoris detrimen-
tum subire, text. in l isti quidem. § quod si dederit.
ff. de eo quod metus causa, ibi, cum viris bonis iste
metus maior, quam mortis esse debeat, &c. l. iusta. ff.
de manumiss. l. 2. tit. 22. part. 4. ibi, De muerte o de
mala fama, Apost. 1. Corinth. cap. 9. Bonum est
enim mihi magis mori quàm gloriam meam quit eua-
47 cuet, &c. Alex. & alij, quos refert & sequitur Cor-
duba de Lara in l. si quis à liberis, in princ. num. 33.
ff. de liber. agnosc Et abiit in prouerbium honorem
præferendum esse propriæ vitæ, Alex. in l si vi-
ctum num 2. ff. de re iudic. Bald. consil. 312. num. 3.
lib. 4. vbi quòd diuinitus eligibilius est mori, quàm
vilipendi, Doctor in l interpositas. C de transact. vbi
Bart num. 5. ait idem esse amissionem honoris vitæ,
quàm verecundiæ vitij & Bald. num. 5. Angel. n. 1.
Roman. num. 9. Curt. iun. num. 17. Sebastian. de Me-
dices de casibus fortuitis part. 1. quæst. 7. num. 7. Ame-
scua de potest. in seipsum lib. 2. cap 5. num. 11. cum
seqq. Cardin. Tusch. practic. conclus. verb. Metus
conclus 215 num. 13. & conclus. 316. num. 19. Seraph.
de priuileg. iuram. priuileg. 29. numer. 2. Mascard.
de probat. concl. 1051. num. 53. Sanch. de matrim lib.
4. disp. 5. n. 11.

Cùm ergo tam magna inter Franciscum & An- 48
tonium sit disparitas, illa satis indicat dissensum,
& facit præsumere ioco contractum esse matri-
monium, vt resoluit Sanch. de matrim. lib. 5. disp 3.
num. 17. quia quamuis dicenti se fictè promisisse,
non sit fides adhibenda, si tamen notabilis sit dis-
paritas inter promittentem, & recipientem, esset
sufficiens ficti consensus signum, nisi vehementia
indicia sint pro altera parte, idem Sanch d. lib. 3.
disp. 15. num. 7. Idem fere tenent Couar. de sponsal.
part. 2. cap. 2. num. 4 in fine, ibi, has verò coniecturas
tribuit d. spar genus, vel diuitiarum, statusve conditio.
impar, &c. Soto in 4. dist. 29. quæst. 1. art. 3. vers. cen-
seat, Barthol. à Ledesma dub 25. de matrim. concl. 7.
in fine, ibi, asserunt quando vir illustris fœmina pau-
peri, vel dispari aliqua qualitate matrimonium spon-
det facti corporis copia non præsumi sponsalia, sed vi-
rum voluisse veneri satisfacere, &c. Et rationes, quas
idem Sanch. lib. 2. disput 45. num 8. adducit ad pro-
bandum sufficiens indicium esse vt possit spon-
sa alij nubere, si vir asserens se fictè consensisse sit
longè dispar, itavt prudentis arbitrio vix credi
possit eum illam duxisse, locum habent in præsen-
ti casu, qui de matrimonio loquitur, nam ad eos
dum de illo sermo rexeretur, se remittit idē Sanch.
d. lib. 5. disput. 3. num. 17. in fine, & videtur sine dubio
in matrimonio dicendum, idem quod in sponsali-
bus, vt expressè tenet Ludouic. Lopez in instruct.
conscient. de matrim. cap. 43. col. 6. fol. mihi 1093. ibi:
Quæ quidem assertio Soti ne videatur cap. finali præ-
dicto repugnare, limitanda est ad casum, quia non so-
lùm ex possibilitate ipsius conditionis, sed etiam ex im-
paritate vel conditionis, vel status contrahentium, vel
aliter appareret talem impossibilem conditionem pror-
sus irrisoriè, & fictè, & fraudulenter fuisse apposi-
tam, &c.

Ex quibus magis conuincitur dolus & fraus 49
dictæ Antoniæ in fictione qualitatis suæ, dum alios
parentes dolosè sibi appropriauit, in quo aduer-
tendum duxi quod licèt non defuerint homines,
qui se alios esse, aut aliorum filios mentiti sunt, de
quibus Tiraquell. de nobilit. cap. 13. per tot. Menoch.
de arbitr. cent 4. casu 318. num. 30. cum seqq. Farin. de
falsitate quæst. 150. num. 85. nihilominus mulieres
maiori sagacitate, & dolo sæpissimè se aliàs esse
finxerunt, vt per Hieronym. de Laurent. in decis.
Auenion. 108. per tot. Farin. d quæst. 150. num 97. &
143. Valer Maxim lib. 9. cap 7. & 16. Apian. lib. 1. de
bello ciuili, Gothofred. l. 1. de ventre inspic. verbo fa-
miliarumque salua sit, fol. mihi 801. plura exempla re-
periuntur in sacris litteris, vt de filiabus Loth
Genes. 19. num. 31. de Rebecca Genes. 27. num. 16. de
Rachele Genes. 31. vers. 35. de vxore Putifaris Ge-
nes. 39. num. 13. cum tribus seqq de filiabus Mohabi-
tarum num. 25. vers. 2. de Rahab Iosue 2. vers. 4. de
Iahele Iudic. cap. 4. num. 8. de vxore Samsonis Iu-
dic. cap. 14 num 16. de Dalila Iudic cap. 16. num. 15.
de Michol. 1. Sam. 19. n. 21. de muliere Thecuitis
cap. 2. de muliere meretrice 1. Reg. cap 3 num. 20. de
Gezabel 1. Reg. cap. 21. num 8 de Iudith 1. Reg. c. 10.
num. 12. & in alijs locis adductis à Tiraquel. de le- 50
gibus connub. l. 9. gloss 1. part. 9 num 47. cum seqq Et
nostra ætate Monialis quædam Lusitana, quæ fin-
gens se sanctam, Fratrem Magistrum Ludouicum
Granatensem, virum aliàs doctissimum & religio-
sissimum, tot annis quibusdam chimæricis fallaciis
deceptum, habuit, de qua Param de origine Inquisi-
tionis lib. 2. tit. 3. cap. 5. in 6. Mundi ætate num. 16.

omnino

omnino videndus, qui plura congessit, & sententiam, causamque ad litteram expressit, Fr. Ioan. de los Angeles *en la conquista del Reyno de Dios, Dial. 6. per tot.* & præcipuè §.1. Ludou Bauia *in Chronica Pontificali in vita Sixti V. cap. 56.* Martin. de Roa *en la vida de la Condesa de Feria lib. 4 cap. 5.* Franc. Diago *en la vida de Fray Luis de Granada*, latiùs quàm omnes el Licenciado Luis Munoz *en la viday virtudes del mismo Padre lib.* 2. *cap.* 9. 10. 11. & 12. vbi rem narrat, & credulam pietatem Venerabilis illius Patris multis excusare intendit.

51 Vnde ex tam magna disparitate inter contrahentes satis indicatur dissensus, Cephal. *consil.* 82. *num.* 63. & *consil.* 540. *num.* 21. & *consil.* 710 *numer.* 4. Lancel. Gal. *consil.* 15. *num.* 80. Hugo de Celso *consil.* 73 *num.* 5. Menoch. *consil.* 16. *num.* 13. & *cons.* 199. *numer.* 44. & 49. *cum seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 1023. *num.* 7. Paleoth. *de nothis & spur. cap.* 19. *num.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 5. *disput.* 3. *num.* 17. *in fine*, Iulian. Salazar *de sponsalib. cap.* 2. *art.* 4. Iuncto etiam dolo, & aliis circunstantiis, quæ insimul coniuncta satis indicant dissensum, & per consequens matrimonium nullum esse, & irritum remanere, Syluest. *verb. matrimonium* 8. *quæst.* 8. ibi, *nisi sit talis dolus, qui consensum excludat, quia sic non teneretur*, &c. Angel. *eod. verbo* 3. *impedim.* 4. *num.* 1. Abb. *in cap. cùm dilectus numer.* 13. *de his quæ vi*, Francisc. Curt. *in l. interpositas C. de transact. num.* 7. *in fine*, ibi, *nisi tantus dolus inueniret, qui faciat abesse consensum*, Didac. Perez *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordin.* Imol. *in d. cap. cùm dilectus num.* 9. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 35. ibi, *Sed hoc debet restringi vt locum habeat, nisi talis dolus intercesserit, vt consensum ab actu omnino exclu-* 52 *dat*, &c. Nam consensus, & voluntas cum in animo consistant, & iste difficilè cognosci possit, Laurent. Syluan. *consil.* 7. *num.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 94. *num.* 4. aliquibus signis exterioribus deprehendi debet, vt dicit Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 1. *num.* 42. ibi, *Primò probando aliqua signa exteriora, ex quibus animus deprehenditur, l. si tamen, de ædilit. edicto, l. reprehendenda C. de instit. & substit. sub condit. fact. l. qua leuanda, ad leg. Rhod. de iactu, l. si tam angusti, de seruitut.* Corn. *consil.* 251. *vol.* 4. Soc. *consil.* 18. *n.* 2. *vol.* 2. *animus enim indicatur ex indiciis & coniecturis*, &c.

53 Et licèt Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 18. *n.* 19. ab hac opinione recedere videatur, tamen eius resolutio intelligitur quando dolus simpliciter interuenit sine aliis circunstantiis: at verò quando simul cum dolo concurrit tam grandis disparitas, & error personæ, de quo in sequenti articulo, nulli dubium est quin matrimonium ex defectu consensus, proindeque materiæ & formæ tanti Sacramenti, sit nullum, ex adductis per eundem Sanch *lib.* 1. *disput.* 64. *num.* 3. qui licèt loquatur in sponsalibus, rationes, quas adducit, benè adaptantur matrimonio. Et quod quando dolus consen- 54 sum excludit, matrimonium sit nullum, singulariter dicit Petr. Franc. de Lauena *consil.* 64. inter consilia matrimonialia Ziletti *num.* 14. ibi, *Et aduertat etiam dominus iudicans, quòd licèt soleat dici quod dolus dans causam contractui matrimonij, non habeat impedire matrimonium, vt notabiliter voluit gloss. in cap. cum dilectis, quod metus causa, & in l. à D. Pio. ff. de ritu nupt. tamen hoc est verum, nisi esset talis, & tantus dolus, qui haberet impedire consensum, vt voluit* Abb. *in cap. cum dilectus.* Quam interpretationem, & ad opinionem Sanchez intellectum præstat Gutier. *de matrim. cap.* 89. *num.* 161. Vbi *num.* 19. *inquit, eam temperare quosdam quando tantus esset dolus vt consensum auferret, quia tunc irritaret matrimonium, quamuis ipse existimet eam moderationem non esse necessariam: ego verò in hac specie eam sequor & veram censeo & receptam hanc limitationem, siquidem videam quòd deficiente omnino consensu sit nullum matrimonium, vt in Iuribus vulgaribus.*

Articvlvs III.

Erroris personæ materiam concernens.

55 PRæmisso in facto quòd Antonia cognomen alienæ familiæ, & parentes à suis diuersos sibi vsurpauit, & cum hoc errore, ita se appellans in actu contracti matrimonij, & in licentia quam ordinarius concessit, vt absque denunciationibus contraheret, dolosè cum Francisco contraxit, fingens se nobilem mulierem, ex nobilibus parentibus procreatam, & diuitem, cùm esset ignobilis, vilis & pauper, dubitabatur an talis error vitiaret matrimonium huiusmodi cum illo sic dolosè contractum? In quo dubio vt certa ab incertis separemus, verum credimus errorem qualitatis in suo genere sumptum, matrimonium non vitiare, *cap.* 1. 29. *quæst.* 1. *l.* 10. *tit.* 2. *part.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 18. *per tot.* Sic similiter assentimur errorem 56 in nomine, dummodo circa substantialia nullus sit, matrimonium inualidum non reddere, Anton. de Butrio *in cap. tua num.* 14. *de sponsalib.* Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 18. *n.* 37.

57 Verùm quando error qualitatis, vel fortunæ redundat in errorem personæ, ita vt verè in personam erretur, tunc & eo casu matrimonium contractum erit nullum. Primò, quia error vilitatis, & vt ita dicam, plebeitatis, quo præsertim vir creditur valde nobilis cum sit plebeius, multum accedit ad errorem seruilis conditionis, Nauar. *consil.* 1. *de sponsalib. num.* 2. atqui error seruilis conditionis nullum, & inualidum reddit matrimonium, *cap.* 2. 3. & *fin. de coniug. seruor. l.* 11. *tit.* 2. & *l.* 1. *tit.* 5. *part.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 19. Ergo, &c.

58 Secundò, quia quando quis nititur alicui qualitati quamuis accidentali ad contrahendum, aliter non contracturus, si ea non habeatur, actus tanquam inuoluntarius habita notitia redditur nullus, vt in simili resoluit Basil. Pont. *de matrim. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 9. ibi, *Quare si quis Religionem ingredi-* 59 *tur existimans sibi non competere maioratum, aut non habere hæreditatem vnde viueret, aliàs expressè non facturus; his rebus aliter se habentibus professio coram Deo nulla est: imò & existimo audiendum ab Ecclesia si de errore legitimè constaret, videlicet ex illius verbis, colloquijs, aut protestationibus, vel alijs, quibus animum suum significasset, ante professionem, & reclamaret conuenienti tempore, scilicet intra quinquennium iuxta Tridentinum, aut restitutionem impetraret à Pontifice*, &c. Et eâdem resolutionem expressè in matrimonio tenet idem Basil. Pont. *d. lib.* 4 *c.* 21. *num.* 13. ibi. *Denique hinc fit vitiari quandoque ma-* 60 *trimonium ex errore in eiusmodi qualitatibus, vt cùm animus contrahentis expressè nititur illi qualitati, quamuis accidentalis. Est enim ille consensus virtute conditionalis. Vnde si quis contraheret cum aliqua, quia existimabat diuitem esse, vel nobilem, vel honestam, vel virginem; itavt his qualitatibus ducatur ad contrahendum, & his innitatur expressè, aliter non contracturus, in quo casu talis consensus dependet ab*

ea circunstantia, & illam habet pro conditione assensus, est inualidum matrimonium, si diues non sit, aut nobilis, aut honesta, aut virgo, in foro quidem Conscientiæ si ita res se habeat, & etiam in exteriori foro si probari poterit. Atque ita ego obtinui in quadam causa matrimoniali, vt ex errore in qualitate nobilitatis dissolueretur matrimonium. Sæpè enim multo antea, & proximè etiam ante matrimonij contractũ explicuerat fœmina, se quiduis passuram & mortem sibi illaturam potius quàm cum illo contraheret, si Iudæorum sanguine infectus erat. Vnde cùm in viro defectus nobilitatis manifestus fuisset, matrimonium declaratum est nullum, & huic sententiæ subscripserunt apud Salmanticenses, Vallisoletanos, Toletanos, Complutenses, & Matricenses viri ex Theologia, & iurisprudentia doctissimi complures, & in Regia Curia ferè omnes Iurisconsulti. Quare non dubito quin in quauis etiam alia specie iudicaretur eo modo, si iuridicè constaret animus contrahentis innitens eiusmodi qualitati accidentaria.

61 Tertiò, quia quandocunque qualitas in qua erratur, respicit aliquam certam & determinatam personam diuersam ab ea, quæ præsens est, error qualitatis huiusmodi redundat in errorem personæ, & consequenter matrimonium cum illo contractum est nullum, vt in his terminis singulariter dicit Bonacina *de matrim. quæst. 3. puncto 2. prop. 2. num. 7.* ibi, *Quando qualitas in qua erratur, respicit aliquam certam & determinatam personam, distinctam ab ea, quæ præsens est, error qualitatis redundat in errorem personæ. Berta contraxit matrimonium cum Titio, qui se fingebat filium Regis Hispaniarum, cuius verè non erat filius, nihilominus Berta filium Regis sibi in mente proposuit, in illumque consentire directò voluit: in hoc casu error qualitatis dicitur redundare in errorem personæ, & consequenter matrimonium contractum inter Bertam & Titium est inualidum. Ratio est, quia Berta consensit in eam personam, quam sibi in mente proposuit, cùm autem sibi proposuisset personam filij Regis Hispaniarum, & non personam Titij, sequitur ipsam consensisse in filium Regis, non verò in Titium, quamuis Titius sit sibi præsens,* &c.

62 Cùm ergo voluntas & mens Francisci fuerit matrimonium contrahere cum alia persona filia vnica nobilium parentum è primaria Valentiæ nobilitate, & admodum diuite, in ipsamque nobilem, & diuitem directè consentire voluisset, cuius, & parentum aliquam notitiam saltem ex auditu & fama habuerat, ipsaque Antonia persona esset vilis, & ab humilibus ac pauperibus parentibus procreata; talis error qualitatis refunditur in errorem personæ, ac proinde dirimit matrimonium, ita Sanch. cum multis *de matrim. lib. 7. disput. 18. n. 27.* ibi, *Posterior regula sit. Si qualitas illa in qua erratur designat indiuiduam personam, tunc error circa qualitatem infunditur in personæ errorem, ac matrimonium dirimit: vt si ille mentiatur, dicens se esse filium talis Regis, vt Franciæ; quia cùm apprehensio intellectus consensum voluntatis quasi manu ducat, in id tendit consensus, quod apprehensio illa ducens proponit voluntati. Cùm igitur tunc temporis persona indiuidua apprehensa ab intellectu, media illa qualitate, quæ indicatur voluntati, proponatur consensus directè & formaliter in personam illam apprehensam tendit, ac proinde error circa illam, est error circa personam: & confirmatur, nil enim refert siue nomine proprio quis exprimatur, siue aliquo signo, quo persona determinata notetur, vt constat ex cap. licet ex quadam, de testib. & attest. vers. testes,* &c. Dixi, *cuius & parentum,* &c. quia nunquam potest contingere error personæ absque aliquanta illius personæ notitia ex visu, aut saltem auditu, & fama: nam in penitus ignotum nec consensum, nec affectum dirigere possu- 63
mus, argum. *l. cùm ab eo, vers. mensam. ff. de contrahend. empt. & l. in lege 77. ff. eod.* ita Sanch. *dicitur lib. 7. disp. 18. n. 2.*

Et videtur magis nostro casui accommodata 64
resolutio, quam in hac quæst. præstat Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. cap. 14. num. 94.* his verbis. *Quod si e contrario consensus primò ac directè feratur in personam, qua tales habeat qualitates, & consequenter in particulari in hanc, verbi gratia, primogenitum Petri, putatum diuitem, & nobilem, cùm non sit talis, error est qualitatis inuoluens errorem personæ, quia deficientibus tunc qualitatibus, sub quibus persona intendebatur, consequenter deficit persona, sicque matrimonium est inualidum,* &c.

Quartò, quia hæc sententia, quam sequimur, communis est, & à Doctoribus & Theologis communiter recepta, & à nemine, quem viderim impugnatam.

Ex Iurisconsultis.

HOstiens. *in sum. lib. 4. de matrim. in addit. fol.* 65
mihi 1119. num. 15. ibi. *Sed ad hoc vt iste error rationabilis sit, necesse est quòd is, qui errat, habeat aliquam notitiam personæ, cum qua contrahere intendit, aut per visum, aut per auditum, aut per famam, quia in penitus ignotam non affectum, non consensum dirigere possumus, arg. ff. de contrahend. empt. l. cum ab eo. §. mensam, & l. in lege, & de pact. l. tres fratres, & de transact. l. qui cum tutoribus, in fine. Vnde si consentiat quis in personam absentem aliqualiter, vt dictum est, sibi notam, quam putat esse præsentem, constat quòd non consentit in præsentem, sed in illam quam esse putat præsentem, & sic deficiente consensu personæ, deficit & matrimonium; ideo oportet quòd aliquam notitiam habeat personæ, vt dixi, aliàs non errat in ea, sed decipitur in præsentem, de quo ponunt Magistri tale exemplum. Aliquis Anglicus rusticus venit ad aliquam mulierem Romanam nobilem, & dixit se esse filium Regis Angliæ, cùm non esset: mulier nullam notitiam habens filij Regis Angliæ, nec personæ, nec nominis contrahit cum eo, credens ipsum filium Regis Angliæ, hic tenet matrimonium, quia non errauit, sed potiùs decepta fuit, vel non fuit error personæ, sed qualitatis; sed certè cùm vbicunque terrarum habeatur notitia Regis Angliæ saltem per famam, videtur, quòd is sit error personæ, nec enim in præsentem personam filij Regis Angliæ consentire videtur: nec enim refert vtrùm potatur seruus proprio nomine expresso, vel qui natus est ex illa ancilla, ff. de rei vend. l. si in rem, argumento sup. de testibus, c. licet ex quadam §. testes, ibi, personis expressis nominibus,* &c. *& infrà de consang. tua. ibi, nominibus proprijs, vel æquipollentibus indiciis,* &c. *dic quòd hoc dictum habet quando non exprimit vnam circumlocutionem, per quam habeatur notitia patris, & filij,* &c.

Syluest. *in sum. verb. Matrimonium* 8. *quæst.* 3. 66
& 4. vbi ponit idem exemplum Regis Angliæ, & cum eadem remanet resolutione.

Anton. Cuch. *lib. 5. instit. maior tit. 12. fol. mihi* 67
606. *num.* 41. ibi. *Quorum in ordine primum, qui est error, in vna ex quatuor causis esse potest, scilicet fortunæ, qualitatis, personæ, & conditionis, quæ tamen tantam inter se habent similitudinem, vt vix discernere interdum possis vtrùm in persona, an verò in qualitate, vel fortuna erratum sit, veluti, gratia exempli, si credam aliquem esse filium Regis, vel magni viri*

viri, nullius tamen certi Regis, vel magni viri, considratione habita; circa fortunam erit hic, vel qualitatem, non circa personam error; at si certi Regis, vel Principis, aut potentis viri, putà Regis Hispaniarum, Magni Ducis Etruriæ, alterinsve filium credam, in persona erratum potius, quàm in fortuna, vel qualitate dicetur, vbi Regis illius, vel potentis vir notitia certa haberetur; non alias, qui tamen persona error simul & qualitatis, vel conditionis errorem secum trahere potest, & è contrà, vel si credatur esse primogenitus certi Principis, quem non erat, cùm non esset, in persona dicetur lapsus; si verò alicuius indeterminati Principis, in qualitate erit, vel fortuna, &c.

68 Nauar. *in man cap.22.num.32.* ibi. *Primum impedimentum dirimens matrimonium est error personæ. Est autem error personæ credere de vna persona quòd sit alia, vel quòd sit libera cùm sit serua, vel quòd sit filius talis Regis, Ducis, Comitis, aut alterius, cuius non est. Dixi* talis, *quia si credatur indeterminatè quòd est filius Regis, aut Ducis, nobilis, aut diuitis, non est error personæ, sed fortunæ, aut qualitatis: nec etiam si credatur filius talis Regis, aut Ducis, si talis Regis, aut talis Ducis cognitio non habeatur: error etiam personæ est credere quòd sit primogenitus alicuius, cùm non sit, & propter spem, quam habet illum in paternis bonis successurum, ei nubit tanquam primogenito*, &c.

69 Gregor. Lopez per text. *ibi in l.10. verbo euenisse tit.2. part.4.* vbi ponit duo exempla, primum. *Si aliquis assereret in partibus remotis se filium Regis Franciæ, & sic cum aliqua muliere hoc credente contraheret, non esset matrimonium, cùm vbique habetur notitia Regni Franciæ, & sic mulier putat se consensisse in filium talis Regis* Secundum. *Quòd si aliquis habet tres filios, & aliqua consentit in primogenitum, & contrahat cum asserente se talem, qui non erat, sed postgenitus, non tenebit matrimonium, cùm consensus mulieris ferebatur in primogenitum, & sic non in istum cum quo contraxit.*

70 Ioan. Matiens. *ad rub. titul.1. gloss. 1. num. 154. lib. 5. nouæ Recop.* ibi. *Primum error personæ quoad substantiam, quia forsitan credidit quis eam cum qua contraxit esse Mariam, quam alias agnoscebat visu, vel auditu, & non erat nisi Ioanna, talis error impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, quia vbi est talis error, deficit consensus, qui potissimum exigitur in matrimonio tanquam ipsius substantia.*

Vital. de Cambanis *de clausul. tic. de errore matrimonij n.2. fol. mihi 246.*

Francisc. Molinus *de ritu nupt. lib. 2. different.4.*
71 *num. 2.* ibi. *Nihil tam contrarium consensui, quàm error est, l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. Iudic. vnde error consensum nullum habet. l.2. ff. de iudic. l. nihil consensus. § non videntur, de regul. Iuris; & errantis nullus est consensus. l. non idcirco C. de Iuris & facti ignor. Sed neque voluntas, l. sed hoc ita, de aqua pluuia arc.* Dec. & Cagnol. *in d. §. non videntur. Sed ne ignoti sint termini, animaduertendum putauerim errorem ab ignorantia distinctum fore, & separatum, quanquam multi vnum pro alio sumant, confundentes terminos, & vim propriam verborum. Error igitur consensu non caret, vt ex* Alberto Magno D. Thom. *scripsit in 4. sentent. dist. 30. articul 1. de matrimonio verba faciens, qui illic docuit etiam errorem ab ignorantia distingui, quòd ignorantia sui natura, & ratione non ponit aliquem cognitionis actum, error verò inducit iudicium peruersum de aliquo, ex nostris* Azo *in sum. C de Iuris & facti ignor. adnotauit num. 1. & 2. ignorare propriè nescire esse quod scire debet, errare verò vnum pro alio sumere, id ipsum probarunt post* Archid. *in cap. in quibus 12. quæst. 2.* Alberic. *in*
l. error C. de Iuris & facti ignor. Vnde D. August. 72
in cap. quamuis dist. 38. ait errorem esse vera profalsis approbare, ignorare esse nihil approbare, cum sic simplex scientiæ priuatio, vbi Turrecremata, & Præpos. Clauas. *in sum. in verb. error, id ipsum probat text. in d. cap. in quibus,* Dec. & Cagnol. *in d §. non videtur, omnium latissimè multa eruditè de errore scribens* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præs. 23. num.1. cum seqq. Vnde & in matrimonio error quandoque nocet, adeò vt contractum irritet omnino, in duobus scilicet casibus: primus vbi adest in persona error, si quis enim credens cum Maria contrahere, cum Catherina contrahat, inualidum est Matrimonium propter defectum consensus. cap. 1. 29. quæst. 1. cap. 1. extr. de coniug. seruor.* Archid & cæteri *in d. cap. 1.* Angel. *in sum. in verbo Matrim. impedim. 3.* Syluest. *eod. verbo 8. quæst.1.* Domin. de Soto *in 4. distinct. 30. quæst.1. art.1.* Viuald. *in candel. aureo rub. de matrim. num. 122.* Didac. *in epit. ad 4. part. 2. cap. 3. § 7. à num. 1.* Azpil. *in man. Confessor. cap. 22. num. 32. idem consil. 49. sub tit. de sponsal. num. 3. qui in eo consilio pulchrè consuluit in casu, nouissimè & latè* Sanch. *tract. de Matrim. tom. 1. lib. 7. disput. 18. num. 5. & 6. cum seqq. Neque dubitationem aliquam hic casus continet. Extende casum hunc ad alios omnes, in quibus certus & deliberatus contrahentis consensus, particularem & certam respiciebat personam, veluti cum quis contrahere existimabat cum filia Regis alicuius, aut Ducis, aut Comitis, aut quoties cum primogenita Baronis, vel nobilis, nam & in his casibus deficit consensus in matrimonio*, &c.

Ex Theologis.

IOan. de Triburgo Ordinis Prædicatorum, *in* 73
summa Confessorum lib.4. titul.3. quæst. 4. fol. mihi 223. ibi. *Quia cùm vbique terrarum habeatur notitia Regis Angliæ saltem per famam, videtur quòd is sit error personæ; nec enim in præsentem personam, sed in personam filij Regis Angliæ consentire videtur; vnde intellige hoc quando non exprimit aliquam circumlocutionem, per quam habeatur notitia patris, & filij per consequens; putà dicit se esse filium Regis, vel Comitis in genere, non dicit cuius, vel si specificat, nulla habetur notitia filij, neque patris.*

Monaldus Ordinis S. Francisci *in sum. de impe-* 74
dim. Matrimon. titul. de impedimentis per errorem fol. mihi 308. idem affirmat, & ponit exemplum in filio Regis Angliæ.

Astensis eiusdem Ordinis *in summ. part. 2. lib.8. tit.14. de imped. erroris q.2. fol. mihi* 210. idem exemplum refert.

Fr. Angelus de Clauasio eiusdem Ordinis Seraphici Patris nostri Francisci *in sum. Angelica verbo impedim. 4. n. 3.* ibi. *Sed si consensus ferebatur in eum, non vt in præsentem, sed in primogenitum, erit verum, quod non erit matrimonium.*

Fr. Bartholomæus Timus Ordinis Prædicatorum *in sum. verb. Matrimonium, numer. 4. fol. mihi* 828.

Fr. Dominicus à Soto eiusdem Ordinis *in 4.* 75
sent. tom. 2. dist. 30. quæst. 1. art. 1. in solutione argum. fol. mihi 176. ibi. *Contra hanc tamen conclusionem tertiam arguitur: si filia Regis, aut Magnatis, quæ putat se nubere filio alterius Regis, aut illustris viri, sibi pari, præsentaretur alius inferioris sortis, quem illa putaret esse illum Principem, matrimonium non teneret; & tamen esse filium Principis est qualitas personæ*

propter

propter nobilitatem, & ampla substantia est bonum fortunæ: ergo error qualitatis, & fortunæ tollit matrimonium. Et eadem est ratio de illa, quæ cogitat se nubere primogenito, cui obuenit primogenitura, nubit tamen minori qui sibi pro alio offertur. Respondetur, vt probè ait D. Thom. *art.2. in solut 5. quod error nobilitatis, aut fortunæ per se matrimonium non euacuat. Sed est tamen occultè attendendum quòd error huiusmodi nonnunquam refertur ad errorem personæ, vt in casibus propositis, & illa ratione matrimonium eneruat. Ad hoc autem deprehendendum discrimen, quod non est facile, considerare oportet, vtrùm consensus feratur in hanc particularem personam directè, an verò in illam dumtaxat, cui illa conditio, aut dignitas adest. Priori enim modo est error qualitatis, & posteriori est error personæ. Si enim puella huic singulariter nupserit, licet id fecerit quia credebat esse filium Regis, vel primogenitum, aut diuitem, cui aliàs non nupsisset, matrimonium nihilominus tenet; quia esse filium Regis aut primogenitum, est tunc qualitas huius. Sed si non intendebat contrahere nisi cum illo filio Regis, aut diuite, quem habebat in corde, matrimonium non tenet, quia est error personæ.*

Fr. Ildefonsus à Vega Ordinis S. Francisci de Paula *in sum. p.2. cap.34. de matrim. casu 116 fol. mihi* 450.

76 Fr. Ludou. Lopez Ordinis Prædicatorum *in instructorio Conscientiæ part.2. cap.47. fol. mihi* 114. *§. circa prædictum*, ibi. *Si autem consensus feratur in illum dumtaxat, cui illa conditio, aut dignitas adest, error tunc qualitatis refertur ad errorem personæ, qui proinde matrimonium vitiat. Vt, verbi gratia, si puella huic singulariter nupserit, licèt id fecerit quia credebat esse filium Regis, aut primogenitum, tunc error est qualitatis non annullans. Sed si non intendebat contrahere nisi cum illo filio Regis, aut diuite, quem in animo habebat, matrimonium non tenet, quia est error personæ.*

Fr. Emmanuel Rodriguez Lusitanus Ordiois S.Francisci *in sum cap.220. num.2. fol. mihi* 389.

P. Enricus Enriquez Lusitanus è Societate I E S V *in sum lib. 11. de matrim c.5. num.2. fol. mihi* 658. *& in comment. lit. Y.*

77 Fr. Magister Petrus à Ledesma Ordinis Prædicatorum *in addit. ad . part. sum tit. de Sacram. Matrim. cap. 1 . in fine fol mihi* 52. ibi. *Lo segundo se ha de aduertir que en la conclusion deziamos quando es precisamente error de calidad, o de fortuna, per que algunas vezes el tal error se reduze a error de la persona, e en tal caso el tal error deshaze el matrimonio, aun estando en el derecho natural. Ansi lo enseña santo Thomas en el lugar citado, soltando el quinto argumento, y Siluestro, y Nauarro y communemente los Doctores. La razon es clara, porque en tal caso se reduze a error de persona el qual deshaze el matrimonio. El exemplo es si vna hya de vn Rey o de otro Grande piensa que se casa con otro de su igual, o de igual condicion y calidad, y la casassen con vno que es muy inferior, en tal caso no seria valido el Matrimonio.*

P. Valerius Reginaldus è Societate I E S V *in praxi lib.31. c.14. n.94. fol. mihi* 745. cuius verba retuli suprà *n. . . .*

P. Paulus Laymann ex eadem Societate I E S V *in summa Theologiæ moralis lib.4. tract.10 p.4. cap.2. n.2 fol. mihi* 244.

Fr. Enricus de Villalobos Ordinis S. Francisci *in sum. part.1, tract 14. difficult.5. num.4. in fine, pag mihi* 314.

P. Leonardus Lessius è Societate I E S V *de Iustitia & iure lib.21. cap. 7. dubit. 5. §. dico primò fol. mihi* 198.

78 P. Ferdinandus Rebello Lusitanus ex eadem Societate, *de obligation. Iustit part.2. lib.3. de Matr. impedim. quæst.2. num.5 fol. mihi* 313. ibi. *Secunda nisi fortè error qualitatis, vel fortunæ recidat in errorem personæ, tunc enim matrimonium nullum erit propter errorem personæ, quem talium accidentium error inuoluit, vt si fœmina sibi aliquem in mente proponat, in quem directè vult consentire, siue is sit viuus, siue mortuus, v. g. in primogenitum Ducis Brigantini (quem vel ex appetitu, vel ex fama, aliquo modo priùs nosse debet, vt circa eum errare dicatur) putans verò se contrahere cum illo, contrahat cum secundo, vel cum alio, inualidè contrahit, quia error qualitatis errorem personæ inuoluit: talia enim accidentia proponuntur ad notificandam personam, cum qua vult contrahere, & quam errans habet in mente.*

P. Ægidius de Coninck ex eadem Societate I E S V *de Sacrament. disput. 31. num. 12. & .7. fol. mihi* 802.

P. Thom. Sanchez ex eadem Societate I E S V *de matrim. d. lib.7. disp.18. per tot* cuius verba suprà retuli *n. . . .*

79 P. Basil. Pontius Legionensis Ordinis Eremitarum S. Augustini *simili tract. de matrim. lib. 4. cap. 20. cum duobus seqq at cap.12. num. 2.* sic ait, *Quare quoties consensus fertur in fœminam aliqua conditione vestitam, expressè error refunditur in errorem personæ. Quia si desit illa conditio, iã non est illa persona, in quam consentit, vestita illis qualitatibus, sed alia longè diuersa*, & alia eius verba post retuli *n. . .*

P. Gaspar Hurtado ex eadem Societate I E S V *in simili tract. de matrimon. disp.13. diffic. 2. num.3. fol. mihi* 314.

80 P. Ioannes Busseus ex eadem Societate I E S V *de statibus tit. de matrim. c.5. fol mihi* 363. ibi. *Nisi vel qualitas illa in pactum deducta fuerit, vel certè etiam in personam redundarit: vt si quæ fœmina putans se nubere primogenito Regis, nubat alteri, qui falsò hoc tamen sibi arrogauit.*

Martinus Bonacina Mediolanensis olim in Romana Curia amicus meus, *in tract. de matrim. tit de impedimentis quæst. 3. puncto 2. num. 7.* cuius verba suprà retuli *n. . . .*

81 Quintò & vltimò pro complemento adnotandum duxi nostram sententiam reddi indubiam, ac per consequens assertum matrimonium fuisse & esse nullum; nam cùm tantæ fraudes, doli, & errores in eo interuenerint, si forsan dubium aliquod inde orietur, quod oriri non potest, esset nihilominus ad fauorem Francisci resoluendum, vt in simili causa resolutum fuisse in Rota asserit Stephan. Gratian. *discept. forens tom.5. c 849. n.22.* ibi. *Et cùm in matrimonio, de quo agimus, adfuerint tot fraudes, & Pargchus, & testes sint suspectissimi ex rationibus supra relatis, & concurrat disparitas magna inter prætensos coniuges tam circa nobilitatem, quam circa diuitias, vltra alias circumstantias, & qualitates, quæ militant contra auctorem fraudis & doli in tali matrimonio adhibitas, de quibus latius in facto, Iudex debet arbitrari illud esse omnino inualidum, cum totum hoc eius arbitrio committatur, qui omnibus istis rectè consideratis, non debet aliud statuere*, Bald. *in l. conuenticulam n 6. ad med. C. de Episc. & cler* Cæpol. *caut. 230. in fine. Et ita ex prædictis fuit iudicatum pro inualiditate matrimonij per Rotam coram R.P.D. Buratto in Toletana prætensi matrimonij 11. Iunij 1622.*

82 Non obstat text. *in cap. final. de re iudic.* quia dupliciter

dupliciter respondetur, & primò illud cap. loqui in casu, quo aderant duæ sententiæ admuicem contrariæ, vna pro validitate, & altera pro nullitate matrimonij, & in hoc casu bene decidit in dubiis & contrariis sententiis fauendum matrimonio, vt singulariter declarat Ioan. Baptista Ferret. *consil.* 197. *num.* 10. ibi. *Non obstat text. in d. cap. final. quia non facit contra prædicta, nam loquitur in duabus sententijs contrarijs latis per duos ordinarios, quo casu stante paritate probationum auctoritate duorum Indicum, casus verè est dubius, & tunc fauetur matrimonio, vt ibi, & ita in terminis dicit* Alex. *d. consil.* 132. *in princ. qui loquitur quando probationes partium sunt pares, secus quando sententia penderent à dictis testium, qui essent contrarij, sed altera partium melioribus testibus fulciretur, quia illa præualeret, nec isto casu procedet ille text. dum fauet matrimonio, ita tenet* Felin. post Bald. *in d.c. final. col.* 3. *in* 7. *declar. &c. in nostro casu nulla adhuc extabat sententia, quia lis est in prima instantia.*

83 Secundò respondetur textum hunc non procedere, nec locum habere quando inter contrahentes adest magna disparitas, vt in nostro casu, quia tunc Iuris præsumptio stat pro illo, qui tenet contractum non fuisse voluntarium, & sic ad fauorem illius, qui fraudem & dolum passus fuit, pronuntiandum esse, matrimonium nullum & inualidum declarando, vt asserunt Nicol. Anton. Grauita *inter consilia Matrimonialia Ziletti consil.* 8. *num.* 45. ibi. *Accedit in præsenti facti specie disparitas personarum, quæ non contracti matrimonij præsumptionem inducit*, 30. *quæst.* 1. *cap.* 4. *vbi glossa, & notatur in l. donationis in concubinam in princ. ff de donat. & in l. Imperiales*, §. *imò. C. de nupt. gloss. in d. cap. aliter* 30. *quæst.* 5. *nisi talia instrumenta intervenerint. Pauper enim inuenit ipse alea assiduus lusor, veluti probatur, ipsiusque puella conditione impar; idcirco minimè verisimile est puellam ipsam diuitem quidem virtute, cuius omnes admirantur, tale contraxisse matrimonium, inscijs maximè parentibus*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 4. *num.* 16. Cæpola *consil.* 2. *num.* 7. ibi. *Nona coniectura est quia dicitur quod non sunt eiusdem conditionis, quia ipse Albisius est melioris conditionis, vt volunt deponere multi testes, & alij, quos refert* Mascatd. *d. loco supra citato num.* 7. Petr. de Barbobus *consil.* 24. *inter consilia matrimonialia Ziletti num.* 9. *Quartò hoc constat ex inæqualitate personarum, constat enim ex deductis per dictum Ludouicum, quòd longa est disparitas inter ipsum, & dictam Vrsolinam, quæ quidem inæqualitas, sicut si esset quæstio an esset matrimoninm contractum vel ne? induceret præsumptionem matrimonij non contracti*, &c. Alios refert, & idem resoluit Sanch. *de matrimon. lib.* 3.

84 *disp.* 15. *num.* 7. *in fine.* Nam fraudibus occurrendi causa interpretationem ius admittit, fauorabilisque dispositio indicatur, quæ ob fraudes tollendas fit introducta, quia grauius est legi, quàm homini fraudem facere, Abb. *in consil.* 81. *col. fin lib.* 1. Aym. Crauet. *consil.* 774 *n.* 4. 6. & 7.

Mindonien Iuris præsentandi.

Iuspatronatus hæreditarium comprehenditur appellatione bonorum, & in eo succedunt hæredes, ex quibus autem acquiratur quasi possessio præsentandi, ostenditur.

Barbosa Vota decisiua.

VOTVM X X.

1 *Casus & dubium latè proponitur*, & *n.* 2. 3. 4. & 5.

6 *Filij aquis portionibus, excepta melioratione, parentum suorum hæreditatem capiunt.*

7 *Iuspatronatus hæreditarium appellatione bonorum comprehenditur, & cæterorum bonorum naturam, & diuisionem sequitur.*

8 *Iuspatronatus hæreditarium ad fœminas est transitorium.*

9 *Hæredes à successione iurispatronatus non sunt remouendi, tanquam in iure hæreditario consistente.*

10 *Hæreditas in dubio adita præsumitur.*

11 *Hæreditas aditur non solum verbis expressis, sed etiam ex actu hæreditatis aditionem significante.*

12 *Hæreditas paterna etiam non adita transmittitur in filios.*

13 *Aditio hæreditatis in filio, qui est sui iuris.*

14 *Iuspatronatus diuiditur in plures voces, vbi deuenit ad plures filios patroni.*

15 *Iuspatronatus appellatione bonorum hæreditariorum comprehenditur, nisi expressè excipiatur.*

16 *Iuspatronatus venit appellatione bonorum, & iurium vniuersorum.*

17 *Verbum generale,* bona, *non restringitur per adiectionem specierum.*

18 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex vnico actu præsentationis sequuta institutione.*

19 *Iurispatronatus possessio à patre habita sine apprehensione transfertur in filium.*

20 *Actus vnicus præsentationis vnius ex patronis præseruat ius, & quasi possessionem compatroni.*

21 *Præsentandi quasi possessio potius cumulatiuè quàm priuatiuè acquisita censetur.*

22 *In iure præsentandi, alijsque iuribus incorporalibus scientia & patientia illius, seu aliorum, quibus præiudicatur, requiritur.*

23 *Scientia & patientia probatio respectu illius, cui præiudicatur, requiritur ex parte eorum qui se fundant in quasi possessione præsentandi.*

24 *Præsentandi quasi possessio præscripta censetur si præsentatus per quadraginta annos fuerit in possessione, nec vnquam euenerit casus nouæ præsentationis.*

25 *Bona fides requiritur ad præscribendam & acquirendam quasi possessionem præsentandi.*

26 *Mala fides probata dicitur stante scientia iuris*

iuris alieni.

27 *Præsentatio est fructus iurispatronatus.*

28 *Possessor malæ fidei non facit fructus suos.*

29 *Procurator constitutus à patrono non potest ipsum patronum præsentare.*

30 *Illegitimus ex soluta est capax iurispatronatus Ecclesiastici.*

31 *Illegitimi excluduntur à successione iurispatronatus fundati ad fauorem descendentium, vel si extarent fratres legitimi.*

1 LPHONSVS Diaz senior tanquam patronus in solidum præsentauit ad dimidiatum beneficium sine Cura S. Petri, & sanctæ Leocadiæ, Diœcesis Mindonien. à quo huiusmodi ius præsentandi originem habuisse fertur.

2 Iste Alphonsus relictis filiis naturæ debitum persoluit de anno 1555. qui paternæ hæreditatis diuisiones, & partitiones inter se facere constituentes, Roderico Diaz seniori de anno 1570. certa & expressa bona, vnà cum iure præsentandi ad dictum beneficium, cæteri fratres adiudicarunt, ea tamen conditione & pacto, vt præfata bona dicto Roderico adiudicata, sibi & Isabellæ Diaz eius sorori essent, deseruirentque.

3 Nonnullis deinde elapsis annis, hoc est de anno 1590. vacauit dictum dimidiatum beneficium, & præfatus Rodericus Diaz senior ad illud præsentauit eius filium Ferdinandum Diaz, qui ad illius præsentationem ab Ordinario institutus tandem moritur de anno 1636. cuius vacationis occasione orta fuit quæstio super iure præsentandi ad dictum beneficium inter tres, à diuersis compatronis præsentatos clericos. Primo loco se opposuit Bernardus de Saauedra præsentatus ab eius patre Petro de Saauedra, qui fuit filius dictæ Isabellæ Diaz, quam in adiudicatione partitionum dimidiam dicti iuris præsentandi partem habuisse prætenditur. Secundo loco se opposuit Alphonsus Lopez Bolaño, cum præsentatione Dominæ Mariæ de Aspenellas, filiæ Alphonsi Diaz, qui quidem Alphonsus fuit vnus ex tribus filiis dicti Roderici senioris. Vltimo loco se opposuit Rodericus Diaz iunior, eiusdem Roderici senioris filius, qui cum Dominico Aluarez mandatum procuræ ad præsentandum pro parte sibi contingente dedisset, ipse Dominicus eundem Rodericum iuniorem eius principalem præsentauit, cui præsentationi accedit alia Ioannis Pittæ de Montenegro, qui fuit filius naturalis præfati Fernandi Diaz vltimi possessoris.

4 Lite inter huiusmodi præsentatos introducta coram Ordinario Mondonien. per Prouisores à Capitulo eiusdem Ecclesiæ Sede illius Episcopali vacante fuit diffinitiua sententia promulgatum dictum Rodericum Diaz iuniorem per maiorem & saniorem illius beneficij patronorum partem legitimè præsentatum fuisse, illique Canonicam institutionem fieri debere mandarunt, iure filiis Isabellæ Diaz, quidquid esset reseruato. A qua sententia cum pro parte dicti Bernardi de Saauedra fuisset appellatum, obtinuit per Illustrissimum Dominum meum Nuntium causam committi don Gondisaluo de Armesto, Canonico & Synodali iudici Lucen. qui eundem Bernardum à maiori & saniori parte præsentatum fuisse, illique Canonicam institutionem de iure faciendam esse adiudicarunt, reseruato tamen aliis compatronis iure, vt illo pro parte sibi obueniente in futuris vacationibus vti valerent.

Verùm, quia per eandem sententiam dictus Ca- 5
nonicus Lucen. ipsum Bernardum in dicti beneficij possessionem immitti non mandauit, ac dictum Ioannem Pitta illius Patronum similiter existere declarauit, fuit pro parte dictorum Petri & Bernardi de Saauedra à dicta sententia in parte & partibus sibi præiudicialibus, & damnosis ad sanctam Sedem Apostolicam, ac aliàs, legitimè appellatum, & causa in gradu appellationis huiusmodi per eundem Illustrissimum Dominum meum Nuntium don Ioanni de Azeuedo Archidiacono de Doçon, & Canonico in eadem sancta Ecclesia Lucen. commissa fuit, per quam alteram per dictum don Gondisaluum de Armesto iudicem etiam Apostol. ad dicti Bernardi fauorem promulgatam reuocando, dictum beneficium præfato Alphonso Lopez adiudicauit. A qua quidem sententia iterum pro parte dicti Bernardi appellatum fuit, & causa ad illius instantiam diuersis iudicibus, & eorum cuilibet transmissa, tandem de vnanimi partium omnium consensu mihi commissa, dubitaui quis ex præsentatis maiorem & saniorem patronatus partem haberet: ita, vt illi institutio, & collatio de iure fieri debeat, & Bernardo de Saauedra eam esse faciendam adiudicaui.

Est enim iure nostro cautum filios æquis por- 6
tionibus, excepta melioratione, parentum suorum
hæreditatem capere, *l. quoniam in prioribus. C. de
inoffic. testam. §. fin. Instit. eod. tit. §. 1. vers si quis
igitur, in Authent. de haredib. ab intestat.* Crass. *in §.
suitas, quæst. 7 num. 1. in puncto* Rota *decis. 265. n. 1.
part. 1. recentiss. alias in posthumis Farinacy.* Et hoc
adeò verum est, vt I. C. Paulus in vulgari disposi-
tione *l. in suis. ff. de liber. & posthum.* dicat, quòd
in vita parentum transfertur dominium in suos
hæredes. Vnde prouenit bona omnia, iura, &
actiones ab Alphonso Diaz seniori prouenientia
fuisse filiis omnibus communia, & inter eos esse
diuidenda, quorum appellatione ius patronatus
huiusmodi, tanquam hæreditarium comprehendi 7
debet, ac aliorum bonorum naturam, & diuisio-
nem sequitur, vt in terminis probat text. *in cap.
considerandum 16. quæst 7. & cap significauit,* ibi: *Eo-
rum hæredibus, de testibus, & in cap. . & in cap. quo-
niam, de iure patron. & in Clement. plures, vbi gloss.
verb. hæredes, eod. tit.* Perez *l. 1. in gloss verb. deuan
suceder en su derecho, tit. 6. lib. 1. ordin.* Rota *decis. 1.* 8
num. 3. & decis. 287. num. 1. vbi etiam quòd est ad
fœminas transitorium, *part. 1. recentissim. alias in
posthumis Farinacy,* & plures, quos retuli, *de officio
& potest. Episcopi, part. 3. alleg. 71. num. 4.* Non enim 9
hæredes à successione iuris patronatus sunt remo-
uendi, tanquam in iure hæreditario consistente,
cap perlatum, cap. quoniam, de iure patron. Rot. *dict.
decis 265 n. 1. in fin.*

Quòd autem dicta Isabella fuerit filia præfati 10
Alphonsi primi patroni in solidum, constat ex partitionibus, cuius Alphonsi hæreditatem adiuisse, illiusque hæredem extitisse dicendum est. Nam ea adita in dubio præsumitur Paul. de Castro *in l. pro hærede 2. de acquir hæred.* Nec habuit necesse aliud probare Bernardus, nisi quod descendit à dicto Alphonso, & quod Isabella eius auia, & Alphonsi filia paternæ hæreditatis particeps fuit, bonaque in diuisione sibi obuenientia obtinuit, & possedit, vt super quarto articulo omnes testes vnanimiter agnoscunt,

agnoſcunt, ita Rota decif.956 part. 2 recentior. &
decif.1.num.3. part.2. recentiſſimar. alias in poſthumis
11 Farin. Hæreditas enim adduur non ſolùm verbis
expreſſis, ſed etiam ex actu hæreditaris aditionem
ſignificante, Bart in l.gerit,num.19. ff de acquir. hæ-
red.Iaſ.conſil.112.num.1 volum 4. Cranet. conſil.148.
12 num.10.eo maximè, quia ſpeciale eſt in hæreditate
paterna,vt etiam non adita tranſmittatur in filios,
l.3.C.de iure deliber. l.apud hoſtes, C. de ſuis & legit.
Capra conſil.56 num.2. Anton.Gom. tom.1.var.c.9.
num.10.in fin Surd.d.decif.138.num.9.quia aditio in
13 filio,qui eſt ſui iuris, non eſt neceſſaria,l.ita tamen,
§.ſi pater, ff.ad Trebel.Ant.Gom.vbi ſup n.7. Surdus
decif.138.n.18.
14 Quare cùm conſtet de filiatione dictæ Iſabellæ,
& quod in partitionibus inter fratres factis ius pa-
tronatus in totum Roderico ſeniori ſibi & Iſabel-
læ eius ſorori adiudicatum fuerit, ipſaque bona
hæreditaria habuerit, & poſſederit,quodque ean-
dem Iſabellam genetricem habuerit Petrus de
Saanedra, qui Bernardum eius filium præſentauit,
dimidiam vocum partem repræſentans, alia dimi-
dia parte inter tres filios Roderici ſenioris, eo-
rumque hæredes diuiſa cum iuſpatronatus diui-
datur in plures voces, vbi deuenit ad plures filios
patroni,ad gloſſ. in cap.1. de iure patron. Rota decif.
146.num.3. part.2. recentior. fit conſequens dictum
Bernardum à maiori & ſaniori parte præſentatum
fuiſſe.
15 Non obſtat quod in inſtrumento partitionum
primo loco certa & expreſſa bona dicto Roderico
ſeniori adiudicata reperiuntur, & deinde diuerſo
themate, eidem quoque ius præſentandi ad di-
ctum beneficium conceditur: poſtmodum verò
nonnullis intermediis lineis declaratur debere in-
telligi bona dicto Roderico adiudicata illi, & eius
ſorori Iſabellæ Diaz deſeruire, in qua vltima de-
claratione nulla, de iurepatronatus huiuſmodi
mentio habetur, vnde videbatur dicendum in bo-
nis tantum expreſſis, non verò in iure præſentandi
dictam Iſabelam cum Roderico fratre partem
æqualem habuiſſe: quia reſpondetur iuſpatrona-
tus cum bonis hæreditariis, & eorum appellatione
ſemper venire, niſi expreſſè excipiatur, vt probat
text.in cap.ex literis 7.de iure patron. ibi: Manda-
mus quatenus ſi vobis conſtiterit, quod præfato militi
præſcripta villa fuerit, non excepto iure patronatus ad
firmam conceſſa præfatus G. in præſcripta Eccleſia per
Epiſcopum ad præſentationem militis inſtitutus fuiſſet
(dummodo aliàs ſit idoneus) adiudicetis Eccleſiam,
16 &c. Venit enim iuſpatronatus appellatione bono-
rum, & iurium vniuerſorum, Aloyſius Ricc. in
praxi rerum fori Eccleſ. deciſione 164. Seraph decif.
725.num.3. vbi num.1. reprobata opinione Inno-
centij, & ſequacium tenet in donatione omnium,
& quorumcunque bonorum mobilium, & immo-
bilium iurium, & actionum comprehendi etiam
17 ius patronatus.Et verbum generale, bona, non re-
ſtringitur per adiectionem ſpecierum,Pinel.in rub.
C. de bonis maternis, p.1 num. 29. Seraphinus decif.
584.num.7.
18 Non obſtat præſentatio, quam Rodericus ſe-
nior fecit de anno 1590. de perſona Ferdinandi
Diaz eius filiis, quæ quidem præſentatio effectum
ſortita debet attendi tanquam vltimus ſtatus, ad
excluſionem Iſabellæ ſororis, & ab ea deſcenden-
tium, cum iſta quaſi poſſeſſio acquiratur ex vnico
actu repræſentationis ſequuta inſtitutione, plures
per Stephan.Gratian. diſceptation. forenſ tom.4.cap.
577.n.22. Rota decif.180.n.1. & decif. 256. num.2,
parte 1. recentiſſim.
Dupliciter enim reſpondetur, & primò in Iſa- 19
bellam poſſe eiuſdem iuriſpatronatus poſſeſſio-
nem à patre habitam ſine apprehenſione tranſ-
ferri; vt in his terminis iuris præſentandi reſol-
uunt Garc de Beneſic.part.5.cap.5.num 33.nouiſſimè
Poſti. in tractatu mandati de manutenendo, obſeru 55.
num. 33. vbi pro vtraque parte refert plures Rotæ
deciſiones,& tandem cum hac ſententia remanet:
vnde cum conſtet ex huiuſmodi præſentatione
noluiſſe dictum Rodericum ſeniorem exercere
actum poſſeſſionis animo ſpoliandi, & priuandi
Iſabellam, cum in ea non dicat omnimodam præ-
ſentationem,ſeu plenariam ad ſe ſpectare, vt pon-
derat Nicol. Garcia de Beneſic. part.5.cap.5. n 117. 20
dicendum eſt eum per illum actum vnicum præ-
ſentationis potius maluiſſe præſeruare ius,& quaſi
poſſeſſionem ipſius Iſabellæ compatronæ, Seraph.
decif.339.num.3. & decif.970. num.2. Poſti. in dict.
tractat.obſeruat.73.à num.39. Nam in dubio præſu- 21
mitur quaſi poſſeſſio potius cumulatiuè, quàm
priuatiuè adquiſita, Seraphin. decif. 339. num. 1.
Poſti. d.tractat. mandati de manutenendo, obſeru. 73.
num.31.aliàs enim tenebatur Rodericus, ſeu ab eo
cauſam habentes probare prohibitionem, & quod
ipſa Iſabella prohibitioni acquieuerit, Greg. XV.
decif.472.num.1. & decif.493 n.1. Poſti. dict.obſeru.
73.num.3.
Secundò reſpondetur ob præſentationem illam 22
nullum fuiſſe factum præiudicium eidem Iſabellæ,
quia illius, ſeu aliorum, quibus præiudicatur, in
iſto iure præſentandi, aliiſque iuribus incorpora-
libus, ſcientia & patientia requirebatur, l.2. C. de
ſeruit.& aqua, Rot. decif. 167.num. 2. & 5.& decif.
184 num.1.& decif.803. num.7. part.1.diuerſ. Gon-
çal.ad regul.8. Cancel.gloſſ 45.§.2. num. 32. Steph. 23
Gratian. dict. cap.577. num.1. cuius ſcientiæ nulla
extat probatio ex parte eorum, qui ſe fundant in
iſta quaſi poſſeſſione,vt requirebatur,adnotata per
Aym.conſil.134.num.14.ad fin Bellam. conſ.10.n.32.
in fine, verſiculo, Sed quæres quis probare habet, Gra-
tian.dict.c.577.n.3.
Nec denique obſtat, quod à tempore præſenta- 24
tionis factæ à dicto Roderico ſen. elapſi ſunt anni
quadraginta & vltra,ac proinde videbatur præ-
ſcripta quaſi poſſeſſio præſentandi,cum ad proban-
dam quadragenariam ſufficiat vnica præſentatio,
ſi præſentatus per quadraginta annos fuerit in
poſſeſſione,nec vnquam euenerit caſus nouæ præ-
ſentationis, gloſſ. in verbo, vno vel pluribus,in cap.
cum de beneficio, de Præbend. in 6. Card. conſil. 61.
num.8. Achil. decif.5.num.1.de iure patron. Rota de-
cif 312.n.3.p.1. recentior. & in Bergomen. Capellania
18. May 1629.coram R.P.D. Merlino.
Quia reſpondetur bonam fidem requiri ad præ- 25
ſcribendam,& adquirendam huiuſmodi quaſi poſ-
ſeſſionem; Bellam.conſil.10.colum.34 in princ. verſ.
Quartum verò, num.10 & col.39 ad med. verſic. Cir-
ca quintum dubium, Lambert. de iure patron. art. 10.
lib 2.part.1.quæſt.1.num 3. Menoch. remed.5.retin.
num.20.& remed.6.num.132.Stephan Gratian dict.
cap.577.num.4 Rota decif.180 num.1. part.1. recen-
tiſſim.Gonçal.dict.gloſſ.45.§.2.num.35. De bona au-
tem fide non conſtat, imò ſatis patet dictum Ro-
dericum ſeniorem malam habuiſſe, quia certum
eſt, illum minimè crediditſſe vti iure ſuo, & iure
proprio facere; vt tenebatur, gloſſ. verbo, vocem,
verſ Hoc enim non ſufficit in cap.cum Eccleſia Sutri-
nà,de cauſa poſ.Gonçal. d.§.2.num.34. Sciebat enim 26
huiuſmodi iuſpatronatus non ſpectare ad ſe in

totum, sed solum pro medietate iuxta instrumentum diuisionis, vnde stante scientia dimidiati iuris ad Isabellam pertinentis, dicitur probata mala fides; Abb. *in cap. consultationibus* 19. *num.*4. & 5. *de iure patron.* Paul. de Citadin. *eod tit. part* 6. *art.* 3. *quæst.*38. *post med. num.* 67. Lambert. *eodem tractat.*
27 *lib.*2. *part.*1. *art.*2. *fol.* 16. Etenim præsentatio est fructus iurispatronatus, *dict. cap. consultationibus, de iure patronat. cap cùm Bertoldus, de sentent. & re iudic.* Menoch. *consil.*90. *num.*183. Vnde possessor
28 malæ fidei non facit fructus suos, cum illi spectent solum ad eum, qui bona fide possidet, Roch. *de iure patron. verbo, competens, colum* 17. *quæst.*19. Tunc namque attendi debet vltimus status, in ista quasi possessione iurium incorporalium, si adesset bona fides, & constiterit de scientia & patientia eorum, quibus præiudicatur, aliàs secus. Calderin. *consil.*12. *de iure patron.* Gonçal. *d. gloss.*45. §. 1. *num* 32. Stephan. Gratian. *d. cap.*577. *num.*13. Deinde respondetur, dato casu, vt ex aduerso fingitur, dictum Rodericum seniorem præfata bona, ac iospatronatus huiusmodi aliquo tempore pro indiuiso possedisse, nullam exinde contra Isabellam, quæ super dictis bonis partem habebat, præscriptionem allegare potuisse, probat *l.* 5 *tit.* 15. *lib.*4. *nona Recopil.* & tenet Ayora *de partit. p.*3. *q.*30. *n.*106. *vers. Sed opponitur.*

29 Quod attinet ad alias præsentatiooes, non est dubitandum cùm Rodericus senior medietatem vocum obtineret, & hæc in tres diuideretur filios, Ferdinandum, scilicet, Alphonsum, & Rodericum iuniorem, quod hic vltimus minimè sit præsentatus à maiori parte etiam si suam, & Ioannis Pittæ de Montenegro Ferdinandi filij vocem obtineret, quia adhuc his suffultus non diceretur à dimidia parte præsentatus; & tanto magis, vt ex facto constat, Dominicus Aluarez Procurator ab eodem Roderico ad præsentandum constitutus, dictum Rodericum eius priocipalem nulliter & inualidè præsentauit, cum Procurator constitutus à Patrono minimè possit ipsum Patronum præsentare. Flamin. Paris. *de resignat. lib.*9. *quæst.*17. *num.* 111. Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub.*11. *cap.*13. *num.*399. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.*3. *allegat.* 72. *num.* 87. me citato in illo loco nouissimè Ciarlin. *controu forens. lib.* 1. *cap.*69 *num.* 11. & 12.

30 Superest eidem igitur Roderico sola vox Ioannis Pittæ, contra quem licèt opponatur de illegitimitate, illumque incapacem iuris patronatus huiusmodi prætendatur, ex Rota *decis.*112. *part.*1. *recentior.* nihilominus in contrariam itum est sententiam, nam Rota loquitur quando ius patronatus est honorificom; cum ergo simus extra hos terminos, & Ioannes Pitta sit natus ex soloto, & solota, vt deponunt testes dati, non est dubium quin sit capax iuris patronatus huiusmodi, *cap. pia mentis, cap. Frigentius* 16. *quæst.*7. Roch. de Curte *de iure patron. in verbo, competens, num* 9. Lambertin. *in simili tract.*13. *art.*7 *quæst. princ.*1. *part.*1. *lib. num.*3. Gig. *de pension. quæst.*16. *num.*2. Rota *decis.*126. *n.*1. *part.*1. *recentior.* & *decis.*615. *num.*3. *part.*1. *recentis-*
31 *simar. aliàs in posthum. Farinacij.* Eo maximè, quia non constat hoc iuspatronatus fundatum fuisse ad fauorem descendentium, quo casu illegitimos excludi censuit Rot. *d. decis.*112. *num.*2. *part.*1. *recentior.* nec constat, quod dictus Ioannes Pitta illegitimus concurrat cum legitimis fratribus, & illis extantibus succedere velit, qoo etiam casu illum non debere admitti fuit resolutum *in dict. decis.* 126. *num.*5. & 6. cùm ergo simus extra hos casûs, & noster sub dispositione iuris communis remaneat, secundum id quod naturales sunt capaces iuris patronatus, non potest dubitari de voce dicti Ioannis Pittæ, tanquam filij dicti Ferdinandi Diaz, à quo omnium bonorum præsentium & futurorum donationem inter viuos obtinuerat, quorum appellatione ius patronatus comprehendi supra dixi num.9.

Vnde nec Alphonsus Lopez Bolaño venit admittendus vti à Domina Maria de Aspenellas, quæ parentis sui vocem obtinens tertiam ex dimidia parte tantum habet, & sic à minori præsentatus institui non debet.

Quare partibus hinc inde acertimè informantibus, ita fuit resolutum, &c.

Nullius Monasterij de Casbas Prouinciæ Cæsaraugustanæ.

Mandatum de manutenendo dandum est illi, qui docet de sua possessione de tempore litis motæ, & non tenetur probare titulum, nec causam possidendi.

VOTVM XXI.

1 *Mandatum de manutenendo dandum est illi, qui docet de sua possessione de tempore litis mota.*
2 *Possessio tanquam quid facti non præsumitur.*
3 *Possessionem probare debet qui vult in iudicio manutentionis obtinere.*
4 *Possessio probatur ex adeptione ipsius facta vigore sententia lata in fauorem eam apprehendentis.*
5 *Instrumentum apprehensionis possessionis, alio non possidente, vt præsumitur, probat possessionem, & quidem manutenibilem.*
6 *Possessio capta auctore Iudice iusta iudicari debet.*
7 *Possidens auctore Prætore iure venit manutenendus.*
8 *Iudex benè procedere & iudicare præsumitur, vbi Iuris ordine seruato procedit, secus è contra.*
9 *Iudex præsumitur pronuntiare secundum quod ius disponit, & prout de iure tenebatur pronuntiare.*
10 *Iura pro iudice præsumunt.*
11 *Iudex vt non ritè & rectè processisse præsumatur, debet iniustitia esse notoria, & quæ nullo velamine posit adumbrari.*
12 *Possessio ad obtinendam manutentionem non requirit iustificationem boni iuris posi*

possidentis, nec admittit exceptionem nullitatis tituli.

13 *Manutentionem petens non tenetur probare titulum, vel causam possidendi.*

14 *Manutentio vt obtineatur sufficit nuda detentio, seu detentatio, & sola facti insistentia.*

15 *Manutentionis in iudicio minime admittitur exceptio non probatæ narratiuæ, vel non iuris possidentis.*

16 *Exceptio non iustificationis clausulæ constito, reijcitur ad petitorium.*

17 *Possessio capitulariter capta requiritur in Canonicis & Dignitatibus, quæ sunt de Capitulo, non verò in Prælatis.*

18 *Titulo nouo, prouisione scilicet Apostolica superueniente, bene potest quis continuare possessionem ipsam, quam prius de facto obtinuerat, mutato solum primo iure & titulo possessionis.*

19 *Mutare quis potest causam possessionis ex nouo iure & titulo, & meram detentionem efficere bonam possessionem.*

20 *Mutatio causæ possessionis ipso iure statim facta intelligitur data notitia secundi tituli, etiam absque alia declaratione, nec opus est vt exiret de possessione, & postea iterum ingrederetur.*

21 *Canonicum falsus si diu stetit in possessione, & deinde à Papa obtinuit prouisionem, non indiget noua apprehensione, & installatione.*



ANDVM esse mandatum de ma-
1 nutenendo D. Briandæ de Vrries y
Castilla in possessione Abbatissatus
perpetui Monasterij Sanctimonia-
lium de Casbas Ordinis Cister-
ciensis, quia docet de sua possessione de tempore
litis motæ, §. *retinendæ. Instit de interd.* Menoch. *remed. 3. retin. num.* 556. Seraphin. *decis.* 1106. *num.* 1.
Rota apud Tamburin *de iure Abbatum, in fine tom.* 3.
decis. 8. *num.* 4. D. Noguerol *allegationum iuris tom.* 1.
alleg. 28. *num.* 64.
Nam cùm possessio tanquam quid facti non
2 præsumatur, *l in bello, § facta, ff. de capt. & postlim.
reuers.* Menoch. *consil.* 701. *n.* 3. Cavaller. *decis.* 429.
num 1. volens in iudicio manutentionis huiusmo-
3 di obtinere, debet illam probare, Stephan. Gratian.
discept. forens. cap. 899. *num.* 1. Ludouic. Posti. *in tract.
mandati de manutenendo, obseruat.* 15. *num.* 13. Rota
decis. 58 *num.* 1. *p.* 1. *diuers.*
De possessione autem D. Briandæ constat: tum
4 ex adeptione ipsius per dictam D. Briandam facta
vigore sententiæ latæ in suum fauorem, Greg. XV.
decis. 582. *num.* 2. Card Cavaller *decis.* 62. *num.* 3 tum
5 etiam ex ipso instrumento apprehensionis, quod
alio non possidente, vt præsumitur, bene probat
possessionem, & quidem manutenibilem, *l. prædia,*
vbi Alex. & alij, *ff. de acquir. possess.* Cæs. de Grassis
decis. 4. *num.* 1. Rota apud Post. *post dictum tract. decis.* 88. *num.* 2. *& decis.* 75. *n.* 1 *& decis.* 120. *num.* 1. *&
decis.* 151. *n.* 1.

Non obstant nullitates oppositæ, nam ad pri- 6
mam quod iudex executor deputatus ab Illustris-
simo D. Nuntio loco alterius deficientis, vel se
excusantis in litteris Apostolicis à Papa nominati
sine verificatione narratiuæ dictarum litterarum
D. Briandam ad possessionem admisit, respondetur
ipsam possessionem cum fuerit capta auctore iu-
dice, iustam iudicari debere, *l. iuste possidet*, vbi Bart.
ff. de acquir. possess. gloss. *in cap. fratrum* 7. *q.* 1. Deci.
consil. 115. *num* 3. *vers. Sed tamen præsentis*, Rota
apud Postium *decis.* 233. *num* 1. Possidens enim au- 7
ctore Prætore iure venit manutenendus, Rot. *decis.* 513. *n.* 1. *part.* 1. *recentior.* & apud Post. *decis.* 210.
num. 1. *in princ.*
Et quamuis id intelligi debeat, vbi iudex iuris 8
ordine seruato processit, secus è contra, vt declarat
Ripa *in l naturaliter, §. nihil commune, num.* 60. *& seq.
ff de acquirend possess.* Bald. *consil.* 135. *num.* 2. *lib.* 2.
Nihilominus tamen (vltra quam quod id procedit
respectu illius, qui est in possessione, & tamen vi-
gore sententiæ ab ea excludi prætenditur, in quibus
terminis tantùm locum habet allegata doctrina)
certum est in processu non constare de non iusti-
ficatione gratiæ Apostolicæ, nec quod nulliter, &
de facto processit dictus iudex, vnde cum simus in
dubio, nec de contrario constet, debemus præsu-
mere dictum iudicem pronuntiasse secundùm 9
quod ius disponit, & prout de iure tenebatur pro-
nuntiare, *l. miles, §. decem, ff. de re iudic.* Alciat. *de
præsumpt. reg.* 3. *præs.* 31. Octau Glorir. *resp.* 9. *num.* 13. 10
nam pro iudice iura præsumunt, *l.* 1. *in fine, ff. de
offic. Præsid. l.* 2. *§. Publicanus, ff de vi bonor. rapt. cap. in
præsentia, de renunt.* Card. Tusch. *pract. concl. tom* 6.
lit. P. concl. 621. cum aliis per me citatis, *Axiom.*
131. *num.* 4. iniustitia enim debet esse notoria, & 11
quæ nullo velo posset adumbrari ad hunc effe-
ctum, vt loquitur Rota apud Posti. *decis.* 182.
num 8.
Et tantò magis, quia possessio quoad hunc effe- 12
ctum non requirit iustificationem boni iuris possi-
dentis, nec admittit exceptionem nullitatis tituli,
cum possidens non teneatur declarare quo titulo
rem possideat, Menoch. *remed. vlt. retin. num.* 18.
cum aliis citatis à Rota apud Posti. *decis.* 89. *n.* 3.
nec probare titulum, vel causam possidendi, Rota 13
decis. 83. *in fine, part.* 1. *recentior* & apud Posti. *decis.*
213. *num.* 3. nam ista sunt diuersa ab ipsa possessio-
ne, *l.* 3. *§. ex pluribus, ff. de acquir. possess.* Rot. apud Po-
sti. *decis.* 125. *num.* 7. Ad manutentionem namque 14
obtinendam sufficit nuda detentio, seu detentatio,
& sola facti insistentia, Couat. *pract. cap.* 17. *sub n* 4.
vers. In specie, Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 7. *glos.* 3.
part. 10. *num.* 51. *tom.* 2. Paz *de tenuta, cap.* 9. *num.* 4.
cum pluribus aliis relatis à Posti. *d tract. obseru.* 5.
num. 18. & à metipso *in praxi exigendi pensiones, c.* 2.
num. 10. vbi quòd non est disquirendum an posses-
sio sit iusta, vel iniusta, quia semper est iusta respe-
ctu non possidentis, *l.* 1. *ff. vti possidetis.* Vnde satis
est docere de nudo facto possessionis, idem Posti.
dict obseru. 15. *num.* 11. Est enim indubitatum in hoc 15
iudicio minime admitti exceptionem non probatæ
narratiuæ, vel non iuris possidentis, cum sit exci-
pere de defectu proprietatis, quæ exceptio eo casu
non admittitur, Ferret. *consil* 7. *num.* 3. Rota *decis* 94.
num. 1. *part.* 1. *diuers.* & in puncto quod exceptio 16
non iustificationis clausulæ constito, reiicitur ad
petitorium, censuit Rota apud Post. *decis.* 217.
num. 7.
Ad secundam verò nullitatem, quæ ex aduerso 17
deducitur de possessione non capitulariter capta,

respondetur in Prælatis non requiri vt sic capiatur, gloss. *verbo in eisdem, in Clem. 2. de ætate, & qualit. & verbo inibi, in Clem 1. de regular.* nam id solum desideratur in Canonicis ; & Dignitatibus, quæ sunt de Capitulo, Rota apud Post. *decis.* 75. *num.* 4. & 5.

Et licèt supponamus, sine veri præiudicio, D. Briandam teneri ad capiendam capitulariter possessionem, nihilominus superueniente sibi nouo titulo, prouisione scilicet Apostolica, benè potuit continuare possessionem ipsam, quam priùs de facto obtinuerat, mutato solùm primo iure, & titulo possessionis, *l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucap. l. 3. § illud, l. qui bona, §. 1. ff. de acquir. possess.* cum ci-
19 tatis à Rota apud Post. *decis.* 57. *num.* 3. mutare enim quis potest causam possessionis ex nouo iure, & titulo, & meram detentionem efficere bonam possessionem, ad tradita per Card. Pute. *decis.* 165. *n.* 4. *lib.* 1. & Card Mantic. *decis.* 71. *num.* 1. & 2. & *decis.* 245. *num.* 14.

20 Quæ quidem mutatio ipso iure statim facta intelligitur data notitia secundi tituli, etiam absque alia declaratione iuxta Consilium Decij 400. quod sequitur Rota, vt *in decis.* 224. *num.* 2. *part.* 1. *diuers. & decis* 601. *num.* 3 *part.* 3 *etiam diuers.* & coram Card. Mantic. *decis.* 71. *num.* 1. Nec opus erat, vt exiret de possessione, & postea iterum ingrederetur, *ad l. cùm nemo,* & ibi gloss. *verbo extrinsecus, C. de acquir. possess.* Rota *decis.* 441. *lib.* 1. cum relatis à Rota apud Posti. *dict. decis.* 57. *num.* 4 vbi *num.* 5. ex Baldo communiter recepto colligit, quòd si falsus
21 Canonicus diu stetit in possessione, & deinde à Papa obtinuit prouisionem, non est necessaria noua apprehensio, & installatio, quia ipso iure fit quædam conuersio ex nouo titulo superueniente, refero Ego ipse *in tract. de Canonicis, & Dignit. c.* 15. *num.* 15.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

Toletana legitimitatis.

Filiatio in legitimis & illegitimis quomodo probetur? qualiter alimenta à parentibus illis debeantur, & sint soluenda?

VOTVM XXII.

1 *Filio legitimo ad probandam filiationem suam matrimonium assistit, & legalis dispositio fauet, & non est præsumptio, sed legis definitio.*

2 *Filiatio ex parte patris non solum difficilis, sed impossibilis est probationis.*

3 *Filiatio non solum legitima, sed etiam spuria, adulterina, & incestuosa præsumptionibus, & indicijs probatur.*

4 *Natus quoties quis est in domo ex vxore tali, vicinis scientibus, & videntibus, efficaciter concluditur pro filiatione.*

5 *Natus constante matrimonio pro legitimo ex marito, & vxore censendus est, etiamsi probatum fuerit mulierem illam cum adultero eo tempore consuetudinem habuisse, & quamuis adulter partum illum pro suo filio tractasset, educando, &c.*

6 *Præsumptio* l. Miles §. defuncto, & l. filium definimus, *est iuris, & de iure, ita vt non admittat probationem in contrarium.*

7 *Honestum possibile potius debet præsumi, quàm possibile inhonestum.*

8 *Illicitum non præsumitur quando potest præsumi licitum.*

9 *Coniectura honesta inhonestam præsumptionem vincit.*

10 *Præsumptio legitimitatis non solum filiorum, sed & matrimonij fauorem respicit.*

11 *Filius præsumitur mariti, & non adulteri etiamsi concurrant coniectura similitudinis, nominationis, tractatus, Baptismi, atque assertionis matris.*

12 *Filij illegitimi suam valentes probare filiationem, debent probare concubinatum, & quod in domo propria fuerit à patre retenta concubina.*

13 *Filiatio spurij, adulterini, seu incestuosi præsumitur ex concubina domi retenta à patre.*

14 *Concubinatus in domo propria non requiritur ad probationem filiationis spurij, sed sufficit quod concubina in alia retineatur, probata tamen amicitia, & congressu, maximè quando pater propter periculum vitæ, aut ob conseruandam propriam opinionem extra domum habere concubinam volebat.*

15 *Probatio minus exacta requiritur ad filiationem probandam concurrente periculo amittendi vitam, honorem, seu bonam famam.*

16 *Filius, qui non est natus ex vxore, nec ex concubina, probabit filiationem, si probet patrem eum educasse vt filium, vel fecisse legitimari.*

17 *Actus faciendi baptizari filium, & patrinos designandi,*
18 *Lætitia, quam parentes in die natiuitatis pueri habuerunt,*
19 *Nominis similitudo,*
20 *Affectus paternus,*
21 *Alimentorum præstatio,*
22 *Vestimenta honorabiliora,*
23 *Consignatio pueri ad nutricem, & reductio cum honore ad scholas,*
24 *Nominatio & tractatio de aliquo vti filio,*
} *Filiationem præsumit, & probat.*

25 *Nominatio & tractatus probat fraternitatem,*

tem, consanguinitatem, & parentelam.

26 *Nominatus & tractatus vt filius dicitur constitutus in quasi possessione filiationis, etiam patre vita functo.*

27 *Nominatio alicuius à patre in filium, & filij in patrem optime probat filiationem, etiamsi per epistolam sit facta nominatio.*

28 *Epistolam recipiens & non contradicens, censetur approbare omnia in ea contenta.*

29 *Taciturnitas & patientia absque protestatione inducit voluntatem, ratihabitionem, & consensum.*

30 *Confessio patris filiationem probat, quamuis enuntiatiuè sit emissa, dummodo sit geminata.*

31 *Litteras mittens videtur certo modo cum absente loqui, & accipiens censetur respondere, & acceptare quæ in suum fauorem scripta esse consitetur.*

32 *Fama & vulgaris traditio filiationi suffragatur.*

33 *Fama circa res veras, aut veritati proximas versari solet.*

34 *Fama filiationis quomodo probetur.*

35 *Fama probat filiationem, si concurrant alia adminicula.*

36 *Officia naturam hominum non mutant.*

37 *Carnales stimuli omnes tangunt, nec facile quis potest ab illis in vniuersum se liberare.*

38 *Ætas in viris ad generandum attento naturali generandi statu quæ?*

39 *Alimenta denegantur de iure Ciuili filijs extra matrimonium genitis, secus de iure Canonico.*

40 *Alimenta filijs etiam spurijs præstanda attenta qualitate, & dignitate patris, & filij, & secundum quod patri suppetunt facultates.*

41 *Clericus potest filio, seu filiæ quicquam vltra quintam bonorum suorum, pro alimentis vel dote relinquere, si pars illa non sufficiat, attenta qualitate & dignitate patris & filij.*

42 *Alimentorum titulo permittit lex Hispaniæ quintam bonorum partem designare his filijs quibus alimenta dare tenetur.*

43 *Pater alimenta filijs spurijs (deficientibus legitimis descendentibus) necessaria præstare debet, etiamsi ea alimenta quintam bonorum parentis portionem excedant.*

44 *Alimenta quandá debentur alicui etiam ex causa miserationis, secundum dignitatem personæ præstanda sunt.*

45 *Filijs legitimis non extantibus, pater non solum de quinta parte potest disponere pro anima, verum totam eius substantiam pro anima expendere.*

46 *Alimenta, quæ ad vitæ sustentationem necessaria sunt, ex iure naturali procedunt.*

47 *Filio spurio si relinquatur quantum summæ quantitatis, & valoris, quod excedit metam alimentorum, illud, quod excedit, debet de quinta deduci.*

48 *Pater potest filio spurio relinquere fundum pro alimentis, seu quintam bonorum partem in defectum filiorum legitimorum.*

49 *Filijs alimenta debentur non solum pro necessaria sustentatione vitæ, sed pinguius attenta qualitate patris, & eiusdem patrimonio perpensa.*

50 *Alimentorum in taxatione habenda est consideratio ad omnes personas, quas filius alimentandus tenetur alere, & sic ad vxorem, etsi patre reluctante filius illam acceperit.*

51 *Constitutio Pij V. contra filios clericorum illegitimos edita declaratur.*

52 *Filij spurij attento iure Regio Hispano possunt ad suos hæredes transmittere illud, quod pro alimentis semel perceperunt, & in vita vel morte de eo ad libitum disponere.*

53 *Alimenta filio spurio soluere post mortem patris incumbit hæredi, donatario, testamentario executori, siue successori omniũ bonorum.*

54 *Pater an possit grauare filium naturalem, vel spurium in quinto bonorum pro alimentis sibi relicto, ita vt post eius mortem alteri restituat?*



PRÆTENDEBATVR ex parte F. sibi vti filio cuiusdam N. in Ecclesiastica dignitate constituti alimenta sibi deberi ab hæredibus dicti N. defuncti, attenta qualitate & dignitate patris, & ipsiusmet F. & vt procederetur iuxta iuris dispositionẽ, ptimum visum fuit necessarium de filiationis probatione agere, & ea iustificata ad alimentorum materiam deuenire: quod duobus articulis feliciter absoluetur.

ARTICVLVS I.

Filiatio in legitimis, & illegitimis quomodo probetur.

Filio legitimo ad probandam filiationem suam, matrimonium assistit, & legalis dispositio fauet, *in l. filium definimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, quæ adeò potens est, vt non admittat probationem in contrarium, nisi in casibus exceptis *in d. l. filium*, vt aduertunt Hippol. de Marsil. *in l. 1. §. ad quæst. num. 21. & 36. ff. de quæst.* Abb. *in cap. per tuas num. 5. de probat.* Paleoth. *de nothis & spur. cap. 24.* Boër. *decis. 199.* Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de præsumpt concl 14. num. 15.* latè Petra *de fideicom. quæst. 11. num. 354.* vbi dicit hanc opinionem esse communem, Alex. Trentacinq *lib. 1. var. tit. de legitimatione resol. . num. 1.* cùm non sit præsumptio, 1

sumptio, sed legis definitio, vt pulchrè tradit Ioan. de Lupis in l. si pater, C. de haered. instit. ex num. 72. & maximè num. &c. ibi. Hinc pro veritate huius articuli pro dicendum quòd in dicta l. filium, neque sit filio, neque praesumptio, sic sit exclusio ... natio ab eo, quod est magis verisimile in fauorem filiorum, & ad euitandam praesumptionem adulterij introductam, vt patet ex verbo definimus posito in d. l. filium, & ex verbo pater est, posito in l. quia semper, ff de in ius vocando; quo casu cum lex certum quid statuat, & disponat, dico non esse admittendam probationem in contrarium, per id quod vult gloss. magna in fine 5. dist. quae vult contra praesumptionem omnem admitti probationem in contrarium, nisi vbi ius de iure aliquid non tantum praesumit, sed etiam disponit, prout in casu nostro; & idem etiam dicit Bart. in l. non est verisimile, ff. quod metus causa, & Panorm. in cap. is qui fidem, de sponsal. Concludo igitur ex promissis natum ex vxore cum marito cohabitante filium esse mariti ex iuris dispositione, vel ita pro filio haberi, vt non audiatur volens probare contrarium, etiamsi appareat vxorem ipsam diuertisse, & cum alio adulterasse; dico natum, quia si mater finxisset sibi intumescere ventrem, & postea supposuisset partum, vt in cap. officij, de Poenit. & remiss. non procederet iste textus; intellige etiam nisi maritus fuerit absens, aut tali infirmitate impeditus, vt generare non posset, vt dicit text. in eadem l. filium definimus, &c. Idem videtur dicendum eo casu, quo concurrit assertio, & confessio mariti cum assertione & confessione matris, quòd non sit natus filius ex marito, & sint coniunctae istae duae assertiones, optime probant filium non esse mariti, Paris. consil. 0. num. 54. & seq. lib. 2 Gozadin. consil. 13. num. 40. vers. 7. testes, Decian. resp. 1. num. 101. lib. 3. praecipue si nil concludens adduceretur pro filio, nam aliàs quando ex aduerso aliquid concludens appareret per quod probaretur, illum, de quo agitur, esse filium mariti, tunc assertio iugalium quod non sit filius eorum, non noceret filio, iuxta doctrinam Bart. in d. l. filium definimus, & in l. si quis, ff. ad Carbon. Parif. d. num 54. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 165. per tot.

2 Filiatio enim ex parte patris non solùm difficilis, sed impossibilis est probationis, text. in l. Lutius, ff. de condit. & dem. vbi gloss. in verbo testamentum, Bart. in l. 1. §. item per contrarium, ff. de liber. agnosc. Lanfranc. ab Oriano in tract. de deposit. testium num. 153. Hippol. de Marsil. consil. 1. num. 49. volum. Alciat. in rub. ff. de liber & posthum. num. 46. Ludou. à Sardis in tract. de legitimat. in §. de filiationis probatione num. 1. Rimin. sen. consil. 165. num. 16. & 17. Paleoth. de nothis & spur. cap 21. num. 1. Mascard. de probat. concl. 787. num 5. Ceuall. de cognit per viam viol. part. 2 quaest. 4. num. 7. Et ideo quoties de

3 filiatione oritur controuersia, ad praesumptiones, & indicia recurrendum est, ex quibus causa definiri solet, cap. litteris, cap. illud, de praesumpt. cap. per tuas, de probat. Bart. in l. 1. num 2. C. quorum bonorum, Praepos. in cap. transmissa num. 9. qui filij sint leg. Alex. consil. 9c. num. 12. & seq. volum. 6. Ceuall. d. quaest. 4. num. 8 Rota decis. 289. num. 1. part. 1. recentior. & decis. 199. num. 2. part 1. in posthum. & sic praesumptionibus non solùm legitima filiatio, sed etiam spuria, adulterina, & incestuosa probatur. Natt. consil. 473 num. 39. Mascard. de probat. concl. 787. num 15. Petra de fideicom. quaest. 1. num. 245 licèt diuerso modo.

4 Nam quoties quis est natus in domo ex vxore tali, vicinis scientibus, & videntibus, efficaciter concluditur pro filiatione, ex text. in d. l. filium definimus, iuxta doctrinam Bart. in d. l. Lucius, ff de condit & demonst. & in l. non nudus in 1. lect. C. de probat. & est articulus de veritate rei, & de proprietate, secundum eundem Bart. in l. 1. num. 4. C. quorum bonorum Ruin. consil 5. in prin. num. 4. volum. 5. Anchar. consil. 225. num. 3. & sic natus constante matrimonio pro legitimo ex marito & vxore reputandus 5 & tenendus est. l. miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adulter. l. 1. tit. 14. part. 3. Petra de fideicom. quaest. 11. num. 249. 155. 125. & 317 Mascard. de probat concl. 798. num. 2. Etiamsi probatum fuerit mulierem illam cum adultero eo tempore consuetudinem habuisse, vt tenent Menoch. d. casu 89 num. 19. cum seqq. vbi ad id dicit afferri communiter text. in d. l. miles, § defuncto, cuius decisionem & doctrinas communes Doctorum ex eo §. deductas exornat, atque explicat ex num. 2. vsque ad num. 61. idem Menoch. de praesumpt. lib. 6. praes. 53. ex num. 1. Hippol. Rimin. consil. 611. lib. 6. Guillelm. Benedict. in cap. Raynutius, verbo qua filium ex eo suscipiens, Couar. de sponsalib. part. 2. cap 8. §. 3. Anton. Gom. l. 9. Tauri sub num. 1. Rojas in epit. successionum cap 1. num. 25. & cap. 10. ex num. 46. & cap. 11 per tot. Duen. reg 344. part. 1. Meres de maior. part. 1. q. per tot. & part 3 quaest. 15. num. 3 Matiens. l. 9. gloss. 3. per tot. tit. 8. lib. 5. noua Recop. vbi longa serie explicat textum in d. cap. defuncto, Surd. consil. 1. num. 55 cum seqq. & decis. 83 num. 9. & 10. Ioan. Garc. de nob. lit. gloss. 10. num. 9. D. Barbos. in rub. ff. soluto matrim. part. ex num. 17. Valasc. consil. 176. num 4. cum seqq. Fului. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 16. ex num. 2. vsque ad numer. 52. & consil. 1. ex numer. 6. vsque ad num 4. Mascard. eod. tract. conclus. 788. per tot. Ioan. Bapt. Lup. de illegitimit. comm. 2. §. 3. ex num. 12. vsque ad num. 17. Pett. Aoton. de Petra de fideicomm. quaest. 11. ex num. 324. vsque ad num. 415. Nicol. Intrigl. Sicil. decis. 35. num. 40. 41. 42. & 43. Caes. Barz. decis. 91. num 6 cum seqq. D. Marta voto 26. ex num. 1. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F. conclus. 347 Alexand. Trentacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de filiat. resolut. 1. ex num 8. vsque ad num. 22 Castill. controuers. lib. 5. part. 1. cap. 104 num 7. Et hoc etiam procedit, quamuis adulter partum illum pro suo filio tractasset educando, aut legitimare faciendo, quia praesumptio à natiuitate in domo mariti potentior est, quàm contraria nominatio, vel tractatus, vt fere infinitis tenet Mari. Giurba in consuetudines Messanenses cap. 1. gloss. 4. parte 1. fol. mihi 85. numer. 58. cum seqq. vbi testatur ita iudicatum fuisse.

Similiter etiam praesumptio dicti §. defuncto, 6 sicut & d. l. filium definimus, est iuris & de iure, itavt non admittat probationem in contrarium, secundùm Anton. Gabr. commun. lib. 1. tit. de praesumpt. conclus. 14. num. 11. Maluas. consil. 10. num. 23. Petra d. quaest. 11. num 355 & saltem quòd sit iuris tantùm omnes conueniunt, & sic adeò potens vt ad eam tollendam requiratur probatio necessariò contrarium concludens non potuisse à communiter accidentibus concipi ex marito, hoc est, probando quòd maritus erat absens, vel impotens, vel infirmus tempore conceptionis, & quòd vxor habitabat in domo adulteri, nec marito patebat ad eam liber accessus, Bald. in d. l. filium definimus in 1. lect. num. 6. cum seqq. Deci. d. consil. 657. num. 3. Brun. consil. 15. num. 2. Grat. consil. 158 num. 3 volum 2. Menoch. de arbitr. casu 89. num 55 Parif. consil 64. num. 6. volum. 3. vbi dicit quòd ad excludendam praesumptionem dicti §. defuncto, quòd filius natus sit ex marito vxoris adulterae, & ad probandum quòd

quòd sit filius adulteri, duo sunt necessaria, & concludenter probanda pro parte adulteri. Primum quòd maritus tempore, quo fuit conceptus talis filius, erat absens à loco, in quo fuit conceptus dictus filius, adeo quod maritus non potuit habere accessum ad dictam mulierem eius vxoremi: secundum quod adulter habebat tunc temporis consuetudinem & conuersationem cum dicta muliere, & quod eam retinebat in domo, sequitur Petra *d. quæst.*
7 *quæst.* 11. *num.* 362. Et ratio *dicti* §. *defuncto*, est quia talis præsumptio est benignior, nam potius debet præsumi honestum possibile, quod scilicet filius natus sit ex matrimonio, quam possibile inhonestum, quod esset si præsumeretur natus ex adulterio, vt in specie concludit Bald. *in d. l. filium definimus num.* 11. *vers. item nota*, Pacian. *d. consil.* 1. *num.* 18. Et illicitum non præsumitur quando potest
8 præsumi licitum. Corn. *consil.* 91. *num.* 9. *volum.* 1. Roland. à Valle *consil.* 11. *num* 9. *volum.* 4. Bald. *in*
9 *l.* 1. *num.* 52. *C. qui accus. non pos.* vbi dicit quod honesta coniectura inhonestam præsumptionem vincit fauore imminentis prolis, per *d.* §. *defuncto*, Menoch. *d. casu* 89. *num.* 12. *cum seqq.* Petra *d quæst.* 11. *num.* 381. *& seq.* Maluas. *d consil.* 30. *n.* 24. *&* 25.
10 Quæ quidem benigna interpretatio est vna violenta præsumptio, quæ fundatur super determinatione legis, quæ ibi figit pedem, & ideo debet cæteris in contrarium præsumptionibus præualere, vt per Bald. *in l. non ignorat num.* 5. *C. qui accus. non pos.* Paleoth. *de nothis, & spur. cap* 24. *num.* 5. Et talis præsumptio non solum filiorum, sed & matrimonij fauorem respicit, Paleoth. *d. cap.* 24 *ad fin.* Cephal. *consil.* 82. *num.* 59. *volum* 1. propter magnam reuerentiam, quam lex habet erga illud, Roland. à Valle *d. consil.* 11. *num.* 9. *volum.* 4. Duen. *reg* 344. *ampl.* 1. Petra *d quæst.* 11. *num.* 386. *& seq.* vbi cum Barbat. & Ioan. Andr. dicit quòd mulier nupta licet luxurietur, & turpiter viuat, tamen adhuc viget reuerentia matrimonij, vt propterea non possit etiam personaliter capi, quia iura deferunt reuerentiæ matrimonij propter honorem, & reuerentiam summi Principis Dei, qui tantum Sacramentum adinuenit, & etiam respectu loci, in quo fuit institutum, quia in Paradiso fuit ordinatum, & etiam propter formam solemnitatis.
11 Ad quod propositum singularis est Rotæ *decis.* 164. *parte* 1. *recentiss.* aliàs *in posthum. Farin.* vbi postquam censuerat præsumptionem legis esse firmissimam in illo casu cùm adultera non fuerit retenta in domo adulteri, sed vtplurimum in ædibus, in quibus etiam maritus morabatur, nec illa in schemate concubinatus viueret, nec esset impeditus marito accessus ad illam, concludit *num.* 7. *&* 8. quòd filius præsumitur mariti & non adulteri, etiamsi concurrant coniecturæ similitudinis, nominationis, tractatus, Baptismi, ac assertionis matris.
12 In illegitimis verò filiis, suam valentibus probare filiationé, Doctores requirunt quòd probetur cócubinatus, & quòd in domo propria fuerit à patre retenta concubina, Luc. de Pena *in l. si cohortaris, C. de cohortal. lib.* 10. Paleoth. *de nothis & spur. cap.* 12. *num.* 3. Marta *de success. legali parte* 1. *quæst.*
13 16. *art.* 1. *num.* 1. quia filiatio spurij, adulterini, seu incestuosi hac semper probatur præsumptione, vt dicit gloss. *in verbo constiterit in cap. Michael, de filys Presbyt.* Abb. *in d. cap. per tuas, in princ.* Ioan. Anchar. *lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 6. Mascard. *de probat. conclus.* 788. *num.* 25. Paleoth. *d. tract. cap* 21. *num.* 3. Paris. *consil.* 10. *num.* 33. *lib.* 1. Alciat. *de præsumpt.*

reg. 3. *præs.* 37. *num.* 3. Rimin. *consil.* 605. *num.* 5. *lib.* 4. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testam.* §. 3. *vers. qua filium ex ea suscipiens num.* 1. ibi, *& pari modo probatur filiatio, vbi ex concubina natus est filius, quia ex supradictis solis præsumitur concubinarij filius, & non alterius vagabundi, &c.* Idem videtur 14
dicendum si concubina non in domo propria retineatur, sed in alia, probata tamen amicitia, & congressu, Alber. *in d. l. filium*, Alciat. *d. reg.* 3. *præsumpt.* 37. relati à Gama *decis.* 152. *num.* 1. ibi. *Idem est in retenta extra domum, si alium eodem tempore non probetur habuisse accessum ad illam*, &c. maximè quando pater propter periculum vitæ, aut ob conseruandam propriam opinionem extra domum habere concubinam volebat, vt dicit Felin *in d. cap. per tuas num.* 16. *vers. quarto nota*, & quia forte erat persona in Ecclesiastica dignitate constituta, cui iure prohibetur suspectas mulieres in domo habere, *cap.* 1. *cap.* 2. *& cap. sicut, de cohab. cleric. cap. sed id forte* 81. *dist.* Concil. Trid. *sess.* 25. *de reformat cap.* 14. ibi, *ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio in domo, vel extra retinere*, &c. Decian. *in tract. crimin. parte* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *num* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 17. *num.* 2. Anchar. iun. *in quæst. famil. lib.* 2. *q.* 12. *num.* 3.

Et concurrente huiusmodi periculo amittendi 15
vitam, honorem, seu bonam famam, admittunt Doctores ad filiationem probandam tam exactam non requiri probationem, Gozadin. *consil.* 12. *num.* 21. ibi. *Nono quoties quis est natus ex adulterio, vel alio damnato coitu ex ea muliere ad quam habebat consuetudinem, nec erat in domo retenta ab adultero, sed furtiue habebat accessum ad eam propter timorem forte viri, vel metuens pœnam, quia forte Monacha, vel filia magni Ciuis, quia non audet in publico dicere enim habuisse ex tali muliere. nec mulier ipsa hoc audet affirmare, certe isto casu non potest cadere probatio, de qua in alys natis ex ea, quam in domo habebat, certe sufficit quod ipse pater adulter eum tractauerit vt filium*, &c. Felin. *in d. cap. per tuas num* 17. *vers.* 16
Quarto nota quod ille, qui non est natus ex vxore, nec ex concubina, sed ex aliqua, ad quam secrete pater accedebat, nec audebat eam nominare, si probat patrem eum educasse vt filium, vel fecisse legitimari, est probata filiatio, &c. Idem tenent Anchar *consil.* 225. *n.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 796 *n.* 7.

Veniamus igitur ad aliquas præsumptiones fi- 17
liationis, & illa præcipua est, quæ prouenit ex solo actu faciendi baptizari filium, & patrinos designandi, qui quidem actus paternitatem supponit, vt in simili cum multis tenet Surd. *in celebri consil.* 1. *num.* 45. ibi. *Secundò accedit, quòd statim natus D. Paulus fuit baptizatus ad instantiam D. Ioannis Baptistæ, & ad Presbyterum transmissus ad hunc effectum ab eo, qui etiam rogauit compatres, qui puerum tenarent de sacro fonte, quod etiam plurimum confert ad probandam filiationem, quia Baptismus est actus, qui ad parentem pertinet, cum filius est infans; sustinetur enim professio illa in fide parentum, cap. quæris, de confecr. dist.* 4. *cap. maiores, vbi gloss. de Baptismo; præcipuè quando patrini filios baptizandos offerunt parentum consensu, & voluntate, vt per Natt. consil.* 434. *num.* 11. *& seq. & pater igitur dicitur, qui actus paternos gerit, vt per Bald. in d. l. non ignorat col.* 1. *C. de his qui accus. non pos. sicuti hæres dicitur, qui actus facit hæreditarios, l. gerit ff. de acquir. hæred. vbi Doctores, & in specie hanc coniecturam ponit Beroi. consil.* 162. *num.* 9. *volum.* 1. &c. Rot. *decis.* 199. *num.* 2. *parte* 1. *recentiss.* Idem cum multis tenet

T Stephan.

Stephan Gratian. *discept. forens. cap. 562. num 5. & 67.* ibi. *Alia etiam coniectura admittitur ad probandam filiationem, si puer fuerit transmissus ad Baptismum, tanquam sit actus, qui ad parentem pertinet, cum filius est infans, &c.* D. Noguerol *allegationum iuris tom. 1. alleg. 25. n. 57.*

18 Item lætitia, quam parentes in die natiuitatis pueri habuerunt, est euidens argumentum quod eorum filius sit, Card. Alexandrin. *in cap. transmissa num. 9. vers. item quia, qui filij sint leg.* Mascard. *conclus. 789. num. 38. volum. 2.* Petra *de fideicom. q. 11. num 420.* Castill. *controuers. quotid. lib. 5. p. 2. cap. 104. n. 8. cum seqq.*

19 Cùm nominis similitudo gignat quandam mutuam affectionem, vt probatur *in l. cùm filius §. pater,* ibi, *Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem mei nominis,* &c. *ff de legat. 2.* vbi *Accurs.* refert ex eo prælegatum & melioratum nepotem, quia ille eodem nomine vocabatur, quo & testator, iunctis multis, quæ congerunt Stephan Forcatul. *de similit. nomin. in auiario Iuris Ciuilis cap. 10. n. 3.* Ideo coniectura & præsumptio filiationis est habere nomen proprium patris, vt singulariter in simili aduertit Bald. *in cap. suam num. 6. de ordine cogn.* ibi. *In secundo casu sufficit quòd probetur quòd pater, & mater vocabant eum filium legitimum, vt ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris l. index, & ff. manum. testam. l. vxorem, vbi mirabiliter dicitur quod quando posthumus nomine baptismali vocatur nomine paterno, præsumitur filius, quod alibi non reperitur, & facit quod notatur 2. quæst. 1. cap. de manifesta, circa med. magna gloss. &c. Mascard. de probat. concl. 789. num. 38. in fine,* ibi, *nouus actus tractationis est vt iam dictum fuit, quando alicui imponitur illud nomen, quo denominatur ille, qui dicitur eius pater, vt docet Ias. in l. neque naturales num. 14. in fine vers. aduerte, C. de testam & Petra sancta sing. 75 n. 2.* &c.

20 Per paternum affectum filiationem quoque probari tradiderunt Anchar. *d. consil. 225. num. 6.* Gozadin *d. consil. 12. num. 22.* Paris. *consil. 10. num. 60. lib. 2.* Rota *decis. 238 num. 4. & 6. parte 1. diuers.*

21 Alimentorum præstatio concludenter filiationem probat, Innocent. *in cap. Michael num. 2. de filijs presbyt.* Præpos. *in d. cap. cu transmissa* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testam. parte 3. in verbo quem filium eu eo suscipiens sub num 14.* Mascard. *de probat. conclus. 795 à num. .* Surd. *consil. 1. num. 46.* ibi. *Tertiò concludit educatio & tractatio, quia D. Ioannes Baptista a natiuitate D. Pauli vsque ad eius mortem semper in omnibus vt filium tractauit, & educauit, eique tanquam filio quæcunque subministrauit necessaria; plurimum enim operatur alimentatio; nam vt dicit Bald. in l. non ignorat num. 4. magis præsumitur filius, qui vti filius alitur, quam qui vti filius nominatur, quia alimentatio magis est charitati coniuncta,* &c. Noguerol *d. alleg. 25. num. 78.* Rota *d. decis. 238. num 21.* ibi. *Domini censuerunt potius sequendam esse probationem Alphonsi, quæ à factis, vt sæpius dictum est, plus concomitatur, cum magis præsumatur filius ille, qui alimentatur vt filius, quam qui vt filius nominatur, &c.* Non obstat quòd præstatio alimentorum quandoque non inducit filiationis præsumptionem, cum sæpe pietatis gratia concedantur, Abb. *in d. cap. transmissa,* Mascard. *conclus. 795. num. 5.* Quia respondetur id procedere cùm eleemosynæ & charitatis limites non excedunt, non est enim profusa largitate vtendum, *cap. dominus, cap. pulchra, cap. fratrem 86. dist. l. 7. tit. 13 parte 1.* S. Thom. *2. 2. quæst. 32. art. vlt. in corpore;* at quando alimenta sunt pin- 22 guiora, & vestimenta differentia ab aliis domesticis, putà honorabiliora, tunc præsumitur filiatio, & vti filio præstita, Bald. *in d. cap. per tuas num. 5.* Natt *d. consil. 235.* Guillelm Benedict. *vbi sup sub num. 14* Mascard. *concl 789 num 38.* Petra *de fideicom. quæst. 11. num. 320. & 425.* Et quòd conferat 23 ad filiationem etiam incestuosam & adulterinam coniectura desumpta ex educatione, & consignatione pueri ad nutricem, & reductione cū honore ad scholas, ac ex alimentis præstitis in domo, tenent Felin. *in d. cap. per tuas num. 17.* Card. Alex. *in cap. transmissa in fine, vers. quo autem,* Gozadin. *consil 12. num. 22.* Paris. *consil. 10 num. 87. lib. 2.* Mascard. *d. concl. 789. num 38* Petra *d. quæst. 11. num. 425.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. c. 562. num 70.* Franc. Monald. *consil. 123. num. 14. volum. 1.* ibi. *Neque obstat quod opponitur educationem & tractationem non probare quasi possessionem filiationis dicti agentis, ex quo etiam alimentantur in domo illi, qui non sunt filij, & præsumitur causa pietatis dicta alimenta fuisse præstita, ad firmata per Mascard. ex auctoritatibus Butrij, Præpos. & Abb. in conclus. 795. num. 4. volum. 1. quia ad hoc respondetur prædictam opinionem esse verum, quando non fuerint præstita nisi alimenta; sed quando cum alimentis accesserunt alia, veluti quod fuit indutus vti proprius filius à seruis dissimiliter, missus ad scholam, in domo diu retentus, & alia facta, quæ proprijs filijs fieri solent, prout fuit factum in casu nostro, vt per testes vltra fratres germanos probatum est, tunc bene omnia ista simul iuncta probant quasi possessionem filiationis, &c.* Et paulo inferius *num. 32* ibi. *Ergo quando concurrunt alia, videlicet educatio, quod fuerit indutus, missus ad scholam, & alia facta, quæ proprijs filijs, & non extraneis fieri solent, prout in casu nostro fuit factum, bene illum constituit in quasi possessione,* &c.

Nominatio, & tractatio de aliquo vti filio, pro- 24 bat filiationem etiam illegitimam & concubinariam, Bursat. *consil. 17. num. 1. & consil 88. num. 8. volum.* Gozadin *consil. 13. num. 55* citati per Mascard. *de probat. concl. 790 num. 14.* Et sufficit quòd sit emissa ab vno ex parentibus, de cuius successione agitur, Mascard. *d. conclus. 790. num. 12.* Petra *de fideicom. quæst 9. num. 290.* Rota *decis. 406. num. 5. & decis. 434. num. 7. parte 1. recentior & decis. 757. num. 4. parte 1. in posthum.* Seraph. *decis. 1331.* Noguerol *d alleg. 25. num. 79.* Quod sine dubio procedit in casu illegitimitatis & concubinatus, vt dicit Bursar. *d. consil. 17. num. 1. & consil. 88. lib. 1.* Roland. *consil. 22. num. 30. vers pariter non obstat lib 3.* Petra *d. quæst. 11 num. 293.* Et non solùm filiationem pro- 25 bat, nominatio & tractatus, sed etiam fraternitatem, consanguinitatem, & parentelam. Bald. *in l non epistolis num. 2. C. de probat.* Petr. Anton. Anguisol. *consil. 79. num. 5. lib. 6.* Mascard. *d. concl. 790. num. 16.* Petra *d. quæst. 1 . num. 273. & 301.* etiam 26 quando pater est vita functus, nam ex hoc contra eos sic tractantes dicitur constitutus in quasi possessione filiationis, Bald. *singulariter in l non nudis num. 2. C. de probat.* Paris. *d. consil. 10. num. 97. lib. 2.* Mascard. *d. concl. 790. num. 24.* Petra *d. q . 1. n 298. & seq.* Menoch *de arbitr. lib. 2. casu 89. num. 72.* Surd. *d. consil . n. 64.*

Quæ tanto magis procedunt quando nomina- 27 tio alicuius à patre in filium, & filij in patrem, est reciproca; ex Fulgos. *in l. quoties num. 1. ff de probat.* Butr. *in cap. afferte, de præsumpt.* Socin. iun. *consil. 67. num. 10. volum. 4.* August. Beroi. *consil. 108. num. 6. & consil. 158. num. 2. & consil. 161. num 6. vol. 2.*

quia

quia multo magis probat reciproca & mutua nominatio facta inuicem inter pattem & filium, quàm simplex nominatio facta à patre, Paris. consil. 10. num. 51. lib. 2. Mascard. d. concl. 790. num. 39. Petra d. quæst. 11. nam. 300. quamuis pars sit absens, dummodo per epistolam sit facta nominatio, Grat. consil. 61. num. 3. volum. 2. Paris. d. consil. 10. num. 46. cum seqq. Petra d. quæst. 18. num. 179. cum seqq.
28 Genoa de verbis enuntiatiuis lib. 2. quæst. 33. n. 43. qui enim epistolam recipit, & non contradicit, censetur approbare omnia in ea contenta, Bart. in l. quidam ff. de const. pecun. & in l. quo etiam §. 1. ff. rem ratam haberi, Felin. in cap. 2. num. 21. de fide instrum Greg. consil. 32. num. 9. Bimi. consil. 106. num. 30. & 32. & consil. 115. num. 10. volum 2. vbi quòd taciturnitas, & patientia absque protestatione, in-
29 ducit voluntatem, ratihabitionem, & consensum, Genoa de scriptura priuata lib. 3. in princ. num. 118. cum seqq.

30 Patris confessio & illius nominatio filiationem probat, quamuis enuntiatiuè sit emissa, dummodo sit geminata, & idem si per epistolam constet assertio, vt tenent Genoa de verbis enuntiatiuis lib. 2. num. 18. 29. 32. 43. Rota d. decis. 238. num. 1. parte 1. diuers. ibi. *Item concurrit confessio Cardinalis probata per tres Episcopos, quod secreto eum esse filium suum affirmabat, vt in eadem tertia resolutione habetur, cum qua secreta nominatione cum concurrat tractatus tam magnus, videtur secundum Dominos reddi indubitata*
31 *hæc probatio*, &c. quia litteræ idem operantur ac si in præsentia filij patrem illum talem nominasset, cum eas mittens videatur certo modo cum absente loqui, & recipiens censeatur respondere, & acceptare quæ in suum fauorem scripta esse constiterit, vt in simili cum multis dicit Genoa de scriptura priuata lib. 3. in princ. & per totam quæst. Sed præcipuè num. 100. cum seqq. Idem videtur tenere Monald. consil. 121. num. 19. volum. 1. ibi. *Et licèt non probetur nominationem & confessionem præfatam esse factam præsente filio in iudicio, vel in aliqua dispositione, prout videtur requirere, tamen quia sæpe sæpius fuit geminata, plenè probat.*

32 Suffragatur etiam concludenter, & vrgentissimè huic nostræ filiationi fama publica & vulgaris traditio, Florian. in l. quidam quasi num. 4. vers. secundo modo, ff. de probat. Anton. de Butr. & Præp. in d. cap. transmissa, qui filij sint leg. Alex. consil. 51. num. 2. volum. 1. Carol. Ruin. consil. 128. num. 9. vol. 4. Signorol consil. 219. num. 5. & 6. Bertrand. consil. 26. num. 4. & 5. vol. 2. Noguerol d. alleg. 25. num. 87. Menoch. de arbitr. casu 89. à num. 68. vbi ex veriori sententia concludit solam famam sufficere ad constituendum aliquem in quasi possessione filiationis, ita vt totum onus probandi contrarium in ad-
33 uersam partem transferatur: quia fama circa res veras, aut veritati proximas versari solet, atque ideo quotiescumque actus sicut filiatio coniecturis probari potest, ab ipsa quidem fama, & opinione vulgari plenam probationem sortitur, vt notat Bart. in l. de pupillo § si quis ipsi Prætori n. 17. ff. de noui oper. nunc.

Nec dicendum ad hunc effectum famam pro-
34 bari debere cum omnibus requisitis, quæ ponit Bart. in l. de minore §. plurimum num. 12. ff. de quæst. quia, vt practica communis obseruat, sufficit quòd testes concludant se ita publicè audiuisse, vel quòd in loco sic affirmabatur, & pro notorio in eo habebatur, Bald. in cap. præterea num. 10. de testib. Cassador. decis. 7. numer. 7. de probat. Salicet. in l. ea quidem num. 110. & 111. C. de accusat. Paris. consil. 52. col. vlt. volum. 3. Francisc. Turran. epinion. 43. circa fin. Caputaq. decis. 7. numer. 1. lib. 2. ibi, *Famæ probatio fit, etiamsi testes dicant quod publicè dicitur, licet non specificēt posita per Bart. in l. de minore §. tormenta ff. de quæst. Rota seruat in hoc dictum Baldi in cap. præterea col. 1. de testib. & ita in meo tempore confirmatum fuit*, &c. Idem Caputaq. decis. 289. num. 1. & 2. volum. 3. Corrad. in pract. tit. de testib. §. dicta testium assumendo post num. 54. vers. & hanc famam probari, Portius consil. 39. num. 22. & 23. Mascard. conclus. 496. num. 19. & conclus. 749. num. 4. & 5. Iul. Clar. in pract. §. final. quæst. 6. num. 14. vbi animaduertit quòd contraria Bartoli opinio est multum aspera, etsi obseruaretur in praxi, vix reperiretur ex mille testibus vnus, qui rectè super fama publica deponeret, & quod obseruantiam Romanæ Curiæ debent omnes aliæ in materia probationum imitari, & quod ille aduocatus, qui vellet aliud suadere, reputaretur cauillosus, & proculdubio succumberet, Calcan. consil. 8. num. 11. Ludouic. Peguera decis. crimin. 17. num. 25. volum. 1. singulariter Paul. Granut. theorem. 22. num. 6. vbi notat quod opinio Baldi, Cassadori, Parisij, & sequacium, qui existimant probari famam per testes dicentes se ita publice audiuisse, procedit nedum vt tales testes aliter non teneantur dicere à maiore parte populi; verum etiam vt teneantur nominare auctores, nec exprimere causas, à quibus fama originem duxerit, nec cætera requisita, de quibus per Bart. in præallegato loco, Gandin. in rub. qui ad famæ probationem possint, & debeant admitti num. 14. Monticel. in repert. testium fol. 386. col. 1. Claudi. in addit. ad Bertazol. consil. 162. lit. B. vers secundo igitur, circa fin. Bursat. consil. 87. num. 47. & consil. 90. num. 6. volum. 1. Quin etiam rectè docuit Aym. Crauet. consil. 991. num 35. vol. 6. dum ait in proposito non desiderari famā totius populi, sed opinionem viciniæ sufficere, secundùm Alexand. consil. 9. num. 1. volum. 1. in qua communi opinione probanda satis est ostendere quod apud omnes eum cognoscentes habitus fuit pro tali, vt per Bart. in l. 1. num. 4. C. de testam. quinimo nec omnium cognoscentium opinio desideratur, verum maior pars eorum sufficit, apud quos notus est, vt à maiori parte pro tali filio reputetur, veluti expendit Ias. in eadem l. 1. super 4. notab.

Et hæc resolutio absque dubio transit si cum 35
fama, concurrant alia adminicula, veluti si probaretur quod quis habitus, tractatus, & reputatus fuit pro filio à parentibus suis, & à vicinis cognoscentibus eum tanquam filium & pro filio, & viceuersa quod filius tractauit eos vt parentes, Menoch. de arbitr casu 89. num. 69. vers secunda coniectura; Pacian. de probat. lib. 1. c. 6. n. 19. Castill. contrau. tom. 5. p. 2. c. 104. n. 12.

Non obstant duo, quæ opponebantur ad elu- 36
dendam hanc filiationis probationem, primum quod pater cum esset persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & habuerit magnæ auctoritatis officia, semper vixit virtute conspicuus, & liber ab omni opinione, quæ famam lædere posset; quia officia naturam hominum non mutant, & carna- 37
les stimuli omnes tangunt, nec facile quis potest ab illis in vniuersum se liberare, audi D. Hieron. epist. 10. ad Furiam. *Omnia alia peccata extrinsecus sunt, & quod foris est facile abijcitur; sola libido insita adeo ob liberorum procreationem fines suos egreditur, redundat in vitium, & quadam lege naturæ in scelus erumpit. Grandis virtutis est, & solicita diligentia superare quod natus sis in carne, non carnaliter viuere,*

tecum pugnare quotidie, & inclusum bestem Argi, vt fabula ferunt, centum oculis obseruare. Hoc est quod Apostolus verbis alijs loquebatur. Omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est, quod autem fornicatur, in corpus suum peccat, &c. Ambros. *de Cain & Abel lib.*1.*cap.*5. ibi. *Sanus criminum stimulus libido est, qua nunquam manere quietum patitur affectum, nocte feruet, die anhelat, de somne excitat, à negotio adducit, à ratione reuocat, aufert consilium, amantes inquietat, lapsos inclinat, nullus peccandi modus, & inexplebilis scelerum sitis nisi morte amantis extingui non potest*, &c. Et idem D. Hieronymus, suo exemplo difficultatem illam exaggerat, *in epist.* 22. *ad Eustochium de custodia virginitatis*, his verbis. *Ille igitur ego, qui ob gehenna metum tali me carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum socius, & ferarum sæpe choris in terram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mens desiderijs æstuabat in frigido corpore, & ante hominem sum iam carne præmortua, sola libidinum incendia bulliebant*, &c. Non enim ab his stimulis liberantur Archiepiscopi & Episcopi, horum exempla patent. nam eorum successiones habemus in Hispania, vt referunt Mariana *de rebus Hispaniæ lib.* 26. *cap.*2. *& Doctor Petrus de Salazar & Mendoça in Chronica Cardinalis Petri Gonçales de Mendoça lib* 2. *cap.* 66. *cum seqq.* vbi aliorum exemplis iuueniles Cardinalis annos excusat, *& cap.*73.§.1. refert qua circumspectione bona aliqua legauit eius filio Didaco Hurtado de Mendoça secundò nato. Et Paleotb. *de nothis & spur. in fine operis post cap.* 66. alphabetico ordine indicem facit plurimorum hominum insignium extra matrimonium procreatorum, Pacian. *de probat. lib.*2.*cap.*13.*& c.*17. *n.*42. *cum seqq.*

38 Ad secundum de impotentia coeundi & filios procreandi in masculis post sexaginta annos, respondetur ætatem hanc non esse impedimentum gignendi, cum omnes hac de re agentes non ineptiam ad procreandum, ætatem septuaginta annorum, iudicauerint, vt referunt Albert. Magn. *lib.* 5. *de animal. tract.*1.*cap.*1. Aristot. *lib.*5.*cap.*14. Tiraq. *de legib. connub. l.*6. *gloss.*1.*parte* 6. *num.*7. Paleoth. *de nothis, & spur. cap.*24. *num.*1. Mascard. *de probat. concl.*788.*num.*43.*&* 44. Surd. *decis.*83. *num.*8. Paul. Zach. *in suis quæst. medice legal. tit.*1. *quæst.*9. *à n.*51. *vsque ad num.* 58. Vezin. *tom.*2. *commun opin. lib.*8. *tit.*30. *de adopt. num.*6. *pag* 404. Sanchez optimè *de Matrim. lib.*7 *disput.*32.*num.* 16. vbi ait sexagesimum annum esse iam communiter viris terminum generandi, attento naturali generandi statu.

ARTICVLVS II.

Alimenta à parentibus filijs etiam spurijs, & incestuosis debentur.

39 LICET de iure ciuili filiis extra matrimonium genitis alimenta denegentur, *auth. licet, in fine C. de natural. liber. auth. ex complexu C. de incest nupt. auth. quibus modis naturales efficiantur sui* §. *final collat.*7. ex æquitate tamen Canonica, cum illa iure naturali à parentibus filiis debeantur, constat illis etiam spuriis, incestuosis, & ex damnabili coitu procreatis deberi, per *cap. cùm haberet, in fine, de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulter.* Paleoth.
40 *de nothis & spur cap.*47.*a princ.* Seraph. *decis.*41.*n.*6. Rot. *decis.* 82.*num.*1.*apud Farin. tom.*2.*consil.* vbi *n.*2. notat quòd quamuis ius Canonicum peccata maximè detestetur, & castitatem nedum commendet, sed præcipiat, naturalem tamen rationem sequens, pietatem & æquitatem castitati prætulit, & filiis illegitimis alimenta præstari iussit: quod in vniuersum ab omnibus in vtroque foro tanquam naturali legi conuenientius obseruatur, vt per Gom. *l.*9.*Tauri num.*37.*cum seq.* Surd. *de aliment. tit.*1.*q* 10. *per tot.* & sunt alimenta huiusmodi præstanda attenta qualitate, & dignitate patris & filij, & secundùm quod patri suppetunt facultates, *d. cap. cùm haberet in fine*, ibi, *solicitudini tamen tua intererit, vt vterque liberis suis secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret*, &c. *l. si quid inædificauerit* §. *sufficienter ff. de vsufr. l. tutor secundum dignitatem ff. de administ tutor.* Didac. Perez *l.* 22. *vers. versatur etiam tit* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 102. vbi ait 41
quòd clericus potest filio, seu filiæ quicquam vltra quintam bonorum suorum pro alimentis, vel dote relinquere si pars illa non sufficiat, attenta qualitate & dignitate patris & filij, idem dicit Gregor. Lop. *l.*8. *verbo menester tit.*13. *parte* 6. Anton. Gom. *d. l.*9. *Tauri num.*51. ibi. *Hodie tamen propter euitanda dubia, quæ in hoc casu frequenter possent occurrere, decisum est quod non possint neque tenentur parentes in vita, vel in morte præstare talibus filijs vltra quintam partem bonorum, ita disponit l.* 10. *infra his legibus Tauri, quam legem ego intelligo in filio incapaci nato ex damnabili coitu, & in filio naturali, extantibus legitimis, eis verò non extantibus bene possunt parentes eis præstare quicquid vellent, & si nollent parentes dare, credo quod possent compelli ea præstare secundum qualitatem personarum, & patrimonij*, &c. idem tenet Lup. *in repet cap. per vestras* §.24.*n.*10.

Couar. *de sponsal. p.*2.*c.*8. §.6. ibi, *Qua apparet à iure Canonico filijs etiam spurijs alimenta deberi à parentibus iuxta filiorum dignitatem. Sed Regia l.* 10. 42
Tauri permittit patri titulo alimentorum quintam bonorum partem designare his filijs, quibus alimenta dare tenetur, quæ quidem pars si sufficiens non sit vitæ subsidio, necessariò erit augenda: si vero excedat illam quantitatem, quæ dignitati filiorum conuenit, minime diminuetur, &c.

Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.*15. *num.* 53. *Si verè* 43
parens filios ac descendentes legitimos non habeat, dicendum erit filijs spurijs alimenta esse ex bonis eiusdem parentis necessariè præstanda, quatenus ad vitæ sustentationem necessaria sint, etiamsi ea alimenta quintam bonorum parentis portionem excedant, &c. & *n.* 54. resoluit quòd si filius spurius non egeat tota quinta bonorum portione ad alimenta, sed minus sibi ad illa sufficiat, non poterit pater integrum quintum eidem pro alimentis relinquere, & *n.* 55. ita ait. *Sed verius est filios etiam spurios secundum qualitatem ac dignitatem personarum alendos esse: quando* 44
enim alimenta debentur alicui etiam ex causa miserationis, secundum dignitatem personæ præstanda sunt, l. sed si quid §. *sufficienter ff de vsufr. gloss. in l. nepos Proculo verbo dignitate ff de verb. signif. Alex. in l. si maritus num.* 5. *ff soluto matr. Imo nec æquitati Canonicæ, quæ parentes ad alendos filios spurios adstringit, satisfactum esse videtur, si filio spurio, illustri, seu nobili, vel in aliqua magna dignitate constituto solum illud pro alimentis præstaretur, quo natura contenta est; sed alimenta attenta etiam qualitate ac dignitate spurij præstanda erunt, non tamen ita ampla, vt filio legitimo eiusdem dignitatis atque qualitatis præstanda forent, circa quod Iudicis arbitrium versabitur*, &c.

Matiens. *l.* 8. *gloss.*1 *num.* 8. *tit.*8. *lib.*5. *Recop.* ibi. 45
Didacus autem Perez loquitur in filio clerici, cui asseuerat præstari posse vltra quintam bonorum paternorum partem, si quinta pars ei ad alimenta non sufficit, quod

certè

certè verum est. & sine dubio, cùm nullum praiudicium fiat filijs legitimis, quos habere non potest clericus, nisi ante susceptos Ordines fuissent concepti; hac siquidem in specie non coarctatur pater quintum filio spurio relinquere, sed eo dumtaxat casu, quo filios habet legitimos, quod constat ex verbis legis nostra, ibi. mas de la quinta parte de sus bienas de lo que podia disponer por su anima. Ecce tex. clare loquitur vbi filij supersunt legitimi, quia ipsis non extantibus non solum de quinta parte posset disponere pro anima, verum totam eius substantiã pro anima expendere. &c Et *n.* 0. ibi. *Sed licèt iure Ciuili non deberentur alimenta spurijs nisi iuxta indigentiam naturalem, nihilominus tamen in foro Ciuili seruatur ius Canonicum, vt iuxta paternum patrimonium, & spurij dignitatem, & qualitatem, & familiam ei debeant prastari alimenta*, &c.

46 Gutier. *practicar. quast lib. 2 quast.* 109. *num.* 2. ibi. *Si verò parens filios, ac descendentes legitimos non habeat, tunc alimenta filijs spurijs ex eiusdem parentis bonis erunt prastanda necessariò quatenus ad vita sustentationem necessaria sint, etiamsi pradicta alimenta quintam bonorum portionem parentis excedant: quia cùm hac alimenta, qua ad vita sustentationem necessaria sunt, ex iure naturali procedant, nec iure Ciuili minui possint, esseque causa quare in casu prasenti taxatio toleratur*, &c.

47 Ceuall *comm. contra commun tom.* 3. *quast.* 757. *num.* 24. ibi. *Si verò filij legitimi deficiant, de quorum praiudicio agitur, si vltra quintum filius illegitimus indigeat alimentis, illi sunt prastanda à iudice, vt ex fundamentis pro prima opinione adductis clare colligitur, vt latè dicemus in quast.* 787. *& sic è conuerso si filio spurio relinquatur quintum summa quantitatis, & valoris, quod excedit metam alimentorum, illud quod excedit debet de quinto deduci, vt solum consequatur quod sufficiat pro alimentis*, &c. Et *quast.* 779. *num.* 73. idem resoluit.

48 Valenz. *tom.* 1. *consil.* 10. *num.* 25. *&* 26. vbi quòd pater potest filio spurio relinquere fundum pro alimentis, seu quintam bonorum patrem in defectum filiorum legitimorum.

49 Molfes. *in constitu Neapol. parte* 5. *quast* 3 *num.* 7. *tom.* 1 *fol. mihi* 428. ibi. *qui omnes docent ex tex. in cap cùm haberet, de eo, qui duxit in vxorem quam polluit per adult. vt attenta aquitate Canonica, qua etiam in foro Ciuili, & in terris Imperij seruatur, quia agitur de causa pia de hominis vita tuenda, debeantur huiusmodi filijs alimenta, non solum pro necessaria sustentatione vita, sed pinguius attenta qualitate patris, & eiusdem patrimonio perpenso*, &c.

50 Castill. *controuers. lib.* 5 *cap.* 62. *num.* 97. ibi. *Debentur etiam (alimenta scilicet filijs spurijs) non secundum pracisam indigentiam natura, sed secundum qualitatem & dignitatem ipsius, & parentis, quia alimenta necessaria dicuntur, qua respiciunt dignitatem persona, attentis & consideratis diuitijs paternis*, &c. &*n.* 98. subdit quòd in huiusmodi alimentis taxandis habenda est consideratio ad omnes personas, quas filius alimentandus tenetur alere, & sic ad vxorem, etsi patre reluctante filius illam acceperit.

51 Ex quibus receptissima est sententia, quam suprà firmauimus, non obstante decisione cuiusdam Constit. Pij V. *incip. Qua ordini Ecclesiastico* § 4. editæ contra filios clericorum illegitimos dum prohibet Ecclesiasticis personis quoquomodo disponere de suis locis ad fauorem suorum filiorum, quæ in specie non tollit alimenta iure naturali & Canonico quibuscunque filiis debita, nec est verisimile tam pium Pontificem id cogitare voluisse, vnde pietatis, & æquitatis, & rationis lex violaretur, iuxta terminos *d. cap. cùm haberet*, cuius textus dispositio non fuit sublata per dictam Constitutionem Pij V. illa tamen locum haberet quando illegitimi prætenderent sibi aliquid deberi vigore dispositionis factæ virtute priuilegiorum, sententiarum, & indultorum à iure speciali prouenientium, seu ex aliqua patris dispositione dolosa, quando videlicet sub aliquo prætextu, v.g. eleemosynæ, dotis, aut alterius similis niteretur quis ad illegitimorum fauorem disponere, vt eleganter intelligit Rota *decis.* 82. *n.* 9. *&* 10. *apud Farin. in tom.* 2. *suorum consil.*

Sed dubitari poterit an alimenta huiusmodi 52
debeantur temporaliter, vel in proprietatem, an verò transeant, vel non ad hæredes? quicquid sit de iure communi, attento iure Regio Hispano, de quo in dicta *l* 10 *Tauri*, expressè sancitum est quod tales filij possint ad suos hæredes istud quod pro alimentis semel perceperunt, transmittere, & in vita vel morte de eo ad libitum disponere, & facere quicquid velint, vt videre est apud Anton. Gom. *d. l.* 10. *Tauri num.* 42. vbi Tello *num.* 16. & Velasquez *gloss* 3 *num.* 4. *Castill. l.* 19. *Tauri gloss. como quisierin*, Duc. *reg.* 396. Suar. *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 4. *fori*, Corduba de Lara *in l si quis à liberis* §. *item rescripsit num.* 159. *ff de liber. agnosc.* Couar *de sponsal. parte* 2. *cap* 8. §. 6. *num.* 15. *in fine*, Cervantes *d l.* 10. *Tauri num.* 105. Spin. *in speculo testam. glos.* 16. *num.* 05. *cum seq.* Rojas *de successión. cap.* 21. *num* 84. Azeued. *l.* 8. *num.* 5. *&* 36. *cum seqq. tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* Matiens. *d. l.* 8 *glos.* 1 *num.* 3. Surd. *de aliment tit* 5. *quast.* 7. *n* 52. D. Barbos. *in l.* 1. *parte* 4 *num.* 72. *& seq. ff. solut. matr.* Valenzuel. *tom.* 1. *consil.* 10. *num.* 36. Pichard. §. 7. *Instit. de hared. qua abintest. defer. num.* 17. Vasquez *in Opuscul. tract. de testam. cap.* 5. §. 7. *dub.* 14 *fol.* 491. Castill. *dict. lib.* 5. *cap.* 62. *ann.* 88. & præcipuè *num.* 106.

At cui incumbat post mortem patris alimenta 53
huiusmodi filio spurio soluere, similiter dubitari potest, & inprimis hæredi incumbere probat tex. *in l. si quis à liberis* § *item rescriptum ff. de liber. agnosc. l. libertus* §. *Lucius, l. cùm vnus ff de alim & cibar. leg. auth. licet C. de natural. liber. l.* 8. *tit.* 13. *parte* 6. Matieos. *d. l.* 8. *glos.* 1. *num.* 19. Surd. *de alim. tit.* 1. *quast.* 40. *num.* 4. Valenzuel. *d consil.* 10. *num.* 38. *&* 39. Ceuall. *commun tom.* 3 *quast.* 779. *num.* 76. Rojas *in epit. success. cap.* 21. *num* 56. Item testamentario executori, *l. nulli C. de Episcop. & cler.* glos. *verbo ministrum in l. si quis Titio ff. de legat* 2. Surd. *de alimen. tit.* 8. *priuil.* 32. *numer.* 1. *cum seqq.* Pichard. *in d.* §. 7. *Institu. de hared. qui abintest. defer. num.* 17. Et donatario, siue successori omnium bonorum, vel saltem maioris partis illorum, argum. tex. *in l. si quis à liberis* § *fin. ff. de liber. agnosc.* Ripa *in l. si vnquam quast.* 27. *numer.* 71. *& seq. C de reuocan. donat.* Cooar. *de sponsal. parte* 2. *cap* 8. §. 6. *num.* 14. Vasq. *d* §. 7. *dubit* 16 *fol.* 493 Petr. Surd. *de aliment tit.* 1. *quast.* 49. *per tot. & pracipuè num.* 8. ibi. *At non solum donans alendus est cum filijs, vt dixi a donatario quando eget, sed etiam filijs eius spurijs alimenta prastanda sunt à donatario, &* num. *fin.* ibi. *Et aduerte quòd Ripa loquitur de spurijs natis post donationem, qua ratione multo magis procedit decisio in natis ante donationem*, &c. *& quast.* 50. *num* 1. *cum seqq.* Matiens. *d l.* 8. *glos.* 1. *num* 22. Quod adeò verum est, vt si pater filij spurij donauit alicui quintum bonorum in vita sua, habetque legitimos filios, ita quod disponere non potest de alia parte, tunc enim ille, qui accipit per donationem illud quintum, tenetur filium spurium donantis alere, vel

quintum tribuere, quia illa donatio non potuit tollere obligationem naturalem alendi filium, vel illud debitum ex lege, sicut non potest ex illa donatione non extrahi expensa funeris, & hoc existimo verum siue tempore donationis essent nati filij spurij, siue non: ita in terminis Vasquez *d. dubit.* 6.

54 Mouent Regnicolæ aliam quæstionem satis vtilem & necessariam, an scilicet possit pater grauare filium naturalem, vel spurium in quinto bonorum pro alimentis sibi relicto, it avt post eius mortem alteri restituat? In qua multa tradiderunt Anton. Gomez, Tellus Fernandez Matienso, Azeuedus, Parlad. Valasquez de Auendaño, & alij, post quos omnes, Ceuall. *commun. d. quæst.* 779. *num.* 96. cum Ioan. Gatc. *de expens. cap.* 3. *num.* 27. & 54. resoluit pattem, qui centum, vel quintum nomine alimentorum filio spurio donauit, posse fideicommittere, vt post mortem suam aliis restituat, cum lex Taurina contrarium non disponat, & licet dicat posse filium transmittere ad suos hæredes huiusmodi alimenta, id intelligendum erit si libere, absque aliquo grauamine relinquatur, testaturque ita iudicasse Senatum in Regali Cancellaria Pinciana.

Toletana Nobilitatis.

De vi & effectu nobilitatis per Principem, seu ex priuilegio concessæ.

VOTVM XXIII.

1 *Nobilitate cælesti donati sunt, qui sacri Baptismatis aqua abluuntur.*
2 *Nobilitas triplex.*
3 *Nobilitas sanguinis seu gentilitia primo loco collocatur.*
4 *Nobilitas gentilitia definitur quod sit quadam laus veniens de meritis parentum.*
5 *Nobilitas, quæ à virtute propria procedit bono Reip. regimini aptior, & conuenientior est.*
6 *Nobilitas virtutum in magna æstimatione habita est à summis Pont. & SS. Patribus.*
7 *Nobiles propria virtute Reip. vltro inseruiunt, & Principum mandatis obedientes sunt.*
8 *Principes ad publica Reip. officia potius sapientiores quàm nobiliores viros eligere debent.*
9 *Honores Mundi à Principe veluti causa & origine procedunt, & ab eo in subditos, prout illi placuerit, distribuuntur.*
10 *Princeps est qui dignitates facit, & dignitatum habet thesauros.*
11 *Nobilem vere illum dicimus, quem ipse Princeps vult & declarat esse talem.*
12 *Nobilitas prouenit à Principe.*
13 *Nobilitare & honorare quos Princeps vult, est ab omnibus vere pro tali habendus.*
14 *Nobilitatus per Principem gaudebit eisdem prærogatiuis, quibus gaudet nobis sanguine.*
15 *Priuilegium quod amplè, & luculenter hominem nobilitat, & suos descendentes, nobilitat vere in sua substantia ad officia Decurionatus, & ad honores Militiarum ordinum.*
16 *Priuilegium imitatur naturam.*
17 *Paria sunt inesse qualitatem per naturam, vel priuilegium.*
18 *Nobiles ex priuilegio Principis, sed sanguine impuri non gaudent nobilitate, quæ cum puritate sanguinis à statuto requiritur.*
19 *Princeps supplere non potest naturales defectus, nec tollere iura sanguinis, & naturæ.*
20 *Nobilitatis priuilegium non potest naturalem, & innatam qualitatem abradere.*
21 *Defectus ætatis in minore ad aliquem actum, in quo iudicij maturitas requiritur, à Principe etiam ex certa scientia suppleri non potest, licet venia ei cum verbis amplissimis concederetur.*
22 *Puritas sanguinis, quæ ad honores aliquos, & officia publica requiritur, est mere quoddam inuentum à iure gentium proueniens.*
23 *Rex creare potest generosum de plebeio, & nobilitare quemcunque vult, & etiam conferre nobilitatem quam vult.*
24 *Nobilitas nil aliud est quam qualitas illata per Principem, qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostenditur.*
25 *Princeps super iure gentium & positiuo dispensat.*
26 *Princeps statuere potest vt factum pro infecto habeatur.*
27 *Princeps potest maculam impuritatis in radice abradere, & natalibus restituere, ac si de puro & nobili sanguine sic dispensati procreati fuissent.*
28 *Principis voluntas se extendit quatenus eius potestas locum habeat.*
29 *Illegitimitas est quoddam iuris positiui accidentale impedimentum.*
30 *Legitimatio operatur quod veritas, & naturalitas in eis vigens tanquam non impedita ab aliquo accidenti, sed existens in suo vigore, substitutum excludat.*
31 *Illegitimitas totalis, & omnis macula tollitur per legitimationem, nec nepos dici potest ex radice infecta.*
32 *Princeps dispensando non cadit dispensatio super minuendo iure sanguinis, nec super fingendo. Matrimonium vbi non fuit, nisi*

nisi super defectu, & inhabilitate, quam illegitimi patiuntur ex dispositione iuris positiui.

33 *Effectus nobilitatis à iure positiuo concessi, & defectus, quos eodem iure attento incurrit ignobilis, est mera iuris gentium inuentio quos Princeps remouere, & abradere poterit.*

34 *Effectus nobilitatis si naturaliter haberentur, non perderetur nobilitas propter factum, vt quando nobilis efficitur infamis, vel exercet officium vile.*

35 *Nobilitas non est qualitas naturalis, sed phantastica, non substantia, sed attributum, accidentale, variabile, &c.*

36 *Iure positiuo fieri potest vt quod vno modo re vera factum fuit, alio modo factum fuisse videatur.*

37 *Impubes propter defectum naturalem iudicare non potest.*

38 *Nobilitas domi, quomodo intelligatur.*

39 *Nobilis vbique terrarum ille est, qui in propria patria, & Regno talis habetur.*

40 *Nobilitas est merè personalis, non vero localis, nec realis.*

41 *Nobilis vbicunque commoretur, siue in propria, siue in aliena patria, gaudet sua nobilitate.*

42 *Nobilis Sarracenus si liberatus apud nos remaneat post suam manumissionem, gaudebit nobilitate nostra propter suam nobilitatem.*

43 *Nati in Hispania Lusitani, Castellani, Nauarri, Aragonenses, & Valentiniani si nobiles sint, gaudent sua nobilitate in tota Hispania.*

44 *Nobilis Hispanus in tota Hispania in regionibus Regi subditis gaudere debet sua nobilitate.*

45 *Ad gaudendum iure immunitatis Hispania non origo solum, sed domicilium etiam inspicitur.*

46 *Plures nobiles exteri fuerunt in Castella pronuntiati per hidalgos.*

47 *Nobilis in vna prouincia non est habendus nobilis in alia, qualiter intelligatur, ostenditur num. 48.*

MATERIA huius argumenti quoad diuersos effectus in Hispania solet controuerti, & ideo eam sub tribus conclusionibus explicandam duximus.

Conclusio I.

Nobilitas propria virtute acquisita excedit eam, quæ sanguinis dicitur, & à Maioribus procedit.

1 Milsenus *orat. ad Catechum.* & August. *lib. de qualit. anim cap.* 20. omnes aqua sacri Baptismaris ablutos cælesti nobilitate donatos dicunt; & addit. Chrysost. *homil.* 10. *in Genes. Vnam & eandem nobilitatem donauit Deus cum dignatus est omnium pater vocari.* Et idem sentire suo modo visus est Seneca *epist.* 44. dum inquit, *vnum hominum genus, & ab vna matre cuncti, vnum patrem creatorem summum, atque optimum opificem habemus.*

Circunscripta tamen hac nobilitate, quia omnes cum domino coniungimur, omnes fere scriptores triplicem nobilitatem dicunt, primo loco gentilitiam constituunt, secundo eam collocant, quæ propria virtute acquiritur, tertio, quæ Principis priuilegio obtinetur; de quo fusè Tiraq. Ioan. Garcia, Ioann. ab Otolora *in peculiaribus tractatibus de nobilitate*, nec non Vincent. Turturet. *de nobilitate gentilitia*, & Anton. Richard. *de nobilit. communicatiua.* Quod autem primo loco collocatur, ea quæ sanguinis dicitur, & gentilitia solet appellari per tex *in l.* 1. *in princ. ff. de censib. l.* 1. *ff. de iure aur. annu. l. stemmata* 9 *ff. de gradib.* tenent *l.* . *tit.* 6. & *l.* 3. *tit.* 21. & *l.* 4. *tit.* 23 *parte* 2. Cassan. *in catal. gloria mundi p.* 8. *consid.* 8. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 7. *n.* 7. Alphons. Narbona *l.* 14 *glos.* 1. *num.* 91. *tit.* 2. *lib* 6. *noua Recop* Quam Boët. *lib.* 3. *de consolat. philosoph. prop.* 6. sic definit. *Est quædam laus veniens de meritis parentum*, quem sequuntur Otolora *de nobilit. c.* 4. *partis secunda sub num.* 1. & nouissimè Escobar *de purit. & nobilit. probanda parte* 1. *quæst.* 4. §. 5 *num.* 3. *in princ.* Vel secundum alios, est qualitas quædam siue dignitas proueniens à coruscatione clari sanguinis, sumens originem à parentibus, & in liberos legitimos continuata. Card *in clem* 2 *de sentent. excomm.* Cassan. *d. consid* 8. *vers. fin.* Azeued. *ad rub. tit.* 2. *n.* 46 *lib.* 6. *noua Recop.* 2 3 4

Verùm licèt gentilia nobilitas inspecta radice ac principali præsumptione prima ante omnes videatur, nihilominus tamen bono Reipubl. regimini aptior & conuenientior erit, ac magis æstimanda, quæ à virtute propria procedit, nam, vt dicit Cicero, *Satius est enim me meis rebus gestis florere, quàm Maiorum opinione niti, & ita viuere vt sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum.* Idem ferè ait Seneca *lib.* 3. *de benefic. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius.* Et paulo inferiùs. *Quis est generosus? bene à natura compositus, non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus, animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere*, &c. Nobilitatem, quæ virtute constat, solam & veram esse ex Nazianzen. affirmat Sarmient. *select. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 6. 5

Hinc ex Angelo refert hos versiculos hoc idem probantes Tiraq. *de nobil. c.* 4. *n.* 1.

Nobilitas morum plus prodest quàm genitorum.
Nobilitas etenim sola est, qua moribus ornat.

Et Ouidius *lib.* 4. *Tristium eleg.* 3. idem significat
O qui nominibus cum sis generosus auorum,
Exuperas morum nobilitate genus.

Eleganter Euripides apud Stob. *serm.* 44.
Bonus vir mihi nobilis videtur,
Qui verò non iustus est, licèt à patre meliore,
Quàm Iupiter sit, genus deducat,
Ignobilis mihi censetur.

Et Iuuenalis *in* 8. *Satyra.*
Nobilitas sola est, atque vnica virtus.

Illum refert Otolora *de nobilit. parte* 2. *cap.* 5. *in princip. pag.* 67. subdens ibi, *Nobilitatis essentiam virtutem esse, qua nobiles reddit ipsam operantes, iuxta illud Nasonis, Nobilitat virtus animos.*

Hæc

Barbosæ Vota decisiua.

Hæc virtutis nobilitas à summis Pont. & SS. Patribus nimium commendatur, & in magna æstimatione habita semper fuit, vt *in cap. vos qui* 40. *dist.* ibi. *morum nobilitate.* &c. & *in cap. pen. de præbend.* ibi, *virtutum nobilitas*, &c. & apud S Hieronym. ad Cælantiam. *Summa nobilitas est clarum esse virtute*: & refert Cardin Baron. *annal Eccles. tom.* 8. *anno Christi* 600. quòd vera nobilitas non ex sanguine, & carne, sed ex virtute animi accipit formam & claritatem. Nam qui nobilitatem suam ex genere, ac auorum suorum rebus gestis exhaurit, non suam, sed alienam iactat, vt pluribus comprobat D. Ferdinandus Pizarro & Orellana *in supremo Castella Consilio Senator Regius meritissimus in suo discursu legali, & politico fundam.* 3. *ante* §. 1. *pag* 24. *in fine*, quem prælo mandauit post suum tract. *de viris illustribus noui Orbis.* Et optimè depinxit Seneca *in Hercule furente*,

——Nobiles non sunt mihi
Aui, nec alys inclytum titulis genus,
Sed clara virtus: qui genus iactat suum,
Aliena iactat.

Ouidius *lib.* 3 *Metamorph*

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

7 Isti enim qui propria virtute nobilitatem & locum sibi acquisierunt, & multis præmiis condecorati, Reip. vltro inseruiunt, & Principum mandatis prompti sunt, & obedientes, Contarel. *lib.* 1. *de Republ Venet.* Petr. Lenaud. *de priuil. Doctor. parte* 4. *quæst.* 21. *num.* 39. Petr. Bello *de re milit parte* 7. *tit.* 1. *num.* 1. nam remuneratio est Reip. præsidium, vt ait Demosthen. *in orat. aduersus Leptinam. Ea est*, inquit Cicero *in orat. pro A Cacinna, natura nobis innata, vt neque inter flagitiorum impunitates, neque de Republ. bene mereri possimus, nisi fructū aliquem speremus bonæ nostræ voluntatis*; & vt sentit Plinius *in panegyrico ad Traianum*, quem refert Simanch. *de Republ. lib.* 9. *cap* 20. *num.* 15. *Auctis honoribus, augentur animi ad ardua, & insignia opera.*

8 Quare Principes sapientiores semper ad publica Reip. officia plus virtute quam sanguine nobiles indagarunt, vt ex Dionysio Halicarnasso tradit Simanch. *lib* 5. *de Republ. cap* 4. eius verba referens ibi. *Apud nos Magistratus, ac honores deferuntur non ditissimis, non his, qui longiorem Maiorum indigenarum possunt ostendere seriem, sed dignissimis: nulla enim alia re quam virtute hominis nobilitatem constare dicimus*, &c. Addit ad propositum Garc. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 57. *Neque tam homines quam hominum actiones bene constituta Rep. consideranda, ei plurimum tribuendum, cuius in animo virtus est*, &c.

Conclusio II.

Princeps suo priuilegio potest eam nobilitatem concedere, quæ eosdemmet effectus producat, quos gentilitia nobilitas producere potest.

9 CVM à Principe veluti causa & origine procedant omnes Mundi honores, & ab eo in subditos, prout illi placuerit, distribuantur, Ioan. Leceriel *in tract. de primog. concl.* 3. *quæst* 11 *num* 14. Martin. Lauden. *in tract. de Principe quæst.* 540. Petr. Greg. *de Republ. lib.* 6 *cap.* 12. *num.* 5. Ioan. Andr de Georg. *alleg.* 33. *num.* 16. Pelaez *de maior p.* 1. *q.* 51. *num.* 84. Fului. Pacia. *de probat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 33. Escobar *de puritate, & nobil. probanda p.* 1. *q* 4 §. 5. *num.* 10. Princeps enim est qui dignitates facit *l.* 1. 10
C. de Metropoli Beryto, Valenzuela *consil.* 82. *n.* 22. *tom.* 1. Et dignitatum habet Thesaurus, Rimin. iun. *consil.* 5. *num.* 93. *lib.* 1. Ioan. Vincent. de Anna *alleg.* 57. *n* 2. & *alleg.* 140. *n.* 3.

Ideo verè nobilē dicimus, quem ipse Princeps 11
vult & declarat esse talem, Cassan. *in d. catalogo gloriæ mundi p* 8. *consid* 17. Tiraquel *de nobilit. cap.* 6. *num* 1. *cum seqq.* Azeued *ad tit.* 2. *num* 50. *lib.* 6. *nouæ Recop.* Gutier. *pract. lib* 3. *q* 17. *num.* 132. ibi. *Cum nobilitas proueniat a Principe, secundum Paul. de Ca-* 12
stro in l. quoties in fine C. vbi Senat. & inquit idem Paul consil 22. *lib.* 1 *col.* 2. *num.* 2. *in princ. quod illi propriè dicuntur nobiles, qui fuerunt ab Imper. nobilitati, late Tiraq. de nobil cap.* 6. *per tot. præcipue num.* 2. *dubitari de eo non potest, quinimo ille prædicatur esse nobilis, quem ipse Princeps vult, & declarat esse talem, Bald. in l sacrilegy C. de diuers rescript.* &c. Quos enim honorare & nobilitare Princeps 13
vult, est ab omnibus verè pro tali habendus, iuxta illud Esther *cap.* 6 *l. restituendæ in fine C. de aduoc. diuers. indic. l.* 2. vbi gloss. *C. de domest. & protect. lib.* 12. Cassan. *d parte* 1. *consid.* 4. Azeued. *ad tit.* 2. *num* 48 *lib.* 6. *noua Recop* Marc. Auton. Genuens. *in practicab. Eccles quæst* 617. *Ego ipse in collect. ad cap. eam te num.* 4. *de rescript* Quò tendit illud Marci Terentij Equitis Romani in suam defensionem ad Tiberium Imper. dicentis apud Cornel. Tacit. *lib.* 5. *annal Non est nostrum æstimare quem supra cæteros, & quibus de causis extollas, tibi summum rerum iudicium Dy dedere, nobis obsequij gloria relicta est.*

Ex quibus conclusionem in nostris terminis 14
probat Azeued. *ad d. tit.* 2. *num* 63. *lib.* 6. *noua Recop.* ibi *Sed an nobilitatus per Principem gaudebit eisdem prærogatiuis, quibus gaudet nobilis sanguine, ita vt militiam Ordinum habere possit, & officia fidalgorum exercere? Dicendum est quod si Princeps vltra immunitatis ius eum nobilem facit, nulli dubium quin gaudeat eisdem prærogatiuis, imo etsi eum nobilitet, & nobilem faciat (non designando priuilegium hoc nobilitatis, nec restringendo ad aliquam nobilitatem) gaudebit optime priuilegys nobilium*, &c. nouissimè Franc. de Amaya *ad l.* 2. *C si seruus. aut libert. lib.* 10. *num.* 72. vbi pro- 15
bat priuilegium quod amplè & luculenter hominem nobilitat, & suos descendentes vt tales reputentur, nobilitate verè in sua substantia ad officia Decurionatus, & ad honores Militiarum ordinum. Ratio est, quia priuilegium imitatur naturam, Ias. 16
in l. si is qui pro emptore num. 303. *ff. de vsucap.* Socin. *consil.* 1. *num.* 10. *lib.* 1 cum aliis citatis per Escobar *d. quæst.* 4 §. 5. *n* 44. & iuris concessionem, *l. liberos* 18 *C. de collat.* vbi Dec *num.* 6 Valasc. *consil.* 11. *n.* 2. Escobar *d q.* 4 §. 5. *n.* 45. Et paria sunt inesse quali- 17
tatem per naturam, vel per priuilegium, Pelaez *de maior. parte* 1. *quæst* 51. *numer.* 32. & 33. & 63. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 1. §. 1. *num.* 50. & *glos* 35. *num.* 3 *ad fin.* & *num* 48 Azeued. *vbi proximè*, Gutier *pract. lib* 4. *quæst.* 7. *num.* 11. Perez de Lara *de anniuers. & capell. parte* 1. *cap.* 4. *numer.* 97.

Conclusio

Conclvsio III.

Nobilis ex priuilegio Principis in radice, ac si verè & realiter ex nobilibus & sanguine puris parentibus ac auis procreatus fuisset, censetur ad officia publica, & ad quæ statuto nobilitas, & sanguinis puritas requiritur, habilis, & idoneus.

18 CONTRA hanc nostram conclusionem non defuerunt, qui indistinctè teneant nobiles ex priuilegio Principis, sed sanguine impuri, non gaudere nobilitate, quæ cum puritate sanguinis ab statuto requiritur, ex quorum numero sunt Pelaez *de maior. parte* 1. *quæst.* 51. *num.* 62 *cum seqq.* in aliis *à num.* 32 Ioan. Garc. *de nobilit. Hisp. glos.* 1. §. 1. *num.* 50. Azeued *l.* 1 *num* 58. *vers. ex quo infero*, & *numeris seqq. tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ Recop.* latè Gutier. *pract. lib* 4. *quæst.* 7. *num.* 10. *cum seqq.* Perez de Lara *de anniuers. & capell p.* 1 *cap* 4. *num.* 104 Garc. Gironda *de priuileg. explicat. num.* 830. Escobar *de purit. & nobilit probanda p.* 1. *q.* 4 §. 5. *n* 61. *cum seqq.* Ex tribus fundamentis.

19 Primò, quia Princeps supplere non potest naturales defectus, nec tollere iura sanguinis, & naturæ. Bald. *in cap.* 1. §. *notandum*, *qui feud. dare poss.* Roland. à Valle *consil.* 9. *lib.* 2. Gutier. *d. lib.* 4. *q.* 7. *num.* 11.

20 Secundò, quia nobilitatis priuilegium non potest naturalem, & innatam qualitatem abradere, quasi non possit eum effectum in esse productum efficere, ad præteritum enim nulla est potentia.

21 Tertiò, quia defectus ætatis in minore ad aliquem actum, in quo iudicij maturitas requiritur, à Principe etiam ex certa scientia suppleri non potest, licet venia ei cum verbis amplissimis concederetur, gloss. *verbo indulgere in l.* 2. *C. de ys, qui ven. æt. impetr* Roder. Xuar. *alleg.* 12. *num* 6. *col.* 3 *ad fin* Cald Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum num* 42. *vers. qua sententia C. de in integ. restit. minor.* Petr Barbosa *in l. cùm prætor* § *fin. ff. de iudic. num.* 50. vbi reddit rationem, quia contra iura naturalia Princeps dispensare non potest, §. *sed naturalia Instit. de iure natur.* patitur enim infans defectum naturæ *l quidam consulebant, in princ. ff. de re iudic.*

22 His tamen non obstantibus vera est nostra conclusio, quæ sequenti syllogismo euidenter probatur. Puritas sanguinis, quæ ad honores, & officia publica requiritur, est merum quoddam inuentum à iure gentium prouenieus, seu prohibitio quædam, quam ipsæ Gentes, seu Princeps respectu aliquo introduxerunt. At qui Princeps potest ius hoc abradere, mutare, & alterare, seu leges suas irritare & reuocare quoad effectus productos, & producendos, ita vt amplius nulli ex suis subditis obstare possint. Ergo fit consequens eam esse Principis potestatem vt possit dispensando in radice delere, ac reuocare omnia damna quocumque iure humano inde incursa, ac in eum statum homines constituere, quem haberent si ex puro sanguine nati fuissent.

23 Maior patet ex *l.* 6. *tit.* 17. *part.* 2. ibi. *Pudeles dar honra de hijodalgo a los que no le fueren por linage*, &c. vbi Greg. Lop. *gloss.* 1. resoluit *Regem creare posse generosum de plebeio, & quod potest nobilitare quemcunque vult, & etiam conferre nobilitatem, quam vult*, &c. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 1. § 1. *num.* 50. Gutier. *pract. lib* 3. *quæst.* 14. *num.* 11. ibi *Nobilitas enim nihil*
aliud est quam qualitas illata per Principem, qua quis 24
vltra honestos plebeios acceptus ostenditur, secundum Bart. in d. l. 1 *num.* 62 *in princ. C de dignit. lib.* 12. & *alios plures, quos refert & sequitur Decian. consil.* 66. *n.* 1. *lib.* 3. *vbi cum Bald. & alys, quod Princeps, quem vult nobilitat.*

25 Minor euidenter probatur ex tex. *in cap. proposuit*, ibi. *supra ius dispensare*, *de concess. preb.* Menoch *consil.* 157. *num.* 11. *Sayr. in claui Regia lib.* 3. *cap* 10. *num.* 6. *Ego ipse de iure Eccles. vniuerso lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 96. & sic cùm nobilitatis effectus à iure positiuo deriuentur, bene poterit Princeps illos abradere etiam quoad præteritos ex tunc quando ius siue lex disposuit, ac si illa nunquam edita fuisset, ex resolutis per Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 7. 26
num. 4. Potest enim Princeps statuere vt factum pro infecto habeatur, gloss. *verbo pro infectis in cap. quanto, de translat. Episcopi*, Tiraquel. *de iure constituti parte* 3. *limit.* 7. *num.* 47. Cald. Pereira *in resp. pro Sebastiano Limpo n.* 43. Card. Tusch. *pract. concl. lit. P. concl.* 49 *n.* 2. & ad propositum Gutier. *d. q.* 7. *n.* 18.

27 Consequentia bene infertur. Maximè si Princeps in radice nobilitatem concedat, restituendo natalibus, vt *in l.* 2. *ff. de natal. restituen.* ibi, *hic enim quantum ad totum ius pertinet*, &c. quam ad hoc propositum allegat Gutier. *d. q.* 7 *num.* 17. *vers. secundum*; & in puncto quod possit Princeps maculam impuritatis in radice abradere, & natalibus restituere ac si de puro & nobili sanguine sic dispensati procreati fuissent, resoluunt Tiraq. *de nobilit. c.* 6. *n.* 3. Pelaez *vbi supra n.* 81. *cum seqq.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *c* 26 *n.* 33.

28 Et tanto magis procedit conclusio si in concessione, vt in nostro casu, Princeps vtatur verbis generalissimis, atque amplissimis, quia Principis voluntas se extendit, quatenus eius potestas locum habeat, vt eleganter aduertit Tiraquel. *d. q.* 7. *n.* 17. *prope fin.* & exemplificat Otalora *de nobilit. parte* 3. *cap.* 6. *pag.* 112. ibi. *Item facit alia ratio, quæ videtur satis vrgens: nemini dubium est quod ex priuilegio Principis potest quis acquirere ius nobilitatis, vt est notum, & infra suo loco latè dicemus, sed in talibus priuilegijs fortior clausula, quæ ponitur à Principe, est. Os hazemos hijodalgo notorio de deuengar quinientos sueldos segun fuero de España, bien assi como si de vuestro linage y nacimiento ouierades la dicha hidalguia; o bien assi tan cumplidamente como si por sentencia definitiua de uuestros Alcaldes de hijodalgo, oido el mi procurador fiscal y, el procurador del Concejo fuessedes pronunciado por tal. ergo patet quod tam ex stirpe, & progenie, quam ex sententia potest quis esse nobilis radicitus, & essentialiter, & habere nobilitatem natiuam & datiuam in proprietate considerabilem sine possessione*, &c. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 133. ibi. *Ille enim est nobilis, quem lex, aut Princeps appellat esse talem, præcipue si sciens illius conditionem hoc fecerit, latè Tiraquel. de nobilit. cap.* 6 *numero* 24. & *cap.* 10. *diximus supra hac eadem l.* 8 *quæst.* 1. & *tradit Decian cum alys consil.* 66. *num* 1. & 2. *lib.* 5. *quæ omnia multo magis, & à fortiori procedunt in verbis tot ac tot legum non otiosè duplicatis ac supplicatis ad enarrationem, ac eruclandam illius rationis nobilitatem*, &c.

29 Idem videmus in illegitimo à Principe dispen-

sato, vt censeatur ac si legitimus esset, omnium honorum, præeminentiarum, & successionum capax: cum enim illegitimitas sit quoddam iuris positiui accidentale impedimentum, *auth. quibus modis natur. effic. sui, in princip. vers. natura, collat.* 7. & ius positiuum Principis voluntati subiiciatur, vt supra diximus, sit consequens bene potuisse Principem tale impedimentum remouere; nam
30 legitimatio, vt præclarè ratiocinatur Pereg. *de fideicom.art.23.num.*19. operatur quòd veritas & naturalitas in eis vigens tanquam non impedita ab aliquo accidenti, sed existens in suo vigore, substi-
31 tutum excludat, &c. optimè Torniel. *consil.* 83. *num.* 17. ibi. *Quia per legitimationem aboletur omnis macula, & tollitur totalis illegitimitas, nec nepos dici potest ex radice infecta*, &c.

32 Et tanto magis, quia Princeps dispensando non cadit dispensatio super minuendo iure sanguinis, nec super fingendo matrimonium, vbi non fuit, nisi super defectu, & inhabilitate, quam illegitimi patiuntur, ex dispositione iuris positiui; sic eodem modo concedit Princeps vt quis admittatur tanquam purus, etsi puritatem non habeat, & maculatus existat per aliquod statutum, vel legem humanam, qua destructa, & abrogata, cui vt fundamento impuritas, & incapacitas inde prouenієns innitebatur, totum corruit, iuxta vulgaria iam per me citata *de Axiom. iuris vsu freq. Axiom.* 103.

33 Qua opinione retenta non obstant, quæ in contrarium adduximus, nam ad primum, quòd Princeps non potest defectus naturales supplere, nec iura sanguinis tollere, libenter agnoscimus totum; at respondemus effectus nobilitati à iure positiuo concessos, & defectus, quos eodem iure attento incurrit ignobilis, esse meram iuris gen-
34 tium inuentionem, quos Princeps remouere & abradere poterit, iuxta supradicta, quia si naturaliter hæc haberentur, non perderetur nobilitas propter factum, vel delictum, cùm aliàs licèt quis sit natus, & possit nasci nobilis ex claris parentibus, propter delictum, vel factum proprium possit priuari vsu nobilitatis, vt quando efficitur infamis, prout *in l.* 1. *C. de dignitat.* vel exercendo officium vile, vt *in l. maximarum C. de excus. mun.* aduertit Otalora *de nobilit. parte* 3. *cap.* 6. *vers. nec obstant pag.*112. Azeued. *ad tit.*2.*num.*37.*lib.*6. *noua*
35 *Recop.* Gutier. *d.lib* 3.*quæst.*14.*num* 16. vbi ait quòd nobilitas non est qualitas naturalis, sed phantastica, non substantia, sed attributum accidentale, variabile, &c

36 Ad secundum bene respondet, & plene satisfacit Gutier. *d.quæst.*7. *num.*18 ibi *Quod licèt ad præteritum non sit potentia, & quòd semel factum est, infectum fieri non possit, l. in bello §. factæ ff. de captiu. & postlim. reuers. iure tamen positiuo fieri potest vt quod vno modo re vera factum fuit, alio modo factum fuisse videatur. vt fingitur quoad omnes iuris & facti effectus etiam mixtos, vt per Bart. & Doctor in l.* 1. *§. si is qui pro emptore ff de vsucap. l. postliminiy ff de captiu. & postlim reuers. & probatur in Clem. vnic. de immun. Eccles. ibi, quicquid ex eis sequutum est, vel ob eas, penitus reuocamus, & eas habere volumus pro infectis*, &c.

37 Ad tertium patet responsio, quia in minore defectus ætatis quoad ea, quæ requirunt iudicij maturitatem, in iudicando scilicet, est iuris naturalis, aut saltem fundatus in ratione iuris naturalis, quia adhuc stabilem mentem non est adeptus ob infirmitatem intellectus, vt est text. *in l.fin C. de r.stam. milit.* & sic ista prohibitio descendit ab ipso iure naturali, ex *d. l. cùm prætor.* Vnde cùm natura repugnet quod iste possit iudicare, vel alios actus facere, qui maturitatem iudicij exigunt, bene infertur non posse hoc casu Principem contra defectum naturæ dispensare, Innocent. receptus *in cap. suscitatus, de rescript.* Bald. *in l.honorum num.*4. *C.qui admitti*, D.Barbosa *in d. l. cùm Prætor. §. final. num.* 62. latè Magdalen. *de numero testium in testament. requisito parte* 2. *cap.* 4. *num.* 6 *cum multis seqq.*

Conclvsio IV.

Nobiles ex priuilegio Regis Portugaliæ in radice, ac si parentibus verè nobilibus, & sanguine puris procreati fuissent, debent eadem nobilitate, & sanguinis puritate gaudere in his Castellæ & Legionis Regnis, alijsque ditionibus eidem Regi subiectis.

Vincent Turturet. *de nobilitate Gentilitia lib.* 2. 38
*cap.*8.*prope fin.* ait quasi in prouerbium abiisse. Nobilitas domi, cuius sensum eoniorum Aristotel. *in politicis* explanat, nimirum multos esse domi suæ nobiles, qui foris tamen sint obscuri; duplicem enim distinxit familiæ nobilitatem, aliam quæ sit ex omni parte absoluta; aliam, quæ domi tantum locum habeant: nam peculiares gentium mores, & instituta nobilem aliquem efficient, qui apud externos, apud quos alia nobilitatis ratio habeatur, plebeiis ordinibus adscribetur: exemplo sit mercatura, & medicina, quæ artes honestæ alibi habentur, sordidæ alibi reputantur.

Verùm magis recepta apud omnes censetur illa 39
sententia, quæ dicit vbique terrarum nobilem illum, qui in propria patria, & Regno talis habetur, his potissimum fundamentis.

Primò, quia nobilitas est merè personalis, non 40
verò localis, nec realis *l.* *tit.*11.*parte* 2. Otalora *de nobilit.parte* 2. *cap.*5. *vers. prima iuris ratio*, Gu-
tier *pract. lib* 3. *quæst.*13. *num.*95. ibi. *Ideo vbicunque* 41
nobilis commoretur, siue in propria, siue in aliena patria, gaudet sua nobilitate, cùm eius persona cohæreat, nec possit renunciatione, vel ciuitatis mutatione, vel amissione perdi, &c. Garc. *de nobilit. glos.*7. *num.* 17. ibi. *Quia in Hispania nobilitas non amittitur, ac perditur, & acquiritur de nouo, sed est merè personalis*, &c.

Secundò probatur ex doctrina Bart. *in l.*1. *col* 8.
C.de dignitat. lib. 12. vbi dicit quòd nobilis Sarra- 42
cenus captus à nobis, & postea manumissus, & liberatus, si apud nos remaneat post manumissionem, gaudebit nobilitate nostra propter suam nobilitatem, referunt & sequuntur Otalora *d. parte* 2. *cap.*5. *pag.*68. *col* 2. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 7. *n.*19 Gutier.*d.lib.*3 *q.* 4. *n.*98

Tertiò licèt non deessent qui dubitarent an no- 43
stri in Regnis extraneo Principi subiectis sua gaudeant nobilitate, nihilominus certum est nos quicunque simus siue Lusitani, siue Castellani, Aragonenses, Valenciani, siue Nauarri & quilibet alij, eadem nostra per totam Hispaniam nobilitate frui debere, vt bene resoluit Baëz. *de inope debitore creditori addicendo cap.*16. *num.* 112. ibi. *Sed his non obstantibus*

obstantibus certò exterus nobilis apud Lusitanos, vel Aragonios, vel vbiuis terrarum, dum tamen in Hispania natus, non est ob æs alienum premendus carcere, nec ad solutionem tributorum cogendus, nam priuilegia, quibus fidalgui gaudent, non sunt concessa fidalguis Castellanis, sed fidalguis totius Hispaniæ; Lusitani autem, & Aragony, & Nauarri Hispani sunt, ita probatur in l. 2. tit. 2. lib. 4. Ordin. l. 2. tit. 2. lib. 6. noua Recop. inquit lex. *Queriendo guardar la franqueza que han los fijosdalgo de Castilla, y de las Españas,* &c. Et paulo inferiùs. *Ex quo infertur hos nobiles, qui fidalgui appellantur, disseminatos esse per totam Hispaniam, & l. 2 tit. 2. lib. 4. Ordin dicit vt seruentur immunitates non solum fidalguis Castellanis, sed etiam fidalguis Hispanarum, scilicet incolentibus vlteriorem, & citeriorem Hispaniam, & licèt ea lex sit condita à Castellano Rege, potuit Rex Castellanus immunitatem donare fidalguis, qui extra Castellam sunt,* &c.

44 Sequitur Gutier. *d. lib 3. quæst. 17. num.* 139. ibi. *Præterea quia, vt latè probat Baeç. de inope debit. cap. 16. num. 111. cum seqq. Nobilis Hispanus in tota Hispania in regionibus Regi subditus gaudere debet sua nobilitate, dum tamen in Hispania natus sit, itavt seruentur immunitates non solum fidalguis Castellanis, sed fidalguis Hispaniæ, scilicet incolentibus vlteriorem, & citeriorem; quia priuilegia per nostras leges Regias concessa nobilibus, non solum fidalguis Castellanis concessa sunt, sed fidalguis totius Hispaniæ; ergo his gaudere debent hos fidalgos Lusitanos, Aragonezes y Nauarros,* &c.

45 Quartò, quia ad gaudendum iure immunitatis Hispanæ non origo solùm, sed domicilium etiam inspicitur, Otalora *d. parte 2. c. 5. n. 24.* Gutier. *d. lib. 3. q. 14. n. 90.*

46 Quintò, quia ita praxis obseruat, vt affirmat Gutier. *d. lib. 3. quæst.* 14. *num.* 96. ibi. *Et ita meritò iuxta hanc partem affirmatiuam, quam tuemur, plures nobiles exteri fuerunt in hoc Regno pronuntiati por hidalgos, y an sacado cartas executorias de hidalguia, como lo confiessa Otalora,* &c.

47 Non obstat communis illa assertio, de qua in principio huius concl. quòd scilicet qui est nobilis in vna prouincia, non est necessariò habendus nobilis in alia, Bart. *in l. 1. num. 61. & 63. C. de dignit. lib. 12.* Bald. *consil.* 187. *col. 1. lib. 1.* Baëc. *d. cap. 16. num.* 108. Otalota *d. parte 2. cap. 5. num. 12. cum seqq.* Ioan. Garc. *d. glos. 7. num. 12.* Gutier. *d. lib. 3. q. 4. num.* 85.

48 Cui obiectioni optimè respondet Baëc. *d. c. 16. n. 115.* ibi. *Non obstant ex aduerso prolata, primò non obstat quòd nobilis in vna prouincia non est nobilis in alia, non enim ita simpliciter loquuntur Doctores, sed dicunt quòd cum vary sint gentium mores, nonnunquã, qui apud Italos habetur nobilis, non habetur nobilis apud Gallos; nimirum mercatores in aliquibus Italiæ regionibus non habentur ignobiles, & apud Hispanos habentur ignobiles, nimirum mos regionis tribuit, vel adimit nobilitatem, at fidalgui nobiles habentur non solum Castellæ, verum etiam Lusitaniæ, Aragoniæ, & Nauarra, denique per vniuersam Hispaniam hæc vera & solida nobilitas habetur,* &c. & *num.* 116. alteri respondet fundamento contrariæ opinionis, dum habet quòd Lusitani ad dignitates & beneficia Castellæ non promouentur, eo quòd illorum incapaces sunt, quòd scilicet Rex Castellæ *in d. l. 2.* voluit vt fidalguis totius Hispaniæ seruaretur sua immunitas.

Astoricen. remissionis.

Iurisdictionis præuentio ex quibus inducatur, & Ordinarius quando possit causam in prima instantia ad Superiorem remittere?

VOTVM XXIV.

1 *Facti series proponitur.*

2 *Iudicium & instantia in causis criminalibus tunc fieri dicitur quando reus accusationi & culpæ, vbi de ea sibi copia fit, respondet.*

3 *Responsio, quam reus in causa criminali facit ad interrogationem Iudicis, inducit litis contestationem.*

4 *Præuentio ex eo dicta est quod quis anteuenit ad aliquid, & id præoccupauit priusquam alius, qui eandem rem, si diligentior fuisset, occupare potuisset.*

5 *Præuentio datur inter duos Iudices qui æqualem seu diuersam, vel accumulatiuam iurisdictionem obtinent.*

6 *Adiunctorum iurisdictio non est accumulatiua, nec priuatiua, nec diuersi fori, sed aggregatiua, communis, & simultanea.*

7 *Beneficium ad simultaneam Episcopi & Capituli prouisionem spectans, non potest Episcopus sine Capitulo, nec Capitulum sine Episcopo conferre.*

8 *Causæ præuentio non inducitur ex Rei examine, nisi in eo confiteatur delictum.*

9 *Iurisdictio non præuenitur per solam inquisitionem.*

10 *Reus si fuit ab vno Iudice carceratus, & ab alio citatus; præuenire dicitur Iudex, qui citare fecit.*

11 *Capturæ ratione non præuenitur iurisdictio, sed vigore actus iudicialis.*

12 *Litis pendentia vt inducatur, necessaria est litis contestatio.*

13 *Excarceratio cum cautione nullam inducit iurisdictionis præuentionem, si de illa aliunde non constat.*

14 *Instantia perempta omnia acta pertinentia ad litis ordinationem pereunt, vt sunt libellus, litis contestatio, & similia.*

15 *Instantia perempta ita remanet reus absolutus vt non possit amplius molestari, & in carcerem reduci, neque fideiussor obligatur ad repræsentandum.*

16 L. si quis posteaquam ff. de iudic. *procedit quando forum mutatur in fraudem primæ iurisdictionis, & causæ pendentis.*

17 *Exemptio non præsumitur in dubio acquiri in fraudem iurisdictionis.*

18 l. si quis posteaquam *procedit quando mutatur forus, & diuiditur continentia causæ.*

19 *Exemptio etiam ad causas pendentes prodest quando adest certa scientia in concedente.*

20 *Priuilegium non affectatum, sed Principis motu proprio concessum, prodest etiam ad litem iam cœptam transferendam.*

21 *Episcopus recusatus potest causam in prima instantia remittere ad Nuntium, vel Legatum Apost.*

22 *Prohibentis conditio melior est in re communi.*

23 *Ius quando est complicatum inter duos, aut plures, vnius renunciatio nihil operatur in præiudicium cæterorum.*

24 *Ordinaria iurisdictio fauorabilis & naturalis est.*

25 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis, & inseparabilibus.*

26 *Episcopus non potest in prima instantia causam ad Nuntium remittere, nisi ambæ partes consentiant.*

27 Cap. cùm speciali 61. de appellat. *declaratur.*

28 *Sententia posterius exactius examinata censetur.*

29 *Doctori per distinctionem materiam resoluenti plus creditur quàm multis perfunctoriè de illa loquentibus.*

30 *Opinio illa, quæ minus partibus onerosa est, & per quam magis illis consulitur, absque dubio debet præferri.*

31 *Ordinarius recusatus ad hæc vt possit vti facultate sibi concessa* in cap. cùm speciali 61. de appellat. *quæ requirantur, ostenditur.*

32 *Episcopus sine recusantis consensu causam delegare potest, quia recusantis consensus non requiritur præcisè, & necessitatiuè, sed causatiuè.*

33 *Dictio,* vel, *quando subiecta materia id postulat, importat ordinem.*

34 Cap cùm speciali 61. de appellat. *quatenus concedit Ordinario facultatem remittendi causam ad Superiorem, procedit dummodo prius recusationis articulus verificatis verificandis sit absolutus.*

35 *Ablatiuus absolutus formam, & conditionalem dispositionem inducit.*

36 *Dispositio non habet locum, nisi id, quod præsupponit, verificetur.*

37 *Ordinarius suam conseruat iurisdictionem dum discutitur super articulo recusationis, & illius causæ probantur, & tantum illius exercitium interim suspenditur.*

38 *Iudex à se abdicare Ordinariam iurisdictionem non potest, nec vt sapientem consulat causam alteri transmittere valet.*

39 *Causa remittendi in dubio præsumitur vitiosa & affectata.*



VIDAM N. Clericus Astoricen. de certis criminibus coram Ordinario suo accusatus, & carceribus Episcopalibus mancipatus, effectus est deinde illius sanctæ Ecclesiæ Canonicus, & petiit causam huiusmodi cum Adiunctis à Capitulo deputatis per Episcopum cognosci & decidi debere, iuxta dispositionem Concilij Trident. *sess. 25. de reform. cap. 6.* allegando insimul in præiudicium primæ instantiæ non potuisse Ordinarium eandem causam Nuntio Apost. remittere, contra aliud decretum eiusdem Concilij *sess. 14. de reform. cap. 20.* 1

Sed causa semel atque iterum proposita fuit ad fauorem Canonici pronuntiatum, nam licet à principio coram Ordinario instructa videretur, & clericus nondum Canonicus creatus, accusatus, carceratus, examinatus super delicto, & cum iuratoria cautione è carceribus per illum relaxatus, proponatur, ac proinde præuenisse Ordinarium videatur, iuxta text. *in l. si quis posteaquam, & in l. vbi cœptum ff. de iudic. & l. 12. tit. 7. parte 3.* cum similibus; nihilominus ex facto contrarium deprehenditur, quia certum est in iure nostro iudicium & instantiam incipere à litis contestatione, quæ in causis criminalibus tunc fieri dicitur quandò reus accusationi, & culpæ, vbi de ea sibi copia fit, respondet, nam huiusmodi responsio, quam ipse facit ad interrogationem iudicis, inducit litis contestationem, ex Farin. *in praxi crimin. p 1. quæst 10. n. 55.* hîc autem nihil tale factum fuit, eo præcipuè modo, quo actum refertur. 2 3

Nam quod dicitur de præuentione Ordinarij respectu Adiunctorum, non potest procedere, cùm ipsi in N. vti clericum, & antequam esset Canonicus, nullam iurisdictionem haberent, ex eo enim dicta est præuentio quod quis anteuenit ad aliquid, & id præoccupauit priusquam alius, qui eandem rem, si diligentior fuisset, occupare potuisset, vt scitè tradidit Bart. *in l. si pluribus. vers. duo ergo ff. de legat.* 1. cuius sententiam omnes sequuntur, Riminald. *consil 95. num. 40. volum.* 1. in specie Rebuff. *de pacificis possessor. num. 407.* & solùm inter diuersos iudices præuentio datur, qui æqualem seu diuersam, vel accumulatiuam iurisdictionem obtinent, sicut videmus in casibus mixti fori, & tunc præueniens præoccupat causam, & solus de ea cognoscit, vt per *l. 1. de offic. Consul. & cap. cùm plures, de offic. deleg. in 6.* tenent Alex. *in l. pen. in princ. num. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.* Roman *consil. 412. num. 4.* Corn. *consil. 66. num 1. lib. 1.* Boer. *in consuet. Bituricens. rub. 2. §. 3. in princ.* Bero. *consil. 12. num. 26. & 41. lib. 1.* Cabed. *decis. 142. num. 2. parte 1.* Coniudicum autem, siue Adiunctorum iurisdictio non est accumulatiua, nec priuatiua, nec diuersi fori; sed aggregatiua, communis, & simultanea, quæ talis dicitur quando iudici causæ adiungitur alius iudex vt simul procedant, & tunc vnus sine alio non potest etiam substantialia iudicij expedire sine alio, vt per Sigisin. Scaccia *de iudic. cap. 66 num. 4. lib. 1.* ex Bald. *in auth. habita num. 32. C. ne filius pro patre,* itavt Episcopus 4 5

sine

7 sine Adiunctis, & Adiuncti sine Episcopo cognoscere non valeant, prout etiam in collatione beneficij simultaneè Capitulo, & Episcopo competente, ipse Episcopus sine Capitulo, & Capitulum sine Episcopo conferre non potest, Feder. de Senis *consil. 132. in fine, vers. sed subsequenter*, Nauarr *co fil. 36 n. 2. de Regul.*

8 Nec examen super delicto ab Ordinario factū, inquisito, carceratio, & excarceratio ipsius Ordinarij ostendunt indicium coram eo cœptum, aut saltem voluntatem præueniendi in cognitione; quia si de examine agamus, vt ex illo induceretur causæ præuentio, necessarium erat quòd N. confiteretur in eo delictum, ex Bart. *in l. si domus §. in pecunia ff. de legat.* 1. quem ibi sequuntur Castan. & Alexand. ac Ias. *num* 6. de qua confessione nullibi constat.

9 Si verò de inquisitione sermo sit, certum est quòd per eam solam non præueniatur iurisdictio, vt pluribus adductis resoluit D. Barbos. *in d. l. si quis posteaquam, ff. de iudic. à num* 49. vsque ad *num.* 90. vbi plura ad propositum conducibilia confert, scilicet *num.* 51. quòd per examinationem testium factam ad informandam Curiam non dicitur præuenta iurisdictio, & *num.* 52. quòd sola inquisitio absque citatione non præuenit iurisdictionem, & *num.* 57. quòd vt detur præuentio, debet incipere inquisitio, requisito & citato eo, contra quem inquiritur, & *num.* 59. quòd hoc casu debet citatio fieri ad respondendum in causa, nam si fiat ad alium effectum, non dicitur præuenta iurisdictio, & *num* 61. quòd vt in inquisitione per citationem videatur præuenta iurisdictio, oportet quòd citatio sit decreta ad requisitionem partis de mandato iudicis, & quod exprimatur causa ob quam citatur, de quo etiam videndus Bossi. *tit. de inquisit. num.* 18. 70. & 71. vbi per plura concludit omnia ante citationem legitimam esse extraiudicialia, & tanquam ad instructionem Curiæ, ideoque per eam non dici præuentam iurisdictionem.

10 Quod autem fuerit carceribus mancipatus nihil releuat, quia per capturam non inducitur præuentio, nisi eam præcedat aliquis actus iudicialis, vnde si reus fuit ab vno iudice carceratus, & ab alio citatus, præuenisse dicitur iudex, qui citare fe-

11 cit, vt pluribus in id relatis resoluit idem D. Barbos. *vbi suprà num* 70. *cum tribus seqq.* & sic non præuenitur ratione capturæ solùm, sed vigore actus iudicialis, veluti citationis illam præcedentis: ex quibus manet Episcopum non præuenisse, & à fortiori nec litis pendentiam induxisse ex dictis

12 actibus, ad quam inducendam videtur necessaria litis contestatio, de quo videndus Mynsinger, *lib.* 4. *obseru.* 16. Osvvald. Illiger qui alios refert *in notis ad Donell. lib.* 17. *c.* 12. *lit. C.*

13 Et quantumcunque excarceratio cum cautione fuerit per Episcopum facta, nihilominus cùm per illam remanserit N. à culpa absolutus, de qua tunc imputabatur, nulla exinde præuentio prouenire potuit, vt in terminis resoluunt Bossi. *tit. de sentent. num* 62. Iul. Clar. *§ fin. quæst.* 64. *vers. pariter etiam*, Brunor. à Sole *quæst.* 17. *post num.* 10. quam practicam in Vrbe, & in toto Statu Ecclesiæ testatur communem, & sequitur Farin. *in praxi criminal. quæst.* 4. *num* 25. & sic quamuis coram Episcopo prius facta fuisset instantia, iam extincta esset, itaut pendentia illius litis opponi amplius non posset, Rota Genuens. *decis.* 13. *num* 6. Thom. Mi-

14 nad *decis.* 5. quia instantia perempta, omnia acta pertinentia ad litis ordinationem pereunt, vt sunt libellus, litis contestatio, & similia, prout in specie Bart. *in l. cum lite mortua ff. iudicatum solui*, Specul. *in tit. de Iudice deleg. §. restat. vers. sed numquid omnia*, Bald. *in l. cum antea, circa fin. Cod. de arbitr.* Alex. *consil.* 58. *volum.* 2. Afflict. *decis.* 148. Marta *de iurisd. parte 4. casu* 14. *num.* 7. vbi inquit quòd per lapsum instantiæ, iurisdictionis præuentio expirat, quia finiuntur acta ordinatoria, ergo nouam inchoando debet proprium rei Iudicem adire: vnde 15 instantia taliter consumpta remansit, ita vt non potuerit ita semel absolutus, iterum molestari, & in carcerem reduci, neque eius fideiussor teneretur eum repræsentare, non obstante *clausul. toties, quoties*, in cautione posita, vt in terminis tradit Farin. *d. p.* 1. *q.* 34. *n.* 64.

Quibus non obstat regula dictæ *l. si quis posteaquam*, quia multipliciter respondetur, & primò 16 quòd eius decisio procedit quando forum mutatur in fraudem primæ iurisdictionis, & causæ pendentis, vt notatur per text. *in l. hos accusare, vers. item Magistratum ff. de accusat.* ibi, *dum non retractandi causa abest, l. si quis Decurio C. ad leg. Cornel. de falsis*, ibi, *ad eludendam quæstionem, l.* .. *C. qui militare non possunt lib.* 12. ibi, *qui litis causa militiam appetierint*, &c. *l. si maritus §. legis ff. de adulter.* resoluunt Plaç. Mascard. Clar. & alij, quos refert & sequitur Farin. *quæst.* 8. *num.* 104 & 105. Couar. *pract. cap.* 32. *num.* 4. *vers. prima conclusio*, Gutier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 1. *cum seqq.* Sierra *in repet. Clem.* 1. *de vita, & hon. cleric.* Marta *de iurisd. parte* 4. *casu* 121. Hic autem nulla in fraudem mutatio fit, 17 nec in dubio præsumitur acquiri exemptionem in fraudem iurisdictionis, vt docuit Albet. *de statut. p.* 3 *q.* 41. *infra*, Farin. *d. q.* 8. *n.* 110.

Secundò respondetur *d. l. si quis posteaquam*, procedere quando mutatur forus, & diuiditur continentia causæ, quod in præsenti casu cessat, cùm in 18 eo forus, aut Tribunal non mutetur, sed idem remaneat simul, cum Adiunctis, vt *in d. cap.* 6 *sess.* 25. & vt optimè ad nostrum propositum dixit Marian. Socin. *in cap. proposuisti n.* 49 *de foro comp.* non mutatur forus, sed additur futus foro.

Tertiò respondetur non procedere, vbi exem- 19 ptionis priuilegium non solùm in fraudem habitum non fuit, vt iam diximus, sed etiam motu proprio, vel ex certa scientia concedentis, obtentum; quando enim adest certa scientia in concedente, prodest exemptio etiam ad causas pendentes, vt per text. *in l. idem Vlpianus* 11. *§* 1. *ff. de excusat. tutor.* ibi, *sunt alij, qui quamuis sint iam tutores, aut curatores, in perpetuum deinceps onere liberantur, vt qui domicilium aliò mutare ex Imperatoris rescripto consequuti sunt, si modò Princeps norit eos tutores esse*, &c resoluunt Ruin. *consil* 317. *num.* 11. Ias. *in l. cum quadam puella num.* 9. *ff. de iurisd. omn. iudic.* & ibidem Alex. *num.* 7. & Cagnol. *num.* 16 Grammat. *decis.* 30. *num.* 12. testantur communem multi relati ab Anton. Gabr. *lib.* 1. *commun. tit. de iudic. conclus.* 4. *num.* 10. Osvvald. Illiger. *in notis ad Donell lib.* 17. 20 *cap.* 18. *lit. B.* ibi. *Planè priuilegium non affectatum, sed Principis motu proprio concessum, prodesse etiam ad litem iam cœptam transferendam*, &c. Cabed *p.* 1. *decis.* 24. & 25. quibus integris, & formalibus decisionibus hanc sententiam plenissimè fundat, & resoluit, idem etiam multis adductis tenet Ioan. à Cochier *de iurisd. Ordinary in exemptos tom.* 1. *p.* 2. *q.* 16. & latè disputando D. Barbos. *in d. l. si quis posteaquam n.* 114 *cum seqq.*

Verùm quod attinet ad secundam partem de 21 remissione facta per Ordinarium ad Tribunal

Nuntij Apost. pro eius validitate duo ponderantur, primum quod licet decreto Concilij Trident. *sess.24.de reform cap.* 20. interdictum fuerit omnibus, superioribus etiam Nuntiis Apost. Metropolitanis, Legatisque de latere, quaslibet causas in prima instantia audire, itavt solis Ordinariis earum cognitio omnino relinquatur, nihilominus tamen minimè illis expressè prohibetur ne eas valeant ad Superiores præfatos remittere, quando sibi pro qualitate negotij opportunius videbitur conuenire. Secundum quòd stante recusatione Episcopi, ipse bene potuit causam ad dictum Tribunal Nuntij Apost. remittere, per text. *in cap. cùm speciali 61. de appellat.* ibi. *At ipsa probata legit vt de recusatoris assensu persona idonea committat negotium recusatum, vel ad superiorem transmittat*, &c.

22 Sed his non obstantibus verior sententia est, quæ nullitati remissionis fauet propter expressum decretum Concilij Trident. *in d. cap.* 20. Ad primum enim obiectum facilis est responsio; si consideremus Episcopum in hoc casu vel remittere totam negotij cognitionem, & iurisdictionem, vel partem sibi competentem: si de totius iurisdictionis remissione agamus, id fieri non potest cùm sit indiuidua & communis cum Adiunctis, qui remissionem impugnant, cùm in re communi melior sit conditio prohibentis, vt sunt iura *in l. Sabinus ff. communi diuid. l. per fundum ff. de seruit. rustic. præd.*
23 *cap. in re communi, de reg. iuris in 6.* & quando ius est complicatum inter duos, aut plures, vnius renunciatio nihil operatur in præiudicium cæterorum, vt pluribus adductis resoluunt Iul. Clar. §. 1. *quæst.*42 Iacob. Cancer. *var. resolut. lib.2. cap.1. de Iurisd. num* 194. Mar. Giurba *consil.95. num.13.* Et in nostro casu Adiunctorum contradictio nimium restringit, cùm tendat in obseruantiam decreti
24 Concilij Trident. & in fauorem primæ instantiæ, & ordinariæ iurisdictionis, quæ fauorabilis & naturalis est, *glos. pen in Clem.2. de offic. Ordin* Bisignet. *decis. 1. de concess. preben.* Caputaq. *decis 43 n 3. p.3.* Put. *decis.48. sub n.3. lib* 3.

25 Si verò agamus de parte cognitionis, seu actualis iurisdictionis, Episcopo respectu Adiunctorum competentis, certum est illum hanc minimè ad quemcunque Superiorem remittere posse, eo quòd indiuidua, & communis est, itavt nec Episcopus sine Adiunctis, nec ipse sine illo possint procedere, vt supra diximus, & ideo pars, quæ per Episcopum fuit remissa, vitiat aliam non remissibilem, & penes dictos Adiunctos existentem, ex nota regula quod in indiuiduis, & inseparabilibus vtile per inutile vitiatur, vt per text. *in l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quotid. & æst. & in l. Gracè. §. illud. ff. de fideiuss.* tenent Lap *alleg.81. num.5.* Surd. *de aliment. tit.7. quæst.17. num.27.* & *decis 7. num.35.* & plures alij præter Ordinarios in dictis locis, ex quibus omnibus est receptissima, & indubitata sententia.

26 Et licèt dicamus Episcopo vniuersam competere iurisdictionem, proindeque ad Adiunctos nullam spectare, nec illam eos impedire posse, adhuc tamen Episcopus non poterit in prima instantia causam ad Nuntium vel ad Curiam nisi ambæ partes consentiant, remittere, vt censuit sacra Concilij Congregatio, de qua per Stephan. Gratian. *discept forens. tom.5. cap.837 num.17.* Narbon. *l.59 glos.1. num 172 tit.4. lib. 2. noua Recop.* Nouar. *in praxi noui iuris Pontificij concl.54 num. 6.* quia hic fauor fuit introductus tam respectu Ordinarij loci, quam partium litigantium, & regula, vt quilibet possit fauori suo renuntiare, intelligitur si priuilegium concernat fauorem renuntiantis tantum, non verò si sit communis cum alijs, cuius quidem declarationis verba sunt. *An de consensu Episcopi possit causa in prima instantia in Curia introduci, non obstante cap. 10 sess. 4. in principio, nisi partes ambæ consentiant? Et quid si causæ sint inter Episcopum, & alium, nunquid instante Episcopo possit cognosci in Curia? Congregatio censuit habere locum, adeo vt de consensu Episcopi non possit causa introduci in prima instantia ad Curiam, nisi partes etiam consenserint; quia Decretum Concilij emanauit non solum fauore iurisdictionis ordinariæ, sed etiam fauore ipsarum partium, ne trahantur extra suas ciuitates, & loca: ideoq; quod fauore plurium introductum est, non tollitur vnius renunciatione: & ita Congregatio censuit, licere Nuntio Sedis Apost. cognoscere de causis in prima instantia de consensu partium, ipsiusque Ordinarij consensu accedente: quod si causæ sint inter Episcopum, & alium, ad solius Episcopi instantiam cognosci non poterit, parte reluctante in Curia coram alio, sed causa committenda est viciniori, vt & signatura obseruat.* Et iterum. *An si causa sit inter Episcopum, & alium, instante Episcopo, possit in Curia cognosci? Congregatio censuit ad solius Episcopi instantiam non posse cognosci parte reclamante in Curia, sed committendam viciniori, quod signatura obseruat.*

Ad secundam obiectionem *de d. cap. cùm speciali*, 27
multipliciter responderi potest. Et primò, quia electio ibi facta committendi causam, vel eam transmittendi ad superiorem, videtur data de consensu recusantis, illa enim verba, *de recusatoris assensu*, determinant totalem disiunctiuam sequentem, scilicet, *de recusatoris assensu committat negotium, vel ad superiorem transmittat*; & quamuis glossa ab hoc Ioannis glossatoris antiqui intelligendi modo recedere videatur, nihilominus tamen æquitati & naturali rationi magis conuenit, quia nullius recusationem interponere auderet, & omnibus ferè coram iudice Ordinario sibi suspecto litigare durum foret, videntibus se medio recusationis non posse huic periculo remedium præstare, nisi maiori se exponerent, dum in potestate iudicis esset eum remittere extra suum domicilium & patriam, ob quam rationem huic Ioannis Glossatoris intellectui vti magis æquitati & rationi consentaneo adhæsit grauissimus & doctissimus Henric. Boich *in d. cap. cùm speciali, vers. super*, vbi ait, *Distingue, aut quæris de iudice ordinario, vel delegato? si de ordinario, tunc secundum Host. refert, aut apparet de consuetudine legitimè præscripta quis de causa habet cognoscere, & illa est seruanda: consuetudo enim dat iurisdictionem, vt supra de foro comp. cap. cùm contingat, & ita loquitur eodem tit. cap licet §. fin secundum Bern. & Host. hîc autem non apparet de consuetudine, & tunc est in potestate partium, iudice recusato consulto, vtrum alij committantur, vel ad superiorem remittantur, sup. de foro comp. cap. 1. & cap. si quis contra clericum 11. quæst.1. peruenit*, &c. Quæ quidem sententia superat contrariam, quam glossa firmauit, tum propter tanti Doctores auctoritatem, tum etiam quia recentior ipsa glossa; sententia enim 28
posterior exactius examinata censetur, ideoque illi plus ponderis, & auctoritatis deferendum est, vt docuit Bald. *in l. pen. in princ. ad fin. de iurisd. omn. indic.* Menoch *de præsumpt. lib. 2. præs.71. num* 45. Simon de Prætis, quem allegat Martin. Monter *in præfat. ad decisiones Aragon. num.* 28. Tum & quia Boich per distinctiones rem soluit: Doctori enim
per distinctionem materiam resoluenti plus credi- 29
tur,

tur, quam multis perfunctoriè de illa loquentibus, vt docuere Abb. *in cap. bonæ el 2. col. fin. de postulat. Prælat.* Fulgos. *consil.* 102. *col.* 1. *in princ.* Ias. *consil.* 151. *col.* 3. *in fine volum.* 4. Socin. iun. *consil.* 1. *num.* 143. *volum.* 2. Hieron. Gabr. *consil.* 100. *num.* 14. *volum.* 1. Menoch. *consil.* 134. *num. fin. volum* 4. Neuzan. *in sylua nupt. lib.* 5. *num.* 29. Tum denique, quia melioribus nititur rationibus, minusque per eam gra-
30 uantur partes, & sacri Concilij Trident. intentum conseruatur: illa enim opinio, quæ minus partibus onerosa est, & per quam magis illis consulitur, absque dubio debet præferri, vt dixit Paul. Castrens. *in l. post num.* 3. *ff. si quis caut.* Aym. Crauet. *consil.* 301. *num.* 4. Menoch *consil* 494. *num.* 23. & *de arbitrar. casu* 199. *num.* 13. Et hæc tanto magis procedunt in euentu, de quo agimus, quia glossa *verb. de recusatoris in d. cap. cùm speciali*, incerta est, & parum constans in doctrina, cui innititur, vt mox dicemus.

31 Secundò respondetur verissimum esse ad hoc vt Ordinarius recusatus vti possit facultate sibi concessa *in d. cap. cùm speciali*, transmittendi causam ad superiorem, necessarium esse vt præcedat, & verificetur prima pars alternatiuæ, scilicet, *de recusatoris assensu persona idonea committit negotium recusatus*, & hæc debet interuenire, vt secunda alternatiuæ parte ipse vti valeat, ibi, *vel ad superiorem transmittat*; etenim si recusans assentitur personæ, cui Ordinarius causam committit, non poterit eam superiori delegare; cum post recusationem sibi factam teneatur vti remedio iuri magis consono, & partibus minus oneroso, si personæ idoneiori causam committat, cui si partes non assentiantur, poterit Episcopus secunda vti parte, quæ superiori causam esse delegandam tenet; ita illa verba verissime intelligunt Innoc. *in cap. si quis contra clericum, de foro compet.* dum ibi ait quòd si iudex de recusatoris assensu non potest causam delegare, seu committere, tunc ad superiorem remittat, & Boich *in d. c. cùm speciali col. 2. circa med.* docet cum glossa quod licèt textus dicat de recusatoris assensu; adhuc ambæ partes si præsentes sint, debent assentiri personæ, cui Ordinarius causam vult delegare, & subdit, ad effectum remittendi causam ad superiorem necesse esse quod partes minime consentiant, seu concordent, his verbis, *Et quod dictum est quòd iudex debet committere de voluntate partium, intellige verum si partes sint præsentes, arg. ff de iudic. l. obseruandum; si verò partes non sint præsentes, sed iudex ex officio procedit, tunc fiet commissio de recusatorum consensu, vt hic: quod si consentire non vult, ad superiorem remittat, vt in isto § causa verò, in fine, sic potest intelligi sup. de foro comp. licèt & hanc solutionem approbet Host.* &c. Et ipse paulo infrà ait. *Et si electi concordare nequeunt, Host. putat quod ad proximum superiorem debeat haberi recursus*, &c.

32 Quæ quidem verissima sententia comprobatur ex eo, quod licèt *glos. in d. cap. cùm speciali*, sentiat ad hoc vt Ordinarius causam alteri personæ remittere valeat, necessarium esse recusantis consensum, quasi sine illo remissio huiusmodi non valeat; nihilominus tamen contra *gloss.* est verior & communis sententia, videlicet quod potest Episcopus sine recusantis consensu causam delegare, quia verba illa, *de recusatoris consensu*, necessitatem illius non inducunt, vt fundat, & cum magna deliberatione resoluit Panorm. *in d. cap. cum speciali, & in d. cap. si quis contra clericum num.* 14. & *ibi* Marian. Socin. *num.* 11. Deci. *in d. cap. cum speciali num.* 8 & nouissimè Balboa *in anniuersarijs relectionib. ad eundem tex. num.* 24. Vnde bene colligitur recusantis consensum non requiri præcisè, & necessitatiue iuxta dictam sententiam, sed causatiue ad effectum, vt Ordinarius possit causam ad superiorem transmittere, si recusans noluerit assentiri personæ, cui ipse Ordinarius eam commisit. Et hoc magis confirmatur ex illis verbis, *de recusatoris assensu persona idonea committit negotium recusatus*, quæ recusantis fauorem respiciunt, vt ex qualitate ipsius rei clare perspicitur: cùm ergo in suum fauorem verba illa apposita sint, & ante illa, quæ sequuntur, videlicet, *vel ad superiorem transmittat*, præcisè requiritur quod, ad hoc vt Ordinarius vti possit facultate sibi concessa transmittendi causam ad superiorem, constet recusantem noluisse assentiri personæ, cui causa fuit commissa, quod probat text. *in l. heredes mei* 57 § *peto a te ff ad Trebell.* cùm ibi notatis, præcipue à Bart. vbi concludit electionem datam per alternatiuam, si prima alternatiuæ pars commodum alicuius respiciat, primò illius consensum, seu potentiam esse expectandam, quàm deueniatur ad secundam alternatiuæ partem, & ibi Apostilla plures refert: dictio enim, *vel*, quando subiecta materia id postulat, 33
importat ordinem, vt notarunt Guid. Papæ *consil.* 33. *n.* 33. Cened *sing.* 29. *n.* 7.

Tertiò respondetur decisionem *dicti cap. cùm* 34
speciali, quatenus concedit Ordinario facultatem remittendi causam ad superiorem, procedere dummodo prius recusationis articulus verificatis verificandis sit absolutus, vt ex verbis eiusdem text. satis colligitur, ibi. *Causa verò suspicionis legitima coram ipsis infra competentem terminum non probata sua iurisdictione, iudex vtatur; at ipsa probata legitime de recusatoris assensu persona idonea committet negotium, vel ad superiorem transmittat*, &c. Ponderando verba illa, *at ipsa probata legitime* quæ cùm sint 35
Ablatiui absoluti, formam, & conditionalem dispositionem inducunt, itavt sine illis dispositio locum non habeat, vt sunt iura *in l ab emptione ff. de pactis, & in l. euictis ff. de euiction. & in l. a testatore ff. de condit. & demonstr.* Surd *decis.* 168 *num.* 11. & *decis.* 131. *num* 11. Roland à Valle *consil* 30 *n.* 12. *volum.* 4. Et sic ad superiorem causam transmittere Ordinarius non poterit, nisi prius verificata con-
ditione illis verbis supposita, *at ipsa probata legitimè.* dispositio enim non habet locum nisi id, quod 36
præsupponit, verificetur, gloss. *in l mancipia vers. anocandum C de seruis fugit.* Roman *sing* 495. Ripa *in cap.* 2. *num.* 39. *de rescript.* Ruin *consil.* 83. *num.* 5. *volum.* 1. Surd. *consil* 150. *numer.* 78. & *decis.* 289. *n.* 4. Iuxta quem sensum ita verba illa sine scrupulo interpretatur Panorm. *ibidem col.* 4. *num.* 11. vbi ait, *Sed certè iste intellectus non potest adaptari ad istum textum, qui loquitur cùm probata est suspicionis recusatio*, &c. & *in cap. si quis contra clericum num.* 12. *de foro comp.* ibi, *vel tertio potest intelligi secundum illam, cum speciali, vt Episcopus committat post pronunciationem arbitrorum, cum hic dicat text. si fueris vt suspectus recusatus: verba enim debent intelligi cum effectu*, &c. Item Aloys. Ricc. *in praxi aurea rerum fori Eccles. resol.* 40 *num.* ibi. *Qui causa proposita debet illam coram arbitris communiter eligendis probare, qua non probata sua iurisdictione iudex vtitur in particulari causa; ea verò probata remittere debet negotium ad superiorem*, &c. Expressè & mirabiliter Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 3. *tract. de recusat. art.* 1. *gloss.* 3. ibi *Hic tex. prohibet ne conscientia recusati relinquatur recusationis causa, & hoc duplici ratione:*

Prima

Prima est quia hic causam habeas affectatam deierare posse, & conscientiam suam damnare; ideo hoc non est permittendum, arg. l. quæ sub conditione ff. de condit. instit. Secunda quia multi iudices, dum non auderent iudicare contra Comestabilem, aut aliam magnum dominum procurarent, recusarentur, & dicere possent causam recusationis veram esse, & iam quia causa suspicionis est allegenda, & probanda. cap suspicionis, de offic. deleg. cap. . de appell. in 6. ideo non relinquendum conscientia recusati, &c.

37 Facit pro hoc intellectu quia dum discurritur super articulo recusationis, & illius causæ probantur, Ordinarius suam conseruat iurisdictionem, & tantum illius exercitium interim suspenditur, vt notatur *in cap. si index, de offic. deleg. in 6. & in cap. legitima, de appellat. eod lib.* & vtrobique Ordinarij; quo articulo recusationis pendente Ordinarius retinet iurisdictionem pro sua prima instantia, itavt ab ea se exonerare non valeat, prætextu illam remittendi ad superiorem, alias sequeretur quod animo molestiam inferendi litigantibus, aut alteri ex patribus iuuandi, vel decretum sacri Concilij Tridentini eludendi, facillimum sibi foret obtinere, vt quilibet litigans fictam recusationẽ proponeret coram se, & hinc occasionem assumeret remittendi causam ad superiorem, ex quo pars grauata potius eligeret causam ipsam delinquere, quàm super ea coram alieno iudice magnis laboribus & expensis respondere, vt gloss. *in d. cap. cùm speciali*, licet ad aliud propositum, bene considerauit, ibi. *Iaiqaum enim esset quod alter ad voluntatem ipsius Rei ipsum conueniat; nam pro modica causa quandoque traheret eum ad Papam, vt illum fatigaret laboribus, & expensis, & sic posset semper contingere, quod potius renuntiaret liti, quam vellet taliter laborare*, &c. sequeretur enim quod daretur medium quod facile possent Episcopi saltem per indirectum iuri primæ instantiæ renuntiare, & dispositioni sacri Concilij præiudicari, præsertim cum

38 nec de iure communi possit iudex à se abdicare ordinariam iurisdictionem, vt *in l legatum, ff de offic. Præsid. & in cap. cùm teneamur, de appellat.* Mar. *de iurisd. p. 1. casu 173. num 3.* vbi pluribus adductis resoluit quod nec ad sapientem vt consulat potest iudex causam transmittere, nisi de consensu partium. Immo, qui prætextu se exonerandi à cognitione causæ, relationem de ea superiori facit, efficitur infamis, & punitur pœna, de qua *in l. 2. C. de legib.* vt post alios tradit Deci. *in cap. intimasti in 5. de appellat.* D. Barbos. *in l. eum qui temere 79. §. fin. num. 13. ff. de indic.* & videnda *l. 11. ad fin. tit. 1. p. 3.*

39 Et in dubio præsumitur remittendi causa vitiosa, & affectata ex mente *gloss. 1. in d. cap. intimasti, de appell & ibi* Panor. *n. 2 & clarius n. 5. vers. in glossa.*

Vallisoletana donationis.

Donatio omnium bonorum reseruato vsufructu, plurisve quod sibi placuerit, & libuerit, quomodò intelligenda, an insinuari, & læsione rescindi possit; quando simulata præsumatur, damnum facto locatoris, vel propter guerram contingens, vtrùm sit in locatione remittendum.

VOTVM XXV.

1 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum de iure communi prohibita est.*

2 *Donatio bonorum præsentium tantum valida est de iure communi, secus de iure Regio, vt* num. 3.

4 *Donatio omnium bonorum reseruato vsufructu valet, si ille sufficiens sit ad alimenta, & congruam sustentationem donantis iuxta eius qualitatem, & vltra alimenta reseruato aliquo ex quo donans possit testari.*

5 *Reseruatio alicuius quantitatis in donatione omnium bonorum, de qua donans testari possit, sufficit ad hoc vt talis donatio valeat, si ea quantitas modica non sit.*

6 *Donatario asserenti alia bona donatori superesse ad testandum, incumbit onus probandi.*

7 *Verba*, plurisve quod sibi placuerit, & libuerit, *ad modicam quantitatem se extendunt.*

8 *Dispositio quando non incipit à corpore, sed à numero, tunc dictio*, plus, *& reliqua similes, semper ad modicam quantitatem referuntur.*

9 *Modicitas per dict.* plus, *aliquando ad quartam eius, de qua agitur, nonnunqaam ad tertiam referri solet, vt plurimum autem sui dicentis arbitrio relinquitur.*

10 *Dictio* Pluris, *seu* Plus, *est aduerbium comparatiuum, & accessorium illi, de quo antea loquebatur, & significat augmentum proportionabile, & limitatum.*

11 *Comparatiuum supponit suum positiuum, & ipsum congruenter includit in se, & in alio, ad quod refertur.*

12 *Comparatiuum nomen regulariter naturam suam seruat, & positiuo confertur, & de eadem specie intelligitur.*

13 *Comparatiuum proprie debet relinquere positiuum extremo.*

14 *Corrigere est in totum auferre, & limitare est restringere tantum, & aliquid detrahere generali dispositioni.*

15 *Reseruationes omnes intelligi debent secundam naturam actus, cui adyciuntur.*

16 *Protestatio contraria facto vincitur ex qualitate & potentia ipsius facti, idem quoque ius ad reseruationem percipitur.*

17 *Verborum rigor ex adiunctis temperatur, & qualitatem eis compatibilem assumit.*

18 *Verbum,*

18 *Verbum*, volo, *non importat liberum arbitrium, quando quid remittitur voluntati alterius ex contrahentibus.*

19 *Voluntati aduersary quando aliquid committitur, non intelligitur commissum voluntati libera, sed boni viri arbitrio.*

20 *Facultas arbitrandi ex bono & aquo regulatur secundum iuris dispositionem.*

21 *Verba liberam voluntatem denotantia, modificantur ex verbis sequentibus.*

22 *Verba liberi arbitrij significatiua vbicunque coniunguntur alijs, qua denotant legitimum, & ordinatum procedendi modum, praualet consideratio aquitatis, & totus actus in boni viri arbitrio resoluitur.*

23 *Dictio* Plus, *seu* Pluris *suapte natura non solum modica, verum etiam maxima quantitatis, immo & vniuersa summa capax est.*

24 *Dictioni*, Pluris, *si adiecta sint verba*, quod sibi placuerit, & libuerit, *ad maximam & ad omnem quantitatem refertur.*

25 *Verba*, quod sibi placuerit, & libuerit, *denotant, & significant voluntatem adeo liberam, vt nulli partium, aut legali arbitrio subiecta maneant.*

26 *Referuntur verba cuiusdam legis Partita idem statuentis.*

27 *Vincula duo fortiora sunt vno.*

28 *Verborum geminatio magis enixam, & deliberatam liberrima voluntatis operationem ostentat.*

29 *Verba opposita gratia donatoris, ita tantum interpretatione gaudere debent, per quam minus donatum, aut promissum intelligatur.*

30 *Verba, qua alienis in rebus inducunt arbitrium boni viri, inducunt in proprijs omnimodam liberam facultatem, vt magis domino faueatur.*

31 *Verborum reseruatorum latissima fit interpretatio in fauorem renuntiantis, & cedentis iuri suo.*

32 *Dictio*, Plus, *quando simpliciter, & absolute posita est sine aliquo verbo voluntarium arbitrium significante, tunc quid plus venit.*

33 *Dictioni* plus, *quando adiungitur verbum aliquod arbitrariũ, nempe*, placuerit, libuerit, videbitur, *quid importare possit, late ostenditur.*

34 *Dictio*, Pluris, *quando annexa est alicui verbo arbitrario, & alteri libera voluntatis significatiuo, tunc amittit suam strictam naturam, illamque assumit ex verbo liberrimam voluntatem significante, cui annectitur.*

35 *Dictio*, Pluris, *quando annectitur verbis libera voluntatis, & refertur ad partem, ad vniuersum possibile extenditur, & nullis limitibus coercetur; secus si ad ministrum legis, quia tunc subiacet aquitati, & debet ad bonum, & aequum redigi.*

36 *Vocabuli significatio mutatur ex adiunctis, & efficitur adiuncta.*

37 *Verba in contractibus quantumcunque sint absoluta potestatis, boni viri moderamen important, quando in aduersary voluntate posita est summa quam obligatus soluere debet, secus quando ille, qui obligari vult, reliquit in mera sua voluntate.*

38 *Simulatio reddit contractum omnino nullum.*

39 *Contractus simulatus est corpus sine anima.*

40 *Simulatio est difficilis probationis, & ad eam probandam indicia, & coniectura sufficiunt, licet alij contrarium teneant, num. 42.*

41 *Probatio per coniecturas in materia probationis dicitur euidentissima.*

43 *Interpretatio quacunque potius capienda est, quam donationis.*

44 *Error in facto proprio potius prasumitur quam donatio.*

45 *Qualitas donantis, & donatoris ad probationem simulationis multum operatur.*

46 *Auaritia solet iuuenescere in sene, licet catera senescant.*

47 *Simulationis in materia sumitur coniectura à verisimili.*

48 *Donans si remaneat in possessione rei donata prasumitur donatio simulata.*

49 *Donatio prasumitur simulata si donatarius rem sibi donatam non petyt, maxime si sit pauper, & donatio opulenta.*

50 *Donatio conficta & simulata censetur si donator reseruauit sibi facultatem reuocandi donationem ex quacunque causa, &c.*

51 *Simulationis coniectura prasumitur ex multiplicatione instrumentorum, seu plurium actuum.*

52 *Prasumptio simulationis sumitur ab insolitis.*

53 *Occultatio Scripturarum, cum sit difficilis probationis, coniecturis duabus probari potest.*

54 *Verisimilitudo in probationibus multum attenditur.*

55 *Falsitatis probatio plena resultat quando vnum verisimile additur pluribus inuerisimilibus.*

56 *Processus in folys numeratus si parti contraria traditus fuit, & è suis manibus diminutus exierit, ab illa processisse diminutionem prasumitur.*

57 *Filiorum suppositio & subtractio ab eo facta censetur, cui prodesse potuit.*
58 *Diuersitas styli, diuersaque dictandi forma falsitatem arguit.*
59 *Simulationis coniectura est si fama publica fuerit quod donatio non fuerit vera, realis, & effectiua, sed simulata.*
60 *Probatio plena inducitur ex plurium præsumptionum concursu.*
61 *Donatio ex capite læsionis rescindi non potest.*
62 l. 2. C. de rescind. vend *non habet locum in simplici & mera donatione non correspectiua ad aliquem actum.*
63 *Donatio facta ex causa & ad effectum, vt sibi honor acquiratur in familia sua augmentum, & vtilitatem, nunquam ex capite læsionis rescindi potest.*
64 l. 2. C. de rescind. vend. *habet locum in donatione remuneratoria, & quando vltra dimidiam enormissime læsus est donans, vt num. 65.*
66 *Donatio præsumitur simulata, & dolosa quando continet in se enormissimam læsionem.*
67 *Cautela excogitari non potest quin data magna iniquitate actus non reddatur nullus.*
68 *Contractus in quo interuenit enormissima læsio, est nullus.*
69 *Donans omnia bona sua enormissimam læsionem incurrit.*
70 *Donatio propter onera minus valet.*
71 *Præsentia alicuius quando requiritur pro forma ad solemnitatem actus, non potest per procuratorem expediri.*
72 *Donatio facta in præsentia iudicis an insinuationem requirat?*
73 *Donatio est insinuanda ad instantiam donatary citato donatore, & accedente illius consensu.*
74 *Donator si decedat non dum facta insinuatione donatio est nulla.*
75 *Donatio est nulla deficiente insinnationis solemnitate.*
76 *Insinuatio potest fieri ab altera partium sine alterius præsentia vel citatione, quando ex vtraque parte donatur, vt in dote, & donatione propter nuptias.*
77 *Insinuatio in odium donatary introducta fuit.*
78 *Insinuatio ex quibus causis requiratur.*
79 *Insinuationis finis est quod inquirat iudex donantis an vere, vi, metu, aut fraude fuerit donans à donatario compulsus.*
80 *Reip. interest ne subditi male vtantur substantia sua, & depauperentur.*
81 *Insinuatio non est voluntariæ, sed contentiosæ iurisdictionis.*
82 *Insinuatio donationis fieri debet coram iudice maiori illius loci, vbi fit donatio, & non coram iudice pedaneo.*
83 *Insinuatio fieri debet coram iudice competenti habente iurisdictionem ordinariam vel ratione personæ donantis, vel ratione rei donatæ.*
84 *Donatio insinuari non potest coram iudice qui fuerit donator aut donatarius.*
85 *Donatio potest insinuari coram iudice, qui tanquam Notarius fecit donationem.*
86 *In re duobus vendita, vel donata præfertur ille, cui prius fuit tradita.*
87 *Facilis est recursus, & conuersio ad pristinam rei naturam, & originem.*
88 *Donationis vnus actus facit aliam donationem præsumi.*
89 *Liberalitas prima est causa præsumendi secundam.*
90 *Meritum præcedens facit præsumi animum donandi.*
91 *Creditor ex causa onerosa si concurrat cum creditore ex causa lucratiua præfertur primus.*
92 *Refertur doctrina Ancharrani.*
93 *Procedentia à futuro euentu non sunt æstimanda pro damno quæ restitui debeat, cum à principio res bene se gesserit.*
94 *Lucrum & damnum quotiescunque contingibilia sunt, nulla conceditur restitutio.*
95 *Læsionis remedio vti non potest quando aliquid potest se habere ad commodum, & incommodum.*
96 *Læsio excessiua quando ex iudicio fortunæ & sortis contingeret, conceditur restitutio.*
97 *Damnum contingens attendatur facto Regiæ Curiæ, agitur ad interesse.*
98 *Damnum si contingat facto locatoris etiam iniusto, illud restitui debet.*
99 *Factum Principis ex causa publicæ vtilitatis tertio præiudicare non debet quominus damnum ei restituatur.*
100 *Pedagia & gabellas ciuitatis si propter guerram exigere non potuit arrendatarius, illæ à ciuitate remittendæ sunt.*
101 *Obligatio contracta cum fisco æquitate superuenientis casus remittitur.*
102 *Damnum ob guerram præter spem superueniens inducit remissionem pretij mercedis.*
103 *Pensio remittenda est ob damnum sequutum propter aduentum inimici cum validissimo exercitu.*
104 *Doctores plures referuntur de materia agentes.*
105 *Exactio gabellarum si impedita fuerit non solum ab ipsismet locatoribus, sed etiam in odium eorum, aut à suis inimicis.*

cis, remissio mercedis facienda est.

106 *Renunciatio casuum fortuitorum non comprehendit extraordinarios, & nimis insolitos.*

107 *Renunciatio casuum fortuitorum non comprehendit substantiam rei conductæ.*

108 *De renunciationibus, quæ fiunt à Regalium gabellarum, & redditųum conductoribus.*

109 *Exceptiones remissionis ob fructus non collectos veniunt ex natura contractus, & ideo faciunt cessare omnem virtutem obligationis Cameralis.*



RANCISCVS ad fauorem Antonij donauit omnia sua bona præsentia, retento tantum sibi illorum vsofructu, plurisve quod sibi videbitur. Prætendebatur ex multis talem donationem fuisse nullam. Primò, quia erat omniom bonorum. Secundò qood fuerit simolata. Tertiò ex capite læsionis. Quartò ex defectu insinuationis. Qointò ex existentia alterius donationis. Visis scripturis fui consultus pro veritate, & duxi respondendum per dubia sequentia.

DVBIVM I.

An donatio omnium bonorum præsentium sit nulla, si fiat, retento illorum vsufructu, plurisve, quod sibi placuerit, & libuerit?

1 DONATIO omnium bonorum præsentium,
& futurorum, omni iure prohibita est, iuxta
text. *in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.*
l. pactum quod dotali C. de pactis, cum similibus, ex
ea ratione, quia liberam testandi facultatem tol-
2 lit; vnde quia hoc cessabat in donatione bono-
rum præsentium tantum, cõmunis obtinuit talem
donationem valere, iuxta text. *in l. omnes §. Lucius*
ff. quæ in fraudem creditor. l. si quis argentum. §. sed
& si quis C. de donat. vbi adnotarunt communiter
scribentes, & resoluunt Æn. Robert. *lib. 4. rerum iu-*
dic. cap. 2. Pegueta *decis.* 141. Molin. *de primogen.*
lib. 2. cap. 10. num. 10 Suid. *consil. 73. num. 67. & 68.*
lib. 1 & consil. 450. num. 9. cum seqq. lib. 3. Molin.
Theolog de Iustit. & iure tom. 2. disput. 280. Anton.
Faber *de erroribus pragmaticor. decad. 48. errore 6.*
Valasc. *de partit. cap. 20. num.* 40. Fachin. *controuers.*
Iuris lib 6. cap. 87. Reinoso *obseru. Iuris obseruat. 41.*
an. 1. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*
13. tit. 25. & seq. Stephan. Gratian. *discept. forens.*
tom. 1. cap 120. Fontanel. *de pactis nupt clauf. 4 gl. 21.*
cum seqq. Cald. Pereira *de empt c. 32. n. 32.*
Verùm hoc non procedit de iure Regio *l. 69.*
3 *Tauri* quæ est *l. 8. tit. 10. lib. 5. noua Recop.* quo atten-
to prohibetur donatio omnium bonorum præ-
sentiom, in tantum quod facta donatione omnium
bonorum præsentium non sustinetur in patre ta-
lis donatio, quamuis à principio in patre fieri pos-
set, vt probat text. *in l. si libertus minorem §. si quis*
plures ff. de iure patr. & ibi communiter Doctores,
Bald. *in l. fin. C. de pactis n. 19.* Ant. Gom. *d. l. 69. Tauri*
num. 2.

Et quamuis regulariter donatio omnium bono- 4
rum reseruato vsufructu valeat, iuxta tradita per
Paul. de Castro *in d. l. stipulatio hoc modo concepta*
num. 3. ff de verbor. oblig vbi Ias. *num.* 10. Alex. *n.* 18.
Aretin. *consil 54. num. 3.* Bart. *consil 76 num. 1.* Ayin.
Crauet. *consil. 122. num. 2.* Iul. Clar. *lib. 4. sentent §.*
donatio quæst. 19. ad fin. Natt. *consil. 146. num. 11. &*
12. Hippol Riminald. *consil. 2 · 4. ex num 89. vol. 3.*
Laurent. Kirchou. *commun. opin. cent. 1. concl. 90.* Vi-
uian. *tom. 2. commun. opin. lib. 8 tit. 32. num. 17. vers. 3.*
limitatur, & cesset in hoc casu prohibitio *d. l. 69.*
Tauri. Nihilominus tamen hoc locum habet quã-
do vsusfructus reseruatus sufficiens est ad alimen-
ta & congruam sustentationem donantis iuxta
eius qualitatem, vt adnotarunt Purpur. Hieron.
Gabr. & Syluest. Aldobrandin quos & alios re-
fert Card. Mantic. *de tacitis & ambig conuent. lib. 13.*
tit. 31. num. 2. & tit. 32. num. 16. Cephal. *consil. 485.*
num. 129. lib. 4. Menoch. *consil. 184. lib. 2.* Faclinæ.
consil. 7. n. 6. & 7. lib. 2. Fachin. *contr. lib. 6. cap. 90. vers.*
ego puto Fontanel. *de pactis nupt. clauf. 4. gloss. 22.*
num. 10. & 11. Reinoso *d. obseru. 41. num. 4.* & rema-
nent bona in sufficienti quantitate ad testandum.
Bart. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta num. 6.* Dec.
in l fin num 32. C. de pact. Roman. *consil 16. num. 1.*
Gozadin. *consil. 87. num. 10.* Boët. *decis. 204. num. 85.*
Et oportet vt non reseruetur quid minimum, cum
pro modico non sit præsumendum hæredem re-
periri qui oneribus hæreditarijs se subijciat, Soc.
iun. *in ead. l. stipulatio hoc modo concepta num 91.*
Cephal. *consil. 485. num 129 vol. 4.* Menoch. *consil.*
184. num. 9. & in terminis *d. l. 69. Tauri* resoluit
Couar. *var. lib. 3. cap. 12.* vbi *num. 1.* disputans vtrum
donatio omnium bonorum quæ fit reseruato vsu-
fructu valida sit, & affirmatiuam sequens opinio-
nem contra Paul. de Castro *in l. vlt. num. 10. C. de*
pactis, existimantem donationem istam minimè
validam esse, eo quod per eam tollatur libera te-
standi facultas, & fraus fiat legi prohibenti omniũ
bonorum donationem, tandem *num 3. in vers. ter-*
tio, hoc limitat si ipse vsusfructus ita modicus sit,
vt nec alimenta congrua donatoris sufficiant, vel
testamentaria einsdem rei dispositio, elusoria, vana,
& fere inutilis remaneret. Idem resoluit Molin. *de*
primog. lib. 2. cap. 10. num. 25. ibi *Similiter etiam limi-*
tanda erit, nisi vsusfructus reseruatio adeo modica sit,
vt verisimiliter non sufficiat ad alimenta donantis, &
ad hoc vt etiam sibi possit ex eis aliquid vltra alimenta
superesse, ex quibus testari valeat, æstimando vsum-
fructum, prout communiter æstimari solet. Reseruatio 5
namque alicuius quantitatis, de qua donans testari pos-
sit, non sufficit ad hoc vt donatio omnium bonorum
valeat, si ea quantitas modica sit, &c. Et hoc idem
tenet Anton. Gom. *d l. 69. Tauri num. 3.* & alios re-
ferens Gutier. *de iuram confirmat. parte 1. cap. 11.*
num. 15. vers. & hoc intelligit, Matienf. *l. 8 glos 1. n. 5.*
tit. 10. lib. 5. Recop Molin. *de Iustit. tom. 2. disput. 280.*
In nostro autem casu constat donationem esse 6
immensam, & omnium bonorum, quæ donans ha-
bebat, & vsumfructum esse modicum, nec sufficere
ad alimenta donantis: & donatario asserenti alia
bona superesse, incumbit onus probandi, vt post
Bart. *in l. si constante in princ. ff soluto matrim.* notat
Roman. *consil. 276.* per gloss. *in l. cum lege ff. de pro-*
bation. & in terminis probat Alex. *consil. 55. n. 6.*
lib. 1. ibi. *El satis erit quod volens reuocare dicat quod*
dicta domina B. qua donauit, non habebat alia in bonis,
& volens dicere contrarium, habebit necesse probare
contrarium, per gloss. *in l. cum lege*, &c. vbi additio
lit. C. alios concordantes adducit.

Non obstant verba illa, *plurisve quod sibi pla-
cuerit, & libuerit*, quæ donationi apposita videntur
liberam & absolutam dispositionem significare ad
reuocandam illam donationem in parte, quæ sit
sufficiens ad suam congruam sustentationem, &
ad testandum, ex pluribus, quæ latè recenset Hie-
ron. Gabr. *consil. 168. quæst. 3. num. 21. cum seqq lib. 1.*
Quia verba illa solùm ad modicam quantitatem
se extendunt, nec apta sunt comprehendere consi-
derabilem summam. vt optimè probat *l. 192. ff. de
verbor signif.* cuius verba sunt. *Hac adiectio, plurisve
non infinitam pecuniam continet, sed modicam, vt
taxatio hæc solidos decem, plurisve ad minutulam
summam referatur.* Et ideo dictionem illam *modi-
cam* summam comprehendit, quæ regulariter qua-
lis debeat esse arbitrio iudicis relinquitur, vt ibi
8 sentit *glos.* & resoluit Menoch. *de arbitr. casu 145.
num. 4.* Quando enim dispositio non incipit à cor-
pore, sed à numero, vt in nostro casu, tunc dictio
plus, & reliquæ similes semper referuntur ad mo-
dicam quantitatem, gloss. Bart. Alber. & Cuman.
in l. cùm filius §. pater ff. de legat. 2. Aleiat. *cons. 147.
num. 3. lib. 5.* Strach. *in tract. de odiecto, parte vlt. n. 34.
& 35.* Alban. *in addit. ad Bart. in l. si quis cùm aliter
num. 1. ff. de verb. oblig.* vbi subdit hoc ipsum gene-
raliter procedere siue huiusmodi verbum à sciente,
siue ab ignorante proferatur, Bursat. *consil. 347.
num. 10. volum. 4.* Mandel. Alben. *consil. 166. num. 34.
9 volum. 2.* Boër. *decis. 142. num. 7.* Pinell. *in l. 2. C. de
rescind. vendit. parte 3. & 4. num. 9.* Couar. *lib. 2. var.
cap. 3. num. 3.* Quæ modicitas ad quartam eius, de
quo agitur, referri solet. *glos. verbo modica, vers. alij
vsque ad quartam partem in d. l. hac adiectio, & verbo
plurisve, in d. l. etsi post tres*, Paul. de Castro *in d. l.
si quis filium C. de inoffic. testam.* & aliquando ad
tertiam, vt per *l. nominationum C. de decurion. lib. 10.*
tradit Alber. *in d. l. hac adiectio num. 5. in fine*, & vt
plurimum ius dicentis arbitrio relinqui tenet Hie-
ron. Gabr. *consil. 168. num. 7. lib. 1.*
10 Tum quia dictio *pluris*, seu *plus*, est aduerbium
comparatiuum, & accessorium illi, de quo antea
loquebatur, & significat augmentum proportiona-
bile & limitatum; comparatiuum enim supponit
suum positiuum, & ipsum congruenter includit in
11 se, & in alio ad quod refertur; si superlatiuum au-
tem vni soli conuenit, & plenissimum excessum
designat, vnde inter superlatiuum, & positiuum, est
dare medium quod appellatur comparatiuum, id
est, quid modicum, & non inæquale, neque omni-
no plenum, & absolutum positiuo adiiciens, *l. vbi
autem, ff. de verb. oblig. l. si lancem ff. de auro & arg.
legato.* Euerard. *in topicis legal. in loco aut comparatiui
n. 1. fol. 612.* Simon Schard. *in Lexic. Iuris fol. 227.
12 col. 1.* vbi animaduertit quòd regulariter compara-
tiuum nomen naturam suam seruat, & positiuo
confertur, & de eadem specie intelligitur, Ias. *in l.
stipulationum quædam num. 1. ff. de verb. oblig.* subii-
ciens quòd comparatiuum participat de positiuo,
& retinet eius significatum, quia non confundit
formam positiui, sed eam relinquit in suo naturali
extremo, secundùm Bart. *in l. illud §. 1. ff. de tribut.
13 actione.* Et quòd comparatiuum propriè debeat re-
linquere positiuum extremo, Rebuff. *in l. vnic. num.
367. C. de sent. quæ pro eo quod interest*, Surd. *decis. 65.
num. 12. & 13.* Et notanter Bald. *in l. etsi post tres
num. 21. ff. si quis caut.* vbi super *glos.* quæ docuit hoc
verbum, *plures dies*, ad paucos referri, subiungit.
*Et ratio est, quia ista dictio ponitur comparatiuè, vnde
comparatio illa non comprehendit longum tempus; quia
tunc non poneretur comparatiuè, sed superlatiuè, idque
apparet per simile quando opponitur super quantitate,
tunc enim refertur ad paruum excessum, vt in l. cùm
filius §. pater ff. de legat. 2 ac deinde num 24. circa
fin. concludit quòd comparatio debet esse de eodem ge-
nere; vnde adiectio pluris post aliquam summam præ-
nominatam intelligitur de modico pluri in quantitate,
quia comparatiuum sic debet interpretari, vt includat
positiuum, non autem vt ipsum excludat, & inducat
aliud penitus diuersum, idem Bald. in l. 2. num. 9. C. de
probat. Ias. in d. l. etsi post tres num. 5. Euerard. in d.
loco aut comparatiui num. 5. & 6. Ex quo colligitur
illud pluris cum sit comparatiuum respectu fructuum
reseruatorum, quibus opponitur, & sic de modico pluri
in quantitate debet intelligi, cum autem fructus reser-
uati sint adeo tenues, vt etiã licet dimidia pars adda-
tur, non sufficeret ad congruam sustentationem donantis,
ergo multo minus si modicum fuerit excessum, quod im-
portat in his terminis dicto dictio pluris.*
Iuuat quòd verba illa non continent nouam 14
aliquam dispositionem contrariam præcedenti, sed
reseruationem præcedentis dispositionis, quæ non
est extendenda ad casum, quo possit anihilare pa-
cta & clausulas in contractu principali appositas;
aliud est enim corrigere, aliud limitare anteceden-
tem actum: nam corrigere est in totum auferre,
l. nihil prohibet, l. translatio ff. de adimend. leg limi-
tare autem est restringere tantum, & aliquid de-
trahere generali dispositioni *l. qui hominem ff. eod.
tit. ibi, qui hominem legat, & Stichum adimit, non
perimit legatum, sed extenuat. l. in actionibus ff. de in
litem iurando, l. ius autem §. ius Prætorium ff. de iu-
stit. & iure*, pulchrè Tiber. Decian. *consil. 78. num. 33.
& 34. volum. 1.* Et sic reseruatio, quia propriè non
habet naturam reuocandi, sed limitandi nunquam
specialiter dispositis derogare potest, Bald. *in auth.
interdicimus num. 4. C. de Episcop. & cleric.* vbi ex eo
deducit quòd contra naturam pœnæ declaratæ in
sententia non potest fieri reseruatio, quia esset im-
plicatio contrariorum, iuxta notata in *l. per seruum
ff. de vsu & habit.* idem Bald. *consil. 100. num. 1. vol. 1.*
Natta *consil 403. num 7. volum. 2.* Grammat. *decis. 66.
num 4. & 5.* Curtaz. *decis. 106. num. 16 & 17.* Omnes 15
enim reseruationes intelligi debent secundùm na-
turam actus, cui adiiciuntur, *l si stipulatus § verum,
ff. de vsur.* Riminald. sen. *consil. 772. num. 61. & 62.
volum. 4.* concludens quòd generalia reseruationis
verba restringuntur ad ea, quæ sunt de natura
contractus, etiam improperando naturalem ver-
borum significationem, Caualcan. *decis. 32. num. 53.
volum. 2.* Sed contra naturam donationis perfectæ,
& irreuocabilis omnium bonorum est quod possit
ad libitum reuocari, vel in minimam quantitatem
resolui; ergo verba illa, *plurisve, quod sibi videbi-
tur*, intelligenda sunt de modico pluri, vltra il-
lum vsumfructum, non autem de omnibus bonis,
vt conueniant materiæ subiectæ, & pactis præce-
dentibus, quæ facultatem reuocationis videntur
exclusisse: nam sicut protestatio contraria facto, 16
vincitur ex qualitate, & potentia ipsius facti, idem
quoque ius ad reseruationem porrigitur, Gram-
mat. *consil. 37 num. 35 lib. 1.* Franc. Becci. *consil. 34.
num 23. & 25. ibi. Non obstat quòd verba reseruatio-
nis sint generalia, & quod ideo intelligi debent tam de
bonis donatis, quam de alijs; nam considerandum est
quòd donatio facta est ipsi Antonio de bonis existenti-
bus in patria Pedemontium & renuntiatum omni iuri
in eis competenti, & competituro, ideo reseruatio de-
bet intelligi de alijs bonis quam donatis; alioquin se-
queretur contrarietas, nempe quòd voluerit renuntiare
omni iuri competenti, & competituro in bonis donatis,
& illud*

& illud idem ius reseruare. Et deinde. *Et cum dicta reseruatio, seu protestatio conseruatoria sit contraria facto, aempe renuntiationi iurium, inutilis est. & non vitiat, vt in l. cùm in pluret §. locator horrei ff. locati, nouissimè Honded. consil. 89. ex num. 23 vsque ad num. 37. vol. 1.*

17 Nec alia verba sequentia, *quod sibi placuerit*, li-
beram voluntatem inducere videntur, conuertun-
tur enim in sensum applicabilem, & consenta-
neum anterioribus, & vlterioribus capitulis, nam
rigor verborum ex adiunctis temperatur, & qua-
litatem eis compatibilem assumit, *l. si habitatio
§. 2. ff. de vsu & habit. l. denique, §. mundum ff. de
pecul. legato, l. Proculus ff. de vsufructu*, Socin. *in l.
in conditionibus primum §. si patronus num. 4 ff. de
condit. & demonst.* Bart. *in l si mater §. eandem q. 3.
ff. de except. rei indic.* Socin. iun *consil 167. num. 26.
volum. 2.* Crauet. *consil. 910. num. 5. & 6. volum 5.*
18 tum etiam, quia non sunt intelligenda de absolu-
ta voluntate, sed de regulato arbitrio secundùm
quod ratio & æquitas dictauerit, quia cum con-
tractus sit vtrique parti communis, non videtur
congruum & honestum, vt in alterius potestate sit
illum in totum destruere, & reuocare, vel alteri
summo vtendo rigore præiudicare, Innoc. *in cap.
veniens num. 1. de renunt.* Ias. *in l si sic legatum 87.
num. 30. ff. de legat. 1.* gloss. & Bart. *in l. pen. ff. de ar-
bitr.* Honded. *consil. 91 num. 50. volum. 1* cuius verba
quæstionis nostræ decisiua sunt huiusmodi. *Præ-
tereà dicitur verbum*, volo, *non importare liberum
arbitrium, quando quid remittitur voluntati alterius
ex contrahentibus, quia tunc arbitrium iure & ratione
regulatum esse debet, Guillelm. Benedict. in cap. Ray-*
19 *nuntius verbo condidit num. 21. & 22. de testam. sub-
iicient quòd quantumcunque aliquid committatur vo-
luntati aduersary, non intelligitur commissum voluntati
libere, sed boni viri arbitrio; nam cognitio etiam con-
ditionalis in beneplacitis partis aduersa posita, arbitrio
boni viri venit regulanda, vt in l. Thais §. sorori ff. de
fideicom libert. ac demum post Bald & alios in hac
materia concludit quod infinita potestas limitari debet
ad bonum & aequum, vnde habens potestatem proceden-
di pro sui voluntate, aut pro libito voluntatis, non po-
test grauare nisi in minimo & sic non in magno, &
minus in maximo. secundùm Anchar. consil. 167. n. 1.
Menoch. de arbitr. lib 1 quæst. 7. num. 9. Odd. Sfortia*
20 *consil 11. num. 55. & 56. Tum etiam quia facultas ar-
bitrandi ex bono & aequo regulatur secundum iuris di-
spositionem l. si societatem §. arbitrorum ff pro socio, l.
continuus §. cum ita ff de verbor. oblig.* Crauet. *consil.
612. num. 11. volum. 4. Beroi. consil. 61 num 18. vol. 2.
Cæpola in l si fugitiui num. 33. C. de seruis fugit tra-
dit in termino Gam. decis. 185 num 1. & 2. vbi præ-*
21 *supponens verba reseruationis inducere facultatem le-
gitime regulatam, concludit legalem intelligentiam do-
nationum, in quibus incerta quantitas ad effectum de
illa disponendi, reseruatur, esse, vt illa moderata exi-
stat, inspecto qualitate patrimony, ac demum subscri-
bit ita fuisse indicatam. Tum denique quia posito quod
verba relata liberam voluntatem includerent, modifi-
cantur vtique ex verbis sequentibus, vt intelligamus
eam reseruationem factam fuisse non ad temerariam
mutationem superioris contractus, nec ad præcipitan-
dum animum, & consilium, sed ad disponendum, id est
omnia in debitum ordinem sub rationis temperamento,*
22 *& mensura collocandum Vbicunque enim verba illa li-
beri arbitrij significatiua coniunguntur alijs, qua deno-
tant legitimum, & ordinatum procedendi modum, præ-
ualet consideratio æquitatis, & toties actus in boni viri
arbitrio resoluitur, Abb. in cap. Quintauallis num. 32.
de iureiur. Socin. in l. vtrùm §. cum quidam num. 11.
ff. de rebus dub. Bertrand. consil 158. num 21. vol. 3.
Andr. ab Exea in cap. 1. num. 437. de constit. Alex.
consil. 58 num. 11. & 12. lib. 3. & hanc esse veriorem opi-
nionem testatur Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 97. ex n. 14.
Rota decis. 640. n. 21. & 22. p 1. diuers.*

Diu, multumque in his doctrinis insudaui, & 23
videbatur mihi illa verba, *plurisve, quod sibi placue-
rit, & libuerit*, modicam denotare quantitatem, ac
proinde cum reseruatio vsusfructus in donatione
facta quid minimum sit, insufficiens ad sustenta-
tionem congruam, & ad testandum, mutabam ex
hoc fundamento donationem fuisse nullam; sed
re melius perpensa, videtur mihi sub illis verbis
reseruari liberam voluntatem disponendi de bonis
donatis, quia aduerbium, seu dictio, *plus*, seu *plu-
ris*, suapte natura non solùm modicæ, verum etiam
maximæ quantitatis, immo & vniuersæ summæ
capax est, vt notabiliter docet Paul. de Castro *con-
sil. 388. num. 1. vers. primò quia circa volum. 1.* in hæc
verba. *Primò, quia Guillelmus semel consensit quod si
plus offeratur, recederet ab emptione, nisi tantundem
daret. Quòd verbum plus est indefinitum, & potest ad
omne plus referri, siue paruum, siue magnum arg. ff de
legat 2. l. si pluribus, de legat. 3. l. Iulianus; nec obstat
quod notatur ff. si quis caut. l. etsi post tres; quibus ex
causis mai. l. ab hostibus §. sed quod simpliciter, quia
ibi profertur a lege, vel in materia necessaria, quo casu
solet limitari hic in materia voluntaria, & sic tantum
potest extendi, quantum voluntas extenditur, & hoc
euenire posse prospicere debuit ff. locati l si quis do-
mum §. hic subiungi potest, non ergo fit sibi iniuria
cum semel consenserit, ff de aqua pluu. arc. l. in diem,
ff. de iniur l. 1. §. non vsque adeo, &c.* Subscribunt
Socin. iun. *consil 35. num. 10. volum. 1.* Franc. Marc.
decis. 77. num. 2 parte 2. Hieron. Gabr. *d. consil. 168.
num. 23. cum seqq.* Bart. *in l. 2. C. de rescind. vendit.
num. 3.* vbi circa significationem præfatæ dict. *plus*,
in materia venditionis & læsionis inde proue-
nientis, distinguit inter venditorem, qui obiter, &
perfunctoriè, ignoransque rei valorem, donat
quod plus pretio oblato res vendita valet, & inter
eum qui sciens, & cordate illam clausulam addi-
dit: vt in primo casu dictio *plus* ad modicum re-
feratur, & non excludat remedium *d l. 2.* in secun-
do autem omnem excessum quantumuis maxi-
mum comprehendat, & idem cum Bart. sentiunt
Cagnol. *ibidem num. 124.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1.
gloss. 14 num. 14.* Menoch. *communem cum pluribus
clamans consil 562. num. 11. vol. 6.* Hier. Gabr. *d consil.
168. n 24.* & eò tendunt Rebuff. *in d. l hac adiectia
vers. sexto,* Alberic. *de statutis q. 172 n. 2.*

Quæ resolutio tanto facilius procedit, quia di- 24
cto verbo *pluris*, adiecta sunt alia, *quod sibi placuerit
& libuerit*, quæ omnia iuncta & vnita ad maximam
& ad omnem quantitatem referuntur, Bart. *in l.
cum filius §. pater num. 2 ff de legat 2.* in illis verbis.
*Secundò nota quòd si testator dicat alicui plus dandum,
nec ponit verba quæ sapiunt liberam voluntatem, vel
arbitrium boni viri, vt in hoc textu. dixit enim hic plus
tribuas nec dixit quantum volueris, quantum placue-
ris, vel quantum arbitratus fueris. vel aliquid simile,
& tamen refertur ad arbitrium boni viri, vt patet in
textu, qui dicit arbitrium sibi datur, quod est notandum,*
&c sentit ergo plusquam apertè Bart. & Paul. eo-
dem loci *num 2.* & Anton. Galeas. Maluas. *consil. 8.
num 46 lib. 1.* quòd commissio præfatorum verbo-
rum præstat dictioni *plus* infinitam extensionem,
etiam in fauorem tertij, de quo in eo textu quæstio
vertebatur; ergo in nostra specie idem à fortiori

dicendum erit respectu ipsius donatricis, cui iura vndique opem ferre, vt minus donatum intelligatur, supra probauimus.

25 Er quod verba illa, *quod sibi placuerit & libuerit*, denotent & significent voluntatem adeò liberam, vt nulli patrium, aut legali arbitrio subiecta maneat, magistraliter docet Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, verbo videbitur num.6 cum seqq.* propterea inferens verba hæc nullis limitibus contineri, sed vniuersa vndequaque comprehendere, etiam iuris regulis reluctantibus; sequunturque Ias. *in l. si sic legatum num.27.cum seqq. ff. de legat.*1.Menoch. *de arbitr.lib.1.quæst.7.à num.2. & consil* 408.*ex n.* 13. Ruin.*consil* 27.*num.1. volum.*1 Paris.*consil.*26. *n.*46. *volum* 4.Crot.*consil.*80.*num.*11.Beltrand.*consil.*102. *num.*21.*volum.*4 Natt.*consil.*118.*num.*5.*lib.*1. & *consil.*530.*num.*8.*lib.*5.Alexand.*consil* 43.*num.*14. *lib.*1. Socin.*consil.*123.*num.*1.*ad fin.volum.*3. Bart.*in l. alio num.*9.vbi Alexand. *in addit magna ff. de aliment. legat.& in l.*1.*num* 50.*C.de sacros.Eccles.*Sarmien.*lib.*2. *select.cap.*6.*num.*7. Gom. Arias *l.* 55. *Tauri num.*54. Molin.*de primogen.lib.*2. *cap.*5.*à num.* 1. qui omnes & innumeri ab eis relati (quos consulto omittimus, quia in re adeo aperta amplioribus testibus non egemus) præfatum verissimum axioma deducunt, *ex l.cum quidam* 14.*ff de legat.* 2. *l. fideicõmissa* 11.*§.sic fideicommissum vers. quamquam ff de legat.* 3. quibus iuribus, verbo, *voluerit*, effrænata conceditur significandi potestas: eademque facultas verbo *libuerit*, tribuitur *in l. fideicommissaria libertas la* 2.*ff de fideicom.libert.* vbi gloss.*verbo arbitrium*, mirè se gerit in huius veritatis enuclationem.

26 Mirabilius vtrumque verbum nobis opitulando complectitur ius patrium, *in l.*29.*tit.*9.*parte* 6. ibi. *Vsando el testador a dezir tales palabras quando se hiziesse la manda, dexo a fulano tal cosa, si entendiere mi heredero que es derecho que la aya: o si dixesse dexo a aluidrio de mi heredero, que si el entendiere, que sera bien que fulano aya tal cosa que le mando que ge la de, e en qualquiera destas maneras vale la manda que assi fiesse dexada. Fueras ende se el heredero muestre alguna derecha razon, porque no lo quiere dar, ni otorgar. Mas si dixesse el testador mando a fulano tal cosa, si mi heredero quisiere, o tubiere per bien que la aya, entonces en voluntades del heredero cumplir la manda que assi fuesse hecha, o de reuocarla, si quisiere. Esto em porque vsando el testador de tales palabras quando fazia la manda, semejaua que en todos ginsas la poia en aluedrio del heredero.* Hactenus legislator, cuius seria grauisque decisio finem huic controuersiæ ponit, & adeo indubitatam iustitiam cœnobij repræsentat, vt non plus vltra progredi sinat, aut permittat.

27 Sed ex abundanti eandem consuetudinem clariori luce donabimus sequentibus mediis. Primò, quia etsi adeo quodlibet prædictorum verborum vires suas extendat vt nulli coarctationi aditum relinquat iuxta supra tradita simul iuncta & visa, vt in præfata clausula reperiuntur, tanto latius protelantur, vt nil amplius in materia liberrimæ
28 volūntatis excogitari queat: tum quia duo vincula fortiora sunt vno, *auth. itaque C. commun. de success. auth. de alienat. & emphyt. § sanctissimas collat* 9 *gloss.fin. in cap. verum de condit. appos.* Sud. *de alim. tit.*1.*quæst.*101.*num.*1.Gonzal.*ad reg.* 8. *Cancel. gloss.*13.*in princ à num.* 21. & *glos.* 36. *num.* 9. tum etiam, quia geminatio verborum magis enixam & deliberatam liberrimæ voluntatis operationem ostentat, arg. *l. Ballista ff. ad Trebell.l.* 1. *§. sic ff de adilit. edicto*, quas lare exornant Roman. *in l.si verò §. de viro limit.*31 *ff. soluto matrim.* Deci. *consil.* 230. *num* 3.Cephal.*consil.*58.*num.* 8. Pancirol. *consil.* 4. *num.*12.Pedrocha *consil.*6 *à num.* 107. & *consil.* 35. *num.*50. & magis ad rem hæc duplicitas, seu connexitas, & vnio verborum adeo efficax est & potens, vt etsi alterum eorum regulatum tantum arbitrium importaret, reliquum sufficiens esset ad trahendum ad se regulatum, & ad vtrumque reddendum libertimæ voluntatis compos, & inductiuum, Bart *in l. alio num.*9.& 10. *ff. de aliment. leg.* Paris.*in cap. venerabilis num.* 16. *de except.* Menoch.*de arbitr.lib* 1.*quæst.*7.*num.*14. Roland. in terminis *consil.*59.*num.*32.*volum* 1 .& *consil.*60. *n.* 24. Becc. *in schol ad Iason.consil.*243.*aliàs* 4. *lit.G. lib.* 3.

Secundò, quoniam præfata verba, *placuerit*, & 29
libuerit, apposita sunt gratia donatricis, ideoque ea tantum interpretatione gaudere debent, per quam minus donatum, aut promissum intelligatur, Dec. *consil.* 313. *aliàs* 314.*num* 4. Crauetta *consil.* 108. *num.* 3. Menoch. *consil.* 156. *num.*20. *lib.*2. Paris. *consil.*31.*num.*12.*lib.*1.Rota Genuens.*decis.*7.*num.*7. Pedrocha *consil.* 16.*num.* 41. Bald *in l.* . *ff de solut.*
inde inferens verba, quæ alients in rebus inclu- 30
dunt arbitrium boni viri; inducere in propriis omnimodam liberam facultatem, vt magis domino faueatur, sequitur Ias *d.consil* 4,*aliàs* 243. *n.* 11. *in fine lib.*3.& Menoch *consil.*361 *n.*22.*lib.*4.

Quorum doctrina fortius stringit in verbis re- 31
seruaturis, quorum latissima fit interpretatio in fauorem renuntiantis, & cedentis iuri suo, vt post plures tradit Flamin.*de resignat.lib.*6.*quæst.*1.*num.*5. & *lib.*14.*quæst.*5.*à num.*10.Bero.*consil.*140. *num.* 42. *volum.*2.Cels.Hugo *consil.*11.*num.*5. ea inter alias potissima ratione, quia à potestate reseruantis ius ipsum reseruatum pendet, secundùm Dec. *consil.*146. *num.*8. *vers. tertio non obstat*, & *consil.* 309. *num.*2. Crauet.*consil.*603.*num.*6.*lib.*4. Rota Genuens. *decis.* 14.*num.*60. Vnde quemadmodum iure potuit nihil concedere vel donare, multo magis ius quod sibi libuerit, reseruatione complecti, & in id implendum verba in sua generalitate non strictè capienda sunt, vt notant interpretes per tex. ibi *in cap verum, de condit. appos. l. fin. C de pactis inter empt* & in proposito Hieron.Gabr.*consil.* 68 *n* 44.

Et vt in hac re clarius procedamus, pateatque responsio ad ea, quæ pro contraria parte supra adduximus, ad distinctionem casuum, quibus istud aduerbium apponi potest, deueniendum est, vt sequitur.

Primus erit quando absolutè & simpliciter ap- 32
positū est sine aliquo verbo voluntarium arbitrium significante, à quo declaretur, vt in casu *d l hac adiectio*, & in terminis quibus loquuntur Corset. *de minimis parte* 3.*num.*17. Alciarot. *consil.*147.*num.*2. *lib.* 5. & alij supra in contrarium adducti, nempe quando ducata centum relinquuntur cuilibet Fratrum Monasterio huius Curiæ, & Conuentui S. Augustini plus, quo casu certum est huic non posse ducenta dari, sed solùm centum & quid plus, & hic non est casus noster, quia dictioni *plus, seu pluris*, adiiciuntur verba, quæ ampliant dispositionem vt dictum est, & inferiùs refertur.

Secundus casus est quando cum dictione *plus*. 33
adiungitur verbum aliquod arbitrarium, nempe *placuerit, libuerit, videbitur*, de quibus apud Iureconsult.*in l. fideicommissaria libertas la* 2. *§. sic fideicommissum ff. de legat.*3. Menoch. *de arbitr. lib.*1.*q.*8. & in hoc casu sic distinguendum est: aut verba hæc referuntur ad personam donantis, & in eius fauorem inueniuntur adiecta, & tunc plenam & liberam

liberam voluntatem important, ex Baldo *in l. 1. de fil.t.* & Menoch *consil. 349. num. 22. lib. 4.* & aliis suprà adductis. Aut referuntur ad tertium, & iterum subdistinguendum est, vtrum semel, aut bis apponantur: si semel in regulari arbitrij qualitate permanent: si bis in liberrimæ voluntatis naturam transeunt ex vi geminationis, quam in id expendit Bart. *in d. l. cum filius §. pater num 2. ff. de legat. 2.* cum quo sentiunt auctores superius enarratis; & hic etiam non est casus noster, quia verba quibus adiungitur particula *pluris*, in hac donatione, non sunt arbitraria, sed significatiua liberæ voluntatis, vt est dictum, & dicetur.

34 Tertius casus est quando particula *pluris*, annexa est alicui verbo arbitrario, & alteri liberæ voluntatis significatiuo, quia tunc cum verbum arbitrarium amittat suam strictam naturam, eamque assumat ex verbo liberrimam voluntatem significante, cui annectitur, secundum doctrinam Bart *in l. alio num. 9. & 10. ff. de aliment leg.* quem cum pluribus amplectitur Menoch. *de arbitr lib. 1. quæst. 7. num. 14.* ita etiam dicta particula *pluris*, quæ illis adiungitur, eorum amplissimam significationem accipit, secundùm aliam doctrinam eiusdem Bart. *in d. §. cùm pater num. 2.* Sed nec hic est casus noster, cum sit magis priuilegiatus, & vtrumque verbum liberam significet voluntatem.

35 Quartus, & vltimus casus est noster, quando scilicet particula *pluris* annectitur verbis liberæ voluntatis, vt in nostra claus. *quod sibi placuerit, & libuerit*, tunc enim extra concertationem est ad vniuersum possibile extendi, nulli freno subiacere, cuncta complecti, infinitatemque attingere, vt ex superioribus satis euincitur; quibus addere non veremur ipsum Baldum *in d. l. etsi post tres num. 9. post med.* licet aduersarij eum in suas partes adsciscant; resoluit enim quod si aduerbio *plus*, adiungatur verbum liberi arbitrij, relatum ad iudicem in sua latitudine non stabit, sed modicitate contentum erit: si vero ad partem referatur, nullis limitibus coërcebitur, vt indicant illa verba. *Tu dic quod ista sunt vera quando istud liberum arbitrium refertur ad priuatum, secus si ad ministrum legis, quia tunc subiacet æquitati, & debet ad bonum, & æquum redigi.* Ecce ergo sentit apertè Baldus dictionem *plus* vnitam verbo liberi arbitrij, & relatam ad personam, omnimodam voluntatem importare Pro quo facit, quia vulgare est significationem vocabuli mutari ex adiunctis, & efficere adiuncta, vt vel plura vel pauciora comprehendat. *l. si seruus 111. §. qui quinque ff de legat 1. l. 1. §. adeo, vers. centum ff. de dote praleg* Bart. *in l Lucius §. quæsitum ff. de legat. 3.* & ibi additio Alex. *lit. A.* Camill. Gallin. *de verb. signif. lib. 2. cap. 25. a num. 4.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de non promotis* [illegible] *num num. 27.* Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib. 2 c. 5 n. 1.*

36

37 Non obstat quod in contractibus verba quantumcunque sint absolutæ potestatis, important, boni viri moderamen iuxta doctrinam Innocent. *in cap veniens num. circa fin de renunciat.* Menoch. *de arbitr. lib. 1 quæst. 7. num. 9. cum seqq.* quia respondetur hoc procedere quando in aduersarij voluntate posita est summa, quam obligatus soluere debet; tunc enim ne sibi infinitam potestatem assumat, verba liberæ volu tatis rediguntur ad arbitrium boni viri, & ita procedit text. *in l. si libertus ita iurauerit, ff. de oper. libert.* cum aliis late congest is per Gu[illegible] Benedict. *in cap. Raynutius verb. et* [illegible] *num. 2. & a 2 detestam.* At secus est quando ille, qui obligari vult, relinquit in mera sua voluntate summam, ad quam eius obligatio se extendere debeat; tunc enim nullum inconueniens est, vt in contractibus voluntariis, inter quos donatio connumeratur, donans remaneat obligatus pro quantitate quam voluerit, vt est casus ad litteram *in l. centesimis §. si ita stipulatus ff. de verborum oblig.* vbi verba, *si voluero*, vel, *cum voluero* in contractibus, in quibus vnus tantum obligatus remanet, non mutant naturam, sed remanent in terminis meræ & liberæ voluntatis, vt ibi notat las. *num. 1. vers. amplia istum textum*, in illis verbis. *limita istum textum procedere in contractu obligatorio ex una parte tantum, vt est in stipulatione, secus in contractibus vitro citroque obligatoriis, quia non potest conferri in voluntatem alterius contrahentis, &c.*

Ex quibus concludo quod licet donatio omniũ bonorum præsentium de iure huius Regni sit nulla, etiam retento illorum vsufructu, cum modicus fuerit, itavt nec ad alimenta coœgrua donatoris sufficiat, nec ei remaneant bona in sufficienti quantitate ad testandum, nihilominus tamen ex verbis donationis, *plurisue quod sibi placuerit & libuerit*, reseruata fuit donanti libera facultas disponendi de bonis donatis, & sic ex hoc capite, nisi aliud obstet, donatio non fuit nulla.

DVBIVM II.

An donatio, de qua agitur, fuerit simulata?

INTER nonnullas simulationis species, quæ in iure nostro reperiuntur, vt patet in toto tit. *C. plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur*, illa principalis est quando fit aliquis contractus apparenter ob aliquam causam particularem, sed de mente contrahentium est, vt nihil agatur, de qua loquitur text. *in l. nulla ff. de contrah. empt. l simulatæ ff. de ritu nupt. l. emptor ff. de aqua pluuia arc. l. imaginaria ff. de regul. iuris*, & notat Salicet. *in l. 1. C. plus valere quod agitur num. 1 & in l. cum precibus C. de probat. num. 1.* vbi Bald. *num. 1. & 2. & in consil. 70. num. 1.* quæ quidem simulationis species contractum reddit omnino nullum, itavt ex eo nulla oriatur actio *l. emptor ff. de aqua pluuia arc. l qui sub imagine ff. de* [illegible] vtrobique gloss. & Bart. quod pluribus [illegible] Alex. *in consil. 142 num 9. lib. 5.* Socin [illegible] *num 4. lib. 1.* Anton. Fab. *in suo C. d. tit.* [illegible] *quod agitur, definit. 1.* & antea dixerat [illegible] *ea num. 8. C. de transact.* Ratio est, quia vt ait B[illegible] *in l. 1. & 2. C. plus valere quod a*[illegible] in contract[illegible] bus simulatis deest contrahentium con[illegible] in quo substantia illorum consistit. Vnde Philipp. Deci. *consil. 587 num. 1* Boër. *quæst. 1. num 12.* Ant[illegible] Fab. *d. definit. 1* d[illegible] contra[illegible] simul[illegible] corpus sine anima. Et idem Bald. *in l. ab* [illegible] *C. mandati num* [illegible] contra[illegible] rem depictam extra[illegible] substantiam non habe[illegible] ribus comprobat Franc. Becc. *in cons*[illegible] *num. 35. cum seqq.* Vincent. de Honded. [illegible] *num 10. cum seqq.* Vnde stante quod [illegible] hoc est donantis, & donata[illegible] agerétur, & ita inter eos constitutum fuisse dicitur, bene sequitur donationem simulatam esse; & licet donatarius hunc neget, nihilominus de simulatione constat, vt infra videbitur.

38

39

Sed

40 Sed præmittendum est quod cum simulatio
sit difficilis probationis, ad eam comprobandam indicia & coniecturæ sufficiunt, vt notant
Bald. *in consil 70. lib. 1. & in consil. 3 1. lib. 5.* Paul. de
Castro *in consil 81. lib. 1. & in consil. 58. num. 5. lib. 2.*
& in consil. 74. eod. lib 2. & pluribus comprobat
Franc. Becc. *d. consil. 52. à num. 44. cum seqq.* Honded.
d. consil. 46. a numer. 1. Menoch. *de præsumpt. lib. 3.*
præs. 122 num. 5. vers. ita pariter, & præs. 124. num. 1.
Mascard. *de probat. concl. 438. num. 7. & seq* Stephan.
Gratian. *discept. forens. tom 3. cap. 479. à num. 59.*
vbi dicit quòd probatio per coiecturas in materia
simulationis dicitur euidentissima; immo ad suf-
41 ficientem probationem constituendam duas etiam
leues sufficere resoluunt Becc. *d. consil. 52. num. 47.*
Stephan. Gratian. *d. cap. 479. num. 71.* Card. Mantic.
de tacitis & ambig. conuent lib. 13. tit 35. n. 1.

42 Quamuis contrarium, quòd immo simulatio
non coniecturis, sed bene, & concludenter probanda sit, tenuerint Bald. *consil. 21. num. 2. lib. 4.* Paul de
Castro *consil. 261. num. 1. lib. 1.* Aym Crauet *consil.*
145. num. 2. Grammat. *decis. 76. num. 14.* & plures,
quos refert Farin. *in praxi crimin. quæst 162. n. 98.*
qui tamen *num. 99.* distinguit inter simulationem
allegatam per tertium, & inter allegatam per contrahentem, vt primo casu probetur coniecturis,
secundo autem casu non. Eandem distinctionem
faciunt Bald. *in l. emptione num. 3. C. plus valere*
quod agitur, vbi Salicet. *num. 2.* Ioan. de Imola *in*
cap. illo vos num. 19. de pignorib. Menoch. *de arbitr.*
lib. 2 casu 39. num. 26. Mascard. *de probat. concl. 439.*
num. 31. quos refert Farin. *d. quæst. 162. num. 249.*
Hic autem simulatio allegatur per tertium petentem donationem à patre factam annullari, & ideo
coniecturis probari potest, quæ quidem in præsenti casu plures vrgentissimæ adsunt, quæ euidentem in hac materia constituunt probationem.

43 Prima igitur coniectura simulationis inducitur
ex eo quod contractus iste donationis est, qui facilius præsumitur simulatus, quam alius quilibet
in tantum quod quæcunque alia interpretatio potius capienda est, quàm donationis, vt per tex. *in*
l. cum de indebito ff. de probat. Deci. *consil. 177. n. 1.*
44 Et potius præsumetur error in facto proprio,
quàm donatio, vt notat Crauetta *consil. 77. num. 14.*
& in consil 142. num. 16. dicit quod potius præsumitur fatuitas intellectus quam donatio, & Marc.
Anton. Natta *consil. 73. num. 9.* refert quod ad euitandam donationem sufficit quæuis leuis occasio,
& quamuis hoc regulariter in quacunque donatione procedat, maiori tamen cum ratione, & absque dubio locum habet quando donatio fuerit
excessiuæ quantitatis, in quibus terminis Cephal.
consil. 137. num. 78. lib. 1. & consil. 142. num. 52. eod.
lib. 1. & consil. 208. num. 14. & consil. 210. num. 88.
lib. 2. ait ex solo excessu in quantitate donata præsumi in ea simulationem & fraudem: maxime
cum sit mera donatio sine meritis, aut aliqua consanguinitatis correspondentia facta, vt multis
comprobant Honded *d. consil. 45. n. 17. cum seqq.*
Catelian. Cotta *in memorabil. verbo fraus.*

45 Secunda oritur ex qualitate tam donantis,
quam donatarij, quæ qualitas ad probationem simulationis multum operatur, Bald. *consil. 198.*
num. lib. 8. 1. & consil. 312. num. 12 lib. 5. Aym.
46 Crauetta *consil 141. num. 8.* [illegible] autem donantem ætatis esse septuaginta [illegible] proinde
præsumi in eo auaritiam, quæ [illegible] crescere in
sene, licet cætera senescant, vt d[illegible] Card. Zabarel.
in Clem in plerisque de elect. quæst. 6 num. 8. & in Clem
1. num. 2. de Regularib. & adducit Bertachin. *in suo*
repert. verbo auaritia, & faciunt quæ tradunt Castren. *consil. 38. num. 4. vers. tacuit ergo volum. 1.* Ma-
scard. *de probat. concl 150.* Et ideo ratione ætatis 47
& eius naturalis auaritiæ remanet inuerisimilis
talis donatio, nam in materia simulationis sumitur coniectura à verosimili, Bald. *consil. 3 1. n. 12.*
lib. 5. Paul. de Castro *consil. 18. num. 3 lib 2.* Corne
consil. 303. num. 11. vol. 3. Tiraq. *in l. si vnquam C. de*
reuoc donat. in præfat. n. 17. & pluribus comprobat
Becc *d. cons 52. n. 73.*

Tertia coniectura est simulationis, quia donans 48
remansit in possessione rei donatæ, *l. si ut §. supervacaum ff. quibus modis pignus, vel hypoth.* notat Bart.
in l. post contractum num. 4. ff. de donat. Tiber. Decia.
consil. 13. num. 14. lib. 1. Pettazol. *consil 447. num. 19.*
vbi de eo, cui fuerunt donatæ pecuniæ, & tamen
eas nunquam petiit, Menoch. *de arbitr lib 2. casu 39.*
num. 1. & de præsumpt. lib. 1. præs. 121 n. 110. cum seqq.
Vinc Honded. *d. cons. 46. n. 14 24. & 29.* Farin. *d. q.*
162. n 228.

Quarta coniectura simulationis oritur ex eo 49
quòd donatarius multo tempore res donatas non
petiit, nec instrumento donationis vsus fuit, cum
non sit verisimile quod ille tanto tempore sileret;
cum esset pauper, & donatio multum opulenta,
l. si quis forte ff. de pœnis, Bald *in l. fraus ff. de legib.*
Oldrad. *consil. 181. num 10.* Anchar *consil. 234. n. 2.*
Mandos *de inhibit. quæst. 14.* Aym Crauet. *consil. 6.*
num 8 & consil. 28 num 6. Menoch *de arbitrar casu*
194. num. 19 & de præsumpt. lib 3 præs. 124. num 44.
& in terminis quòd præsumatur simulata si donatarius rem sibi donatam non petiit, post Specul.
Castren. & alios notat Bertazol. *d. consil. 447.*
n. 19. lib. 1.

Quinta coniectura simulationis procedit ex eo 50
quòd donator reseruauit sibi facultatem reuocandi donationem ex quacunque causa probanda per
solum ipsius iuramentum, ex quo plene elicitur
quòd noluerit vere, sed ficte donare, cum faciliter
posset talem reuocationem facere suo arbitrio non
se adstringendo dispositioni iuris communis, admittentis causas legitimas reuocandi similes donationes, quas noluit donator obseruare, ita vt ex
hoc magis credatur fuisse confictam donationem.
Ita Stephan. Gratian. *discept forens tom 3. cap 479.*
num. 70. Sic etiam ex multiplicatione instrumen- 51
torum, seu plurium actuum sumitur coniectura
simulationis, vt cum multis resoluit Farin. *d. q.*
162. num. 154 Præcipuè in donationibus, quæ solent palam, & bona fide fieri, ac sic effectum sor- 52
tiantur, & ab insolitis sumitur vrgens simulationis
præsumptio secundum gloss. *in l. si quis conditione,*
vbi notat Bald. *ff. de condit. institut.* & plures quos
refert Farin. *d. quæst. 162. num 115. cum seqq* & in similibus argumentatur Deci. *consil. 58. num.* [illegible] & Bald.
in consil. 125 num. 1. ait quod de successiuis cautelis
præsumitur fraus; & in terminis notat Franc. Becc.
d. consil 52. n. 78. cum seqq.

Reseruatio autem talis facultatis, siue scriptura 53
de qua constabat fuisse de mente donantis, & donatarij vt nihil ageretur vigore donationis factæ,
fuit in processu præsentata, & de eo subtracta, &
loco ipsius alia supposita, quæ ad rem non facit,
qu[illegible] scripturarum occultatio cum sit difficilis probatio iis coniecturis probari potest, Capol. *de simulat. contractuum num 81 & 85.* Menoch
de præsumpt. lib 3 præs. 122 num. 5. & præs. 124. num. 3
Mascard. *de probat. concl 438. num 7 & seq. & concl.*
815. numer. 1 & duæ sufficere videntur ex eod.
Mascard.

Mascard. d. concl. 438 num. 11. licèt hoc iodici arbi-
trarium sit, Ioan. de Anania consil. 49. Ioseph. Lu-
dou. Lucensi decis. 13. num 23. Menoch. de præsumpt.
lib. 3. præs. 122 num. 7. Honded. consil. 109. num. 2.
lib. 1. Et hoc procedit maximè in ciuilibus, in qui-
bus proculdubio verior & communior est senten-
tia, quæ tenet coniecturis & suspicionibus etiam
extrinsecis talem occultationem probari, prout
etiam sufficiunt ad tollendam fidem instrumento,
vt scilicet nequaquam ei in ciuilibus fides adhi-
beatur, veluti si contineret inuerosimilia, vel con-
trarium esset alteri scripturæ; ita Bald. in l. scriptura
num. 9. C. de fide instrum. Abb. consil 99. num. 5. lib. 1.
Angel. Ias. Felin. vterque Curt. Socin. Crauet.
quos refert & sequitur Mandel. Alben. consil. 99.
num. 7. & 8. vbi testatur hanc esse communem opi-
nionem, & eandem late defendunt Natt. consil. 633.
à num. 9. Menoch. Mascard. Rimin. iun. & Sfort.
quos refert & sequitur Farin. in praxi crimin. p. 5.
quæst. 152. num. 16. vbi affirmat hanc sententiam
praxi seruari in Romana Curia, Baiard. ad Iul.
Clar. §. falsum num. 268 Osasch. Pedem. decis. 17.
num. 7. cum seqq. & consil. 7. num. 23. cum seqq. Ioseph.
Ludou. Perus. decis. 15. num. 65. cum seqq. Intrigl. Si-
ciliæ decis. 17. num 22. Ioseph. Sesse Aragon. dec. 118.
num. 8. nam verisimilitudo multum in probatio-
nibus attenditur l. cùm de ætate ff de probat. Ma-
54 scard. de probat. concl. 740 num 35. Menoch de præ-
sumpt. lib. 5. præs 20. num. 1. Steph. Gratian. Marchiæ
decis. 28. num. 12. Bimius consil. 188. num. 18. cum seqq.
lib. 2. Pereg consil. 92. num. 12. cum seqq. lib. 1. Surd.
consil. 473 num. 9. cum seqq. lib. 4. Anton. Thesaur.
lib. 1. quæst. 47. num. 1. & ad excursionem instrumen-
ti, & probationem falsitatis maxime attenditur in-
uerisimilitudo Anton. Thesaur. d. quæst. 47. num. 11.
dicens quòd hæc est suspicio multum efficax,
Osasch. decis. 177 num. 8. Farinac. de falsitate q 153.
55 num. 176. cum seqq. Et quòd resultet plena probatio
falsitatis quando vnum verisimile additur pluri-
bus inuerisimilibus, tenet Iacob. Nouel. reg. 242.
quem refert & sequitur Farin. d. n. 177.
56 Inuerisimilitudo autem scripturæ suppositæ, &
verisimilitudo occultationis illius, quæ vera est,
probatur primo, quia cum processus in foliis nu-
meratus, parti contrariæ traderetur, ex suis mani-
bus exiit in loco vbi dicta scriptura existebat; di-
minutus in vno folio, secundùm Menoch. de arbitr.
casu 187. num 48. Ioseph Ludou. d. decis. Lucensi 13.
num. 21. vers. quintum indicium, Sfort. Odd. consil. 78.
num. 9. 10. & 11. Vnde si quid mali fuit commis-
sum circa hoc, dicendum est totum processisse ab
eo penes quem vltimo loco fuit processus, ante-
quam in actis produceretur, ad tradita per Bald.
57 in l. si vnus num. 7. vbi etiam Alex. C. de testam quæ
præsumptio eo magis vrgere videtur, quia suppo-
sitio, & subtracto huiusmodi ei soli prodesse po-
tuit, & commodum afferre, Curt. sen. consil. 55. in
fine vers sic etiam ex persona producentis. Surd. consil.
512. num. 6. Hieron. Grat. consil. 59. num. 14. & 15.
volum. 1. Franc. Becc. consil 70. num. 20. & 21. vol. 1.
Blanc. in l fin. num. 255. cum seqq. & num. 422. C. de
quæst. Honded. consil 96. num. 10. & 61. volum. 2. & in
omnem euentum saltem talis occultatio operatur,
vt non possit hodie meo principali imputari, Bald.
in l. 1. sub num. 4. vers. quæro hic, C. de fide instrum.
Felin. in cap. ex litteris num. 15. vers nota quartò,
eod. tit.
58 Secundò, quia scriptura supposita contra sty-
lum, & solitum dictamen scripta est, vnde diuersi-
tas styli, diuersaque dictandi forma falsitatem ar-

guit, cap. quàm graui, de crimine falsi, Bald. in l. Im-
perator num 4. ff de statu homin. Ioseph. Ludou. de-
cis. 213. num. 21. Franc. Marc. decis. 743. num. . part. 1.
& plures, quos refer & sequitur Farin. quæst. 153.
num. 159.
Vltima coniectura simulationis est fama pu- 59
blica quod dicta donatio non fuerit vera, realis,
& effectiua, sed simulata, & ficta, iuxta tex. in cap.
cum dilecti, vbi gloss. & Innoc. de vsur. Honded.
consil 33. num. 19 lib 2. Card. Mantic de tacitis, &
ambig. conuent. lib. 8. tit. 10. num. 29. Farin. consil. 40.
n. 4. & in d. praxi q. 162. n. 114.
Denique considerandum est quòd vbi singula 60
ex supradictis coniecturis necessariò non conclu-
derent simulationem, ex omnibus tamen iunctis
adeo manifeste & liquido videtur patefacta simu-
latio donationis, vt nulli dubitationi locus reli-
ctus esse videatur; sunt enim hæ violentæ præsum-
ptiones, & indicia vrgentia, quibus simulatio pro-
batur, vt supra diximus, & in specie resoluit
Franc Becc. d. consil. 51. num. 84. vbi hæc addit. Nam
ex plurium præsumptionum concursu inducitur plena
probatio, Roman. consil. 7. Visis necessariis col. 1. &
consil 54. Visis, ad fin. Et præsertim hoc dicendum cum
simus in materia difficilis probationis, in qua proba-
tiones alioquin etiam diuersæ speciei coniunguntur ad
plenam probationem inducendam Alex. consil. 24 Ani-
maduersis num. 41. lib. 2. Deci. consil. 146. Et pro tenui
col. pen. vers. sexto, & vltimo, Aym. consil. 71. Dicen-
dum videretur num. 19. quod sine dubio videtur pro-
cedere quando vnaquæque species probationum tendit
ad eundem finem, Aret. consil. 65. in præsenti col. 3.
vers. ergo videtur, &c. post Bart. in consil. 68. Afflict.
in cap. 1. num. 56. si de feudo dato in vicem legis com-
miss. Anton. Gabr. in suis commun. opin. tit. de probat.
concl. 1. Honded. d. consil. 46. n. 26. lib. 1.

DVBIVM III.

Vtrùm donatio hæc ex capite læsionis rescindi possit.

PARS, quæ negat, ex eo videbatur probari, 61
cùm in casu præsenti nulla læsio considerari
possit, quia planum est illum, qui donat, semper
damnum pati, cum voluntariè suo se spoliet, & al-
teri illud concedat; si enim donans ex donatione
à se facta lædi diceretur, nulla donatio firma re-
maneret, sed quæcunque nullitati sobiiceretur: ita
Bart. consil. 90. num. 2. lib. 1. Cagnol. in l. 2. num. 195.
C. de rescind. vendit. Crauet. consil. 114. numer. 11.
Marc. Anton. Eugen. consil. 3. num. 55. & 56 tom. 1.
latissimè Honded. consil. 42. num. 23. & 25. vol. . vbi
resoluit ætate maiorem, quamuis donationem iu-
ramento non confirmet, illam ex capite enormissi-
mæ læsionis rescindere non posse, & solum in mi-
nore iuramentum requiri, idque pro constanti sup-
ponit Pinel. in d. l. 2. parte 1. cap. 4. num. 4. C. de re-
scind. vendit. Surd. consil 87. num. 13. vbi affirmat
sic fuisse iudicatum. Et quòd in simplici, & mera 62
donatione, non correspectiua ad aliquem actum,
locum non habeat d. l. 2. tenent Anchar. in consil.
433. Ias. in l. si quis cum aliter num 18. ff de verbor.
obligat Becc. consil. 18. à num. 6. Eugen. d consil. 3.
num. 51. cum seqq. lib. 1. Simoncel. de decretis lib. 1.
tit. 3. inspect. 3. num 27. Honded. consil. 42. num. 25.
Surd. consil. 112. num 17. Brunor. à Sole in locis com-
mun. verbo læsio 4 nisi quando fieret magna dona-
tio, & sine aliqua causa, quia tunc non dicitur do-

natio & liberalitas, sed sonat in vitium prodigali-
ratis, Crauer. d. consil. 192. num. 1 ad fin.
63 Et maximè quàndo donatio fuit facta ex causa
& ad effectum vt sibi honor acquiratur in familiæ
suæ augmentum, & vtilitatem, vt tenent Tiraq.
de nobilitat. quæst 37. num. 21. Tiber. Decian. consil. 7.
num. 25. & 26. & consil. 33. num. 83. & 84. volum. 1.
Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num 28. ibi. *In hac au-
tem specie filij vel filiæ dotem, aut alimenta competen-
tia accipientes, parentumque hæreditati, vt ex ea pri-
mogenium constituatur, renuntiantes, non possunt se
enormiter læsos appellare, cum id in eorum, totiusque
familiæ, & Reipublicæ vtilitatem constituatur*, &c.
& subdit hoc esse summè notandum, quia omnis
prope de hac materia scribentes æquiuoce proces-
seruor, Marc. Anton. Eugen. consil. 3. num. 57. ibi.
*Nec est verum quod Medea donauerit sine causa, quo
casu dici potest lædi, secundùm Aym. consil. 192. quia
si diligentius videatur instrumentum donationis, est
expressa causa, vt constat in dicto instrumento ibi,
causa confirmandi cyppum domus ipsius Medeæ, quæ
ratio satis idonea, & vrgens cuique videri debet, ex
his, quæ late de conseruatione agnationis, considerat
Brun. in tract. exclusionis fœminarum n. 3. & 4.*
64 In duobus tamen casibus habet locum d. l. 2.
in donationibus Primus est quando illa, de qua
agitur, fuit remuneratoria, id est facta in remu-
nerationem beneficij accepti, iuxta ea quæ nota-
runt Bald. in auth. ex testamento col. 2. num. 1. in fine
C. de collat. Philipp Corn. consil. 161. num. 8 lib. 3.
Deci. consil. 180. num. 4. & 5. Curt. iun. consil. 141.
num. 4. & 14. Crauet. d. consil. 192. num. 1. Tiraquel.
in l. si vnquam, verbo donatione largitus num. 81. C.
de reuocand. donat. Mascard. de probat. conclus. 86.
num. 10. quia quando quis donat ob aliquam cau-
sam, seu recompensam, multoties decipitur cre-
dens se ad plus teneri quam teneatur, vt notauit
Crauet. d. consil. 192. num. 1. in med. Corne. cons. 189.
n. 5. lib. 1.
65 Secundus casus est quando vltra dimidiam
enormissime læsus est donans, quia tunc poterit
talis donatio rescindi remedio d. l. 2. vt alios re-
ferens notat Bonifac. Ruger. consil. 16. num. 134.
ibi. *Quæ læsio enormissima adeo ad actus annullationem
efficax ac potens, vt etiam in donatione fraudem ar-
guat*, &c. & Felinum citans idem tenet Syluest.
Aldobran. consil. 75. num. 22. ibi. *Et voluit etiam Fe-
lin. in cap. in præsentia, de probat. num. 8. vbi propriè
loquitur in donatione, & dicit quod enormissima læsio
facit præsumi dolum, & quod communiter tenetur quod
possit concedi absolutio a iuramento*, &c. Mascard.
66 de probat. concl. 559 num. 30. ibi. *Duodecimo donatio
præsumitur simulata, & dolosa quando continet in se
enormissimam læsionem, ita scriptum reliquit* Deci. in
l. fraudis ff. de regul. iuris, & in consil. 26. quem re-
67 fert Abb. in consil. 4. num 10. &c. quia non potest
excogitari cautela quin data magna iniquitate
actus non reddatur nullus. Paul. de Castro consil.
74. quem sequitur Deci. consil. 11. & ita stante enor-
68 missima læsione contractus in quo interuenit, est
nullus, iuxta tex. in l. omnes, & in l. Lucius ff. quæ in
fraudem cred. l. si superstite C. de dolo, l. si quis cum
aliter, vbi notarunt communiter scribentes, ff. de
verb. obligat. Gam. decis. 66. num 3. & decis. 95. & de-
69 cis. 198. Gabr. Pereira decis. 15. num. 3. quam enor-
missimam læsionem incurrit donans omnia bona
sua, Socin. consil. 50. num. 3. ibi. *& cùm illustris Do-
mina Tadea donauerit omnia bona sua, se ipsam læsit
immodice, & enormissime, ita vt ex hoc inducatur præ-
sumptio doli ipsius donatarij*, &c. stante enim dolo
promptiores Iudices esse debent ad similes dona-
tiones rescindendas. Decian. consil. 32. numer. 9.
lib. 2.
Cùm ergo, donatio de qua agimus, (etiam 70
detractis oneribus, ob quæ illa tantum minus va-
let, ex l. 1. §. si heres percepto fundo, vbi Ias. Ripa,
& Socin ff. ad Trebell. l. fundi partem ff. de contrah.
empt. l. si venditor §. fin ff. de seruis exportand. l. eum
qui emit §. melior ff. de in diem addict. Abb. in cap.
cùm Ioannes num. 3. de fide instrum. Bald. in l. solam
num. 10. C. de testib. Tiraquel. de retractu conuent.
in præfat. num. 21.) fuerit magna & excessiua, &
nulla præcedente obligatione facta, nec non in
fraudem consanguineorum pauperum, quos dolo-
sè donatarius lædere voluit, firmum remanet quod
donans enormissime læsus fuit, ac proinde dona-
tionem fuisse & esse nullam, vt suprà proba-
tum est.

Dvbivm IV.

Vtrùm donatio de qua agimus ex defectu insinuationis nulla sit?

Opponitvr contra insinuationem quod 71
facta sit per iudicem incompetentem, &
petente donatario absente donante. nam constat
reproductam in actis fuisse per ipsum donata-
rium, ex cuius data patet post sex dies à donatio-
ne factam fuisse, donante absente, inscio, & mi-
nime citato, cùm ipsius præsentia in insinuatione
requiratur, vt notat Bald. in l. illud num. 9. C. de
sacros. Eccles. Et quando requiritur pro forma ad
solemnitatem actus præsentia alicuius, non potest
per procuratorem expediri, iuxta tex. in l. 2. C. de
his, qui ven. ætatis impetr. per quem ita tenent An-
gel. in l. 3. num. 5. C. rem ratam haberi. Et in casu
cap. cùm desideres, de sent. excomm. notarunt
Innoc. Host. Ioan. Andr. & Anton. de Butrio ibi
num. 10. Vel ad minus desideratur, vt ipse donans 72
insinuationem coram iudice peteret, aut ad eius
instantiam, & petitionem concederetur, ex text.
qui id expresse probat in l. in hac C. de donat. quod
notat Bald. consil. 167. num. 5 lib 5. vbi postquam
firmauit donationem factam in præsentia iudicis
nullam insinuationem, aut decretum requirere,
quia hoc habetur loco insinuationis, circa insi-
nuationem quæ fit ex interuallo loquens, ita ait.
*Vel quod talis donatio per ipsum donatorem adducatur
ad acta simul cum donatario, vel per se solum, vt in
eod. tit. l. in hac, ibi, dum dicit, atque vt ipsa donatio,
si ita est in voluntate donantis, vt ei liceat donationem
suam apud quemcumque Iudicem intimare, & insi-
nuare; & ad idem facit C. de testamen. l. Diuus*, &c.
Idem tenuit citatus Bald. in d. l. in hac num. 5. &
Aretin. consil. 123 num. 4. Corn. consil 99. num. 7 &
8. lib. 4. Riminald §. 1. Instit de donation. num. 521. &
contra Angelum, qui contrarium tenuit, dicit sta-
re veritatem pro hac parte Tellus Fernandez l. 22.
Tauri n. 30. quos refert, & sequitur Matiens. l. 7.
gl. 3 n. 3 tit. 6. lib. 5. noua Recop.
Et quamuis Angel. ac alij existimauerint insi- 73
nuationem fieri posse ad instantiam donatarij, ni-
hilominus tamen semper intelligitur illa condi-
tio subintellecta, vt citetur donator, & illius con-
sensus accedat, tanquam principalis in ipso actu
insinuationis, de qua agitur, ex generali regula l.
nam ita Diuus ff de adoption. & in indiuiduo pro-
bat tex. in l. secundum Diui C. de donat. ibi, scien-
tibus

tibus tamen ys, qui ad huiuscemodi insinnuationem peruenerint, quam ys qui eam susceperint, &c. ex expressè tenent Hippol.de Marsil. *in l. de vnoquoque num.34. de re iudic.* Angel. de Vbaldis *consil.179. num.7.* ibi, *& tunc debebit donator, aut eius hæres citari, cum de eius præiudicio agatur*, &c. quem refert & sequitur Capie.*decis.203. num.15.* differentiam constituens inter eum casum quo donator petit insinoationem, & inter illum, quo donatarius illam requirit, vt scilicet in primo non sit necessaria donatarij citatio, nec alterius personæ, cum de nullius præiudicio agatur; secus in secundo, putà quando ad ipsius donatarij instantiam petitur, tunc enim expressè dicit requiri citationem donatoris; idem tenet Mandel. de Alba *consil 4.n.54. lib.5.* vbi *additio lit. M.* alios allegat; & hanc conclusionem pluribus comprobat Philipp. Corne. *consil.71. num. 14 cum seqq. lib. 2.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.531. num.3.* & alios referens Alex. Trentacinq. *lib.3. par. resolut. tit. de donat. resolut. 5. num. 3. cum seqq.* & communem dicit Syntagm. *commun opin. tom. 2. tit. 11. de donat cap. 3. vers. actus*
74 *insinuationis*, & Getard. Maynard. *lib.6. Tholos. decis. 65. num.6.* Hinc fortè procedit vt si donator decedat nondum facta insinuatione, donatio sit nulla, Menoch *consil. 1221. num. 4.* Gratian. *discept. forens. cap.781. num 5.*

75 Vnde ex omissione huius solemnitatis insinoatio facta fuit nulla, quia qood fit supra legitimum modum, habetur pro non scripto, & nullo, vt notat Bald. *in consil. 167. num.5. lib.5.* addens quòd neque instrumentum intelligitur celebratum, neque accessisse cōsensum in tantum quod nec naturalis nascitur obligatio; Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 531. num. 1. cum seqq.* à nullitate insinuationis arguit ad nullitatem donationis, per hæc verba. *Ita vt deberet ferri sententia pro nullitate insinuationis, & consequenter donationis, quæ tanquam non insinuata nullum effectum poterat operari, cum insinuatio sit pro forma, sine quo actus est ipso iure nullus*, &c.

76 In vno tantùm casu potest fieri insinnatio ab altera partium sine alterius præsentia, vel citatione, quando ex vtraque parte donatur, vt in specie resoluit Anton. de Canario *in tract. de insinuat. parte 2. quæst. 4. num. 12.* exemplificans in dote, & in donatione propter nuptias ex pactis dotalibus, & addit. *Non autem intelligas quòd donatio possit insinuari ab altera partium, hoc est a donante, & donatario, quia, vt dictum est in facultate donatarij, sed donantis insinuationem fieri.*

77 Ratio est, quia insinuatio in odium donatarij introducta fuit, vt post alios notat Paul. de Castro *consil. 195. num.6. lib.2* ibi. *Secunda ratio est specialis in casu nostro in quo iurans est mortuus, & talis communiter traditur per Doctores, quod donatio vltra summam legitimam prohibetur sine insinuatione, non fauore donantis, sed odio recipientium clandestinas do-*
78 *nationes*, &c idem dicit Abb. *consil. 107. num. 1. p. 2.* id enim insinuant quatuor illæ rationes, ob quas tenent Doctores insinuationem requiri. Prima est vt inter insinuationem, & donationem possit deliberare donans, an sibi expediat donationem perficere. Secunda vt geminatio actus ostendat mentis perdurationem, & perseuerantiam. Tertia vt tollatur omnis suspicio fraudis. Quarta vt occurratur falsis probationum modis; quas refert Anton. de Canario *in d. tract. de insinuation. parte 1. num. 18.* Rebuff. *ad constit. Regias tom. 2. tit de donat. insinuan. art. 1. gloss. 1. num. 2. cum seqq.* Menoch. *consil. 261. num 19. cum seqq* & Calder. *consil. 1. tit. de donat.* Abb *consil. 33 lib. 1.* Socin. *consil. 78 num 2. lib. 1.* asserentes insinuationem principaliter fieri,
vt donatarij fraudibus occurratur. Vnde finis in- 79
sinuationis est quòd inquirat iudex donantis, an ille liberè & propria dictante voluntate donationem fecerit, an verò vi, metu, aut fraude fuerit à donatario compulsus, & hinc coniecturari poterit an admittere vel negare debeat insinuationem, Mozz. *de donat. tit. de substant num. 21.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 278. vers. vtrùm autem*, & post Bart. *in l. si Consul. num. 10. ff. de adopt.* notat Capic. *Neapol. decis. 203. num. 13.* ibi. *Et potest, & debet interrogari de caussis, quare sic suum patrimonium exhaurit, argumento Cod. de præd. cur. l. 1. in fine lib. 10. & sic est cum minor manumittit vindicta, nam hoc non fit coram se ff de offic. Consul. l. 1. vnde si Iudex videt non subesse caussas, dicet, volumus quod donatio*
ponatur in actis, & sic non erit insinuata, &c. Nam 80
Reip. interest quòd subditi non malè vtantur substantia sua, & depauperentur, *§. sed & maior Instit. de his, qui sunt sui*; Hermosil. *ad l. 9. gloss. 1. h. 17. tit. 4 parte 5.*

Hine fit insinuationem habere aliqualem co- 81
gnitionem causæ, & non esse voluntariæ, sed contentiosæ iurisdictionis, vt notat Bart. *in l. si Consul num. 3. ff. de adopt.* alioquin frustrà præsentia iudicis requireretur in insinuationibus, vt dicit Compilator *commun. opin. tom 2. tit. 11. de donat. cap. 1. n 1. vers. Iudex coram quo.* Et dùm ageret Marta *de Iurisd. parte 4. cent. 1. casu 78. num. 4.* de quodam statuto quòd legata insinuari mandabat, illam coram Iudice hæredis faciendam esse ait, cùm sit actus, qui requirit iurisdictionem, vt alios allegat. & apud Hispanos *l. 9. tit. 4 parte 5. in finalibus verbis*, statuit
quòd donationis insinuatio fieri debet coram Iu- 82
dice maiori illius loci, vbi fit donatio, de quo Gutier. *de Iuram. confirm. parte 1. cap. 7. num. 15.* vbi tradit fieri non posse coram iodice pedaneo, hoc est, Alcalde de Aldea, & eum sequitur Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 278. vers. insinnatio tamen* Ceuall. *commun. contra commun. quæst 22. num. 7.* Mieres *de maioratu parte 1. quæst. 58. num. 84. & 85. in nouis*, vbi subdit quòd donatio insinuata secundùm consuetudinem, legem, vel statutum vnius loci, est valida etiam quoad bona in alio loco, vel territorio sita: licèt illam tantùm prodesse quoad bona, quæ sub illa iurisdictione sunt, existimauerint Maynard. *d. lib. 2. decis. 56.* & Bottell. *in sum. omnium decis. tit. 11. de insinuand. donat. n. 32.*

Coram iudice competenti habente iurisdictio- 83
nem ordinariam, vel ratione personæ donantis, vel ratione rei donatæ insinuationem fieri debere magis communis sententia obtinuit; vt notant Imol. *in l. Modestinus ff. de don.* Oldrad *cons. 253. n. 3* Guid. Pap. *cōs. 57. n. 2.* Menoch. *cōs. 84. n. 51.* ibi. *Hoc, inquā, nihil obest quia verior & magis recepta est opinio insinuationem donationis fieri debere coram Ordinario, vel ratione personæ donantis, vel rei donatæ*, &c. Quicquid corā iudice loci contractus faciendū esse existimauerit Bart *in d. l. Modestinus n. 3.* & alij cit ab Ant. de
Canatio *de insinuat. p. 1. q. 12.* Sed quid si ipse iudex 84
ordinarius sit donator, vel donatarius, an possit coram eo donatio insinuari? Negatiuam sequitur
partē Ceuall. *cōmun q. 222. n. 12.* Et quid si Notarius 85
qui fecit donationem, est simul Iudex? Dic coram eo insinuari posse, quia vicem duarum personarum sustinet Matiens. *l. 7. gl 6. n. 3. tit. 10. lib. 5. Recop.*

Dvbivm V.

Vtrùm alia donatio extet, quæ sit valida?

QVAMVIS donatio, de qua agimus, tot circundata nullitatibus non esset, adbuc valere non poterat, cùm extet alia eodem die ad fauorem Antonij rite,& rectè facta, quæ vtique valida debet censeri, moltis, sed his potissimùm fundamentis.

86 Primò, quia Franciscus bonorum donatorum possessionem prius obtinuit, & in re duobus vendita, vel donata, præfertur ille, cui prius fuit tradita, licet alter siue prior, siue posterior habeat regressum contra vendentem, vel donantem, de quo est tex. *in l. quoties C de rei vendicat.* ibi, *Cùm etsi ex causa donationis vtrique dominium rei vendicetis, eum cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conueniat*,&c. notarunt Abb. *consil.* 55. *per tot. lib.* 1. maximè *num.* 3. Carol. Ruin. *consil.* 121. *num.* 6. *lib.* 1. Alex. *consil.* 14. *num.* 8 *lib.* 1. Marian. Socin. *cons.* 93. *num.* 5. *lib.* 2. Hippol. de Marsil. *sing.* 82. *num.* 8. & communem pluribus probat Anton. Gabr. *commun. lib.* 3 *tit. de empt. & vend concl.* 2 *n* 8.

87 Secundò, quia maiorem partem bonorum, quæ
donans possidebat., ab Antonio habuit ipse do-
nans, & ideo nil mirum si ad eum reuertantur, fa-
cilis est enim recursus, & conuersio ad pristinam
rei naturam,& originem *l. si vnus §. pactus ne pete-
ret ff. de pactis*, ibi, *non sit causa dotis deterior, sed for-
ma sua redditur*, &c. *l. filio quem pater* ibi, *quia non
translatus, sed redditus videretur ff. de liber. & post-
hum. cap. ab exordio* 25. *dist. cap.* 2. *de decim lib.* 6.
Socin. sen. *consil.* 35. *num.* 6. *volum.* 1. vbi adducit no-
tabile dictum Boëtij *lib.* 3. *de philosoph. consolat Re-
petunt proprios quæque recursus, redituque suo singula
gaudent*, Cranet. *consil* 616. *num.* 5 *volum.* 4. Crot. *in
l. omnes populi. num.* 113. *ff de Iustic. & iure* Tiber.
88 Decian. *consil.* 90. *num.* 6 & 7. *volum.* 3. Vnde vnus
actus donationis facit aliam donationem præsu-
mi, *l. si verò non remunerandi. §. vnde Papinianus*,
vbi gloss & Barr. *ff. mandati*, gloss. *verbo non dif-
ficilis in l. vtrùm ff. de donat. inter virum & vxor.*
Bald. *in l. qua dotis num* 4 *ff. soluto matr.* Angel. *in
l sed si lege §. consuluit num.* 2. *in fine ff. de petit. hæ-
red.* dicens quòd prima liberalitas est causa præ-
89 sumendi secundam, Grat. *consil* 94. *num.* 17. *vol.* 1.
Ias. *in l. ex hoc iure numer.* 57. *ff. de Iustit. & iure*,
90 Surd *decis.* 166. *num* 21. vbi quòd præcedens meri-
tum facit præsumi animum donandi, Tiraquel. *in
l si vnquam, verbo donatione largitus num.* 50. *C. de re-
uocandis donat.*

91 Tertiò, quia donatio facta ad fauorem Antonij fuit simplex, hæc autem de qua nunc agimus, ad fauorem Francisci fuit remuneratoria, quæ non tam donatio, quam debiti solutio reputatur, vt dixit text. *in l Aquilius Regulus ff de donat.* & sic creditor virtute donationis remuneratoriæ est creditor ex causa onerosa, qui si concurrat cum donatario simplici, qui creditor dicitur ex causa lucratiua, licèt posterior alij præferendus est, vt expressè probat. *l fin §. Lucius, ff. de donat.* & per illum text. ita notarunt Pereg. *de iure fisci lib.* 6. *tit* 6. *num.* 9. Caroc. *decis.* 1. *num* 9 Castill. *decis.* 72. *p.* 1. Burg. de Paz *consil.* 14. *num.* 23. Gutier. *de Iuram. confirm p.* 3 *cap* 5 *n* 20. Felician. *de censib lib.* 3 *cap.* 5. *num.* 24.

Plura munera Antonium donatorem recepisse à 92
Francisco non dubitatur, illudque magna conside-
ratione dignum reputo, quod Franciscus causam
vti procurator & nomine Antonij mouit contra
Regium fiscum litem super remissione debiti
quod ipse Antonius eidem fisco dare tenebatur ex
arrendatione cuiusdam gabellæ, qoia in ea exigen-
da damnum sibi illatum fuit præueniens occasio-
ne Regij edicti, in qua causa ipse Franciscus sua
opera & diligentia victoriam reportauit, allegan-
do pro se, multa notatu dignissima, quæ hìc bre-
uiter referre operæpretium duxi cum alibi forte
non sic in terminis inueniantur, cum casus in hac
Curia passim euenire soleat. Allegabat inquam
pro remissione obtinenda Ancharan. *consil* 402.
num. 3. ibi. *In casu ergo nostro ista species residentia in
pistorio Domini nostri Papa erat in mentibus bom num
quasi certa, & ista species, & communis opinio intulit
ad istum emptorem ad offerendum pretium gabellarum
quasi vltra quadruplum quod vendi communiter con-
sueuit; & subtiliter aduertendum quod nisi super insti-
tia huius spei fundetur iste contractus, emptor potest
petere eius rescisionem ex alio capite quàm sterilitatis
superuenientis, videlicet ex deceptione nedum intra
dimidiam iusti pretij; sed etiam vltra quadruplum
pretij consueti, & per consequens ex isto capite rescin-
dendus, vt l 2. C de rescind. vend & cap. dilecti, de
empt. & vend. Oportet ergo communem fundare insti-
tiam huius contractus super dicta communi opinione
vulgi, quod propter dictam residentiam cuicumque
tantum fuisset vendita dicta gabella; si ergo ista fuit
causa finalis vtriusque contrahentis, videlicet, verisi-
milis residentia, siue mora longior in pistorio D. N.
Papa, quod ex postfacto apparuit dicta causa non se-
quuta, debet iste contractus rescindi postquam emptor
non fuisset aliter contracturus, vt l. cum te fundum C.
de pact. inter empt. vbi cessante spe, qua fuit causa in-
eundi contractum bonæ fidei, rescinditur contractus. Et
per hoc non obstat quod iste emptor videtur emisse
spem, & per consequens imputetur sibi: nam ista spes in
mente & opinione communi totius vulgi erat procul-
dubio, siue indubitata probabili indicio; quod cum se-
cus euenerit, tanquam ex causa inopinata superueniente
est sibi succurrendum; nam regulariter ex causa super-
ueniente receditur a dispositione legitime celebrata,
quasi sub conditione contracta; si res remanserit in eo-
dem statu, vt notatur in cap. quemadmodum, de iureiur.
& in l si cum Cornelius ff. de solut.* &c.

Ex hac celebri doctrina Ancharrani collign- 93
tur aliqua, quæ maiori examinatione egent, nam
ad illud quod de spe dicit, videtur dubium, nam
quæ à futuro euentu procedunt, non sunt æsti-
manda pro damno, quæ restitui debeat, cum a prin-
cipio res bene se gesserit, Ouid. *in epist. Phylidis ad
Demophontem*

——Careat successibus opto
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Apuleius *lib.* 4. *Floridor.* Herodot. *in Polymnia*,
Demosthenes *in orat. pro Gesiphonte*, Seneca *lib* 4.
*declamat. Voluntas inchoat, occasio perfecit, & sæpe
virtus honorata est, vbi eam fefellit exitus*; tex. *in l.
qui mutuam* 56. *§ sumptus ff mandati*, *l. Pomponius*
10. *§.* 1. *ff. de negot. gestis*, Bald. *consil vlt. in fine,
lib.* 4. Quotiescunque enim lucrum & damnum 94
contingibilia sunt, nulla conceditur restitutio, aut
ex causa læsionis, seu alterius remedij potest nul-
litas, aut contractus rescisio peti, *l si iactu ff. de
actio. empt. l. neque emptio ff. de contrah. empt. l. de
fideicommisso C de transact.* Menoch. *consil.* 196.
num. 16. *cum seq.* Ioan. Griuell. *Dolan. decis.* 134. *n.* 6.
cum

num seqq. & quando aliquid potest se habere ad
95 commodum & incommodum, non potest vti re-
96 medio læsionis. Cranet. *consil.* 145. Capic. *decis.* 159.
num. 17. Verùm licèt hæc vera sint, tamen non ha-
bent locum vbi excessiua læsio ex iudicio fortu-
næ, & sortis contingeret, ita singulariter limitat
Bald. *in l. maioribus num.* 3. *C commun. vtriusque iudi-
cij*, dicens quòd si fratres diuidant ad breuia, &
sortis infelicitate emergit intolerabilis deceptio,
debet su melius reformari, per dictum tex. *& l.* 2.
C. quando & quibus quarta pars debeatur lib. 10. &
cum Baldo transeunt Doctores omnes, communi
voto; potest enim eo casu adiri superior vt in me-
lius reformet, Philipp Franc. *in rub. de appellat.
num.* 10. Cotta *in memorab. verbo sententia*, vbi di-
cit quòd talis læsio per officium Iudicis poterit re-
formari, refert & sequitur Gnizzarel. *decis.* 59 *n* 5
Nam *lex* 2. *C. de rescind. vendit.* locum habet etiam
quando emptus vel conductus fuit dubius euen-
tus, & excessum fuit in pretio vltra dimidium il-
lius, quod valebat, ille dubius euentus, Bart. *in d. l.*
2. *num.* 7. Pinel. *ibid. parte* 1. *cap.* 4. *num.* 14. Cassan.
consil. 52. Menoch. *consil.* 1263. *num.* 11. *vol* 13. Vinc.
Caroc. *decis.* 130. *n.* 10.

97 In propriis nostris terminis est singularis locus
Camilli de Medices *consil* 141. *num* 1. ibi: *Quibus
veris existentibus dum Regia Curia per bannorum
emanationem commercia impediuit, id damni mani-
feste prouenit arrendatori facto Regiæ Curiæ; ipsa
locatrix etiam ex natura contractus tenetur actione ex
conducto quamuis per ipsam non steterit quominus re
conducta vsus fuerim non solum ad damna, sed etiam
ad lucrum; est casus in l. si fundus ff. locati, & in l. si
in l. §. colonus, eod. tit. ibi, & quantum per singulos
annos compendij facturus erat consequetur, conductor
enim dum impeditur facto locatoris vti re locata, agit
ad interesse, in quo venit etiam lucrum l. si de fundo,
& ibi gloss.* 1. *C. locati. Nec dicat Regia Curia talia
emanasse banna ad futuram euitandam pestem, vt per
hoc dicatur emanasse prohibitionem, & ipsa banna
facto iusto, & rationabili, vt excludat Arrendato-
rem a prætensis ex computo, & emenda. Nam dum
prouenit impedimentum conductori facto locatoris, aut
factum est iniustum, & tenetur ad damna & lucrum;
aut est iustum, & tunc ad totale tenetur ex computo,
quia non debet conductor ex vsu rei locatæ percipere
damnum, siue procedat vitio rei locatæ, ex reg. l. sed
addes §. si quis dolo ff. locati; siue illius occasione, cum
idem iudicetur de damno, quod percipitur ex reipsa,
quod de damno proueniente occasione rei: nec refert
patiatur id damnum a locatore, vel ab alio, quem lo-
cator prohibere non potuit ad finem vt conductor con-
sequatur emendam, idq; apertissime firmat Bart. com-
muniter approbatus, distinguendo inter factum iniu-
stum & iustum in l si vno §. item cum quidam col.* 1.
in 1. *membr. princ. ff. locati, quodque per plura com-
probat Roman. consil.* 178. *Pro decisione, per tot. &
nouissime communiter ad id receptum Bartolum testa-
tur Natta consil.* 610 *Vtrum conductor, volum.* 3 &c.
De hac materia Renat. Chop *lib.* 3 *de demam. Fran-
ciæ cap* 13. *num.* 10. Alex. Raudens *lib.* 1 *var. cap.* 29.
num. 44. Hippol. Rimin *consil.* 282. *num* 16. *lib* 3.
Menoch. *consil.* 55. *num.* 1. & late *consil.* 671. *per tot.*
Surd. *consil.* 54. etiam per tot. Et in casu quod vbi
damnum contingit facto locatoris etiam illud re-
stitui debeat, tradit Ioan. de Anania *consil.* 74 *col* 3.
post med. Bursat. *consil.* 309 *num.* 10. *volum.* 3. Eugen.
consil. 50. *num.* 52. *lib.* 2. Surd. *consil.* 34. *num.* 1. *tom.* 1.
98 Menoch *consil.* 27. *num.* 53. Et quòd factum Princi-
pis ex causa publicæ vtilitatis, tertio præiudicare
non debeat, quominus damnum ei restituatur,
aliàs ista publica vtilitas claudicaret, quia alios
quidem ditaret, alios ad inopiam reduceret, tenet
Ayin. Crauet. *consil.* 95. *n* 6.

In his terminis est communiter recepta doctri- 99
na Bart *in l si merces § culpa ff. locati*, ibi *Non con* 100
*ducunt a ciuitate pedagia, gabellas, & similia, si eo-
rum exactio impeditur propter guerram factam ab ini-
micis, propter quam non potuerunt exigere vecturam, &
gabellam, debet eis remitti a ciuitate*, &c.

Bald. *in l. si ea lege num.* 12. *C. de vsuris*, ibi, *Sed* 101
*dubitatur quid iuris sit si propter guerram, non possit
transiri, vtrum habeatur aliqua consideratio huius
damni ad remissionem pretij? Videtur quod sic arg l.
forma §.* 1 *ff. de censib. vbi obligatio contracta cum
Fisco æquitate superuenientis casus remittitur*, &c.

Auchar. *consil.* 402. *num.* 10. ibi. *Et istam partem* 102
*credo veram, & alias consului in simili quæstione, nam
anno proximo Iubilæi* 1390. *quidam de Engubio cre-
dens transire Romipetas, multas domos conduxit pro
hospitijs retinendis, sed tamen propter guerras nullus
potuit transire, petebat remissionem, consului quod de-
beret fieri remissio, quasi sterilitas præter spem superue-
nerit*, &c.

Surd *decis.* 119. *num.* 7 ibi. *His verò non attentis* 103
*dicimus Ioanni à principio fuisse remittendam pensio-
nem à D Vaiuoda ob damnum, quod sequutum est pro-
pter aduentum Berkebegi cum validissimo exercitu in
Moldauiam, quo factum est vt in ea parte, quæ ad Da-
nubium spectat, eoque flumine alitur obsessis, occlu-
sisque omnibus itineribus, & passibus sublata sint peni-
tus omnium mercatorum commercia, & cessauerint
ouium, boumque, & omnis pecudum transitus, in quo
consistit omnis vectigalis reditus, & fructus, & qui fre-
quentissimus antea solebat*, &c.

Idem communiter tenent Doctores, vt videre 104
est apud Ruin. *consil.* 23. *num.* 1. *& consil.* 65. *numer.* 3.
& consil. 147. *lib.* 2. *& consil* 59. *num.* 13. *lib.* 4. Franc,
de Aretio *consil.* 191. Anchar. *consil.* 115. Socin. sen.
consil. 156. *in fine lib.* 2. Natt. *consil* 283. *num* 5. *lib.* 2.
Paris. *consil* 40. *num.* 6. Alciat. *resp.* 698. *num* 4 Ripa *de
peste tit de priuileg contract. num* 88. Cotta *in memo-
rabil. verbo conductor*, Menoch *consil.* 27. *num.* 26.
Pereg. *de iure fisci lib* 6. *tit* 5. *num.* 41. Rota apud
Zachi. *post suum tract. de oblig. Camer. decis.* 105.
num. 3.

Et huc locum habet si exactio impedita fuerit 105
non solùm ab ipsomet locatore, sed etiam in odium
illius, aut ab eius inimicis, quia etiam tunc dam-
num præstare locator conductori omnino debet,
add. not. per Menoch. *consil.* 119. *num.* 2. Anton. Fab.
in suo C. lib. 4. *tit.* 42. *diffin.* 24.

Non obstat renunciatio casuum fortuitorum, 106
quia illa non comprehendit extraordinarios & ni-
mis insolitos, Alban. *consil.* 1 *col.* 2. Bald. *consil* 395.
lib. 2. Alciat. *consil.* 157. *num.* 3. Guid Papæ *quæst.* 360.
Franc Marc. *parte* 1. *decis.* 64 Bossi *in tit. de remissione
mercedis num* 66. Grat. *consil* 94. *num.* 42. *volum.* 2.
Strach. *de assecurat gloss.* 5 *num.* 9 Purpur. *consil* 529.
num. 5. *&* 6. *vol.* 2. Bursat. *consil* 81 *num* 6 *vol* 1 Valasc.
de iure emphyt. q. 27. *n* 3. Surd *decis.* 526. Magon. *decis.*
67. Mastril. *decis.* 99.

Tum quia renunciatio in nostro casu versatur 107
circa substantiam rei conductæ, & ideo eam nulla
renunciatio comprehendit, siue in parte siue in to-
to huiusmodi substantia deficiat, Crauet. *consil.* 95.
num 3. *&* 4 *volum.* 1. Surd. *decis* 126. *num.* 51. *& cons.*
197. *num.* 4. *&* 30. *vers. pari ratione, & consil.* 507.
num. 7. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 1 *quæst.* 1.
num. 76. *in fine*, Ioan. Bapt. Costa *de facti scientia, &*

ignorant. cent. 2, dist. 1. num. 14 vbi quòd quando damnum est circa rei substantiam, non consideratur quòd potuerunt sciri & prouideri: nec attenditur an sit graue, vel exiguum damnum, nec consideratur vbertas præcedentium annorum; prout in casu sterilitatis ob nimias pluuias, seu immoderatas niues, vel in casu grandinis, in quibus casibus damnum consistit circa fructus.

108 Tum etiam, quia in renuntiationibus, quæ fiunt à Regalium gabellarum, & redditDuum conductoribus sic olim in practica fuit tentum, vt testatur Menchaq. *de success. creat lib. 1. § 20. parte 2. requis. 29. num. 67.* licet ibi attestetur hanc practicam esse immutatam, & innouatam propter expressam horum casuum renunciationem amplissimam, quæ habetur in capitulis Regalium gabellarum, quæ tabellio earum conductoribus seriatim prælegit, testaturque se ea prælegisse, vt talis renunciatio forma maneat.

109 Nec obstat quòd hæc exceptio videtur non posse retardare executionem instrumenti garentigij Regiarum gabellarum ab earum executoribus celebrati; quia potius illam retundat, cum exceptio ex contractu ipso, & verbis conuentionis nascatur, Anton. Fab. *in suo Cod. lib. 4. tit. 42. definit. 14. vers. cum allegaret*; nam cum istæ exceptiones remissionis ob fructus non collectos veniant ex natura contractus, Surd *consil. 34 num. 31. & 33. lib. 1.* Berg. *quæst. 53. num. 4. & 5.* ideo faciunt cessare omnem virtutem obligationis Cameralis, siue alterius garentigij contractus, Galles. *de oblig. Camer. parte 2. in 1. quæst 4. num. 12.* Cartoc. *de locato parte 4. de remiss. merced. quæst. 8. num. 114* Stephan. Gratian, *discept. forens. cap. 514.* Rota apud Zachiam *post tract. de oblig. Camer. decis. 105. num. 7.* Et rationem breuiter, sed eleganter assignat Stephan. Gratian, *citato loco num. 42. in fine* ibi, *Quoniam, vt dictum est fructus dicuntur deductis expensis, l. fructus ff. soluto matrim. l. 1. C. de fruct. & lit. expens. l. fundus ff. famil. hercisc. Bart. in l. si merces §. vis maior num 4. in fine ff. locati, consequens est, cessantibus fructibus quod debeat cessare obligatio Cameralis, cuius virtus cessat ob defectum causæ, & impeditur executio, &c.*

Indiarum Occidentalium cedula.

Leges & statuta secularia prohibentia ne bona immobilia Ecclesiis, Monasteriis, vel locis piis relinquantur; libertati Ecclesiasticæ repugnant.

VOTVM XXVI.

1 *Don Christophorus de Moscoso in Regio Indiarum Consilio Senator meritissimus.*

2 *Vestales virgines nihil ex alienis testamentis capere poterant.*

3 *l. 20. & 27. tit. 2. lib. 16. Codicis Theodos. refertur.*

4 *Nicephorus edicto vetuit ne Ecclesiarum redditus augerentur.*

5 *Henricus Imp prohibuit quod nullus posset de suis possessionibus aliquid in vita vel in vltima voluntate Ecclesiis elargiri.*

6 *Carolus Magnus, & Federicus primus quam prohibitionem hac de re fecerint, & num. 7.*

8 *Alphonsus Hispaniarum Rex prohibuit alienationem rerum immobilium & Ecclesias, Monasteria, vel pia loca per quoddam priuilegium Toletanæ vrbi concessum.*

9 *Ioannes II. Hispaniarum Rex per l. 7. tit. 9. lib. 5. Ordin. quid statuerit hac de re.*

10 *In Gallia & Lusitania extant Regiæ Ordinationes circa alienationem bonorum immobilium in Ecclesias, Monasteria, &c. & n. 11.*

12 *Bona sedentia relicta, vel donata Ecclesiæ, vel loco Religioso in Valentia debent alienari intra annum.*

13 *Odnardus primus Britaniæ Rex legem promulgauit; qua bona sedentia relicta vel donata Ecclesia, vel loco Religioso debeant alienari intra annum.*

14 *Carolus quintus Imp. Belgis suis edixit ne sacris Collegijs in posterum liceret emere possessiones.*

15 *Imperatores & Reges tot, credendum est nonnisi consultis Theologis & vocatis V. I. Doctoribus disposuisse.*

16 *Catholicus Princeps semper præsumitur iuste & pie moueri.*

17 *Legum latores non damnandi, eosque nec in Fide, neque in iure deficere præsumendum est.*

18 *Reges Hispaniarum Catholicos præsumendum est nullam legem promulgasse, quæ Ecclesia quodammodo posset esse damnosa.*

19 *Regnorum publica vtilitas petit vt bona stabilia sint in commercio hominum non priuilegiatorum, nec exemptorum.*

20 *Resp. viribus & viris destituta, patrum duratura.*

21 *Leges condere spectat ad Principem secularem circa ea, quæ pertinent ad iustam viuendi rationem, & Reip. conseruationem respiciunt.*

22 *Clerici & laici in concernentibus politicam temporalem, eundem habent Rectorem principem secularem, cuius legibus gubernantur.*

23 *Ecclesiasticorum diuitiæ & bona quando incipiunt esse excessiua, & opulenta, ob idque secularium substantia est admodum tenuis ad supportanda onera, Regibus tunc permittitur tributum prædijs suorum vasallorum imponere, vt ita in omnes etiam clericos cum illo onere transeant.*

24 Argumentum

14 *Argumentum valet de testamento ad statutum, & de pacto ad statutum.*

15 *Testator potest disponere ne sua bona ad Ecclesiam transeant.*

16 *Regendi in potestate veniunt ea omnia sine quibus perfecte Princeps gubernare non posset.*

17 *Clerici si impune vacarent laicorum cadibus, posset Princeps laicus contra illos defendere suam ciuitatem, neque id esset contra libertatem Ecclesiasticam.*

18 *Reges in Ecclesiasticos tanquam à sua iurisdictione exemptos nullam obtinere possunt.*

19 *Necessitas ob publicam vtilitatem, & Regni conseruationem aque obligat seculares ac Ecclesiasticos.*

30 *Statutum laicorum quoties per accidens, & quandam consequentiam affert damnum, seu praiudicium aliquod clericis, dummodo Princeps disponat de rebus ad se pertinentibus, non est iudicandum contra libertatem Ecclesiasticam.*

31 *Franciscus Duarenus affirmat nil Ecclesia exitialius, pestilentiusque esse quam ministrorum eiusmodi nimiam opulentiam.*

32 *Petrus Gregorius attestatur tandiu fidem claram emicuisse, quandiu diuitia non suffocarunt matrem, & luxus immodicus non obsidit Pralatos.*

33 *Statutum, quod pœnis afficit filios, qui sine parentum consensu Matrimonia contrahunt, validum esse qui asserant, referuntur. Sed contrarium verius n.* 70.

34 *Statutum successione priuans filium, qui Religionem ingressus fuit, validum esse qui teneant referuntur. Sed contrarium verius* num. 71.

35 *Funerum pompas lex secularis taxans & moderans, quod valeat, citantur Doctores, declaratur n.* 72.

36 *Lex prohibens secularibus prorogare Ecclesiasticam iurisdictionem, non est contraria secundum aliquos.*

37 *Lex prohibens in contractibus iuramentum apponi an valeat? vide* num. 74.

38 *Lex disponens quod pœna aduersus eum, qui pecuniam extra Regnum defert, locum habeant contra Pralatos, clericos, ac quoscunque alios exemptos, est iusta secundum aliquos.*

39 *Lex disponens vt custodiantur prata, agri, & vinea, comprehendit clericos.*

40 *Necessitas publica, & communis vtilitas aque laicos & clericos obligat.*

41 *Rex siue lex ob publicam vtilitatem potest Ecclesiasticis, & Religionum Monasterys acquisitionem bonorum prohibere.*

42 *Statutum prohibens alienari in clericum, est validum, dummodo principaliter non fiat in odium clericorum.*

43 *Statutum Mediolani quod nullus subditus etiam Ecclesiasticus posses alienare rem immobilem in non subditum, est validum secundum Iacob. de Graffis.*

44 *Ioannis Driedonis auctoritas refertur.*

45 Ordinatio Regia Lusitana lib. 2. tit. 18. *declaratur.*

46 *Doctores plures referuntur approbantes statuta prohibentia ne bona immobilia Ecclesiasticis relinquantur, vel contractu conferantur.*

47 *Monasteria Religiosorum (exceptis aliquibus) antiquis temporibus, & nunc de iure communi, & ex summorum Pont. constitutionibus capaces sunt bonorum, & redditaum quibus sustentari valeat.*

48 *Ecclesiasticum statum decet necessaria bona pro commoda ministrorum sustentatione habere.*

49 *Sacerdotes possessiones habuisse, diuitesque fuisse ex pluribus S. Scriptura locis colligitur.*

50 *Ecclesiastici Regia potestati non subijciuntur, nec eius mandatis, legibus, & statutis obedire tenentur.*

51 *Ecclesiastici exempti sunt à potestate seculari de iure diuino, vel saltem de iure humano & positiuo in causis non spiritualibus.*

52 *Ecclesiastici ciues Reip. sunt, & appellatione ciuium in fauorabilibus continentur.*

53 *Ecclesia habet facultatem vt laici possent libere cum ea contrahere, & quoties arctatur illi hac libertas est contra Ecclesiasticam immunitatem.*

54 *Leges, seu statuta Ecclesiastica libertati praiudicium afferentes ex defectu iurisdictionis in eas condente, sunt nulla, adeo vt dicantur magis destitutiones quàm constitutiones, siue directe siue indirecte ladant Ecclesiasticam libertatem.*

55 *Leges tollentes Ecclesia quod priuilegio competit iure speciali, vel communi sunt nulla.*

56 *Leges Regia etiam concernentes publicam vtilitatem Ecclesias non ligant.*

57 *Necessitas, & publica vtilitas non tribuit iurisdictionem vt valeat statutum contra non subditos.*

58 *Libertas, & immunitas Ecclesiastica non dependet ex bono, vel malo animo statuentium, sed ex natura rei, & ex priuilegijs.*

59 *Rex non potest statuto, vel lege imponere tributa pradijs suorum vasallorum, vt cū illis transeant ad Ecclesiasticos.*

60 *Doctores*

60 *Doctores referuntur, qui tenent Regem statuto vel lege sua non posse prohibere Ecclesiasticis bonorum acquisitionem.*

61 *Leges Valentiniani, Archadij, Gratiani, & Theodosij Imperatorum contra libertatem Ecclesiæ reuocatæ fuerunt. &* numero 62.

62 *Nicephori Phocæ lex tanquam contraria libertati Ecclesiasticæ iniusta censetur.*

63 *Caroli Magni legi in Saxoniæ edita respondet Beltran. de Gueuara.*

64 *Lex Siciliæ, quam edidit Federicus non valuit quia Imp. non potuit contra libertatem Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum prohibere quod non relinquantur res stabiles Ecclesiæ inter viuos.*

65 *Legi Alphonsi Regis respondet Narbona.*

66 *Constitutioni Caroli V. Imper. in Flandria multi respondent.*

67 *Lusitaniæ & Franciæ leges prohibentes ne bona immobilia Ecclesiis relinquantur, intelliguntur, & defenduntur ex Apostolicis concessionibus.*

68 *Lex Aragoniæ de amortizatione in scientia & patientia Pontificum fundatur.*

69 *Lex Ordinamenti qua statuebatur neminem Regi subditum posse bona immobilia alienare in exemptos, quia Ecclesiasticæ iurisdictioni aduersabatur, ideo Philippus II. noluit quod in noua Recop. insereretur.*

72 *Lex secularis moderans quod Ecclesiæ offertur, vt in sacrificijs præsente corpore dicendis, vel orationibus pro eo interponendis, aut in cereis, eleemosynis, vel clericorum numero taxandis, inualida erit.*

77 *Rota respondet fundamentis eorum qui existimarunt valere legem Regiam prohibentem bona immobilia Ecclesiis relinqui.*

78 *Carolus Molinæus hostis iurisdictionis Ecclesiasticæ importunissimus.*

79 *Reges Hispaniæ nunquam deferre voluerunt suorum Populorum petitionibus, in quibus supplicabatur vt statutum condere dignaretur prohibens alienationem rerum immobilium in Ecclesias.*

80 *Philippi Galliæ Regis factum refertur in fauorem libertatis Ecclesiasticæ.*

81 *Reges non valent leges libertati Ecclesiasticæ contrarias condere, cum hoc ad Papam priuatiue spectet.*

Libertatem Ecclesiasticam violantes diuina iustitia puniuntur. ibid.

1 De anno 1576 Regium Consilium Indiarum Regiam cedulam expediri fecit Don Martino Enriquez nouæ Hispaniæ Vice-Regi directam, qua mandabatur ne permitteret Religionibus bona in posterum adquirere, cuius meminit Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom 2. lib. 3. cap. 1. num 45.* & eius verba refert *cap. 21. num 36* Sed dum disputaretur de validitate illius cedulæ, multa in materia eleganter cumulauit Don Christophorus de Moscoso in Indiarum Regio Consilio Senator meritissimus, & sapientissimus vir, & nobilitate, & vitæ integritate clarus, a quo plura in hoc voto mutuati sumus, cùm alibi nec melius, nec doctius inueniri possint.

2 Pro iustificatione Regiæ cedulæ multa solent adduci, & primò quòd iam olim Romæ statutum erat quòd Vestales virgines nihil ex alienis testamentis capere possent, vt referunt Gell. *lib. 1. noctium Attic. cap.* 11. Simanc. *lib. 1. epistol.* 40. Petr. Gregor. *de Republ. lib. 13. cap. 10. nu. 3.* Narbona *lib. 35 gloss. 1. num. 29. tit. 3. lib. 1. noua Recop.*

3 Hoc etiam Imperatores Valentinianum, Valentem, & Gratianum edictali lege prohibuisse extat vestigium *in l. 20. tit. 2. lib. 16. Codicis Theodos.* in illis verbis. *Censemus etiam vt memorati nil de eius mulieris, cui se priuatim sub prætextu Religionis adiunxerint liberalitate quacunque, vel extremo iudicio possint adipisci, & omne in tantum inefficax sit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, vt neque per subiectam personam valeant aliquid vel donatione, vel testamento percipere: quin etiam si forte post admonitionem legis nostræ aliquid ijsdem eæ fœminæ vel donatione, vel extremo iudicio putauerint relinquendum, id fiscus vsurpet,* &c. Quod etiam decreuere Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius *in l. 27 eiusdem tit. ibi. Nihil de mobilibus, & supellectili, nihil de auro, argento, cæterisque claræ domus insignibus sub Religionis defensione consumat: sed vniuersa integra in liberos, proximos, vel in quoscunque alios arbitrij sui æstimatione transcribat: ac si quando diem obierit nullam Ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat hæredes, careat namque necesse est viribus, si quid contra vetitum circa personas specialiter comprehensas fuerit a moriente confectum,* &c.

4 Nicephorus Phocas Imper. dicto quinque vetuit ne Ecclesiarum redditus augerentur, vt ex Zonata *lib. 3. Annaliũ pag.* 162. obseruat Æneæ. Robertus *lib. 2. rerum indicat. cap. 1 fol* 304. quem refert Narbona *d. l. 35. gloss. 2. n. 19. in fine.*

5 Henricus item Imperator prohibuit quod nullus posset de suis possessionibus aliquid in vita, vel in vltima voluntate Ecclesiis elargiri, vt refert Marta *de success. legali parte 3. quæst. 13. art. 1. num. 3.*

6 Carolus Magnus Imper. in Saxoniæ Ducatu prohibuit alienationem bonorum hæreditate relictorum sine consensu domini illius Iurisdictionis, cum decreto irritante, & in vim huiusmodi statuti Ecclesiasticæ personæ adquisitionis talium bonorum sine dicti domini consensu incapaces reputari voluerunt, Bald. *consil* 174. *vol.* 5.

7 Federicus primus in Siciliæ Regno similem legem publicari iussit, de qua *lib. 3. Constit. Neapolit. rubrica* 16.

8 Alphonsus Hispaniarum Rex per quoddam priuilegium Imperiali vrbi Toletanæ concessum prohibuit res immobiles in Ecclesias, Monasteria, vel alia pia loca testamenti, aut donationis titulo transferri, cuius seriem transcribit Narbona *d. l. 35. gloss 2. n. 30.*

9 Ioannes II. item Hispaniarum Rex, per *l. 7. tit. 9. lib 5 Ordin.* statuit vt de omnibus bonis hæreditatiis, aut aliis stabilibus, quæ Regiæ iurisdictioni subiecti, & sibi subditi donauerint, aut vendiderint

diderint personis exemptis, quinta pars ei adiudicetur, vel illius valor ei soluatur, & in quoscunque cum hoc onere transeant.

10 In Gallia similis lex habetur, sed loco quintæ patris, tertia in illo Regno applicatur Regi, prout eam refert Gaspar Clochius *de contribut. c. 12. n 89. vers. quin & in Gallia.*

11 In Lusitania licèt Religiosa Monasteria adquirere possint bona stabilia, nihilominus intra annum & diem ab acquisitione de illis disponere tenentur, neque deinceps ea retinere valeat absque Regia licentia, aliàs fisco cadunt, ex Ordin. Regia *lib. 2. tit. 16. & 18.*

12 In Regno Valentiæ similis extat lex, prout de illa meminit Hieron. de Leon *tom. 1. decis. 77. n. 8.* ibi. *In nostro autem Valentia Regno iuxta forum quintum de rebus non alienandis, fol.* 110. bona sedentia relicta, vel donata Ecclesiæ; vel loco Religioso, debent alienari intra annum, itaut non remaneant penes manum mortuam, nisi habeant licentiam à Rege illa possidendi, &c.

13 Oduardus primus Britaniæ Rex, similem promulgauit legem, vt referunt Chopin. *de Domanio Franciæ lib. 1. tit. 14. num. 3.* Ioan. Bodin. iam permissus legi, *de Republica lib. 5. cap. 2. folio mihi* 862.

14 Carolus quintus Imperator Belgis suis Constitutionem huic affinem edixit, ne scilicet sacris Collegiis in posterum liceret emere possessiones, aut emptas necesse esset emancipare. Referunt Chopin. & Ioan Bodinus *citatis locis*, Guicciardin. *in descept. Flandriæ*, Paul. Christianæ. *tom. 1. dec.* 201. Daoid Doringius *in sua Bibliotheca verbo Alienatio fol.* 126 *col.* 1.

15 Credendum est, aut saltem præsumendum, tot Imperatores, & Reges Christianos de Ecclesia benemeritos, & qui eam tantis muneribus ditarunt, noluisse nisi consultis & vocatis Theologis, & vtriusque Iuris Doctoribus, talia disponere vt agens de lege Portugaliæ considerauit Fr. Emman. Roder. Lusitanus *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 66. art. 4.* ibi. *Ego in hac difficultate nescio quò me vertam. Primò enim video Ordinationem Lusitanam auctoritate Christianorum Regum executioni mandatam, prout in ea Ordinatione continetur; quibus pro summo erga Ecclesiasticos, & Regulares amore maximum obsequium præstare debemus, credentes ipsos de institia huius Constitutionis præstantissimos in vtroque iure, & in Theologia consuluisse viros*, &c.

16 Petrus igitur Pechius *in tract. de amortizatione cap. 6. numer.* 4. agens de illa Constitutione Caroli quinti pro suis Belgis, quam edidit anno 1520. ait se non dixisse prædictam Constitutionem Ecclesiasticæ libertati derogare, sed rationes superiores pensitatas ei non satisfacere, cum Catholicus Princeps semper præsumatur iuste & pie moueri, ideoque illius Constitutionem subditis illius semper in dubio sanctum, rectumque videri debere, refert Christianæ. *d. decis.* 101. *n* 4.

17 Iosephus Ramon *consil.* 95. *num.* 81. defendens quandam Cathaloniæ legem matrimonij libertati contrariam, de qua infrà, hæc verba profert. *Absit enim à nobis earundem legum latores damnare, quippe eos Christianissimos Reges fore non ignoramus, & sacros calluisse Canones, omnia quippe iura in eorum cordibus infixa esse censemur, propter eos, quos ad latus habent peritos, quamobrem neque in Fide neque in iure deficere præsumendum est*

18 Narbona defendere quoque intendens legem Regiam 35 *tit* 1. *lib* 3. *nouæ Recop.* quæ libertati Ecclesiasticæ contrariati videbatur, sic ait *d. gloss.* 2. *num.* 5. *Longè enim, & a Christiana pietate alienum est existimare Catholicos, Christianissimosque Hispaniarum Reges, quorum in exaltatione Fidei, Ecclesiarum cultu, ac totius Christianæ Religionis cura, ac solicitudo est, huiusmodi legem promulgasse, qua Ecclesia quodammodo posset esse damnosa.*

Pro dictarum legum, & statutorum iustitia, solet ponderari publica Regnorum vtilitas, quæ petit vt bona stabilia sint in commercio hominum non priuilegiatorum, nec exemptorum, vt sic decimas & tributa soluere queant, & ad stipendia militum pro bonorum possibilitate contribuere valeant; neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt, vt ait Tacit. *lib. 4. historia*, Valenzuela *consil. 99. num. 3. tom.* 1. Nauarrete *en la conseruacion de Monarquias discurso* 18. *fol.* 113. Carol. Tapia *decis.* 14. *num.* 6. Buleuger. *de Imperio Romano lib. 9. cap.* 1. P. Valasqoez *Psalm.* 100. *lib. 4. annot.* 15. *num.* 3. Ad hoc enim maximè attendere debent Principes, ne illud eueniat quod Vlpianus dicit *in l. 3. ff. de muner. & honor.* quod viribus, & viris destituta erat Respublica, vt rectè animaduertunt Paul. Venetus *in considerationibus ad Paulum V. num* 13. *fol* 293. *tom.* 3. *Constitutionum Imperialium*, D. Ioan. de Solorzano *de Indiarum guberno lib. 2. cap. 2. num. 62. & cap. 3. num.* 61. vbi ex Cassiodor. *lib. 5. epist.* 31. subdit quòd celeriter de remedio prouideri debet. 19 20

Ad Principem igitur secularem, cui à Deo in temporalibus populorum cura est demandata, spectat in ordinem ad supradicta, leges condere circa ea, quæ pertinent ad iustam viuendi rationem, & Reipublicæ conseruationem respiciunt, S. Thom *de regimine Principum cap.* 12 Driedon. *de libertate Christiana lib. 2. cap. 1. propos.* 4. Sot. *de Iustit. lib. 1. quæst 6. art. 2. & in 4. sentent. dist. 25. quæst.* 25. Cardin. Bellarmin. *de potestate Pontificis lib. 3. cap* 6. Salzed. ad Bernard. Diaz *in pract. cap* 56. *vers. sed vt liberè dicam*, Molin. *de Iustit. disput.* 31. *conclus. 6. num.* 15. vbi dicit quòd clerici, & laici in concernentibus politicam temporalem, eundem habent Rectorem Principem secularem, cuius legibus gubernantur, & quibus subiiciuntur. 21 22

Nam quando Ecclesiasticorum diuitiæ & bona incipiunt esse excessiua, & opulenta, ob idque secularium substantia est admodum tenuis, ad supportanda onera, Regibus tunc permittitur tributum prædiis suorum vasallorum imponere, vt ita in omnes etiam clericos cum illo onere transeant, quia in acquirendis illis præiudicari potest, nequo ex eo dicemt lædi Ecclesiastica libertas, iuxta doctrinam Bart. *in l rescripto, §. fin. ff de munerib. & honor* Innoc. *in cap. postulasti, de foro comp.* Socin. communem dicens *consil.* 12. *num.* 4. Cald. Pereira pluribus relatis *de empt. cap* 8. *num* 24 Bald. *consil.* 280. *volum.* 2. asserens quòd opinio Bartoli vsu inualuit, & quòd propter publicam vtilitatem, & publicas necessitates praxi recipitur, & alias esset damnare totum Mundum, Gail *lib. 2. obseruat.* 14 *num* 9. Marcabrun *consil.* 40. *num* 5. Menoch. *de success. creat. lib. 1. §.* 11 *num.* 180. ibi. *Vnde si patrimonium Ecclesiæ nimis cœpit augeri, laicorum vero diminui, tunc valet statutum vt omnia prædia fiant tributaria, sicque id statutum licet non comprehendat prædia, quæ iam erant Ecclesiæ tempore conditi statuti, tamen reliqua omnia prædia comprehendit, vt sic prædia, quæ postea ad Ecclesiam peruenerint, tributaria esse intelliguntur, non secus quam reliqua prædia laicorum; hac* 23

est communis opinio, quam resoluit Ias in l. placet lect. 2. num. 20. C. de sacros. Eccles. idem *in l. placet lect. 1. num. 19.* &c. *Iul. Clar. in § fin. quæst. 77. num. 37. Petr. Gilchen in d. l. placet num. 36. Ceuall. en el arte Real docum. 23. fol. 131 ex Franc. Carrasco, Marta & alys D. Ioan. de Solorzano d. tract. de gubernio Indiarum lib. 3. cap. 21. num. 39. Iacob. Cancer variar. p. 1 c. 24. num. 10.*

24 Ex eadem quoque ratione eidem Principi seculari permittitur leges condere, quibus in ordinem ad conseruandam Monarchiam, & ad publicam vtilitatem, prohibeatur Ecclesiis stabilium bonorum acquisitio, dummodo ex causa fiat, & non in odium Status Ecclesiastici, vt in dubio præsumitur, idque probatur ex eo, nam valet argumentum de testamento ad statutum, latè Euerard. *in centuria legali 47. in loco ab vltima voluntate ad legem, statutum, vel consuetudinem*, Cened. *canon 9. lib. 1. quæst. 35. num. 4.* Et de pacto ad statutum *l. fin. C. de fideiussor.* gloss. *in rub. C. de decretis Decurionum lib. 10.* Bart. *in l omnes populi sub quæst. 4. de iustitia & iure*, Camill. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. cap. 63. num. 36.* Scacc. *de re iudic. gloss. 14.*
25 *quæst. 19. num. 23.* & tamen certi iuris est posse testatorem disponere ne sua bona ad Ecclesiam transeant. *l filiusfam. §. Diui*, vbi notant omnes *ff. de legatis 1.* & pacto id prohibere Cald. Pereira *de renouat. emphyt. parte 3., cap. 1. num. 14* Carol. de Grassis *de effect. clerical. effectu 2 num. 376. & effectu 3. num. 168.* Molfes. *ad consuetud. Neapel. parte 2. tit. de personis quæst. 6. num. 49.* Squillante *de priuileg. clericor. cap. 8. num. 56.* vbi ex multis tenet quòd si res laici perueniret ad clericum titulo emptionis, donationis, vel legati cum conditione, & pacto expresso inito inter ipsos vt clericus teneatur ad collectas, & onera, in futurum valet.

26 Ex quibus colligitur eodem modo legem, quæ idem prohibeat, condi posse, hac tamen differentia, quod ad illam requiritur causa, ad pactum vero & testamentum sola voluntas sufficit, vt in terminis resoluunt quam plures infra referendi: idque suadetur ex eo, quoniam in regendi potestate veniunt ea omnia, sine quibus perfecte Princeps gubernare non posset, arg. *l. 2. ff de iurisd. omn. Indic.* aliàs plene Regibus consultum non fuisset, & quodammodo eorum potestas diminuta esset, vt eleganter animaduertit Baldell. *in Theologia morali*
27 *lib 5. dispsut. 33. num. 18.* his verbis. *Quod si per impossibile tanta esset clericorum licentia in ciuitate, vt vel impune vacarent laicorum cædibus, vel alio modo magnam perniciem illis inferrent, neque Prælati Ecclesiastici, aut Pontifex remedium adhiberent; posset Princeps laicus contra illos defendere suam ciuitatem, neque id esset contra Ecclesiasticam libertatem vt subdit Suar. in defensione Fidei lib 4. cap. 4. num. 6 & 7. Azor parte 1. lib. 5. cap 14. quæs. 2. & Salas dispu. 14. de legib. sect. 9. num. 111. ex Sot. in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2. Victor. relect. 1. de potest Eccles. quæst fin. num. 8. Molin. tract. 2. disput. 31. conclus. 4. quia ciuilis Respublica debet esse sufficiens vt posset se ipsam defendere contra quoscunque*, &c.

28 Non obstat iurisdictionis defectus, quam Reges in Ecclesiasticos tanquam à sua exemptos, obtinere non possunt, per tex. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* vbi plures citani *in collect. num 2.* quibus addo Ambrosin. *de immun. cap. 11. numer. 9.* Paul. Squillante *cap. 7. num. 94.* Castill. *de tertys cap 9. à num 4.* Andr. Molfes. *ad consuetud. Neapol parte 2. tit. de personis quæst. 7. per tot.* Cyriac. *tom. 2. controuers. 205. num. 156. cum seqq.* Ioan. Bapt. Ciarlino *controu. frequent. cap. 23. num. 40.* Baldell. *in Theolog. morali lib. 5. disput. 34.* quia necessitas, quæ ob publicam 29
vtilitatem, & Regni conseruationem æque obligat seculares ac Ecclesiasticos, ad legis, seu statuti obseruantiam, illud præseruat ne sit contra Ecclesiasticam libertatem, vnde in his terminis tale statutum valere, & clericos ligare docent multis relatis Vulpell *in tract. de libertate Eccles. parte 2.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 310* Sot. *in 4. sentent. dist. 25. quæst. 2. art. 2. col 4. vers. quarta conclusio*, Nauar *in man. c. 13. num. 88.* Auendan. *de exequend. mand. lib. 1. cap. 13. num. 7.* Cancer. *d. cap 11. num. 191.* Mexi. *in pract. taxa panis concl. 5. n 40.* Vinc. de Franchis *decis. 9. num. 5.* Menoch. *consil. 800 n. 2.*

Quibus accedit auctoritas Caietani *in sum verbo* 30
excommunicatio cap. 31. vers 6. quem sequuntur Nauar. *in man. cap. 27. num. 120.* & Ferrer *in tract. de soluto matrim. euidentiali 1. num. 127.* tenentes quòd quoties statutum laicorum per accidens, & in quandam consequentiam affert damnum, seu præiudicium aliquod clericis, dummodo Princeps disponat de rebus ad se pertinentibus, & ad suam iurisdictionem spectantibus, non est iudicandum contra libertatem Ecclesiasticam inductum fore, cum semper attendatur quod principaliter agitur. Cùm ergo vt plurimum ad promulgandas huiusmodi leges, consideretur bonum publicum, & Regni conseruatio, ac vt seculares possessiones & bona habeant, ex quibus onera & tributa, ad milites alendos, quibus ab inimicis tueatur, soluere possint, & nihil releuat quod secundario præiudicentur Ecclesiastici circa bonorum huiusmodi acquisitionem. Maxime quando Ecclesiasticorum nimia opulentia Ecclesiæ ipsi admodum damnosa est, & à primæuo statuto illos seiungit, prout eleganter ex S. Hieronymo Ænæo Roberto & aliis obseruauit D. Ioan de Solorzano *d. cap. 21. num. 33.* Narbona *d. gloss. 2. à num. 1.* Amaya *in l. 31. C. de Decurionib. num. 3.* Gasp. Schifordogeto ad Anton. Fabium *lib. 3. tract. 30. quæst. 10.* ibi *Quemadmodum vero prisca Prælatorum frugalitas, morumque seueritas pias Christianorum mentes accenderet, sic & sequens Ecclesiasticorum luxus liberalem largiendi affectum, feruidamque olim piorum charitatem, & frequenter in Ecclesiam donationes restrinxit, & auertit: & si verum audire volumus, impedimenta hæc, non adiumenta; onera, non subsidia huiusmodi donationes Ecclesiis fuerunt, vt rectè existimat Saluianus de diuitys Ecclesiæ loquens lib. 2. ad Ecclesiam Catholicam, possessione enim & vsu opum non suffulcitur Religio, sed euertitur, atque hoc fieri solere accipimus, vt Episcopi auctis opibus plus de terrena possessione quam de fidei pignore incipiant fieri soliciti, etiam illud incommodum fuit (si ita nominandum est, & non pestis Reip quod crebris, & immodicis huiusmodi donationibus in Ecclesias, imperium & principatus primum lapsi sum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec initia nec remedia temporalis regiminis in Ecclesiasticis pati possumus, peruentum est*, &c.

Franciscus Duaren *lib. 2. de benefic. cap 4.* ibi. *Sed* 31
puto maiores nostros satis animaduertisse nil Ecclesiæ exitialius, pestilentiusque esse quam ministrorum eiusmodi nimiam opulentiam, idque euentus, qui non modo stultorum magister est, vt ait Lucius, sed etiam prudentissimi nonnunquam, & perspicacissimi cuiusque, &c.

Petr. Gregorius *lib. 15. Syntagm Iuris cap 3. n. 13* 32
ibi. *Disseminato vbique verbo Dei, sedatisque persecutionum fluctibus, Religio sancta. & immaculata peperit diuitias, tandiu tamen fides clara emicuit, quandiu diuitiæ non suffocauerunt matrẽ, & luxus immodicus non*

obsidit

obsidis Prelatos: verum autem nunc est nisi ad primum Ecclesia redeat viuendi modum, & rerum humanarum contemptum, tot adhuc fluctibus agitandum iri, quod iam in Asia, & tunc prodiret in Orbe iactata est, donec expurgata igne persecutionis in suam restituatur puritatem.

33 Hinc valere statutum, colligitur quòd pœnis afficit filios, qui sine parentum consensu Matrimonium contrahunt. nam si in aliquo Ecclesiasticæ derrahit libertati, id per accidens, & in consequentiam euenit, proindeque iustificatione non caret, Innoc. & Ioan. Andr. *in cap. . de sponsal.* vbi Felin. *num.* 16. testatur omnes Innocentij sententiam sequi, Bald. *in cap. tenor, de re iudic.* Palat. *in cap. per vestras, de donat. inter virum notab.* 3. §. 3. *num.* 30. & §. 8. *num.* 10. Cels. Hugo *consil.* 38. Cancer. *var. resol. parte* 1. *cap.* 24. *num.* 4 *cum seqq. & p.* 3. *cap.* 11. *num.* 4 Anguian. *de legib. lib.* 2. *controuers.* 13. *num.* 15. & 30. Rebell. *de obligat. Instit. parte* 2. *q.* 14. *num* 7. & 8. Ioseph. Ramon validissimis fundamentis, & multorum auctoritate patrias constitutiones hoc disponentes defendens *consil.* 95. *num.* 80. *cum seqq.* Basil. Ponti. *de Sacram. Matrim. lib.* 2. *c.* 1. §. 3. *num* 29. latè *Marta de success. legali p.* 1. *quæst.* 26. *art.* 5 *per tot.*

34 Et valere quoque statutum, successione priuans filium, qui Religionem ingressus fuit, constanter ex his fortè rationibus defendunt Alex. Angel. Roman. Imol. & Ias. *in l. stimulatio hoc modo concepta ff. de verb oblig.* Bart. *in l. fin. C. de pact.* Marc. Anton. Pereg. *tom.* 2. *consil.* 6. *num.* 3. Mench. *de success. creat. lib.* 3. §. 21. *numer.* 179. cum Socino, Ripa, & aliis Iacob. Cancer. *d. cap.* 11. *num.* 188 dicens ab hac sententia in iudicando, & consulendo recedendum non esse, cùm certum sit prædicta statuta Religionis odio non fieri, sed tantùm causa conseruandæ agnationis, & vt bona in familia remaneant, & attendendum esse quod principaliter agitur, & non quod venit in consequentiam, Cened. *Canon quæst.* 35 *num.* 19. & 20. Anton. Fab. *in suo Codice sub tit. de sacros. Eccles. defin.* 40. & *sub tit. de Episcop. & cleric. definit.* 30. in Senatu Sabaudiæ sic decisum referens, Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 7. *num.* 68. Ramon *d. consil.* 95. *n.* 85. vbi *n.* 38. testatur Senatum Cathaloniæ decisione sua hanc sententiam firmasse.

35 Et sine violatione immunitatis Ecclesiasticæ procedere *l.* 2. *tit.* 5. *noua Recop.* & *Nouellam* 59. dum funerum pompam moderantur, taxando quòd minor sumptus soluatur si funus ducatur intra mutos; si verò extra, plus impendatur, defendunt Perez *l.* 7. *tit.* 1. *lib.* 1. *Ordin. in verbo que quisieren traer luto, circa med.* Matth. Stephan. *in d. nouel.* 59. Mascard. *de generali statutorum interpret. concl.* 1. *num.* 23. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 298. *num.* 7. Soula *in Bullam Cœna Domini cap.* 16. *disp.* 94. *concl.* 2. *num.* 3. Layman *in Theolog. morali lib.* 4 *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 3. Baldel. *lib.* 5. *disp* 36. *num.* 5. ibi. *Atque hoc modo ex Caiet. in sum. verbo excommunicatio c.* 31. *Nauar. in man. cap.* 27. *num.* 110. *Suarez lib.* 4. *cap.* 22. *citato num.* 13. & *alijs, non est censendum contra immunitatem si laici per legem moderentur pompam funerum, etiamsi ex tali moderatione aliquando accidat vt clerici ex funeribus minus lucrentur, quia id est mere accidentarium, & prouenit non tam ex lege quam ex voluntate & facultatibus eorum, qui pompam faciunt, & si pompa esset semper æqualis, & tanta quanta permittitur, & taxatur per legem, clerici possent lucrari etiam plus quam de facto lucrarentur, sublata lege.*

Hinc etiam *l.* 10. & 13 *art.* 1. *lib.* 4. *Recopil.* quæ prohibent secularibus prorogare Ecclesiasticam iurisdictionem, iustissimas esse, neque contrarias Ecclesiasticæ libertati, sustinent Salgado *de Regia protect. parte* 1 *cap.* 2. *num* 69. D. Barbosa *in l* 1. *art.* 1. *num* 139. *ff de iudic.* Cancer *var tom* 3. *cap.* 10 *n* 26. & *cap.* 11. *num.* 190 Gabr. Pereira *de Manu Regia parte* 2. *cap* 35. Carleual. *de iudic. disp. . quæst.* 8 *sect.* 3. *num.* 1121. vbi testatur in Regnis Lusitaniæ & Nauarræ similes esse leges, Ego ipse *in praxi exigendi pensiones q.* 4. *n.* 14. 36

Hinc *l.* 11. *eod. tit. & lib.* cui similis Ordin. Regia Lusit. *lib.* 4 *tit.* 73. repetitur prohibitum ne in contractibus iuramentum apponatur, quando ad ipsius validitatem necessarium non fuerit, ne illius occasione laici ad Ecclesiasticum forum trahantur, quod aliàs ratione iuramenti sortirentur per tex. *in cap. fin. de foro compet. lib.* 6. Sed hanc legem valere & iustam esse tanquam recipientem publicam vtilitatem, & ad euitandum ne fraus Ecclesiasticæ iurisdictioni fiat, defendunt Couar. *in cap. quamuis pactum parte* 1. §. 3. *num.* 8. & 25. & *parte* 2. §. 1. *n.* 8. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1 *quæst.* 23. *n.* 12. Costa *in l. si ex cautione fall* 10. *num.* 4 Nauar. *consil.* 51. *sub tit. de sent. excom.* Gam. *Lusit. decis.* 247. *num.* 1 Flamin. Carthar *decis.* 81. Christophor. Besold. *de iureiur disp.* 2 *num.* 13. Perez *l.* 6 *gloss.* 6. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin.* Matiens. *l.* 22. *gloss.* 8. *num.* 3 *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Suar. de Paz *in pract parte* 4. *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 25. & *tom.* 2. *prel.* 2 *num.* 39. *ad med. vers. expendo*, Parlad *rerum quotid. lib.* 2 *cap.* 4. *num.* 53. *vers. & iuris quidem*, D. Barbosa *in l.* 1. *parte* 1. *num.* 73. *in fine cum seqq.* & *num.* 80. *ff. soluto matr.* Ioseph. Vela *dissert.* 10 *n* 28 Sanch. *in præcepta Decalogi lib* 3. *cap* 22. *ex num.* 5 plures citati à Carleual. *de iudic. disput.* 2. *quæst.* 4 *num.* 217. 37

Sic etiam *l.* 1 *tit* 8. *lib.* 6. *noua Recop.* dum disponit quòd pœnæ aduersùs eos, qui pecuniam extra Regnum deferunt, locum habeant contra Prælatos, clericos, ac quoscunque alios exemptos, iustam esse, post Gutier. & Bobadil. defendit Gabr. Pereira *de Manu Regia parte* 2. *cap.* 28. *num.* 14. Cutia Philipp. *tom* 1. *parte* 3. §. 2. *num.* 11. & *tom* 2. *lib.* 3. *cap.* 0. *num.* 15. Villar Maldonado *resp.* 5. *quæst.* 3. *num* 10. & 18. Florid Mauson. *in tract. de contrabandis q.* 8. Carleual. *d. disp.* 2. *q.* 3. *n.* 159. 38

L. quoque 12. *tit.* 5. *lib* 1 *noua Recop* cauetur quòd si in aliquibus locis huius Regni statutum fuerit, vt custodiantur prata agri, & vineæ, tunc si in eis inuenta fuerint animalia, debent damnum soluere eorum domini, etiamsi clerici sint, quos propter publicam vtilitatem comprehendit huiusmodi statutum, Ioan. Andr. & Abb. *in cap. Ecclesia S. Maria, de constit.* Luc. de Peña *in l. iubemus num* 1. *C. de nauib. non excus. lib.* 11. Azeued *in d. l.* 12 *num.* 2. Gutier *pract. lib* 1. *quæst* 4. vbi testatur de praxi in Regia Cancellaria Vallisoletana, & Granatensi, Salzed. ad Bernard. *in pract cap.* 58. *vers.* 7. *cum seq.* alios refero *Ego ipse de iure Ecclesiast. vniuerso lib.* 1. *cap.* 39 §. 2. *num* 42. quibus addo Morl. *in emporio Iuris Ciuilis tit.* 1. *quæst.* 16. *num.* 20. Ceuall. *de cognit. per viam violentiæ parte* 2. *quæst.* 11. *numer* 41. *cum seqq.* Cutia Philipp. *tom.* 1. *parte* 3. §. 17. *numer.* 13. Aloys Ricc. *in collect decis. collect* 103. Viuian. *decis.* 208. Villar Maldonado *d. quæst.* 3. *à num.* 6. Ripol. *variar. resolut cap.* 1 *à num.* 19 Gabr Pereira *de Manu Regia cap.* 29. Carleual. *de iudic disput.* 2. *quæst.* 3. *num* 155. 39

Publica enim necessitas, & communis vtilitas æquè laicos & clericos obligat, vt in multis casi- 40

bus, quos congessi *d. tract. de Iure Ecclesiast. vniuerso lib. 1. cap. 39. §. 2. à num. 38.* veluti ad viam ante domum reparare, & mundare, & ad montium, nemorum, & prædiorum communem custodiam, seu ad soluendas collectas pro rata, quæ imponuntur generaliter pro custodiendis vineis, agris, vel pratis, & ad expellendos, seu occidendos vermes, locustas, aut alia nociua, quæ in prædiis, vineis, seu viridariis nascuntur, & ad collectas impositas propter famem & pestem; & ad ignem extinguendum, vel ad custodiam portarum, quando ab hostibus inuaditur, & sic in similibus.

41 Vnde videtur inferri posse etiam Regem, siue legem ob eandem communem vtilitatem, Ecclesiasticis, & Religionum Monasteriis bonorum acquisitionem prohibere, vt sic penes seculares conseruentur, & ipsi onera pro Reip. defensione sustinere valeant. Huius sententiæ sectatores sunt duodecim ex primariis & antiquis Iureconsultis, quos refert eorumque fundamenta adducit Pet. Pechi. *in tract. de amortizatione cap. 6. num. 2. Audacter tamen in contrariam opinionem ingens Interpretum numerus conspirat: alij quia Princeps cuius imperio & omnes, & omnia à Mundi vltima origine subdita erant, legem rebus suis sibi placentem imponere potest l. in traditionis ff. de pactis, l. in re C. mandati. Alij quia sicut proprijs agris sitientibus alienos irrigare durum, & pene inhumanum est, l. Præses C. de seruit. ita laicus in rebus temporalibus præferri æquum est. Alij quia non odio Ecclesiæ inducta est huiusmodi constitutio, sed bono publico, ne maiori rerum immobilium parte ad Ecclesiam translata, laici soli publicis oneribus ferendis satis non sint. Alij quia & lex ista rem sibi subiectam respicit, & personam subditi sui ad contrahendum, obligandisque se se Ecclesiæ inhabilem efficit. Alij quia Ecclesiæ nil detrahitur, sed solum acquirere prohibetur, velut ad auth. cassa num. 4. ait Alciatus non est Ecclesiæ iura diminuere, sed nolle laicos sua illi communicare. Alij quia Ecclesia non læditur in quæsitis, sed certam formam accipit in quærendis. Alij quia secularium Principum interest plurimum ne translatis in Ecclesiam bonis, & confiscationum, & laudemiorum, & aliorum iurium Dominicalium emolumenta amittant. Alij denique quia voluntas testatoris, paciscentis, legem ferentis, & statuentis adæquantur l. fin. C. de fideiuss. Igitur sicut in certum genus hominum prohibita alicuius rei alienatio, & translatio vel à testatore, vel ex pacto facta iure defenditur, d. §. Diui, l. fin. C. de rebus alien. non alien. l. si ita quis ff. de verbor. oblig. ita quoque & lege, vel statuto prohiberi potest, l. fin. C. de fundis limitroph. l. fin. C. de fundo rei patrim. Et ita demum* Batt *consil. 30. lib. 4. Signorol. consil. 21. Mesue tit. de locato, Fab. ad d. l. quoties, Archid. ad cap. Romana, de appell. in 6. Luc. de Peña ad l. iubemus C. de nauibus non excus. lib. 1. Ias. ad l. fin. C. de iure emphyt. Bart. ad l. fin. C. de pactis, & consil. incip. Quidam colla populi, Bald. ad cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. Franc. Magon. tit. de Seigneuries art. 37. num. 3. & 4. Alciat. ad d. auth. cassa, & Imbertus in Enchirid. ad verbum Monachus, omnes vnanimiter statuerunt,* &c.

42 Eandem sententiam præter citatos, tenent Ambros. *de Opizonibus in l. filiusfam. §. Diui, ff de legat. 1. numer. 69. cum seqq.* ibi. *Secundò hoc probat per id, quod voluit notabiliter Bald. in cap. Ecclesia S. Mariæ extra de constitut. vbi dicit quod si statutum prohibet alienari in Clericum, quod non valet tale statutum; quod dicit esse verum si principaliter est factum in odium clericorum; sed si in fauorem Reipublicæ vt non fraudetur suis redditibus in publicis functionibus, bene valet statutum,* &c. & deinde late multis fundamentis hoc probat.

Iacobus de Graffiis *in suis aureis decis. parte 1.* 43
lib. 4. cap. 18. num. 238. ibi. *Si in statuto cauetur quod nullus subditus potestatis Mediolani posset alienare rem immobilem in non subditum nisi soluat tantum pro libra, expresse prohibendo ne posset alienare in personam Ecclesiasticam? Dico quod tale statutum est iuridicum, & non improbandum, neque censendum contra libertatem Ecclesiæ, quia est conditum fauore publici, & communis boni, & subditorum, vt eis salua immobilia, & territoria conseruentur.*

Ioannes Driedonius *lib. 2. de libertate Christiana* 44
cap. 3 ibi. *Vtrùm Rex possit statuto cauere ne bona immobilia Ecclesiasticis relinquantur, vel contractu trãsferantur? Respondeo huiusmodi statuta, seu mandata prima facie, sui contentione considerata in se videntur esse iniqua, neque possem ego huiusmodi statutorum conditorem & seruatorem excusare, nisi ex tolerantia Papæ scientis, atque tacentis, & ex causis, rationibusque appositis huiusmodi statutis, videretur mihi esse præsumendum huiusmodi statuta prodijsse ex pia quadam intentione Christiani Principis, suique Consilij prohibentis talem quendam donandi modum, quo transeant prædia perpetuò in manum nostram sic statuentis non in odium Ecclesiasticæ libertatis, neque in diminutionem cultus diuini, neque ad impediendum eleemosynam pauperum, aut hospitalium, aut Ecclesiarum indigentium subsidijs temporalium rerum, sed ad tollendum abusus, ad moderandum donationes superfluas; ne Respublica in aliqua patria sufficienter Ecclesiasticis prædijs dotata, nimium oneretur, & ne Religiosa loca superfluis prædijs, atque diuitijs, incrassata illarum curis tenuantur, neve fundationes antiquæ per nouas supernenientes impediantur, sed aptius, & commodius custodiantur ad Dei honorem, & cultum, ità tamen vt pij Principis animus sit paratus libenter suum assensum in huiusmodi donationibus prædiorum impartiri, vbi visum fuerit hoc absque suo & Reip. præiudicio pro augmento diuini cultus impartiri. Princeps sic statuens in aliqua sui dominij patria nequaquam prohibet laico ne suum prædium propter Deum det homini indigenti, aut pauperi; sed ne det vlli Collegio, vel Hospitali sic vt dominium perpetuo maneat apud tale Collegium. Atque ita huiusmodi statutum non est directè contra consilium Christi dicentis. Si vis perfectus esse vade, & vende, &c. Neque enim vetat prædia & agros vendi, & pretia illorum pauperibus dare, vel Hospitalibus, vel Religiosis domibus, vel etiam Ecclesiis indigentibus in augmentum diuini cultus. Neque enim absolute vetat ne talia prædia Ecclesiis vendantur, aut donentur, sed prohibet ne huius media prædia sine suo consensu transeant in perpetuum ad manum mortuam extra suam iurisdictionem. Ipsius Principis est sua Reip. prouidere, ne cum damno totius populi, tanta rerum abundantia deputetur Ecclesiæ, vt detrahatur hæredibus, alijsve pauperibus in dominio suo temporali indigentibus,* &c.

Caldas Pereira *recept. sentent. lib. 1. quæst. 23.* 45
num. 92. ibi. *Quinimo & ex alio capite defendi potest quoniam ordinatio illa non prohibet simpliciter alienari res in Ecclesias, sed iubet non alienari sine Principis licentia: lex autem secularis inducens solemnitatem obseruandam tempore actus, etiam Ecclesias comprehendit, vt eleganti ratione comprobat Panorm. in cap. quod clericis num. 6. de foro comp. & in repet. cap. Ecclesia num. 43. de constitut. & licet Felin. ibi num. 86. hoc limitet quando solemnitas non potest impleri sine magna difficultate, utpote quia requiritur Principis facultas & permissio. Tamen ad-*

nerto quod prototypa Ordinationum antiquarum ex quibus illa Ordinatio desumpta est, eam rationem reddit: quoniam Ecclesia in hoc Regno sunt locupletes, subditi autem pauperes, qui non possent Regnum defendere & onera subire, si omnia bona in Ecclesiarum dominium transferantur; quod etiam hodie vigere notum est, si Ecclesiasticorum redituum opulentia cum laicorum paupertate, & inopia n etiamur exactius. Quamobrem ratio suggerit huiusmodi statuta omnino iustissima fore censenda & iudicanda ex Bart. in l. rescripto § fin. ff. de muner. & hono. cuius opinio saltem admittitur quando constat legem seu statutum latam fuisse propter publicam vtilitatem, & non in odium Ecclesiasticorum, Dec. in d. cap. Ecclesia num 52. ad fin. Valasc. de iure emphyt. quæst. 17 ad fin. & eleganter Aym. de antiquit. tempor. §. circa num 9. neque in his terminis obstat tex in cap. fin. de immun. Eccles lib. 6. quoniam procedit in dubio: cæterum si constet de prædicto, aut publica vtilitas aliud suggerat, & commune bonum Reip. aliud flagitet, non habebit locum dispositio illius textus: neque etiam obstat factam fuisse de Ecclesiis mentionem, quoniam obiectum procedit quando secularis facit mentionem Ecclesiarum tanquam imperans, cum potius subditus sit, cap. certum 11. dist. Cæterum si agnoscat Ecclesia dominium, & tamen ex causa publica vtilitatis aliquid disponat, mentio Ecclesiarum non irritat constitutionem, cum tunc exprimatur id quod tacite inerat, ita Fortun de optimo fine Iuris illat. 14. Conar. 2 p de sponsal. c. 6. in princ. n. 10. Menoch. q. vsu freq c. 5 n 9 &c.

45 Grassal. *Regalium Franciæ lib. 1 iure 20.*

Paponius *lib. 1 tit 6. Arresto* 3. vbi refert ita Senatum decidisse.

Andr. Gail. *lib. 20. obseru. 32. num. 7. cum seqq.* vbi testatur Cameram Imperialem non semel huiusmodi statuta confirmasse.

Chopinus *de Domanio Franciæ lib. 1. tit. 14. & Monasticon lib. 2 tit. 2. n. 2.*

Signorolus de Homedæis *conf. 21. per totum.*

Couarruuias *in reg. possessor in initio parte 2. §. 4. num. 8. vers. tertium est,* vbi dicit quod si ob statutum Reip. Communitati conueniat, maxime ad eius vel tutelam, vel regimen, quod res quædam in Ecclesiam, aut clericos minime transferatur, tunc statutum inualidum erit, & aduersus Ecclesias obtinebit.

Ioannes Gutierres *pract. lib 4. q 58.*

Bobadil. *in sua Politica lib. 2 c. 18. n. 245.*

Menoch *cons 800. n. 13. & cons. 1000 n. 34.*

Marc. Anton. Peregrinus *tom. 1. consil. 91. num. 10. cum seqq.*

Pertazol. *tom. 1 consil. 87. n 4*

Hieron. de Ceuallos *commun. contra communes q. 899 n. 107. cum seqq. & n. 177.*

P. Molina *de Iustitia & iure tom. 1. tract. 2. disput. 140. num. 1.* vbi similis Regis Lusitaniæ mentionem facit.

Christophorus Angulianus *in tract de legibus lib. 1. contron. 15. per totum.*

Gabriel Pereira *in tract. de Manu Regia tom. 2. cap 67. per totum,* vbi late agit de Ordinatione Lusitana, quæ id ipsum disponit.

Anton. de Gama *Lusit. decis. 342. incip. Laurentius Aphonsus num. 1.*

Franciscus Hieronymus Leo *lib. 1. decis. 77. n. 8.* ibi *In nostro autem Valentia Regno iuxta forum 5. de rebus non alienandis fol. 110. bona sedentia relicta, vel donata Ecclesia vel loco Religioso debent alienari intra annum, ita vt non remaneant penes manum mortuam, nisi habeant licentiam à Rege illa possidendi, quæ licentia amortizatio appellatur.*

Franciscus Zipæus *in suo Iure Pontificio lib. 2. tit. 17.*

Olibann *de Iure fisci c. 7 per tot* vbi defendit statutum Cathaloniæ, quod idem disponit.

Gaspar Clochius *de contributionibus capite 12. num. 80.*

Benedictus Ægidius *ad l. 1. de sacrosanctis Eccles. p 5 §. 2. n. 3.* cum seqq. vbi late legem illam Lusitaniæ defendit.

Mexia *in tract. tassa panis concl. 5. n. 14.*

D. Petrus Barbosa *in priuatis scholijs ad l filiusfamilias ff. de legat. 1. vers. Ad Ordinationem.*

David Doringius *in sua Bibliotheca, verbo Alienatio, fol. 1261. col. 1.*

Heringius Arniseus *de exceptione clericorum c. 4. per totum*, vbi refert plura in fauorem huius opinionis.

Ioannes Bodinus *de Republica lib. 5. capite 2. fol. 802.*

Bernardos Argentreus *in consuetud. Burgundiæ tit. de feudis art. 46. gl. 1. n. 3.*

Marius Cutellus *in leges Federici c. 24. nota 26. c. 85. nota 90.*

Ioannes de Solorzano *tom. 2. de Indiarum gubernio lib. 3. c. 21. n. 28. cum seqq.*

Paul. Christianæus *tom. 1. decis. 201.*

Ioannes Antonius *de dominis; Archiepiscopus Spalatrensis* auctor condemnatus, quem hæreticum damnari, & comburi Romæ vidimus, *de Republica Catholica tom. 2. lib 6. cap 6.* ideo cautè legendus, dum Valentiniani, Gratiani, Archadij, & Theodosij Imperatorum leges supra relatas multis defendere conatus est.

Easdem quoque Imperatorum leges videntur approbasse sancti Patres, nam D Hieronymus epistol. 2. sic de illis loquens ait. *Pudet dicere Sacerdotes Idolorum, mimi, auriga, & scorta hæreditatem capiunt, solis clericis, & Monachis hoc lege prohibetur, non a persecutoribus, sed a Principibus Christianis, nec de lege conqueror, sed doleo cur meruissemus hanc legem, cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus vt indigeam cauterio prouida, seuera que legis cautio, & tamen nec sic refrænatur abundantia, per fideicommissa legibus illudimus, & quasi maiora sint Imperatorum scita quam Christi lege æstimamus. Euangelia contemnimus,* &c S. *Ambros. lib. 5 epist. 31.* ibi. *Nobis etiam priuata successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur: non enim putamus iniuriam, qui dispendia non dolemus, scribuntur testamenta Templorum ministris, nullus excipitur prophanus, nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ, soli ex hominibus clerico communionis ius clauditur, à quo solo pro omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur, nulla legata, vel grauium viduarum nulla donatio; & vbi in omnibus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta præscribitur quod Sacerdotibus Phani legauerit, Christiana vidua valet, quod Ministris Dei non valet, quod ego non vt querar, sed vt sciant quid non querar comprehendi.*

Hæc sunt fundamenta, & hi sunt Doctores huius opinionis, qui eam sustinent, & tenaciter defendunt, & in casus occurrentia vidi acerrime disputari hanc quæstionem, & copiosè pro ea consuluit doctissimus D. Franciscus Letonius vir & litteris, & prudentia clarus, in supremo Lusitaniæ Consilio Regius Senator meritissimus, ad maiora properat.

Sed his non obstantibus verior, sanior, & securior mihi videtur contraria sententia, & moueor ex sequentibus.

47 Primò, quia Monasteria Religiosorum (exceptis aliquibus) antiquis temporibus, & nunc de iure communi, & ex Summorum Pontificum Constitutionibus capaces sunt bonorum & redditu●m, quibus sustentari valeant, ita probatur *in cap.1.§.sanè, de statu Regul. lib.6.* ibi, *Nisi quòd poterunt de ipsorum Monasteriorum bonis, sine prouentibus absque penuria sustentari*, &c. Concil.Trid. *sess.25.de Regul. cap.3.* ibi. *In prædictis autem Monasterijs, & Domibus tam virorum quàm mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commode sustentari possint*, &c. Aufrer. ad Capell. Tholos. *quæst.* 3 Bleinan. *de benefic. parte 1. cap.10. numer.36.* Spin *de testament. gloss 7.princ. num.30.* Narbona *l.35 glos.2. num.33. cum seqq.tit. lib.1 Recopil.* Surd.*consil.295. numer.9.* Anton. Faber *in suo Codice sub tit. de sacros. Eccles. defin.25.* Mangil.*de imputat.q.58. numer.* 41. Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib.7. cap.* 2. Bombin. *cons.* 8.

48 Et licèt plura reperiantur Monasteria, quæ quotidiano victu carent, nec habent vnde sustentari valeant, vt referunt Comitol *in Apologia pro manitorio Pauli V. cap.3. num.6* Laurent.Ortiz *de immunit Ecclesiast.quæst.13.consid 4 fol.313.* Diana *resolut. moral. parte 5. resolut. 3. ad fin.* hoc tamen dedecet statum Ecclesiasticum, cui conuenit iuxta sacrum ipsius institutum necessaria bona pro commoda ministrorum sustentatione habere, & ideo ad sacros Ordines non promouentur nisi ij, cui facultates abonde suppetunt, ne scilicet cogantur in opprobrium clericalis Ordinis mendicare, *cap. neminem 70.dist. cap Episcopus, cap. cùm secundùm Apostolum, de præbend.* vbi *in collect.* plures citaui Doctores, & *de Iure Ecclesiast. vniuerso lib.3 cap.13 n.53.* quibus addo Æ●æ. Robert. *lib.3. rerum iudic.cap.1.* Blemian. *de benefic.parte 2.cap.6.num.38.* Valenzu. *cons.32.tom.1.*

49 Constat igitur ex pluribus locis sacræ Scripturæ Sacerdotes possessiones & bona habuisse, diuitesque fuisse, vt colligitur *Leuit. cap. 25. & Hierem. cap.32.* & ad illius explicationem obseruat eleganter P.Gaspar Sanchez *in Ezechiel. cap.44. vers 28. num.59.* quod si Leuitæ Sacerdotes bona immobilia non possiderent in Annathot vrbe, Sacerdotalem agrum non emissent, quam sententiam tuetur Valencuel.*contra Venetos parte 3. num.97.* Nicol. de Maystre *contra Lutherum de sacro patrimonio lib* 1. *cap. 10. per tot.* Diana *d.resolut.3. vers.ad id verò,* Becan. *in Analogia veteris Ecclesiæ cap. 7 quæst 6. num. 3.* vbi ex quadraginta octo ciuitatibus obseruat tredecim datas esse Sacerdotibus, reliquas Leuitis; vnde *num. 17.* sic ait. *Ex dictis colligi potest quàm diuites fuerint Sacerdotes in veteri Testamento præ alijs omnibus: nam primo accipiebant decimas à duodecim Tribus Israel: vbi notandum est præter Tribum Leui fuisse duodecim Tribus filiorum Israel, nempe Tribum Ruben, Simeon, Iuda, Zabulon, Issachar, Dan, Gat, Asser, Nephtali, Efraim Manasse, Beniamin; igitur singulæ Tribus diuidebant sua bona in decem partes, & vnam dabat Tribui Leui, reliquis nouem sibi reseruatis, quo fuit, vt Tribus Leui multo fuerit ditior, quam cætera, nam singulæ cæterarum habebant tantum nouem partes, Tribus autem Leui duodecim præter has decimas, quæ communes erant omnibus In Tribus Leui Sacerdotes iterum accipiebant decimas decimarum à Leuitis, & sic non solum erant ditiores quam homines aliarum Tribuum sed etiam quam Leuitæ. Deinde accedebant primitiæ, primogenita, oblationes, quæ si omnia computentur, in magnum thesaurum excrescere necesse erat reditus, & pensiones Sacerdotum & sic planum est diuites antiquæ legis fuisse Sacerdotes*, ac proinde euidenter conuincuntur *Renat. Chopin de Domanio Franciæ lib.1 tit.14. num 1. & Marius Cutell d.cap.14.& 85.* contrarium in hoc sentientes.

Secundò, quia licèt supponeremus quòd diuitiæ Ecclesiasticorum essent admodum excessiuæ, & seculares, nimium ob id depauperentur, adhuc non esset à Regia potestate remedium petendum, cum Ecclesiastici illi non subiiciantur, nec eius mandatis, legibus, & statutis obedire teneantur, *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut.* vbi in collect. plures citaui Doctores, quibus nunc addo Boët. Epon. *lib.1.de iure sacro cap.2. num.178.* Camill Borrel.*de Magistrat lib.2. cap 11.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst 18 num.86.* Martinez *in 1 2 D. Thomæ tom.3. quæst.96. num 89 art.5. dub 6.* Florid.Mauson.*de contrabandis quæst.8. num.4.* Squillante *de priuileg. cleric.cap.7. num 34.* Franc.Ferrer *de soluto matrim. euidentials 2 num.6.* Ioan.Baptista Ciarlin.*var.controu. c.45. n.2.& cap.107. num.31.* Baldel *d.lib 5.disp.33. num.20.* 50

Vel quia exempti sunt iure diuino, gloss. *in cap. quamquam, de censib. lib. 6.* recepta communiter ex multis, quos plena manu citaui *de Iure Eccles. vniuerso lib.1.c.39.§. 1. à num 1.& §.5. num 3.* quibus addo Giurb. *consil.67. num.7.* Ioan. Domin. Tason *in pragm. de Antefato vers.3. obseru. 1.* Diana *moral. resol.parte 1.tract.2.resol.* Squillante *d.c.7. num.1.* Lotter.*d.lib.3.quæst 36. à num. 19.* Carleual. vbi suprà *num.395.* Torreblanca *de iure spirit. lib.15. c 2.* Vel saltem de iure humano & positiuo in causis non spiritualibus, Felician de Vega *in c determinus, de iudic. num.51* Fontanel.*de pactis nupt tom 1 claus. 4.glos.13 p.1 num.10.* Sanch. *tom 1.consil moral.lib.2. c.4.dub.55.num.1.* Anguian.*de legib.lib 2.controu 14. n. 22.* Boët. Epon *in proœm.de immun. Eccles. à n.1.* Baldel.*vbi supra disp 35 n.5.* 51

Tertiò, quia si vnicuique seculari licet liberè quicquid vellet emere, seu vendere, taliter quod hoc ei denegare esset iniuria, *l. dudum C de contrab. empt.* Ecclesiastici peioris essent conditionis si quod illis conceditur, istis denegetur, qui ciues Reip. sunt, & appellatione ciuium in fauorabilibus continentur, Bart.*in l.1. num.11.ff. ad municipal.* Camill.Borrel.*de præstantia Regis Cathol. c.71.num.14.* Boët.Epon *in c.fin.de vita & honest.cleric. num. 108.* Salgad *de protect. Regia p.1 cap.1.præl.2. numer. 57.* Nouat.*de grauaminib vasallor. tom.1.grauam 32.n.8.* Eo maximè, quia eis denegatur quod iure communi conceditur, nam Ecclesia habet facultatem vt laici possint libere cum ea contrahere; & quoties arctatur illi hæc libertas, est contra Ecclesiasticam immunitatem, Lader. de Imola *consil.* 103. 53 Aponte *in resp. super censura Veneta fol.* 85. & deficit potestas in statuente seculari, respectu Ecclesiasticorum, cum suæ non subsint potestati. Menoch.*consil 8.78.num.* 10. Bernard Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper.lib.2 obseru 32. consid.1.* Marta *de succes legali p.2 q.4.art.8.a n.4* Ciarlin.*controu. frequēt. c.23 n.10.* 52

Quartò, quia ex dictis infertur resolutio ad plures quæstiones in hac materia multum frequentes, & ad nostrum casum conducibiles, ex quibus sequentes 54

quentes conclusiones colligi. Leges, seu statuta Ecclesiasticæ libertati præiudicium afferentes ex defectu iurisdictioois in eas condente sunt nullæ, adeo vt dicantur magis destitutiones, quam Constitutiones, *c. fin. de rebus Eccles* Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ num.* 98. Abb. *consil.* 83. *lib.* 1. Cardinal. Tolet. *in sum. lib.* 1. *c.* 38. *num.* 15. Marta *de iurisdict. p.* 4. *casu* 46. *num.* 2. Ramon *consil.* 34. *num.* 15. Baldel. *in Theolog moral lib.* 5. *disput.* 36. *num.* 7. Siue directè, siue indirectè lædant Ecclesiasticam libertatem, Marta *de success legals p.* 1. *quæst.* 13 *numer.* 17. Ioan. Domin. Tason *in pragm. de Antefato vers.* 3. *obser.* 4 *num.* 123. vbi ex multis idem docet etiamsi in consequentiam statutum grauet, Franc. Ferrer. *euidentials* 2. *num.* 93. Siue causatiuè, siue immediate, Tolet. *d. c.* 38. *num.* 19. Ciarlin. *d. tract. c.* 17. *num.* 25. Baldel. *d. lib.* 5. *disput.* 33. *num.* 12. *& disput.* 36. *n.* 11. vbi declarat quando directè, vel indirectè sit contrarium Ecclesiasticæ libertati, Pacian. *consil.* 164. *n.* 1. Araujo *in* 1. 2. *D. Thom q.* 91. *disp.* 3. *sect.* 5. *diffic.* 14. *fol.* 691.

55 Et quoties tollunt quod priuilegio competit iure speciali, vel communi, Alciat. *lib.* 2. *resp* 33. *num.* 5. Ioseph. Sesse *decis* 113. *num.* 43. Ferrer *d. euidentiali* 2. *numer.* 95. *&* 99. Diana *d. p.* 1 *tract* 2. *resolut.* 68. *vers. sed his non obstantibus*, Marta *d. q.* 13. *art.* 13. *num.* 41. Ciarlio. *d c.* 63. *num* 30.

56 Et quamuis concernant publicam vtilitatem,
adhuc non valent, Abb. & Felin. *numer.* 23. *in d. c.*
Ecclesia S. Mariæ, Gueuara *in propugnaculo Eccles.*
iurisd. contra Venetos assert. 1. §. 6. *numer.* 57. Diana
57 *moral resol. p.* 4. *tract.* 10. *resol.* 14. Quia necessitas, &
publica vtilitas non tribuit iurisdictionem vt valeat
statutum contra non subditos, Bald. *in l. cunctos populos num.* 1. *C. de summa Trin.* Bariola *cons.* 38.
Surd. *consil.* 301. *numer.* 19. Ramon *dict. consil.* 34.
num. 18.

58 Et licèt bono zelo fiat statutum, & non animo
lædendi Ecclesiam adhuc nullitatem continet,
quia libertas, & immunitas Ecclesiarum non dependet
ex bono, vel malo animo statuentium, sed
ex natura rei, & ex priuilegiis, quæ illis absolute
competunt de iure diuino & humano, & facultatem
aliquid in eos statuendi adimunt, vt ex Felino
& Lapo obseruat Gueuara *vbi supra numer.* 10.
59 Diana *d p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 15. Quapropter in terminis
quòd Rex non possit statuto, vel lege imponere
tributa prædiis suorum vasallorum, vt cum
illis transeant ad Ecclesiasticos, resoluunt contra
Bartolum Bald. *in l. placet numer.* 10. *C. de sacros. Eccles.* dicens Bartolum non dixisse verum, &
consil. 112. *num* 7. *lib.* 1. dicens Bartolum non bene
sentire, & contra omnes loquutum, Gregor. Lop.
l 55. *tit.* 6. *p.* 1. *verbo El Rey*, Beltran. de Gueuara
assert. 1 *numer.* 26. Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 9
q 9. Comitul. *resp moral. lib.* 1 *q.* 71. *& seq.* Suarez *in
defensione fidei contra Anglicana secta errores lib.* 4.
c. 17. *num.* 9. *& cap.* 18. *num.* 5. Diana *p.* 3. *tract.* 1. *resol.*
17. Baldell. *d lib.* 5. *disput.* 34. *num.* 5. vbi quòd Bart.
consil. 180. fuit sibi contrarius, Ciarlin. *cum multis
c.* 103. *num* 17. *& num.* 60 vbi quòd opinio Bartoli
damnatur à Rota Romana.

60 Quare ex his & aliis sententiam præcedenti contrariam, immo quòd Rex statuto, seu lege sua Ecclesiasticis prohibere non possit bonorum acquisitionem, nec illos grauare vt intra certum tempus vendere teneantur quæ aliàs titulo oneroso, vel lucratiuo adquisierint, sustinent qui sequuntur.

Cardin. Alban. *in tract. de immun. Eccles. numer.* 8. *cum seq.*

Card. Tolet. *in sum. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 19.

Didac. Perez *l.* 7. *glos* 1. *tit.* 1. *lib.* 2. *Ordinam.*

Azeuedo *l.* 8. *num.* 3. *tit.* 18. *lib* 9. *noua Recop.* vbi hanc partem ex Iasone dicit magis communem, & sequendam in iudicando & consulendo.

Fuluius Pacianus *cons.* 164. *n* 5. *cum seqq.*

Menchaqua *de success creat. lib.* 1. §. 10. *n.* 648. *vers. denique leges humana fol.* 252.

Episcopus Oxomensis *contra tractatus duos ad fauorem Venetorum sine nomine Auctoris discursu* 8. *prop.* 6. *fol.* 348.

Narbona *l.* 35. *gl.* 2. *n.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *noua Recop.*

Zumel. *in defensione pro sancta Romana Ecclesia contra impia Venetorum decreta*, & præcipuè *fol.* 19. *propos.* 4. vbi dicit hanc assertionem Christi fidelibus debere esse certam, & indubitatam, & quod eum negantes Semi-Anglicani sunt, & valde coniuncti illis.

Schraderus *post quæstiones ad Iustinianum tract. de rebus* §. 16 *n.* 87. *cum seqq.*

Adam Concent *lib.* 6. *Politicorum cap.* 62. *cum seqq.*

Ioannes Cochier *in vindicijs libertatis Ecclesiæ p.* 1. *c.* 11.

Franciscus Zipæus à contraria sententia, quam prius sequutus fuerat recedens, *in iure Pontificio nouo lib.* 3 *tit. de immunit. Eccles.*

Iulius Lauorus *in tract. de Indulgent parte* 1. *c.* 23. *num.* 16.

Ioannes Baptista Ciarlinus *controuers. frequent. c.* 23. *n.* 40.

Baldellus *in Theologia morali lib.* 5. *disput.* 36. *num.* 20.

Ioannes Dominicus Tason *in pragmatica de Antefato vers.* 8. *obseru.* 1. ex Martini Laudensi, vbi quòd propter tale statutum Paolus V. declarauit excommunicatos dominos Venetos 26. Aprilis 1606.

Petrus Pechius *in tract. de amortizatione c.* 6 *num.* 17.

Marta *de successione legali parte* 3. *quæst* 13. *art.* 1. *n.* 1 *cum seqq.*

Araujo *in* 1. 2. *D. Thoma q.* 91. *disp.* 3. *sect* 5. *diffic.* 14. *vers. hinc colligo fol.* 691. *& seq.*

Martinus Bonacina *de censuris extra Bullam disp.* 2. *puncto* 4.

Antoninus Diana *moralium resolut p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 53. 57. 58. 63. *&* 74. *& p.* 3 *tract.* 1. *resol.* 13. *& p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 13. 14. 15. *&* 57. *& p* 5 *tract* 1. *resol.* 3 *&* 8.

Franciscus Ferrer *in tract. de soluto matrim. euidentiali* 2. *num.* 96. *in fine*, ibi. *Videtur pro inualiditate statuti concludendum, prout Regium concluderat Consilium, sicut alibi pro consimili statute fuit conclusum pro illius inualiditate, quo cautum erat, vt bona vniuersitatis, & singulorum statuentium territorij distrahi non possent in clericis, & Ecclesiis*, &c.

Ego ipse *de Iure Ecclesiastico vniuerso lib.* 2. *c* 3. *n.* 116. *cum seqq. & in collect. ad d. c. Ecclesia S. Mariæ num.* 19.

Rota apud Dianam *d parte* 5. *tract.* 1. *resolut.* 3. ibi. *Quod verò attinet ad illum articulum particularem, vt Ecclesia intra certum tempus, v. g vnius, vel duorum, vel duodecim annorum, bona immobilia vendere laicis teneantur, illud expresse condemnauit Alexander IV. in cap.* 1. §. *fin. de immunit. Eccles. lib* 6. *in hac verba. Nec etiam licet illud ipsas Ecclesias, vel personas ad distrahendum, vel alienandum, aut extra*

manum

manum suam ponendam iam adquisita, vel quæ deinceps acquireret aliquatenus constare, hac ibi Et ideo non valere statutum laicorum contrarium disponens, notarunt ibi Gemmian. num. 5 vers nota quod laici, Franch. numer. 5. Deci. in cap Ecclesia S. Mariæ num. 192. vers. octauo non valet statutum, de constit. Bald. in auth hoc ius porrectum numer. 8 vers. & propterea non valet C. de sacros. Eccles. vbi agit contra statutum Senarum, quo cauebatur, vt Hospitale S. Mariæ teneretur vendere possessiones, idem tenuit in cap. cum laicis num 5. super verbo de alienatione, de rebus Eccles non alien. & Archid in capite Romanarum 13. verbo consuetudine, de appellat. libro 6. &c.

61 Qua quidem sententia tanquam veriori, seneriori, & magis pia retenta, non obstant, quæ pro contraria supra adduximus. Nam ad leges Valentiniani, Archadij, Gratiani & Theodosij Imperatorum, de quibus suprà *num.* 3. 4 5. & 6. respondetur eas de facto, & sine iurisdictione latas fuisse, & ideo Clerus, Hieronymus, & Ambrosius valde de illis conquesti sunt, ac ad illorum instantiam illas reuocarunt; tacuerunt autem sancti illi viri, vel potius suas querimonias in Clericos iacuerunt, illis propter excessus earum legum decisionem imputantes propter reuerentiam, quam Imperatoribus exhibebant, & ne illos incitarent ad maiora damna Ecclesiis inferenda: quicquid dicant *Marcus Antonius de Dominis* condemnatæ memoriæ vir, & *David Deringius* citatis locis.

62 De reuocatione harum legum constat ex *l.* 18. *tit. de Episcopis & cleric. in Codice Theodos.* vt aduerrunt Beltran. de Gueuara *in d. propugnaculo assert.* 2. §. 6. *numer.* 11. Valenzuela *contra Venetos p.* 3. *numer* 32. *cum seqq.* Marta *de success. legali p.* 3. *q.* 13. *art.* 1. *num.* 2. vbi *num.* .. respondens ad legem Henrici Imper. plures alias adducit similes reuocationes, vt apud ipsum videre est in illis verbis, ibi. *Item Innocentius III. similem Constitutionem Henrici Constantinopolitani Imper. tam diuinis quam humanis legibus esse inimicam pronuntiauit: idem Innocentius Carduensi, & Synodiensi Episcopis, & Archidiacono Dabaliensi mandauit, vt Constitutionem Henrici Imper. Constantinopolitani, quod nullus posset de suis possessionibus in vita, vel in vltima voluntate aliquid Ecclesiis elargiri, friuolam & inanem & nullo modo seruandam esse decerneret. Idem Innocentius 9. Decembris Pontificatus sui anno 14. Regi Franciæ ordinauit, vt suos officiales compesceret, qui postposito Dei Zelo laicos in ægritudine laborantes præpediebant ne de terrenis, vel suis hereditatibus aliquid in eleemosynam alicui largirentur. Item Concilia generalia ex omnium Prouinciarum, & Regionum Catholicorum Principum Episcopis, & Prælatis congregata dispositiones contrarias in specie damnauerunt. Concilium Lateranense sub Innocentio III & habetur in c. cum laicis, de rebus Eccles. Item Concilium Constantiense cum eundem articulum de libertate Ecclesiastica tractaret. damnauit dispositiones illorum Principum quod nulla bona temporalia in Ecclesias, & Ecclesiasticos transferantur, vt in confirmatione Constitutionum Federici II & Caroli V. quæ habetur in fine Concilij Constantiensis. Idem dispositum fuit in Concilio generali Lateranensi sub Leone X. in princ. Item in Concilio Tridentino sess. 25. de reform. c. 20. confirmauit omnes sacros Canones, & Concilia generalia, & alias Apostolicas sanctiones ad fauorem Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum, ac dispositiones contrarias reuocauit*, &c.

Similiter Nicephori Phocæ legem præfatam tanquam iniustam, & Ecclesiasticæ libertati contrariam reuocauit Basilius Imper. his verbis. *Postquam cognoui legem a Nicephoro editam, dum ille in Imperio viueret contra sanctam Ecclesiam & contra domos Dei militare, hocque fuisse causam & originem omnium malorum præsentium, quæ patimur, & totius ruinæ, destructionis, & confusionis nostræ, ob id quod decreta Nicephori fuerunt iniuriosa non solum, Ecclesiæ sanctæ, sed etiam contra Templa eius, & contra sanctos Domos Dei, immo verò contra ipsummet Deum; idcirco præcipio prædictas leges tanquam iniustas minime obseruandas esse, quas reuocamus, & annullamus: ac deinceps eas leges sancimus, & restituimus, quæ antea statutæ fuerant pro bono Ecclesiæ, & Domorum Dei, quoniam experientia nouimus, quod post decreta Nicephori nil nobis boni acciderit, sic adeo quod nullum calamitatis genus fuerit, quod experti non simus decretis illis permanentibus*, &c. refert Zumel *vbi suprà fol.* 24. 63

Sic Caroli Magni legi in Saxonia editæ de qua sup. *num.*6. respondet Beltran de Gueuara *assert.* 1. §.66. *num.*22. ibi. *Neque obstat lex Caroli Magni, quam ego non potui inuenire in capitibus Caroli Magni, nam eadem pollet iniustitia.* Et dum ageret de quodam decreto Regis Theodorici, cuius meminerunt *Cassiodor. lib.* 1. *var. epist.* 19. & *Menoch. consil* 1000. *num.*41. *lib* .0. sic prosequitur. *Nam respondetur quod vis illa qua Principes seculares, maxime Arriani, vsurpabant iurisdictionem Ecclesiasticam anno Christi 525. quo vixit ille Rex, durauit vsque ad tempora Iustiniani, & deinceps, neque tunc temporis Ecclesia infantia poterat illi resistere, iure tamen similem iurisdictionem nequaquam habuere, vt probat ex multis locis Scripturæ, Concilijs, & Sanctis Patribus, Iodocus Coccius in thesauro Catholico p.* 1. *lib* 7 *de Hierarchia Eccles. art.*22.&c. 64

Nec obstat lex Siciliæ quam edidit Federicus, cuius suprà memini *num* 7 quia Carolus II. eam tanquam iniustam reuocauit, vt obseruat Afflict. *lib.* .*Constit.*26.*num.*12. sic dicens. *Hæc Constitutio nil valet, quia Imperator non potuit contra libertatem Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum prohibere quod non relinquantur res stabiles Ecclesiæ inter viuos.* Et postea addit. *Nolo hic seruare ordinem meum in colligendis notabilibus, quia ista Constitutio tota est correcta per caput Regis Caroli II. quod incipit. Item statuimus.* Et demum concludit. *& sic non seruatur ista Constitutio, quod Ecclesia debet vendere intra annum*, &c Beltran. de Gueuara *assert.* 1. §.6. *n.*20. Anton. Bobius *in resp ad Paulam Seruitam p.* 1. *arg.* 10. *fol.* 44. Diana *moral. resol.* 57. & *p.* 5 *tract.* 1 *resol.* 3. Ioan. à Cochier *d.c.* 11. *n.*6. Tason *cit. loco vers.* 8 *obseru* 1 *n.*29. 65

Parum facit d. lex Alphonsi Regis, de qua sup. *num.*8. cui satisfacit Narbona *d. gloss.* 1. *num.* 31. his verbis *Quæ sane omnia licet sic præcessisse recte sciam, non tamen ab omni impietatis nota fuerunt immania; verum id temporibus illis inualuit, propter nimium videlicet Ecclesiasticorum luxum, cupiditatem, & auaritiam, quæ liberalem largiendi effectum, feruidamque olim piorum charitatem, & frequentes in Ecclesia donationes videntur restrinxisse.* 66

Nihil probat intentum Constitutio Caroli V. Imper. in Flandria sup num. 14. nam satisfaciunt Marta *d. art.* 1 *num* 5. Pechius *d.c.*6. *num* 2. Christianæus *d. decis* 10. *num.*4. ibi. *Ac proinde existimare aliam fuisse rationem, quodque Constitutio eiusmodi ab ipsa Ecclesia, & Ecclesiasticis Proceribus probata & admissa, rogante que eam Principe à tot annis* 67

pro

pro palam, & in vsum recepta fuerit. Et deinde *n. 6. in fine*, ibi. *Cum in hac materia absque periculo animæ vix quicquam asseri possit, me quoad hæc Apostolicæ Sedis iudicio reuerenter submitto*, &c.

67 Nec leges Franciæ & Lusitaniæ, de quibus *num. 10. & 11.* nobiscum pugnant, aut pro contraria sententia allegari possunt, quia de consensu Pontificis latas fuisse nemo est qui dubitet, & quòd lex illa Portugaliæ fuerit olim confirmata à Papa in concordatis in Curia Romana inter Clerum, & Dionysium Portugaliæ Regem, fatentur omnes nostri, qui hac de re hucusque scripserunt, ex quorum numero sunt Cald. Pereira *d. q. 23. numer. 92.* D. Barbosa olim in florentissimo Conimbricensi Gymnasio Primarius Iuris Ciuilis interpres, & rudè donatus *in scholijs ad l. filiusfamilias § Diui, ff. de legat. 1.* latissimè insignes Doctores Ludouicus Correa & Emmanuel Suarez eiusdem Gymnasij Primarij Iuris Canonici interpretes, Bened. Ægid. *ad l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 5. §. 2. num. 12.* Ex aliis Iulius Rophus *in resp. ad Marcum Anton. Capell. p. 4. cap. 1. ad argum. 17.* ibi. *In Francia si fu fatta tal legge, fu fatta con consentimento de la Sancta Sede si come ancho ne' Regno di Portogalo*, &c. Anastas. Germon. *in assert. libertatis Ecclesiasticæ c. 7 fol. mihi 73.* Anton. Diana *moral. decis parte 4. tract. 1. resolut. 3.*

68 Nec lex Valentiæ, de qua sup. *num. 12.* quia in scientia & patientia Pontificum fundatur, & ex aliis iustificatur, vt videre est apud Bellug. *in speculo Principum rub. 5. §. Veniamus num. 30. cum seqq. & num. 37.* ibi. *Aly & melius asserunt quòd hæ leges amortizationis sunt mixtæ laicorum, & clericorum, latæ in Comitys Curiatis originum Statuum.* Alij & rectiùs, vt Pechius *d. c. 6. id totum tribuit scientiæ & patientiæ Pontificum*, &c. refert Diana *p. 3 tract. 3. resol. 14.*

69 Nec aliquam vim habet *d. l. 7. tit. 9. lib. 5. Ordin.* qua statuebatur neminem Regi subditum posse bona immobilia alienare in exemptos, & Regiæ iurisdictioni non subiectos, quia cum Ecclesiasticæ iurisdictioni aduersaretur, ideo Catholicus & prudens Rex noster Philippus II. noluit quod in noua Recopilatione insereretur, vt attestatur Maticnsf. *l. 1. glos. 5. num 4 tit. 10 lib. 5. Recopil* Azeued. *l. 8. num. 4. tit. 8. lib. 9. eiusdem Recop.* Beltran de Gueuara *assert. 1. §. 6 n. 22.* Diana *dicta resol. 14.*

70 Neque etiam vim legum habent, quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus sine parentum consensu, nam etsi Principes eam tulerint ad honestatem persuadendam, quæ consistit in exigendo parentum consensu ab ipsis filiis ad coniugalem contractum, non tamen habent vim, cum id spectet ad Summum Pont. laici enim nil possunt statuere quod Matrimonij liberum consensum impediat, etiam circa accidentalia ipsi Matrimonio, secùdùm Mart. *de successi legali p. 1. quæst. 16. art. 5 num. 1.* Ioseph Vela *dissert 6. num. 61.* Molphes. *in addit ad consil 9. num. 25.* Quare contra dictas leges insurgunt Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 3. §. 8 n. 5.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 1. num. 1.* Marc. Anton. Eugen. *consil. 18. à num 14.* Ludou Morof. *resp. 96. n. 9 cum seqq.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. differ. 7. num. 14.* Carol. de Grassis *de effectib clerical effectu 2. num 31. cum seqq.* Diana *moral. resolut parte 1. tract. 1. resol. 74. & 104.* Belletus *disquisition clerical. p. 6. §. 4. num. 43.*

71 Vnde opinio Alexandri, Angeli, Cancerij, Ramonis, & aliorum de qua supra *num. 34* existimantium validum esse statutum priuans legitima filios, qui Religiosi fiunt, nulla veritate fulcitur,

Barbosa Vota decisiua

communior enim & securior est contraria, quam merito sustinent Dominic. *in cap.* quamnis pactum de pact. in 6. num. 10. Alciat *in auth. cassa num 2. C. de sacros. Eccles.* Humada *ad Greg. Lopez tit. 13. p. gloss. 8 num. 5* Honded. plures referens *consil. 11. num 14. volum. 2.* Marta *de iurisdict. p. 4. casu 80. & de success. legali p. 5. q. 15. art. 1. num. 16. cum seqq.* Saneh. *in præcepta Decalogi tom. 1 lib. 7 c. 12. num. 18.* Fusar. *de substitution quæst 419. numer. 25.* Ego ipse *de iure Ecclesiast. vniuerso lib. 2. cap. 5. numer. 198. & 201.*

Lex autem *2. tit. 5. lib. 5. nouæ Recop.* suprà *n. 35.* 72 limitans numerum fascium funeralium, & vestium lugubrum excessus, quæ magis ad honorem hæredum quam ad animæ defuncti salutem spectant, valida est, & salubris: si verò statuto, vel lege seculari moderetur quod Ecclesiæ offertur, vt in sacrificiis præsente corpore dicendis, vel orationibus pro eo interponendis, aut in cereis, eleemosynis, vel clericorum numero taxandis, inualida erit; Ita Abb. *in cap. fin. num 5. de rebus Eccles. non alien.* Sebast. Medices *de sepultur. quæst. 20.* Matienso *d. l. 1 glos. 10.* Mari. Altet. *de censur. tom. 1. lib. 5. disp. 16. c 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœn t. tom 1. lib. 9. c. 23 num 360.* Marta *de Iurisd p. 4. casu 14 num. 2 & casu 54.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 2. num 467.* Diana *moral. resolut. parte 1. tract. 2. resol. 64.* Iulian. Lauor. *variar. lucub. titul. 2. capite 16. num. 13.*

Difficultate non carent *l. 10. & 13 tit. 1. lib. 4.* 73 *nouæ Recop* sup *num. 36.* dum prohibent Ecclesiasticam iurisdictionem à laicis prorogari, cui similis *lex Lusitana lib. 1 tit. 1. §. 14.* vbi Pateus meus plures refert Doctores de ea agentes: quia hoc non est sine controuersia, & prorogari posse probat tex. *in l. si qui ex consensu cum seq. de Episcop. audient. cap. significasti, de foro comp.* vbi Anton. de Butr. *n. 9.* Marian. Socin. *numer. 40.* & Felicianus de Vega *à princip.* post Calder. Feder. de Saxis VVames. Card. Tusch. & alios Cochier *de vindiciis libertatis Ecclesiæ, p. 1. c. 66. num. 5. & 10.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu 10. num. 75.* D. Barbosa *in l. 1. art. 3. num 135 ff de iudic.* Narbona *l. 59. glos. 1. num. 9. tit. 4. lib. 2. Recop* Camill. Bortel *in sum. decisionum tit. 41. num. 140 & 190.* Ioseph. Sessè *de inhibit. cap. 9. § 3.* Pradil. *in sum. legum pœnal. p. 2. casu 1.* Carleual. *de iudic. disput. 2. quæst. 8. lect. 3. num. 1119.* Nouar. *de elect. fori sect. 3 quæst 13 num. 25* Ciarlin. *Controuersiarum frequent. cap. 44. num. 21. cum seqq.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p 3. alleg. 108. num 10.* Vnde tales leges esse contra Ecclesiasticam libertatem, ac proinde nullas, obseruant Marta *de Iurisd. p. 4. casu 92. num. 2.* Aloys. Ricc. *in decis. (ur)ria Archiepisc. p. 2 decis. 211. num. 5.* Marc Anton Genuen. *in pract. Archiepisc. Neapol. cap. 12.* Diana *moral. resolut. p. 5. tract. 1. resolut. 8. vers. sed his non obstantibus.*

L. 11. tit. 1. lib 4. Recop. de qua sup. *num. 37.* irritans contractum propter adiectionem iuramenti, 74 videtur saltem indirectè esse contra libertatem Ecclesiasticam, cùm nulla lex Ciuilis possit vim iuramenti etiam antequam præstetur eneruare. Ita Aluar. Valasc. *consil. 99. num. 3.* vbi ait illam fundari in Pontificio priuilegio, Sahag *in cap. decernimus, de iudic. n. 127.* Marta *de Iurisd. p. 4. casu 72.* Seraph. *de priuilegijs iur. priu. 76. n. 8* Matescot. *var. resol lib. 1. cap. 61. num. 10. cum seqq.* Fagundez *in quinque Eccles. præcepta, præc. 1. lib. 3. cap. 7. num 17.* vbi asserit dictas leges latas fuisse Apostolica præcedente concessione, Sanch. *de Matrim. lib. 6 disp. 34. num. 2.*

A 2 Suarez

Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 2. c. 38. num.* 15. vbi quòd indirectè saltem sunt contra libertatem Ecclesiasticam, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 19. num.* 60. Ioan Valer. *de different. inter vtrumque forũ, verbo Iuramentum differ. 9.* Carleual. *de Indic disp. 1. q. 4 num.* 217. vbi attestatur non leuem esse difficultatem an huiusmodi leges & statuta aliquam vim habeant, Bursatt. *decis. 129. n. 4. & decis. 792. num. 13.* Diana *moral resol p. 1. tract. 2. resol. 73. n. 113, & p. 5. tract. 1. resol. 8. vers adde.*

75 *L. 1. tit. 18. lib. 6. noua Recop.* de qua suprà *n.* 38, magnam patitur difficultatem, nam aduersùs illam tenent Squillante *de priuil. cleric. c. 7. num. 94. vers. vtrum,* Molphes. *in consuet. Neapolit. p. 2. tit. de personis q. 7. n. 43. cum seqq.* Azor. Megala, & alij, quos refert & sequitur Diana *moral. resolut. p. 1. tract. 2. resol. 15.*

76 Sic etiam ex multorum sententia nulla est ex defectu potestatis *d. l. 12 tit. 3. lib. 1. Recopil.* de qua suprà *num.* 39. & eam tanquam immunitati Ecclesiasticæ contrariam reprobant Gregor. Lop. *l. 24. tit. 5 p. 7.* Perez *l. 1. glos. 1. tit 3. lib. 5. Ordin. vers. & est aliud priuilegium,* Alderan. Mascard. *de interpret. statut. concl. 1. ex num. 204 & num. 240.* Marta *de Iurisd. p. 4. casu* 8. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu 1, num.* 448. Felician. de Vega *in cap. qualiter & quando n. 14. de indic.* Diana *moral resol. p. 1. tract. 2. resol. 80. & p. 4. tract. 1. resol. 72.* Ego ipse *in collect. ad cap. Ecclesia S. Mariæ n. 6. de constit.*

77 Non obstant rationes & fundamenta quæ ad suam opinionem adstruendam adducunt contrariæ sectatores, quia illis veluti particularibus respectibus adductis bene respondet Rota apud Dianam *d. p. 5. tract. 1. resol.* 3. ibi. *Cùm in hac materia sacrorum Conciliorum, & Romanorum Pontificum, diuina responsa, quæ clara sunt, seruari debeant, non oportet admodum solicitè quærere, cur aliqui Iuris Ciuilis potissimum interpretes contrarium consuluerint, & anxie laborare, vt eorum responsis singulariter respondeatur, cum notum sit eos spe, vel lucri cupiditate, vel studio adulandi Principibus laicis, vel sacrorum Canonum imperitia sic in transuersum actos, vt in luce clara sponte cæcutire voluerint,* &c.

78 Illud pro certo tenendum quòd pauci ex nostris contrariam omnino sectantur sententiam, exceptis Gallis & Germanis in resolutionibus aduersus Ecclesiasticam immunitatem infestissimis, ideo ab illis cauendum, prout animaduertit loquens de impio Carolo Molinæo, Boëtius Epon *de iurisdictione Ecclesiasticorum temporali quæst. 3, num.* 35. illum dicens hostem iurisdictionis Ecclesiasticæ importunissimum, *& in quæst. 4. num.* 3. ita de Duareno loquitur. *Vel verius profana, & impia pleraque omnia, quæ de mero Ecclesiasticorum imperio sarcinauit, & disputauit Franciscus Duarenus,* &c. Nec inter Doctores, quos contrarij pro se allegant, adnumerandus est Ceuall. *commun. contra communes lib. 4 quæst. 899. num* 176. ibi. *Sed profectò communis Doctorum opinio est in contrarium cum Bart. in d. l. filiusfam. num 12. vbi post antiquos resoluit non valere tale statutum, quia est contra libertatem Ecclesiæ, & per consequens non est validum, auth. cassa & irrita C. de sacros. Eccles. Et ratio est quia Ecclesia habet libertatem vt emere possit,* &c.

79 Neque alicuius momenti sunt decisiones in contrarium relatæ, quoniam exemplis iudicandum non est, *l nemo index C de sentent & interl.* maximè cum pro nostra multo plures allegari possint, quæ maiorem præseferunt auctoritatem, nec inuictissimi, ac Catholicissimi Hispaniarum Reges vnquam deferre voluerunt suorum Populorum petitionibus, in quibus supplicabantur, vt statutum condere dignaretur, prohibens alienationem rerum immobilium in Ecclesias, vel Monasteria, vt testantur Menchaq. *d. § 10. num 648. vers. denique leges humanæ fol. 25.* Perez *l. 7 glos. 1. tit 2. lib. 1. Ordin.* ibi. *Vnde infertur inualidum esse statutum laicorum prohibens alienationem rerum immobilium in Ecclesias, vel Monasteria, probatur ex Archiep. Florent. loco præcitato, & ex Ias. in l. filiusfam. §. Diui n. 72. ff. de legat. 1. Atque ideo quamuis in l. 45. in Curijs Vallisoleti anno 1523. & in l. 6. in Curijs Segobiæ anni 1532. & in l 9. 18. & 21. in Curijs Matritijs anni 1534. fuit talis statuti conualidatio petita, non tamen fuit obtenta; eo quod consuetudines, statutave contra libertatem Ecclesiasticam condita, cassa sunt & irrita,* &c. Ioan. Sayson *in consuetud. Turonen. fol. 187. col. 1. art. 1. ad fin vers. denique leges.*

In quo videtur nobis reliquisse exemplum Philippum Galliæ Regem, qui cum ei Magistratus, & 80
Præfecti conquererentur, quod Sacerdotum iura adeo in dies augerentur, vt Regium patrimonium inde imminutum in modum cerneretur, Christianæ charitatis incensus ardore, tot esse respondit, ac tam perspicua zeli, in se Franciamque beneficia, vt Sacerdotibus, Templisque nil denegare iure possit, ex his rebus quos diuina potius quam humana ipse integras florentes, ac victrices haberet, vt ex Paulo Æmilio *in eius vita, & Ioanne Quinsino Hedio de Aristocratia Christianæ ciuitatis,* referunt Valenzuel. *d. p. 3. à n. 62.* & Narbona *d. gl. 1. n. 15.*

Et in puncto quòd Reges non valeant leges li- 81
bertati Ecclesiasticæ contrarias condere, cum hoc ad summum Pont priuatiuè spectet, resoluit elegãter Ceuall. *d. q. 899. n. 186. & 202.* ibi. *At verò si Respubl. perueniat ad maximam paupertatem, & minetur ruinam, ob nimiam bonorum temporalium, Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum libertatem, tunc modus & certus finis Apostolica auctoritate ponendus est, ex rationibus, de quibus suprà in n. 107. quod ita declarat Card. Bellarm. lib. 1. de Clericis c. 27. in fin. lit. A*

Abhorret enim à Catholico & pio Rege Sedis 82
Apostolicæ auctoritati detrahere, eiusque iurisdictionem vsurpare, quod Deus semper grauiter puniuit exemplo Regis Oziæ 2. *Paral.* 26. quia Sacerdotum munus subire tentauit, quod factum latè expendens Chrysost. *homil. 4. de verbis Isaiæ* sic ad Regem affatur. *Mane intra terminos tuos, alij sunt termini Regis, alij termini Sacerdotij,* &c. de quo Petr. Gregor. *de Republica lib. 6. cap. 6. num. 4.* Simon Maiol. *dierum Canicul Colloq. 2. fol. 22.* Æn. Robert. *lib. 3. rerum iudic. cap. 1.* Suarez *in defensione Fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib. 3. c. 26. n. 3.*

Timeant igitur nostri in materia adeò graui 83
contrarium consulere, nam præter peccatum, quod incurrunt, grauia exinde damna eorum culpa Reipub prouenient, & Dominus non sistit audaciam huiusmodi impunitam manere, domesticum exemplum nos edocet. nam ob id Hispaniam fuisse amissam, & in Barbarorum dominium peruenisse sunt plures qui asserant, ex quorum numero Franc. Longus *in Breuiario Chronologico anno Domini* 704. *pag.* 208. ibi. *Non alia maior causa intercessisse excogitari potest cur Regnum Hispanum Deus impijs Sarracenis tradiderit conculcandum, quam defectio à Sede Apostol. non quidem in Rebus Fidei, sed in iurisdictione, & temporalitate,* &c. Referuat etiam Hieronym. Alban. *de immunit. Ecclesiar. num. vltim.* Puente *en la conueniencia de Monarquias lib. 3. cap. 24. §. 1. fol.* 155. Velasquez

quez *Psalmo* 100. *lib.* 2. *Annotat.* 5. *numer.* 8. D. Roderic. à Cuña *in cap. si gens Anglorum num.* 5. *distinct.* 56. Ego ipse *de iure Ecclesiastico vniuerso, lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *numer.* 100. *& in praxi exigendi pensiones quaest.* 5. *num.* 41.

Corduben. Dispensationis.

Legitimatio in radice quam vim habeat? plura de ea traduntur vtilia.

VOTVM XXVII.

1 *Papa stante maritali affectu cum copula, vel matrimonio de facto contracto, potest destructo ex tunc per dispensationem in radice consanguinitatis ex Iure Canonico prouenientis impedimento, efficere vt ex tunc verum Matrimonium remaneat, ac si illud ab initio validum interuenisset.*

2 *Papa ob Clauium summam potestatem in ipsa radice Matrimonij dispensat, hoc est Matrimonium ad terminos Iuris naturae reducit.*

3 *Matrimonium verum legitimum, & reale ex Pontificis in radice dispensantis declaratione consurgit.*

4 *Lex in his, quae sibi subsunt, vere disponit.*

5 *Papa dispensans seu declarans in radice filios legitimos denuo tales non facit quin solam velationem habitus naturalis remoueat.*

6 *Papa declarans prolem legitimam in radice, ex tunc vbique gentium, & quoad omnes affectus legitima est.*

7 *Praeiudicium tertij, cui propter impedimentum contrahentium Matrimonium, successio erat delata, in dispensatione in radice à Papa concedenda, non est attendendum.*

8 *Consanguinei, & affines in quot gradibus contrahere prohibeantur?*

9 *Legem aliquo in casu limitare facilius est quam in totum abrogare.*

10 *Dispensatio in radice Matrimonij ex praeexistenti causa concedi solita fuit à Sede Apost.*

11 *Papa in radice dispensans prolem vere legitimam, & ex vero firmoque Matrimonio susceptam efficit, & capacem eorum omnium, quae filys ex legitimo matrimonio procreatis Iura concedunt.*

12 *Praeiudicium tertij nullum consideratur in dispensatione à Papa in radice concessa, &* numero 13.

Barbosa Vota decisiua.

14 *Matrimonium vt à principio media dispensatione in radice sit verum & validum opus non est subsequenti post dispensationem mutuo, & iterato contrahentium consensu.*

15 *Dispensatio in radice post mortem vnius ex coniugibus obtenta suas integre sortitur vires, praecipue cum ad petitionem superstitis dispensatio conceditur.*

16 *Matrimonium in radice dispensatum vt validum sit sufficit vt praecedat solum affectus maritalis, etiamsi nullum in figura, seu de facto prius inter coniuges praecesserit.*

17 *Nicolaus Garcia reprobatur.*

18 *Affectus maritalis etiam dubius, aut praesumptus sufficiens est ad dispensationem in radice.*

19 *Verba solemnia, aut singularia ad dispensationem in radice non exiguntur, sed nuda tantum voluntas Pontificis dispensantis, & impedimenta Canonica auferentis.*

20 *Natus ex consanguineis in gradu prohibito, qui postea in radice legitimus fuit declaratus, praeferendus germanis post dispensationem susceptis in maioratibus, feudis, &c.*

21 *Legitimatio obueniens in radice longe plenior est quam illa quae fit per subsequens Matrimonium.*

22 *Legitimatio triplex est Plenissima, Plenior, Plena.*

23 *Dispensatio, aut dispositio* cap. tanta, qui filij sint leg. *in multis differt ab ea, quae conceditur in radice.*

24 *Papa quod non possit aliquem quoad temporalia legitimare dispensando in radice Matrimonij, qui teneant. Sed contrarium verius* num. 26.

25 *Potentia ad facta praeterita non datur in Papa.*

27 *Respondetur ad contraria, & intelliguntur Doctores pro aduersa opinione tenentes, & numeris seqq.*

29 Clement. vnic. de immun. Eccles. *declaratur.*



ROMANVS Pontifex stante maritali affectu cum copula, vel matrimonio de facto contracto, potest destructo ex tunc per dispensationem in radice consanguinitatis ex iure Canonico prouenientis impedimento, efficere vt ex tunc verum matrimonium remaneat, ac si illud ab initio validum interuenisset, & tale impedimentum non adfuisset, & consequenter prolem legitimam quoad omnes Iuris effectus, & in vniuerso Mundo declarare. Haec fuit sententia Ioan. Andr. *in cap per venerabilem num.* 0. vbi Abb. *num.* 21. *qui filij sint leg.* & triginta & septem Au- 1

Aa 2 ctorum,

ctorum, quos pro hac parte in vnum congerit Thom.Sanch de Matrim lib 8 disp.7 num.4. quibus addo Hieron.Gabr.consil 21 num 17. Marc. Anton. Eugen.consil 53 num.51. cum seq. tom . Augustin. Beroi consil.23 num 3 volum 2. Nicol.Garc. de benef.p 7.cap.1.num.41 & in addit .Gonzal ad reg 8. Cancel.gloss.5 § 9 num.57.Seraph decis 1121. num 1. & 5.Alexand Trentacinq.var.resolut.lib.1.tit. de legitimat. resolut. 4. num.15 Ioseph Sesse Arag.decis. 211.num.55 cum seqq Mart.de success. legali p.1.q. 8. art.1.Beltramin in Annot. ad Greg. XV. decis. 19. num.4.Castil. controuers.tom.5 cap.105. num 22. cum seqq.Cardin Tusch.pract. conclus.tom 2. lit. D. concl. 477 num 10.Gutiet.de Matrim cap.84 num.20. cum seqq.Basil.Ponti in simili tract.lib.11.cap.5.§.1.n.8.& 9.nouissimè Faiard. in tract. de legitimat. per subseq. matrim num 96.cum seqq.Rota decis.207.num.2 & 3. parte 1.diuersor. & decis. 191. & 455. apud Farin. p.1.recentior. & decis.180.& 687. parte 2.etiam recentior.

2 Ob Clauium enim summam potestatem Papæ concessam in ipsa radice Matrimonij dispensat, cap. proposuit, de concess prab. cap.quia circa, de consang. & affinit. Bellarm.consil.40.Socin.iun consil 51. num.50 lib.2. Pereg. de fideicom. art.14. numer. 82. Sanch.d.lib.8.disput.7.num 4.hoc est Matrimonium ad terminos Iuris naturæ(nudum exigentis solummodo consensum l.nuptias ff de regul. Iuris, c.cum locum, de sponsalib.) reducit. Cùm enim impedimenta Matrimonium dirimentia à solo iure, seu lege Canonica proueniant, & Pontifex radix sit & origo legis Canonicæ,qua consanguinei intra certos gradus (designatos in cap. non debet, de consang. & affinit.) contrahere prohibentur, & ab eo tanquam à viuo fonte, seu lege animata auctoritas omnis super istis proueniat, cap.1.de Constitut. cap. si Romanorum 19.dist.cap ipsi sunt 9. quæst. 3. & ibi gloss. Nulli certè dubium esse potest quin impedimentis per eum sublatis,rem ad terminos Iuris naturæ primæuos reducere possit.

3 Vnde verum,legitimum, & reale Matrimonium ex Pontificis in radice dispensantis declaratione consurgit,itavt valde errent,qui putatunt exemplo postliminij, aut legis Corneliæ (de quo in l. retro ff de capt & postlim reuers & in l.lege Cornelia ff. de testam. & in l hares quandoque ff. de acquir hered & in §. si ab hostibus vers. si verò, Instit. quibus modis ius patr. pot. solu) in dispensatione in radice fictionem ciuilem retrotractionis interuenire. Lex
4 nanque in his,quæ sibi subsunt, vere quidem disponit, vt egregiè docuit Bart. in l.si maritus §. legis Iuliæ num.2. ff.ad l Iul. de adulter. his verbis. In his, quæ sunt Iuris,idem est esse talem, vel haberi pro tali, &c. dicit statutum quod filia nupta in omnibus habeatur vt sui iuris, ego dico quod ista est verè sui iuris, ego dico quod ista est verè sui iuris, quia statutum potest hoc facere, vt in auth. constitutio quæ de dign. per tot. & in auth Sed Episcopalis. C. de Episcop. & cleric. & idem dico in omnibus, quæ sunt Iuris, vbi lex dicit quòd factum habeatur pro non facto,quia verè non est factum quoad id, quod Iuris est, &c.Et hoc ipsum latiùs repetit idem Bart. in l.si is, qui pro tempore num.29 ff. de vsucap. & prosequitur latissimè Ias. ibidem num. 17. vbi dicit pulchrum, & vtilem esse doctrinam Bartoli, & repetit numer. 223. & seq. Crot. qui illam ipsam ait notandam & menti tenendam,ibi num.91 Anton.de Butr.consil.20 num.1. optimè Tiraq. de iure Constit p.3.limit. 7. num. 44. cum seqq late Pereg. consil. 7. ex num. 26. volum.2. Castill.d.c 105.n.28.

Summus ergo Pontifex, qui vt summus Christi Vicarius impedimenta Canonica, quæ sub eius manu sunt, remouet, & subinde declarat super valore matrimonij per ipsum ad terminos naturæ retroacti, & reducti (prolem consequenter legitimam decernendo) verum, & reale Matrimonium, prolemque omnino legitimam nobis præ oculis proponit, sublato iam obstaculo quod ius naturæ obumbrabat, vti argumento à claris exemplis ducto illico monstrabimus. Et hinc fit vt Pontifex dispensans, seu declarans in radice filios legitimos denuo tales non faciat, quin solam velationem habitus naturalis (vt ait Bald. in l.emancipati n. 2. ff. de adopt. remoueat. Detegit ergo filios iure naturæ legitimos,vt ait idem Bald. in l.manumissiones num 8 ff de instit.& iure. ex quo superuenit(vt dicit Bald.in cap.1.§.insuper, de prohib. feudi alien. per Feder.num. 8.) noua virtus in præiacenti materia, & potentia materiæ ei iungitur, & ab illa denominatur. Euenit quippe istu in caso idem ipsum quod in expulsione nubium,quæ non facit serenum, sed retegit, & in excussione spicarum, quæ non facit frumentum,sed illud demonstrat,vt arg.l.adeò ff. de acquir rerum domin. notat Bart.in d. l. manumissiones num. 2. Quinimo ab his istis plane deducitur non esse in manu, aut potestate Pontificis in radice dispensantis impedire effectum legitimationis ab ea prouenientis tanquam effectus insitus & naturalis à sua causa proueniens, quemadmodum non est in potestate fenestram aperientis lucem detinere. 5

6 Hinc sanè fit, vt cùm Pontifex declarat prolem legitimam in radice ex tunc vbique gentium,& quoad omnes effectus legitima sit, & de legitimo matrimonio,quicquid aliàs de legitimatis per subsequens controuerti soleat.Imo verius ex quo Matrimonium legitimum ex tunc Pontifex declarauit, quamuis prolis antea susceptæ non meminerit, id ipsum dicemus. Venit nanque id in consequentiam,& id præcipuè attendendum quod principaliter agitur, non quod in consequentiam venit, ex eleganti præ cæteris decisione, textus in l. verùm la 2 ff. de furtis, & in nostris terminis notat Ruin consil 189.numer.16. lib 2. Anchar. consil 419. num 5.Boër.decis 262 num 13. Et hinc est, vt aptè dixerit Decian.respons.5 num 67. & 113.volumer.1. 7
quòd pater contrahendo matrimonium(verba sunt istius) per quod sequitur legitimatio, non disponit de feudalibus bonis,sed lex est illa, quæ defert successionem isti, quem lex ipsa habet pro verè legitimo. Quare consecutiuè oriri præiudicium tertij, cui propter impedimentum contrahentium Matrimonium successio erat delata,ac proinde attendendum non esse,resoluunt Cranet consil.704. vol.4 Castil.d.c.105.n.25.Rota d.p 1 recent.dec.455. n.8. & p.2.decis.687.n.17.

8 Vt ergo post constitutionem cap. non debet, de consang.& affinit affines in secundo, & vlterioribus gradibus, & consanguinei vltra quartum gradum liberè matrimonium antea vetitum in vniuerso Mundo licitè contrahunt: & hodie ex Trident. sess.24 cap.1. de reform. Matrim. cognati ex copula fornicaria vltra secundum gradum, ita & contrahentes iure naturæ semotis à Papa impedimentis per legem, aut prouisionem particularem liberos affectu maritali susceptos æque in omnibus ex vero & legitimo Matrimonio procreatis consimiles, & coæquales habebunt.

9 Quod enim summus Ecclesiæ Rector lege generali abrogatoria in omnes, & vbique gentium decernere potest, id ipsum lege singulari poterit statuere.

ſtatuete. Nulla quippe ratio eſt cut poſſit Papa edendo conſtitutionem genetalem vbique hæteditatem deſoxre, aut auſetre, *cap. quod nobis, cap. ex tenore, qui fily ſint leg.* Batt. *in l. 1 in fine, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alex. *in l. captatorias ff. de teſtam. mil.* Hieton. Gabt. *conſil. 21. num. 19. tom.* 1. idem vetò reſctipto, vel gtatia particulati non poſſit concedere, cùm vtrumque pariter placitum ſit Ptincipis ad terminos, text. *§. ſed quod Principi, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili,* & inde valeat atgumentum à lege ad reſctiptum, *l. 1. ff. de conſtit. Princip.* Bulog. poſt alios *in l. ſi is qui pro emptore num. 249. ff. de vſucap.* Petr. Gtegot. *de reſcript. lib. 1. cap. 1.* Quinimo facilius eſt legem aliquo in caſu limitate, quam in totum abrogare, vt diſettè notat Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum num. 19. de conſtitut.* & ita apeitiſſimè in propoſito reſoluunt Ioſeph. Seſſe *d. deciſ. 231. num. 67.* Rota *d. deciſ. 291. num. 6. & 7.* apud Fatin. *p. 1. recentior.* Cùm etgo Pontifex in caſu text. *in c. tanta, qui filij ſint leg.* filios legitimos ad omnes effectus in vniuetſo mundo faciat, idque ipſum conſtituere poſſit eadem vi & forma, quod attinet ad inceſtuoſos, vt omnes agnoſcunt maximè Seſſe *vbi ſuprà*, & Rot. *deciſ. 166. num. 5. parte 1.* Quid, quæſo, impedimento ei eſſe vnquam poterit diſpenſanti in radice ad omnia munia, & iura ſecularia?

10 Diſpenſatio, ſeu potiùs declatatio iſta in radice mattimonij ex præexiſtenti cauſa concedi ſolita fuit à Sede Apoſtolica, vt puta ob prolem ſuſceptam, vel euitandi ſcandali gratia, vt probatur apertè *in cap. quia circa, de conſang. & affin.* vbi Abb. & Alex. de Neuo vterque *num. 2.* tenent ptolem ſolum antea ſuſceptam in cauſa eſſe, vt iuſte talis diſpenſatio concedatur, cum ſempet remaneat cauſa ſcandali filiis non legitimatis. Quòd ſi ex præcedenti concubitu filij non ſuperſint, aut alia iuſta, æquave non interueniat cauſa, grauem vtique culpam committeret Pontifex diſpenſando in radice, ex his, quæ poſt Nauar. notat Sanch. *d. diſput. 7. num. 5. lib. 8.* Et hoc eſt quod ex ſententia Antonij de Butrio, Panorm. & aliorum dixit Franc. Ferrer *de impuber. gloſ. 6. num. 105.* haud licete Pontifici paſſim, & ſine delectu diſpenſare in tadice: omnes tamen Iuris interpretes concordes agnoſcunt diſpenſationem etiam ſine cauſa omnino validam eſſe, ac illa quæ iuſtæ cauſæ innititur.

11 Ex quibus ptimò infertur, Papa in radice diſpenſante, ptolem verè legitimam, & ex veto, firmoque Matrimonio ſuſceptam effici, capacémque eorum omnium, quæ filiis ex legitimo matrimonio procteatis iura concedunt, quandoquidem Papa Mattimonium iure naturæ contractum velamine impedimentorum Iuris Canonici poſitiui detentum, & adumbratum tetigit: & hinc eſt vt legitimati in tadice iura legitimorum, & ex legitimo Mattimonio ſuſceptorum in omnibus, & per omnia ex tunc conſequentur, iuxta tradita ſupra, & notanda latiùs infrà. Et conſequentet ex iſtis ſubinfertur vt ad quæcumque temporalia, & ſecularia inuitentur, ex Auctoribus ſupra citatis *num. 1.* & ob id ad feuda, emphyteuſes, & maioratus veniant admittendi, Molin. *de primog. lib. 3 cap 2. num. 3.* Caſtil. *d. cap. 105 num 31.* vbi reſolui: quòd ex diſpenſatione in radice Matrimonij præcedente affectu maritali vſque adeò filij legitimi efficiantur, atque ex legitimo matrimonio nati dicantur, vt ipſimet comprehendantur, comprehenſique cenſeantur in diſpoſitionibus, ſubſtitutionibus, & primogeniorum, vinculorumque inſtitutionibus, in quibus filij ex legitimo mattimonio nati, vocantur perpetuò, adeo vt ea legitimitate ſatisfiat, ſatisfactumque præſumatur diſpoſitioni prædictæ, qua ad eum modum vocationes, & ſubſtitutiones concipiuntur, perinde ac ſi ab initio legitimum, & verum mattimonium interueniſſet, nec diſpenſatio vlla in radice neceſſaria fuiſſet, *& num. 35. verſ. denique* plures pro ſe refert Auctores. Licèt enim legitimati per reſcriptum horum omnium capaces non ſint, cùm gratia Principis non debeat operari in præiudicium tertij, ex traditis à Molin. *d. cap. 2. numer. 1.* hoc tamen locum non habet in diſpenſato in radice; qui verò tetecto mattimonio legitimus conſequenter apparet, Sanch. *d. diſp. 7. numer. 4. & 6. lib. 8.* Pereg. *conſil. 1. num. 24. lib. 3.* Ioſeph. Seſſe *d. deciſ. 131. num. 21. & 60. cum ſeqq.* Caſtil *d. c. 105. num. 22.* Rota *d. deciſ. 191. num. 4. & 8. & d. deciſ. 455. num. 5. parte 1. recentior.*

Nullum verè datur in hoc caſu præiudicium 12
tertij, ſiquidem Pontifex non ex vi meri reſctipti prolem legitimam efficit, ſed ex cauſa Mattimonij ritè contracti, temotoque pet ipſum obſtaculo à iure Canonico prouenienti, conſequenter, ſeu incidenter legitimam facit, & ſic præiudicium tertij non venit in conſiderationem, ex latè traditis poſt alios à Caſtil. *d. cap. 105. num. 26.* Ioſeph. Seſſe *d. deciſ. 231. num. 63.* Rota *d. deciſ. 687. num. 16. parte 2. recentior.* maximè attentis his, quæ de præiudicio illato in his, quæ non ſunt iuris naturalis, vel gentium, ſed tantùm ciuilis, aut communis, de quo nos loquimur, tradidit Tiraq. *de iure conſtituti p. 3. limit. 7. num. 48.* Et vere incidenter ſeu in conſequentiam, cum principaliter ptolem non legitimet, ſed Mattimonium tantum verum, validumque ex tunc ſeu ab initio affectus maritalis declaret, qua conſideratione attenta, nemini iniuriam facit, vt conſiderauit Rota *d. deciſ. 191. num. 1.* & facit inſignis text. *in l. fluminum § fin ff. de damno infecto*, ibi. *Neque enim exiſtimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua iure meo vſus ſum.*

Non obſtat quòd præiudicium tertij in eo ver- 13
ſatur quòd ſpes ſuccedendi alicui auferatur, velut ius primogenituræ, valde æſtimandum ex traditis per Valenzuel. *conſil. 69. & 70.* quia reſpondetur ius hoc in ſpe nuda conſiſtens conditionale eſſe, id eſt, ſi filius legitimus, & naturalis non ſuperſit, *l. filiusfam. § cùm quis ff de legat. 1.* ibi. *conditio defeciſſe videbitur ſi ſuperuixerint liberi, l. iubemus § ſin autem C. ad Trebell. l. 1. C. de condit. inſertis.* Vnde eſt vt quemadmodum tranſuerſali vocato ad fideicommiſſum, vel maioratum, filiis deficientibus nulla fit iniuria, aut præiudicium, cùm grauatus liberos inopinatos ex matrimonio antiquo, vel nouè contracto ſuſceperit (id quod paſſim euenire videmus) ita nulli fiat iniuria cùm Pontifex coniunctioni, ex qua prouenit filius inceſtuoſus, aut aliàs à lege Canonica reiectus, veri matrimonij omnes tribuit effectus, eamve legitimam ex tunc, aut in radice declarat: retegitur enim tunc temporis conſequenter filius in matrimonio legitimo ſuſceptus, qui vt quiſque alius è legitimo matrimonio procreatus facit deficere conditionem ſi ſine filiis, & ita video arguiſſe & eruiſſe Rotam apud Farin. *d. deciſ. 687. num. 17.* Et verò vno, & altero caſu præiudicium non erat in rerum natura, vtpote ſucceſſione nondum delata, *l. quandiu 69. ff. de acquir. hered.* ibi, *Ergo expectamus in ſingulis, vt prius ei deferatur hereditas, tunc deinde poſtea quam delata eſt, expectamus diem praſtitutum, intra quem niſi aut adeat, aut pro herede gerat, denegamus ei actiones, &c.*

Delata verò dicitur hæreditas, quam quis potest adeundo consequi, *l. delatu* 151. *ff. de verb signific.* id est, post mortem vltimi possessoris, non ante, *l. qui superstitis* 94 *ff. de acquir. hæred.* cum similibus.

14 Secundò infertur, cùm media dispensatione in radice à principio sit verum, validumque Matrimonium, & omnibus, vt aiunt, numeris perfectum ex indulgenti Papæ declaratione, opus non esse subsequenti post dispensationem mutuo, & iterato contrahentium consensu ad eius valorem, vt arg. text. *in cap. cum locum, & in cap. cùm apud, & in cap. tua, de sponsal.* & ex Boër. Pereg. & aliis censuit Rota *d. decis.* 687. *numer.* 12. apud Farin. *parte 2. recentior.* vbi inuebitur io Couar. *de sponsal. parte 2. cap.* 8. *num.* 13. & Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 7. *num.* 25. nouum saltem tacitum post dispensationem in radice consensum exigentes, eorum ducti auctoritate, qui tale quid non protulerunt, vt dicit Rota *dict. numer.* 12.

15 Vnde subinfertur dispensationem in radice post mortem vnius ex coniugibus obtentam suas integre sortiri vires, vt ex Bartoli doctrina *in l. Gallus §. & quidsi tantum num.* 13. *ff. de liber. & posthum.* tenuere quamplures, maximè Anchat. *consil.* 409. *num.* 6. Nauar. *consil.* 2. *num.* 10. *sub tit. qui filij sint legit.* Pute. *decis.* 483. *num.* 2. *lib.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. *vers. si verò impedimentum*, Pereg. *de fideicomm. art.* 24. *in fine*, Sanch. *d. disp.* 7. *n.* 6. vbi hoc sine dubio procedere ait, cùm ad petitionem superstitis dispensatio concedituri, Seraph. *decis.* 1121. *num.* 2. Sayr *in claui Regia lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 6. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 9. *num.* 57. Beltramin. *ad Gregor. XV. decis.* 19. *num.* 5. Rota *decis.* 207. *num.* 2. *parte* 1. *diuers.* Ratio est, quia cùm Papa consensui à principio præstito solummodo innitatur, & ab eo tantùm matrimonium ex tunc verum validumque declaret, ad consensum istum ab initio præstitutum vtriusque contrahentis vita seu existentia nil certè conducit, & inde vno qoin & vtroque mortuo dispensatio in radice adhuc procedit: sumus enim in matrimonio vero, non in ficto quod ratione fictionis inductiuæ, aut translatiuæ extrema habilia requiretet; nam in præsenti nulla est fictio in valore Matrimonij, sed declaratio eius, quod re vera fuit, à qua prouenit legitimatio prolis in sui initio, vt inde nil referat an vnus ex parentibus ante dispensationem discesserit.

16 Tertiò infertur quòd cùm matrimonium in terminis Iuris naturalis solo consensu perficiatur, isque plenè eliciatur ex affectu, quem Iuris interpretes vocant maritalem, is vous sufficiens est ad dispensandum in radice, etiamsi Matrimonium in figura, seu de facto inter coniuges non præcesserit, cum cōsensus ad Matrimonium necessarius hoc in casu subsit. Hæc fuit sententia Ioan. Andr. *in cap. per venerabilem num* 30. vbi Abb. *numer.* 21. *qui filij sint leg.* quem sequuntur Ioseph. Sesse *d. decis.* 231. *à num.* 23. & iterum *numer.* 64. Basil. Pont *d. lib.* 11. *de Matrim. cap.* 5. § 1. *num.* 12. Rota *decis.* 166. *numer.* 3. *& decis.* 191. *num.* 5. *& decis.* 455. *num.* 9. apud Farin. *parte* 1. *recentior.* Et probatur *in cap. cùm locum, & in cap. cum apud, & cap. tua, de sponsal. cap. sufficiat* 27. *quæst.* 8. Velut iure Ciuili, & gentilitio (matrimonio inter consanguineos non vetante) *in l.* 3. *ff. de ritu nupt. & in l.* 2. *C. de instit. & substit.* Quibus non aduersantur Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. ibi. *filius durante impedimento, & matrimonio de facto contracto*, &c. & Sanch. *d. disp.* 7. *numer.* 7. Pereg. *d. consil.* 1. *à num.* 7. quia loquuntur exempli gratia in matrimonio de facto contracto, vt inde rectè dixerit Rota *d decis.* 166. *num.* 3. *& decis.* 191. *num.* 5. nullum vsque dum fuisse auctorem qui dixerit affectum maritalem ad dispensationem in radice sufficientem esse.

Quare reiiciendus venit Nicol. Garc. *de benef. parte* 7 *cap.* 2. *num.* 42. *in addit.* dum ad valorem dispensationis in radice requirit matrimonium de facto, sic interpeetatus Ioan. Andr. Abb. & reliquos admittentes dispensationem istam affectui maritali innitentem, nam vltra quam quod is Auctor receptissimæ obsistit opinioni, quin & decisionibus Rotæ Rom. apud Farin. iam perpensis, ego à Garcia discere vellem quid intersit inter matrimonium de facto contractum, in quo ipse dispensationem in radice admittit, & affectum maritalem prænium, qui matrimonium saltem clandestinum, dubio procul ante Tridentin. producit *d. cap. cum locum*, cum aliis supra adductis. Cum certo certius (vt aiunt) sit quale quale matrimonium sufficiens esse ad dispositionem in radice, ex quo adest radix, hoc est consensus reciprocus implicitus, in terminis Iuris naturæ sufficiens, Sesse *d. decis.* 231. *n.* 42. cui dispensatio in radice iustè innititur *d. cap. sufficiat* 27. *quæst.* 8 Cùm ergo figura matrimonij solum deseruiat ad ostendendum consensum, super quo cadat dispensatio, isque plenè insit in affectu maritali, planè deprehenditur necessariam non esse Matrimonij figuram. Ad hæc Garciam illud vnum torsit quod consensus ex affectu maritali elicitus, non operatur figuram matrimonij propter aliquod impedimentum Canonicum aliàs prohibiti; at Pontifex dispensans super tali impedimento relinquit consensum in figura matrimonij, quæ sufficiens est ex eodem Garc. ad dispensationent in radice: affectus ergo solus maritalis id ipsum operabitur cum matrimonium de facto contractum ptæ se ferat. Demum nutabundus Garcia *d. num.* 42. valde aberrauit, existimans Matrimonium de facto contractum radicem esse fundamentalem, & causam legitimitatis, iuxta *cap. tanta, qui filij sint leg.* extensum ex dispensatione Papæ, cuius decisio nihil habet commune cum dispensatione in radice, quæ longe maioris est effectus, vt infra ostendemus *n.* . . . . .

18 Quartò infertur necessum non esse de affectu maritali plene summo Pont. constitisse, quin potius dubiū, aut præsumptum sufficientē esse ad dispensationem in radice, ex traditis à Cacheran. *Pedem. decis.* 154. *num.* 4 Ioseph. Sesse *d. decis.* 231. *n.* 22. Rota *d. decis* 166. *num* 2. *& decis.* 455. *num.* 9. *parte* 1. *recentior.* qui ex nuptiis postea subsequutis plene deprehendi ratus est, & ita expresse firmat Abb. *in cap. tanta numer.* 1. & 7. & omnium aptius Alciat. *lib.* 3. *de verb signif. num.* 12. *vers. quod si per subsequens, & numer. seq.* cuius verba refert, & extollit Menoch. *consil.* 125. *ex num.* 1. *& consil.* 127. *à n.* 22. & probatur *in l. cum quis C. de n atural. lib.* ibi. *Neque enim verosimile est eum, qui postea vel donationem, vel dotem conscripserit, ab initio talem affectionem non habuisse*, &c.

19 Quintò infertur ad dispensationem in radice verba solemnia, aut singularia non exigi, sed nudam tantum voluntatem Pontificis in radice dispensantis, & impedimenta Canonica auferentis, id quod multifariam euenire potest. Et primum quidem si petitam dispensationem in radice, & ex tunc Pontifex his verbis indulgeat, *Nos huiusmodi supplicationibus inclinati*, &c. vt in specie resoluit Rota *d. decis.* 687. *num.* 4. *cum seqq. parte* 2. *recentior.* & meritò:

& meritò: cùm enim concessio libello supplici responder, totum in supplicatione deductum in concessione contentum censetur, *l. si defensor §. 1. ff. de interrog. act. cap. inter dilectos, in fine, de fide instr.* Menoch. *post alios consil 33. numer. 14. lib 1. & consil 49. num. 14. & consil. 357. num. 14.* Secundò idem erit si in dispensatione, prolem susceptam ab initio conceptus legitimam Papa declaret, Seraph. *decis.1121. num.1.* Rota *d. decis.455. num.12. parte 1. recentior. & decis.280 num.2. & decis. 687. num. 14. parte 2. etiam recentior.* Ioseph. Sesse *d. decis. 231. num.67.* Gutier. *de Matrim. cap 74. num. 34.* Basil. Pont. *eod. tract. d. lib.11. cap.5. §.1. num.12.* Garc *de benefic. parte 7. cap.2. num.40.* Tertio dispensatio in radice disertius demonstratur per verba illa, *prolem tam ante, quā post, ac in radice, & substantia ipsius matrimonij susceptam legitimam, & de legitimo thoro procreatam declaramus.* ita Molin *d. lib. 3. cap.2. num. 12.* Pereg. *de fideicom. art.24. num.77.* Gutier. *d. c.74. num.5.* Rota *d. decis.455. num.1. p.1. recent.* Et sane ab iis explodendus venit Pereg. *dum in d. consil. 1. num 19. lib.3.* videtur existimasse necessum esse ad dispensandum in radice quod Pontifex verbis disertis matrimonium ipsum legitimum declaret; eum enim apte & acute refellit Rota *d. decis. 455. n.13.* & faciunt quæ Sanch. *d disp.7. n.28.* & Sesse *d. decis.231, n.22.*

20 Sextò infertur natum ex consanguineis in gradu prohibito, qui postea in radice legitimus fuit declaratus, præferendum germanis post dispensationem susceptis, in maioratibus, feudis, & emphyteusibus, in quibus vocati sunt filij nati, seu procreati de legitimo matrimonio: cum enim is media dispensatione lo radice legitimus filius appareat à tempore conceptionis, queri certe non possunt filij ab eisdem parentibus in matrimonio post dispeosationem habiti, sicuti nec transuersalis proximior exclusus à filio, qui iam ex matrimooio non sperabatur,

21 Seprimò infertur longè pleniorem esse legitimationem obuenientem in radice, ea illa, quæ fit per subsequens matrimonium, id quod ex plutibus latè probat Castil. *d. cap.105 num.34* Triplex enim
22 est legitimatio, Plenissima. Plenior, Plena, ex Bald. *consil.64. ex num.3. lib.6.* Anton. de Butrio *in cap. per venerabilem num. 10. vers. per quæ concludo, qui filij sint leg.* Cou. *de sponsal. p.2. cap.8. §.8. num.4.* Pereg. *consil. 1 num. 141. lib. 1.* Et verè dispensatio, aut di-
23 positio *d cap. tanta,* in multis differt, & simul inferior est, vinciturque ab ea, quæ fit in radice. In illa fingitur, aut suppletur consensus, seu affectus maritalis: in ista re vera interuenit, imo basis est subsequentis declarationis in radice à Pontifice factæ. In illa lex Canonica media fictione disponit circa ea, quæ sua non sunt: at in ista Pontifex disponit vere & realiter in his, quæ sui iuris sunt, & in sita potestate constituta In illa necessum est Matrimonium subsequi ad legitimationem filiorum antea susceptorum, cum id nec in nudis naturæ terminis præcesserit: in ista vero necessum non est nouum iniri matrimonium, quandoquidem per eam validum declaratur, quod affectui maritali innixum fuit à principio. In illa standum est omnino dispositioni *d. cap. tanta* in corpore iuris contentæ; in ista vero verbis dispensationis, quæ variæ concipi possunt lenius, aut plenissime, vt Pontifiei placuerit. In illa legitimatio obuenit, velut ex causa, & potestate ordinaria: in ista vero ex superiore potestate, purà ex lege animata, hoc est Pontifice, qui est supra omne ius commune. In illa filij nascuntur illegitimi & spurij, attento iure naturæ, vtpote habita ex copula mere fornicaria. in ista vero eodem iure attento, & sublato impedimento Canonico nascuntur legitimi. In illa demum legitimationi filiorum impedimento est ipsa natura, hoc est defectus consensus, seu maritalis affectus: in ista vero velamen tantum quoddam positiuum, seu Canonicum ius naturæ adumbrans a Pontifice iure suo vtente retegitur.

Hæc receptissima resolutio, de qua *numero 1.* 24
tot illationibus exornata, non transit sine difficultate, imo absolute contrariam partem, videlicet Pontificem non posse aliquem quoad temporalia legitimare dispensando in radice matrimonij, sustinent primus omnium Anton de Butr. *in d cap per venerabilem num.10.* Miles *in repert. verb. dispensatio Papa,* Molin. *de Iustit. tom.3. tract.3. disputat. 624. num.3.* Suar. *de censur. tom.5. disput.50. sect.5. num 9.* Addit. *ad consil. 2. Nauarri, qui filij sint leg.* Francisc. Ferrer *ad constit. de los impubers sub rub. de substit. glos.6. à num. 107. vsque ad 135.* Arellano *in tract. de rat. Iuris lib.4. cap.5 numer.53. cum seqq.* Gasp. Hurtado *de Matrim disp.26. diffic.1. num.5. & post omnes* Faiardo *in tract. de legitimat. per subsequens matrim. num.99. vbi n.113.* hanc in rigore disputationis facile defendi posse existimat, sed tamen *n.114. cum seqq.* à communi non recedit.

Mouentur quia prior sententia supponit hanc 25
legitimationem in radice matrimonij filios à principio legitimos reddere, quia à principio Matrimonium illud, ex quo nati sunt, validum efficitur Pontificia dispensatione, quæ ad tempus matrimonij contracti retrotrahitur, & perinde est ac si ex legitimo matrimonio nascerentur: quod absurdum seu impossibile videtur supponere, posse. scilicet summum Pontificem efficere vt à principio valeat Matrimonium, quod à principio in rei veritate non valuit, & quod non extiterit impedimentum, quod vere extitit, esset enim dare in Papa potentia ad facta præterita, arg. *l in bello §. facti ff. de capt. & postlim. reuers.* ibi. *Facti autem causa infecta nulla constitutione fieri possunt, l 31. ff. de regul. Iuris, l. fin. ff. de adopt. l. vnic. C. de raptu virg.* ibi. *castitas corrupta restitui non potest,* &c. & hanc potentiam etiam Deum Opt. Max habere negat D. Hieron. *in c. si Paulus 22. quæst.5.* quia, vt explicat S. Thom. *p. 1. quæst. 21. art.3 & 4.* contradictionem importat quod factum non sit quod verè factum est: quo fundamento legitimationem hanc in radice Matrimonij ad temporalia concedere se non posse respondisse Greg. XIII. de mense Nouembr. 1584 restatur addit ad Nau. *d. cons 2. qui filij sint leg.*

Sed à priori sententia recedendum non est, non 26
enim Auctores pro hac secunda citati multum vrgent; nam, si rectè aduertamus, Butrio eorum coryphæo paululum defuit quin pro contraria Ioannis Andr. staret sententia, quam cùm æquam & rationabilem appellasset *in d. cap. per venerabilem num. 10.* ab ea tamen destitit, ea tantùm motus causa, quòd extremum deficeret ad quod, in retrotractione legitimationis ad radicem, seu principium concubitus referendæ: in quo vere deceptus est supponens in legitimatione in radice retrotractionem fictitiam interuenire, id quod ex plutibus impugnauimus suprà *n.* ....

Miles verò pro nobis vere stat in principio, & 27
illico addit impedimento de Iure diuino Papam indulgere non posse dispensando in radice matrimonij

De Theologis, Molina scilicet, Suarez, & Hur- 28
tado,

tado, nil certè curandum, eo quod siue rem egerint nullo Iuris fundamento suffulti, nec aliquo vnquam ex Classicis Iuris Auctoribus perlecto.

29 Nec audiendus est Arellano, quia sibi non constat, & præcipue dum in eo instituit quoad effectuum præteritorum abolitionem nullam Pontifex haberet potestatem, *Clementinæ vnic. de summun. Eccles.* patnim apte occurrens, non aduertens illud in primo, potissimoque loco erui, in potestate inquam summi & conspicui Ecclesiæ capitis esse remouere, seu annullare ex tunc omnia Iure positiuo consistentia etiam quoad effectus præteritos, vt aperte probat idem text. ibi, *quicquid ex eis sequutum*, &c. & ibi *gloss. verbo pro infectis*, *Tiraq. de iure constit. p. 2. limit. 7. num.* 47. & ex multis probat Rota apud Farin. *decis* 687. *p.* 1. *recentior.* Et colligitur ex multis Iuribus in id citari solitis, *l.* 1. §. *sed à volentibus*, ibi, *pro non facto est, ff. de his, qui in testam. delent l.* 1. *&* 2 *ff. vnde vir & vxor. bonus tex. in l. qui in prouincia* 57. §. 1 *ff. de ritu nupt.* ibi. *Confirmamus statum liberorum vestrorum in eo Matrimonio quæsitorum, quod ante annos quadraginta contractum est perinde ac si legitime concepti fuissent*, &c. *l. iubemus nulli* §. *in fine C de sacros. Eccles.* ibi, *ea quæ contra legem facta sunt, pro infectis habenda sunt*, &c. *l. non dubium C. de legib.* ibi. *non solum inutilia, sed etiam pro infectis habeantur*, &c. *l. cum ea C. de transact. cap. ad nostram, de appellat. cap. quia circa, de consang. & affinit.* Ego ipse *de Iure Eccles. vniuerso lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 97.

30 Superest vnus Franciscus Ferrer, qui diuersis innititur causis à Patre Sanchez maiore ex parte mutuatis; primum enim opponit *num* 111. Pontificem non posse in terris Imperij dispensare in præiudicium tertij, quod facile diluitur ex his, quæ supra diximus: secundò *num.* 112. ait quòd vna via prohibitum, alia admitti non debere: sed hoc dicterium facile refellitur cuique consideranti legitimationem prolis affectum esse declarationis in radice Pontifici iure proprio competentis; eamque legitimationem incidenter, seu consequenter contingere, id quod permissum est in Iure, quamuis aliàs si expressim, & præcipue quid agatur, id ipsum vetitum extet ex dictis. Tertiò ait *num.* 117. prohibito aliquo actu omnia censeri prohibita per quæ ad illum peruenitur, id quod ex proxime dictis cessat. Quartò inquit *num.* 124. potentiam ad præterita non dari. Et demum quinto loco allegat *num.* 125. *& seq.* peccatum in concubitu illicito patratum aboleri non posse. Sed hæc quæ Theologis supra citatis magni fuerunt momenti, nulli certe impedimento esse debent, attentis his, quæ tradidimus supra, & prosequitur latè Sanch. *d. disput.* 7. *num.* 4.

31 Illud quod adduximus de Gregorio XIII. videlicet quòd ille respondit se super radice dispensare non posse, ex assertione additionis ad Nauar. *d. consil.* 1. nihil obest, inuerisimile quippe continet, & ob id speciem falsitatis, ad tradita *in cap. quia verosimile, de præsumpt.* Vel si verum contineret, respondeo ideo contigisse, quia Pontifex non potest tales dispensationes concedere nisi ex magna causa, quæ non dabatur in proposito petitæ dispensationis, quam ille denegauit, & sic si denegauit non fuit propter defectum potestatis, sed causæ, vt alias contigit *in cap pen. de bigam. & in cap. nulli, de sent. excom.* ita respondet Faiard. *d tract. de legitimat. per subsequens matrimon num.* 115 Videmus namque eundem Pontificem Gregorium XIII. dispensasse, vt habetur in decisionibus Rotalibus 455. *num.* 1 *p.* 1. *&* 687. *num.* 1. *p.* 1. *apud Farin. in recentiorib.* & licet hanc eandem dispensationem prædecessor Pius V. denegauerit, non ob id arguitur ad impotentiam dispensandi, quia vt bene satisfacit Rota *d decis.* 687. *num.* 11. Pius V. moueri potuit ad denegandum ex aliqua causa, quæ non placuit successori, quinimo illi placuerunt aliæ rationes, puta ad euitanda scandala, & ni mulier perpetuo innupta & diffamata remaneret, vt in gratia dictum fuit; vltra quod & aliæ causæ animum Greg. XIII. mouere potuerunt, quæ semper in supremo Principe præsumuntur.

Tyrassonen. Prioratus.

Coadiutoria cum futura successione est incompatibilis cum alio beneficio residentiam requirente ad effectum retentionis; & quando vacent beneficia obtenta per promotionem ad Episcopatum.

VOTVM XXVIII.

1 *Facti series refertur.*

2 *Coadiutores non sunt beneficiarij interim dum viuunt coadiuti.*

3 *Coadiutoria incompatibilis est ad effectum retentionis cum alio beneficio residentiam personalem requirente*, & n. 11.

4 *Coadiutores Episcoporum, seu Rectorum Parochialium auctoritate Apost. instituti ad personalem residentiam vt Episcopi & Rectores ipsi tenentur.*

5 *Gratia futuræ successionis est vera gratia.*

6 *Rex Catholicus ex antiquissima obseruantia & inueterata consuetudine habet ius præsentandi ad beneficia quæ vacant ob promotionem ad Episcopatus, qui sunt de suo Regio patronatu.*

7 *Vacatio ob promotionem ad Episcopatus non inducitur nisi post adeptionem possessionis illius, vel postquam præfixum tempus ad consecrationem petendam lapsum fuerit.*

8 *Possessio non capitur nisi post cessationem coadiutoriæ.*

9 *Vacatio beneficiorum obtentorum non inducitur per promotionem ad Episcopatum in terris infidelium.*

10 *Beneficia hodie de stylo Curiæ vacant statim quod quis per Papam promotus est ad Episcopatum.*

11 *Retentio beneficij à Papa concessa nihil aliud inducit nisi certam continuationem in eodem statu, in quo existebat de tempore quo concessa fuit.*

13 *Retentio beneficij non extinguit ius prætendendi, nec consumit turnum.*



1 Ex noster inuictissimus nominault
D. Petrum de Barsorga Priorem
Collegiatæ Regularis Ecclesiæ S.
Sepulchri ciuitatis Calatajud in
coadiutorem & futurum successo-
rem Episcopi Oscensis, cum retentione sui Prio-
ratus vsque ad tempus cessationis coadiutoriæ;
Summus Pontifex gratiam coadiutoriæ cum hu-
iusmodi retentione concessit, illumque in Epi-
scopum Termopolen. in terris infidelium, interim
dum viuebat coadiutus, promouit, qui exinde pos-
sessionem coadiutoriæ, & conseruationem ordinis
Episcopalis accepit: postmodum, adhuc viuente
coadiuto, & nondum facto loco futuræ successio-
ni, è viuis discessit D. D. Petrus de Barsorga: fuit
apud me quæsitum an prouisio dicti Prioratus, vti
vacantis vt prius per coadiutoriam cum futura
successione ad Episcopatum Oscen. ad quem idem
Petrus fuerat præsentatus à Rege Catholico, ad
ipsum Regem pertineat, ex inueterata consuetudi-
ne à Sede Apostolica diu tolerata qua Rex ius ha-
bet præsentandi ad omnia beneficia, quæ vacant
per promotionem, aut prouisionem eorum, qui ad
præsentationem, seu nominationem eiusdem Ré-
gis fuerunt prouisi? Et affirmatiue respondi.

2 Nam licèt dictus D. Petrus de Barsorga per co-
adiutoriam præcedente Regia præsentatione, non
dicatur vere Episcopus Oscen ante cessationem
coadiutoriæ, quia coadiutores non sunt beneficiarij
interim dum viuunt coadiuti, Nauar. *in cap. si quan-
do, de rescript. prel. 7. numer.* 10. *& in tract. de orat.
cap.* 20. *num.* 18. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell glos.* 5. §. 9.
num. 64. ibi. *Cum coadiutoria de per se non sit Eccle-
siasticum beneficium*, Sebast. Cæs. *de Eccles. Hierar-
chia p.* 4. *disput.* 14. §. 9. *à princ.* Mendez *de Vascon-
cellos diuers. Iuris argum. lib.* 4. *cap.* 1. *numer* 8. Rot.
decis. 456. *num.* 1. apud Farin. *p.* 1. *recentior.* Ego ipse
de Canonic. & dignitat. cap. 29. *n.* 3. *cum seqq.*

3 Nihilominus tamen negari non potest de coad-
iutoria cum futura successione fuisse prouisum ad
præsentationem Regis Catholici; quæ quidem
coadiutoria licet vere non sit beneficium, operatur
tamen quoad vacationem omnes effectus benefi-
cij, illa enim incompatibilis est ad effectum reten-
tionis cum alio beneficio residentiam personalem
requirente, Nicol. Garc. *de benefic. parte* 11. *cap.* 5.
num 123. & in hoc dicitur habere quandam affini-
tatem, & similitudinem cum veris beneficiis, Petr.
Greg. *de instit. rei benefic. cap.* 11. *num.* 2.

4 Et in specie quòd coadiutores Episcoporum seu
Rectorum Parochialium auctoritate Apostol. in-
stituti ad personalem residentiam vt Episcopi, &
Rectores ipse teneantur, resoluunt Campan. *in di-
uers. Iuris Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 104. Moneta *de
opt. Canon. cap.* 4. *quæst.* 8. *num.* 157. Aloys. Ricc. & alij
plures, quos refero, *de Iure Eccles. vniuerso lib.* 3.
cap. 10. *numer.* 31. Stephan. Gratian. *discept forens.
cap.* 805. *num.* 31. vbi, *num.* 32. ex decisione Rotæ
subdit posse coadiutorem non residentem priuari
seruata Iuris forma. Rota *decis.* 92. *num.* 5. *parte* 1.
recentissim. vnde si tenentur ad personalem resi-
dentiam beneficij ad quod dati fuerunt coadiuto-
res, bene sequitur quod in alio residentiam facere
non poterunt, quia duobus in locis vno & eodem
tempore stare quis non valet, nec duobus officiis
5 inseruire. Et sic cum gratia futuræ successionis fue-
rit vera, ex traditis per Nicol. Garc. *d. p.* 11. *cap.* 5.
in addit. num 123. & vacauerit Prioratus, ac quoad
retentionem illius vnà cum coadiutoria huiusmo-
di inducta fuerit incompatibilitas, ex dictis, bene
sequitur illius vacationem esse prouidendam ad
præsentationem Regis Catholici, prout prouide-
ri solent cætera beneficia, quæ de resulta nuncu-
pantur.

Non obstat quòd huiusmodi ius de resulta cō- 6
petens Regi Catholico fundatur, vt dixi, in qua-
dam antiquissima obseruantia, & inueterata con-
suetudine vidente & tolerante Summo Pontifice,
& est Rex noster quasi subrogatus in iure, quod
competit Sedi Apostol. omnia beneficia vacantia
ob promotionem ad Episcopatus, qui sunt de Re-
gio suo patronatu, iuxta *Extrauag. ad regimen, de
prebend.* & huiusmodi vacatio non inducitur nisi 7
post adoptionem possessionis Episcopatus, & con-
secrationem sequutam, vel postquam præfixum
tempus ad consecrationem petendam lapsum fue-
rit, *cap. cùm in cunctis §. cùm verò, de elect.* Concil.
Trident. *sess.* 23 *de reform. cap.* 2. citati per me *de offi-
cio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 57. *numer.* 67. quibus
addo Arnulph. Rusæ *priuil* 41. *num* 15. *& priuil.* 34.
per totū, vnde cum iste coadiutor Episcopi Oscen.
non habuerit vita sua durante possessionem illius
Episcopatus, quia illam capere non potest nisi post
cessationem coadiutoriæ, Rot. *decis.* 456. *num.* 6 *p.* 1. 8
recentior. Ludou. à Sarauia *de Adiunctis quæst.* 19.
num. 51. nec etiam per promotionem ad Episcopa-
tum Tremopolen. in terris infidelium inducatur 9
aliqua vacatio beneficiorum obtentorum, Garc.
d. p. 11. *cap.* 6. *numer.* 24. Azor. *instit. moral. p* 2. *lib.* 7.
cap. 16. *quæst.* 12. Ego ipse *d. alleg.* 57. *num.* 74. videtur
inferri vacationem non induci, nec Regem no-
strum vllam habuisse, ad quam posset præsen-
tare.

Quia respondetur, multipliciter, & primò ho- 10
die de stylo Curiæ beneficia vacare statim quod
quis per Papam promotus est ad Episcopatum,
Granut. *ad Simonet. de reseruat. benefic. quæst.* 27. *n.* 6.
Anast. Germon. *de indultis Cardinalium §. si verò
num.* 21. Stephan. Gratian. *discept forens. tom.* 2. *c.* 296.
num. 10. Ego ipse *d. alleg.* 57. *num.* 68. & iuxta solitas
clausulas licèt coadiutoria non sit in se beneficium
verum, est tamen futura successio vera gratia, ex
nunc, & stylus Curiæ in coadiutoriis huiusmodi
imponit vacationem obtentorum statim quod de
ea prouidetur in Consistorio, prout fit in proui-
sione alicuius Episcopatus.

Secundò respondetur quòd nihil refert quòd 11
non vacent beneficia per promotionem ad Epi-
scopatum existentem in terris infidelium, quia in
præsenti non dicitur ob id hanc vacationem indu-
ctam, sed propter gratiam coadiutoriæ cum futura
successione, quæ quoad retentionem inducit in-
compatibilitatem cum alio beneficio residentiam
requirente, vt suprà diximus.

Minus obstat quòd eidem D. Petro de Barsorga 12
fuerit à Sede Apostol. concessa facultas retinendi
dictum Prioratum cum dicta coadiutoria & futura
successione, dum illi locus non foret; quia ista re-
tentio nihil aliud inducit nisi certam continuatio-
nem in eodem statu, in quo existebat de tempore,
quo concessa fuit, arg. *l. sed & si manente ff. de pre-
car. l. Labeo la* 2. *§. hac autem ff. de arbitr.* Rota *decis.*
663. *num.* 9. apud Farin. *p.* 1. *recentior.* tempore au-
tem concessionis ad Regem nostrum spectabat
præsentatio, ergo cessante continuatione deuolui-
tur ius præsentandi ad illum statum primæuum, in
quo erat de tempore concessionis illius.

Vlteriùs retentio non fuit extinctiua Iuris Regi 13
nostro competentis nec consumpsit turnum, vt ita
dicam, in quo ex titulo de resulta, Regia præsen-

tatio erat facienda; & ita succedente morte dicti D. Petri de Barsorga ante cessationem coadiutoriæ, intrat dicta Regia præsentatio, vigore primæ vacationis inducta, cuius executio quoad hoc tunc fuit dilata, & non consumpta; est enim in Iure nostro recepta conclusio quod data retentione beneficiorum à Papa, illa primæua reseruatio non extinguitur, sed potius cessante causa retentionis poterit reassumere priorem vacationem, & prouidere illius vigore vt prius, perinde ac si talis retentio concessa non fuisset. Ita in terminis Simonera *de reseruat. benefic. quæst. 27. num.* 5. ibi. *Sed hic quæritur quid si Papa (prout plerumque contingit) aliquem promouet cum reseruatione beneficiorum, is deinde moritur in partibus, an beneficia illa censebuntur reseruata, vt de eis possit solus Papa disponere? hæc quæstio aliàs contigit in Rota, & per dictam Extrauagantem reseruantem beneficia promotoria vel promouenda nunc vacantia, & in antea vacatura, fuit iudicatum esse reseruata, &c.* refero Ego ipse *d. alleg.* 57. *num.* 56. quod tunc demum ego intelligebam quando ante retentionem inducta erat vacatio; nam si vacationem præcedat retentio, contrarium mihi videtur verius, iuxta doctrinam Francisci de Aretio *consil.* 7. *num.* 14. dum ait quòd Papa per dispensationem retentionis non confert ius nouum, sed solum conseruat quæsitum, quod erat perdendum per nouam promotionem, *cap. dudum* 2. *in fine, de elect. cap. si gratiose, de rescript. in* 6. Pro quo ferè in terminis facit resolutio Couar. *pract. cap.* 36. *num.* 12. vbi tenet nullum fieri patronis laicis grauamen; nec vllum damnum causari etiam quoad præsentationem vbi summus Ecclesiæ Pontifex Episcopum instituerit, aut confirmauerit, cum retentione beneficij alicuius, quòd is obtinet, & alio, qui de proximo vacaturum erat per consecrationem, iuxta *cap. cum in cunctis, de elect.* nam etiamsi hoc beneficium pertineat ad iuspatronatus laicorum cum nondum vacauerit, poterit Papa etiam absque speciali derogatione & expressa mentione dispensare, vt electus illud obtineat simul cum Episcopatu, nec per hoc derogatum iuripatronatus laicorum, quia patronus non habet præsentandi ius quoad effectum donec beneficium vacauerit, Papa verò per dispensationem impedit vacationem illam, &c.

Quare, &c.

Pampilonen. executorialium.

Executoriales sacræ Rotæ etiam antiquæ, an valeant intimari; & quando absque intimatione exequi possint?

VOTVM XXIX.

1 *Inhibitionis, & mandatorum Rotalium summa.*

2 *Dubium disputandum proponitur.*

3 *Executor Rotæ in partibus, cui executoriales fuerunt præsentata, non potest aliud facere quam illas intimare.*

4 *Executor potest ad executionem procedere quando reus non se opposuit, nec reclamauit intimationi.*

5 *Contumacia colligitur ex probatione renitentiæ.*

6 *Consensum à principio interuenisse colligitur ex actibus subsequentibus.*

7 *Acceptatio ex vsu colligitur.*

8 *Paruisse vere dicitur qui abstinet à molestijs, & vexationibus.*

9 *Executoriales antiquæ præsumuntur intimatæ, maxime si habeatur possessio omniũ in eis contentorum.*

10 *Litterarum Apostol. iustificatio præsumitur ex effectuatione continuata per longum tempus.*

11 *Executoriales vbi compellunt ad faciendum illico non requiruntur monitiones, sed statim ad executionem procedi valet.*

12 *Mandatum Rotale vbi continet præcisam commissionem, tunc absque aliqua intimatione, & reproductione exequi potest.*

13 *Mandatum de quo agitur, continet præcisam commissionem.*

14 *Mandata Rotalia, quæ non continent præcisam commissionem, monent & requirunt tantum.*

15 *Carceratio damnum infert irreparabile.*

16 *Dictio*, statim, *dilationem nullam admittit.*

17 *Clausula*, & quibuscumque a iis contrariis non obstantibus, *derogat solemnitati reproductionis, & intimationis, quatenus necessaria forent.*



PRIOR, Canonici, & Capitulum sanctæ Ecclesiæ Pampilonen. de anno 567 sustinentes, vel sustinere timentes molestias aliquas ab Episcopo dictæ Ecclesiæ, tunc & pro tempore existente super exemptione ab omni visitatione, & correctione dicti Episcopi, nonnullos ex Canonicis, eorumque bona capi, & carcerari indebite facientis, obtinuerunt à sacra Rota inhibitionem & mandata vt Episcopus prædictus, seu eius Vicarius Generalis, & Officiales sub pœnis pecuniariis, & censurarum cum effectu, & omni mora, ac exemptione postpositis, & quibusuis aliis contrariis non obstantibus, carceratos ipsos à carceribus, quibus detinebantur, relaxari, bonaque ablata restitui faciant, necnon cum expressa prohibitione ne in visitatione, correctione, & emendatione dictatum Prioris & Canonicorum se intromittere auderent, se in possessione præfatæ exemptionis eos tueri faciant, & amplius molestari non sinant. 1

Cui quidem mandato cum ex parte dicti Francisci paritum fuisset, & à suo tempore vsque ad præsens exemptio huiusmodi in dubium non reuocaretur, præter omnium opinioné non sine euidenti periculo contrauentionis, & in contemptum dicti mandati, modernus Episcopus, eiusque 2

Vicarius

Vicarius Canonicum quendam incarcerari mandauit, & contra Capitulum iniuste procedere attentauit: at executor in eodem mandato Iudex nominatus declarauit ipsum Episcopum, seu eius Vicarium & Officiales pœnas in eo contentas incurrisse, à quo decreto cum ex eorum parte esset ad hoc Tribunal appellatum, contingit modo dubitari an executor declarando Vicarium excommunicatum, & in pœnam millium ducatorum incursum, præfatorum mandatorum fines excederet? In quo dubio videtur omnino negatiue respondendum, ex sequentibus.

3 Nam licèt de stylo Rotæ executor in partibus, cui executoriales fuerunt præsentatæ, non possit aliud facere quam illas intimare, & parte se opponente ad Rotam remittere, vt illis ibi reproductis, & seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione seruari solitis possit ad declaratoriam deueniri, Felin. *in cap. ad probandum num. 6. de re iudic.* Vestr. *in pract. cap. vlt. num. 16. lib* 8. Cassad. *decis. 6. num. 10. de causa possess. & propr.* Seraph. *decis.* 1116. *num. 1. & 2.* Duran *decis. 408. num. 1.* Rota *decis.* 654. *num. 2 p. 1. recentissim.* aliàs in *posthum. Farin.* & coram *Caualer. decis. 364. num. 1. & 2. & decis. 500. num. 4.* & apud Ludou. Postium *post tract. mandati de manutenendo decis. 263. numer. 6. & decis. 272. à princip.*

Nihilominus tamen hæc resolutio duas patitur limitationes, quæ ad nostrum casum bene adaptantur.

4 Prima est quando reus non se opposuit, nec reclamauit intimationi à principio factæ, tunc enim eo acquiescente potest executor ad executionem procedere: & si forte postmodum idem reus contrauenire præsumpserit, absque alia intimatione poterit Iudex præfatus vigore acceptationis per reum iam factæ ad obseruantiam compellere, quia decisiones *in Vicen. Prioratus 19. Martij* 1610. *coram Card. Pamphilio iun. & in Mediolanen. decimarum de Varisio 16. Nouembris 1616. coram R. P. D.*
5 *meo Pironano*, potestatem procedendi executori adimunt eo tantum casu, quo dicto mandato reus parere recuset, & contra illud se opponat, nam tunc eum non possit cognoscere de causis contradictionis, debet supersedere, & causam ad Rotam remittere, vt illic probata renitentia colligatur contumacia per quam relaxantur censuræ, Cassad. *decis. 5. num. 7. de constit.* Rota *decis. 596. n. 2. parte 1. recentissimar.*

6 Quòd autem fuerit mandatum intimatum, & executioni traditum, ac per Episcopum tunc temporis existentem, & successores acceptatum, patet euidenter ex eo quod semper Prior & Canonici sua exemptione, de qua ibi fit mentio, gauisi sunt; ex quibus actibus ipsum mandatum subsequentibus deprehenditur consensum à principio interuenisse, Rot. *decis. 166. num. 1. in fine p. 1. recentissim.*
7 Acceptatio enim ex vsu colligitur, Seraph. *decis.*
8 168. *num. 9.* Et abstinendo Episcopus toto illo tempore à molestiis & vexationibus non præsumptiue, sed vere dicitur paruisse, eadem Rota *decis. 194. n. 1. p. 1. recentissim.*

9 Facit etiam, quia mandatum est antiquum, & ab illius relaxatione elapsus fuit longi temporis cursus cum obseruantia & pacifica possessione omnium in eo contentorum: vnde præsumitur ab initio consensus, & acquiescentia Episcopi, eadem Rota *decis. 555. num. 2. & 3. p. 1. recentissim.* in terminis Salgado *de potest. Regia p. 4. cap. 1. num. 79.* ibi. *& quia per spatium viginti annorum præsumebantur omnia solemniter acta, & consequenter executoriales fuisse intimatas,* &c. & ibi, *quia per lapsum tanti temporis possessio præsumebatur capta volente, & non contradicente possessore,* &c. Prout etiam litteratum Apostol. iustificatio præsumitur ex affectuatione
continuata per longum tempus, eadem Rota 10
decis. 726. numer. 1. parte 1. recentissim. aliàs *in posthumis Farin.*

11 Secunda limitatio est quando mandata huiusmodi potius sapiunt executionem quàm monitionem: licet enim executoriales & mandata nonnulla aliquando moneant, seu requirant ad aliquid agendum, nihilominus tamen vbi compellunt ad faciendum illico, non requiruntur monitiones, sed statim ad executionem procedi valet, Mandos. *commiss. 24. vers. loco litterarum,* Rota *in Casalen. pensionis 3. Decembris 1627. coram R. P. D. Vbaldo,* impressa per Ludou. Postium *in tract. mandati de ma-*
nutenendo decis. 31. num. 4. & 5. Sic etiam (vt in no- 12
stro casu) vbi mandatum Rotæ continet præcisam commissionem, veluti quod quis excarceretur, vel aliquid faciat, tunc absque aliqua intimatione, & reproductione exequi potest, Rota *decis. 503. num. 3. p. 1. recentissim.*

13 Continet autem præcisam commissionem excarcerandi, & abstinendi à visitatione, & correctione mandatum, de quo agitur, & aliud præinsertum, vt ex illo patet ibi. *Necnon inhibitionem, seu mandatum quod Episcopus, seu Vicarius Generalis, & Officiales non se intromittant in visitatione, correctione,* &c. & ibi. *Relaxamus,* &c Et meliùs ibi *Statim visis præsentibus sub pœna octo millium ducatorum aurei de Camera, Cameræ Apostolicæ applicandorum, & in subsidium suspensionem à Diuinis,* &c. *ipsos carceratos à carceribus, quibus detinentur, relaxetis, relaxarique faciatis, & mandetis, ac faciatis realiter, & cum effectu, omni mora & exemptione postpositis, ac quibuscumque alijs contrarijs non obstantibus,* &c. Et demum ibi. *Vos R. P. D. Didacus Episcopus, vestrique Vicarius & Officiales, & alij Ministri in correctione, visitatione, & emendatione dictorum R. D. Prioris, & Canonicorum quouis prætextu, causa, & occasione publice, vel occulte per vos, vel alium, seu alios intromittatis, nec se intromittant sub eadem pœna,* &c.

14 Vnde hoc casu non fuit necessaria huius mandati intimatio, reproductio, & dictorum quatuor terminorum seruatio, quia euidenter illius verba compellunt Episcopum, eiusque Officiales ad faciendum illico, non vti alia mandata, quæ tantum monent, & requirunt, vt citata Rot. pluribus in locis resoluit nouissimè Ludou. Posti. *d. tract. mandati de manutenendo obseru.* 103. *n.* 8.

15 Denique cùm valde durum sit, & à ratione alienum, vt eorum executio, quæ præsentaneo remedio indigent, & damnum inferunt irreparabile, vt est carceratio, & correctio, tanto tempore intermedio retardaretur, ideo apponuntur consulte verba in dicto mandato omnem moram, quæ in reproductione, & quatuor terminorum obseruantia in Rota aliàs facienda considerari poterat, penitus reiicientia, vt patet ibi, *Omni mora & exemptione postpositis*, ponderando particulam, *omni*, quæ adeo est generalis, vt excludat quamcumque moram, quæ aliàs non excluderetur, vt dixi *de diction. vsu frequent. dict. 241. num 6.* Id ipsum coadiuuant alia verba, ibi, statim visis actis, quæ di-
ctio, *statim*, dilationem nullam admittit, & regu- 16
lariter intelligitur sine temporis interuallo, *vt in l. si finita §. non autem statim ff. de damno infecto, & in l. cum quidam ff. de legat. 2.* Tiraquel. *in l. si vnquam*

verbo reuertatur numer. 120. *Cod. de reuocand. donat.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *decis.*288. *numer.* 6. iuncta clausula superiùs posita
17 ibi, *& quibuscumque alijs contrarijs non obstantibus*, per quam censetur derogatum solemnitatibus reproductionis, & intimationis, quatenus hæc necessaria forent, vt fuit consideratum *in Sabinen. Castri Montis Rotundi* 8. *February* 1627. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino*, vbi citantur Ias. *consil.* 100. *col.* 4. *in fine, vers. tertio moueor n.*4. *&* Beroi. *consil.* 147. *numer.* 28. *vers. & licet lib.* 3.

18 Ex quibus apertè colligitur adesse in nostro casu præcisam commissionem illico adimplendam, ad cuius obseruationem, & pœnarum condemnationem contra contrauenientes, & rebelles potuit merito Iudex executor nulla facta intimatione, nec habita in Rota reproductione, procedere, ex dictis.

Quare, &c.

Egitanien. Bonorum.

Maioratus per viam contractus institutus non potest ampliùs reuocari, & quæ solemnitates requirantur in alienatione Ecclesiæ, quis dicatur indignus, & quis incapax, & quæ Principis confirmatio conualidetur?

Votum XXX.

1 *Casus proponitur.*

2 *Contractus pars dicuntur omnia pacta & conditiones in illo apposita.*

3 *Institutio maioratus, & conditiones ac pacta in eo apposita, non possunt amplius à fundatore reuocari, mutari, seu alterari.*

4 *Maioratus celebrari possunt per contractum, siue per actum vltimæ voluntatis, primi sunt irreuocabiles, secundi vero minime.*

5 *Maioratus per viam contractus institutus non potest deinceps reuocari.*

6 *Pactum expressum de non reuocando maioratum ipsum efficit irreuocabilem.*

7 *Institutio maioratus Regia confirmatione munita non potest sine licentia Regis etiam à fundatore mutari, seu alterari, & num.*8.

9 *Successor in maioratu, aut capella non potest alterare, aut immutare formam seu voluntatem primi institutoris.*

10 *Maioratus in materia vnus ex veatis non habet dependentiam aliquam à iure, seu vocatione alterius.*

11 *Bona quæ testator per fideicommissum tenebatur alij restituere, non veniunt in generali institutione.*

12 *Alienationis prohibitio facta generalibus verbis includit alienationem, quæ fit ex testamento.*

13 *Executore dato ad bona in pia opera distribuenda, executor non est vocatus, sed ipsa pia opera.*

14 *Transactio facta cum Monialibus plures patitur defectus.*

15 *Bona ex sua origine laicalia si postea casu aliquo ad Ecclesiam siue Monasterium deuenerunt, Ecclesiastica exinde censentur.*

16 *Mutata enim conditione personæ, & bonorum conditio mutata videtur.*

17 *Priuilegiata res quando peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam antiquam & efficitur res priuilegiata.*

18 *In transactione super re Ecclesiæ, aut minoris requiritur eadem solemnitas, quæ in alienatione.*

19 *In alienatione rerum Ecclesiæ de essentia requiritur copulatiue non solum solemnitas, sed etiam causa.*

20 *Causa ad alienandum debet esse clara, & indubitabilis.*

21 *Vtilitas ad alienandum debet esse magna, ita vt Ecclesia, vel Monasterium plus recipiat, quam dimisit.*

22 *Tractatus saltem vnus spectat ad solemnitatem rerum Ecclesiæ.*

23 *Consensus maioris partis Monialium Conuentus spectat ad solemnitatem rerum Ecclesiæ.*

24 *Auctoritas Superioris spectat ad solemnitatem rerum Ecclesiæ.*

25 *Solemnitates deesse præsumuntur vbi in Scriptura non reperiuntur.*

26 *Alienatio rerum Ecclesiæ non valet, vbi in ea vna tantum solemnitas non interuenit.*

27 *Alienatio vbi reperitur à lege, & ab homine prohibita, non potest esse licita nec permissa etiam in casibus à Iure exceptuatis.*

28 *Transactio vt valeat debet esse de re dubia, lite incerta, aliquo dato, retento, vel remisso.*

29 *Alimenta in fraudem fisci reuocantur.*

30 *Bona affecta vitio litigiosi non possunt alienari.*

31 *Transactio vigore insufficientis mandati, facta nulla est.*

32 *Procurator excedens fines mandati sui nulliter facit, & principalem non obligat.*

33 *Cessio & renunciatio supposita & simulata inualida est.*

34 *Cessionarius non facta effectuali solutione non*

non potest ex cessione agere.

35 *Cessio facta clerico videtur procedere ex fonte cupiditatis, & in fraudem facta.*

36 *Monasteria tenentur in Portugalia bona sibi relicta in laicam personam transferre.*

37 *Ecclesia vbi prohibetur bona aliqua acquirere & retinere vltra annum, debet intra illum ad habiles personas illa transferre.*

38 *Alienatione prohibita dominium in emptorem, vel cessionarium transferri non potest.*

39 *Alienatio quando prohibetur per pactum, & tale pactum confirmatur Principis auctoritate, tunc si alienatio de facto fiat, non transfertur dominium.*

40 *Transactio & cessio facta fauore illius, qui capere non poterat rem sibi cessam, in illum nullum ius transferre potuit.*

41 *Possessio capta à notorie intruso est improba & vitiosa, & ab illo auferri debet.*

42 *Nullus plus iuris in alium transferre potest quam ipse in se habet.*

43 *Indignis quicquid aufertur totum fisco applicatur, & deuoluitur.*

44 *Incapaces, quia non capiunt, sed ipso iure repelluntur, eo quod capere nequeunt, alijs legitimis successoribus deferunt.*

45 *Monialium data incapacitate reputantur ac si non fuissent vocatæ.*

46 *Incapax gradum non constituit, & habetur ac si vocatus non esset.*

47 *Bona tanquam vacantia quando in maioratibus Regiæ Coronæ deuoluantur, & num. 48.*

49 *Maioratus vel Capellæ bona vacantiæ, Regiæ Coronæ deuoluta non censentur nisi deficientibus fundatoris consanguineis.*

50 *Fiscus in bonis vacantibus non succedit donec superest aliquis ex consanguineis vsque ad decimum gradum.*

51 *Transuersales perpetuo exclusi nunquam sunt admittendi.*

52 *Paria enim sunt nolle, & non posse.*

53 *Exceptionem de iure tertij nemo allegare potest.*

54 *Substitutio facta sub conditione si honoratus non assumpserit nomen familiæ, non extenditur ad casum si non potuit.*

55 *Institutio plenissime à Rege confirmata.*

56 *Maioratus si præiudicent filijs in legitima, Regia facultate opus est.*

57 *Conclusio seu petitio semper declarari debet secundum illius narrationem.*

58 *Concessiones, & confirmationes Principum declarantur secundum impetrantium petitiones.*

59 *Rescriptum interpretatur à libello precum.*

60 *Princeps si fuit aditus ad aliquem effectum, seu decretum, quod interponere debet, si gratiam concedat, illa solum operatur quoad illum effectum.*

61 *Dispensatio est stricte interpretanda.*

62 *In dispensatione quando fit alicuius impedimenti mentio, dispensatio quoad aliud nihil operatur, nec ad illud extendi potest.*

63 *Dispensatio super Matrimonio non extenditur ad dotem.*

64 *Dispensationes tot sunt necessariæ, quot sunt obstacula.*

65 *Duo si obstant, vno sublato, alterum remanet.*

66 *Prohibitiones duæ quando extant, vna sublata, altera nihilominus actum impedit.*

67 *Maioratus quoties instituitur expresse ad conseruandam agnationem & familiam cum obligatione portandi nomen & arma, Monasterium non succedit.*

68 *Licentia concessa censetur secundum supplicationem eam petentis.*

69 *Proœmium arguit causam finalem dispositionis.*

70 *Præcedentia declarant ea quæ sequuntur.*

71 *Responsum ex interrogatione declaratur.*

72 *Verba quantumuis generalia restringuntur secundum subiectam materiam.*

73 *Dispensatio semper restringitur ad casum tantum, de quo loquitur.*

74 *Confirmatio non operatur contra confirmantem.*

75 *Clausulæ derogatoriæ regulantur ab ipsa dispositione principali.*

76 *Sequentia magis regulantur & restringuntur à præcedentibus, quàm è contra.*

77 *Confirmatio in forma communi non operatur maiorem firmitatem institutioni confirmatæ, quam antea habebat.*

78 *Confirmatio non operatur in præiudicium tertij.*

79 *Confirmatio Principis non validat actus nullos, & inualidos in præiudicium tertij, nec Princeps id velle præsumitur.*

80 *Confirmatio facta in executionem actus præcedentis, ad aliud non extenditur.*

81 *Actus non attenditur, qui in executionem præcedentis factus fuit, sed præcedens attenditur.*

8 *Confirmatio conualidat actum nullum si defectus nullitatis exprimatur, secus vero si taceatur, & incognitus sit confirmanti.*

LVDOVICVS de Figueredo Falcon, & eius 1 vnicus filius Antonius Hector de Figueredo per contractum irreuocabilem inter viuos vinculum perpetuum omnium bonorum suorum fecerunt,

tunt, & maioratum instituerunt, ea conditione vt nullo vnquam tempore ea bona separentur, aut alienentur, sed semper deferantur filiis & descendentibus dicti Antonij, quibus deficientibus voluere vt exclusis transuersalibus in eisdem bonis succedat Conuentus Monialium S. Ludouici oppidi de Piñel Egitanien. diœcesis, cuius vinculi & maioratus institutio cum omnibus suis clausulis, & conditionibus Regia confirmatione ex certa scientia, deque Regiæ potestatis plenitudine coroborata fuit; sed Ludouicus præmoriens certas clausulas eiusdem maioratus mutauit, & deinde eius filius Antonius Hector absque liberis decedens Hectorem de Sella eius patruelem fratrem, eorumdem bonorum hæredem instituit, qua institutione non obstante Conuentus dictarum Monialium dictorum vim clausulæ maioratus possessionem accepit, eamque vltra annum & diem retinuit; hinc ob incapacitatem Monialium præfatarum Secretarius Didacus Suarez vigore *Ordinat. Regia lib. 2. tit. 18.* ea bona à Rege impetrauit, illaque sibi adiudicati debere postulabat, Hector vero eadem petebat vigore testamenti dicti Antonij Hectoris, quo eum in dictis bonis hæredem instituerat & assertæ cuiusdam concordiæ, quam cum dictis Monialibus celebrauerat, & ab eis cessionem dictorum bonorum obtinuerat pro certis mediis frumenti; consultis pro veritate, respondi vt sequitur.

2 Quoad ius dicti Hectoris nullum illi competere concludimus, quia fundatur in dispositionibus Ludouici & eius filij institutionem maioratus mutantium; cum autem maioratus huiusmodi per viam contractus inter viuos cum omnibus suis clausulis & vocationibus institutus fuerit, & contractus pats dicantur omnia pacta, & conditiones in illo apposita, *l. fundi partem ff. de contrah. empt.* Surd. *consil. 217. num. 6. & consil. 384. num.* 50. Rota
3 *decis 398. num. 3. p. 1. diuersor.* recte sequitur de Iure communi institutionem, conditiones, & pacta huiusmodi non posse amplius à fundatore reuocari, mutari, seu alterari etiam in minimo, vt arg. text. *in l. perfecta donat. C. de action. & obligat.* resoluunt Gam. *Lusit. decis. 261. num. 3.* ibi. *Cina secundam partem aduertebat bona illa, quæ continentur in institutione maioratus, facta per donationem, censeri inter viuos donata, quoniam irreuocabilis donatio facta fuit, quamuis mortis causa per l. vbi ita donatur ff. de donat. causa mort. ideo censetur donatio inter viuos propter clausulam vt non possit reuocari,* &c.

4 Valasc. *consil. 122. num.* 6. ibi. *Caterùm ego in hac quæstione meam sententiam & opinionem sic consultus exposui primum illud quod supra retuli, ex quorundam opinione, nempe omnes maioratus siue celebrentur per actum vltimæ voluntatis, siue per contractum semper esse eiusdem naturæ & iuris, & habere vim vltimæ voluntatis, non esse verum, cum aliud sit contrahere, aliud testari l. verba gesserunt ff. de verbor. signif. & natura contractuum regularis est, irreuocabiles esse postquam celebrati sunt, l. sicut ab initio C. de action. & oblig. natura vero vltimarum è contra est reuocabilis vsque ad mortem,* &c.

Gabriel Pereira *Lusit. decis 48. num. 8.* idem etiam
5 resoluit, licet attenta *l 14. Tauri* quæ est *l. 4. tit. 7. lib. 5. noua Recop.* reuocari ac mutari valeant tales maioratuum institutiones, vt aduertit Valasc. *d. consil. 122. num. 2.* nihilominus apud Lusitanos minimè obseruatur, cum nulla sit lex Regia Lusitana, quæ idem disponat, vt testatur Gabriel Pereira *d. decis.* 48. & illa non extante recurrendum est ad dispositionem Iuris communis, ex *Ordin. lib. 3. tit.* 64. ex quo paret maioratum per viam contractus institutum, non posse deinceps reuocari, aut in aliquo mutari, eo quod irreuocabilis remansit Roman. *consil. 171. num. 7.* Pelaez *de maior. p. 1 quæst 22. num. 7. ad fin.* & esse receptum eodem Iure communi attento post Tiraq. tradit Auendan. *ad d. l. 44. Tauri gloss. 6. n.*

Id ipsum tanto magis procedit cum in funda 6
tione eiusdem maioratus adsit expressa clausula, & pactũ de non reuocando, vt in specie post alios resoluunt Molin. *de primog. lib. 1. cap. 9. numer. 31. & lib. 4. cap. 2. num. 30. cum seqq.* vbi late *num. 45* defendit arg. *l. vbi ita donatur ff de donat. causa mortis,* Anton. Gom. *l. 40. Tauri num* 71. Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 76. per tot.* vbi latè probat pactum expressum de non reuocando maioratum ipsum efficere irreuocabilem, late etiam Molin. *de Iustit. tract. 1. disp. 586. per tot* optimè Castil. *controuers. lib. 3. cap. 10. num. 6.* ibi. *Indeque esse quod Maioratus primus institutor, siue pater, qui de proprijs bonis maioratum instituit, meliorationemve in aliquem ex filijs, aut descendentibus fecit irreuocabiliter, aliquaque ex causis contentis in l. 17. & in l 44. Tauri, non possit ex postfacto in maioratu, aut melioratione addere alias conditiones, quam illas, quas tempore institutionis, aut primæuæ dispositionis apposuit, nec de nouo modificare, aut modo quocumque alterare, vel reformare, &c.* vbi plures refert Doctores, quibus addo *Robles de Sabredo de representat. lib 3. cap 19. num. 33.* ibi. *Vt videre est in eo, qui postquam in alterius fauorem maioratum irreuocabilem instituit, propriam dispositionem reuocando, nisi ex iustis ingratitudinis causis retroagere non potest. l. perfecta donatio 4. Cod. de donat. quæ sub modo,* &c.

Corroboratur quoque hæc resolutio ex confir- 7
matione Regia, cum qua fuit maioriæ institutio facta, vnde sine licentia Regis non poterit etiam fundator quicquam in ea mutare, seu alterare, Crauet. *consil. 135. num.* 10. Roland *consil. 10 n. 41. vol. 1.* Bellon. *consil 55. num. 6 & 37. tom. 1.* Valasc. *consil 130 num 7. tom 2.* ibi. *Quia ex quo Rex ipse licentiam iurandi illum contractum dedit, reuocando omnia iura in contrarium facientia, visa fuit Regis licentia necessaria, quoniam res per quascumque causas nascitur, per easdem resolui debet, vt ad reuocationem maioratus constituti cum licentia Regis ex Con. Burgen. Menchaq. Simanch. Sarmient. Anton. Gom. tradit Molin. de primog. lib. 4. cap. 3. num. 10. & 15. & lib. 1. cap. 8. numer. 28. conferunt quæ pulchre in proposito de necessaria Principis licentia ad reuocanda ea, quæ cum eius auctoritate facta sunt, tradit Cephal. consil. 91. num. 13. & 14. lib. 1.* &c. *Valenzuel. consil. 69 num. 85. & 86. tom. 1.* ibi. *Clarius Aluarad lib. 2. de coniect. mente defun. c. 2. in princ. n 6 & 8. vbi ait quod nec ipse conditor maioria confectacum auctoritate & facultate Regis, poterit aliquam eius rem obligare, quia maiora à lege vna processit,* &c.

Et expressè quòd etiam fundator maioratus 8
Regia facultate instituti ampliùs illum nisi ex Principis auctoritate ad hoc accedente, mutare, seu reuocare non possit, resoluunt Peralta *in l. 3. §. qui fideicommissum num. 119 ff de hæred. instit.* Couar. *p. 2. rub de testament. numer. 7.* & post Gregor. Lop. Pelaez *de maioratu p. 1. quæst. 37. per tot.* Auendan. *ad l. 44. Tauri glos. 1. numer 6.* Molin *de primog. lib. 4. cap 2 num. 54.* alter Molin. Theolog. *de Iustit. tract. 2. disput. 586. num. 5* latè Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 78. per tot.* ibi. *Quæro secundò citra easdem leges an etiam maioratus irreuocabilis fiat quando in Regia facultate*

id

id expresse præcipitur, vt semel maioratu constituto amplius reuocari non possit, si huius facultatis virtute maioratus in contractu instituatur? Et si ad rationes Pelaez in quæst. præcedenti attendamus, nec hoc etiam casu maioratus irreuocabilis fiat, cum non sit de tribus contentis in nostris legibus Regys, nempe l. 17. & 44. Tauri; sed adhuc, & in hoc casu sicut in præcedenti maioratum esse irreuocabilem ipsa ratio postulat, & lex nostra 44. coadiuuat, quæ in tribus casibus non admittit præfati actus reuocationem, nempe si possessio rerum, ex quibus actus ille constat, vel instrumentum ipsius actus eidem traditum fuerit, aut ex causa onerosa idem actus sit gestus; non ergo erit mirum si idem dicamus ex Principis auctoritate ad hoc accedente, &c.

9 Et si hæc ita de plano procedunt in fundatore, à fortiori locum habebunt in successore, quia successor in maioratu, aut capella non potest alterare, aut immutare formam, seu voluntatem primi institutoris, *cap. 1. de success. feudi, l. 3 ff. de interdict. & releg.* Gama *decis. 341. numer. 1. in princ.* nec sequentium causa per anteriores potest lædi, *l. peto §. fratre ff. de legat. 2.* Cabed. *Lusit. decis. 51. num. 10. p. 2.* Principium enim Iuris est in materia maioratus quod cum illorum successio vere & proprie pendeat à fundatione & dispositione primi instituto-
10 ris, in qua donationem fecit vnicuique illorum quos vocauit, fuit ius quæsitum ad tempus, quo euenitet casus suæ vocationis, absque eo, quod vnus ex vocatis aliquam dependentiam habeat à iure, seu vocatione alterius, Paul. de Castro *consil. 164 num. 4. p. 2.* Molin. *de primog. lib 1. cap. 1. num. 17.* plures citati per Valenzuel. *consil. 69. numer. 50. cum seq. tom. 1.* vbi *num. 171* subdit quòd Princeps non potest alterare, aut mutare naturam feudi antiqui in præiudicium descendentium: sicut nec ius quæsitum re, vel spe, aut aliquo contractu potest tolli in præiudicium eius, cui quæsitum erat, vt ex Gonzal. Gutier. &, aliis, probat Valenz. *d. consil. 69. num. 56.*

11 Nec credendum est, aut præsumendum patrem & filium præfatos voluisse alterare aut immutare dictam institutionem, & eius bona Hectori relinquere quæ non sua, sed aliena erant, & alteri restitui debebant, vt bene consuluit Surd. *consil. 380. num. 23. & 24.* ibi. *Et cum bona non essent propria, sed aliena, de illis disponere non potuit, nec præsumitur disposuisse, gloss. verbo testator in fine in l. conficiuntur §. si post factum ff. de iure codicil. & in l. 1. C. qui testam. facere pos. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita p. 10. ff ad Trebell. num 32. in fine: ideo in generali institutione non veniunt bona, quæ testator per fideicommissum tenebatur alij restituere. Bart. in l. codicillis in §. instituto ff. de legat. 1. Deci. consil. 378. num 1. Paris. consil. 7. num. 9. lib. 1. Cephal. in consil. 3 num. 93. & in consil. 516. num. 11 Roland. consil. 71. num 16. volum 2. Petra de fideicom. ob prohibit. alienat. quæst 9. n. 276.* &c. Humani enim actus à potentia, & voluntate reguntur, nec sola potestate perficiuntur, nisi vtique voluntas accedat, & è contra, *cap. cùm super abbatia, de offic. deleg. l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi*, Fab. de Anna *consil. 44. num. 17.* Mangil. *de imput. quæst. 49. num. 4.* Marta *de success. legali p. 2. quæst. 5. art. 11. n. 9.* Fusar *consil. 184. n. 1. in fine.*

12 Denique facit clausula prohibitionis generalis alienandi bona maioratus huiusmodi, quæ comprehēdit quamcumque alienationem tam in vita, quam in morte factam, nam alienationis prohibitio facta generalibus verbis includit alienationem, quæ fit ex testamento, Bart. *in l. ventre num. 11. ff. de acquir. hæred.* vbi Aretin. *col. 11. vers. dicamus ergo*, Surd. *consil. 78. numer. 2. & seq & consil. 211. num 6.* Decian. *tom. 1. respons 31. num. 58 & 59.* ibi. *Secundò præsuppono quod in contractibus, & donationibus potest fieri prohibitio alienationis rerum donatorum, præsertim in certas personas, vt notant omnes in l. si ita quis §. ea lege, vbi late Alex. & Ias. ff. de verb. oblig. & l. peto §. fratre, vbi etiam Bart. & alij, ff. de legat. 2. Angel. consil. 7. quo casu intelligitur prohibitum etiam hæredem instituere, vt ibi dicunt omnes, & Alex. consil. 56. numer. 1.* &c. Sempron. Ascius *de term. 36.*

Ex quibus paret Hectorem non potuisse ali- 13
quid capere ex testamento Ludouici, aut eius filij, quoad bona vinculata, & sub huiusmodi maioratu contenta; & denominatio facta de eo in prædicto vtriusque testamento non ad effectum succedendi in his bonis, ob expressam prohibitionem, & testantium incapacitatem ad disponendum de illis, sed ad ea administranda, & gubernanda, vt est elegans text. *in l. annua 20. §. Attia ff. de ann. leg.* ibi, *ministerium nominatorum designatum, cæterum datum Templo*, &c quo loci resoluunt Doctores quod dato executore ad bona in pia opera distribuenda, executor non est vocatus, sed ipsa pia opera, ex Bart. *consil. 3. incip. Titius condidit testamentum, numer. 4.* Alex. *consil. 11 num. 14. cum seqq.* Cou. *in cap Raynaldus §. 3. n. 11. vers primus casus, de testam*; Valenzuel. *cons 87. n. 6.*

Secundo loco insurgit Hector nomine Monia- 14
lium dicti Conuentus S. Ludouici vigore cuiusdam cessionis, seu concordiæ cum illis factæ, quæ pro certis mudiis frumenti quolibet anno soluendi, quæcunque iura sibi ad dicta bona vigore clausulæ fundationis maioratus competentia ei cesserunt, & liberaliter donarunt, inprimis transactio facta cum cessione plures paritur defectus, & euidenter nulla est, supponendo quod Moniales ius haberent cessibile, quod non credimus, & infra euidenter patebit.

Ex defectu solemnitatum cessionem, renuncia- 15
tionem, siue transactionem huiusmodi esse nullam nullus est qui dubitet, sed vt pareat resolutio huius materiæ, plura supponenda sunt in Iure, & primo præmittendum est quod licet bona hæc vinculata ex primæua sua origine laicalia essent, nihilominus si casu aliquo postea ad Ecclesiam, siue Monasterium perueniant, Ecclesiastica exinde censentur, prout à simili iuspatronatus Ecclesiasticum dicitur, quod licet originem habuerit ex patrimonio laici, fuit tamen, vel ab Initio, vel fundatione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclesiam translatum, *cap. vnic. §. verum, de iurepatron. lib. 6.* Couar. *pract. cap. 36. num 2 & 5.* Gonzal *ad reg. 8. Cancel. glos 18. numer. 5* Valasc. *consil. 163 n. 15.* Rota *decis. 541. num. 4.* apud Farin. *p. 1. recentior.* quos & alios refero *de iure Eccles. vniuerso lib. 3. cap. 12. num. 10.* mutata enim conditione personæ, & bono-
rum conditio mutata videtur, Valasc. *de iure emphyt.* 16
quæst. 17. num. 15. col. 2. & quando res non privile-
gata peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam 17
antiquam, & efficitur res priuilegiata. Titaq *de iurepri mog. in præfat. num 123* cum aliis citatis à D. Barbosa *in l. hæres absens, in princ. numer. 176. ff. de iudic.*

Secundò præmittendum est in transactione super re Ecclesiæ, aut minoris requiri eandem solemnitatem, quæ in alienatione, ad notata per Surd. *consil. 545. num 12.* vbi quòd transigens, &
consentiens transactioni alienat, Caputaq. *decis.* 18
106. p. 1. & decis. 38. p. 2. Stephan. Gratian. *disceptat. forens.*

forens.tom.3.c.674.& tom.5.c.846.num.8. Beltramin. ad Gregor.XV. decis.418 num 17 Coccin.decis.301. num.1.quos refero d.tract.de Iure Eccles lib.3. c. 30. num 40.vbi post Pinel.& Rotam addo etiam transactionem sine solemnitatibus non valere, si bona minoris, vel Ecclesiæ sint penes aduersarium, & in transactione agatur, vt penes ipsum remaneant; etiamsi pro causa allegetur duobus litis euentus; nam adhuc in hoc casu solemnitas Iuris requiritur, Doctores in cap. sine exceptione 2 quæst.2. vbi Laurent. de Rodulphis num.17. Couar. lib.2. var.c.17, n.1 Rota decis 178.in princ p.1.diuers. Ego ipse dict. lib.3.c.30.n.41.

19 Tertiò præmittendum est in alienatione rerum Ecclesiæ de essentia requiri copulatiue non solum solemnitatem, sed etiam causam, cap.1.& 2.de rebus Eccles.non alien lib.6. Camil.Bortel.in sum.decis tom. 1.tit.15.num 3.Scip.Theodor.alleg 15.numer... Rota decis.222.num.& decis.300 num.1.& decis. 303.n.1. & decis.196 num.1.in nouiss. nouissimarum, aliàs p.4. diuers. & decis.58 numer.11.p.2. recentissim. alias in
20 posthumis Farin. Quæ quidem causa ad alienandum debet esse clara,& indubitabilis, d.cap.sine exceptione,ibi, quòd non sit dubium profuturum, Rota dec.40. num.1 p.1.diuers.& decis 430.numer 4.p.2. recentior.

21 Et vtilitas magna, itavt Ecclesia vel Monasterium plus recipiat quam dimisit, non enim dicitur vtilis alienatio rei Ecclesiæ, vbi Ecclesia recipit tantum quantum dimisit.Rota d decis.430.n.6. & hæc non præsumitur nisi legitime probetur, Caroc. de locato tit.de rebus Eccles. non bene locatis concl.2 n.8. cum seq.& decis.52.n 4.

22 Ad solemnitatem alienationis rerum Ecclesiæ etiam spectat vnus saltem tractatus, id est discussio, quæ fit allatis rationibus pro & contra, vtrum scilicet expediat huiuscemodi bona alienare, d. c. sine exceptione.ibi,nisi forte,&c.Bonacina d.puncto 4. n.1. Suar. de Relig. tom.4. tract.8. lib.2.c.17.n.8.Ego ipse d.lib.3.c 30.n.7.

23 Item & consensus maioris partis Monialium Conuentus, Vasq.de red itib. Ecclesiast.dub.12.n.41. Bonac.inter varios tract tit.de alien. benor. Ecclesiast. disp.2.q.vnica puncto 4.n.21.

24 Ac auctoritas superioris, cap.in venditionibus 17. quæst 4 Couar lib.1.var.c.17.n 1 Bonac. d puncto 4 n.4 ibi.In Religionibus vero, si Superior localis alienat.adesse debet consensus Prouincialis,&c. Hodie iste Superior debet esse sacra Congr. Concilij, Ego ipse de officio.& potest. Episcopi p.3. allegat. 95. post num.60.vers.Verum,vbi refero S.D.N. Vrban.VIII. de anno 1624. Religiosis cuiuscumque ordinis, etiamsi aliàs ex peculiari priuilegio, & consuetudine facultatem alienandi haberent, perpetuo interdicere omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur,sub pœna nullitatis, & priuationis vocis actiuæ & passiuæ ipso facto, ac perpetuæ inhabilitatis, ad illa in posterum obtinenda, contra alienantes præfata bona absque licentia in scriptis ipsius sacræ Congr. sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate.

25 Quòd autem in præsenti transactione huiusmodi solemnitates deessent, probatur ex lectura scripturæ illius, in qua desiderantur secundùm Surd consil 451.num 47. Rota decis.596.num.1.p.4. diuers. At certum est quod vbi vna tantum ex prædictis solemnitatibus non interuenit, aut causa defuit, quamuis solemnitates omnes interuenissent, alienatio non valet,& transactio ipso iure est nulla, vt latè resoluit Valenz. d.consil.3 per tot.& præcipuè num. 17.& 41. latè etiam Beltrand. volum.1. consil.6. à princip dum loquitur de simili alienatione à quodam Monialium Conuentu facta, ita ait. Fuit præterea nullum alia ratione sine causa, quia in eo non interuenit solemnitas de Iure requisita, & contra quam, secundum communem opinionem non potest præscribi, aut consuetudo introduci, quæ ponitur in cap. sine exceptione 12. quæst. 2. vbi disponitur, & habetur quod in alienatione rerum Ecclesiarum præcedere debet tractatus, debet enim in ea interuenire Superioris auctoritas, consensus Capituli, & clericorum subscriptio; vt notat Panorm post Ioan. Andr. & Doctores communiter in d cap nulli, quæ in casu, de quo contenditur, non apparet interuenisse. Et primo quidem non legitur, vel apparet quod aliquis tractatus præcesserit de & super dicto prætenso accensamento, qui tamen præcedere debuit tam de Iure communi d.cap. sine exceptione, quam secundum priuilegia seu Ordinationes Apostolicas, de quibus apparet per transumptum parte dictæ Dom in hac causa productum: etiam nec interuenit subscriptio dictarum dominarum Monialium, quæ tamen, vt prædixi, interuenire debuit, &c. Et paulo inferius,ibi. Ex quibus omnibus infertur dictum prætensum accensamentum, vtpote factum in casu non permisso, ac Iuris solemnitatibus non seruatis, & contra Apostolicas Ordinationes, & consuetudinem obseruatam in alienatione rerum, & bonorum immobilium Monasteriorum, & Ecclesiarum Cisterciensis Ordinis, fuisse, & esse nullum,&c.

Iuuat etiam quòd hîc duplex repetitur alie- 27
nandi prohibitio; vna à lege facta alienandi bona Ecclesiastica, alia à fundatore expresse mandante, nec ea alienentur, tunc enim alienatio etiam in casibus à Iure exceptuatis non est licita, nec permissa, vt in terminis resoluit Decian. volum.4. resp. 10 num.41.bene Camil.Bortel. in sum.omnium decis. tom 1.tit.15.num 59. ibi. Alienatio rei Ecclesiasticæ prohibita tum de Iure, tum ex prohibitione hominis etiam in casibus à Iure permissis fieri non potest.arg.glos. in cap.verum de condit. appos voluit Matth. de Afflictes in decis.Neap 17.num.5 Borgnin.Caualcan.in dec. Viuizana 29.numer 5.vol.2. Thom. Gramm.in decis. Neap.93 num 4.Hieron.Magon.in decis. Florent. 92. num 29.Franc. Milanen in decis Sicilia 7. numer. 69. vol 1. Don Garc. Mastrill.in decis.Sicil.77.num.4. & 7.&c. & in puncto quod alienatio facta contra expressam institutoris prohibitionem sine dubio nulla sit,resoluunt Surd.consil.284 à princ. & Fusar. de substit.q.717.

Ex alio capite bonorum huiusmodi cessio, & 28
transactio super illis facta est nulla, videlicet quia dictus Hector pro illius causa finali & motiua, narrauerat se ad huiuscemodi bona ius bonum habere ex dispositione testamentorum Ludouici patris, & Antonij filij,cuius contrarium patet ex dictis,vnde transactio valere non potuit, vt resoluit Cæs Manent.consil.140 num.1 ibi. Transactio vt valeat debet esse de re dubia, lite incerta, aliquo dato, retento, vel remisso, Doctores in l.1.de transact. sed nec res dubia, nec lis incerta dici potest quando super erroneis, & simulatis causis, & difficultatibus promota est,&c.

Manet quoque nulla horum bonorum alienatio 29
& cessio etiam in casu à Iure permisso, quia tempore, quo facta fuit primum Regio fisco, deinde Didaco Suarez ius erat quæsitum,& sic in fraudem illius celebrata censetur, proindeque ipse Hector vltra actus nullitatem quadrupli redhibitione tenetur,ita tradit Ludou.Peguera decis.271. num. 24.

ibi

ibi. *Amplia 21. vt non solum alienata in fraudem reuocentur, verum etiam si in fraudem fisci fuerit alienatum, ille, qui sic contrahit, punitur in quadruplum, vt inf. hoc tit. l. qui in contractibus, ibi, qui in contractibus sceleratis, ac fisco perniciosis interuerforum masculosis se fraudibus implicauerint, quadrupli redhibitione teneantur, &c. & hoc notare extra illos, qui recipiunt venditiones, & promissiones fictitias & simulatas in fraudem fisci, vt etiam cessione causa defendendi bona delinquentium, vel delinquere volentium, vt teneantur*
30 *in quadruplum eius, quod fraudare voluerint*, &c. & stante lite inter fiscum Regium, à quo Didacus accepit, & dictum Hectorem, ac Moniales bona illa erant affecta vitio litigiosi propter quod vitium non poterunt alienari, *l. fin. C. de litig.* Surd. *consil.* 374 *num.* 3. Ordin. Regia Lusit. *lib.* 4. *tit.* . .

31 Item aliam patitur nullitatem hæc transactio, videlicet ex defectu mandati, qood dedit dictus Hector, cuidam Francisco, vt cum dicto Monasterio Monialium transigeret, nulla data facultate donandi, vel remittendi, qoo casu procurator non potuit promittere suppositos illos modios frumenti, nec alia efficere, ad quæ mandatum illud non extendebatur, proinde transactio vigore insufficientis mandati facta nulla fuit, Flamin. *de resignat. benef. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 88. Camill. Borrel. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 66. *num.* 246. Cardos. *in praxi Indicum, verbo procurator num.* 43. Cald. Pereira *de empt. & vendit cap.* 15. *num.* 10. & in propriis terminis Rota *decis.* 696. *num.* 4. *apud Farin. p.* 2. *recentior.* ibi. *Quod verò ad secundam partem, domini mature discusso negotio censuerunt non obstare exceptionem periurij, & inprimis certum esse Comitem Iulium non iurasse, sed tantum dedisse mandatum ad transigendum, in quo quantumuis generali non venit facultas donandi*, &c. eadem Rota *coram Gregorio XV. decis.* 311. *a num.* 1. vbi latè resoluit procuratorem, cui facultas conceditur transigendi, non posse sine mandato speciali quicquam dare, vel promittere.

32 Vnde procurator excedens fines mandati sui, nulliter facit, & principalem non obligat, nec illi præiudicare potest *l.* 1. *ff mandati*, Angel. *consil.* 388. *incip. Constat*, Card. Tusch *pract. conclus. tom.* 5. *lit. M. concl* 39 *n* 55. Ego ipse *Axiom* 144. *n.* 5.

33 Et tanto magis de nullitate transactionis euidenter constat, cum promissio facta per procuratorē de illis mediis frumenti, vt cessionem Monialium consequeretur, fuit supposita, & simulata, quo casu cessio, & renunciatio inualida debet censeri, vt probat Sempron. Ascius *determinat* 82 *n.* 1. ibi *In iure vera est conclusio quod cessio sine reali, & actuali pretio non valet, ita est text. ad litteram in l. per diuersas C. mandati*, &c. nec apparet vnquam eos modios fuisse solutos, nec ex parte dicti Hectoris adimpletum, quod fuit promissum, vt tenebator, ad tradita per eundem Sempton. Ascium *vbi*
34 *supra numer.* 6. ibi. *Sed non potest cessionarius ex illa cessione agere non facta effectuali solutione.* Ita Bart. *in d. l. per diuersas, & post eum clarius Salicet. ibidem num* 7. *Ratio est, vt dixi, quia non habet exercitium actionum nisi soluat cedenti*, &c.

35 Et quamuis renunciatio, & cessio, de qua agimus, vera esset, & à nullitatibus prædictis aliena, adhuc cum fuerit facta in personam Ecclesiasticam, qualis erat dictus Hector, simulata præsumitur, & propter auaritiam, & ex fraude celebrata. Ita in specie Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom.* 5. *cap.* 816. *num* 6. ibi. *Adest etiam nullitas cessionis tanquam facta clerico, videtur enim ex fonte cupiditatis procedere, quia clerici debent ab omni negotiatione prorsus abstinere, cap. clerici, & cap. Canonum* 14. *quæst.* 4. *cap. fornicari* 88. *dist. præcipue à litigijs, qua magis sunt detestanda, cap. vnic. de Syndic. adeo vt quamuis cessio facta clerico esset vera, adhuc tamen præsumeretur in fraudem, & propter auaritiam, vnde erit nulla, cap.* 2. *vbi glos. & Abb. de alienat. iudic. mut. causa facta, Innoc. Ioan. Andr. Butr. Card. & alij per Natt. consil.* 474 *n.* 39. *&* 40. *vbi late comprobat, idem Natt. consil.* 530. *n.* 11. &c.

Nec ex alio capite poterat Hector prædicta bona capere à dictis Monialibus etiam intra annum, & diem, videlicet quia tenebantur in laicam personam illa transferre, ex Regia Ordinat. *lib.* 2. *tit.* 18. §. 5. tradunt Valasc. *consil.* 101. *num.* 7. ibi. *Post illum annum transferantur in laicum*, &c. *Gabr. Pereira de Manu Regia p.* 1. *super concordia Ioannis* 5. *art.* 86. ibi. *Et quod intra annum bona dimittantur laicis*, &c. Cald Pereira *de empt. cap.* 8. *num.* 36. *ad fin.* ibi. *retinendi tantum per annum, & in laicos transferendi potestatem tribuens*, &c. Et ita est de Iure communi, nam vbi Ecclesiæ prohibetur bona aliqua acquirere, & retinere vltra annum, debet intra illum ad habiles personas illa transferre, vt post alios Alex. *consil.* 120. *num.* 4. *lib.* 1. sequitur Cald. Pereira *d. c.* 8. *num.* 36. 36 37

Ex quibus infertur ad non ius Hectoris, tam quoad dominium, quàm quoad possessionem, nam si de dominio agamus, clarum est quod stante alienatione prohibita illud in emptorem, vel cessionatium transferri non potuit, scribentes *in l. filiusfam. §. Diui ff. de legat.* 2. Rota *decis.* 512. *num.* 1. *p.* 4. *diuers.* tum, quia quando alienatio prohibetur per pactum, & tale pactum confirmatur Principis auctoritate, vt in casu nostro, tunc si alienatio de facto fiat, non transfertur dominium, Ferdin. Loa es *in d. § Diui num* 174. *in fine*, Franc Marc. *dec* 454. *num.* 19. *p.* 2. Fusar. *de substitut. quæst.* 674 *num.* 19. *vers. idem esset.* Tum etiam, quia per transactionem & cessionem factam fauore dicti Hectoris, qui capere non poterat rem sibi cessam, ei ius aliquod translatum non fuit, sed omne, qualecumque fuerit, remansit penes Moniales cedentis, *l.* 3. §. *stipulanti ff. de donat. inter virum*, Stephan. Gratian. *discept. forensi tom.* 5. *cap* 48 *num.* 3. & 4. eo modo ac si nunquam transisset in Hectorem, aut transactio, vel cessio vlla facta fuisset, *l. alienatum ff de verb. signif. l.* 164. *ff. de regul Iuris l. vt si res*, §. *fant & aliasf. de alien. indic. mutandi causa facta.* Nec ideo releuat possessio capta ab ipso Hectore cum improba & vitiosa sit, & proinde ab eo tanquam notorie intruso omnino auferri debet; ita Crescent *decis* 19. *num.* 2. *de sent. & re iudic.* ibi. *Domini tamen in vna Tullien. coram me fuerunt in voto quod stante possessione nulla, id est vitiosa & attentata, qua omnino debet ab eo auferri, quo ad impediendam executionem respectu possessionis aliquid opponere non possit, cum pro possessore non habeatur ad decis.* 5. *vers. item quia talis, vt late pend in antiq.* &c. Mohedan. *decis.* 1. *d tit. de sent. & re iudic. Rota in Bracharen. Archidiaconatus* 31. *Martij* 628 *coram Reuerendiss. D. Coccino Decano*, vbi hoc fuit decisum pro D. Ludouico Aluarez Pereira Archidiacooo Bracharen. contra eundem Hectorem. 38 39 40 41

Verùm cùm nullus plus iuris in alium transferre possit, quàm ipse in se habeat, *l.* 2. *C. de pœnis, cap. nemo potest* 79. *de regul. Iuris in* 6. cum aliis per me citaris *Axiom* 160 *num.* 1. opposuit Didacus de indignitate & incapacitate dictarum Monialium ad acquirenda huiusmodi bona, & quod nihil Ioris in Hectorem transferre potuerunt vigore trans- 42

actionis, & cessionis præfatarum, quatenus valerent, & prædictis nullitatibus non subiicerentur.

43 Pro cuius assumpti meliori explicatione sciendum est inter indignum & incapacem Iure communi attento maximam dari differentiam, quia indignis quicquid aufertur totum fisco applicatur, & deuoluitur, l. Papinianus §. meminisse, & ibi Doctores ff de inoffic. testam. Bernard. Diaz reg. 1. in princip. Pereg. de iure fisci lib. 2. tit. 2. num. 1. Farin fragment. cri-
44 min. p. 1. lit. F verbo fiscus num. 1. Incapaces verò, quia non capiunt, sed ipso iure repelluntur, eo quod capere nequeunt, aliis legitimis successoribus deferunt, gloss. in §. legati, Instit. de legat. Pereg. d. tract. lib. 3. cap. 1. à numer. 1. Farin. d. verbo fiscus num. 39. & incapaces, ac indignæ simul videntur quoad præsens institutum Monialea huiusmodi, in acquirendo scilicet incapaces sunt, quia omnino vsque ab initio repelluntur; in conseruando vero indignæ, quia fiscus agendo ab eis aufert, vt colligitur ex Ordin. Regia lib. 2. tit. 18. in princ. & §. 1. de cuius materia & validitate satis, superque disceptatum fuit, & adhuc sub iudice lis est, & ideo nihil firmandum in præsenti censeo, aut meæ intentionis vnquam fuit Ecclesiasticæ vel Regiæ iurisdictioni præiudicium aliquod inferre, sed quæ hîc dicimus super hac materia magis discurrendi quam resoluendi gratia dictum censeatur.

45 Data igitur Monialium incapacitate vsque ab initio ad acquirendum, & possidendum huiusmodi bona, ipsæ frustra in institutione ad illa habenda vocantur; reputatur enim hoc casu ac si non fuisset facta vocatio l. 3. ff. de his, quæ pro non script.
46 hab. l. vnic. §. 1. & §. & cum triplici C. de caduc. tollen. nam incapax gradum non constituit, & habetur ac si vocatus non esset, l. 1. §. qui habebat ff. de bonor. possess. contra tab. vbi Bart. l. si pater filium vbi gloss. ff. de inoffic. testam. l. 1. §. sciendum, vbi etiam Bart. ff. de suis, & leg. hered. l. 2. §. ita demum ff. ad Tertullian. latè Bart. consil. 33 num 9. & 10. Dec. cons. 313. num. 4. post plures Molin. de primog lib. 1. c. 13. num. 69. & 70. & reputatur pro mortuo, l. 1. §. sed si patronus, ibi, pro mortuo habetur ff. de coniung. cum emancip. l. si necem §. deportatus ff. de bonis libert. latè Molin. d. lib. 1. cap. 9. n. 27. cũ seqq. Iacob. Canc. var. tom. 3. cap 12 n. 189. Ioseph. Ramon cõs. 3. n. 47.

Vnde cùm censura Iuris vocatio huiusmodi
47 pro non facta censeatur, & in fundatione adsit perpetua, simplex, & absoluta exclusio omnium, qui descendentes dicti Antonij Hectoris non fuerint, ex quo omnes transuersales exclusi remanent ex text. in cap. 1. §. quia etiam, in tit. Episcop. vel Abb. in vsibus feudor. Bart. in § fin. §. quando in pendenti n. 2. ff. ad Tertull. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. quæst. 24. num 162. fit cõsequens quòd deficientibus, Ludouico, ac Antonio, & eorum descendentibus, maioratus successor non adest, & ideo illius bona tanquam vacantia Regiæ Coronæ deuoluuntur, ex text. l. 1. ff. de iure fisci, & l. 1. & per tot. C. de bonis vacant. lib 10 cap. 1. quæ sint Regalia, Ordin. Regia Lusit. lib. 2. tit. 26. §. 17. Thom. Valasc. tom 1. alleg. 37. n. 1. Ioseph. Ramon d. cons. 5 n. 5. vbi dictæ Ordinationis Regiæ meminit.

48 Et in specie quod maioratus, & capellæ, ad cuius successionem desint vocati ab institutore, tanquam bona vacantia deuoluantur Regiæ Coronæ tradunt, & ab immemoriali tempore obseruatum fuisse in Regno Portugaliæ, asserunt Gam. Lusit. decis. 193 & 288. Cabed. Lusit decis. 51. num. 3. cum seqq. parte 2. ibi. Ex quo in hoc Regno vsitatissimum est quod capella instituta à laico, & de bonis profanis sine auctoritate Prælati, si vacat, puta quia nullus superest ex his, qui ab institutore sunt vocati, vel quia non extat vllus nominatus, tunc Rex prouidet de tali capella, & eius bona tanquam de bonis vacantibus, & constituit coram administratorem, &c. Gabr. Pereira de Manu Regia p. 1. super concordata Regis Ioannis 1. art. 40. num. 214. ibi, quia capellæ vacantes reputantur inter bona Regalia ex defectu successoris, Ordin. lib. 2. tit. 35. §. 17. &c. Et hæc est communis obseruantia in Regno Portugaliæ, licèt alias de Iure communi, vltimo loco vocatus potest de illis bonis tanquam liberis, allodialibus, & hæreditariis disponere, iuxta text. in l. qui solidum 80. §. prædium ff. de legat. 2. l pater filium 36. § fundum Titianum ff de legat. 3. & communiter scribentes in l. cùm pater §. libertis ff. de legat. 2. post multos Natta cons. 470. numer. 3. cum seqq. lib. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 1. Nihil enim alienationis prohibitio operatur, vbi nulla superest persona, cuius fauore facta fuit; Menoch. cons. 325. num. 71. & consil. 732. num. 71. Surd cons. 184. n 19. lib 2. & cons. 559. n. 9 lib. 4. & de alim tit. 9. q. 25 n. 71. Fusar. de substit. q. 551. n. 1. & 2.

Non obstat quòd bona maioratus, vel capellæ 49
vacantia, deuoluta Regiæ Coronæ non censentur nisi deficientibus fundatoris consanguineis, ex Gam. decis. 193. à princ. & decis 288 à princ. Ca-
bed. d. parte 2. decis. 51. numer. 6. cum seqq. vbi dicit 50
quòd Regia Corona exclusa censetur si aliquis consanguineus adsit: quemadmodum in bonis vacantibus fiscus non succedit donec superest aliquis ex consanguineis vsque ad decimum gradum. l. 1. l. vacantia C. de bonis vacant. lib. 10. l. 1. C. vnde vir & vxor. Roland. de success. abintestato numer. 25. Petr. Greg. Syntagm. Iuris lib 45. cap. 16. num. 1 Rojas in epit. success cap. 34 numer. 1. Pereg. de iure fisci lib. 4 tit. 3. num. 3. Gama decis. 193. numer. 4. Cabed. d parte 2. decis 51. num 7 Thom. Valasc. tom 1 alleg. 37. num. 1. plures refert Ioseph. Ramon d. consil. 5. num. 9. Vnde videbatur inferri Coronam Regiam non intrare in successione bonorum huiusmodi veluti vacantium, extante dicto Hectore vltimi possessoris patrueli fratre

Quia respondetur id non procedere attentis 51
clausulis fundationis maioratus, in qua fundator solòm admisit ad illius successionem, eius filium vnicum Antonium Hectorem, ac ab eo descendentes in infinitum, ac expressè & absolutè transuersales exclusit, vnde mortuo dicto Antonio Hectore sine filiis & descendentibus, transuersales perpetuo exclusi, nunquam sunt admittendi, ex text. in cap 1. § quia etiam, in tit. Episcop. vel Abb. in vsibus feud. Molin. de primog. lib. 1 cap 6. num 22. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib 3. q. 24 numer. 162. Surd. consil. 279 num. 3. ibi. Secundò ad exclusionem domini Nicolai adducitur quod testator vocauit eum, qui foret maior natu ex suo semine, sed ipse non est de testatoris semine, verum coniunctus ex transuersali linea, proinde cum verba substitutionis sibi non conueniant, non etiam conueniet substitutio. l. quod constitutum ff de testam. mil. l. 4. § toties ff de damno infecto, Tiraq. qui infinita congerit in l. si vnquam, verbo libertis n. 2. C. de reuoc. donat. Neuiz. consil. 19 num 5 & qui agit ex aliqua dispositione, tenetur probare omnes qualitates requisitas in dicta dispositione l. 1. §. quod autem ait Prætor, vbi Bart ff ne quid in flum publ. l. Prætor in 2. §. docere ff. de vi bon. raptor. &c.

Nec obstat quòd ex clausula quadam institu- 52
tionis colligitur quod si in euentu quod Monasterium

tium Monialium noluiſſet certum onus & obliga-
tionem acceptare,fundator voluit ea bona ad coo-
fratriam S.Miſericordiæ deuolui ; quo caſu deuo-
lutioni locum fore videtur ; cum idem ſit nolle
prædictum onus acceptare,vel ob eius incapacita-
tem illud non adimplere, paria enim ſunt nolle &
non poſſe *l. 1. §. vſus ff. de procurat.* & caſus vo-
luntatis ad caſum impotentiæ aliquando trahi ſo-
let, *l. 1. & ibi* Doctores, *ff. de vulgari,l.cum proponas*
C.de bered.inſtit. Alex.Trentacinq.*de ſubſtit.parte 1.*
c 1.n.25.

53 Quia multipliciter reſpondetur, & primò He-
ctorem hanc exceptionem allegare non poſſe,cum
ſit de iure tertij, *l. . ff. de except.rei ind.* vbi anno-
tarunt Bart. & reliqui,Menoch.*conſil.346.num.19.*
Secundò, quia illa doctrina in materiis pœnalibus
non procedit quando non deficit per implere de-
bentem, cum conditio tunc dicatur ſpreta, & non
impleta quando potuit impleri, & defuit per im-
plere debentem quin impleretur, & non aliter, *l.ſi*
poſt diem §.ſed & ſi ita ff. quando dies leg. cedat,
54 Doctores *in l. nolle adire ff. de acquir. bered.* Sic
etiam ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi bonora-
tus non aſſumpſerit nomen familiæ, non extendi-
tur ad caſum ſi non potuit, vt reſoluunt Socin ſen.
conſil.259.lib.2. cui ſe ſubſcripſit Franciſcus de Pe-
pis Florentinus, Dec. *conſil.* 273. Decian. *conſil.* 1.
num.163.& num.175.lib.1.& conſil.2 dub.1. maximè
num.50.cum ſeqq.lib.2. & conſil.3.num 47. cum ſeqq.
& conſil.4. numer.13.cum ſeqq.& numer.36. eod lib.2.
Theſaur. Pedem. *deciſ.270.num.18.* Polyt *in tract.*
ſubſtit. in materia vulgaris ſubſtit.in 7.q princ. Thom.
Calanch. *in repet. l. 1.num.13. ff. de vulgari*, optimè
Simon de Prætis *de interp.vltim.volunt. lib.4 dub.4.*
num.34.pag.217.ſecundùm impreſſ. Francofurti 1588.
licèt contrarium tenuerint Rimin. iun. *conſil.* 23.
Cephal.*conſil.196.lib.2* Menoch.*conſil.432.num.31.*
Alex. Trentacinq. *de ſubſtitut. p.1.cap.1.numer.25.*
cum ſeqq. vbi *numer.* 30. *verſ. ex ſupradictis*, fate-
tur vtramque opinionem in diſputando defendi
poſſe. Tertiò, quia Confraternitas S.Miſericordiæ
adhuc de ſuo iure nihil allegauit, nec agendo,nec
excipiendo, & prius ſi dixerit ſe eſſe comprehen-
ſam in ſubſtitutione tenetur probare, Honded.
conſil.60. num. 12. *lib.1.* Menoch.*conſil.85. num 19.*
Maſcard. *de probat.concl.*1141. Magon. *Lucenſi de-*
ciſ.82.num.11. cum ſeqq Pereg. *conſil 36 num.2. cum*
ſeqq.lib.1.

55 Nec etiam obſtat quòd inſtitutio maioratus
huiuſmodi cum omnibus ſuis vocationibus, ſub-
ſtitutionibus, & clauſulis, fuit à Rege pleniſſimè
confirmata, ſupplente omnes Iuris & facti defe-
ctus circa ea, quæ in illa narrata ſunt tam circa in-
capacitatem Monialium ad acquirendum, ſiue vl-
tra annum bona ſic acquiſita retinendum,expreſſe
derogando prohibitioni, Ordinationi Regiæ, &
omnibus in contrarium facientibus.

56 Quia multis modis reſpondetur, & primo Lu-
douicum fundatorem in petitione porrecta Regi
pro confirmatione obtinenda, nullum aliud impe-
dimentum commemoraſſe, in quo tacita aliqua
diſpenſatio cadere poſſet,niſi quod eius filij Anto-
nij legitimas fundationes annexare ſtatuebat,quia
maioratus vt præiudicent filiis in legitima, Regia
facultate opus eſt,Roder. Xuar.*in l.quoniam in prio-*
ribus,in declar.ad leges Regni limit.2.num.17. Molin.
*de primog.lib.2 cap.7.*Anton.Gom. *l.40. Tauri n 55.*
Pelaez *de maior.p.1.q.1.numer.16.* Molin. *de Iuſtit.*
tom.3.diſp 578.num.5 Thom.Valaſc. *tom.1.alleg.63.*
num.9.cum ſeqq plures refert Robles de Salzedo *de*
Barboſa Vota deciſiua.

repræſent.lib.3.cap.5.num.4. Et ſic gratia & conceſ- 57
ſio correſpondere debuit ipſi ſupplici libello, quia
ſemper concluſio ſeu petitio declarari debet ſecun-
dum illius narrationem, vt docent gloſ. Bart. &
Doctores *in l. ff de edendo*, Pariſ.*conſil. 76.num.6.*
*vol.1.*Surd.*conſ.108.n 46.vol.3.* & clauſula genera-
lis in fine poſita refertur ad ſuprà ſpecificata, Viu.
lib.2.deciſ.339.n.16. cum ſeqq.

Quod magis patet, quia conceſſiones & confir- 58
mationes Principum declarantur ſecundùm impe-
trantium petitiones *l.1. C.de diuerſ. reſcript.* Bald.
in l. eam quam col.1. C. de fideicom. Natt *conſ.276.*
*num.1.*Menoch.*conſil.33.num.14.* Cephal. *conſil 77.*
*num.36.*Franc.Becc.*conſil.55.num.5.* Surd.*conſ.357.*
num.34.& conſil.241.num.17.cum ſeqq.& conſil.281.
à num.27.& conſil.571.à num.41.& deciſ.268. n.13.
*& deciſ.291.num.15.*Cabed. *Luſit.deciſ.72 numer.1.*
p.1.& de patron.Regiæ Coronæ cap.4.num.7. cum ſeqq.
Rota *deciſ.687.num.6.*apud Farin.*p.2.recentior.*quia
à libello precum interpretatur reſcriptum *d. l. 1.*
tradunt Iaſ.*in l.cauſas n.5. C.de tranſact.* Dec. *conſil.* 59
*142.n 6.*Aym.*conſ.45.n.2.*

Et euidentius colligitur, quia ſi Princeps fuit 60
aditus ad aliquem effectum ſeu decretum, quod
interponere debet,ſi gratiam concedat, illa ſolùm
operatur quoad illum effectum,ex his quæ docent
Aretin.*in l ſi tibi pecuniam , in fine. ff. ſi certum pet.*
Bald. *conſ.385. num.4. & 5.lib.3.* & poſt Tiraquel.
Rimin.& Guid. Papæ, Stephan.Gratian. *diſcept.fo-*
*renſ tom.5.cap.827.num.7.*vbi reſoluit quòd ſi inſi-
nuatio donationis ex forma ſtatuti fieri debeat co-
ram Iudice, & contractus donationis coram Iudice
fiat ob aliam ſolemnitatem quàm propter inſi-
nuationem, non ideo dicendum dictam donatio-
nem inſinuari, quia Iudex ob id non fuit aditus,
ſed ob aliam ſolemnitatem; diſpenſatio enim eſt
ſtrictè interpretanda *l.ex facto,in princ ff.de vulgari,* 61
*c.1 & 2.de fi.preſbyt.in 6.*Surd.*deciſ.168 n 21.*Sanch.
de Matr.lib.8.diſp.1.n.3. Ego ipſe *de officio,& poteſt.*
Epiſc p.2.alleg.3 .n.7.

Sic etiam quando in diſpenſatione mentio fit 62
alicuius impedimenti, diſpenſatio quoad aliud ni-
hil operatur,nec ad illud extendi poteſt, vt docent
Bart.per text.ibi, *in l. cum propter ff.de legat. præſtan.*
Surd.*conſ.145.num.4.& deciſ.76. numer.4 & 6.*Ce-
phal.*conſ.125.num.16.& conſ.684.numer.45. & ſeq.*
Gam *Luſit deciſ.352. num.2. & 3.*vbi quòd diſpen-
ſatio ſuper matrimonio non extenditur ad dotem,
Stephan.Gratian.*d.tom.5.cap.827.num.8* vbi quòd 63
diſpenſationes conceſſæ ad vnum effectum, ad
alium non porriguntur. Ratio eſt,quia tot ſunt ne- 64
ceſſariæ diſpenſationes, quot ſunt obſtacula.Caſ-
ſad. *deciſ.9 num.4. de præben* Menoch. *de arbitr. caſu*
*203.num.13.*Gutier *can.on.lib.1.cap.15.num.14.* tum
quia ſi duo obſtant, vno ſublato,alterum remanet,
l.ſi non lex ff.de bared. inſtit. l ſi domus ff de ſeruit.vrb 65
*præd.*Gonzal.*ad reg.8 Cancel gloſ 13. in princ.n.93.*
tum etiam,quia quando duæ extant prohibitiones, 66
vna ſublata, altera nihilominus actum impedit,
Caſtr. per text. ibi, *in l. ſed etſi inter §.ſi in arca ff.*
de ſeruit. vrb. præd. ſequitur Surd. *conſil.* 137.
num. 12.

Secundò reſpondetur Ludouicum fundatorem 67
maioratum huiuſmodi inſtituiſſe cum expreſſa vo-
catione Antonij eius filij, & ab eo deſcendentium
pro conſeruanda ſua familia; nulla de Monaſte-
rio facta tunc mentione,vnde ſuccedit regula quod
quotieſcumque maioratus inſtituantur expreſſe ad
conſeruandam agnationem & familiam,cum obli-
gatione portandi nomen & arma (vt in noſtro

casu) Monasterium non succedit, immo censetur exclusum : ita Rip. *resp.* 1 1. *num.* 16. *&* 17. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 19 *num.* 2. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *ex num.* 15. Molin. *de primog lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 91. *cum seqq.* Vincent. de Franchis *decis.* 29 *num.* 7. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 83. *num.* 45. Pelaez *de maior. p.* 2. *q.* 4. *num.* 18. Flores de Mena ad Gam. *decis.* 6. *vers. quinta conclusio, & lib.* 1. *var q.* 16. §. 1. *num.* 3. Perez de Lara *de anniuers. & capell. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 96. Cassanate *consil.* 20. *num.* 37. *cum seq.* Ioseph Ramon *consil.* 9. *numer.* 12. *ad finem*, latè Castill. *lib.* 3. *quotid. capite* 11. *num.* 57.

68 Et in specie quòd licentia constituendi maioratum concessa à Principe pro conseruanda familia, intelligatur secundùm supplicationem instituentis, & ad illum casum, latè & eleganter probat Surd. *consil.* 241. *num.* 17. *cum seqq.* ibi. *Quintò quòd Dominus Christophorus voluerit bona conseruari in sua agnatione, probatur ex verbis insertis in licentia constituendi maioratum, quem eidem concesserunt Ferdinandus, & Isabella Reges Hispaniarum; legitur enim supplicasse pro dicta licentia, vt apud posteros remaneret sui memoria perpetua, nomenque suæ domus, & propagationis, & vt sui posteri, & successores essent honorati. Si igitur in petenda licentia hanc causam exposuisset, dicendum est illum fuisse ea motum, & non alia, vt videmus in proœmio, quod arguit causam fi-*
69 *nalem dispositionis*, *Bart. in l. fin. post princ. ff. de hered. instit.* Dec. *consil.* 10. *num.* 2. *quæ causa censetur repetita in sequentibus*, Cravet. *in consil.* 101. *num.* 11. Mantic. *lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 7. *Roland. consil.* 80. *num.* 50. *vol.* 1. *Menoch. consil.* 1. *num.* 413. *D. Becc in consil.* 20. *num.* 11. *cum seqq. ex eiusmodi ipsius instituentis ma-*
70 *ratum petitione declaratur institutionis forma, quia præcedentia declarant ea, quæ sequuntur, vt in l. semper in stipulationibus ff de regul. Iuris; & actus, qui sequitur censetur factus in executionem præcedentis tractatus, glos. in l. quadam mulier ff. de rei vend.* Cravet. *in consil.* 91. *num.* 9. *& consil.* 58. *in fine*, &c.
71 Et paulo inferius *num.* 21. ibi. *Et sicuti ex interrogatione declaratur responsum, quæ intelligitur, secundum illud, §. præterea, Instit. de inutil. stipul ita ex petitione declaratur concessio, vt sit illi conformis, Bart. in cap inter dilectos in vers cæterum ver ex forma petitionis, de fide instrum Bart. in l.* 1. *vers. quæto quæro ff. ad legem Iul Majest. Alex. consil.* 84. *numer.* 7. *volum.* 1. *Decian. consil* 31. *numer.* 1. *& in consil.* 669. *n* 7. &c.

72 Tertiò respondetur quòd antèquam prædicta licentia concederetur à Rege, præcessit cuiusdam Iudicis informatio, in qua continebatur omnia in institutione contenta præter legitimas Iuri communi non aduersari, & sic dispensatio non potuit cadere nisi super illo impedimento, narrato, cum cætera proponerentur Iuri non esse contraria, arg. text. *in cap. super eo, de præbend. in* 6. ibi. *Cum hoc general Concilio non obuiet, dispensatio necessaria non existit*, &c. & ea regula text. *in l.* 1. *C. de Thesaur. lib.* 10. *& cap. nuper, iuncta glos verbo componendum, de decim* Bart. *in l. ex facto num.* 1. *oppos.* 1. *ff. de vulgari*, Valenzuel *consil.* 69. *num.* 88. *tom.* 1. ac proinde ad vocationem Monasterij Monialium non extendenda, etiamsi videatur generalibus verbis concepta dispensatio, tum ea reg. *l. in agris ff. de acquir rerum domin.* tum etiam, quia verba quantumuis generalia restringuntur secundùm materiam subiectam, *l. si vno, in princ. ff. locati, l. si de certa C. de transact* Alex *consil.* 40. *num.* 3. *vers. quod verbum vol.* 4 & in specie confirmationis censuit Rot. apud Farin. *decis* 569. *num.* 6. *p.* 1. *recentior.* ibi. *Ergo confirmatio vltra roborationem priuilegiorum quoad decimas, & facultates viuendi, non debet operari, quia limitata causa limitatum producit effectum, l. in agris ff. de acquir. rerum dominio, l. age cum Geminiano Cod. de transact. l. cum seruo ff. de contrah. empt. l.* 2. *ff. de seruis export. Et verba quantumuis generalia restringuntur secundum subiectam materiam*, &c. Quod absque 73
dubiò procedit cùm ad incapacitatem Monasterij supplendam desideretur dispensatio, quæ semper restringitur ad casum tantum, de quo loquitur *cap.* 1. *§ fin de filijs presbyt. in* 6. Steph. Grat. *discept. forens. tom.* 2. *c.* 297. *n.* 38.

Accedit, quia quantumuis confirmatio amplior 74
esset, nullo modo comprehendere poterat casum huiusmodi vocationis Monasterij, nisi expresse & in specie de illo loqueretur, cum sibi præiudicaretur Princeps confirmator abdicando à se ius, quod stante incapacitate dicti Monasterij ad suam Coronam Regiam spectabat; non enim operatur confirmatio contra confirmantem, Surd. *consil.* 47. *numer.* 24 optimè Rota *d. decis.* 569. *sub num.* 6. *p.* 2. *recentior.* ibi. *Multo magis vbi agitur de præiudicio confirmantis, & sic collationis Papæ, qui non censetur sub inuolucro verborum voluisse sibi præiudicare, vt per Bald in cap veniens num* 4. *vers. sed quid si Princeps, de iureiur* Castr. *consil.* 129. *in princ. lib.* 1. *Menoch. præs.* 44. *n.* 12. *lib.* 3. &c.

Nec etiam obstant clausulæ derogatoriæ in 75
fine confirmationis appositæ, quia regulantur ab ipsa dispositione principali, & non egrediuntur limites illius, Achil. *decis.* 1. *numer.* 4. *qui filij sint leg.* Decian *tom.* 1. *resp* 35. *numer.* 50. Rota *decis* 767. *n.* 3. *cum seqq. p.* 2. *recentior.* cum aliis per me citatis *in tract. de clausul. vsufreq claus.* 43. *num.* 11. & loquendo de clausula *non obstantibus*, dicit Menoch. *de arbitr. casu* 203. *num.* 13 quem refert & sequitur
Steph. Gratian. *d. tom.* 5. *cap* 817. *num.* 10 quod non 76
tollit plura obstacula, cùm sufficiat vt vnum diluat. Tum etiam, quia referuntur ad ea, quæ in principio proponebantur, sequentia enim magis regulantur, & restringuntur à præcedentibus, quam è contra, Bart *in l. quisque ff de legat* 2 Decian *vol* 4. *consil.* 10. *num* 54. *& num.* 67 ibi. *Et quia sequens dispositio quantumcunque generalis, vel vniuersalis, restringuntur secundum præcedentia, vt est tex. in l si ex pluribus, vbi notant scribentes, in princ. ff de solut. & in l si de certa C de transact & in l si ita quis §. fin. ff. de verb oblig* &c.

Nec denique obstat asserta confirmatio Apo- 77
stolica, quia si eam dicamus concessam in forma communi, non operatur maiorem firmitatem institutioni confirmatæ, quam antea habebat, *l. Aurelius §. testamento ff. de lib. leg.* Alea. *consil.* 121. *n* 20. *lib* 4. Menoch. *consil.* 704. *numer.* 36. Rota *decis.* 112. *num.* 1. *& decis.* 555. *num.* 2. *p.* 2. *recentior.* & licèt ex certa scientia factam fuisse credamus, nihil etiam operari potest, quia litis pendentiæ vlla in ea non fuit facta mentio, Anchar. *consil.* 26. *num.* 2. *in fine, & num.* 3. Felin. *in cap. causam quæ el* 2. *in fine, de testib.* tum quia iuri Regio vigore incapacitatis 78
Monasterij obuenienti nunquam per huiusmodi confirmationes ex certa scientia Papa præiudicare velle censetur, Deci *in cap. tua nobis num.* 7. *de confir. vtili*, Sarnen. *de iure quæsito non tollendo quæst.* 1. Rota *decis.* 455 *num.* 6. *p* 1 *diuers* ibi *Confirmatio non operatur in præiudicium tertij*, &c eadem Rota *decis.* 114 *num.* 5. apud Farin. *part.* 1. *recentior* ibi. *Accedit quòd de natura confirmationis est vt non intelligatur cum præiudicio tertij, Bald. in cap.* 1. *n.* 10. *de confirm. vtili*,

vtili, cum multis allegatis, & fuit dictum in Tyrassonen. Prioratus 26. Iunij 1596. coram Illustriss. Blanchetto,
79 &c. nam Principis confirmatio, non validat actus nullos, & inualidos in præiudicium tertij, nec Princeps id velle præsumitur, Cephal. *consil.* 123. *num.* 101. *cum seqq. lib.* 1. quem refero *Axiom* 164. *n.* 6. & in omnibus gratiis & concessionibus semper censetur nolle iuri tertij præiudicare, Alex. *consil.* 216 *num.* 10 *lib.* 2 Alciat *resp.* 196. *num* 1. Mandel. *consil.* 34. *num.* 10. Valasc. *consil.* 72. *numer.* 0. & *seq.* Ioan. Vincent. de Anna *alleg.* 64. *num.* 16. Valenz. *consil.* 93. *tom* 1. maximè si de eo non faciat mentionem *l.* 2. §. *meritò, &* §. *si quis à Principe ff. ne quis in loco publ. cap. ex tuarum, de auctor. & vsu pallij,* Menoch. *de præsumpt. lib* 2 *præs.* 9. *n.* 1. Valenz. *d. cons* 93. *n.* 30. 31. & 46.
80 Vlteriùs confirmatio facta in executionem actus præcedentis, ad aliud non extenditur, Crauer. *consil.* 135. *num.* 13. *cum seqq.* Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. tom.* 1. *conclus.* 708. *num.* 31. ad quod est singularis doctrina Innocentij, Ioann. Andr. & Antonij de Burrio *in cap. dudum, de decim.* resoluentium confirmationem non extendi ad ea, quæ sunt inualida, maxime quando reperitur aliquod validum, in quo sortiatur effectum, sequitur Surd. *consil.* 530. *num.* 19. & 20.
81 *& decis.* 38. *num.* 10. Et ratiò est, quia non attenditur actus, qui in executionē præcedentis factus fuit, sed præcedens attenditur, Crauet. *consil* 135. *num.* 13. *cum seqq.* Surd. *decis.* 288. *num.* 33. Decian. *consil.* 3. *num.* 6. *volum.* 1. ibi, *quia respondetur quod hoc fuit factum in executionem dicti primi instrumenti, ad quod se refert, ideo primum attenditur tanquam*
82 *origo*, &c. Et demum confirmatio conualidat actum nullum si defectus nullitatis exprimatur, secus verò si taceatur, & incognitus sit confirmanti, bene Castrens. *consil.* 07. *num.* 2. Ex quibus patet assertam confirmationem tam Pontificiam, quam Regiam nihil nobiscum pugnare, nec iuri Regio fisco, & illius cessionario Didaco Suarez obstare, & ita sentio, saluo, &c.

Toletana Matrimonij.

Causa semel effecta appellabilis, semper remanet appellabilis, & vice versa. Clausulæ *si quid exequendum*, & *Peto iustitiam*; *&c.* vis, & effectus.

VOTVM XXXI.

1 *Causa in secunda instantia effecta appellabilis, executiue in ea agi non potest.*
2 *Appellabilis causa semel effecta, semper remanet appellabilis.*
3 *Causa semel effecta non appellabilis semper remanet inappellabilis.*
4 *Ordinaria via si actum fuerit à principio, sententia, quæ aliàs erat exequibilis, attenta materia efficitur appellabilis.*
5 *Clausula,* si quid exequendum, *nullum ius dat, nec illud aufert, & semper intelligitur prout de Iure.*
6 *Reseruatio non dat ius, nec illud aufert, sed qualecunque sit, conseruat.*
7 *Clausulæ* si quid exequendum *vigore, dum quæritur an executioni locus sit, aliquid exequendum non venit.*
8 *Exceptiones reseruatæ an possint omitti?*
9 *Clausulæ,* Peto iustitiam, *vigore, videtur actio aliàs inepta bene intentari.*
10 *Claus.* Peto iustitiam, *non extendit vires suas vltra explicata in libello, nec comprehendit modos non narratos.*
11 *Maritus, qui vxorem expellit, non meretur nomen mariti.*
12 *Manutentio non conceditur ei, qui proprio facto, vel contractu cecidit à possessione.*
13 *Obsequijs maritalibus marito & vxore volante renunciari potest.*
14 *Resistentio vnius ex coniugibus peccaminosa, aut saltem iniusta foret, stante probatione metus & violentiæ, ac euidenti nullitate matrimonij.*
15 *Claus.* Petens, &c. *& alia salutares iudicium efficiunt ordinarium.*
16 *Appellatio à Decreto de manutenendo habet effectum suspensiuum vbi de possessorio ordinario actum fuit.*
17 *Inappellabilis est possessoria causa quando in ea proceditur per Decretum, secus quando per viam sententiæ diffinitiuæ.*
18 *Causa Matrimonialis quoad appellationem non est priuilegiata.*



ETITVM fuerat à D. Francisco 1
manutenenti in maritali cohabitatione cum D. Laura eius vxore, quæ ab eo diuerterat, & concessa manutentione pro parte dictæ Lauræ fuit appellatum ad Illustrissimum D. meum Nuntium, & appellatio quoad vtrumque effectum admissa, confirmata fuit sententia Ordinarij, sed cum iterum per eandem Lauram fuisset appellatum, dubitabatur an litteræ ordinatiæ cum inhibitione essent impediendæ; & fuit dictum quod sic, nam cum in secunda instantia causa iam esset affecta appellabilis, ideo executiue in ea agi non poterat, per Rotam apud Zachiam *post tract. de obligat. Camer decis.* 54. *n.* 2.
ex regula generali quòd appellabilis causa semel 2
effecta, semper remanet appellabilis, Rota *decis.*
132. *num.* 1. *p.* 2. *diuers. & decis* 28. *num* 2. apud Farin. 3
p. 2. *recentior.* & vice versa causa semel effecta non appellabilis semper remanet inappellabilis, Rot. *decis.* 38. *num.* 4. *p.* 1. *recentissim* aliàs in posthumis Farin ibi, *sicuti a prima non datur appellatio, ita nec à secunda*, &c.

Quod procedit etiamsi prima appellatio non 4
fuerit simpliciter admissa, nec causa commissa, nisi cum claus. *si quid exequendum*, vt in hoc casu; nam cum à principio actum fuerit via ordinaria, senten-

tia, quæ aliàs erat exequibilis attenta materia efficitur appellabilis, vt censuit Rota *decis.* 782. *n.* 1. *p.* 1. *recentissim.* ibi, *Fuit ex parte dictorum hæredum appellatum, causaque in Rota commissa cum clausula, si quid exequendum, dubitaui an dicta sententia esset exequenda? & negatiue Domini responderunt, illa etiam est appellabilis, quia fuit via ordinaria monitorij, & seruatis terminis substantialibus petitum*, &c. & ibi. *Ideoque videtur renuntiatum via executiua, quatenus illa competijsset*, &c.

5 Et illa claus. *si quid exequendum*, nullum ius dat, nec illud aufert, & semper intelligitur, prout de Iure, Rota apud Cencium post suum tract. *de censib. decis.* 255. *num.* 7. & apud Zachiam post tract. *de oblig. Camer decis.* 136. *num.* 9. cum aliis per me
6 citatis *de clausul. vsufreq. claus.* 169. *n.* 7. & est adinstar reseruationis, quæ non dat ius, nec illud aufert, sed qualecumque sit, conseruat, *l. an si quis §. plerique ff. de Relig. & sumpt. funer.* Arnoldus de Reyger *in thesauro Iuris, verbo reseruatio num.* 1. Vnde si sententia de per se, & ex natura sua non esset exequabilis stante appellatione, quia fuerat actum via ordinaria; *clausula* illa, *si quid exequendum*, non operatur exequutionem, nec auget maiorem vim & firmitatem, quam de per se habeat.

7 Et interim quòd gustetur an executioni locus sit, aliquid exequendum non venit, vt reuent per me relati *claus.* 169 *num.* 1. & 4. nam si pars, cuius interest, nihil petat, & sinat ad sententiam procedi, absque eo quod de iustitia exequendæ prioris sententiæ in vim dictæ clausulæ cognoscatur, videtur exceptioni huiusmodi reseruatæ renuntiare,
8 Giurba *decis.* 21. *num.* 12. potest enim reseruatas exceptiones omittere, & super negotio principali procedere, illudque definire tanquam de partium consensu *l. si conuenerit ff de re iudic.* cùm hoc casu tacitè pronuntiare videatur reseruatas exceptiones minime admittendas, sed penitus reiiciendas esse, argum. *cap. ex parte M. de appellat.* resoluit Giurba *d. decis.* 21. *num.* 13. vbi *num.* 8. dum ait quòd facta exceptionum reseruatione tenetur Iudex ante sententiam definitiuam super ipsis reseruatis exceptionibus interloqui, aliàs sententia esset nulla, intelligitur instante parte; secus verò illa non petente reseruatas exceptiones decidi. Cum ergo pars dicti Francisci super dicto articulo reseruato nihil dixerit, nec allegauerit, & Iudex ad sententiam deuenisset nemine opponente, fit euidens omissionem dicti articuli non obstare sententiæ, vt vidimus.

9 Non obstat quòd in petitionibus dicti Francisci reperiatur claus. *Peto iustitiam*, &c. cum aliis salutaribus, quarum vigore videtur peti pronuntiari super articulo, quia respondetur quod licet ex vi illius clausulæ, *Peto iustitiam*, videatur actio aliàs inepta bene intentari, hoc tamen intelligitur quando ex facti narratione illa actio colligi possit, Abb. *in cap.* 2. *num.* 51. *de ordine cognit.* Platea *in*
10 *§. fin. Instit. de action. num* 25: illa enim clausula non extendit vires suas vltra explicata in libello, nec comprehendit modos non narratos, Menoch. *de recuper. posses. in proœm num.* 16. *cum seqq.* Anton. Gabr. *commun. lib.* 6. *tit de clausul. concl.* 4. *num* 15. & 16. Cardin. Tusch. *pract. conclus lit. C. conclus.* 559. *num.* 25. & 40. plures per me citati claus. 76. n. 15. Prout etiam quæcumque aliæ clausulæ salutares non faciunt valere actum quoad incognita, nec operantur nisi quoad narrata, iuxta resoluta per me *claus.* 95. *num.* 55. *cum seqq.* Cùm ergo in petitionibus nullum sit verbum circa articulum reseruatum, & executionem prioris sententiæ, non censetur pars petere vigore dictæ clausulæ, de quo nunquam cogitauit.

Et tanto magis procedit nostra resolutio, & de- 11
bilitatur manutentio petita à Francisco si consideremus circumstantiam casus occurrentis, nam constat cum nulla præcedente causa, aut impellente ratione, recessisse e domo alibi habitaturum, relicta in ea vxore Laura, & ideo si reddat non videtur restituendus, aut manutenendus, cum talis non mereatur nomen mariti, per ea, quæ tradit Steph. Gratian. *discept. forens. tom* 3. *cap.* 406. incip. *Non esse attendendam numer.* 24. tum quia manutentio non 12
conceditur ei, qui proprio facto, vel contractu cecidit à possessione, ex congestis per Ludou. Posti. *in tractat. mandati de manutenendo, obseruat.* 57. *num.* 2.

Et licèt dicamus huiusmodi recessum operari 13
solum tacitam mutuæ cohabitationis renuntiationem, quæ non ita facile dimittitur, aut renuntiare potest propter periculum incontinentiæ; nihilominus in nostro casu stante nullitate matrimonij opposita ob timorem peccati per duas sententias conformes fuerat decisum a thori cohabitatione separandos esse, & sic earum vigore non coniungebantur carnaliter, vnde per dictum discessum solummodo priuabantur obsequiis maritalibus; quibus altera parte volente & consentiente bene poterit vxor renuntiare, iuxta tradita per Vrsill. ad Afflict. *decis.* 10. *numer.* 6. dum tenet quod quando mulier recedit à viro, vel vir ab vxore ex causa quod possint lite pendente alimenta petere, is qui se fundat in culpa, non potest stare cum alio ad effectum habendi alimenta. Iuuat quod si ob periculum animæ à thoro separantur, & vsu matrimonij priuantur, eadem de causa mutua cohabitatio illis interdicenda est, quia ob periculum illicita remaneret. Greg. XV. *decis.* 315 *n.* 45.

Esset etiam restitutio peccaminosa, aut saltem 14
iniusta, proindeque non concedenda, stante probatione metus, & violentiæ, ac euidenti nullitate matrimonij, vt tenet Rota coram Gregor. X V. *decis.* 35 . *num.* 44. ibi. *Facit quia restitutio in spolio matrimoniali non datur, si possessio non fuit iusta, vel fuit violenta*, &c. maxime attestationibus iam factis, & lite in calculo ferendæ sententiæ, vt ibidem *num.* 45. dicitur, ibi. *Rursus cum negaretur Matrimonium, & essent in promptu probationes, debebat admitti, & retardari restitutio propter periculum animæ, & timorem peccati, ne daretur cohabitatio illicita*, &c. Et absque dubio locum habet, stante sequestratione dictæ Lauræ facta de mandato Iudicis in eius domo, quo casu non debet concedi Francisco restitutio, vt expressè probat eadem Rota *d. decis.* 351. *num.* 40. ibi. *Quoad primum fuit dictum possessorium fuisse determinatum per depositum Marchionissæ, prout sæpe contingit in Rota per sequestrum, & aliquo modo terminari non potest, quia restitutioni non erat locus, cum ea non detur in Matrimonio nisi quando constat de legitimo consensu*, &c. repetitur *decis.* 147. *n.* 28 apud Farin. *p.* 1. *recentior.*

Et quicquid sit, indubitabile est appellationem 15
huiusmodi vtrumque effectum suspensiuum & deuolutiuum importare, quia intentatum fuit possessorium plenarium, & ordinarium, & processum cum plenis probationibus, transportatione actorum, & cæteris, quæ in huiusmodi ordinariis iudiciis interuenire solent, iuxta notata per Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 1. *numer.* 56. & 60. Et cum clausula, *Petens*, &c. & aliis salutaribus,

quæ

quæ iudicium efficiunt ordinarium, ex Ludou. Postio *d. tract. mandati de manutenendo obseruat.* 107. *num.*7. quo casu subdit idem Post. eodem *tractat. obseru.* 106. *num.* 77. quod quando fuit processum tanquam in Ordinario, datur appellatio quoad
16 vtrumque effectum. Et quòd vbi de possessorio ordinatio actum fuit, appellatio à decreto de manutenendo habeat effectum suspensiuum, tenent Setaphin. *decis.*1195. *numer.* 3. vbi dicit ita perpetuò fuisse per Rotam obseruatum, Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.*2. *tit. de appellat. resolut.*14 *num.*21. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 74. *num.*17.

17 Inappellabilis est possessoria causa quando in ea proceditur per decretum, secus vero quando per viam sententiæ diffinitiuæ, vt in nostro casu, tunc namque intrat appellatio. Ratio est, quia quando per decretum datur manutentio, decretum illud nunquam transit in rem iudicatam, it avt retractari non possit ab eodem Iudice, quod secus est quando proceditur per viam sententiæ diffinitiuæ, qua data functus est officio suo, & illam non potest reuocare, vnde nil mirum si ab ea detur appellatio. Ita Benintend.*decis.*79. Ludou. Posti. *d. tract. mandati de manutenendo obseruat.*106. *num* 68. ibi. *Obseruandum etiam est quod tunc non datur appellatio, nec decretum transit in iudicatum, & potest etiam ab eodem Iudice reuocari, seu potest ab illo pars aduersa reponi quando fuit mandatum de manutenendo datum, seu expeditum per decretum, & sic per modum interlocutoriæ, & sine scriptis, sub verbis tertiæ personæ, vt per verbum mandatum de manutenendo decreuit, & relaxauit: secus si per sententiam diffinitiuam, & sic per cedulam, seu schedulam, vel notulam in scriptis per verbum primæ personæ, veluti, condemnauimus, aut absoluimus. Bonac. de interdicto vti possid. cap.*17. *n.*5. *& seq. Tusch. in verbo manutentio conclus.* 79. *num.*8. &c. *Rota decis.*183. *apud Farin part.*2. *recentior. & decis.*267. *numer.* 7. *ead. parte* 2. *& apud Postium post dictum suum tract. decis.*23. *num.*5. ibi. *Accedit quod dicta sententia est data per cedulam, à qua datur appellatio*, &c.

18 Nec in hac parte causa matrimonialis magis priuilegiata est quam cæteræ aliæ, vt in terminis Rota *decis.* 98. *numer.* 8. *parte* 1. *recentissim. aliàs in posthum. Farin* ibi, *& cau'n matrimonialis quoad appellationem de Iure communi non inueniatur priuilegiata, quia neque in illa licet tertio prouocare, Rota decis.*19. *de re iudic in antiq. Abb in cap. fraternitatis num.*21. *de frigid. & malefic. Franch. in cap directe num.*7. *in fine de appellat. nec etiam priuilegiata fit à statuto loquente de duabus conformibus, non est cur à statuto comprehendi non debeat, & cur in causa separationis thori inter Romanos Ciues in tribunali competente agitata, duæ conformes non faciant rem iudicatam*, &c

Quare, &c.

Tempus ad nouam prouisionem expediendam præfixum in indulto præsentandi, non currit nisi à die adeptæ possessionis pacificæ.

R. P. D. Alexandri Raphaëlis Nunciaturæ Hispaniarum Auditoris Generalis sapientissimi.

VOTVM XXXII.

1 *Excellentissimus D. Comes de Monte Regio quod indultum à Sanctissimo obtinuerit circa beneficiorum prouisionem in Diœcesi Aurien. existentium.*
2 *Casus, & dubij propositio.*
3 *Papa dans alicui facultatem instruendi, censetur etiam dare eidem facultatm in possessionem mittendi, quæ est consecutiua ipsius institutionis.*
4 *Concesso vno, videntur concessa omnia, quæ ad id exequendum sunt necessaria.*
5 *Verba*, quod noua prouisio obtineatur infra nouem menses, *quomodo intelligenda.*
6 *Tempus ad nouam prouisionem expediendam præfixum non currit si impediatur adeptio possessionis.*
7 *Papæ intentio non censetur quod non habens possessionem expediat litteras Apostol.*
8 *Prouisus de aliqua Ecclesia Parochiali infra annum ab adepta possessione tenetur se promoueri facere ad Sacerdotium, quatenus ipse ad illam adimplendam negligens non fuerit.*
9 *Terminus datus ad nouam prouisionem expediendam, non adepta possessione minime currit, licet in decreto Papæ mandaretur expediri infra tot menses à die data incipientes.*
10 *Possessio non pacifica excusat ab expeditione litterarum nouæ expeditionis.*
11 *Vltimus status est attendendus.*
12 *Respondetur cuidam obiectioni.*
13 *Vicario in materia executiua licita est.*
14 *Mandatum non habens non praiudicat.*
15 *Contradictor legitimus ad immissionem impediendam non potest dici titulum non habens.*
16 *Contradictor legitimus tria habere debet, scilicet, vt possideat, vt bona fide, & vt in continenti doceat de iure suo.*



XCELLENTISSIMVS Comes 1 de Monte Regio habet indultum à Sanctissimo præsentandi ad omnes Canonicatus, Præbendas, & Portiones Ecclesiæ Aurien. vacaturas in mense Apostolico, & quòd præsentati huiusmodi ab Ordinario, seu eius Officiali instituantur, & cum clausula, quòd sic ad præsentationem D. Comitis, & successorum per loci Ordinarium instituti, nouam Canonicatuum, & Præbendarum, ac Portionum

Portionum huiusmodi prouisionem ab eodem Sanctissimo infra nouem mẽses à die cuiuslibet institutionis obtineant, ac Iura Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ Officialibus pro tempore debita persoluere omnino teneantur, alioquin Canonicatus, &c. vacent, & vacare censeantur eo ipso, & de illis per Romanum Pontificem, & Sedem Apostolicam tantumlibet hac vice disponi possit.

2 Fuit præsentatus ad vnũ Canonicatum ad tenorem indulti vacantem Licentiatus Dom. Petrus de Valle, qui etiam ab Ordinario fuit legitime institutus; verum Decanus & Capitulum d. Ecclesiæ Autiensis recusant tradere ei possessionem d. Canonicatus, sub prætextu, quod non possit in eam immitti nisi prius expeditis litteris nouæ prouisionis à Sanctissimo; & propterea cum pro parte dicti Comitis, & eius præsentati fuerit aditus Nuncius Apostolicus tanquam particularis executor prædicti indulti, censui præfatum Canonicum fore immittendum etiam non expeditis litteris nouæ prouisionis.

3 Et ratio resolutionis ea fuit, quia eo ipso, quod PP. dat alicui facultatem instituendi, censetur etiam dare eidem facultatem in possessionem mittendi, quæ est consecutiua ipsius institutionis, arg. tex. *in cap. cùm Bertoldus*, ibi, *ipsum instituit in*
4 *eadem, in possessionem cum induci faciens corporalem, de re iudic.* Vno enim concesso, videntur concessa omnia, quæ ad id exequendum sunt necessaria *l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic.* Seraph. *decis.* 645. *n.* 3.

5 Neque obstat decretum in dicto indulto appositum, quod scilicet præsentatus à dicto Comite teneatur nouam prouisionem infra nouem menses à die institutionis incipiendum à Sede Apostolica obtinere, quia verba huius decreti sunt ciuiliter intelligenda, id est, postquam præsentatus, & institutus pacificam possessionẽ adeptus fuerit, Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 15. *num.* 11. vbi *num.* 118. de simili clausula expediendi litteras infra sex menses apposita in Breuibus de capienda possessione nomine Cameræ, asserit esse intelligendam, vt scilicet dicti sex menses computentur a die captæ possessionis per dictam Cameram.

6 Quæ conclusio in tantum est vera, vt si tali præsentato, ac instituto impediatur adeptio possessionis, sibi non currat tempus ad nouam prouisionem expediendam præfixum, licèt in indulto dicatur, quod currat à die collationis, seu institutionis, quæ etiam dicitur collatio, vt per Garz. *de*
7 *benefic. parte* 4. *cap.* 1. *n.* 4. *fol. mihi* 160. & ratio ea videtur, quia non censetur esse intentionis Papæ, quod non habens possessionem expediat litteras, Rota apud Mohedan. *decis.* 8. *in fin num.* 1. *de conceß. præben.* Quam opinionem tanquam mitiorem ab eadem Rota semper amplexam fuisse testatur Achil. *decis.* 358. *alias* 12. *numer.* 3. *de priuileg.* Put. *decis.* 327. incip. *In vna Abulen. lib.* 3. Verall. *decis.* 148. *p.* 1. *Seraph. decis.* 210 *n.* 3.

8 Sicuti in simili dicitur de prouiso de aliqua Ecclesia Parochiali, qui tenetur infra annum à die concessionis se promoueri facere ad Sacerdotium, nam dictus annus non incipit currere, nisi postquam possessionem adeptus fuerit, quatenus ipse ad illam adipiscendam negligens non fuit, vel per ipsum non steterit, quin eam adipisceretur, gloss. *in cap. licèt* §. *is etiam, verb annum, de elect. gl. in clem. vt is* §. *illi verò, verb. infra annum, de ætat. & qualitat.* & facit optimus tex. *in cap. commissa, d. tit de elect. & electi potest.* ibi, *Annus autem huiusmodi, qui a tempore illo incipit, quo ipsius Ecclesiæ regimen commissum sibi extitit, & possessionem pacificam habuisti.*

Et in formatioribus terminis, quòd non adepta possessione non dicatur currere terminus datus ad nouam prouisionem expediendam licèt in decreto Papæ mandaretur expediri infra tot menses à die datæ incipientes, consuluit Gabriel. *cons.* 158. *num.* 4. *volum.* 1. & tenuit Rota *in vna Abulen. Capellaniæ 6. Nouembris* 1562. *coram Gropperio* relat. per Garz. *de benefic.* 6. *parte cap* 3. *de clausul. sublata,* §. 1. *num.* 158. vbi, quòd ex obseruantia Curiæ Romanæ tempus a die datæ intelligitur currere si possessio fuit acquisita; & *in vna Hispanalen. fructuum* 24 *Nouembris* 1595. *coram Litta*, relata cum aliis decisionibus concordantibus per Garz. *in loco proxim. allegato sub n.* 163. 9

Quinimò non solùm excusaret ab expeditione litterarum nouæ prouisionis impedimentum adipiscendæ possessionis, sed etiam sufficeret, quòd possessio non fuerit pacifica, per tex. *in d. cap. commissa*, vbi etiam gloss. *in verb pacificam, de elect.* Gonzal. *d. gl.* 15 *a num.* 111. & 18. Mohed. *d. decis.* 8. *n* 2. *de conceß. præb.* per gloss. *in Clem.* *verb. neutro, in fin.* vbi etiam Card. *vt lite pendente.* 10

Quibus additur, quòd Comes de Monte Regio est in possessione, quòd eius præsentati adipiscantur possessionem beneficiorum, ad quæ præsentantur in vim institutionis Ordinarij, in qua est ideò manutenendus, maximè cum talis possessio fuerit acquisita authoritate Iudicis, & contra idem Capitulum, vt constat ex simili decreto obtento in eodem Tribunali de anno 1618. & sic iste vltimus, status est attendendus. *cap. cùm Ecclesiam, de caus. poss. & propriet.* vbi Abb. *n* 23. Rip. *n* 81. §. *retinendæ. Institut. de interdict.* Seraph. *decis.* 1437. *n.* 1. 11

Nec releuat, quòd PP. soleat expedire litteras nouas prouisionis in forma Dignum, vt ostenditur ex Bulla expedita pro alicio præsentato vigore d. indulti in actis exhibita, sicque induci declarationem intentionis Pontificis, vt litteram præsentati vigore d. indulti non possint possessionem adipisci, nisi litteris nouæ prouisionis expeditis. 12

Quia ex dicta Bulla apparet, quòd ille præsentatus non narrauit, se fuisse etiam ab Ordinario institutum, quod si narrauisset, vtique Bullam in forma gratiosa obtinuisset, alias sequeretur absurdum, quod scilicet PP. mandaret eandem personam bis institui ab eodem Ordinario; & quod committeret examen super idoneitate eidem Ordinario. qui iam per primam institutionem idoneitatem, & habilitatem approbauit.

Neque obstat; quòd hoc idem iudicium immissionis fuerit introductum coram Ordinario, ad quem sit ideo causa remittenda, quia cùm simus in materia executiua, licita est variatio. Bart. *in l. consentaneum, in penult quæst C. quom. & quand. Iudic.* Caputaq. *decis.* 50. *num.* 5. *parte* 1. Gallesi. *in tract ad form. Camer. obligat. ad* 1. *p. oblig Camer q.* 2. *numer.* 2. *fol. mihi* 47. Ideoq; mandaui refici Capitulo expensas factas coram Ordinario. 13

Vltra quod cum ille, qui nomine Comitis comparuit coram Ordinario, nullum habuerit ab ipso Comite mandatum, non potuit ei præiudicare, quin coram Nuncio executore deputato instaret pro integra sui indulti executione. 14

Minus obstat, quòd coram eodem Ordinario comparuerit quidam tertius prætendens ius in d. Canonicatu ex eo, quia vltimus possessor illius præstitit consensum, vt ad eius fauorem expediretur coadiutoria, quia cum ex tali consensu nullus resultet 15

16 resultet titulus ad fauorem ipsius tertij, non potest dici legitimus contradictor ad immissionem impediendam, ad tradita per Doct *in l fin.C. de edict. diu. Adria.tollen.* Seraph *decis* 1257. *num.*1. Ad hoc enim vt quis dicatur legitimus cōtradictor tria requisita habere debet, scilicet, vt possideat, vt bona fide, & vt in continenti doceat de Iure suo, vt est videre apud Argel. *de legitim. contrad.quaest.*5 *art.*1. *num.*7. Et ita vtraque parte informante iudicatum fuit sub die 31. Augusti 1640.

Legionen. electionis.

Beneficia potius oriundis, quàm indigenis attento omni Iure sunt conferenda. Electio coarctata ad tres, vel quatuor, est nulla. Appellationes in causis inter Praeceptores, Milites, & Fratres Militiarum Ordinum ad quem interponi, & cui committi debeant?

Votvm XXXIII.

1 *Casus proponitur.*
2 *Orinndi potius quā indigenae de beneficijs Ecclesiasticis sunt prouidendi.*
3 *Ex Iure diuino.*
4 *Ex Iure Canonico.*
5 *Ex regulis Cancellariae.*
6 *Ex Iure Ciuili.*
7 *Ex Iure Regio.*
8 *Beneficia patrimonialia quomodo prouidenda.*
9 *Beneficia certo generi personarum, stantibus statutis, & fundationibus concedenda.*
10 *Statuta particularia Ordinis S. Iacobi de Spatha iubent personis ex loco oriundis habilibus beneficia concedi.*
11 *Doctores referuntur qui tenent Episcopos in beneficijs conferendis debere praeferre clericos, qui habent originem de loco beneficiorum.*
12 *Indigenae debent forensibus praeferri, quod alienigenae seu forenses nihil in fundandis Ecclesiis, & erigendis beneficijs praestiterunt.*
13 *Indigenae facilius quàm extranei ad residentiam inducuntur.*
14 *Originarius melius scire potest mores, & consuetudines patriae suae quàm forensis.*
15 *Indigenae, & qui sunt ex loco oriundi, magis diligunt Christi gregem sibi commissum.*
16 *Indigenae magis amantur, & coluntur à Populo quàm exteri.*
17 *Valde honestum est, & fructuosum vt quisque in patria sua beneficietur.*
18 *Beneficia omnia cuiuscumque Dioecesis patrimonialia erant creanda.*
19 *Personarum acceptio in beneficijs distribuendis non est habenda.*
20 *Electio Superioris Generalis, qui toti Congregationi praeficitur, actiue & passiue ad totam Congregationem pertinet.*
21 *Dignus non est eligendus ad Superiorem dignitatem, vel ad Parochiales Ecclesias praetermisso digniore.*
22 *Actus eligendi est de illis, qui maiorem libertatem desiderant.*
23 *Electionem ipso iure annullant vis, aut metus, & defectus libertatis.*
24 *Metus reuerentialis simul cum minis sufficiens iudicatur ad electionis nullitatem, & num.*25.
26 *Persuasiones instantissimae ad metum inferunt cadentem in constantem virum.*
27 *Compulsus litteris suae Maiestatis non dicitur sponte facere.*
28 *Qui per metum facit, magis contradicit, quàm consentit.*
29 *Coactio Regis praecepto causata metum iniustum inducit.*
30 *Electione in omni praefertur ille, qui caeteris est melior, ac morum, & vitae sanctitate praestantior.*
31 *Electio ad tres, vel quatuor personas coarctata ex defectu libertatis ipso iure est nulla.*
32 *Statutum excludens ab electionibus certum genus personarum dicitur contractus.*
33 *Statuta excludentia à beneficijs neophytos, & descendentes ab eis dicuntur contractus.*
34 *Nouitas parit discordiam.*
35 *Iniuria & damnum graue Maioribus nostris infertur, mutando quae illi obseruarunt.*
36 *Nullus praeter Senatores Consilij Militiarum potest cognoscere etiam in gradu appellationis de causis inter Praeceptores, Milites, & Fratres Militiarum introductis, & pendentibus, secundum quandam Bullam Pij V.*
37 *Dictiones,* Praedictarum, *&* Huiusmodi *est relatiua praecedentium cum omnibus suis qualitatibus.*
38 *Verba debent intelligi quatenus propria eorum significatio patiatur.*
39 *Principis auctoritas semper censetur reseruata in quibuscumque concessionibus.*
40 *Papa non censetur tantum concessisse quin maiorem auctoritatem sibi, & successoribus reseruauerit.*
41 *Bulla Iulij III. ponderatur.*

42 *Non prohibet quin Sedes Apostol. per se cognoscat, vel causam appellationis si velit, alteri committat.*
43 *Appellatio non datur de eodem ad eundem.*
44 *Sententia appellatione diffinitiua continetur.*
45 *Causa dicitur, qua ordinario iudicio introducta & contestata fuit.*
46 *Electus nulliter nullam habet potestatem.*
47 *Intrusus dicitur qui nullo titulo suffragante possidet, qui habet titulum à non habente facultatem.*
48 *Electio de qua agitur ob quæ nulla extitit.*
49 *Electio facta appellatione pendente est nulla.*
50 *Attentatum, ac proinde nullum dicitur, quicquid gestum fuerit appellatione pendente.*
51 *Appellatio extraiudicialiter interposita an causet attentata.*
52 *Inhibitio inducit regulariter nullitatem omnium post intimationem gestorum.*
53 *Sententia si fuerit declarata nulla, possessio etiam erit irrita, & quicquid ex ea sequutum est.*
54 *Clausula*, cum annexis, & connexis, *comprehendit omne ius competens, & omnem actionem pariter competentem super ea causa.*
55 *Nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse in se habeat.*
56 *Causa semel effecta Curialis sine Papa scientia à Curia extrahi non potest.*
57 *Papa altori causam committendo cæterorum manus ligat.*
58 *Causa semel effecta Cardinalitia semper remanet Cardinalitia.*



1 ONCENTVS S.Marci Legionensis Fratrum Ordinis S. Iacobi de Spatha, diuisus est in duas Religiosorum classes, vnam, quæ componitur ex oriundis à prouincia de Estremadura; & aliam, quæ comprehendit Religiosos Castellanos,& de la Montaña. Verum quia illi de Estremadura excedebant numero alios de Castilla y de la Montaña; semper in electione Prioris ac aliorum officialium dicti Conuentus maiora suffragiorum vota illi quam isti habebant; & sic ex suis semper officiales eligebantur; hi verò de Castilla y de la Montaña honoribus & Prælaritiis dignitatibus Ordinis minimè gaudebant,imò quasi desperati ad pedes Regis Catholici pro opportuno remedio accedere constituerunt, & humiliter exposuerunt, vt dignaretur apud Summum Pontificem supplicem libellum suo nomine porrigendū mittere, quo peteretur, vt deinceps nullus ad habitum admittatur, nec electio fiat nisi alternatim, recipiendo vel eligendo vnum ex vna prouincia, & deinde aliū ex alia, itavt receptio & electio alternis vicibus fiat. Sed cum in Curia Romana causa cuidam sacræ Congr. Cardinalium commissa, nihil super hac re fuisset obtentum, nec capta resolutio, & instaret tempus electionis faciendæ de Priore eiusdem Conuentus, & timeretur vt inter Religiosos vnius & alterius prouinciæ oriretur dissensio magna: mittitur ad dictum Conuentum Regius quidam Consilij Senator tum nobilitate, tum potentia ex primariis Curiæ conspicuus, qui Regij ministri auctoritate vsus in Domo Capitulari post congregatos vocales proposuit electionem, velint,nolint, faciendam esse de vno ex quatuor Religiosis per eum nominatis, qui de Castilla y de la Montaña erant oriundi; & illorum vnus fuit in Priorem electus,ante & post, multis protestantibus,& reclamantibus, ac de vi sibi illata coram Illustriss D. meo Nuntio querelantibus. Quæsitum fuit apud me an Alternatiua electionis fuerit iuste petita, & sine Papæ licentia hic introduci possit? & vtrùm electio de Priore, vt præfertur, facta, subsistat,& ab ea appellari liceat? quam materiam quinq; conclusionibus comprehendi posse existimaui.

I. Alternatiua in electionibus contra antiquam Ordinis obseruantiam periculosa, & oriundis potius quàm indigenis beneficia,officia, & habitus sunt conferenda.

II. Electiones summa libertate sunt faciendæ.

III. Electio de Priore non libera,& ad quatuor coarctata fuit nulla.

IV. Appellatio ad Pontificem per Fratres dicti Ordinis ab huiusmodi electione licita fuit, & causa,non obstantibus priuilegiis à Sede Apostol. alij quàm Senatori dicti Regij Cōsilij Ordinum commissa, ab eo cognosci & definiri potest.

V. Prior electus post appellationem legitimè interpositam, fuit nulliter electus, & quicquid egerit vti talis Prior, nullum & attentatum debet censeri.

CONCLVSIO I.

Alternatiua in electionibus contra antiquam Ordinis obseruantiam periculosa, & oriundis potius, quàm indigenis, habitus, officia, & beneficia sunt conferenda.

SEMPER ex Iure diuino, Pontificio, Cæsareo, & Regio omnibus commendatum reperio, vt ad beneficia Ecclesiastica oriundos potius quàm indigenas vocent Prælati, & qui de Ecclesiis prouidere tenentur. 2

Ex Iure diuino id satis colligitur, Deuteron. cap. 17. *Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non sit frater tuus.* ex qnq tex.hoc ipsum colligunt S.Thom. 2.2.*quæst.*63.*art*2. *ad* 4. *in fine*, Sot.*de Iust. & iure lib.*3.*q.*6.*art.*2. *in resp ad* 4.*pag. mihi* 219. Idem probatur in cap. 8. Deuteronom. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audiet*: prout illud ad hoc citant Salzed.*in pract.c.*54.*n* 4. Azeued.*l.*14. *n.*1.*tit.*3 *lib.*1. *noua Recop.* 3

Ex Iure Canonico, & Ecclesiasticis decretis expressiùs sancita est hæc conclusio, primum à Cælestino Papa *in cap. nullus inuitis* 61. *dist.* ibi, *tunc autem alter de altera eligatur Ecclesia, si de ciuitatis ipsius clero nullus (quod euenire non credimus) dignus poterit* 4

poterit reperiri, &c. quem textum ad hoc notabilem dicit Abb. *in cap. ad decorem num. 4. de instit.* animaduertens eius rationem communem esse ad alia beneficia, etsi littera de Episcopis tantummodo loquatur: eundem appellat pulcherrimum ad idem Gregor. Lopez *lib. 13. verbo de voto Obispado tit. 15. parte 1* Eandem conclusionem probat etiam tex. *in cap. obitum, ead dist. 61.* ibi, *Commonemus fraternitatem tuam, vt nullum de alia eligi permittas Ecclesia, nisi fortè inter clericos ipsius ciuitatis nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit inueniri*, &c. Egregius tex. *in cap. ne pro defectu 41. de elect.* ibi. *De persona idonea ipsius quidem Ecclesia, vel alterius, si digna non reperiatur in illa canonici prouidere*; quem textum notabilem etiam ad idem dicit Gregor. Lopez *in loco suprà citato*. Tex. etiam *in c. bona memoria el 2. §. intelleximus, de postulat. Pral.* ibi. *nec vellemus ei præficere alienum.* Opt. tex. *in cap. fin. de cleric. pereg.* Cum quibus adduci solet à Doctoribus tex. *in cap. hortamur 71. dist.* ibi. *Hortamur Christianitatem vestram iuxta sanctorum Canonum instituta, vt in Ecclesiis à vobis fundatis aliunde veniens clericus non suscipiatur.*

5 Ex regulis Cancellariæ Apost. *in reg. de concurrentibus in data*, ibi, *& similiter cæteris paribus oriundus non oriundo, & Diœcesanus non Diœcesano præferantur*, quam regulam ad conclusionem nostram comprobandam citant Salzed. *d. cap. 54. num. 9. &* Azor *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 4. q. 25. vers. cæterùm, in fine.* Verbum illud, *oriundus*, pro otto habetur, & idem significant, secundùm Mandos *in eadem reg. q 40. num. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 9. num. 25.* vbi dicit id ex stylo apparere, Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg 4. num. 6.* & apparet ex tex. *in l. assumptio*, iuncta gloss ibidem *verb. oriundus ff. ad municip.*

6 Ex Iure Ciuili Cæsareo, *in l. in Ecclesiis C. de Episcop. & cler.* ibi, *Clerici non ex alia possessione, vel vico, sed ex ea, vbi Ecclesia esse constiterit, ordinentur*, &c. quem textum de prouisionibus, & collationibus beneficiorum loqui tenent ibidem Odofred. *num. 2* Bald *num. 1* & cæteri scribentes, Couar. *practic cap. 35 num. 5.* Salzed. *d. cap. 54. num. 4* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 1 num. 37.* Nicol. Garc. *d. p. 7. cap 9. num. 5.* & ponderauit ad hoc Ceuall. *commun. contra communes q. 695. num 36.* tex. *in l fin. C. de offic. Prætor.* ibi *Sed hi tantummodo admittendi sunt, vt dictum est, qui hic domicilium fouent.* In idem adduci potest tex. *in l. vnic. C. non licere habitat. Metrocomia lib. 11.* ibi, *Vt nulli extraneo illic quoquomodo possidendi licentia tribuatur, & in l. 2. C. de annon. ciuil. eod. lib.* ibi. *quam mediationem iugiter, & in perpetuum ciuibus nostris debere conferri sancimus*, &c.

7 Ex Iure Regio *in l. 13. tit. 15 parte 1.* ibi. *E deuen primeramente presentar los patrones de los hyos de la Iglesia, si los ouiere atales que sean para ello, o si nó de los otros que sean de aquel Obispado*, iuncta gloss. Gregorij Lopez *ibidem verbo hyos de la Iglesia* Fauet *l. 5. tit. 2. lib. 7. noua Recop* vbi statuitur quòd electiones, & prouisiones publicorum officiorum Reip *se hagan en personas que sean vezinos y moradores en las ciudades, Villas, y lugares, donde fueren proueidos los tales oficios, y naturales dellas, que ayan sido vezinos dellas diez años antes.* Iuuat etiam *l. 14. tit. 3. lib. 1. noua Recop.* in qua à beneficiis Regni Castellæ & Legionis excluduntur exteri, & non nisi oriundis conferri iubentur, de qua Couar *pract. cap 35 num. 1.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 897. num. 347.* Ego ipse *in collect. ad cap. bona mem. 4. num. 9. de postul Prælat* vbi in aliis prouinciis idem statutum ostendo. Denique *l. 21. 22. & 23. eiusdem tit. & lib.* in quibus cauetur quòd beneficia patrimonialia sint in quibusdam Episcopatibus, & alibi vbicumque id consuetudo, vel obseruantia permiserit, itavt nonnisi naturalibus, incolis, & indigenis loci, vbi beneficia consistunt, conferantur, & quòd semper prouideantur dignioribus per concursum, & nunquam à Sede Apostol. impetrentur, nec de illis admittantur permutationes, aut vllæ resignationes; de quo late Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 1. per tot.* 8

9 Et stantibus statutis, fundationibus, institutionibus, consuetudinibus, vel priuilegiis de prouidendis beneficiis certo generi personarum, seu certis personis, illis, & non aliis sunt conferenda huiusmodi beneficia, Achil. *decis. 5. de priuil.* Crescent. *decis. 12. de concess. præb.* Caputaq. *decis. 66. p. 1 & decis. 89. p. 1.* Pute. *decis. 162. & 235. lib. 1. & decis. 163. lib. 3.* Mandos *ad reg 19. de infirmis resignãt. q. 15 per tot.* Hoieda *de incomp. benefic. parte 1. cap. 24. num 86 cum seqq.* Azeued. *l. 14. num. 5. cum seqq. tit. 3. lib. 1. Recop.* Couar. *practic. cap 36. numer. 4. vers similiter*, Sot *de Iustitia lib 4. q. 6 art. .. circa 10. conclus.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 12.* Salzed. *d. cap. 54. numer. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 4. num 163.* vbi ait quòd idoneus non erit, qui non sit natus ex ciuitate, vel oppido, quando ex priuilegio, statuto, vel consuetudine beneficium oriundis, seu filiis naturalibus, vel patrimonialibus conferri debet, Nicol. Garc. *de benefic. p 7. c. 15. num. 1* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 3. n 59.* Azor. *instit. moral. p. 2 lib. 6. c. 4. q 25.*

Ex statutis particularibus Ordinis S. Iacobi de Spatha *en los establecimentos tit. 16. de la presentacion de los beneficios cap 3* ibi. *Teniendo cuenta con proueerlos por examen en personas naturales de donde fueren los tales beneficios al mas habil y suficiente.* & *eod. tit. 16. cap. 19.* ibi, *y cæteris paribus sea preferido el natural del lugar donde fuere el tal beneficio.* Astipulatur etiam quòd in eorumdem Stabilimentorum *tit 20.* inter Constitutiones Collegij Salmanticensis sancitum est, his verbis circa Familiaritatem einsdem Collegij receptionem. *Y mandamos que hallandose Familiares de lugares de la Orden y en igual grado, sean preferidos a los de fuera.* 10

Ex communi Iuris vtriusque Interpretum, & sacræ Theologiæ professorum resolutione. Ex Iurisconsultis gloss. *verb. de hoc mentionem.* ibi. *Item si de terra illa est oriundus, in cap. si proponente, de rescrips. & verbo alienum in cap. bona el 2. de postulat. Pral* Innoc. *in cap. quia diuersi, de concess præben.* ibi, *iustum est vt Episcopus prouideat clericis in terra propria.* Odofred. *in l. in Ecclesiis 11. C de Episcop. & cler. num. 11.* ibi. *Omnes Episcopi & alij Prælati Ecclesiarum, quia habent beneficia conferre, debent præferre clericos, qui habent originem de illo loco.* Bald. *in leg. Diuus Marcus ff. de tutor. & curator.* Abb. *in cap. ad decorem de institut. num. 4.* ibi. *Credo tamen vbi indegenæ essent idonei, quod non debent postponi propter extraneos: pro quo vide textum notabilem in cap. nullus inuitis 61. dist. & quamquam loquatur in Episcopis; ratio tamen textus est communis ad alia beneficia & esset valde honestum, & fructuosum, vt quisque in patria sua beneficiaretur, vt sic vnus non occuparet beneficia, vel stipendia alterius, nec daretur materia depauperandi beneficia, & inducuntur facilius ad residentiam tales indigenæ, quàm extranei*, &c. idem Abb. *in d. cap bona el 2. notab. 5. num. 16.* ibi. *Vbi in loco reperiuntur idonei, non debet præfici extraneus: est enim quis honorandus, & promouendus vbi suam peregit ætatem, neque debet alius obripere stipendia alijs debita.* 11

bita. Cosm. *in proœm. pragmat. sanction ver. exterorum,* Doen, *regul.* 102. Mandos. *in regul.* 16. *Cancel.* § 41. & 43. Paul. Paris. *consil.* 38. *numer.* 11, *volum.* 4. Roland. à Valle *consil.* 47. *num.* 67. *volum.* 1. Didac. ab Alua & Esquiuel Episcop. Abulensis *in tract. de Concil. part.* 2 § 36 *fol.* 92. Cæsar. Lambertin *de iurepatr. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 4. & 5. Roch. de Curte *eod. tract. verbo honorificum num.* 47. & 48. Couar. *pract. cap.* 35. *num.* 5. *in fine,* Anton. Cuch. *instit. maior lib.* 4. *tit. de elect. el* 1. *num.* 88. Corras. *de benef. p.* 3 *cap.* 5, *num.* 9. Hoieda *de incompat benefic. p.* 1. *cap.* 23. *n.* 83. Rebuff. *de nominat. q.* 9. *num.* 48. & 57. Selu. *de benef. p.* 3. *quæst.* 16. *num.* 2. Gregor. Lopez *l.* 13. *verbo de aquel Obispado tit.* 15. *parte* 1. Spin, *in speculo testament. glos.* 3. *princ. num.* 72. Azeued. *l.* 14. *numer.* 9. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 7. *num.* 3. Salzed. *in pract. cap.* 54. *nouè edito n.* 4. 7. 9. & 11. *in fine,* Mieres *de maiorat. parte* 1. *q.* 11. *num.* 289. *cum seqq.* & *quæst.* 57. *num.* 100. Cened. *ad Decretal. collect.* 56. *numer.* 7. Villat *del patronado de Calatayud parte* 3 *in princ. à num.* 7. & 8. *costumbre* 4. Gutier. *consil.* 2 *numer.* 23. & 24. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 9. § 1, *n.* 37, Ceual. *comm. contra cōmunes quæst.* 693 *num.* 35. & 36. Fusc. *de Visitat lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. Sahag. *in cap. eam te, de rescript. numer.* 30, Camill. Borrel. *in summ. decis. tom.* 1. *tit.* 10. *num.* 163, Zerol. *in praxi Episcop. parte* 1. *verbo beneficia* § 8. Perez de Lara *de anniuers.* & *capell. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. & 20. Nicol. Garc. *de benefic. parte* 7. *cap.* 9. *per tot.* Ex Theologis S. Thom. 2. 2. *quæst.* 63. *art.* 2. *ad* 4. Sot *de Instit. lib.* 3. *quæst* 6. *art.* 2. *ante* 10. *concl. vers. enascitur autem,* Azori, *institut. moral. parte* 2, *lib.* 6. *cap.* 4. *quæs.* 25. *vers.* & *certè.* Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 13. *n.* 59.

12 Hæc sententia multis, sed his potissimum innititur fundamentis.

Primò, quia indigenæ debent forensibus præferri, quod alienigenæ, seu forenses nihil in fundandis Ecclesiis, & erigendis beneficiis præstiterunt, Azeued *l.* 14. *num* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *c* 4. *q.* 25. *vers. deinde.*

13 Secundò, quia facilius ad residentiam indigenæ quàm extranei inducuntur, Abb. *in d. cap. ad decorem num.* 4. *de instit.* Sot. *de Iustit. lib.* 3. *quæst.* 6, *art.* 2. *circa* 10. *conclus.* & *in resp ad* 4. *argum.* Azeued *d l.* 14 *n.* 17. Nicol. Garc. *d p.* 7. *cap.* 9. *num.* 7. ibi. *Quia facilius inducuntur ad residentiam indigenæ dulcedine patriæ allecti, quàm extranei,* Salzed. *d. cap* 54. *num.* 4. ibi. *Tum quia hoc potissimum erit causa propter quam homines facilius inuitentur ad residentiam, non enim paruo æstimandus est ingenitus amor, quem quisque ad natiuum solum habet,* Ceuall. *commun. contra commun. q.* 693, *num.* 35. ibi. *Quia præsumptio est quod naturales & originarij melius resident in beneficijs quàm exteri, qui cum magna difficultate relinquunt dulcem & amabilem patriam, & sic ista ratione naturales, & originarij præferri debent.*

14 Tertiò, quia præsumitur quòd originarius melius scite potest mores, & consuetudines patriæ suæ quàm forenses, & sic diligentius agnoscere vultum pecoris sui, iuxta illud Prouerb. *cap.* 27. Ita Gomes *de idiom. q.* 1, *col.* 4. Azeued. *d. l.* 14. *numer.* 16. Salzed. *d. cap.* 54 *num* 4. *in fine*, ibi. *Tum quia is diligentissime quæ ad munus suum spectant, præstabit, cùm melius patriæ mores, quam exterus cognoscat, indicat quidem quis facilius de his, quæ nouit. vt habetur primo Ethic.* &c. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *cap* 4. *quæs.* 25. *vers. ad obiecta*, ibi. *Genus tamen & patria aliquando ministrum Ecclesiæ vtiliorem & aptiorem efficiunt, & in*

15 *vers.* & *certè*, ibi. *Quia indigenæ, & qui sunt ex loco oriundi magis ipsi diligunt Christi gregem sibi commissum,* &c. Docet S. Thom. 2. 2. *quæst.* 63, *art.* 2. *ad* 4. his verbis *Ille, qui de gremio Ecclesiæ assumitur, vt in pluribus consueuit esse vtilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam in qua est nutritus,* &c. quem sequitur Sot *de Iustit. lib* 3. *quæst.* 6. *art.* 2 *ad* 4. ibi, *cui & alteram S. Thomas causam subnectit, quæ mihi est probatissima, videlicet quod plurimum vnusquisque propensiorem habet animum ad suam propriam ciuitatem & Ecclesiam in qua nutritus est, qua vtique ratione vtilior esse poterit,* &c.

Quartò, quia indigenæ, & qui sunt de loco oriundi, magis amantur, & coluntur à populo quam exteri, magisque ipsi diligunt Christi gregem sibi commissum, eorum virtus, & doctrina est magis perspecta, magisque proinde eis vtilis, & salutaris est, vt bene ratiocinatur Azor. *d quæs.* 25. *vers.* & *certè.* 16

Non obstat doctrina Nicolai Garciæ *d. p.* 7. *c* 9. *num.* 7. dum communem sententiam intelligit de honestate, quia inquit ille, valdè honestum est & fructuosum, vt quisque in patria sua beneficietur; nam respondetur id quoque de iure intelligi, vt expresse tangit gloss. celebris *verbo aliam, circa fin. in cap. cùm inter el* 1. *de elect.* ibi. *Dicas quòd verum est quod ita debet fieri & honestum esset, & de iure est,* &c. Abb. *in d. cap. pro defectu num.* 7. *eod tit. de elect.* affirmat hanc prælationem procedere mero Iure inspecto; & idem Nic. Garc. id ipsum confitetur *d. cap.* 9. *num.* 6. his verbis *Honestumque sit, ac rationi & Iuri conforme quemquam in patria sua beneficiari,* &c. 17

Quintò, quia ob magnam conuenientiam, & rationes supra adductas affirmat Couar. *pract. cap.* 35. *num* 5. *in fine*, sanctissimum esse & Reip. consultissimum quòd summus Ecclesiæ Pontifex, aut œcumenica Synodus sanciret, vt omnia cuiuscumque Diœcesis beneficia, saltem curam animarum habentia, Patrimonialia efficerentur, atque non reciperentur nisi ciues, vel qui inde sunt oriundi: referunt Salzed. *d. cap.* 54 *num.* 11. Azeued *d. l.* 14. *num.* 9. *tit.* 1 *lib.* 1. *noua Recopil.* & affirmat Sot *de Iustit. lib.* 3. *quæst.* 6 *art* 2 *ante* 10. *concl. vers. enascitur autem*, loquens de legibus beneficiorum patrimonialium, leges illas æquissimas esse, quas vtinam, ait ille, de beneficiis saltem parœcialibus, quibus annexa est animarum cura, vbique sanciret Ecclesia quemadmodum & in Tridentino Concilio summo omnium consensu, me præsente, consultabatur. 18

Quare videtur honestati & Iuri consentaneum, vt Religiosi prouinciæ de Estremadora, vbi omnes Conuentus redditus & bona constituta sunt, non alternentur, sed quisque secundùm propria merita ad beneficia & officia Ordinis assumatur, esset enim eidem honestati, & Iuri contrarium oriundos excludere, vel saltem pro aliquibus vicibus ab electionibus amouere, vt inde locus fieret indigenis obtinendi eadem beneficia, & officia, ac promouendi suos ad habitum & receptionem eiusdem Ordinis, debet enim inter vtrosque seruari æqualitas, nec aliqua personarum acceptio est habenda in officiis distribuendis. nam non est apud veritatem accipere personas, nec differentias, sed quæ iusta sunt facit omnibus, vt dicitur *Esdræ lib.* 3. *cap.* 4. eo maxime quando ab antiquo, & à prima fundatione dicti Conuentus semper fuit ita obseruatum. 19

Conc.

Conclusio II.

Electiones summa libertate faciendæ.

20 MAXIMA inconuenientia ex alternatis electionibus oriri experientia omnium magistra, nos edocet; nam primò inoouatur antiqua consuetudo, quæ à plutibus retro aonis viguir in hoe otdine eligendi Superiotem generalem ex omnibus Religiosis totius congregationis, vt de Iure est text. *in cap. fin. 6. quæst. 7. cap. Abbatem in 1. & 2. 18. quæst. 2. cap. cùm dilectus, de consuetud.* Rota apud Farin. *decis. 65. num. 5. p. 1. recentior.* vbi quòd electio Abbatis generalis, qui toti Congregationi præficitur, debet ad totam Congregationem actiue & passiue pertinere, quod eoim omnes tangit, debet ab omnibus approbari. in quo mutatio nouitatem induceret, ac proinde perturbationes, & dissensiones in Religiosis orirentur, ipsis plurimum
21 damnosæ. Secundò fit locus vt minus idoneus eligatur quando inter exclusos, & reiectos, aliquis magis aptus reperitur ad illud officium obeundum, vt in hac specie considerauit Rota *d. decis. 65. num. 8. parte 1. recentior.* quod in prouidendis ad Parochiales Ecclesias expressè agnouit Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 1.* ibi. *Omnes & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quomodocumque ius habent, mortaliter peccare, nisi quot digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint*, &c. & cap. 18. ibi. *Ad Parochiales ex dignis, & approbatis eligendum, & præsentandum esse digniorem, & magis idoneum*, &c. & in hoc ordine idem expresse cauetur, *en los Establecimentos tit. de los Priores y Conuentos de Religiosos c. 12. §. quando los Priores*, ibi. *Quando los Priores hubieren de proueer beneficios o Colegiaturas sea al mas merito; & in tit 16. cap. 3.* ibi. *Almas habil, & cap. 19.* ibi. *A los mas habiles*, optimè Rebuff. *in concord. tit. de elect. de regul. verbo idoneiorem pag. mihi 95.* ibi. *Qui non elegit idoneiorem, & meliorem, peccat mortaliter; tum quia est infidelis Domino suo, vt dicitur in Euangelio. Fidelis seruus, & prudens quem constituit Dominus; tum quia cedit in detrimentum Ecclesiæ & dedecus; graue est enim inexpertes Dei seruitio applicare. cap. Monasterijs 19. quæst. 3. glos. pen. in cap ad Apostolicam, de regular. tum & quia transgreditur Canones volentes meliorem eligi debere, & ius diuinum, vt supradictum extitit*, &c. & sic discursum finit. Isti timeant collatores, & suæ saluti melioribus conferendo prouideant, sed oculi eorum forte sunt grauari ne eos agnoscant. Eleganter Couar. *in reg. peccatum parte 2. §. 7. num. 4. vers. Igitur Iura*, statim post princ. ibi. *Is verò qui dignum elegerit, siue Sacerdotium, aut munus publicum contulerit, prætermisso digniori, planè peccatum committit, & perpensa qualitate mortale quidem: quippe qui teneatur digniorem præficere, sicuti omnium consensu extat adnotatum in d. cap. constitutus, vbi Panorm. de appellat.* &c. plures refero *de officio, & potest. Parochi parte 1. cap. 1. n. 95. cum seqq.* & in proposito Rota *decis. 65. num. 8. p. 1. recentior.*

22 Denique tertium & magis principale inconueniens, quod exinde oritur, erit efficere electionem non liberam, & consequenter nullam, actus namque eligendi, est de illis, qui maiorem libertatem, & magis summum consensum desiderant, vt probauimus *voto 35. num. . .* non enim plena libertas & securitas erit vbi electoribus non liceret ex tota Congregatione Generalem Superiorem assumere, sed electio restringeretur ad certam prouinciam, concurrente vi & metu ex parte Præsidentis, nimium rigide vocales obstringentis, vt ex dicta prouincia, & non de alio loco, Superiorem sibi eligant, adiungendo minas de illis puniendis & transferendis in alium Conuentum si ita non adimplerent, vnde subsequuta electio nullitati subiiceret absque dubio.

Certa est enim in Iure nostro conclusio quòd 23
vis, aut metus, & defectus libertatis ipso iure electionem annullant, *cap. vbi periculum §. cæterùm, de elect. in 6.* ibi. *Cæterùm, quia cùm arbitrium, vel inordinatus captiuat affectus, vel ad certum aliquid obligationis cuiusque necessitas adigit, cessat electio dum libertas amittitur eligendi*, &c. Panorm. *in cap. bona mem. el 1. num. 11. de elect.* Naoar. *consil. 5. num. 2. eod. tit.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 23. art. 1.* Portel. *in resp. moralib. p. 2. casu 16. n. 5. vers. denique.* Laurent. de Peirinis *tom. 1. de Relig. subdito q. 1. de obedient. cap. 31. § 8.* Castellin *de elect. cap. 4. num. 56.* Tamburin. *de iure Abbatum disp. 5. q. 21. num. 7. & 8. tom. 1.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 54. numer. 4.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. cap. 21. num. 4. cum seqq.*

Quod procedit etiamsi metus esset reuerentia- 24
lis, prout ex sola reuerentia, quam isti Religigiosi Præsidenti ex consilio Regio ordinum Senatori debebant, bene deducitur. nam dicto Consilio subsunt, & eius mandatis semper obediunt. quare cum Senator totum Consilium repræsentans, id præcipiat quod suprà diximus, reuerentiam ei deberi colligitur ex notatis per Sanch. *de Matrim. lib. 4. disp. 6. num. 25.* nec ideo illi resistere ex verecundia audebant, *l. si quis cum sciret 93. ff. de furtis*, ibi, *& is cuius magna verecundia ei, quem in præsentia pudor ad resistendum impedit*, &c. vltra grauitatem, & respectum, qui tanto viro primariæ nobilitatis Hispaniæ debitus ad maiorem metum & reuerentiam circumstantes mouebat, quia, vt inquit Philo Hebræ. *de præm. & pœnis, maiestas parit reuerentiam, grauitas metum*, quem refert Dominus meus D. Fernandus Pizarro y Orellana supremi Senatus Castellæ meritissimus & doctissimus Consiliarius *in suo opere de los Varones ilustres del nueuo Mundo, obseru. 6 pag. 81.*

At non in sola reuerentia, & præsentia Senato- 25
ris prædicti fundatur metus & vis, ex qua deducimus nullitatem electionis, quia etiam intercesserunt minæ de incarcerandis illis, qui obedire et recusauerint, qui quidem metus reuerentialis simul cum minis sufficiens iudicandus est ad electionis
nullitatem, vt probauimus *voto 35. concl. 2.* Accesse- 26
runt etiam instantissimæ persuasiones ab eodem Senatore factæ, quæ ad metum inferunt cadentem in constantem virum, ac proinde electionem annullant, Gregor. XV *decis 326 num. 3.* Laurent. de Portel *d. p 2. casu 16. num. 4.* Anton. Corne *de absolut. Iuram p. 4. casu 3 num. 1. 2. argum. l. 1. ff de seruo corrupto*, ibi. *Persuadere est plusquam compelli & cogi sibi parere*, &c *l. 1. C. de petit. bonor.* ibi. *Inuerecunda petentium inhiatione constringimur.* &c. S. Chrysost. *serm. 39.* ibi *Quicumque semel pulsauerit, indignatur mox si non fuerit auditus, iste non est petitor supplex, sed imperiosus exactor*, &c. Demum protestationes iteratæ à Vocalibus factæ quod vi, & metu compulsi eligebant, ad præfatam nullitatem deseruiunt vt eodem voto.

Prædictis etiam omnibus deficientibus, sufficie- 27

bat pro metu ad effectum de quo agimus, quod præcepto Regis idem Senator egerit quæ supradiximus, vt bene resoluit Valenzuela *consil.* 74. *à num.* 19. *cum seqq. tom.* 1. ibi. *Et ideo non importat dicere quòd idem Abbas Frater Angelus Tnallar in Prouinciali Capitulo dicti Ordinis sancti Benedicti illius Prouinciæ interuenit cum alijs Abbatibus eius, & nominatione Præsidentis, & ex eo fuerit visus consentire in eius potestatem, nam vltra quod interuenit compul-*
28 *sus litteris suæ Maiestatis*, &c. Et ibi. *Qui per metum facit, magis contradicit, quàm consentit* Bald. *in l. pen. num* 3 *C. quomodo & quando Iudex, & traditur in tit. de pace Constantia §. Vasalli, ibi. Pactiones timore nostro, vel per impressionem nuntiorum facta censentur, & pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur*, vbi Bald. *num.* 1. *notat non valere illud, quod fit per metum Principum* Sequitur Marant. *disput.* 6. *num.* 36. *iuncta l.* 1. *Cod. de his, qui per metum Iudicis, cap. si iustus metus, de appellat. in* 6. *iuncta l fin tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin. ibi. (a al Rej y a su vox nadia se*
29 *pueda defendor, &c.* Et ibi *num.* 4. *Quòd maximè procedit quando coactio non fuit inferioris, sed Regis præcepto causata, quod metum iniustum inducit.* Batt. *tract. de tyrannia num.* 21. *glos. verbo morere in cap. connenior* 23 *quæst* 8. Deci *consil* 468. *num.* 22. Mascard. *de probat. concl.* 1051. *n* 55 Flamin. Paris. *de resign. benef. lib* 13. *q.* 1. *n.* 184. *cum seqq* &c.

Quare concludimus electionem de qua agimus, non fuisse liberam, sed vi & metu factam, proindeque nullam esse.

Conclvsio III.

Electio de Priore ad tres, vel quatuor personas arctata cum aliorum exclusione est nulla.

30 Restitvtio in electione passiua ad tres, vel quatuor personas, libertatem in eligendo coarctat, debet enim Superior, qui tanquam caput cætera Communitatis regat membra, à toto illius mystico corpore eligi. *Prouide autem*, inquit Dominus Moysi Exodi cap. 18. vers. 21. *de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas*, &c. & vers. 25. *Et electis viris strennis de cuncto Israel, constituit eos Principes populi, &c.*

31 Ex quo sanè Rota Romana *decis.* 65. *parte* 1. *recentior.* censuit Pontificiam Constitutionem de vno ex Monasterio Vallisoletano in Abbatem & Generalem totius Congregationis sancti Benedicti eligendo in alternato triennio, restringere & coarctare libertatem electionis, proindeque nullam esse, *& num* 8. pluribus rationibus per eam adductis subdit istam quæ sequitur. *Præmissis accedit quòd restringendo electionem passiuam ad solam Monasterium Vallisoletanum, sequeretur quòd minus idonei præferrentur idoneioribus, contra Iuris dispositionem, quæ vult, quòd in omni electione præferatur ille, qui cæteris est melior, ac morum, & vitæ sanctitate præstantior*, &c. Et infrà. *Non est dubium quin idoneiores facilius eligi possint ex tota Congregatione, quam ex vno Monasterio*, &c.

32 Vnde si restrictio ad Fratres vnius Monasterij, in quo vt plurimum sexaginta inhabitant Religiosi, coarctat eligendi libertatem, quanto magis coarctaretur si ad tres vel quatuor personas, vt in præsenti, limitatio fiat, & hoc casu nullam ex defectu libertatis ipso iure esse electionem, resoluunt Conar. *de sponsal parte* 2 *cap.* 6. §. 5. *num* 8. *&* 9 Fr. Emman. *quæst. Regular tom.* 2. *quæst.* 52 *art.* 11 Laur. de Portel *in dubijs Regular verbo electio numer.* 4. *& in resp moral parte* 2. *casu* 48 Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 25. *concl.* 3. Sigism. à Bononia *de elect. Prælator. Regular. dub.* 52. *num.* 5. Castellin. *de elect. cap.* 3. *num.* 7. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* . *disput.* 5. *quæst* 21. *num* 8. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap* 21. *à num.* 1 *& num.* 14 & hos quatuor vltimo loco citatos familiariter agnoui Romæ, cum illisque maximam contraxi amicitiam, Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 5 *num.* 66. *cum seqq.* Ego ipse *de Iure Ecclesiast. vniuerso lib.* 1. *cap* 19. *num.* 233. in terminis Rota *d. decis.* 65 *num.* 6. *part* 1. *recentior.* vbi dicitur quòd electio non erit libera si facultas eligendi restringatur itavt certum genus personarum, immo vna persona eligi non possit.

Esset deinde sic coarctando, excludere ab ele- 33
ctionibus certum genus personarum, & propterea statutum tale quid inducens diceretur contra ius, Butr. *in cap. cum dilectus in* 2. *lect. num.* 38. *cum seqq. de consuet.* Rota *d. decis.* 65. *num.* 7. Prout etiam statuta excludentia à beneficiis neophytos, & descendentes ab iis, dicuntur contra ius, *cap. eam te, de rescript.* Card. Mantica *decis.* 07. *num.* 1. Perez de Lara *de Capellan. & anniuers. lib* 2. *cap.* 4. *num.* 39 Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi parte* 1. *tit.* 2. *gloss.* 17 *num.* 29.

Vlteriùs hanc coarctationem detestatur antiqua 34
consuetudo, quæ in tota Congregatione viget, & ab ea contra ius recedere, esset nouitas intolerabilis, & pareret maximam discordiam, *cap. consuetudinis, de consuet.* ibi. *& plerumque discordiam pariunt nouitates*, &c. *cap fin. de consanguin. & affinit.* ibi. *In hac causa consultius duximus maitiuudini, & obseruata consuetudini deferendam, quam aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum quadam adhibita nouitate*, &c. *Extr. mag.* 1. *§. sane, de priuil* ibi *Nec mirum, quia plerumque pariant nouitates discordiam, &c.* Vlpian. *in l.* 2. *ff. de constit. Princip.* ibi. *Nam in rebus nouis constituendis euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum visum est*, refert D. Ferdinandus Pizarro y Orellana supremi Castellæ Senatus meritissimus, & doctissimus Consiliarius in nunquam satis laudando opere *de los Varones ilustres del nueuo Mundo en la Vida del Ilustre Varon Gonçalo Pizarro cap.* 1. *obseru.* . *lit. G. H I. pag.* 364. vbi dicit, *que no se puede introducir nouedad en el gouierno si no es con euidente vtilidad y equidad; y que della nasca conocido bien, y de lo contrario euidente peligro*, Ioan. à Cochier *in thesauro politico lib.* 1. *cap* 4. Ego ipse *de Iure Eccles vniuer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 96. *in fine* Nam mutando quæ Maiores no- 35
stri obseruarunt, iniuria & damnum graue illis infertur, qui sic antiquitus meliori fortuna & fortel se gubernare meruerunt, vt admonet Renat. Choppin. *de sacra politia lib.* 1. *tit.* 2. *in fine*, ibi. *Vnum nobis superest tanta Maiorum politia hæredibus ne à solemni ipsorum ritu, sacraque electionum disciplina recedamus, nam consuetudinis amor magnus est*, vt dicit Simach. *lib.* 10 *epist.* 54. &c. Super omnibus negotiis meliùs ac rectiùs olim prouisum, & quæ mutantur in deterius conuertuntur, vt optimè aduertit Cornel. Tacit. *lib.* 15.

Concl.

CONCLVSIO IV.

Appellatio ad Pontificem per Fratres Ordinis S. Jacobi de Spatha, ab huiusmodi electione, licitè fieri valet, & causa non obstantibus priuilegijs per Sedem Apostol. alij quàm Senatori Regij Consilij Ordinum, siue Militiarum commissa, ab eo cognosci, & decidi potest.

36 EX priuilegio sanctæ mem. Pij V. concessum
prætenditur ne vllus præter Senatores dicti
Consilij Militiarum cognoscere etiam in gradu
appellationis possit de causis inter Præceptores
Milites, & Fratres Militiarum huiusmodi introdu-
ctis, & pendentibus; verba autem *Breuis*, incip.
Exponi nobis, sub dat. 10. *January* 1569. sunt quæ
sequuntur. *Quod Consilium Militiarum huiusmodi
in quo ad minus quatuor egregij Doctores, vel Licen-
tiati in vtroque, vel altero Iurium, & vnus Præsidens
Militiarum earumdem, respectiue professi continuò
resident in dicto Consilio, causas pro tempore inter
Præceptores, Milites, & Fratres, atque aliàs Mili-
tiarum huiusmodi illis inseruientes introductas, & pen-
dentes, quæ ex VISITATIONIBVS in di-
ctis Militijs pro tempore factis, prouenìunt, oriuntur,
& resultant, audire & cognoscere, illasque iuste &
rectè terminare, finire, & decidere solent, & quamuis
per sententias ipsas condemnati sententijs HVIVS-
MODI, tanquam iustis, & rite, recteque latis ac-
quiescere, & obedire deberent; nihilominus, vt à sen-
tentiis, & condemnationibus, ac pœnis in eis contentis
illis rectè impositis illicitis vijs, & modis se eximere
possint, à sententijs contra eos latis HVIVSMODI,
appellationem interponunt, causasque ipsarum appel-
lationum iudicibus extra gremium prædictarum Mili-
tiarum eis affectatis, & vtplurimum Iuris ignaris in
illis partibus vulgo dictis Iudices de manga, cum claus.
& coram cuilibet committi faciunt*, &c. Et infrà. *Nos
igitur attendentes inconueniens esse causas prædictas
inter Præceptores, Milites, & Fratres per alias per-
sonas Militiarum huiusmodi non professas audiri, &
terminari debere iustis, & honestis petitionibus præ-
dicti Philippi Regis Administratoris in hac parte in-
clinati, vt de cætero omnes & singulæ causæ quarum-
cumque appellationum à sententijs prædictarum Visita-
tionum*, &c. Et deinde. *Nulli alij personæ, seu personis,
nisi vni ex prædictis Consilij Auditoribus*, &c.

37 Quarum litterarum in forma Breuis sensus
fuit, & intentio comprehendere tantum causas,
quæ ex visitationibus procederent, vt colligitur,
ibi. *Quæ ex Visitationibus ex dictis Militijs pro tem-
pore factis prouenirent*, &c. vel causas easdem, quæ
in gradu appellationis committuntur, dummodo
super eisdem Visitationibus introductæ sint, &
constat ibi. *Vt de cætero omnes, & singulæ causæ qua-
rumcumque appellationum à sententijs prædictarum vi-
sitationum*, &c. & ibi, *condemnati sententijs huiusmodi*,
&c. tum ex dict. *prædictarum*, quæ est relatiua præ-
cedentium cum omnibus suis qualitatibus, Decia.
consil. 17. *num.* 10. *&* 11. *& consil.* 51. *num.* 5. *lib.* 1. Surd.
consil. 546. *num.* 9. Rot. *decis.* 194 *num.* 7. *parte* 2. *re-
centior.* cum aliis per me citatis *de diction. vsufreq.
dict.* 176. *num.* 3. Tum ex alia, *huiusmodi*, quæ ean-
dem relationem importat, ex Gonzal. *ad regal.* 8.
Cancel. glos. 4. *num.* 1. Seraph. *decis.* 388 *num.* 6. *& de-
cis.* 606. *numer* 3. *&* 14. *& decis.* 624. *num.* 1. Stephan.
Gratian. *discept forens. cap.* 554. *num.* 10 cum aliis
per me *dict.* 38. *num* 1. Tum etiam, quia verba di-
ctarum litterarum clarè loquuntur de causis visi-
tationum, & cum restringant potestatem de Iure
communi competentem, non sunt ad alias causas
super diuersis materiis extendenda. Verba enim
debent intelligi quatenus propria eorum signifi-
catio patitur, *l. cum lege, ff. de testam cap. ad audien-* 38
tiam 12. *de decim.* Rot. *decis.* 351 *num.* 1. apud Farin.
parte 1. *recentior.* quia cui non conueniunt verba
legis, non conuenit eius dispositio. *l.* 4. *§. toties ff. de
damno infecto, l. quod constitutum. ff de milit. testam.
l.* 2. *C. commun. de legat.* cum aliis pluribus per me
adductis *Axiom.* 136 *num.* 8. Tum denique, quia
non est credendum summum Pontificem voluisse
appellationes ad se interpositas reiicere, aut de se
loquutum, cum in generali concessione, vel ser-
mone nunquam comprehendatur persona loquen-
tis, vt læsa censeatur. *l. si mercedem* 13. *§. si habita-
toribus ff de act. empt.* vbi gloss. *verbo habitatio*, Rot.
decis. 241 *num.* 5. *cum seqq parte* 1. *diuers.* & in statu-
tis, legibus, & priuilegiis, Surd. *decis.* 23. *num.* 12.
Lancell. Gallia *consil.* 97. *ex numer.* 19. Matiens. *l.* 6.
glos. 5. *num.* 15. *lib* 5. *Recop.* In quibuscumque enim 39
concessionibus semper Principis auctoritas cense-
tur reseruata, Natt *consil.* 580. *num* 4. *vers. non præ-* 40
dictis, Menchaq. *de success creat. lib.* 1. *§* 17. *numer.* 88.
cum seqq. Surd. *consil.* 152. *num* 16. Et Papa non cen-
setur tantum concessisse quin maiorem auctorita-
tem sibi, & successoribus reseruauerit, *cap. dudum,
cap. quamuis el* 2. *de præbend. in* 6. Aymon *consil.* 126.
num 4 *vers. Itaque si Papa*, Cephal. *consil.* 135. *num.* 4.
& consil. 168. *num.* 28 Marches. *de commissionib. p.* 3.
§. vnico num. 43 *pag.* 367. *in vlt imp.* ibi. *Quia quan-
tumcumque alijs potestatem Papa tribuat, non solùm
eandem, sed valde maiorem semper apud se retinet*,
&c.

Non obstat Bulla Iulij III. incip. *Cùm sicut nobis* 41
sub die 18. *Decembris* 1553. ibi. *Præterea quòd de cæ-
tero à quibusuis sententijs per eosdem Priores, seu eorum
Vicarios pro tempore latis nisi prius, & immediate ad
Consilium Ordinum iuxta concessionem Apost. eidem
Majestati tuæ, siue dicto Ordini desuper factam ap-
pelletur, & causa prima appellationis huiusmodi ibidem
cognita fuerit, ad Sedem Apost. appellari non possit*, &c.
quia multipliciter respondetur.

Primò, quia dum in ea prohibetur à sententiis 42
Prioris, seu eius Vicarij ad Sedem Apost primò ap-
pellari, non censetur prohibitum quin Sedes Apo-
stol. per se cognoscat, vel causam appellationis si
velit alteri committat, prout voluit in præsenti
casu, iuxta supra adducta.

Secundò, quia Prior seu eius Vicarius quicquid 43
decreuit, id totum de ordine & mandato Consilij
Militiarum egit, ideo licitum esse non poterat ad
idem Consilium appellare vnde grauamen proce-
debat, esset enim de eodem ad eundem appellare,
quod Iure improbatur per ea, quæ dixi *de officio &
potest. Episcop p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 43 *cum seqq*

Tertiò, quia Iulius III. loquitur de sententiis, 44
quarum appellatione diffinitiua continetur, gloss.
verb. diffinitiua in princ. in Clem. 1. *de sequestrat possess.
& verbo sententia, per tex. ibi in cap. cùm olim, de te-
stib. & verbo sententia in l.* 1. *§. biduum ff quando appel.*
Alex. *consil.* 50 *num* 2 *lib.* 1. Pute. *decis.* 166 *numer.* 3.
lib. 1. *in correct.* Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 7 *limit* 6.
num. 7. *& memb.* 7. *num* 30. at in casu nostro nullam
Prior assertus protulit sententiam, sed tantùm, quæ
illi

illi mandauerat Regium Consilium, executioni tradidit. Deinde nulla lis, aot controuersia præcessit, seu causa fuit veotilara, vt tequirebatur; causa enim, de qua meminit dicta Bulla, verificari debet in ea, quæ ordinario iudicio introducta, & contestata fuit, & io qua pronuntianda esset sententia, Bald. *consil.* 150. *Casus num.* 2. *vers. & similiter lib.* 1. Castr. *consil.* 303. *in princ. lib.* 2. vbi infert ad statutum quòd causæ Aduocatorum absentium sint suspensæ, non veniunt illæ, in quibus lis non est contestata,

Conclvsio V.

Prior electus post appellationem legitimè interpositam, fuit nulliter electus, & quicquid egerit vti talis Prior, nullum, & attentatum debet censeri.

46 EX electione nulliter celebrata non potuit
Priori electo ius aliquod acquiri, vel eidem
iustus aliquis titulus dari, ad illud officium ob-
eundum sibi vt tali competente, Abb. *in cap. di-*
lecti num. 12 *de prabend.* Rota *decis.* 674. *num.* 1. *p.* 4.
diuers. Qui enim nulliter electus est, nullam habet
potestatem, Syluest. *in sum. verbo Religio* 3 *numer.* 19.
Rota *decis.* 217. *num.* 19 *p.* 2. *diuersor* Et sic cùm pos-
sideat nullo titulo suffragante, dicitur intrusus,
47 Beltramin. ad Gregor. XV. *decis* 577. *num.* 7 prout
etiam dicitur, qui habet titulum à non habente
facultatem, Abb. *in cap. quia diuersitatem, in* 2. *not de*
concess. preb. Mandos. *super regul de subrogandis q.* 4.
n. 2. Rota *decis.* 336. *n.* 4. *p.* 5. *recentiss. alias in post-*
humis Farin.
48 De iniustitia autem electionis satis apparet ex
resolutis *concl.* 2. & 3. vbi ostendimus in ea defuisse
liberum consensum in eligentibus, summam li-
bertatem, quam Iura requirunt, sic restrictam
fuisse huiusmodi electionem ad tres, vel quatuor
cum aliorum exclusione.
49 De nullitate constat, quia electio facta fuit ap-
pellatione pendente, iuxta *tit. nil nouari appellat.*
pend. cap. dilecti 55. *de appellat. cap. si a Iudice, eod.*
tit. in 6. Roman. *consil.* 57. *numer.* 4 Paris. *consil.* 28.
num. 16. *lib* 4. Caballin. *milleloq.* 979. *num.* 1. Roland.
à Valle *consil* 57 *num.* 12 *lib.* 1. & *consil.* 77. *numer.* 4.
50 *lib.* 2. Rebuff *resp.* 82. *in fine.* & quicquid gestum fue-
rit appellatione pendente, dicitur attentatum, ac
proinde nullum, *cap. non solùm, de appellat. in* 6. Hier.
Grat. *consil. siue resp.* 77. *n.* 6. *lib.* 2 Lancell. *de attent.*
c. 12 *limit.* 40. & 49.
51 Non obstat quòd appellatio interposira fuit ex-
traiudicialiter, ac proinde gesta post eam non sunt
attentata, nec veniunt reuocanda, vt per Iura &
Doctores, quos citaui voto seq *nullit* 4. quia ibi
ostendimus contrariam opinionem esse multum
probabilem, & absque dubio procedere in electio-
nibus Regularium Ecclesiarum, per tex. *in cap. si*
postquam, de elect. lib 6. vel quando appellatio coram
Superiore fuit iustificata; vel denique quando co-
ram Præsidente Capituli, vel aliqun alio Superio-
re incepit opponi contra electionem faciendam,
& Præsidens decreuit quod deberet celebrari, nam
ex tunc iudicium inter collitigantes formatur, &
dicitur consumpta illo decreto prima instantia, &
ab eo interposita appellatio dicitur iudicialis, &
causabit attentata, vt *dicta nullit* 4. rectè probaui-
mus.

Quod in nostro casu sine difficultate transit 52
stante inhibitione Illustrissimi Domini mei Nun-
tij Priori intimata, quæ inhibitio inducit regula-
riter nullitatem omnium post intimationem ge-
storum, *cap. non solum, de appellat. in* 6. Achil. *dec.* 16.
eod. tit. Camill. Borrel *in sum decis tom.* 1. *tit.* 35. *n.* 84.
cum seqq. & *tit.* 16. *num.* 59. Stephan. Gratian *discept.*
forens. tom .. *cap.* 791. *num.* 15. Gesta enim post ap-
pellationem, & inhibitionem intimatam sunt re-
uocanda. Rota *dec.* 464. *n.* 1. & *dec* 595. *num.* 1. apud
Farin. *p.* 1. *recentior.* & *decis.* 670. *num.* 1. *ead. p* 1. &
decis 79. *n.* 1. & *dec.* 691. *n.* 1. *p.* 1. *in posthumis Farin.*
Nec etiam obstat quòd quidam Senator Regius 53
Eques S. Iacobi de commissione Consilij Ordi-
num aliqua gessit post dictam appellationem &
inhibitioné, quia cum tetenderint ad obseruan-
tiam electionis, quæ ex dictis nulla & iniusta fue-
rat, vtique subiiciuntur etiam nullitati, nam si sen-
tentia fuerit declarata nulla, possessio etiam erit
irrita, & quicquid ex ea sequutum est, Lancell. *de*
attentat. cap. 17 *num.* 32. Surd. *consil.* 542. *numer.* 12.
Mar. Giurba *decis.* 49 *num.* 13. *volum.* 1. Et in mate-
ria electionis, de qua agimus, Rota *decis.* 172. *n.* 9.
apud Farin. *parte* 1. *recentior.* ibi. *Quatenus vero*
Martinus prætenderat ius ex electione Capituli, & in-
stitutione Ordinarij, cum omnes isti actus fuerint de-
clarati nulli, & attentati, vtpote pendente appellatio-
ne facti, nullum ius validum potuerunt illi tribuere, vt
fuit dictum in illa Calaguritana, &c. Maximè stante
commissione cum clausulis amplissimis compre- 54
hendentibus hanc causam cum suis annexis, &
connexis, Rota *in Placentina aquarum coram Card.*
Arrigonio, impressa per Marchesan *de commission.*
parte 1. *titul. de commiss. appell. in Romana Curia*
cap. 5 *pag* 132. *in vlt. impress.* ibi *hanc dictam compre-*
hendere omne ius competens, & omnem actionem pari-
ter competentem super ea causa, &c.
Vlteriùs iniustitiam notoriam continent gesta 55
per dictum Senatorem Regium, quia tanquam
commissarius dicti Consilij ordinum, maiorem fa-
cultatem habere non poterat, quam ipsum Consi-
lium, quod commisit, habebat, iuxta vulgare axio-
ma, *nemo plus iuris in alium transferre potest quàm ipse*
in se habeat, l 2. *C. de pœnis, cap. nemo potest* 79 *de reg.*
Iuris in 6. Rota *decis.* 686. *n* 1 apud Farin. *p.* 1. *recent.*
cum aliis per me citatis *Axiom.* 160. *n* 2. Sed cõstat 56
quòd tunc temporis Consilium de causa cognos-
cere non poterat, cum illa effecta esset Curialis, &
sine Papæ scientia à Curia extrahi non posset, Mo-
hed. *decis.* 320 Rota *decis.* 587. *alias* 4 *de reseruat in*
nouis, Rota *in Toletana fructuum* 16. *May* 1586. *co-*
ram Card. Pamphilio sen. impressa per Marches. *de*
commission. p. 2. *pag.* 80. *in vlt. impres.* & *ead p.* 2. §. 4.
n. 19. *cum seqq pag.* 347. & Papa alteri committendo 57
manus cæterorũ ligat, Rota *in Veneta legitimitatis*
26. *February* 1597. *coram Pena*, impressa per eun-
dem Marches *de commission p.* 1. *pag* 159. eo maxi- 58
mè, quia reperiebatur etiam commissa cuidam
Cardinalium congregatione, vnde per alium quàm
per Cardinalem decidi non poterat, quia causa
semel effecta Cardinalitia semper remanet Cardi-
nalitia, Ludou. Gom. *in compendio vtriusque Signa-*
turæ, verbo septimum priuilegium, Bellarm. *decis.* 37.
incip. Vbi appellatur, in fine. Marches. *de commissionib.*
p. 2. *c.* 15. §. *vnico pag* 450 *in vlt. impress.*

Quare, &c.

Cæsar

Cæsaraugustana pœnarum.

Quæ pertractantur, & aguntur à partibus ante habitam cõclusionem, non sunt in consideratione habenda, & maximè vbi de scriptura mentio fuit habita in pœnalibus.

VOTVM XXXIV.

1 *Casus, & acta Curialia referuntur.*

2 *Verbum* habere, *intelligitur cum effectu.*

3 *Beneficia dicuntur habere curam animarum, quæ eam habent actu, non vero habitu.*

4 *Conclusio vbi non capitur ex his quæ pertractantur, & aguntur à partibus, nihil dicitur actum.*

5 *Conclusio sola dicitur esse contractus quando verba in contractibus hinc inde interueniunt.*

6 *Multa tractantur, quæ postea non fiunt.*

7 *Factum oportet esse consummatum in statutis, vt locus sit pœna, nisi in criminibus exceptis.*

9 Cap. de multa, de præbend. *expenditur.*

10 L. final. Cod. de Iure emphyt. *expenditur vt procedat data alienatione cum effectu, ex qua dominium & possessio acquiratur emptori.*

11 *Contractus dicitur imperfectus, & est locus pœnitentiæ quando in eo, vel ante illum de Scriptura mentio facta fuit.*

12 *Credulitas etiam iniusta, & irrationabilis, seu bestialis, à pœna, & dolo excusat.*

13 *Lex loquens de tempore certo, & determinato, maxime si odiosa, & pœnalis esset, non est extendenda ad casum, & tempus diuersum, etiamsi eadem, vel maior daretur ratio.*

14 *Verba rigorosè & strictè accipienda sunt.*



1 BERNARDVS Fernandéz de Soto Cæsaraugustinus Deputatus, dum suo officio fungeretur die 15. Nouembris 1637. de manu Didaci Sanz de Villanueua videtur accepisse vnam vigesimam quartam partem affictus Generalis Aragoniæ in tempus, quo iam non esset deputatus, idque constare dicitur, quia inter scripturas dicti Bernardi reperta fuit quædam scriptura ipsius manu signata, ex qua colligebatur, sic inter Bernardum & Didacum præfatos fuisse concordatum, cuius effectus reseruabatur in tempus, quo fierent Capitulariones. Verùm, quia *in actis Curialibus, sub tit. del poder y iurisdicion de los Diputados*, sic dicitur. *Empero que los dichos Diputados facientes la dicha arrendacion no puedan auer parte ocultamente, ni publica, directa, ni indirecta en la dicha arrendacion, ni recibir precio, o emolumento, o subornacion alguna per fazer aquella so pena de infames ipso facto, y de priuacion de oficios y beneficios del dicho Reyno, y aun de diez mil florines de oro en oro pagaderos por el contrafaciente, aplicaderos al dicho Reyno.* Prætendebatur vigore huius actus Curialis Bernardum in eius pœnas incidisse, & negatiue respondendum & tenendum esse duxi.

Moueor, quia ad hoc vt pœnæ huiusmodi locum habeant, actus consummatus requiritur, vt colligitur ex illis verbis, ibi, *No puedan auer parte, &c.* verbum enim, habere intelligitur cum effectu, *l. nomen §. habere ff. de verbor signif.* Host. *in cap. nonnulli, de cleric. non resid.* Capra *conclus. 90. num 76.* Hine illa beneficia dicuntur habere curam animarum, quæ eam habẽt actu, non vero habitu, gloss. *verbo habentia in extrauag. execrabilis in princ. de præbend.* Vitalin. *in Clem. 1. numer. 4. de offic. Vicar.* 2 3

Nam quæ pertractantur, & aguntur à partibus, nisi conclusio aliqua existat, nihil operantur, sic probat tex. *in l. si voluntate C. de resiind. vend.* vbi pulchrè Bald. notat quòd licèt multa verba in contractibus hinc inde interueniant, tamen sola conclusio dicitur esse contractus, *l. si ex causa §. nunc videndum, in fine ff. de minor 25. l. eleganter, in princ.* vbi gloss. *ff. de condict. indeb.* & idem Bald. quem recenset Afflict. *decis. 375. num. 5.* dicere consueuit aliud esse dixisse, aliud fecisse, vel contraxisse, bene Menoch. *de arbitr. casu 470. num. 2. cum seqq.* Ciarlio. *controuers. forens. lib. 1. c. 82 n. 12. cum seqq.* 4 5

Ratio est, quia multa tractantur, quæ postea non fiunt, Bald. *in l multum, num. 2. C si quis alteri*, Alex. *consil. 13. num 12. lib. 1.* Dec *consil. 488. num. 9 & 10.* Vnde non sufficiunt tractatus præcedentes ipsi actui, contrahendi, vel testandi, quia multoties contrahentes, seu testantes non tenent voluntatem, quam explicarunt in tractatu Cephal. *consil. 294 num. 39* Menoch. *consil. 97. n. 96. lib. 1* Rota apud Farin. *decis. 336. n. 7. tom. 2 consil.* 6

Vnde in staturis vt locus sit pœnæ impositæ oportet factum esse consummatum, Bart. *in l. 1. ff. de sicar.* Felin *in tract. de conatu vers. fallit octaue*, Marsil. *in l. vtrum num. 7. de parricid.* quos refert & sequitur Ciarlin. *d. lib. 1. cap 64. num 3.* nisi in criminibus exceptis, & vbi id specialiter à lege deciditur; quam singularitatem & specialitatem in cogitante & tractante aliquem extrahere ab Ecclesia, agnoscit Farin. *in praxi crimin parte 1. q 28. numer. 4* vbi agens de materia *l præsenti C. de his, qui ad Ecclesias confug.* in illis verbis, ibi, *aut nuda saltem cogitatione, atque tractatu*, &c. sic ait. *Et sic vltra cogitationem copulatiue requirit tractatum, alioquin nimis durum esset, quod sola ipsa cogitatio, quæ in crimine læsæ Maiestatis, nec in aliys atrocibus delictis punitur, vt prædixi, puniretur isto casu, &c.* Nullo enim crimine sola voluntas punitur, vt eleganter probat Decian. *in tract. crimin lib 9 cap 18 num 4* vbi *n. 1. in princ.* sic ait. *Cogitationis pœnam nemo patiatur, inquit Vlpian. in l. cogitationis pœnam ff. de pœnis, quæ registrata est in cap. cogitationis, de Pœnit. dist 1 & ib. d. in cap. cogitatio, dicitur, cogitatio non meretur pœnam quæ lege ciuili cũ suis terminis cõtenta est. & probat tex. in l. fugitiuus ff. de verborum signif. vbi dicitur, quòd licèt quis posset cogitare, & preponere velle furari data* 7 8

occasione, vel adulterium cum tali data occasione, si tamen non deuenerit ad aliquem actum, neque fur, neque adulter dici poterit, & Paul. in l. sæpe, eod. titul. in fine, inquit, & sane post veterum auctoritatem, eo peruentum est, vt nemo opere furtum fecisse videatur, nisi & consilium malignum habuerit, nec consilium habuisse necandi sufficiat, nisi & facto sequutum fuerit, &c.

9 Hinc text. *in cap. de multa, de præbend.* dum probat quòd plures Ecclesias Parochiales, seu beneficia curam animarum habentia recipiens, illis sit ipso iure priuatus, procedit, vbi amborum simul pacifica obtinetur possessio cum exercitio, & perceptione fructuum, itavt ad illius canonis pœnam incurrendam non sufficiat illorum alterum in commendam habere, ex text. *in cap. dudum, de elect.* Marsil. *de redditib. parte 2. cap. 15. num. 22. cum seqq.* Hoieda *de incompat. benef p. 2. c. 4. n. 2.* Tusch. *de Visit. lib. 2. c. 9. n. 10.*

10 Hinc *l. fin. C. de iure emphyt.* prohibetur sub pœna commissi, alienatio bonorum emphyteuticorum sine domini directi licentia & consensu, & nihilominus requiritur alienatio cum effectu; ex qua dominium & possessio acquiratur emptori, Clar. *in §. emphyteusis q. 13. numer. 3.* Fichard. *tom. 1. commun. opin. lib. 4 tit. 44. num. 281. pag. 686.* Matiens. *l. 1. gloss. 6. num. 6. tit. 10. lib. 5. noua Recopil.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c. 5. n. 78. & cap. 6. num. 35. & c. 10. n. 6.*

11 Accedit quòd si quis inter prædictos interuenit tractatus, certum est quod non fuit perfectus, quia omnia fuerunt remissa ad capitulationes deinceps coram certo & nominato notario faciendas, & ideo antequam de illis Scriptura habeatur, nihil dicitur actum, ex *l. 6. tit. 5. parte 5.* ibi. *lo que so haze por carta es quando el comprador dize al vendedor quiero que sea desta vendida carta fecha, e la vendida que desta guisa es fecha, maguer se auengan en el precio el comprador, e el vendedor, non es acabada, fasta que la carta sea fecha e otorgada, porque ante desto puedese arrepentir qualquier delles*, &c. Vnde succedit certa conclusio quod contractus dicitur imperfectus & conditionalis, & est locus pœnitentiæ, quando in contractu, vel ante illum de scriptura mentio facta sit simpliciter, etsi dictum non sit, quod aliter non valeat, gloss. *verbo in scriptis in l. contractus C. de fide instrum.* Couar. *in cap. relatum el 1. num. 9 in fine, de testament.* Menchaq. *illust. lib. 1. cap. 28. num. 22.* Auendan. *de censib Hisp cap. 84 n. 13.* Castill. *controu. lib. 3. c. 16 n. 17. cum seqq.* Guizzarel. *decis. 75. num 5. & 7. vers. ad nostrum.* Et sic patet ante factam Scripturam potuisse partes pœnitere, vt ex multis resoluit Surd. *consil. 84. n. 2. & 3.*

12 Denique videtur Bernardum bona fide contraxisse, existimantem id sibi licere ex dictis, & ideo talis credulitas etiam iniusta, & irrationabilis seu bestialis à pœna & dolo excusat, vt probat text. *in l. igitur 12. §. potest, vers. & generaliter ff. de liberali causa*, ibi, *iustis rationibus ductus, vel non iustis,*
13 &c. Farin. *in praxi crim. n q 90. ex num. 1.* nam illi videbatur actionem prohiberi tantum, si conduxisset Generalem pro tempore, quo deputatus existeret, & sic in tempore prohibito, ex *reg. l. 4. § si extraneus ff. de noxalib. act. & l. quod ait Prætor 31. in fine ff. eod. tit. & l. de peculio 10 ff. de tribut act. & l. si tutoris 2. §. fin ff quod iussu, & l. si alienum 49 in princip. ff. de hæred. instit.* nam lex loquens de tempore certo & determinato, maximè cum sit odiosa & pœnalis, non est extendenda ad casum, & tempus diuersum, etiamsi eadem, vel maior daretur ratio, vt tradit Imol. *in l si vero §. de viro, prope fin. ff soluto matr.* cum multis, quos refert Molin *de primog. lib. 1 cap. 5. n. 10. cum seqq* & id absque dubio in Aragonia procedit, vbi particulariter statuitur vt standum sit chartæ, & sic verba rigorose & stricte accipienda sunt, vt ex Alciat. *consil* 14
96. num. 33. & aliis tradit Cassanate *consil. 23. n 2.* Quare Bernardum esse excusandum censui, & ita fuit iudicatum.

Hispaniarum Generalatus Ordinis S. Hieronymi.

Electionis confirmatio quando denegatur vitio aliquo personæ, vel expressa causa, tunc de vitio & causa iudicialiter est agendum. Confirmatio quando extraiudicialiter sit facienda, & pendeat à mero arbitrio confirmantis. Electionis ad validitatem omnimoda, summa, integra, & totalis libertas requiritur, nec potest ad duos, vel tres coarctari. Appellatione extraiudiciali pendente an gesta sint attenta. Appellatio post excommunicationem interposita licèt non suspendat, à comminatione tamen censuræ suspendit.

VOTVM XXXV.

1 *Casus & facti series narratur.*
2 *Prudenter, & sapienter factum creditur quod plurium consensu, & iudicio factum est.*
3 *Voluntas & consensus eligentium dicitur forma naturalis electionum.*
4 *Electoribus conueniens est regi, & gubernari per personam de sua satisfactione.*
5 *Electio est merum ius spirituale contribuens ius Prælaturæ, & administrandi saltem in habitu.*
6 *Confirmatio electionis nil noui iuris dat, sed tantum exercitium iuris per electionem acquisiti.*
7 *Electio in quo differat à præsentatione.*
8 *Electus per electionem consequitur ius habitu in Prælatura, per confirmationem exercitium illius actu.*
9 *Confirmatio est necessitatis, & debita.*
10 *Electus petendo confirmationem nullam petit gratiam.*
11 *Confirmator tenetur de electionis forma, electique meritis inquirere.*

Confirmator

12 *Confirmator potest vel iudicialiter, vel extraiudicialiter ad confirmationem deuenire.*

13 *Inquisitio nulla requiritur si modò electus, fuerat alia vice electus, & confirmatus ad eandem Prælatiam.*

14 *Electus, & electores vnusquisque pro suo interesse ad Superiorem recurrere poterit, vt cognita iustitia electionis, & iniusta confirmationis denegatione vel confirmet, vel ipsum compellat illam confirmare.*

15 *Confirmatio electionis quando denegatur expressa causa, tunc iudicialiter est agendum cum plena cognitione causæ.*

16 *Electio quando cassanda est vitio aliquo personæ, tunc illud vitium est probandum.*

17 *Indignus si eligatur, non potest Præses Capituli illum non auditum excludere.*

18 *Electio non potest cassari electo mandato, & non vocato.*

19 *Electus ad aliquam dignitatem si agatur de illo remouendo ab ea, iudicialiter agendum est cum partis citatione.*

20 *Inhabilis nullus est iudicandus quin prius vocetur, & audiatur.*

21 *Electio quando cassatur propter modum electionis non præiudicatur electo quin possit iterum eligi.*

22 *Electus quando reprobatur ob vitium personæ, ita ineligibilis fit, & infamiam incurrit vt non solum ad ipsam, sed etiam ad aliam amplius eligi non possit.*

23 *Honoris causa est ardua & maxima consideratione digna.*

24 *Verbum*, videtur, *per se solum licèt aliquando importet arbitrium boni viri, attamen id procedit sine dubio quando cum eo adiungitur particula, bonum, seu iustum.*

25 *Arbitrium boni viri important claus.* Si iustum tibi videbitur, si bonum tibi videbitur, si viderit expedire.

26 *Arbitrium boni viri debet esse regulatum à Iure.*

27 *Arbitrium boni viri non est libera dispositio.*

28 *Arbitrium boni viri licèt soleat aliquid remittere de rigore Iuris, non tamen dat facultatem recedendi à dispositione Iuris.*

29 *Arbitrium plenum & liberum, nunquam censetur datum, sed bene regulatum.*

30 *Verba quotiescumque possunt conuenire libero & regulato arbitrio semper resoluere debemus viri boni arbitrium, & sic regulatum fuisse concessum.*

31 *Canones Iuris, rationis, & æquitatis sunt sequendi in arbitrio boni viri.*

32 *Iuris communis regulas seruare tenetur ille, cui aliquid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri.*

33 *Confirmandi auctoritas concessa si ei visum fuerit, non designat liberam voluntatem, sed discussionem rationis, & arbitrium boni viri.*

34 *Obseruantia varia, & difformis non potest deseruire pro obseruantia interpretatiua.*

35 *Electio tam actiua quàm passiua Generalis, cuiuscumque Religionis Iure communi attento ad vniuersam pertinet congregationem.*

36 *Obseruantia & consuetudo potest derogare Iuri communi.*

37 *Contradictor legitimus potest esse quilibet de populo ad impugnandam electionem non rite factam de officijs publicis Reip.*

38 *Quilibet ex duobus, qui in primo & secundo scrutinio electi fuerunt, poterit mouere litem super electione in suum fauorem factâ, & se in iudicio defendere.*

39 *Nullitates contra electionem referuntur.*

40 *Collegium vt constituatur de Iure Canonico duo sufficiunt.*

41 *Collegium constitutum semel in multis, potest conseruari in vno.*

42 *Vocales qui notabilem partem Collegij constituunt, si non venerint intra terminum, sunt expectandi.*

43 *Vocales Congregati, qui recesserunt à loco Capituli si constituunt duas partes, & terminus electionis non instat, sunt iterum vocandi, & expectandi. & n. 44. & 45.*

44 *Electionis ad validitatem omnimoda, summa, integra, & totalis libertas requiritur.*

45 *Electio non est vbi voluntas libera, & consensus liber non est.*

46 *Libertatis summa defectus ipso iure annullat electionem.*

47 *Metus quilibet etiam leuis sufficit ad annullandam electionem.*

48 *Matrimonium mediante vi, aut metu celebratum est ipso iure nullum.*

49 *Argumentum de Matrimonio ad electionem, & viceuersa, valet.*

50 *Timor solus violentiæ inferendæ in omnibus dicitur iustus metus.*

51 *Metus probabilis suspicio reputatur perinde ac si actualiter metus adesset.*

52 *Paria sunt quod quis compellatur, vel quod compelli possit.*

53 *Euentus rei ad probationem metus plurimum conducit.*

54 *Exitus acta probat.*

55 *Metus reuerentialis sufficit ad exclusionem consensus.*
56 *Verba praeceptiua Superioris metum inferunt.*
57 *Minæ simul cum metu reuerentiali sufficientes sunt ad annullandam electionem.*
58 *Reuerentia cum indignatione plurimum confert ad iustum & sufficientem metum incutiendum.*
59 *Protestationes metum probant, & declarant voluntatem & animum protestantis.*
60 *Protestatio est quadam declaratio voluntatis protestantis.*
61 *Metus ad probationem plurimum defertur publicæ populi voci.*
62 *Metum & vim incutiens ad electionem, matrimonium seu professionem faciendam peccat mort.*
63 *Metum incutiens tenetur restituere omnia, quæ ex tali metu extorsit, & omnia in quibus damnificauit illum, qui metum passus fuit.*
64 *Probatio perfecta fit ex pluribus perfectis.*
65 *Electio coarctata ad duos, seu tres, vel ad voluntatem alterius venit irritanda, & confirmari non debet.*
66 *Electio coarctata appellatur non solum si vnus de pluribus eligendus proponitur, alij exclusis, verum etiam si excludantur aliqui, alijs admissis.*
67 *Papa solus, & nullus inferior potest, aut debet limitare alicuius Prælatura electionem ad tres, vel quatuor personas.*
68 *Libertas in eligendo coarctatur, & bono publico, ac bono regimini non ita prouidetur per coarctationem ad tres, vel quatuor personas.*
69 *Artificia sunt Magistratuum simulare curam Reipub. & interim suum negotium agere.*
70 *Appellatio simplex & absoluta ne fiat electio non est permissa in Iure, nisi sit interposita ne fiat electio nisi Canonica, & assignetur probabilis causa appellationis.*
71 *Electio facta à vocalibus pendente appellatione legitime interposita ab vno, vel pluribus electorum tanquam attentata, & nulla, reuocari debet.*
72 *Appellatione pendente facta, & innouata sunt nulla.*
73 *Attentata pendente appellatione extraiudiciali non sunt reuocanda, sed contrarium est probabile, vt n.74. & 75.*
74 Cap. si postquam, de elect. lib. 6. *declaratur.*
76 *Reprobatur opinio eorum, qui tenent quod attentata post appellationem extraiudicialem non reuocantur statim, sed in euẽtum appellationis.*
77 *Appellatio extraiudicialis interposita super electione Regularium Ecclesiarum causat attentata.*
78 *Appellatio extraiudicialis causat attentata quando gesta non solum sunt post appellationem, sed contra appellationem.*
79 *Appellatio quando coram Superiore fuit iustificata, debet quicquid post eam interpositam gestum fuit, nullum, & attentatum pronuntiari.*
80 *Electio licet sit actus extraiudicialis, vbi illa incipit contradici ex tunc fit iudicialis.*
81 *Prælatus Regularis si fuit qui grauauit, non coram eo, sed coram Superiore agendum est de causis contradictionis in gradu appellationis, non obstante dispositione Concily Trid. sess. 24. de reform. c.20.*
82 *Respondetur ad ea, quæ dicta sunt suprà vsq; ad 4.*
83 *Definitores in ordine S. Hieronymi quomodo eligendi.*
84 *Forma in aliquo actu seruanda, si in illo deficiat actus est nullus.*
85 *Concursus de forma est vt examen fiat à tribus examinatoribus synodalibus, & non paucioribus.*
86 *Eligendus non est ad aliud officium nisi reddita prioris ratione.*
87 *Concursus in quo interuenit cum examinatoribus synodalibus, alter, qui non erat examinator synodalis, est nullus.*
88 *Censurarum remedio mature & magna circumspectione vtendum.*
89 *Excommunicatio est maior pœna quàm sit in Ecclesia.*
90 *Gregory auctoritas, quod sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta timenda sit, quomodo intelligenda.*
91 *Tractatus ante electionem debet haberi adinuicem.*
92 *Eligere bene difficile est nisi primum de aliquo eligendo tractetur.*
93 *Mandatum generale hominis si nullum est, & inualidum, excommunicatio, quæ in huiusmodi mandato continetur, nulla erit.*
94 *Excommunicatio nihil operatur vbi quis venit excommunicandus de bono opere commisso, vel de peccato veniali.*
95 *Excommunicationis sententia vbi continet intolerabilem, & patentem errorem, ab ea datur appellatio suspensiua.*
96 *Superiori mandanti iuris ordine non seruato Religiosi obedire non tenentur etiamsi præcipiat sub pœna excommunicationis.*

Capitũli

97 *Capituli maior pars si nolit Præsidenti obedire propter eius iniustitiam in procedendo, potest sine ipso ad electionem procedere, vocata debitis vijs & modis minori parte.*

98 *Appellatio interposita à comminatione excommunicationis, sed ante incursum in illam, non solum deuoluit cognitionem causæ, sed etiam suspendit excommunicationem.*

99 *Excommunicatus post appellationem non est interim excommunicatus.*

100 *Excommunicatio est ipso iure nulla etiam post appellationem extraiudicialem lata.*

101 *Excommunicatio non suspendit effectum censura iam productum, quando à principio fuit purè lata, vt n. 102.*

102 *Excommunicatio vbi comminata pro crimine, sed culpa adhuc non incursa fuerit, tunc appellatio interim interposita est suspensiua.*

103 *Excommunicationis sententia lata sub conditione, vel in diem, suspenditur per appellationem interpositam ante impletam conditionem.*

104 *Appellatio suspensiua datur à censura comminatoria.*

105 *Appellari poterit iudicialiter à præcepto sub pœna excommunicationis facto, & appellatio suspendit, in tantum quod si Iudex excommunicat, excommunicatio effet nulla.*

106 *Excommunicatus sub conditione vera contumaciæ non est excommunicatus eo tempore, quo nondum contumax est.*

107 *Iudex si dicat*, nisi satisfeceris creditori intra mensem, ex tunc excommunicatus sis, *non est excommunicatus à tempore sententiæ, sed tunc post conditionem impletam.*

1 
IN Ordine S. Hieronymi Hispaniæ caput est Monasterium Regium S. Bartholomæi de Lupiana Toletanæ Diœcesis, euius Conuentuales eligunt suum Priorem, qui etiam Generalis est totius Ordinis; verùm cùm de mense Nouembris 1640. inter medium Capitulum in eodem Monasterio celebraretur ad Priorem & Generalem eligendum ob promotionem Reuerendissimi P. Fr. Dominici de Villaescuja olim Generalis, & nunc electi Episcopi de Chiapa in Indiis Occidentalibus, conuenerunt prædicti Côuentuales electores, tres definitores, & Reuerendissimus P. Ioannes de la Serena Prior S Laurentij del Escurial, etiam Definitor, quem ad nominationem Regis Catholici in Præsidentem Capituli deputauit Illustrissimus & Reuerendissimus D. meus Cæsar Fachinettus Nuntius Apostolicus, cum potestate Legati de latere in his Hispaniarum Regnis; apud quos Definitores & Præsidentem erat potestas confirmandi tales electiones, & sic omnes Vocales ad numerum 42. ascendentes in summa pace se congregarunt; verùm Præses Capituli, vt se illis terribilem ostenderet, & metum reuerentialem incuteret, acerrimis & asperis verbis, eorum aliquos increpuit, præceptis, censuris, & aliis pœnis eos obstringens ne adinuicem loquerentur, neve Domum Capitularem exirent, aut ei contradicere auderent; affirmanter asserens duobus, vel tribus eorum ad canonicam electionê procedendum esse, aliis exclusis, si nolent sibi obedire. In primo scrutinio in Generalem electus remansit P. Ludouicus de Aguilar cum triginta votis, quarta tantum parte Vocalium deficiente; & licet in eadem Religione omnia alia officia summa cum laude obtinuisset, nihilominus per dictos Præsidentem & Definitores fuit eius electio cassata ob tacitum vitium personæ, & cum expresso mandato ne vlterius ad fauorem reprobati vllus suam vocem daret: deinde ad secundum scrutinium, iidem Vocales, sine præiudicio Iuris alteri competentis, deuenerunt, & per alia triginta vota elegerunt Fr. Ioannem de San Ioseph olim Generalem meritissimû, quem vt secundò eligeretur Rex Catholicus multipliciter commendauit; sed illius sicut & primi electio fuit cassata, iterumque Præses cum Definitoribus iussit ne vllus ex Vocalibus in fauorem reprobatorum suffragia præstaret.

Verùm eùm ex supposito vitio cassatas fuisse electiones intelligerent Vocales, vt sic electus euaderet, quem Præses Capituli volebat, vnus ex Definitoribus cum præfatis triginta Vocalibus protestarunt de violentia & coarctatione electionis, & statim appellarunt à comminatis præceptis & censuris, ac ab omnibus actibus factis & faciendis, & deinde domum Capitularem exierunt, ac rectà via in gradu appellationis, recursus, &c. se coram Illustrissimo D. meo Nuntio præsentarunt, & interim Præses & Definitores præfati cum decem votis, protestationibus & appellationibus prædictis minime deferentes in Generalem elegerunt P. Fr. Ludouicum de Curduba: sed introducta lite coram eodem Illustrissimo D. meo fuit acerrime disputatum quæ ex his tribus electionibus esset confirmanda? Et respondi ad fauorem P. Ludouici de Aguilar, & tribus articulis siue conclusionibus materiam resoluendam esses duxi.

I. est, Electio facta in personam P. Fr. Ludouici de Aguilar, vel quatenus ea locum non habeat, quæ in secundo scrutinio ad fauorem P. Fr. Ioannis de San Ioseph, celebrata fuit, est legitima & Canonica, & quæ debet confirmari, proindeque cassatio de illis facta fuit iniusta & nulla.

II. Electio facta ad fauorem P. Fr. Ludouici de Cordoua subsistere non potest, tanquam violenta, mericulosa, coarctata, attentata & nulla.

III. Præcepta, mandata, & censuræ à Præsidente Capituli comminata tanquam nulla, iniusta, & inualida non potuerunt ligare Conuentuales Vocales, qui prosequentes suam appellationem exierunt à Domo Capitulari, & coram Illustrissimo Nuntio rectà via in gradu appellationis & recursus se præsentarunt.

CONCLVSIO I.

Electio facta in personam P. Fr. Ludouici de Aguilar, vel quatenus ea locum non habeat, quæ in secundo scrutinio ad fauorem P. Fr. Joannis de sancto Joseph celebrata fuit, est legitima, & Canonica, & quæ debet confirmari, proindeque cassatio de ea facta fuit nulla & iniusta.

1 ELectio hæc cum tam euidenti votorum excessu, & Capitularium acclamatione plurimum iustificatur, & pro eius validitate assistunt omnes Iuris & facti præsumptiones, nam prudenter & sapienter factum creditur, quod plurium consensu, & iudicio factum est, *cap. prudentiam, de offic. deleg.* Deci. *in cap. cum omnes lect.* 1. *num.* 12. *de*
3 *constit.* Menoch. *consil.* 96 *num.* 11. Voluntas enim & consensus eligentium dicitur forma naturalis electionum, Panorm. *in cap. cum postquam num.* 3. *de elect.* Franc. Marc. *decis.* 927. *num.* 3. *part.* 1. Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regul. dub.* 3 *num.* 1. nam electoribus, quando cum notabili eligunt excessu,
4 fauendum est, cum illis conueniens sit regi & gubernari per personam de sua satisfactione, vt in terminis alterius similis electionis considerauit Valenz. *consil.* 44. *num.* 12. *tom.* 1. Maximè cùm de forma electionis nihil dicatur omissum, sed omnia seruatis de Iure seruandis, facta & celebrata fuerunt, vt in confesso est apud omnes.
5 . Per electionem factam de persona P. Ludouici de Aguilar in Generalem, fuit acquisitum ius ad illam Prælaturam; electio enim est merum ius spirituale contribuens ius Prælaturæ, & administrandi saltem in habitu, gloss. *in cap. quanto* 62. *dist.* Abb. *in cap. querelam* 24. *de elect.* Felin. *in cap.*
6 *cum Bertoldus num.* 2. *de re iudic.* vbi dicit quòd per confirmationem nihil noui iuris acquiritur, sed tantùm exercitium iuris per electionem acquisiti, Deci. *in cap postquam num.* 18. *de elect.* Lambert. *de*
7 *iurepatr. parte* 1. *lib.* 2. *art.* 5. *num.* 2. *fol. mihi* 417. vbi dicit in hoc differre electionem à præsentatione, quia per electionem ius in re acquiritur, per præsentationem verò solum ius ad rem, Petr. Gregor. *de partit. Iuris Canon. tract. de elect. num.* 4. Seraph. *decis.* 1011. *num.* 6. Cabed. *decis.* 84. *num.* 12. *parte* 2. Melch. Phœbos *decis.* 101. *num.* 7. *tom.* 1. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol parte* 2. *decis.* 280. *n.* 2. idem Petr. Gregor. *Syntagm Iuris lib.* 17. *cap.* 3. *n.* 19.
8 vbi quòd per electionem electus consequitur ius habitu in Prælatura, per confirmationem exercitium illius actu, Castellin *de elect. Canon. cap.* 1. *num* 17. Tamburin. *de Iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 6. *q.* 1. *num* 4. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit* 4. *cap.* 25. *num.* 1. *cum seqq.* Gregor XV. *decis.* 240. *num.* 12. & 17. Laurent. de Portel. *in suis resp. moral. parte* 2. *casu* 4. Laurent. de Peirinis *de subdito Relig. tom.* 1. *cap.* 3. §. 6. *in fine.* ibi. *Dico vndecimò electo per electionem ad eam dignitatem ius acquiritur Prælatura, sed non exercitium ante confirmationem, ita Host. in sum. lib.* 1. *de elect §. quid operatur num* 26. *Abb. in cap. postulationem, de postulat. Prælat. num.* 4. & *in cap. cum dilectus, de consuet. num.* 1. *Nauar commento* 2. *de Regular. num.* 65. *Grassis lib.* 1. *consil. de elect. consil* 2. *n.* 1. *tom.* 1. &c. Idem Laurent. de Peirinis *seq* §. 7. *per tot.* probat quòd in sua Religione electi in Correctores ius habent ad electionem, & quod illam in iudicio repetere possunt, plures per me citati supra *voto* 4. *n.* 40.

Vnde facta electione, & iure vt supra per eam 9
acquisito, bene infertur ad obligationem confirmandi de Iure communi requisitam, nisi adsit speciale priuilegium à Sede Apostol. concessum aliter disponens, *cap. nihil est, de elect.* Castellin. *d. cap.* 1. *num* 19. quo circumscripto priuilegio, confirmatio est necessitatis, & debita. *cap. postquam, de elect. cap. fin eod. tit. in* 6. Abb. *in d. cap. postquam num.* 1. ibi, *Nota primò quòd confirmatio est necessitatis, licet electio à principio fuerit voluntatis: canonici enim non tenentur eligere certum, sed possunt eligere quem volunt, dummodo idoneum, vt in cap quia propter, infr. eod. Superior autem ad quem spectat electionis confirmatio, tenetur ex debito electionem confirmare, si nihil impedit electum,* &c. Cabed. *parte* 2 *decis.* 84. *num.* 10. Sigism. à Bononia *d. tract. dub.* 45. *num.*.. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 6. *q* 1. *num* 4. & 5 Laur. de Peirinis *d. tom* 1. *cap.* 3. §. 6. *in fine,* vbi ait quòd electus petendo confirmationem nullam petit gratiam, cum pleno iure innitatur. Et ideo ea in iudi- 10
cio peti potest tam ab electoribus ad effectum validationis electionis à se factæ, quàm ab electis pro iure sibi competenti ex electione in suum fauorem facta, vt docent Butr. *in d. cap. postquam num.* 6. *de elect.* Abb *in cap. dudum num* 4. & *in cap. bonæ mem. el* 2. *num.* 4 *de elect.* Ioan. Andr. *in cap publicato col. fin. de elect.* Mandag. *in tract. de elect parte* 2. *c.* 59. *form.* 7. Castellin. *in d. tract. cap.* 5. *num.* 63. & 83. vbi loquitur de electoribus, & *in cap.* 14. *num.* 65. vbi loquitur de electo.

Confirmator tamen tenetur de electionis for- 11
ma, electique meritis inquirere, *d. cap. postquam* 3. *cap. à nobis, de elect.* Nauar *consil.* 1. *in antiq. alias* 2. *in nouis, eod. tit.* Sigism. à Bononia *d dub.* 46. *n.* 8. & *dub.* 47. *num* 7. *cum seq.* Tambur. *d. tom.* 1 *disput.* 6. *q.* 2. *num.* 5. Iul. Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 25 *num.* 59. Laur. de Peirinis *d cap.* 31. §. 11. *vers. dico secundò tom.* 1. etiam si nullus sit contradictor, vt post Pacian. *de probat. lib* 2. *cap* 30. *num.* 36. scribit Felician. de Vega Archiepisc. Mexican. *ad cap intelleximus, de iudic. num.* 67.

Ad quam inquisitionem & informationem 12
præambulam ad confirmandum dupliciter deueniri poterit, vel extraiudicialiter inquirendo ex officio, & sine processu de qualitatibus electi, & forma electionis, quod sufficit, vt cum pluribus dicit Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 25 *num.* 39. *cum seqq* quem sequutus fui *d. voto* 4. *a num.* 15. Et quando electus communiter reputatur dignus qualis qualis præstat inquisitio, *cap. in Lateranen. de præbend.* Nauar. *consil.* 2 *num.* 3. *de elect.* Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 23. *n.* 37. Castellin. *d. cap.* 14. *num.* 6. Tamburin. *d tom.* 1. *disp.* 6. *q.* 2. *num.* 6. Prout etiam parua, vel nulla requiretur 13
si modo electus, fuerat alia vice electus & confirmatus ad eandem Prælatiam. Ita Laurent. de Peirinis *d cap.* 31. §. 10. ibi. *Dico decimò. Repertus dignus ad vnam dignitatem, si postea eligatur ad aliam, debet dignus reputari, & per consequens ab habente potestatẽ confirmari, Siluest. v. electio* 1 *q* 3 *Miranda tom.* 1. *man. q.* 13. *art.* 11 *probatur ex cap. gesta dist.* 74 *Intelligenda tamen est conclusio de dignitate pari, nam qui est dignus officio minori, non est dignus maiori,* &c. Ex qua extraiudiciali cognitione si cõfirmator inuenerit aliquid, quo confirmare differat, & vsus cautela simpliciter, generaliter, & absolute confirmationem

tionem deneget, non expressa causa ob quam denegauit, taliter quod æqualiter præsumi potest denegatam fuisse confirmationem ob aliquod vitium, & defectum electionis, vel electi, tunc Confirmatot electoribus, & electis causam, seu excusationem vllam reddere non tenetur, rationem redditurus suo Superiori tantum id requirenti, vt dicit
14 Castellin. *d. cap 14 num. 7 in fine.* Poterunt tamen electus & electores, vnusquisque pro suo interesse, ad Superiorem recurrere, vt cognita iustitia electionis, & iniusta confirmationis denegatione, vel confirmet, vel ipsum compellat illam confirmare, Abb. *in cap. postquam 3. num. 8. de elect.* ibi. *Quòd si Superior renuit electionem confirmare, nulla legitima causa in contrarium existente, debet recurri ad Superiorem, vt ipsum compellat electionem confirmare, arg. tex. in cap. nullus, de iurepatron.* &c. Tamburin. *d. disput. 6. q. 3. 2. in fine,* Castellin. *d. cap. 14. num. 18.* Laurent. de Peirinis *d. tom. 1. cap 31 §. 11. vers. Dico vndecimò.*

15 Vel proceditur expressa causa denegando confirmationem, vel cassando electionem, vt in nostro casu; & tunc iudicialiter est agendum, compilato processu, & cum plena cognitione causæ, aut saltem citato prius, & audito tali electo. Ita Fr. Eminan *quæst. Regular. tom. 2. q 52 art 12. vers. ad primum,* Fr. Ludouic. à Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 23 art. 22. vers. vnde non satis,* Castellin. *d cap. 13. sub num. 27.* Sigism. à Bononia *d tract. part. 2. cap. 5. dub. 95 num. 8. cum seqq.* Lauot. *d. tit. 4 cap. 25. n. 59. & cap. 19. num. 121.* vbi dicit quòd quando agitur de oppositione inhabilitatis pro declaratione nullitatis electionis, exigitur plena probatio, Laurent. de Peirinis *d. tom. 1. cap. 31. §. 10. in princip. pag 491.*

16 Idem Castell. *d. tract. cap. 4. num. 30.* ibi. *Hac tamen seruata conditione vt quando cassanda est electio vitio aliquo personæ, illud vitium, siue delictum debeat non solum esse obiectum, sed etiam probatum, vt animaduertit gloss. in cap. super eo, de elect. verbo, non vitio personæ,* &c.

17 Laurent de Portel *in dub. Regular. verbo electio in addit. num 5. fol mihi 275. & in respons. moral p. 2. casu 4. num 3. vers. ad secundum,* ibi. *Dato quòd esset indignus, non potuit Præses illum non auditum excludere in silentio, sed debebat scrutinium publicare, & tunc contra electum formare processum inquirens iuridicè de culpis illius, ob quas illum excludebat, & reputabat indignum.* Et paulo inferiùs, ibi. *Si verò in electione contingat eligi indignum, tunc prouidet Ecclesia, vt Præses antequam confirmet electum, faciat summariam inquisitionem de vita, & sufficientia electi, vt constet si est indignus, vel dignus, in quo Ecclesia satis innuit quod nullus electus possit excludi ab officio in silentio antequam iuridicè probetur indignus.* Et infrà. *Per quod satis constat velle Papam vt electio statim publicetur, siue eligatur dignus, siue indignus, non vero vt excludat illum in secreto, illum non audiendo vt se defendat; alias daretur occasio, vt nullus Præses confirmaret, nisi illum amicum quem vellet, nam electus alijs non amicis, posset dicere scrutatoribus; iste electus non est dignus, non publicemus scrutinium, procedatur ad aliud, quod esset maximum inconueniens, & boni communis detrimentum,* &c.

18 Valenzuela *consil. 44. num. 6. tom 1.* ibi. *Et ita non potuit dictus Generalis ex abrupto de facto, & sine vlla causæ cognitione cassare, & irritare dictam electionem, & Prouincialem priuatum ad officium restituere contra ipsum Patrem Fr. Franciscum Barres inauditum, & prouinciam, quæ ipsum elegit, inauditam, cap. 1. de causa possess.* &c.

19 Salgado *de protect. Regia p. 2. cap. 13. num. 54.* ibi. *Tamen præfata doctrina procedit in statu, & in terminis, de quibus loquitur, nempe antequam quis sit promotus ad dignitatem, & quando de eius habilitate sumitur extraiudicialis informatio: si autem iam quis esset electus ad dignitatem, & ageretur de illum remouendo a tali dignitate, tunc enim iudicialiter agendum est, & in tali informatione procul dubio partis citatio requiritur, prout declarat Abb. in cap. 2. num. 7. & ibi Aret. num. 9. & 10. Felin. num. 8. Deci. num. 45. de testib.* &c.

20 Constitutio Ordinis 10. Extrauag. 5. idem statuit his verbis. *Ordenamos que no se tenga Capitulo priuado despues que el Capitulo general estubiere ajuntado en san Bartolome, si no fuere con mucha y estrema necessidad y entonces no inhabiliten a ninguno sin que bellamen, y sea oydo, y si no le llamaren la tal inhabilitacion no valga, ni tenga efeto,*&c.

21 Et hoc tanto magis procedit, vt in casu nostro, quando electio saltem indirectè ex vitio personæ electi confirmatur, seu cassatur. nam licèt quando cassatur electio alicuius propter modum electionis, non præiudicetur electo, quin possit iterum eligi, vt tenet Castellin. *d. tract. cap. 4. num. 30 & num. 59. in fine, & cap. 14 n. 56. vers potest,* vbi dicit quòd sic cassatus non incurrit aliquam infamiam.

22 Nihilominus quando electus reprobatur ob vitium personæ ita ineligibilis fit, & infamiam incurrit, vt non solum ad ipsam, sed etiam ad aliam amplius eligi non possit, vt per text. *in d cap. super eo 12. de elect.* resoluunt Ludou. Miranda *d. tom. 2. q. 21. art. 11. concl. 5. vers. circa sextum,* Sigism. à Bononia *d. tract. dub. 100. num. 3. Tamburin. d. tom 1. disp. 5. q 21 num. 4.* ibi. *Quartò si semel reprobatus fuerit, alicuius vitij causa, qui non modo in sua Religione, sed nullibi ad Ecclesiasticam dignitatem assumi potest,* &c. Castellin. *d tract. cap. 5. num 35.* optimè Laur. de Peirinis *d. tom. 1. cap. 31. §. 8. pag 475.* ibi, *Dico septimò: semel reprobatus propter vitium personæ ab aliqua dignitate, non potest iterum eligi ad illam, vel aliam; secus autem si non vitio personæ, sed vitio, & defectu electionis,* &c.

23 Non est enim sub silentio prætereundum, aut inaudita, vel non vocata parte procedendum quãdo de re honorem tangente agitur, & ad perpetuam exclusionem processus dirigitur, in ea parte quæ inter Religiosos maioris est æstimationis, quod adhuc in vno nouitio causam honoris, dum ille à Religione eiiceretur, magna consideratione dignam reputat Menoch. *consil. 96. num. 15.* ibi *Non etiam sani iudicij est famam proximi & Religionis lædere, quia grauius illi peccarent, quam si nouitij sanguinem effunderent, cum honor vitæ anteferatur. l. isti quidem § pen. ff. quod metus causa, l. iusta ff. de manum. vind. & Apost. ait, expedit magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Et ideo censent nostri causam honoris esse arduam & maximæ consideratione dignam: ita Crauet. consil. 168. num 2. Socin. iun. consil. 117 num. 24. lib 3 Grammat. decis. 1. num. 12. & alibi sæpe; scribit etiam Alciat. resp. 306 in fine, tutissime agendum esse ne quis in honore lædatur,* &c.

24 Iuuant maximè verba Constitutionis 70. huius Ordinis, ex quibus colligitur in potestate confirmatorum non esse pro libito voluntatis suæ electiones confirmare, vel infirmare, sed eos id debere agere secundum Iuris dispositionem, & boni viri arbitrium cum eo Iure regularum; verba autem Constitutionis sic dupliciter habetur. *E confirmenla o infirmenla segun les pareciere que conuiene.* & ibi.

E confirmenla

E confirmenla o infirmenla segun les parenere insto, id est, *Confirment vel infirment prout illis videbitur expedire*; seu, *Confirment, aut infirment si iustum illis videbitur*: quæ certe non absolutum & liberum arbitrium, sed regulatum à Iure communi important, ex tex. *in l. fideicommissa* 11. §. *quanquam ff. de legat.* 3. vbi dicitur quòd legatum his verbis conceptum, *Si vtile tibi visum fuerit*. Vel, *si tibi videbitur*, debet præcise solui, & rationem assignai. *Non enim plenum arbitrium voluntatis hæredi dedit, sed quasi viro bono commissum relictum*. Licèt enim verbum *videtur* per se solum aliquando importet arbitrium boni viri, Dec. *consil* 493 *num*. 19. Valasc. *consil*. 153. *num*. 25. Gregor. XV. *decis* 25. *numer*. 8. Rota apud Zachi. *de obligat. Cameral. decis*. 3. *num*. 5. id absq; vllo dubio semper procedit quando cum
25 illo adiungitur particula *iustum*, seu, *bonum*, vt de clausulis, *Si iustum tibi videbitur*, *Si bonum tibi videbitur*, resoluunt Menoch *de arbitr. lib*. 1. *q*. 8. *n*. 4. *cum seqq* Ioseph. Sesse *Arag. decis*. 45. *num*. 13. *tom*. 1. Et de alia clausula, *Si viderit expedire*, quod importet arbitrium boni viri, in specie tradit Deci. *d. consil*. 493. *n*. 17. *&* 18.

26 Et ita fit planum dicta verba Constitutionis importare arbitrium boni viri, & sic debere esse regulatum à Iure communi, *l. respiciendum*, *& l. hodie ff. de pœnis*, *l. vir bonus ff. iudic. solui*, *l. Thais §. furore ff. de fideicom. libert*. ibi, *non enim expectandum quod hæredibus displiceret, sed quod bono viro posset placere*, &c. Mari. Antonin. *var. resol. lib*. 3. *resol*. 7. *num*. 14. Scraph. *decis*. 1017 *num*. 1. Ioseph. de Sesse *Arag. decis*. 45. *num*. 13 *cum seqq*. Stephan. Gratian.
27 *discept. forens cap*. 442. *num*. 3. vbi dicit quòd arbi-
28 trium boni viri non est libera dispositio. Et licèt aliquando arbitrium soleat aliquid remittere de rigore Iuris, non tamen dat facultatem recedendi à dispositione Iuris, iuxta doctrinam Bartoli canonizatam à Rota *in Extrauag. ad reprimendum, verbo videbitur num*. 8. vt ipsa Rota testatur *decis* 31.
29 *parte 2. in posthum. Farin*. Et regula est in hac materia quòd nunquam censetur datum plenum & liberum arbitrium sed regulatum arbitrio boni viri, Alex. *consil*. 161. *Circa id, num*. 4. *& consil*. 175. *Contingit num*. 1. *vol*. 6 & alij plures, quos refert Adden.
30 ad Bart. *in d. verbo videbitur*. Et in dubio quotiescunque verba possunt conuenire libero, & regulato arbitrio, semper resoluere debemus viri boni arbitrium, & sic regulatum fuisse concessum Deci. *consil* 430 *num*. 4 Menoch. *de arbitr. d. lib*. 1 *q*. 9. *n*. 1. maximè vbi tertio, eiusque honori præiudicaretur, si aliter acciperetur, idem Menoch. *d. q* 9. *n*. 8.

31 Vnde in arbitrio viri boni, quod non absolutum, sed regulatum dicitur, affirmant omnes esse sequendos Canones Iuris, rationis, & æquitatis,
32 Menoch. *d. lib*. 1. *q*. 13. *num*. 5. Ille enim, cui aliquid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, tenetur seruare omnes regulas Iuris communis, Alex *consil*. 33. *numer*. 3. *lib*. 1. Card. Tusch *pract. concl. tom*. 1 *lit. A. concl*. 470. *n*. 1. Ego ipse *in Axiom. Iuris vtriusq Axiom*. 32. *n*. 2.

33 Et in nostris propriis terminis electionis, & alterius similis Regularis Constitutionis, idem tenet Castellin. *in d tract. de elect. cap*. 14 *num*. 15. ibi, *Etsi Constitutio dicat quòd Prouincialis Priorem electum confirmabit, si ei visum fuerit, quod verbum non designat liberam voluntatem, sed discussionem rationis, & arbitrium boni viri, & ideo non debet Prouincialis secundum libitum suæ voluntatis, sed secundum iudicium rationis Priorem electum confirmare*, &c. Et in *cap* 4. *num*. 30. ibi, *Ex quibus colligi potest quòd non sit in libera potestate confirmatoris absque legitima, & reali causa cassare ad arbitrium electionem, & si fiat absque rationabili causa, in rigore non remanet inhabilis nominatus, siue nominati in primo scrutinio; & hoc modo exponi debet Ordinatio facta in Religione Prædicatorum, de qua supra, cum subyciatur necessario dispositioni Iuris communis, & ab illo patiatur expositionem*, &c.

Iustificant nostram resolutionem aliqui actus 34
positiui in hoc ordine, secundùm quos habetur quòd tenente Generali confirmare aliquorum Prælatorum tam in Lusitania quàm in hoc Regno Castellæ, & præcipue in Conuentu Talauerensi Diœcesis Toletanæ Illustrissimus D. Nuntius pro tempore existens statuit, & ordinauit eidem Generali, vt causam exprimeret, quia non deberet fieri confirmatio, & nulla expressa confirmata fuit electio: & licet aliquando ad infirmationem, & cassationem aliarum electionũ deuentum fuerit, infirmatis. & cassatis non reclamantibus, & minime in iudicio vel compilato processu auditis, hoc ideo euenit, quia sponte cassationi consenserunt, & nullatenus reclamare voluerunt; vnde apparet quod talis obseruantia tanquam varia & difformis, non potest deseruire pro obseruantia interpretatiua, Bart. *in l*. 1. *num* 12. *ff. soluto matr*. *& in l. solent §. non verò ff de offic. Procons*. Roland. *consil*. 13. *num* 18. *&* 20. *lib*. 4. Crauet. *consil*. 3. 3. *numer* 4. Lauor. *d. tit* 4 *c*. 21. *num*. 53. Rota *decis*. 45. *num*. 4. *apud Farin. p*. 1 *recentior*.

Conclvsio II.

Electio facta ad fauorem P. Fr. Ludouici de Corduba subsistere non potest tanquam violenta, meticulosa, coarctata, & nulla.

Cvilibet Conuentuali Religioso Regij 35
Monasterij S. Bartholomæi de Lupiana, electio pertinet sui Conuentualis & Generalis totius Ordinis Prioris, non verò vniuersæ congregationi, ex Constitutione 1. quæ id tribuit Iuris communis dispositioni; nam licèt electio tam actiua quàm passiua Generalis cuiuscunque Religionis Iure communi attento ad vniuersam pertineat congregationem, *cap. fin*. 16 *q* 7. *cap. Abbatem in* 1. *&* 2. 18. *q*. 2 *cap. cùm dilectus, de consuet. vbi* Butr. *in* 1 *lect. num*. 7. *& in* 2. *lect num* 38. *&* 45. Rota apud Farin *decis*. 65. *num*. 4 *parte* 1. *recentior*. nihilominus tamen cùm hæc electio sit etiam vera electio Prioris dicti Monasterij, qui toto triennio in eo degit, ideo non est mirum si ex hac parte etiam attento Iure communi ad Monachos seu Fratres illius Monasterij spectet, *cap*. 1. *de elect*. Butr. *in d. cap. dilectus in* 1. *lect. n*. 7. Nauar. *consil*. 3. *n*. 3. *de elect. & in commẽto* 3. *de Regular. num*. 2 Ludouic Miranda *in man. Prælat. tom*. 2 *q* 13 *art*. 5. *conclus* 1. Laurent. de Peirinis *tom*. 1 *de Religioso Prælato q*. 1. *cap*. 4. § 3. Suar. *tom* 4. *de Relig lib*. 1. *cap*. 4. *numer*. 1. *& cap*. 6. *num*. 19. Tamburin. *de Iure Abbatum tom* 1. *disput*. 1. *q*. 1. *&* 8. *n*. 1. Coccin. *decis*. 296. *numer*. 5. Ego ipse *in collect. ad d. cap*. 1. *num*. 6. Rota *d. decis*. 65. *num* 5. Deinde testatur dicta Constitutio 1. sic fuisse vsque ad præsentem diem obseruatum; & sic ista obseruantia & consuetudo poterat derogare Iuri communi, & valida 36
erit, iuxta *d. c. dilectus lect*. 1. *n*. 23. *vers. & nota & lect*. 2. *n*. 50. in his terminis Rota *d. dec*. 65. *n*. 11.

Vndo

37 Vnde his Fratribus Vocalibus licebit etiam agere pro validitate electionis à se factæ, & impugnare aliter celebratam, sicut cuilibet de populo licet, & potest esse legitimus contradictor ad impugnandam electionem non rite factam de officiis publicis Reip. Ita Auendan. *in d. cap.* 19. *Prætor.num.* 17.*vers.impugnatio p.* 1. Azeucd. *l.* 2. *num.*6. *tit.*14. *lib.*5.*noua Recop*. Scip. Rouitus *super pragm.* 2.*de administr.Vniuers.num.*7. Bobadil *in sua politica lib.*3.*cap.*8 *num.*62.Valenzuel. *consil.*76. *num* 39. maximè si electio contradictotibus absentibus, & contemptis celebrata fuerit, Sigism. à Bononia *de elect.Prel.dub.*10. *num.*4. *&* 5.Iul.Lauor. *var lucub. tit* 4 *cap.*17. *num.* 14. & ob defectus notorios, *cap. nulli licere, de elect lib.*6.Iul Lauor.*d.tit.*4.*c.*19. *num.* 115.*&* 118.

38 Prout etiam quilibet ex duobus, qui in primo & secundo scrutinio electi fuerunt, poterit mouere litem super electione in suum fauorem facta, & se in iudicio defendere. Ita in his terminis tenet Portel. *in resp. moralib. parte* 2.*casu* 4. *in princ.* ibi. *Ille pater, qui primò fuerat verè electus, rem secretò cognoscens, statim appellauit ab electione, & grauamine sibi facto, & obtento recursu à Superiore, qui poterat appellationem acceptare, & dare licentiam ad prosequendam litem, nouit litem super iure quod habebat ad primam electionem*, &c. *&* *in dub.*3.*numer.*5.*fol.* 310. ibi. *Ad tertium dico quod ille pater in primo scrutinio electus, sed exclusus, si habuit pro se, vt dicitur, maiorem partem suffragiorum, habet ius ad prosequendam suam electionem*, &c. Et eodem *casu* 4.*ad dub.*5.*fol. mihi* 317. *num.*9. ibi. *Ad quintum dubium dico quod officium Prouincialatus debet restitui illi patri, qui fuit primo electus, & exclusus si habuit pro se in primo scrutinio suffragia maioris partis Capituli; hac satis probata manent supradictus, si enim in vltima electione non est seruatus ordo Iuris, si item defuit consensus electorum propter dolum & errorem, si factum præiudicium patri primo electo, & excluso habenti ius ad rem, & ille appellauit, & denuo instat prosequendo ius suum, vrgent hæc omnia, vt ostensa nullitate vltimæ electionis restituatur primo electo id, quod sibi contra ius ademptum est*, &c. Et sic quòd electus potest dare de nullitate contra electionem factam de alia persona censuit Rota *decis.*94. *n.*3. *parte* 1.*in posth. Farin.*

39 Nullitates autem, oppositæ contra electionem de persona P. Fr. Ludouici de Corduba facta ad quinque reducuntur. Prima est, *quia illius electio celebrata fuit cum sola quarta Vocalium parte, cæteris iusta de causa exeuntibus à domo Capitulari tunc & quando non instabat tempus electionis.* Secunda, *quia facta fuit sine summa, ac integra libertate.* Tertia, *quia restricta quoque & coarctata; ac ad voluntatem alterius celebrata extitit.* Quarta, *quia attentata, & nulla cum fuerit facta post appellationem interposita.* Quinta, *quia abfuit vnus Definitor, & sui loco alius, qui talis esse non poterat, subrogatus extitit.*

NVLLITAS I.

Eo quòd P. Fr. Ludouici de Corduba electio celebrata fuit cum sola quarta Vocalium parte, cæteris iusta de causa exeuntibus à Domo Capitulari, tunc & quando non instabat tempus electionis.

Barbosæ Vota decisiua.

LICET certa sit Iuris conclusio quòd ad con- 40
stituendum Collegium de Iure Canonico duo
sufficiant, *cap.*1. *de elect.* & de Iure Ciuili saltem
tres requirantur, *l. Neratius.ff de verbor. signif.* Et
quod constitutum semel in multis, potest ius col- 41
legij venire ad vnum, & conseruari in vno. *l. sicut*
§.*fin ff. quod cuiuscunque vniuers.nom.* Nauar *cons.*6.
de elect Fr. Emman. Roderic. *quæst.Regular. tom.*2.
*q.*54 *art.*11.Seraph.*decis.*860. *num.*7. *&* *decis.*1050.
*num.*5. Sigism. à Bononia *de elect. Prælat Regular.*
cap 1.*dub.*13.*num.*3. *&* 4. Castellin. *de elect. Canon.*
cap. 5. *num.* 86. *vers. ex quibus,* Tamburin. *de iure*
*Abbatum tom.*1.*disp.*5.*q.*8 *n.*1. *cum seqq.*

Nihilominus tamen si postquam fuerunt vo- 42
cati ad electionem Vocales, & ipsi etiam post ter-
minum elapsum non veniunt illi, qui notabilem
partem collegij constituerent, expectandi sunt, vt
resoluit Sigism. à Bononia *d tract. dub.*13. *numer.*7.
Et si omnes congregati sunt, prout accidit in casu
nostro, sed quidam iusta de causa exierunt in tri-
bus ex quatuor partibus, tunc & quando non in-
stabat vltimus terminus electionis, quo casu nulli
dubium est sic exeuntes competenti termino vo-
candos, & expectandos esse, & interim electionem
illis absentibus, & contemptis factam esse nullam.
Ita qui sequuntur,

Castellio *de elect.Canon.cap* 8.*num* 11.*in fine,* ibi. 43
Qui enim iam congregati recesserunt à loco Capituli
tempore electionis a iure statuto, & ipsi pariter sunt
computandi inter illos, qui de Iure non sunt amplius
vocandi, & qui iuri suo liberè renunciarunt pro illa
vice tantum. In Iure etenim paria sunt non venire ad
electionem, & venire, & non perseuerare vsque ad
fin Panorm *in cap. cum nobis, de elect num.*10.*&* 11.
ponit casum sequentis teneris, videlicet. Quando in-
stat terminus à Iure præfixus procedendi ad electionem,
si Vocales omnes iam præsentes congregati in Capitulo
ad effectum electionis. iam ex tribus partibus electorum
duæ recesserunt à prædicto loco sine vrgentissima causa,
tertia pars Vocalium, quæ remanet, alijs exeuntibus
potest rite procedere ad Canonicam electionem, quod
semper intelligitur instante vltimo temporis termino à
Iure præfixo; tunc enim & non aliter potest tertia pars
Vocalium, quæ remansit in Capitulo, seruatis omnibus
alias seruandis, celebrare electionem,&c.

Iul. Lauorius *var. lucubrat. tit* 4. *cap.*11. *num.*8. 44
ibi. *Cæterùm hæc intelligenda sunt iuxta distinctiones*
traditas per Marc. Anton. Cuch. instit. maior. lib. 4.
*tit.*1. *de elect. Si enim illi, qui remanent, alijs exeunti-*
bus, constituunt duas ex tribus partibus, certum est
electionem ab ipsis factam valere, nulla habita ratione
ad exeuntes: si non sunt duæ partes, sed sit maior, pote-
rit etiam simpliciter ad electionem procedere, & ter-
minum coarctare, ac reliqua perinde agere, ac si totum
Collegium integrum adesset; neque enim negari potest
quin totum Collegium fuerit congregatum, licet pars
discesserit, & constat maiorem partem Collegij, quod
congregatum fuit, auctoritatem illam habere, quam
plenum Collegium haberet, Abb. quem sequuntur cæ-
teri in cap. cum nobis col.pen.de elect. Petr. Braxio in
*direct. elect. cap.*6. *parte* 3. *At si minor pars tantum*
remanent, vel vnus alijs discedentibus, nihil simplici-
ter auctoritatis habent, cum minor Collegij pars non
possit totum Collegium referre; & pars maior, quæ dis-
cessit, videtur vocationem & congregationem ipsius pro
ea vice reuocasse; sed tunc tandem minor pars maiore
discedente, habet ius eligendi ea non expectata, quando
instat vltimus terminus electionis, quo transacto deuol-
ueretur ius eligendi ad Superiorem, &c.

Laurentius de Peirinis *de subdito Religioso tom.*1. 45
*cap.*31.

*cap.31.§.6.pag.457.*ibi. *Vnde colligitur quòd si omnes iam congregati in Capitulo, v.g. decem, aliqui egrediantur, v.g. quatuor, vel sex, possunt de Iure, qui remanent electionem facere, etiamsi vnus solus remaneat, & electio erit Canonica. Quia qui exierunt non computantur amplius in numero electorum, vt habetur cap.cum nobis, de elect. vbi glos. verbo reuocare, Rodriguez tom.2.quæst.Regul. q.53.art.11. Nau. lib. 1. consil. de elect consil.7.Panorm.in cap cum nobis n.10. glos. etiam in Clem. quod circa, de elect. verbo quain facto. Quod intellige quando tempus electionis est determinatum, & est in vltimo termino, quo transacto deuoluitur ius eligendi ad Superiorem. Nam si tempus non est vltimo termino, debent expectari vsque ad illum*, &c.

Ex quibus fit euidens, electionem de dicto P. Fr. Ludouico de Corduba factam, illis, qui exierunt, non vocatis, nec expectatis, dum supererat terminus præfixus ad electionem, in quo vocari, & expectari latissimè poterant, fuisse nullam.

NVLLITAS II.

Quia facta fuit electio sine summa, & integra Vocalium libertate, & pluribus pro metu exeuntibus.

46 NIHIL est electionis validitati naturalius, & magis necessarium quàm omnimoda, summa, integra, & totalis libertas in electoribus; & nihil illi contrarius, & quod magis eius nullitatem inducat, quam quæcumque species coactionis, & violentiæ, *cap. quisquis 43.* & *ibi* gloss. *verbo libertatem*, & Abb. *num. 6. de elect.cap.vbi periculum §. caeterùm*, ibi, *cessat electio dum libertas adimitur eligendi, eod.tit. lib.6.* Menoch. *consil.783.num. 7.* vbi ait quòd electio liberè, & sine aliquo metu fieri debet, Castellio. *de elect. Canon.cap.3. numer.3.* ibi. *Nonò summè necessarium, atque essentiale est, vt electio omnis quorumcumque Prælatorum Ecclesiasticorum, præcipue vero Regularium sit totaliter aliena ab omni, & quacumque specie coactionis, sine violentia, immo summa libertate, omni ex parte prædita esse debet, itavt electores liberè præstent consensum, qui sit omnino liber & voluntarius*, &c. & *cap.10. num. 4.* ibi. *Estque communis sententia Theologorum & Canonistarum requiri primo, & simpliciter in electione Canonica ex parte eligentium summam, ac integram libertatem, cum electio non totaliter libera ipso iure nulla sit*, &c.Tamburin. *de iure Abbat tom. 1. disput.5. q.21. num. 7. & 8.*quo loci ait non esse electionem vbi voluntas libera, & consensus liber non est, Iul.Lauor.*var. lucubrat. tit.4 cap.21. num. 3.* Laurent.de Peitinis *d. tom. 1. de subdito Religioso c. 31. in princ. vers. nota tertiò, pag.425. & §. 8. vers. dico 8.pag.476.* vbi dicit quòd in electione non solùm requiritur consensus, sed etiam liber consensus, Rota *decis.65. num. 6. apud Farin.parte 1.recentior.* dicens quòd in electione requiritur summa libertas, & quod ab ea debet longè abesse omnis coactio: & expresè habetur in Constitutionibus huius Ordinis, & præcipuè *in annot. ad constit. 70. fol. 145.* attestatur quod in Capitulo Generali de anno 1576. statutum fuit ne Confirmatores directe, aut indirecte quicquam faciant ex quo aliquo modo electorum libertas lædi possit.

47 Cuius summæ libertatis defectus ipso iure annullat electionem, *d. cap. vbi periculum §. caeterùm*, ibi, *cessat electio dum libertas amittitur eligendi*, &c. Panorm. *in cap. bonæ memoriæ el 1. num. 11. de elect.* Nauar.*consil 5.num.2.eod. tit.* ibi. *Omnis electio metu facta est ipso iure nulla*, &c. Ludou.Miranda *in man. Prælat tom.2.q.23.artic.1.* Castellin. *de elect. Canon. cap 4.num.56.& cap 10. num 8.* Tamburin. *d.tom.1. disp 5.q 22. num.7.&* 8. Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regular. dub.54.* Iul. Lauor. *d.tit. 4. cap.21. num.4.cum seqq.* Laurent. de Portel *in respons. moral. parte 2.casu 4.fol.513* ibi. *Electio sine consensu libero electorum est nulla*, &c. & *casu 16 num 5. vers. denique.* & quilibet metus etiam leuis sufficeret ad annullandam electionem, quia cum ille inuoluntatem denotat, & hæc sat est pro illius nullitate, ad notata nouissime per Doctiss. Ioan. Machado *en el perfeto Confessor y Cura de Almas lib 2. parte 1. tract.3.docum.5.n.7 in fine.*

48 Sic similiter matrimonium mediante vi, aut metu celebratum ipso iure nullum est, *cap. cùm locum, cap. veniens el 2.de sponsalib.*Menoch. *de præsumpt.lib.3 præs.4. à num.* .Sanch *de Matrim. lib. 4. disp.12. à num.16.* Gutier. *eod.tract.cap.77. num. 21.* Farin.*fragm. crimin. p.2.lit. M. num. 16.* cum aliis per me citatis *voto 1.num.14. cum seqq.* Valet enim 49
argumentum de matrimonio ad electionem, & vice versa, de quo plures citaui Doctores *in locis communibus argument. Inris loco 77.* quibus addo Sigism. à Bononia *d. tract. dub.54.num.19* ibi. *Sed forsan his omnibus hucusque in hoc dubio dictis obycies multa allegata à præcitatis Doctoribus dicta esse in terminis Matrimonij, vel in terminis professionis multoties, & non semper in terminis electionis? Respondeo requiri consensum liberum in electione, & in professione, sicut in matrimonio carnali, & ideo quoad hoc valere argumentum a matrimonio ad electionem, cap.sicut vir, cap.sicut alterius 7. q. 1. Panorm. in cap. etsi vnanimiter num.5.de postul. Prælat. glos.in cap. bonæ, de elect. Anton. a Butrio in cap. licet num.2.de translat.Episcopi, Brixio in direct. parte 1. cap.6. num.3. Euerard. in suis topicis loco a matrimonio spirituali ad carnale, Nau lib. 1. consil.5. num.2. de elect.in 2.edit. & Suarez tom.3. de Relig. lib.6. c 4. num.16. ante med. vbi testatur hos actus quoad hoc æquiparari ab omnibus fere Iureperitis, nec posse verisimilem rationem differentia assignari*, &c.

50 Et licèt dicere verè non valeamus hîc adesse metum & vim respectu electionis ab illa minima parte Vocalium factæ ad fauorem dicti Fratris Ludouici de Corduba, cum ea sponte in illum dirigeretur, nihilominus timor violentiæ inferendæ non solum tres ex quatuor partibus Vocalium exire à domo Capitulari coëgit, eo quod valde timerent vota sua, cui volebant, dare; sed etiam quarta pars, quæ remansit, coacta, & extra libertatem posita, voluntati Præsidentis Capituli assensum præbuit, & sic solus timor huius violentiæ inferendæ in omnibus dicitur iustus metus ad infirmandam & annullandam electionem tanquam metu factam, ex tex. singulari *in l. nouissimè ff. quod falso tut. auct.* ibi. *Quid enim si metu compulsus, aut metuens ne compelleretur, glos. verbo metuebant in cap.bonæ mem. el 2. de elect. Alex. consil. 99. lib. 3. Gutier consil.16. num 11. Sigism. a Bononia d tract. dub.54. num. 14. Cabreros de metu lib 2. cap.5.n 62. Sanch.de Matrim. lib.4. disp.1. num. 18.* ibi *Tertiò infertur timorem inferendæ violentiæ, licet illata non sit, vitiare electionem*, &c. *Castellin. de elect. cap. 13. num. 31.* ibi. *Ad nullitatem electionis per metum sufficere quod probabiliter eligentes timeant*, &c. Laurẽt. de

de Pottel *in resp. moral. p. 2. casu* 16. *num.* 2. vbi quod
non solùm violentia actu illata violat libertatem
eligendi, sed etiam solus timor probabilis talis vio-
lentiæ inferendæ.
51 Quæcumque enim insta & probabilis metus
suspicio in hac materia reputatur, perinde ac si
actualiter metus adesset, Burg de Paz *consil.* 25.
num. 75. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 17. *num* 14. Ma-
scard *de probat. con. l* 055. *num.* 26. Sanch *d. lib.* 4.
disp. 1. *num.* 17. vbi quòd probabilis metus suspicio
52 habetur pro metu. Paria nanque sunt quòd quis
compellatur, vel quòd compelli possit, Marta *in
votis nouiss. decis. voto* 64. *n.* 11. Farin. *d p.* 2. *lit. M.
n.* 26. Seraph. *decis* 863. *n.* 11.
53 Quæ quidem metus suspicio tantò magis quali-
ficatur, si plura quæ illum coadiuuant in medium
afferantur. nam constat Præsidentis voluntatem à
principio fuisse, vt eligeretur dictus Fr. Ludoui-
cus de Corduba, & ad hoc consequendum, duas
primas electiones ritè factas iniuste infirmauit, &
electos indebite reprobauit, electoresque asperri-
me loquebatur, & terribili vultu minitans in eos
aspiciebat, dicens quòd nullus auderet sibi repli-
care, eo quòd intelligeret eos nolle dictum Pa-
trem eligere, vt postea successus comprobauit, qui
ad probationem metus plurimum conducit, vt
bene resoluit Aym. Crauet. *consil.* 49. *num.* 8. *&* 9.
ibi. *Octauò probatur metus arguendo ab aduentu se-
quuto, quia sequutum fuit quod timebat*, &c. *& ibi.
54 Exitus enim acta probat in prima Constitutions fo-
rum in fine, l. qui ret in* 1. 2. *&* 3. *resp. ff. de solut. l.
aut facta* §. *euentus ff. de pœnis, l. iure nostro* §. *fin.
ibi, euentus indicatam rem declarabit ff. de testament.
tutela l. quedam ff. de rebus dub. l. rem non nouam C.
de iudic. nam quando finis est malus, eius præordina-
tio præsumitur dolosa, l. si qui adultery C. de adul-
ter.* &c.
55 Cùm etiam ad exclusionem consensus sufficiat
metus reuerentialis *l. pen. ff. de furtis*, Franc. de
Arerio *consil.* 14. *num.* 8. Valenzuel. *consil* 173 *n.* 68.
tom 2. Potuit magna reuerentia, quam Vocales ha-
bebant Præsidenti, & metus eius respectu incussus,
annullare electionem factam, vel faciendam, ne
diceretur summa libertate celebrata. Ita Nauar.
consil. 5. *de elect. in resp.* Laurent. de Pottel *in resp.
moral. p.* 2. *casu* 16 *num.* 5. vbi tenet electionem fa-
ctam per solum metum reuerentialem esse nul-
56 lam. Et tanto magis, quia Præsidens verba præce-
ptiua & imperiosa contra Vocales proferebat, quæ
metum quoque inferuor, Hippolyt. Rimin *cons.* 77.
57 *num.* 24. Item & minas, quæ vnà cum metu reue-
rentiali sufficientes sunt ad annullandam electio-
nem, Sigism à Bononia *d tract. dub.* 54. *num* 6. no-
uissimè Doct. Ioan. Machado *en el perfeto Confessor
y Cura de Almas lib* 2. *p* 1 *tract.* 3. *docum.* 7. *num.* 2. se
58 admodum indignatum & ferocem ostentans ad
consequendum intentum. nam reuerentia cum in-
dignatione plurimum confert ad iustum & suffi-
cientem metum incutiendum, Hermosil. ad Greg.
Lop. *l.* 56. *glos.* 2. *num* 14. *tit.* 5. *parte* 5. *pag.* 277. Si-
gism. à Bononia *d. tract.* 54. *num.* 4. Iul. Lauor. *d. tit.*
4. *cap.* 21. *num.* 7. optimè Ioan. Machado *d. docum.* 7.
num. 5 ibi. *Y otros muchos afirman que sola la terribi-
lidad de vn rostro ayrado del Superior sin amenacas,
ni otras circunstancias es bastante para causar miedo
iusto*, &c.
59 Vocales igitur, vel eorum maior pars recogno-
scentes libertatem in eligendo sibi adimi, & libe-
rum consensum non habere quem vellent, eli-
gendi, voluntatem suam protestando aperuerunt,
Barbosa Vera decisiua.

quòd scilicet electio coacta & violenta fieri præ-
tendebatur, ac proinde nulla, & quòd coactè &
inuoluntariè detioebantur, quæ protestationes
metum probant, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.*
126. *num.* 23. Seraphin. *decis.* 869. *a num.* 5. Rota *de-
cis.* 160. *num* 5. apud Farin *tom.* 2 *suorum consil.* Greg.
XV. *decis* 374. *num.* 5. *& decis.* 391. *a num.* 7. Et de-
clarant voluntatem, & animum protestantis, *l. sed
etsi quis ff. de relig. & sumpt. fun. l. qui in aliena* §.
*Celsus ff de acquir hered. l. Mesenius ff. de negot. ge-
stis*, Natt. *consil* 617. *num.* 9 dicens quòd protestatio
declarat, quo animo quid fiat, latè Suid. *consil.* 513.
à num. 36. Cùm non sit nisi quædam declaratio vo-
luntatis protestantis, Alciat. *in l detestatio n.* 6. *ff. de* 60
verb signif. Crau. *consil.* 120. *n* 3 *in fine*, Rot. *decis.* 567.
n. 7. apud Farin. *p.* 1. *recentior.*
Quæ omnia insinuant cum magna violentia 61
Præsidem vocales attrahere voluisse ad eligen-
dum, quem ipse volebat, vt publica vox populi
asserebat, cui ad probationem metus plurimum
defert Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 126 *num.* 22.
& Rota *decis.* 779. *num* 8. *p.* 1. *in posthum. Farin.* Et
vltra actus nullitatem ex tali coactione insurgen-
tem, peccaminosus quoque fuit ex parte ipsius
Præsidentis vim in metum incutientis, iuxta do- 62
ctrinam Nauar. *consil.* 5. *num.* 1. *de elect. in nouis*, ibi.
*Respondeo primò præfatum Superiorem peccasse, ac
malefecisse nolendo acceptare electam à maiori parte,
præsertim cum toties eligeretur ab illa, imò & cogendo
eas ad toties eligendum, & magis adiungendo minas
de vocando aliam*, &c. Et tenetur talem metum in- 63
ferens restituere omnia, quæ ex tali metu extorsit,
& omnia in quibus damnificauit illum, qui me-
tum passus fuit, *l. item si cum* § *post annum, l. Pedius
ff. quod metus causa*, Cardoso *in praxi Iudicum verbo
Metus n.* 14.
Alias metus probationes, indicia, præsumptio- 64
nes, & coniecturas propinquas, & actui immedia-
tas hîc adducere poteram, sed ne longior in ma-
teria trita appaream, plura omitto eos, his paucis
contentus sum, quæ simul iuncta exuberant, Rota
d. decis. 160. *num.* 2. *&* 5. apud Farin *tom.* 2. *consil.* ibi.
*Quæ saltem simul iuncta metum sufficientem probant,
præsertim stantibus protestationibus toties iteratis, quæ
multum conferunt ad probationem metus*, &c. Et ita
simul vnita harmoniam, & probationem conclu-
dentem efficiunt, Bald. *in cap. cum causam, in princ.
num.* 1. *de probat.* ibi. *Ex multis imperfectis fit vna
probatio perfecta, sicut ex multis membris inuicem
cohærentibus fit perfectum corpus, & ex multis conso-
nantiis fit perfecta harmonia*, &c. quem sequitur Mo-
lin. *de primog lib.* 2. *c.* 6. *n.* 35.

NVLLITAS III.

Quia eiusdem Fr. Ludouici de Corduba electio, restricta, coarctata, ac ad voluntatem alterius celebrata fuit.

QVANDO Præsidens Capituli, vt in nostro 65
casu, intellexit voluntatem Vocalium ferri,
vt determinate eligant Antonium, vel Petrum,
& nullum alium extra illos duos; si contra præfa-
tos Antonium, & Petrum sub friuolo prætextu
delicti, vel alicuius vitij, eos inhabilitauerit, aut
electiones in eorum personas factas infirmauerit,
vt sic sequatur electio in persona Francisci, quem

Præsidens desiderat, talis electio venit ad minos cassanda & irritanda, proindeque confirmari non potest. Ita in his terminis resoluit Castellin. *de elect. Canonic. cap. 3. num. 26.* duplici ex fundamento, primò, quia ista electio reductiue saltem, siue per indirectum dici debet electio coarctata ad vnum tantùm, contra dispositionem Iuris communis, & præsertim Concilij Trident. irritantis electiunem ad vnam tantùm personam restrictam. Secundò, quia etiam manifestam inuoluit fraudem ex parte Præsidentis, & coactionem aliqualem saltem ex parte eligentium, quæ illis auferr omnimodam libertatem electionis, quæ est necessaria simpliciter in electionibus Canonicis, vt fusè suprà *nullit.* 2. Et tandem respondet ad quandam obiectionem, his verbis. Ad argumentum verò eorum, qui dicunt prædictam electionem esse liberam, nam possunt vocales in tali casu eligere aliquem alium de eadem vel aliena prouincia, respondetur, quod stante dispositione, & deliberatione Vocalium ad eligendum vnum ex illis quatuor tãtum optime manifesta Præsidenti, certum est quod indirecte saltem per huiusmodi priuationem vocis passiuæ illorum trium, læditur non parum libertas eligentium, non sine illorum
66 metu, &c. Non enim solùm arctata appellatur electio si vnus de pluribus eligendus proponatur, aliis exclusis, verum etiam si excludantur aliqui aliis commissis, ita Lauor. *d. tit. 4. c. 21 n. 15.*

67 Nullus enim Inferior Papa potest, aut debet limitare alicuius Prælaturæ electionem ad tres, vel quatuor personas, Castel. *d. tract. de elect. Canonica cap. 3. num. 7.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 52. art. 10. & 11.* vbi refert se vidisse nullas declarati electiones triom Guardianorum, eo quòd ad tres vel quatuor fuerunt coarctatæ, Sigism. à Bononia *d. tract. de elect. Prælat. Regular. dub. 32. num. 5.* Iul. Lauor. *d. tit. 4. cap. 21. num. 12. cum seqq.* Tamburin. *de Iure Abbatum tom. 1. disp. 5. q. 21. num. 8.* Laurent. de Portel *in dub. Regul. verbo electio num. 4. & in resp. moralib. parte 1. casu 48. fol. mihi 895.* Cabreros *in tract. de meta lib. 2. cap. 5. num 66. cum seqq.* vbi *num.* 69. resoluit electionem adhuc esse nullam si electores cogantur eligere ad voluntatem alterius, Ego ipse *de Iure Ecclesiast. vniuer. lib. 1. cap. 19. num 233.* Rota *decis. 65. num. 6.* apud Farin. *parte 1. recentior.*

68 Nam per coarctationem ad tres, aut quatuor personas libertas in eligendo coarctatur, & bono publico, ac bono regimini non ita prouidetur, immo ex hoc maxima damna Religioni eueniunt, vt optimè considerat Fr. Emman. *d. q. 52 art. 11.* & illa refert Miranda *d. tom. 1. q. 23. art. 22.* ibi. *Electiones limitant, atque coarctant ad tres vel quatuor personas, iuxta ipsorum libitum, & voluntatem, priuando interdum aliquot grauissimos & religiosissimos viros voce passiua, sine proprijs demeritis, & absque eo quod intimetur ipsis aliquid, quod fuerit probatum contra illos, vt se defendere possint; & quod peius est, dicant se illud facere pro bono pacis ex sola forsan sinistra informatione aliquorum Religiosorum ambitiosorum, qui pro eo quod non promouentur ad officia Ordinis pro suis demeritis nihil non moliantur; quia verò totis viribus contendunt, atque procurant, vt prædicti principaliores Patres graues, experti, prudentes, & Religiosi, quique illos intus & in cute, vt dicitur, cognoscunt, non ascendant ad Præfecturas, & vt aliquo quæsito colore priuentur suffragijs, & voce saltem passiua in electionibus, &c.*

69 Sæpiùs Superiores vtilitati suæ consulunt sub prætextu boni publici ministralem induentes vestem, vt depinxit Isocrates *in orat. de Pace*, his verbis. *Artificia sunt Magistratuum simulare curam Reip. & interim suum negotium agere.* quæ res non solùm est periculosa, dicente M. Tullio Cicerone *in orat. ad Caium Verrem act. 5.* ibi. *Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ, quæ latent in simulatione officij.* Sed etiam multum perniciosa, vt notat Saluian. *lib. 5 de gubernat. Dei*, dicens. *Magis damnabilem malitiam, quam titulus bonitatis accusat, & reatum impij esse pium nomen.* Idem Cicero *lib. 1. offic n. 16 ait.* *Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est quam eorum, qui tunc cum maxime fallunt, id agunt vt boni viri esse videantur.* Valenzuel *consil 91. num. 31. tom 1.* ibi. *Nam Magistratus affecti passione, hoc prætextu, & artificio vtuntur, fingere scilicet curam publicæ rei, & in effectu facere propriam causam, & negotium*, &c.

Nvllitas IV.

Quia attentata, & nulla, cùm fuerit facta post appellationem interpositam.

PERMISSA non est in Iure appellatio simplex & absoluta ne fiat electio, nisi sit interpo- 70
sita ne fiat electio nisi canonica, & assignetur probabilis causa appellationis; ita per tex *in cap. considerauimus, de elect.* resoluit Castellin. *de elect. Canon. cap. 16. num. 1.* quem refero *in collect. ad d. cap. considerauimus, in verb. post appellationem*: Appellandi autem in hac materia iusta censetur causa; metus iustus impressionis, vt hîc; sic gloss. singularis *verb. metuebant in cap. bona mem. el 1. de elect.* ibi. *Timebant enim vim sibi fieri in electione, id est violentam impressionem, & sic non habuissent liberam potestatem eligendi, neque eorum procuratores; & ideo tenuit eorum appellatio propter iustum metum impressionis*, &c. & ibi. *Vnde appellauerant ex illa causa, quæ iusta fuit*, &c. Item & iustificatur appellationis causa ex illis omnibus, quæ supra adduximus, pro validitate electionum in primo & secundo scrutinio factarum, & nullitate tertiæ electionis.

Cùm ergo appellatio in hoc casu permissa fue- 71
rit, electio facta à Vocalibus pendente huiusmodi appellatione legitimè interposita ab vno, vel pluribus electorum tanquam attentata, & nulla reuocari debet, Cardos. *in praxi Iudicum verb. electio 18.* Castellin. *de elect. Canon. cap. 4. num. 59. & cap. [illegible] num 42. & cap. 16. num. 3.* Omnia enim facta & in- 72
nouata pendente appellatione sunt nulla, [illegible] *de exhiben. reis §. suscepto, verb. nihil, in med. & verb. pro nihilo collat. 5. c. non solum, de appellat.* Valenzuel. *consil. 76. n. 10.* Duran Episcop. Vrgelen. Rotæ *decis. 312. n. 2. & decis. 313. n. 2.*

Non óbstat quòd appellatio, à Vocalibus in- 73
terposita extraiudicialis fuit, ac proinde attentata ea pendente non sunt reuocanda, gloss. *verb. reducendam.* ibi, *si extraiudicialis fuit appellatio*, *in cap. non solum 7. de appellat. lib 6* Rebuff. *in tract. q. 17. num. 28.* Mich. Grass. *commun. opin tom. 2. lib 7. tit. 21. num. 195. pag 116.* Philipp. Franch. *in cap bona mem. 5. de appellat. num. 32.* ibi. *Secunda conclusio sit quòd appellatio iudicialis a grauamine præterito suspendit non solùm præterita, sed etiam futura, vt in cap. sæpe, circa fin. sup. eod. cap. venientes sup. de iureiur. & in d. cap. si a Iudice. Sed appellatio extraiudicialis non suspendit præterita*, text. *est in cap. constitutus, sup. eod.* &c. idem resoluunt Lancell. *de attent. parte 2. cap. 11.*

cap.12. de attent. & innou.appel.pend limit.3.princip. n.3 cum seqq Sigisin Scacc.*de appell. q.2. n* 35. & visus sum *sequi d.vote 4.n.54.in fine.*

74 Quia respondetur contrariam opinionem esse multum probabilem, proindeque electionem factam post appellationem extraiudicialem esse nullam, vt in his terminis probat text *in d cap.si postquam, de elect. lib.6.* dum tenet in electionibus Cathedralium, vel Regularium Ecclesiarum quicquid factum fuerit post & contra appellationem, etiam extraiudicialem ex causa probabili emissam esse nullum ipso iure, vbi expressè loquitur de Regularium electionibus, Mil. *in repert. verbo attentata post appellat interpositam fol. mihi 35.vers.fallit*, Lancel.*d.c.12.lim.1. num 55. & limit.3. num.22.* Portel *d.casu 4.vers.ad quartum, num.7.in fine, & vers. ad quintum num. 9.* nam licèt Rota *decis.44. num.4. de appellat. in nouis*, prætulerit textum illum locum non habere in electionibus inferiorum Ecclesiarum, id tamen procedit respectu Cathedralium, non verò Regularium Ecclesiarum, vt euidenter desumitur ex summario illios Rotalis decisionis *d. num.4.* ibi. *Facta post appellationem in Cathedralium, vel Regularium electionibus emissam ipso iure nulla sunt*, &c.

75 Eandem contrariam opinionem tenet Valenz. *consil.79.num 25.cum seqq tom.1.* ibi. Paul. Castren. *consil 404. num. 2. parte 1. dicens quod etiam appellatione extraiudiciali pendente non potest. Episcopus conferre beneficium de Iure speciali sibi competens, & confirmat Abb in cap.cum nobis num.1.cum seqq.de elect. & num. 7. & 8.resoluit esse nullam electionem factam post appellationem etiam extraiudicialem, idque etiamsi non opponeretur à parte glos 1.in l.1.ff. de fer. quã ad hoc notat Alex.Grat. d.resp.77.num.7.tom.2.& etiam absque inhibitione, vt post Anton. de Butrio in cap. dilecti col.2. de rescript. Alex. consil.89. col. 1. tradit Rota decis.127.num.6. parte 2. diuers. quia appellatio admittitur ab extraiudiciali grauamine, Bart. in auth. de collat.in princ.num.6. & precludit viam, & ius innouandi non solum in actu contentioso, sed etiam voluntario, Guid. Papa singul. 32. in §. Appellatio n.5.* &c.

76 Clarius eandem partem sustinet Gabr. Pereira de Castro *de Manu Regia parte 1 c.22. num.16* ibi. *Vnde sit quod attentata post talem appellationem* (scilicet extraiudicialem) *ante omnia reuocantur ac in quacumque appellatione iudiciali; nam licet aliqui opinentur quod attentata post appellationem extraiudi*[illegible]*em non reuocantur statim, sed in euentum appella*[illegible]*t per Doct. in cap. bone, de appell in 6. vbi Pr*[illegible]*m 43.Perus.33. dicit communem, Cuman. in l.vlt.in fin ff de appell recip. Cou. pract.cap.24.num.5. Herculan de attentat. cap 10 num 8 tamen verius est omnia statim reponenda esse etiam ante appellationis euentum, ex* [illegible]*bb. in cap.1. de appellat in 6. num 6. Deci in d.cap. bona num.9. & in cap. cum nobis etiam num.9.de elect.& probatur in d cap bona, vbi reuocantur attentata, & solum attenditur an ex verisimili causa fuerit appellatum, licet Deci. dicat quod illius causa probatio prius interfuit, quod est supplere verba text. sic procedit text. in cap. postquam, & in cap prouida, de elect.* &c.

77 Verùm adhuc priore opinione retenta, plures adsunt limitationes, quæ in nostro militant casu.

Prima est in appellatione etiam extraiudicialiter interposita super electionibus Regularium Ecclesiarum, quia tunc quicquid fiat contra & post appellationem emissam etiam causa probabili, licet non oblata probatione, est ipso iure nullum, vt suprà resoluimus *in vers. Quia respondetur, n.74.*

78 Secunda est quando gesta non solùm sunt post appellationem, sed contra appellationem, tunc enim etiamsi appellatio sit extraiudicialis causat attentata, & talia gesta debent tanquam attentata reuocari, vt per text. *in cap cum nobis, de elect.* & ibi Abb. *num.7. & 8.* resoluunt idem Abb. *in cap dilecti 13.num.4. de maior. & obed.* Paul. de Castro *consil. 404 num.2.lib.1.* Achil.de Grassis *decis 34 alias 160. de appellat.* Seraph. *decis. 397. num. 1.* Valenzuel. *consil.76.num.23.cum seqq.* Lancel. *d limit.2. num.7. & 10.* vbi plures citat: & tunc dicitur aliquid fieri contra appellationem quando actus, à quo appellatur, non remanet totus sub protectione Iudicis ad quem, vt explicat Achil. de Grassis *d. decis. 34.* In hoc autem casu celebratio electionis post appellationem factæ directè prætendebatur impediri per appellationem interpositam, itavt cum actus fuerit iam sub protectione Iudicis ad quem erat appellatum, non potuit contra dictam appellationem deueniri ad illum, & sic ad electionem per eam suspensam.

79 Tertia est quando appellatio cum Superiore fuit iustificata, quia constito sibi de illius iustificatione, debet quicquid post eam interpositam gestum fuit, nullum, & attentatum pronuntiari, Rota *d.decis 44.num.3. de appellat.* Miles *in repert. verbo Attentata post appellationem*, Conat. *pract. cap. 24. num. 5.* cum aliis. Lancel. *d.cap.12 limit.3. num.17. cum seqq.* Et nihil refert quòd appellatio in Domo Capitulari per Vocales interposita non fuerit in scriptis, quia cùm incontinenti fuerit appellatum statim & in actu, quo grauamen eis fiebat, non fiat opus appellare in scriptis, sed sat fuit viua voce appellare, *l.2.* vbi notatur, *ff.de appellat.* Vestr. *in praxi lib 7.c 3.n.28.* Achil *decis.2.n.1. de appellat.* Duran *decis.297.n.1.*

80 Et quicquid sit, non sumus in terminis appellationis extraiudicialis, sed iudicialis, nam licèt electio ex primæua sua natura sit actus extraiudicialis, vt probat text *in cap.concertationi 8.de appel. in 6.* hoc procedit quando celebratur electio sine contradictione, aut alicuius oppositione, at vbi illa incipit contradici, ex tunc fit iudicialis, iudiciumque inter colligantes formari debet, vt bene aduertit Salgado *de supplicat.ad Sanctissimum p.1.c.23. n.13.cum seqq.*

81 Non tamen coram Ordinario Regulari agendum de causis contradictionis, quia cùm ille fuerit, qui grauauit, & de cuius procedimentis conqueruntur vocales, prima instantia illius ex hoc euanuit, vel consumpta fuit, itavt grauatus possit directè in gradu appellationis, recursus, &c. ad Superiorem recurrere, nõ obstante dispositione Concilij Trident. *sess.24. de reformat. cap. 10.* Ita tenet idem Salgado *d cap 23.num.36.* ibi. *Pro cuius distinctionis membro duæ sunt mirabiles declarationes S. Congregationis Cardinalium decidentes Tridentini decretum in cap. causa omnes 10 sess 24 de reformat. non habere locum in Ordinario semel procedente ad actum extraiudicialiter, quando contra eius grauamen extraiudiciale fuit grauatus appellationis remedio vsus, quia tunc licite ad Superiorem Ordinarij deuoluitur iudicialiter regnoscenda causa, quarum declarationum prima sic se habet. An decretum Concilij sess.24.cap.10. in princ. locum habeat quando Ordinarius extraiudicialiter procedendo grauat partes adeo vt non liceat partibus a tali actu extraiudiciali ad alios Superiores Iudices appellare, seu reclamare, quatenus id Ius permittat, sed omnino causam grauaminis in*

prima instantia coram eorum Ordinario cognosci debeant? Congregatio censuit hoc casu non habere locum decretum Concilij, &c. & deinde aliam transcribit declarationem, & vnam & alteram refert Narbona *l.59.n.159.tit.4.lib.2. Recop.*

82 Vnde fit euidens Præsidentis & Definitorij procedimentis & grauaminibus, Vocalium oppositionibus, & appellationibus electionis causam incepisse fieri iudicialem, licet ex sua primæua natura fuerit extraiudicialis, proindeque nullum alium extare Superiorem Regularem intra Religionem præter Definitorium, quod grauauit, & à quo protestatum, & appellatum extitit statim coram ipso, fit consequens dictam appellationem fuisse iudicialem, omnesque effectus iudicialis operari, & ea pendente electionem factam de persona dicti P. Ludouici de Corduba fuisse attentatam, ac proinde reuocandam. Et hinc patet huic resolutioni non contrariari quæ diximus supra *d. voto* 4. quia loquimur de quadam cassatione simplici siue exspecificatione causæ, proueniente ex capitulis visitationis per P. Generalem factæ, in qua non fuit compilatus processus, nec aliqua intercesserat iudicialis cognitio.

Nullitas V.

Quia absuit vnus diffinitor, & sui loco alius, qui talis esse non poterat, subrogatus extitit.

83 Constitutione VII. huius Ordinis statuitur vt ex omnibus, qui vocem in Capitulo Generali habent, octo in Definitores eligantur ex discretioribus, & magis sufficientibus. Item alia Constit. 10. cum suis Extrauagantibus constitutum est, vt in Capitulo Generali quatuor Priores, seu Fratres Ordinis assumantur, qui Deputati nuncupati Capitulum priuatum, quoties opus fuerit, celebrare queant. Eadem Constit. .o. facultas conceditur Priori Generali S. Bartholomæi, vt loco deputatorum absentium alium seu alios sibi bene visos deputare valeat, de consilio tamen & consensu Visitatorum generalium, vt ordinauit *Extrauag. 2. d. Constit.* o.

84 Vnde colligitur Præsidens Capituli & Definitorium repræsentans personam dicti P. Generalis, non potuit loco absentis Ioannis de Auellaneda vnius ex Deputatis, alium subrogare ad Capitulum priuatum celebrandum, quo electio Fr. Ludouici de Corduba celebrata fuit, sine eorumdem Visitatorum Generalium consensu; quo deficiente deputatio fuit nulla, forma enim in aliquo actu seruanda, si in illo deficiat, actus est nullus, *l. Mauius, l. qui heredi ff. de condit. & demonstr. l. 1, & 2 C quando prouocare non est necesse*, Alderan. Mascard. *de Generali Statutorum interpret. concl. 9. n.8.* Suar. *de legib lib 5.cap. 31.n.5.* cum aliis per me citatis *Axiom.* 100.*n.*1.

85 Et tanto magis coadiunatur nullitas, quia Deputatus subrogatus actui electionis interfuit, cum numerum requisitum supplere non potuerit, vti non canonice, & iuridice electus, & ideo succedit regula quod quotiescumque ad aliquem actum perficiendum certus numerus personarum assistentium requiritur, deficiente vno, actus corruit, vt videmus in examinatoribus Synodalibus, qui ad examen concurrentium ad Parochiales Ecclesias assistere tenentur iuxta dispositionem Concilij Trident. *sess.24. de reformat. cap* 18. & concludunt omnes de forma esse huiusmodi concursus, vt examen fiat à tribus examinatoribus Synodalibus, & non paucioribus, secundum Garc. *de benef. p.2.c.2. n.* 13. Massobr. *in sua praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes requisit. 3. dub. 4.*

Duplicem nullitatem patitur subrogatio Reue- 86
rendissimi P. Fr. Dominici de Villactenfa electi Episcopi de Chiapa in Indiis Occidentalibus. Prima est, quia, vt supra dicimus, nullus præcessit Visitatorum Generalium consensus, iuxta dictam Extrauagantis 2. Constit. 10. Altera, quia cum dictus Episcopus electus per promotionem huiusmodi desierat esse Generalis, & tractabatur de dando illi successore, non poterat in eadem Religione, antequam habiti officij rationem & Syndicatum redderet, aliud assumere officium, siue ministerium, ita statuitur *in Constit. 7. extrauag.* 1. & attento iure communi est vulgare & tritum quod nemo debet eligi ad aliud officium, nisi reddita prioris ratione, *l neminem. C. de suscept. lib.* 10. Capiblanc. *de Baronib. pragm 5. num.93.* Auiles *ad c.4. Prætor verbo iustitia n.* 14. Mastril. *de Magistratib. lib.2.c.9.n.29 & 30.*

Cùm ergo dictus Episcopus electus, vti Depu- 87
tatus, & subrogatus, loco absentis, electioni, & definitioni interfuisset, vocemque dederit, cum talis esse non potuerit, ex hoc tantum capite nulla esset electio cum eo facta, vt de concursu, in quo interuenit cum examinatoribus Synodalibus, alter, qui non erat examinator Synodalis, tradunt Nicol. Garc. *de benefic. parte 9. cap. 2. num.* 83. 324. & 341. Massobr. *in praxi habendi concursum requis.* 13, *dub.* 1. Ferentil. *in annot. ad decis.* 479. Buratt. *lit. A. Ege ipse de officio, & potest. Parochi cap. 1. num.* 71. Denique quando non ita de plano pro nullitate prædictæ deputationis, & subrogationis procederent quæ hucusque diximus, militant etiam rationes, quæ iustificant Fratris Ioannis de Auellaneda discessum à domo Capitulari, quas ponderauimus supra, & debebat iterum vocari & expectari, iuxta dicta supra nullit. 1.

Conclusio III.

Præcepta, mandata, & censuræ à Præsidente Capituli communia, tanquam nulla, iniusta, & inualida, non potuerunt ligare Conuentuales Vocales, qui prosequentes suam appellationem exierunt à Domo Capitulari, & coram Illustrissimo Nuntio recta via in gradu appellationis, & recursus se præsentarunt.

Sacrum Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform.* 88
cap. 3. Episcopos admonet vt mature & magna circumspectione censurarum remedio vtantur, & Prælatos Regulares quod parce illis vti debeant monent Fr. Emman. Rodrig. *quæst. Regul. tom. 2. q.* 60. *art.* 4. vbi per hoc decretum aduertit quod considerent Prælati Regulares, & diligenter attendant, cum sint Iudices, & simul suorum subditorum patres ne eos excommunicationis vinculo præcipi-

tare

tare temere faciant, itavt illud, quod ordinatum est in eorum salutem, eis ruinæ præbeat scandalum, Crespet *in sum verbo excommunicatione sententia non temere ferenda*, Laurent. de Peirinis *tom. 1. constitutionum Ordinis const. 10. Vrbani VIII. n. 11. & de Prælato tom 2. q. 3. c. 4. num. 15. pag* 848. Mari. Alter. *de censur. tom. 1. disp. 6. de causa excommun. lib. 3. cap. 1. vers. his igitur. pag. 115.* vbi dicit idcirco Sanctos Patres grauissimum omnium eiusmodi censuræ pondus considerantes nonnisi ex grauissima causa eam esse adhibendam tradidisse.

90 Est enim excommunicatio maior pœna quàm sit in Ecclesia, *cap. corripiantur 24. q. 3.* & ideo siue iusta siue iniusta timenda est, vt docet S. Gregor. *homil. 26. in Euangelia*, relatus *in cap. 1. n 11. q. 3.* declaratus à Couar. *in cap. alma mater parte 1. §. 7. num. 5. vers. tertia conclusio*, Gutier. *canon. lib. 1. cap. 4. num. 33. cum seqq.* Suar. *de censur. tom. 5. disp. 4. sect. 7. per tot.* Mari. Alter. *in simili tract. disp. 2. de causis excommunicat. lib. 3. c. 1. vers. secundo intelligi pag. 290. tom. 1.* vbi dicit illud, quòd sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est, non esse accipiendum in eo sensu vt B. Gregorius voluerit, omnem excommunicationem ex quocumque capite iniustam, validam esse, sed locum habere in sententia excommunicationis quæ iniusta est, sed tamen valida, quasi secus foret si sententia esset iniusta, & inualida. Vnde videtur indagandum an excommunicatio fuerit talis; ad quod percipiendum, sciendum est Præsidentem Capituli statim quod congregatum fuit, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda Vocalibus sic congregatis mandauit & præcepit ne adinuicem loquerentur, neve foras exirẽt, sed sibi omnino obtemperarent; quod mandatum iniustum fuit, & in eo illi obedire Vocales non tenebantur, nec excommunicatio tanquam quid accessorium mandato nullo, illos ligare non potuit.

91 De iniustitia autem mandati satis constat, cum in eo nihil contineatur peccaminosum, quod vti tale censuris prohibere deberet, nam tractatus ante electionem debet haberi adinuicem, text. *in cap. cùm in veteri 52. de elect.* ibi, *vt si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum*, &c vbi gloss. *verbo in tractatu*, ait difficile esse bene eligere nisi primum de aliquo eligendo tra-
92 ctetur, similis gloss. *verbo tractantes in cap. in nomine 23. dist.* ibi, *videtur quod electionem semper debet præcedere tractatum*, Petr. Gregor. *ad tit. de elect. cap. 15. in fine*, Sigism. à Bononia *d. tract. de elect. Prælat. Regul. dub. 56. num. 6.* quod citaui *de Iure Ecclesiast. vniuerso lib. 1. cap. 19 num. 183.* Vnde fit consequẽs huiusmodi tractatus non bene prohiberi, cum non solum sint à Iure permissi, sed etiam ab eo necessarij & opportuni censentur.

93 Eodem modo iniustum censetur mandatum, quo Vocalibus sub censuris inhibitum fuit ne è Domo Capitulari exirent, nam hoc est idem ac includere illos, vt per vim & metum in electione vocem darent, nec exinde etiam ex iusta causa discedere valerent, cum ex dictis constet discessus causam fuisse iustam, & ob id Vocales debere iterum de nouo vocari, & competenti tempore expectari, proindeque censuram comminatam non potuisse mandatum sic iniustum conualidare, sed tanquam quid accessorium fuisse nullam. Ita Mari. Alter. *d. tom. 1. disp. 2. de causa excomm. lib. 3. cap. 1. post princ. pag* 284. ibi. *Si lex vel mandatum generale hominis nullum est & inualidum, excommunicatio quæ in huiusmodi lege, vel mandato continetur, nulla erit; & qui facit contra talem legem non incurrit excommunicationem. Probatur accessorium sequitur suum principale, pœna excommunicationis est quid accessorium in lege respectu actus, qui præcipitur, vel prohibetur: si igitur principale est nullum; ergo & accessorium. Secundò, quia si lex non obligat, ergo transgressor legis non potest dici contumax, nec inobediens, ergo cessat causa materialis excommunicationis*, &c.

Et quando in huiusmodi mandato non consta- 94
tet, prout constat, de manifesta iniustitia, leuitas causæ efficit, vt censuræ subiectum non sit, super quo illa stare possit; & venit quis excommunicandus de bono opere commisso, vel de peccato veniali, quo casu excommunicatio nihil operatur, vt optime firmat Mari. Alter. *d cap. 1 pag. 186. in fine*; & agendo de nonnullis iniustis, & inualidis mandatis à Superioribus Regularium sub censuris emanatis, idem tenet Fr. Emman. *quæst. Regul tom. 2. q. 52. art. 11. vers. ad secundum*; contineret enim sententia huiusmodi excommunicationis intolerabilem, & patentem errorem, & sic ab ea hoc casu daretur appellatio suspensiua, Farin. *in praxi crim. q. 101. n. 61.*

Data sic mandatorum Præsidentis iniustitia, 96
Vocales ei obedire minime tenebantur, nec comminatæ censuræ tunc vim vllam ligandi haberent, vt in specie resoluit Laurent. de Peirinis *de Relig. subdito tom. 1 q 1. de obedientia cap 31 §. 10. pag* 491. ibi. *Dico secundò. Patres Capitulares præfato Præsidenti mandãti Iuris ordine non seruato, obedire non tenentur, etiamsi præcipiat sub pœna excommunicationis ipso facto. Probatur quia si mandata iniusta sunt, & nulla, vt suppono, nec etiam in foro exteriori ligabunt, quia sententia nulla, sententia non est, cap. 1. de re iudic. immo sententia excommunicationis nulla in foro exteriori minime obligat*, &c. nam quando notoria est iniustitia, sub ea inuoluitur etiam nullitas, cum æquipatentur in Iure, Sigism. Scacc. *de appell. q. 7. limit. 1 n. 62. & limit. 19. sub n. 4.*

Et casu, quo maior pars Capituli nolit Præsi- 97
denti obedire propter eius iniustitiam in procedendo, potest dicta maior pars ad electionem procedere sine ipso & etiam sine minori parte, modò hæc minor pars non contemnatur, sed vocetur debitis viis, & modis, & electio ab ista maiori facta valida erit. Ita Fr. Emm. *d. tom. 2. q. 52 art. 11. vers ad quartum*, Laur. de Peirinis *d §. 10. in fine.*

Verùm licèt daremus casum quòd Præsidentis 98
mandata nec iniusta, nec inualida forent, proindeque excommunicatio comminata posset Vocales ligare, quod negatur ex dictis, adhuc tamen si appelletur post comminationem excommunicationis, sed ante incursum in illam, est euidens quod appellatio non solum deuoluit cognitionem causæ, sed etiam suspendit excommunicationem. Ita Franch. *in cap. 1. not. 1. num. 3. & in cap. ad præsentiam 16. num 3. cum seqq. & in cap. dilectis 55. not. vlt n. 12. & 13. de appellat.* Lancel. *de attent. parte 2. cap 12.*
ampl. 8. num. 5. vbi *num. 7.* quòd excommunicatus 99
post appellationem non est interim excommuni-
catus, *& ampl. 17. num. 5.* vbi *num. 27 & 28.* quòd 100
excommunicatio est ipso iure nulla, etiam post appellationem extraiudicialem latam, *& limit. 16 n 5.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 22. num 55* vbi etiam subdit procedere, etiamsi appellatio fuerit extraiudicialis, Nald. *in summ. verbo appellare 5.* Laurent. de Peirinis *de subdito Religioso tom. 1. cap. 10. §. vnic. vers. si vero*, Salgado *de supplicat. ad Sanctissimum, parte 1. cap. 14 n. 49.* Mat. Alter. *d. tom. 1. disp. 5. de causa excom. lib. 3. c. 1. pag. 312. in fin.*

Non

Non obstat quòd Præsidens Capituli statim quòd ipsum ingressus fuit, & Vocalis congregati fuerunt, sententiam excommunicationis comminatotiam in dictos Vocales tulit, qui aliquam ex actionibus, de quibus supra, agerent, & postea interposita fuit appellatio, vnde videbatur illam non potuisse suspendere effectum censuræ iam productum, quin excommunicatus remaneret interim excommunicatus, vt probat text. *in cap. pastoralis* 53. §. *verùm, de appellat* resoluunt Nauar. *in man. cap.* 15. *num.* 114 Gutiet. *Canon lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. quæst.* 101. *num.* 66. *&* 68. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *titul. de appellat. resolut.* 5. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *numer.* 53. Marta *de Iurisd. parte* 3. *cap.* 12. *num.* 6. Laurent. de Peitinis *de subdito Relig. tom.* 1. *cap.* 10. §. *vnico, vers. dico secundò pag.* 217. Sigism. Scacc. *d. limit.* 22. *à princ.* Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. existent. lib.* 4. *c.* 64.

102 Quia respondetur hoc procedete quando excommunicatio à principio fuit purè lata, & potuit cadere super inobedientiam, seu factum præteritum; non verò quando, vt in casu nostro, excommunicatio fuit comminata pro crimine seu culpa adhuc non incursa, vt patet in sententia excommunicationis lata sub conditione vel in diem, à qua si appelletur ante impletam conditionem, non posset deueniri ad denunciationem, quia talis
103 appellatio suspendit excommunicationem, & interim ille non est excommunicatus: ita probat text. *in cap. præterea el* 2. *in ord.* 40. *de appellat.* dum ait quòd sententia excommunicationis lata ea conditione, si intra viginti dies Sempronio non satisfecerit, aut quantitatem debitam ei non soluerit, appellatione medio tempore interposita suspenditur; resoluunt Lancell. *d. cap.* 12. *limit.* 21. *numer.* 30. *cum seqq.* Couar. *in cap. alma mater parte* 1. §. 0. *numer.* 4. Sayt. *de censur. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 14. Vgolin. *in simili tract. tab.* 1. *cap.* 13. §. 18. *num.* 0. Sigism. Scacc. *d. limit.* 2.. *num* 13. Alex. Tretacinq *d resolut.* 5. *num* 2. Anton. Ricciul. *d. lib* 4. *cap.* 64. *num.* 23. Mari. Alter. *d. cap* 1. *in princ.* vbi hoc ponit exemplum. *Si Episcopus præcipiat subdito vt infra decem dies compareat in iudicio sub pœna excommunicationis, si durante termino reus appellet ad Superiorem, suspenditur executio excommunicationis, cap licet, cap. venerabilibus, § sed si ex causa, de senteat. excomm. lib. 6. quod si post appellationem pronuntietur sententia excommunicationis, excommunicatio est nulla*, &c. *Gutier. d lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. ibi, *Quartò ex d. cap. præterea, deducitur quod appellatio in casu ipsius medio tempore (hoc est ante aduentum conditionis, vel diei) interposita, suspendit sententiam excommunicationis latam*, &c.

104 Quod quidem non solùm ita de plano procedit in excommunicatione sub conditione, vel in diem lata, de qua loquuntur præcitati Doctores, sed etiam planius locum habet quando censura fuit comminatoria, vt in nostro casu, sicut in hac specie resoluit Farin *in praxi crimin. q.* 101. *n.* 70. ibi; *Sublimita quartò, vt licet non possit appellari a sententia ferenda, & sic à comminata excommunicatione, Paris de Puteo in tract. Syndicatus in verbo appellatio cap* 1. *num.* 6. *in fine, & isto casu suspenditur etiam effectus excommunicationis per Adden. ad consilt. Marchia cap.* 2. *in verbo Canonico num.* 3. *&c.* Idem tenet *Marta de Iurisd. parte* 3. *cap* 12. *n.* 3 ibi. *Et propterea obseruatur in Curia vt à comminatione excommunicationis appelletur*, &c.

Sic etiam à præcepto sub pœna excommunica- 105
tionis facto, poterit appellari iudicialiter, vel extraiudicialiter, & appellatio suspendit in tantum quod si Iudex excommunicat, excommunicatio esset nulla, *cap. dilecti* § 1. *de appellat.* Sigism Scacc. *d. q.* 17. *limit.* 12 *num.* 47. Salgado *de protect. Regia parte* 1. *cap.* 5. *num.* 19. optime Laurent. de Peitinis *de subdito Relig. tom* 1. *cap.* 10. §. *vnico pag.* 217. ibi. *Si vero post legitimam appellationem interpositam quis fuerit excommunicatus, tunc excommunicatio est nulla, v. g. Præcepit mihi Prælatus sub pœna excommunicationis aliquid, in quo ei obedire non teneor, ego statim appello ab illo præcepto, eiusque pœnis, si nihilominus appellatione hac non obstante, ferat Prælatus excommunicationem, excommunicatio nulla est, & taliter excommunicatus non est vitandus, &c.* & ibi: *Quod est verum etiamsi denuntietur excommunicatus post elapsum terminum sibi assignatum ad prosequendam appellationem*, &c.

Idque optima ratione probatur, quia æquum 106
non est vt excommunicatus sub conditione veræ contumaciæ eo tempore iudicetur excommunicatus, quo nondum contumax est, vt optime ratiocinatur Gutier. *d. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 23. subdens quòd ideo adueniente conditione, contumacia, vel inobedientia, excommunicatio, quæ ex tunc vires suas obtinet, non retrotrahitur ad diem pronunciationis, & in *num* 10, ait quòd etsi Iudex dicat, *nisi satisfeceris creditori intra mensem, ex tunc excommunicatus sis*, nihilominus non videtur excommunicatus à tempore sententiæ, sed tunc demum post conditionem impletam: idem de præcepto, quod continet clausulam, *ex nunc te excommunico*, tenent Deci. Innoc. Abb. & alij quos refero *in collect. ad d. cap præterea, sub num.* 4. vbi post Suar. *de censur. tom.* 5. *disput.* 3 *sect.* 6. *sub numer.* 1.
resolui quòd per appellationem latam ante purifi- 107
catam conditionem in tantum suspenditur censura, eiusque effectus, ac insuper præceptum illud exequendi id, quod sub censura præcipitur, vt elapso termino in sententia constituto appellans non solùm immunis sit à censura, sed insuper à peccato, & pœna non exequendo mandatum. Matriti die 24. Nouembris 1640.

Quare, &c.

In eadem causa.

Confirmatio electionis est debita de necessitate, & vbi differtur, vel tractatur de inhabilitate, & incapacitate electi, debet ille citari, & audiri. Electio coarctata, vel facta non cassata priùs legitimè facta est nulla, & quando appellatio suspendat, & causet attentata.

D. Gabrielis Martinez, Protonotarij, ac Iudicis Apost. excellentissimi, & integerrimi.

VOTVM

VOTUM XXXVI.

1 *Vinculum quasi coniugale spirituale contrahitur per mutuum consensum eligentium, & electi.*
2 *Electio ritè facta significatur.*
3 *Validitas actus præsumitur vbicumque pars aduersa non probauerit, nec obiecerit aliquam nullitatem, nec ex reuolutione actorum de illa constet.*
4 *Confirmatio est debita de necessitate.*
5 *Electio est actus voluntatis, confirmatio necessitatis.*
6 *Confirmatio si denegetur potest recurri ad Superiorem, vt præfixo breui termino obliget ad confirmandum, aliàs poterit ipse confirmare.*
7 *Electus recurrendo ad Superiorem, & petendo confirmationem nullam petit gratiam, cum Iure suo innitatur.*
8 *Superior ad quem recurritur potest ex officio inquirere de idoneitate electi, & facere confirmationem per se ipsum.*
9 *Arbitrium prout de Iure important verba*, prout videbitur conuenire.
10 *Sententia priuationis, seu reprobationis contra inauditam partem non fertur.*
11 *Electus cum alio debet citari quando tractatur de validitate electionis.*
12 *Cassatio electionis est nulla ex defectu citationis, & naturalis defensionis.*
13 *Citationis defectus est insanabilis, & indispensabilis per Principem supremum.*
14 *Electus cassatus ob vitium personæ perpetuò manet inelegibilis.*
15 *Incapacitatis, & inhabilitatis personæ defectus obiectus est materia magni præiudicij.*
16 *Reprobatus remanet grauiter notatus.*
17 *Reprobatus ob vitium personæ perpetuam contrahit inhabilitatem.*
18 *Honoris materia est vita ipsa pretiosior.*
19 *Idoneitatis examen non requiritur, vbi constat de electi doctrina, habilitate & communi æstimatione.*
20 *Reprobatio electi ex postfacto detecta annullat cassationem electionis sine causa cognitione factam.*
21 *Respondetur ad doctrinam Dominici Bañes. & n. 22.*
23 *Electio Prælati pertinet ad illius Monasterium.*
24 *Obseruantia in materia iuris eligendi attendi debet.*
25 *Verba sunt intelligenda secundum proprium, & naturalem significatum.*
26 *Electus debet habere maiorem partem non respectu minoris partis votorum, sed respectu totius Capituli.*
27 *Religio S. Hieronymi eligit in arbitros & compromissorios pro electione Generalis celebranda Conuentuoles S. Bartholomæi.*
28 *Verba otiosè non superfluunt in materia quantumuis stricta, & odiosa.*
29 *Obseruantia interpretatiua præscribitur solo decennio.*
30 *Ad saluandam conscientiam sufficit conscientia legis.*
31 *Electio coarctata nulla est.*
33 *Electio secunda non cassata legitime prima, quæ fuerat Canonicè celebrata, nulla est.*
34 *Electionis faciendæ tempus quando non est in vltimo termino, taliter quod electio non fit de proximo deuolubilis ad Superiorem, absentes debent expectari vsque ad vltimam diem.*
35 *Nullitas insurgit ex violata, & non seruata forma Constitutionum.*
36 *Forma à Concilio præscripta est omnino obseruanda.*
37 *Electio appellatione pendente facta fuit attentata.*
38 *Appellatio à futura electione, seu à processu electionis & cassationis est extraiudicialis, & non causat attentata.*
39 *Contradictio, & oppositio cum denegatione facit materiam iudicialem, & causat attentata.*
40 *Confirmationis per denegationem fuit iure, & proprie euacuata instantia Præsidentis, & Confirmatorum.*
41 *Appellatio extraiudicialis à iudiciali non differt, vbi constat de grauaminibus illatis, & de iustitia appellationis.*
42 *Electio facta post appellationem, & contra ipsam appellationem dicitur iure attentata.*



VPLEX proponitur inspectio, alia circa iustitiam, validitatem, & debitam confirmationem electionis factæ de persona Patris Fr. Ludouici de Aguilar; alia verò circa iniustitiam, nullitatem, & attentata electionis factæ in fauorem Patris Fr. Ludouici de Corduba.

Et quoad primam, videtur constare de iustitia illius electionis, quia ex quadraginta & duobus Vocalibus, qui in Capitulo interfuerunt, (vt apparet ex actibus Capitularibus) triginta dederunt sua suffragia pro dicto Patre Aguilar. Vnde cùm habuerit maiorem, & saniorem partem Capituli; taliter, quod per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter fit contractum, vt dicit text. *in cap. cùm inter, de elect.* dubitari non potest, de iustitia electionis, *tot. tit. de elect. in decret. & in 6.* 1

Validitas autem est clara, quia in ea concurrunt omnia necessaria, tam respectu maioris numeri 2

votorum, Rot. *coram Buras decis.* 809.*num.* 1. quàm etiam capacitatis personarum eligentium, & electi, vt latè per Suarez *tom.* 4. *de Religion. lib.* 2. *cap.* 4. *& 5. per tot. & cap.* 6. *num.* 12. *& seq. & num.* 17. *& seq.* ac etiam respectu formæ, loci, temporis, & aliarum solemnitatum, quæ requiruntur de iure communi, iuxta formam *cap. quia propter, de elect.* & *ibi* DD. & ex dispositione Constitutionum hu-
3 ius Religionis, vt *in Const.* 70. *& seqq.* Et sufficeret, quod pars aduersa non probauerit, nec obiecerit aliquam nullitatem, neque ex reuolutione actorum de illa constet ad effectum, vt præsumatur validitas, *l.* 2. *C. de offic. iud. ciu.* Gabr *de sent. concl.* 1. *n.* 1. *& seqq.* Surd. *cons.* 59. *n.* 7 Rot. *decis.* 674. *n.* 1. *parte* 1. *recent.*

4 Ex quibus sequitur, quod electioni huiusmodi est debita confirmatio, *cap. postquam, de elect. cap. fin. eod. tit. in* 6. Quando enim electio est ritè, & rectè celebrata, confirmatores tenentur illam confirmare, cùm confirmatio sit debita de necessitate, Bonon. *de elect. Prelat. dub.* 45. *num.* 1. Castel *eod. tract. cap.* 14. *num.* 15. Et in vim iustitiæ distributiuæ, Portel *respons. moral casu* 4 *num.* 5. *in fin.* qui loquitur in terminis casus nostri; quia electio est actus vo-
5 luntatis, confirmatio verò necessitatis, Ioan. Andr. *in d. c. postquam, num.* 15. & *ibidem* Butr. *n.* 5. Deci. *num.* 1. Tambur. *de iure Abbat. tom.* 1. *disput.* 6. *q.* 1. *num.* 5.

6 In euentum autem denegationis, potest recurri ad Superiorem, vt præfixo breui termino obliget ad confirmandum, aliàs poterit ipse confirmare, Abb. *in cap. Ossius Episcopus, num.* 6. *de postul. Prælat.* Et est text. *in cap. nullus, de iur. patron.* Castellin. *vb. proximè, num.* 18. Tamburin. *d. disput.* 6. *quæst.* 3.
7 *in fin.* Electus verò recurrendo ad Superiorem, & petendo confirmationem, nullam petit gratiam, cum iure suo innitatur, Cabedo *decis.* 84. *num.* 10. *parte* 2. Peirin. *de subdit. Relig. tom.* 1. *c.* 31. §. 6. *in fin. &* §. 11.

8 Et quòd Superior ipse ad quem recurritur, possit ex officio inquirere de idoneitate electi, & facere confirmationem per se ipsum, Nauar. *consil* 2. *num.* 2. *& seqq. de elect.* Præsertim si habeat facultatem Legati de latere, vt expressè dicit text. *in c. si Abbatem*, §. 1. *de elect. in* 6. & *ibi* gloss. *verb ex officio*, & benè in proposito Dominus, & collega meus, D. August. Barbos. *de iure Ecclesiast. lib.* 1. *c* 19. *num.* 250. Ambages enim, & circuitus euitari debent in materia collationis, & confirmationis, vt est text. *in Clement. Auditor, de rescript.* (quæ quotidie in Romana Curia practicatur) cum aliàs publicè intersit confirmationes electionum quam citius expediri, ne Ecclesiæ, aut Capitula diu sint suis orbata Pastoribus, *c. oblatæ*, §. *Superior, de appellat.*

9 Non obstat, quòd Diffinitorium generale possit electionem cassare, vt disponit Constitutio 70. eiusdem Ordinis. Vndè cum semel cassauerit electionem factam de dicto P. Aguilar, eam non esse amplius confirmabilem, nec posse vlterius peti confirmationem. Quia dupliciter respondetur Et

Primò, prædictam Constitutionem 70. non dedisse Diffinitorio facultatem liberam, & absolutam cassandi electionem pro libito voluntatis, sed imò cum grano salis, videlicet, prout iustum videbitur, ibi: *Confirmenla ò infirmenla, segun les pareciere justo*, & inferiùs ibi: *Segun les pareciere que conuiene.* Quæ verba important arbitrium prout de iure, Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, verbo videbitur, num.* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 8. *n.* 4 *& quæst.* 13. *num.* 5. Dec. *consil* 453. *num.* 17. D. Barbos. *axiom.* 32. *n.* 2. Greg. *decis.* 51. *n.* 8.

De iure autem disponitur, quòd in priuatione, 10
reprobatione, aut alia materia præiudiciali aduersus inauditam partem, non feratur sententia, *c.* 1. *de caus. poss. & propr.* & in proposito Valençuel. *consil* 544. *num.* 3. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 96. *num.* 15. & benè in terminis nostris Rodrig. *in quæst regul. tom.* 2 *quæst.* 52. *art* 12. *vers. Ad primum.* Portel *tom.* 1. *resp. moral. p.* 1. *casu* 4. *n.* 4 *vers. Tertium est.*

Atque idem prorsus ordinatur in Extrauag. 5. Constitutionis. 10. ibi: *Y entonces no inhabiliten à ninguno sin que le llamen, y sea oydo; y sino le llamaren, la tal inhabilitacion no valga, ni tenga efeto.* Et propterea cùm habeamus ordinationem specificam, non est opus mendicare dispositionem iuris communis.

Secundò dato, & non concesso, quòd Diffinito- 11
rium habuisset facultatem à Papa, aut a Constitutionibus Ordinis, à Sede Apostolica confirmatis cassandi, & annullandi electiones pro mero arbitrio, & ad libitum voluntatis; adhuc in casu nostro debuisset citare prædictum P. Aguilar electum, non solùm à maiore parte Capituli, sed etiã à tribus ex quatuor partibus, vt in terminis Rodrig. *d. art.* 11. *in respons. ad prim. dub.* Portel *d. casu* 4 *n.* 4. *vers. Quod etiamsi commissio Papalis.*

Vnde cùm ex actis Capitularibus apertè con- 12
stet, ipsum fuisse Canonicè electum, ac desuper reprobatum, vt expressis etiam, ac geminatis verbis pars aduersa fatetur *in suis allegationibus in processu existentibus*, vtique, vt dictum est, Diffinitorium debuit procedere præuia præcisa citatione, processum compilando, electumque in contradictorio iudicio audiendo, vt benè resoluit idem Rodrig. & Portel *vbi proximè, vers. Tertium est.* Et aliter facta cassatio est nulla ex defectu citationis, & naturalis defensionis, *l.* 1. §. *item cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de vnoquoque, ff de iud.* Butrat. *decis.* 71. *num* 1. Vant. *de nullit ex defect cit.*
num. 2. *& seqq.* Quæ est nullitas insanabilis, & in- 13
dispensabilis per Principem supremum, Gregor. *decis.* 416. *num* 2. Vant. *vbi supr num* 9. Interim tamen electio habet implicitum statum validitatis, vt per DD. *in c. quod sicut, & in c. bonæ memoriæ, de elect.* & in puncto Rodrig. *d. art.* 10. *vers. Ad tertium.*

Et ratio fundamentalis est, quia quando electio 14
cassatur, non ex defectu formæ, vel alicuius solemnitatis, sed ob vitium personæ, tunc perpetuò manet electus ineligibilis, & incapax eiusdem dignitatis, & alterius cuiuscumque Superioris, aut consimilis officij, vt est text. capitalis *in c. super eo*, ibi: *Quòd si prior electio non vitio personæ, sed modo electionis cassatur, iuncta gloss.* ibi: *Verbo, non vitio personæ, de elect.* & ibidem Abb. *num* 27. *& seqq.* & communiter DD. Etenim Diffinitorium, & ceu confirmatores solum habent facultatem realem cassandi electionem, quæ est materia apta comprehendi sub actu extraiudiciali cassationis, vt per Castell. *de elect. c.* 14. *num* 56 citra id tamen, quòd inferatur electo nota ineligibilitatis, vt dicit idem Castell. *c.* 4. *num* 59. non autem possunt se extendere sine causæ cognitione, & citatione electi ad
incutiendum illi notam incapacitatis, & ad inha- 15
bilitandum eius personam, quæ est materia maximi præiudicij, *l. Iulianus, ff si quis omiss. caus. test l. reprehendenda, C. de instit. & subst.* Crauet. *consil.* 168. *num.* 2. Socin. iun. *consil.* 117. *num.* 24. *lib.* 3. Grammat *decis.* 2. *num.* 12. Alciat. *respons.* 306. *in fin.*

Et

Et quæ excedit metas extraiudicialis cognitionis, ex DD. *supr. citat.* & in similibus terminis Bobadilla *in Polit lib. 2. c. 16. ex num. 6.* vbi plura congerit ad propositum.

16 Quod autem ob solam huiusmodi reprubationem D. Pater Aguilar remaneat grauiter notatus, & incapax effectus, est text. expressus *in c. testimonium*, ibi : *cum grauata sit eius opinio, eo quòd quandoque fuit tali modo repulsus*, & gloss. *ibi, verbo opinio, de testib. & in d. c. super eo, d. verbo non vitio personæ, de elect.* Abb. *in d. c. testimonium, num. 13.* & Butr. *num. 18. & seqq.* & facit text. *in l. cognitionum*, ibi : *Minuitur existimatio quando quis ordine mouetur, ff. de var. & extraordin. cogn.* & latè Bobadil. *d. c. 16 n. 18. & seqq.*

17 Præsertim cùm confirmatores in secundo scrutinio iusserint ne electores pro personis reprobatis suffragia præstarent; quod perinde haberi debet, ac si iterum illum nominatim repulissent, ex quo incertitudo fuit desuper reducta ad certitudinem, *ad l. quidam, ff. de reb. dub.* Quod sufficeret, vt prædictus P. Aguilar perpetuam contraxerit incapacitatem, vt benè in proposito resoluit Mirand. *in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 13. art. 11. conclus. 5.* Sigism. Bonon. *de elect. dub. 100. n. 3.* Tambur. *de iure Abb. tom. 1. disp. 5. q. 21. num. 4.* Peirin. *de subdit. Relig. tom. 1. c. 31. § 8.*

18 Atque ex his patet, quam debita sit confirmatio, cùm aliàs ista nota, & inhabilitas aboleri non possit, nisi per annullationem actus contrarij, vnde talis inhabilitas originatur, *ad reg. omnis res, ff. de reg. iur.* & materia honoris sit vita ipsa pretiosior, *ad l. isti quidem, §. quod si dederit*, ibi : *Cum viris bonis, iste metus maior, quàm mortis esse debeat, ff. quod met. caus. l. iusta, ff. de manumiss. vindict.* Et Apostolus dicat, *melius est enim mihi magis mori,*
19 *quam vt gloriam meam quis euacuet*, & benè Menoch. *d. consil. 96. num. 15.* Maximè considerata notissima personæ grauitate, nobilitate, doctrina, & communi æstimatione apud Hispaniæ Magnates, & Proceres, quo casu non requiritur examen idoneitatis, *c. in Lateranensi, de preb.* Castellin. *de elect. c. 14. num. 6.* Tambur. *d. tom. 1. disp. 6. n. 6.* Lauor. *lucubrat. tit. 4. c. 25. n. 57.* D. Barbos. *de iure Ecclesiast. lib. 1. c. 9. sub n. 252.*

Nec replicari potest, quòd ad effectum vt cassatio prædictæ electionis sustineatur, sufficit, quòd de illo tempore non fuisset publicè habita notitia de reprobatione, & sic, quòd fuerit per Diffinitorium validè processum de tempore habili.

20 Quia cùm ex post facto detecta fuerit ista reprobatio, ex qua insurgit grauis nota aduersus bonam opinionem prædicti P. Aguilar, perinde haberi debet, ac si de tempore cassationis, & reprobationis omnibus manifesta fuisset, *ad l. sed Iulianus, §. proinde*, ibi : *Intelligendumque esse ab initio sic accepisse, ff. ad Senatus cons. Maced. l. quadam*, ibi : *Sed ex post facto retroducitur, & apparet quid actum est, ff. de reb. dub.* Per posterius enim factum declaratur quid antea fuerit actum, vt est regulare. Et in puncto de reprobatione electi ex post facto detecta, quod annullet cassationem electionis, sine causæ cognitione factam, tenent Rodrig. & Portel. *vbi supr.* Aliter enim esset in mero arbitrio, & libito confirmatorum, ante publicationem scrutinij electionem cassare, reprobando personam idoneam, & canonicè electam, eiusque bonam famam ex abrupto perimere, quod fieri non potest, *ex alleg.* Nec profectò iste procedendi modus congruit Regulari obseruantiæ, & monasticæ disciplinæ, cuius proprium munus est ab æmulationibus, & affectibus carnalibus abstinere, Christianæ charitati incumbere, & proximorum honori, & saluti prospicere; vt ex Diuinis, & Apostolicis præceptis addiscimus.

Barbosa Vota d. cisitua

Minus obstat doctrina Dominici Bañez *in suis decis. de iust. & iur. tit. de ind inst. quæst. 67. art. 2. in resp. ad 1. argum.* docentis posse confirmatores ex sua priuata scientia electionem, etiam personæ dignæ cassare, quam refert, & sequitur Castel. *d. c. 14. n. 56.* & pluribus relatis latissimè D. meus Barbos. *vot. decis. 4. à n. 25.* 21

Quia quicquid sit de veritate huius opinionis, Doctores omnes loquuntur iuxta terminos *d. c. super eo, de elect.* quando scilicet in ambiguo manet causa cassationis, vtrùm ex defectu formæ, vel ob vitium personæ facta fuerit. Quod non obscurè ostendit ipse Bañez, dum inquit, esse iudicium temerarium dicere, quòd electus, (cuius electio fuit cassata) iudicabitur suspectus, vel infamatus de aliquo crimine, cum aliàs (vt ipse dicit) multis viis citra vitium personæ possit cassari electio etiam digni. 22

Cæterum in casu nostro nulla mansit ambiguitas, cùm prædictus P. Aguilar fuerit reprobatus à maiori parte Diffinitorij; & sic doctrinæ istæ non applicantur.

Nec denique obstat dicere, quòd ex quo agitur de confirmatione electionis Prælati Generalis totius Ordinis, electio ex dispositione iuris communis debeat pertinere ad Diffinitorium generale repræsentans totum Ordinem, *c. fin. 16. quæst. 7. cap. Abbatem 18. quæst 2. c. cùm dilectus, de consuet.* vbi Butr. *in 1. lect. num. 7. & 2. lect. num. 38. & 45.* Rot. *decis. 65. num. 4. parte 1. recent.* & consequenter Monasterium Sancti Bartholomæi de Lupiana non posse eligere Generalem, cùm ad Conuentum particularem nil aliud pertineat, quàm electio sui particularis Prælati, *c. 1. de elect.* vbi D. & collega Barbos. *in collect. num. 6.* Suarez *de Religion. tom. 4. lib. 2. c. 4. num. 1. & c. 6. num. 19.* Reuerendissimus D. Coccinus Rotæ Decanus, *decis. 296. num. 4. & seqq.* Rot. *d. decis. 65. num. 5.* Vnde cùm Conuentuales Sancti Bartholomæi solummodo nominent (vt gratis ex aduerso dicitur) aut præsentent eligendum à Diffinitorio Generali, vtique Diffinitorium ipsum (ad quod etiam pertinere dicitur omnimoda electio, & confirmatio) benè potuisse non eligere præsentatum, quia electio est liberæ voluntatis, vt per Tamburin. *de iure Abbatum d. tom. 1. disp. 6. quæst. 1. num. 5.* Ex quo inferri prætenditur, quòd cassatio prædictæ electionis non fuit propriè cassatio, sed actus explicatiuus voluntatis eligendi, in quo non requiritur citatio nominati, aut præsentati, cùm de eius considerabili præiudicio non agatur, quando quidem nullum habet ius quæsitum ex tali nominatione, aut præsentatione. 23

Quia pro responsione supplicatur aduerti, quod licèt attentata dispositione iuris communis in hoc casu, nil aliud pertineat ad Conuentum Sancti Bartholomæi, quàm electio sui particularis Prælati; ex antiquissima tamen obseruantia, plusquam ducentenaria (quæ à partibus non potest controuerti, & quæ in hac materia iuris eligendi attendi debet, etiam contra ius, Abb. *in c. cum terra, num. 2. vers. Sed consuetudo, de elect.* Rot. quæ alios refert *d. decis. 65. num. 11. parte 1. recent.*) ac etiam ex dispositione constitutionum huius Ordinis, à Sede Apostolica sæpiùs confirmatarum, Generalatus totius 24

Ordinis, & Prioratus istius Conuentus sunt ita inseparabiliter vniti, quod ex quo eligitur Prior à Conuentualibus Sancti Bartholomæi, eo ipso dicitur, verè & propriè, indiuidualiter, identicè, intensiuè, & non extensiuè electus Prior Generalis totius Ordinis, vt *in Const.* . ibi: *Establecemos, y ordenames sin alguna reuocacion, que el Prior que aora es, ò serà de aqui adelante en el Monasterio de San Bartolome de Lupiana de nuestra Orden, se apar a siempre cabeça, y Prior mayor General de toda ella: porque este Monasterio fue fundado primero que todos los otros.* Et inferiùs, ibi: *E establecemos, declaramos, y consentimos, y otorgamos, que la eleccion del Prior de San Bartolome se a celebrada par a siempre por los Frayles Capitulares del Monasterio de San Bartolome*, &c.

25 Quæ verba sont ita clara, vt nulla indigeant interpretatione *ad l. ille, aut ille, ff. de leg.* 3. adeò vt mirum sit, quod aduersus apertissima verba constitutionis ius eligendi vsorpari prætendatur. Præserrim cum in *Constit.* 70. electio ista facta, aut facienda à Capitularibus Sancti Barrholomæi, millies, expressis, & rotundis vèrbis appellatur *electio*; & nunquam in toto constitutionum volumine, *præsentationis*, aut *nominationis* verbum inueniatur. Verba enim sunt intelligenda secundùm proprium, & naturalem significatum, *l. si is qui nauem, ff. de exercit. act. l. non aliter, ff de leg.* 3. Et retinent latitudinem suæ significationis, etiam in materia quantumuis odiosa, & exorbitanti, ita vt lata fiat interpretatio, quatenus eorum proprietas patitur, *l. cùm lege, ff. de testam.* Crauet. *consil.* 118. *num.* 12. Natta *consil.* 63. *num.* 18. Greg *decis.* 193. *n.* 4. *& decis.* 516. *n.* 3.

26 Vltra, quod nec propriè, nec impropriè, & abusiuè potest considerari electio in Diffinitorio, quia cùm aliàs electus à Capitulo Sancti Bartholomæi debeat habere maiorem, & saniorem partem votorum, non quidem respectu minorum partium, sed respectu totius Capituli, *c. cùm inter, & c. quia propter*, vbi communiter DD. *de elect.* vtique Diffinitorium nunquam potest eligere, cùm istam maiorem partem non possit habere, nisi solus vnus, in quo non cadit electio, vt patet ad oculum. Et res fit euidentior, quia Diffinitores nunquam in actu confirmationis dant sua suffragia ad effectum eligendi, sed tantùm porrigunt litteram A, aut R. quòd est approbo, aut reprobo.

Nec etiam teplicari potest, durum nimis videri, quòd à fratribus particularis Monasterij, toti Religioni de Generali Pastore prouideatur.

27 Quia cessare omnino videtur amaritudo, si consideretur, tum quòd tota Religio Sancti Hieronymi elegit in arbitros, & compromissarios pro electione Generalis celebranda Conuentuales S. Bartholomæi, vt constat ex illis verbis *d. Constit.* 1. ibi: *Consentimos, y otorgamos, que la eleccion del Prior de San Bartolome sea celebrada par a siempre por los Frayles Conuentuales del Monasterio de San Bartholome.*

28 Quæ verba, consensus, & concessionis nullo modo in sensu legali intelligi possunt circa electionem Prioratus Sancti Bartholomæi particularis, quia hoc dispositum fuerat de iure communi, vt *in d. c.* 1. *de elect. c. nobis, de iure patron.* & frustrà consentiretur, & concederetur, quod iure communi concessum erat, *l. vnic. C. de thesaur. lib.* 10. Sed imò præcisè referenda sunt ad compromissum, concessionem, & consensum iuris eligendi priuatiuè, de Priore Sancti Bartholomæi, vti Priore Generali, aliàs enim verba illa, *consentimos, y otorgamos*, viderentur otiosè in constitutione superfluere, quod non est admittendum in materia quantumuis stricta, & otiosa, Rimin. iun. *consil.* 588. *num.* 11. *& seq.* Surd. *d. consi.* 117 *num.* 9. latè Crauer. *in resp progen num.* 46. Rot. *decis.* 516. *num.* 4. *coram sancta mem. Gregorio XV.* Quinimò eatenus disponunt, & operantur, quatenus eorum proprietas se extendit ad Prioratum totius Ordinis, etiam quòd sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, Gregor. *d decis.* 193. *num.* 5. per text. *in l.* 1. *§ quod autem, ff. de aleæ lus. & aleat.*

Tum etiam, quia, etsi verba essent dubia, reciperent tamen passiuam interpretationem ex obseruantia, vsu, & consuetudine tot annorum, *ad l. si de interpretatione, ff de legib.* cùm aliàs hæc obseruantia interpretatiua præscribatur solo decennio; & imò sufficiat, quòd aliquando ita fuerit obseruatum, Rot. *decis.* 193 *n* 4 *parte* 3 *recent. aliàs pa te* 1. *posth.* 29

Tum denique, quia Diffinitores debent se conformare cum dispositione suarum legum, & constitutionum, Bald. *in c. Cleric.* 1. *num de vita & honest. Cleric.* neque enim conqueri possunt de illarum prætensa iniustitia, quia (vt inquit Afflict. *decis.* 321. *num.* 1. *& seq.*) ad saluandam conscientiam meam sufficit mihi conscientia legis, quia neque sum sanctior, iustior, aut doctior ipsa lege, vt benè idem Bald. *in l* 1. *C de pæn. iud qui mal. iud & in cap. fin n.* 3 *de præscript.* Et hæc quidem quoad primam inspectionem. 30

Quo verò ad secundam, videtur clarè constare de iniustitia, nullitate, & attentatis subsequentis electionis factæ de persona Patris Fr. Ludouici de Corduba. Quia, quoad iniustitiam, res est plusquam manifesta. Ex quo enim fuit iusta, valida, & præcisè, & de necessitate confirmabilis electio facta de persona Patris Aguilar, hinc insurgit iniustitia processus ad vlteriores electiones, cùm iustitia vnius influat in iniustitiam alterius, & negari non possit, quin ista vltima electio facta de Patre Corduba, aduersetur cunctis præceptis naturalibus, moralibus, & legalibus, quæ omnia clamant, & a quibus edocemur, suum vnicuique tribuendum, *l iustitia, ff de iust. & iur p inc. Inst eod* super quo non licèt amplius immorari. 31

Nullitas autem est multiplex, tam ex quo, vt euentus docuit, electio erat per Præsidem restricta, & coarctata, ad hoc, vt reprobatis vitis grauissimis, aliquis de eius partialitate eligeretur, vt in propriis terminis resoluunt lato calamo, Castellin. *d. tract. de elect. c.* 13. *num* 16 *& seq.* Bonon *eod tract. dub.* 52. *num* 5. Lauor. *lucubrat tit* 4. *c.* 21. *num.* 11. *& seq.* Tambur. *d. tom* 1 *de iure Abbatum disput.* 3 *q* 22. *n* 8. Rodrig. *d. tom.* 1. *qq. regul quæst* 5 . *art.* 1. Portel *d. p.* 2. *resol casu* 4. *sub n.* 6. Mitand. *in manual. Prælat. tom.* 2 *q* 23. *art.* 21. *in fin.* 32

Quam etiam ex eo, quòd fuit processum ad istã electionem, non cassata legitimè prima, quæ fuerat Canonicè celebrata, vt benè in puncto est text. *in c. considerauimus, de elect.* vbi DD. & optimè Lauor. *d. tit.* 4 *c.* 19. *num.* 123. Portel *d. casu* 4. *num.* 6. *vers. Secundo.* Prout videmus de secunda sententia contraria primæ, quòd si non fuerit reuocatoria, est nulla, quia aliàs daretur sententia contra sententiam, *l.* 1. *C. quand. prouoc non est necess* Cassad. *decis.* 1. *n.* 4. *de sequest. possess.* Gabr *cons.* 54. *n* 8. *lib* 1 Quod autem cassatio non esset legitima, satis superius demonstratum est, & deinde haberi debet, ac si non fuisset facta, ad *l. quoties, ff qui satisd. cogant.* 33

Et

Et insuper, ex quo de 42. suffragiis Capitulatibus non interuenerunt in hac vltima electione, nisi nouem, quæ nec est maior, nec sanior pars, *d. c. quia propter, & d. c. cùm inter, de elect.* Debebant enim expectare alios, qui Reipublicæ causa iustè, & præuiis appellationibus, reclamationibus, & protestationibus aberant, ad effectum comparendi coram superiore, cùm aliàs tempus sibi ad eligendum non instaret, nec remaneret; saltem tertia pars Capituli congregata, vt in terminis Bonon. *d. tract. dub.* 13. *num.* 7. Lauor. *d. tit.* 4. *c.* 15. *num.* 84. qui bene in proposito allegat distinct. Cuchi. *in instit. maior. lib* 4. *tit.* 1. *de elect.* Castel. *vbi sup. c.* 8 *num.* 11. *& seq.* Peirin. *de subdit. Relig. tom.* 1 *c.* 31 §. 6. Vbi quòd, si tempus non est in vltimo termino, taliter quod electio non sit de proximo deuolubilis ad Superiorem, absentes debent expectari vsque ad vltimam diem. Et ratio est, quia maior pars, quæ se absentauit, censetur reuocasse, aut suspendisse Capitulum, vsque ad reditum, vt pulchrè per Lauot. *d. num.* 84. *vers. At si minor.* Quod intelligunt præcitati DD. dummodo, vt dictum est, non instaret vltimus electionis terminus, prout in casu nostro non instabat.

35 Quàm denique ex eo quòd non fuit seruata forma *Constitut.* 10. *& Extrauag.* 2. ibi: *No pueda quitar alguno de los señalados* (scilicet ex Definitoribus) *par a el Capitulo priuado, sin consejo, y consentimiento de los Visitadores generales.* Vnde, cùm absente Patre Ioanne de Auellaneda Diffinitore deputato (qui ad Tribunal Nuntiaturæ Apostolicæ simul cum aliis triginta Vocalibus pro auferendis violentiis, & grauaminibus Diffinitorij via tecta, & electionis termino non instante recurrerat) alius in eius locum subrogatus fuerit sine consilio, & consensu Visitatorum, satis dicitur constare de violata, & non seruata forma constitutionum, & sic de nullitate, *l.* 1. *&* 2. *C. quand. prouoc non est necess. gloss. in Clemen.* 1. *de vit. & honest. Cleric.* Batt. *in l. non sunt liberi, ff. de stat. hom.* Suar. *de legib. lib* 5. *c.* 31. *n.* 5. D. M Parbos. *axiom.* 100. *n.* 3. Rot. *decis.* 518. *n.* 3. *coram S. M. Greg. XV.*

36 Præsertim cùm id ipsum disponat Sacrosanctum Concil Trident. *sess* 25. *c.* 6. *de regular.* ibi: *Nec in posterum liceat, Prouinciales, aut Abbates, aut Priores, aut alios quoscumque titulares, ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere; & is qui ad hunc effectum se creari permiserit, deinde ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis existat.* Cuius decreti forma debuit præcisè, ad vnguem, & punctualiter seruari, vt *in d. decis. Greg* 580. *n.* 5. propter decretum irritans ad contrarias dispositiones imbi contentum.

37 Attentata demum videntur satis perspicua, quia cùm vnus ex Diffinitoribus, (qui abditos aliorum sensus, & si quid occultius parabatur, explorauerat) simul cum vno ex electis, & 32. Vocalibus ab iniustitia, & notoria nullitate cassationum, ac etiam à denegata confirmatione electionis, coram toto Diffinitorio in voce, & in scriptis appellassent, reclamassent, & desuper, ne deueniretur ad aliam electionem, protestati fuissent, requirēdo scilicèt Diffinitorium, ne ad vlteriora procederet, appellando insuper à futuris procedimentis, & grauaminibus, vtique electio postea subsequuta de persona Patris Corduba, tanquam facta appellatione pendente, fuit attentata, *l.* 1. *& tot. tit. ff. nil nou. appel. pend.* & est ante omnia reuocanda, *ex regul. c. non solum, in prin. & ibi not. per DD de appell. in 6.*

38 Nec obstat quòd huiusmodi appellatio à futura electione, & seu à processu electionis, & cassationis regulariter sit extraiudicialis, *c. concertationi, iuncta gloss. ibi, verbo grauatum, eod. tit. & lib.* quæ non solet causare attentata, ante omnia purgabilia, *d. c. non solum, § illa vero*, cùm non suspendat futura ad actum de præterito, *c. constitutus*, vbi Innocen. *num.* 2. Imol. *num.* 13. *de appellat.* Coccin. *decis* 314. *num.* 3. Vel saltem talia attentata non reuocantur per modum attentati, sed pendent ex futuro euentu, & ex iustitia appellationis, *c. cùm inter, & c. consideranimus, de elect. in* 6.

Quia motiuum non videtur attingere rhombum difficultatis; & pro responsione satis est dicere, quod nos versamur in appellatione à confirmationis denegatione, quæ reddidit electum perpetuò ineligibilem, & inhabilem ad alias Prælatutas, iuxta text. *in d. c. super eo, de elect. & d. c testimonium, de testibus*, quo casu, propter maximum præiudicium illatum, tam electo, quàm eligentibus, ad text *in c. gratum, de post. Prælat* materia fuit effecta merè iudicialis, vt per Lambert. *de iur. patr.* 2. *parte art.* 9. *quæst* 4 *princ.* latè Gonçal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 6. *num.* 202 *& seq. & gloss.* 9. *in annot contra nullit. num.* 176. *cum seq. & num.* 181. *cum seqq.* vbi quòd contradictio, & oppositio cum denegatione, facit materiam iudicialem, & causat attentata, & pulchrè Rot. *decis.* 265. *num.* 1. *&* 2. *& per tot lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* Modern. *de supplicat. p.* 2. *c.* 23 *num.* 13. *cum seqq.* 39

Etenim, stante huiusmodi præiudicio, appellatio fuit iudicialiter interposita, bonus text. *in l.* 1. *ff. quand. appel. sit*, & per illam denegationem fuit verè; & propriè euacuata instantia Præsidis, & Confirmatorum, vt resoluit idem Modern. *cap.* 23. *à num.* 36. ex auctoritate declarationum sacræ Congreg. Eminentissimorum interpretum Concilij Trident. Ex quo sequitur, quòd sumus in puris terminis *d. c. non solùm, in princip. de appel. in* 6. iuxta quod electio postea facta, est attentata, & ante omnia reuocanda, vt per Gonçal. *vbi supr.* & in his terminis. Portel (qui totum casum huius controuersiæ cum omnibus suis circumstantiis præfigurauit) sæpiùs *alleg. casu* 4 *num.* 6. *&* 9. *per tot.* quod sufficit pro responsione ad obiectum, & victoria articuli. 40

Vltra quòd satis, & superabundè videtur hodie constare de grauaminibus illatis per Diffinitorium, & de iustitia appellationis, *ex superiùs dictis in prima inspectione*; quo casu, nihil differt appellatio extraiudicialis à iudiciali, vt per gloss. *in d. c. non solùm, §. illa verò, in verbo reducendum, vers Si extraiudicialis, de appell. in* 6. Lancel. *de attent. parte* 2. *c.* 12. *limit.* 5. *à num.* 17. Couar. *pract. c.* 24. *num.* 5. Rot. *decis.* 44 *de appell. in nouis.* quam sequitur Card. Seraph. *decis.* 397. *num* 1. Achil. *decis.* 34. *num* 4. *eod. tit. de appell.* Modern. Visel *concl.* 160. *num.* 84. *verb. attentata.* & in puncto de electione, est decis. Burat. *decis.* 771 *n* 5. 41

Præsertim in materia electionis Ecclesiarum Cathedralium, & Regularium, ex congestis per Rot. *d. decis.* 44. *per tot. de appell. in nou.* & bene in nostris terminis Burat *vbi proxime, num.* 6. vbi quòd semper appellatio extraiudicialis in hac materia, idem operatur quod iudicialis. 42

43 Et in omnem euentum, quando appellatio non fuisset iudicialis, nec constaret de grauaminibus, & iustitia appellationis, nec etiam versaremur in materia electionis Regularium, adhuc, ex quo electio ista facta de Patre Corduba, fuit non solùm post appellationem, sed etiam contra ipsam appellationem, dicitur

verè, & propriè attentata, & est ante omnia reuocanda, Rub. *singul. Rot. tom. 2. p. 3. §. 7.* Scaccia *de appellat. quæst. 1. num.* 37. Valen. *consil. 76. numer.* 21. Achil. *decis.* 32. *num.* 1. *& seq. & d. decis.* 34. *num.* 2. *de*
44 *appell.* Burat. *decis.* 859. *num.* 1. *&* 3. Et ratio est, quia actus à quo appellatur, non remanet totus sub protectione iudicis ad quem, quando attentatur contra ipsam appellationem; nam facta vlteriori electione fit præiudicium iudici ad quem, qui habet iudicare de nullitate cassationis, & de prætensa validitate vltimæ electionis; & totum istud est positum sub protectione eius; & esset iniquum, quod propter impedimentum attentari non posset confirmare primam electionem de iure confirmabilem. Et propterea attentata deinde haberi debent, ac si non fuissent commissa; & iudex superior illa debet reuocare via attentatorum, vt eius iurisdictio maneat libera, & exercibilis quoad ea omnia quæ cadunt sub illius protectione, vt benè explicat Achil. *d. decis.* 34. *n.* 2. *de appel.* quem refert & sequitur Rota *coram Burat. dict. decis.* 859. *num.* 4 *& seq.*

45 Ex quibus videtur executiuè procedendum ad purgationem attentatorum, ac etiam per aliud decretum executiuum ad confirmationem primæ electionis factæ de persona P. Fr. Ludouici de Aguilar; prout speratur. Salua semper in omnibus dignissima censura, & castigatissimo iudicio I. D. V. &c. Matriti die 13. Decembris 1640.

Burgen. nullitatis Ordinis.

Ordo sacer vi præcisa, seu absoluta susceptus, non valet, nec characterem imprimit; secus tamen est, si vi conditionali, seu causatiua, vel per metum cadentem in constantem virum suscipiatur, & sic ordinati lege perpetuæ continentiæ non tenentur.

Votum XXXVII.

1 *Litteræ Illustrissimi Nuntij referuntur.*
2 *Auersio animi, ostentat magnam voluntatis præsumptionem.*
3 *Preces procedentes à personis, quibus reuerentia debetur, efficiunt mentem iustum & cadentem in constantem virum.*
4 *Filij æqualem patri & matri exhibent reuerentiam.*
5 *Mulier austera, & crudelis metum in constantem virum cadentem inducere potest.*
6 *Metus reuerentialis qualis sufficiat ad Matrimonium annullandum.*
7 P *rofessionis, Matrimonij, & Ordinis nullitates æquiparantur ab omnibus ferè Iureperitis.*
8 *Metus probatus censetur ex denegatione victus, & alimentorum.*
9 *Mæstitia, & afflictiones in profitente conducunt ad nullitatem professionis.*
10 *Testibus duobus de metu potius quàm mille alijs de libera voluntate deponentibus standum est.*
11 *Ordo vi præcisa, seu absoluta susceptus non valet, nec characterem imprimit, secus si vi conditionali, seu causatiua.*
12 *Baptizatus vi vel metu adhuc tenetur legibus Christianæ Religionis.*
13 *Doctores referuntur, qui tenent ordinatum per vim conditionalem, seu causatiuam, vel per metum iuste incussum lege continentiæ adstringi.*
14 *Sed ex vi voti lege perpetua continentiæ non teneri alij plures melius tenent.*
15 *Baptismus, & Ordo differunt in multis.*
15 *Obligatio profitendi fidem Catholicam est essentialiter, & naturaliter annexa characteri Baptismatis, obligatio verò continendi ex statuto Ecclesiæ, vel voto tacito est annexa subdiaconatus.*
16 *Respondetur ad Concilium Toletanum.*
17 *Reg. Accessorium, non procedit vbi militat diuersa ratio, & in separatis.*
18 *Exceptio periurij repellit agentem à limine iudicij, parte scilicet opponente.*
19 *Sententia lata non obtenta prius absolutione à iuramento sustinetur quando pars aduersa non opposuit de periurio.*
20 *Processus factus cum excommunicato valet, si non opponatur.*



PRÆCEPTO Illustrissimi & Reuerendissimi D. mei Nuntij mihi 1
imposito votum mecum in materia multum difficili, & à meo instituto penitus aliena propalare cogor coram eodem Illustrissimo singulari cunctorum Magistro, & in omni scientiarum genere versatissimo, itavt cum Cornelio Tacito Cæsarem alloquente *lib. 6. Annalium*, dicere possim. *Tibi summum rerum iudicium Dij dedere, nobis obsequij gloria relicta est.* Præceptum autem eiusmodi, quo tanti Principis innata benignitas, & feruens iustitiæ zelus elucescet, est vt sequitur. *Cæsar Facchenettus Dei & Apost. Sedis gratia Archiepiscopus Damiatensis, & Sanctissimi Domini nostri Domini Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII eiusdemque Sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de latere Nuntius, Iuriumque Cameræ Apostolicæ Collector Generalis. Discreto viro vni ex Iudicibus Apostolicis per nos in hac Curia deputatis, salutem in Domino. Plus videre plures oculos quam vnum, vulgare est adagium, cuius veritas non solum vsu, & experientia, sed ipsa ratione, qua fundata existit, comprobatur: id autem exteriori sensui communi significatione applicatum statim censetur tribui menti humanæ, quæ animæ rationalis princeps est facultas, & exteriores sensus nobilitate antecellit. Ideoque in rebus, & negotijs arduis probos, & doctos viros super eorum determinatione*

sione & definitione consulere prudentiæ attribuimus, ferendum iudicium consolidare indicamus. Cum itaque infrascripti negotij, quod coram Nobis, & in Tribunali nostro introductum reperitur, grauitatem, & circumstantias nuper ponderaremus, opera pretium duximus ad illius determinationem, nisi prius tuo de cuius sapientia, prudentia, necnon integritate pleniorem in Domino gerimus fiduciam, desuper expectato consilio, & suffragio non deuenire; negotij autem huiusmodi, is qui sequitur est status. Stephanus de Angelo Burgen. ciuitatis, sub die sexta Iunij anni 1637. fuit sacro subdiaconatus ordine per Venerabilem in Christo fratrem nostrum Archiepiscopum tunc existentem Burgen. seu de eius licentia per alium Catholicum Antistitem initiatus, ad quem suscipiendum cum postmodum vi, & qui cadere poterat in fortem virum, metu matris suæ, ac fratris natu maioris compulsum fuisse prætenderet, super eiusdem ordinis nullitate, coram ordinario agere proposuit, qui causa instructa ad fauorem Sacramenti pronunciauit, à cuius sententia per dictum Stephanum ad Nos prouocatum, causaque huiusmodi in Tribunali nostro introducta fuit, & ad præsens pendet indecisa, & ne Sacramentum pro quo nemo comparebat, remaneret indefensum, Didacum de Gauirondo, causarum eiusdem Tribunalis nostri Procuratorem, & Licentiatum D. Antonium de Castro nota fidei, integritatis, ac scientiæ in defensorem & Aduocatum respectiue deputauimus, & constituimus, quorum, necnon dicti Stephani in huiusmodi causa allegata, & reliquam facti seriem ex processu causæ, & testium depositionibus deprompta, tibi, vt plenius de eiusdem causæ meritis informeris, vnà cum præsentibus remittimus. Te igitur obnixè hortamur, vt omnibus causæ, & negotij huiusmodi circumstantijs recta animi lance diligenter perpensis, ac speciali desuper adhibito studio, quid de ea sentias, nobis insinues, tuumque desuper suffragium, & consilium in scriptis præbeas, & ad nos quanto citius, ad effectum, vt huiusmodi adiuti adminiculo, quod iustum, & rationi consonum fuerit, circa præmissa statuere & decernere, ac Sacramentum ab omni iniuria vindicare valeamus, destinare procures, quod vt rectè & secundum Deum, ac Iustitiam facere, & adimplere possis, gratia Spiritus sancti sensus tuos illuminet, ac mentis tuæ oculos clarificet. Datum in Palatio nostro Anno Domini 1640. die 31. Decembris, Pontificatus prædicti Sanctissimi Domini nostri Papæ Anno decimo octauo. Alexan. Raphaellius Auditor. De mãdato suæ Illustrissimæ Dominationis, Ioannes de Pau Notarius Secretarius.

2 Proponit igitur Stephanus de Angulo (vt obedire incipiam) se ad Subdiaconatus ordinem promotum fuisse metu matris, ac fratris natu maioris compulsum; vim, & metum huiusmodi diuersimodè ostentare prætendit, & in primis ab animi sui auersione, quam semper habuit cum statu Ecclesiastico, ex qua certè oritur magna noluntatis præsumptio, Riminald iun. inter cons. matr. Ziletti *consil. 77. sub num.* 24. quem sequitur Rota *coram Greg XV. dec. 326. n. 7.*

3 Secundò ex precibus instantissimis, & importunis eius matris, aliàs rigidæ & seueræ conditionis, & fratris natu maioris, ac aliorum consanguineorum, quæ quidem preces, cum procedant à personis, quibus reuerentia debetur, efficiunt metum iustum, & cadentem in constantem virum, Farin. *fragm. crimin. parte 2. verbo metus num. 99.* Sanchez *de Matrim lib. 4. disp. 7. num. 7.* Rota *decis.* 105 *num.* 3. apud Farin. *parte 1 recent. & coram Greg. XV. d. decis 326. num. 13. & 14.*

4 Nam licèt regulariter fœminæ nullum imperium habeant, § *fœm. Instit. de adopt.* Petr. Greg. *lib. 7. de rep. c. 11.* nihilominus filij patri, & matri æqualem, vtplurimum exhibent reuerentiam. *leg. 4. Cod. de patria potest.* Donell. *Comment. Iuris ciuilis lib. 4 c. 4.* Vnde si mater esset austera, & crudelis, so- 5
litaque minas exequi, metum reuerentialem illius, sicut & patris sufficientem esse, resoluunt Gutierrez *consil. 16. num. 16 & de matrim. c. 77. num* 15. Sanch. *d. lib 4. disp. 6. num.* 30. quia mulier conditionis huiusmodi metum in constantem virum cadentem indicere potest, Mogollon. *in tractatu de his, quæ vi cap. 5. in princ.* Burg. de Paz *consil. 1. n. 55.* Narbona *leg. 20 gloss. 12. num. 96. tit. 1. lib. 4 Recop.* & ideo bene inquit Valerius Maxim. *lib. 3. c. 3.* quòd filius timet iustissimè matrem rigidam & fortem.

6 Coadiuuant hanc metus præsumptionem plures minæ, & imprecationes, quas mater contra Stephanum proferebat, de eo à se repellendo, & carceribus mancipari faciendo, si nollet sacris initiari, quibus concurrentibus, quemcumque metum reuerentialem sufficere ad matrimonium annullandum, tenent Sanchez *d. lib. 4. disp. 6. num. 20. cum seqq.* Sigism. à Bononia *de electione Prælator, Regular. dub. 54. num 6.* Don Ioan. Machad. *en el prefecto Confessor y Cura de almas, lib. 2. parte 1 tract. 3. docum. 7. num. 2.* & in puncto nullitatis ordinis Rot. *decis. 105. num. 2. parte 1. recentissim. alias in posth. Farin.* Et ad hoc propositum doctrinæ, & 7
decisiones ad matrimonij nullitatem facientes bene adduci ad professionis, electionis, & ordinis nullitates, actus enim huiusmodi bene æquiparantur ab omnibus ferè Iuris peritis, nec verisimilis differentiæ ratio assignari potest, Suar. *tom. 3. de Relig lib. 6. c. 4. n. 16. ante medium*, Sigism. à Bonon. *d. dub. 54. n. 19.*

8 Tertiò, ex denegatione victus, & alimentorum, nisi Ordinem susciperet, per quam censetur probatus metus, *ad leg. necare. ff. de liberis agnosc. & cap. passa 86. dist.* Rota *decis. 779. num. 2. parte 1. recentissim.*

9 Quartò, & vltimò cùm mater parum se proficere videret in Stephanum filium acriùs sæuiens, de ipsius matris ordine, (vt creditur) tres homines, nocte intempesta, velata fronte, districtis gladiis, & tormento manuali ad pectus admotis, Stephanum iniunxerunt, vt si altera die sacrum Subdiaconatus ordinem non susciperet, eum sine dubio de medio tollerent, ob quem mortis metum Stephanus compulsus Ordinem præfatum sequenti die inuitus suscepit, tantam exinde ostentans mœstitiam, & afflictionem, vt noluerit ad sacram Cõmunionem cum aliis insimul ordinatis accedere, nec postmodum coronam in capite gestauit, aut epistolam canere vnquam voluit; quas quidem mœstitias, & afflictiones considerauit Rota ad nullit. cuiusdam professionis *in decis. 779. n. 5. p. 1. recentissimar.*

10 Quorum singula in facto sufficienter ex actis probantur, ius autem vt vidimus satis opitulatur ad eam nullitatem inducendam. Nec ad probationem huiusmodi elidendam ex parte Promotoris fiscalis aliquid in contrarium adducitur, nisi quod Stephanus redditus Ecclesiasticos obtinebat, ex quibus decenter sustentabatur, & quod esset terribilis, & absolutæ conditionis, ac proinde minimè credi posse illum Ordinem metu, & vi matris compulsum suscepisse, quia fuit responsum hoc minime ex processu iustificari, nec aliqua ex parte elidere posse metus probationem, cuius testibus potius, quàm mille aliis, de libera voluntate deponentibus,

tibus stari debet, vt est communis omnium resolutio, qoos retuli *in meis votis decisiuis Canonicis lib.1.voto 1. num.* 84. itavt metu probato quasi impossibile sit probare contrarium, Franc. Monald. *cons* 5.*n.*109.

11 Metu itaque probato, qui in constantem virum cadere poterat, & sufficiens ad Matrimonium, Professionem, seu quemcumque alium contractum annullandum, remanet modo disputandum, an idem dicendum sit de eo, qui Ordinem per vim, & metum cadentem in constantem virum suscepit.

Si loquamur de ipso Ordine cum impressione sacri characteris suscipiendo, certum est apud omnes, quod ordo vi præcisa, seu absoluta susceptus, cum desideretur voluntas, & in tali nulla sit, tunc nec valet ordo, nec character imprimitur. At verò si vi conditionali seu causatiua, hoc est, solo metu, Ordo suscipiatur, vt in eo, qui ad euadendum periculum, vel mortem, consentit se ordinari, quia eo casu adest voluntas, saltem indirecta, *c. meruò* 15. *q.*1. & valet ordo, & recipitur character, *c. maiores § item loquitur, de Baptismo*, ita Sanchez *de matrim.lib.7. disp.*29. *num.*1. Rota *decis.*560. *num.*1 *p* 1. *diuersorum.* Gam. *de Sacram.præstand vltimo supplicio damnatis q.*5.*n.*4. Antonius Riccilulus *de Iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 2. *c.* 38. *per totum.* Dominus Roder. Acunha *in Comment. ad c. de Iudæis* 5.*n.*3.*distinct.*45. *Egó ipse in collect. ad d. c. maiores n.*13.

Tota verò difficultas est de ordinato per vim conditionalem, seu causatiuam, vel per metum iniustè incussum, cadentem in constantem virum, an lege continentiæ adstringatur? Et si interim promotus nubat, an tale matrimonium sit validum necne?

Vna sententia (quæ mihi videtur probabilis) tenet obligare eum Ordinem ad continentiam, & matrimonium postea initum esse nullum, idque potissimum ex sequentibus. Primò, quia vi, vel metu baptizatus adhuc tenetur legibus Christianæ Religionis, *c. de Iudæis, dist.* 45. at vt fides, & lex Christiana comitantur characterem Baptismi, ita castitas characterem Ordinis, vt argumentatur post Sotum Rota *coram Cæsare de Grassis decis.* 1. *num.*14.*cum seqq. de his, quæ vi.* Secundò probatur ex Concilio Toletano VIII. *c.*7. in quo proponitur aliquorum Sacerdotum corruptela, qui à Sacerdotio recedebant, & vxores ducebant, sub colore quod ad sacros Ordines metu, & per vim assumpti fuissent. Deinde duobus argumentis hanc prauam consuetudinem refellit; tum exemplo baptizati per vim, & metum, qui nihilominus tenetur legem Christianam obseruare: tum etiam exemplo Templi, vel Calicis, qui accepta consecratione re integra prophanari non potest. Tertiò, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, *cap. accessorium, de regul. Iuris lib.*6. Sed principale, nempe Ordo, metu incusso receptus, manet firmus, & validus, & imprimit characterem, vt vidimus; ergo manebit etiam firma obligatio continentiæ Ordini annexa, omnis enim Ordo sacer (quorũ de numero est Subdiaconatus, *cap. à multis, de ætat. & qualit.* cum aliis per me citatis *de officio & potest. Episcopi alleg* 14. *num.*2) habet annexam continentiam, vt dicit Glossa *verbo qui Sacramentis in cap. cum in præterito* 84. *dist.* & colligitur ex adductis per me *d.tract. alleg.*15.*n.*1.

12 Quartò, quia votum emissum ob metum intrinsecum, vel ob mortis periculum, est validum, consequenter validum etiam erit votum factum metu mortis ab extrinseco, quam alius mihi minatur. Ex quibus forte hanc sententiam expresse tenent Hostiens. Abb. Tabien. Gaët. Sot. Sanct. Antonin. Sylu. Paludan. & alij citati à Sanchez *d. lib* 7. *disp* 29. *num* 4. quibus addo Petrum Ledesma *de matrim.q.*55. *art.*4. Paulum Comit. *respons. moral. lib.*1.*q.*55. *num.*3. *cum seqq* Basil Pont. *de Matr. lib.*7. *c.*29. Ant. Dian. *resol moral. tom.*2. *tract.*4. *de Sacram. Ordin. resol* 193.

Altera sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) sustinet sacris Ordinibus initiatum per vim, vel metum iniustè incussum, cadentem in constantem virum, lege perpetuæ continentiæ ex vi voti, non teneri; his potissimum solidissimis fundamentis. 13

Primò, matrimonij exemplo, quod graui metu extortum, irritatur à Iure, *cap. veniens. de sponsal. cap. virum, de regular.* cum aliis per me adductis *d. voto* 1. *num* 14 *& lib.* 2. *nuper edendo voto* 16. *à principio*, quod est Reuerendissimi Domini mei Alexandri Raphaël. Iuris vtriusque Doct. Protonot. Apostolici, ac Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cæsaris Fachenetti Archiepiscopi Damiaten. & in his Hispaniarum Regnis Nuntij, cum potestate Legati de latere, & Collectoris Generalis Apostolici Auditoris meritissimi, & doctissimi, & à me multis nominibus commendandi. Deinde exemplo solemnis professionis, quæ pariter ipso Iure est irrita, si per vim, vel metum grauem emittatur *cap. sicut, qui Monast.* 20. *q.*1. *c. perlatum, de his, quæ vi, c. insinuante, qui clerici, vel vouentes*, Rot. *d.decis* 779. *p.* 1. *recentissim.* Sed argumentum ductum à voto solemni in professione regulari ad votum continentiæ in sacro Ordine, est efficacissimum, cum vtraque hæc vota dirimant matrimonium, ac vtraque sint perpetua. Nec refert in professione, votum castitatis esse expressum, in Subdiaconatu verò implicitum; siquidem qui non potest se obligare expresse, nec potest se obligare implicitè, iuxta doctrinam Innoc. *in cap. vel non est compos. sub num.*1 *de temporib ordinat* vbi si puer promoueatur, qui non sit doli capax, sicut non potest se obligare expressè ad votum, ita nec etiam tacitè, prout eum refert Rota *d.decis* 56 *num.*6.*p.*1. *diuers.* ergo, &c. Secundò, quia nullum votum Iure naturæ obligat, nisi a Deo acceptetur; sed Deus non acceptat votum perpetuæ continentiæ graui, & iniurioso metu extortum, exemplo in humanis prudentis, & optimi viri, qui sane non acceptaret donationem aliquam, quam nosceret sibi factam ex metu grauissimo à seruis suis extortam; ergo multo minus vota huiusmodi acceptantur à Deo. Tertiò, quia continentia non est de substantia, & essentia Ordinis Subdiaconatus, sed tantum accidentia, ex statuto Ecclesiæ; fuit enim tempus quando Subdiacono licebat contrahere matrimonium, *cap. ante triennium* 31. *dist. c. placuit* 32. *dist.* Rota *d.decis* 561. *num.* 1 *parte* 1. *diuersorum*, & ideo solo præcepto Ecclesiastico sacris Ordinibus fuisse annexam continentiam, ex sententia sancti Thomæ, Soti, Valentiæ, Cardin. Bellarm. Azor. & aliorum tenui *d.tract. de offic & potest Episcopi alleg* 15 *num.*3. Et ideo hanc partem sectantur Archid. Domin. Hostiens. Henric. Imola, Turrecrem. Greg. Lop. Mogoll. Nauarr. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *d.lib.*7 *disp* 29 *n.*5. quibus addo glos. *verbo conditionaliter, in d. c. maiores*, Hieron. Paul. *in prax. Cancel. fol.*55. Cæsar de Grass *dec.* 1. *&* 2. *de his quæ vi*, Iacob. de Graphiis *in aureis decis p.*2 *lib.* 1. *c.* 1.

Barthol.

Barthol. de Ledesma *de sacramento Ordinis dub.* 14. *col.* 4. *vers. annotare*, Azorius *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 14. *q* 8. Vgolin. *de Episc. c.* 13. *num.* 3. Sayro *in claui Regia lib.* 6. *c.* 4. *n.* 10 Coninch. *de Sacram. disput.* 20. *dub.* 14 *n* 143. *cum seqq.* Bonacin. *de Matrim. quæst.* 3. *punct.* 9. *n.* 14. Paulus Squilante *de oblig Cleric. p.* 1. *n.* 80. Iulius Cæsar Madius *de sacris Ordinibus c.* 3. *n* 7. Philib. Marchin. *de sacram. Ordinis tract.* 2 *p.* 6. *diffic.* 9 Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 15. *n.* 5.

14 Qua opinione retenta non obstant, quæ pro contraria suprà adduximus: nam ad primum respondetur inter Baptismum, & Ordinem disparem esse rationem; tum quia Baptismus est Sacramentum necessitatis, & similiter legis Christianæ obseruantia, at ordo & continentia est de consilio, & voluntate, quia Ecclesia omnibus ad Subdiaconatum promouendis præcipit immediate continentiæ votum non absolute, cum non sit de consilio, sed ex suppositione, quod velint, ad Subdiaconatum eleuari, *c. nullum, dist.* 28. vbi gloss. *verbo promiserit, cap. assumi, eadem dist* Sanch *de matrim. lib.* 7. *disp.* 27. *n.* 10. Basilius Pontius *eodem tract. lib.* 7. *c.* 27. *n.* 7. Tum, quia Baptismi susceptio & professio legis Christianæ, non est votum, quod natura sua petat plenam libertatem, sicut eam petit perpetuæ continentiæ votum. Tum denique quia obligatio in baptizato viuendi secundum leges Christianas, est essentialiter annexa characteri baptismali, & ideo, qui vult antecedens, vult consequens de necessitate; at onus continentiæ est accessorium Ordini sacro ex statuto Ecclesiæ, & ideo stat, quem voluisse initiari, non tamen voluisse onus continentiæ, ad quod perfecta libertas petebatur: ob quod Rota *d decis.* 561. *n.* 13. *vers. ad* 3. dicit, quòd

15 obligatio profitendi fidem Catholicam est essentialiter annexa characteri Baptismatis; obligatio verò continendi, ex statuto Ecclesiæ, vel voto tacito, est annexa Subdiaconatui, & non naturaliter, vt supra diximus, ex quo sequitur (prosequitur ipsa Rota) quod Subdiaconus tenetur secundum naturam, & essentiam Subdiaconatus viuere, non tamen secundum eius accidentia, si aliqua de causa, quæ non sufficit vitiare naturam, & substantiam, vitiat illa.

16 Ad secundum respondetur illud Concilium Toletanum fuisse solum prouinciale, & ideo illi fidem habere non cogimur, secundum Sanch. *d. lib.* 7 *disputat.* 29. *in fine*, & quatenus esset vniuersale aperte loquitur de illis, qui susceptum Ordinem, pluties ratum habuerunt, & in eo per multos annos permanserunt, ac actus Ordinis sæpius exercuerunt, vt considerauit Philibertus March. *d. difficult.* 9. cuius totum contrarium reperitur in præsenti casu, in quo Stephanus protestatus fuit de metu, & vi sibi illata, statim suscepto Ordine, Ordinemque susceptum ob id nunquam exercere voluit.

17 Ad tertium respondetur maiorem propositionem verificari quando accessorium inseparabiliter, & ex natura rei sequitur suum principale, secus est in connexis solo iure humano, qualis est obligatio castitatis Ordini sacro annexa, Rot. *d decis.* 561. *num.* 12. *vers. ad secundum*, subdens in proposito, subdiaconatum, & obligationem continentiæ non esse essentialiter, siue naturaliter annexa, neque à Iure naturæ, vel diuino inseparabilia, sed Iure tantum humano coniuncta, proindeque per metum, qui humana rescindit, & non diuina, licet non impediatur essentia Sacram. Ordinis, impediri tamen ait coniunctionem continentiæ, quæ est humana. Et ad regulam *Accessorium*, communiter solet responderi non procedere vbi militat diuersa ratio, & in separatis, Brunell. à Sole *in loc. commun. verbo accessorium*, Cardin. Tusch. *lit. A. conclus.* 76. *num.* 36. *& conclus.* 79 *num* 4. Franciscus Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 1. *comparat.* 12. *numer.* 12. Et in puncto, & casu nostro Sanch. *d. disp.* 29. *prope finem*, Rot. *d decis.* 561. *n.* 13.

18 Denique non obstat Stephano, nec ei præcludit ius agendi scriptura, seu instrumentum de qua habetur notitia, vbi matri suæ promisit cum iuramento, de se promouendo ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, quia licet exceptio periurij repellat agentem à limine iudicij, *l. si quis maior, Cod. de transact.* vbi plures citaui Doctores *in meis Collectaneis numer.* 2. Rota *in Romana nullitatis obligationis coram Ortembergo*, impressa per Marches. *de commiss. parte* 3. *§.* 1. *pag.* 207. hoc tamen procedit parte opponente, aliàs processus tenet, Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. vlt. numer.* 18. & fuit dictum *in Ispalen, coadiutoria* 13. *Martij* 1615. *coram bonæ mem. Vbaldo seniori*, vbi vlterius fuit tentum oppositionem factam in partibus non sufficere, nisi etiam fuerit opposita in Curia sub termino citationis, ad dicendum contra, prout eam refert Beltram. *in annotation. ad decis. Gregor. XV. decis.* 64. *num.* 11. Et addo Marchesan. *de commiss. parte* 3. *vbi de commiss. relaxationis iuramenti ad effectum agendi cap.* 2. §. 2. *numer.* 24. *pag.* 213. Vbi dicit, quòd quamuis multos actus contra iuramentum facere periurus possit, verbi gratia, si iurauerit librum non vendere, seu procuratorem, testamentumve non reuocare; tamen, si aliud conficiat testamentum, aut procuratorem reuocauerit, licet periurus efficiatur, vltimum testam. & procuratoris reuocatio valebunt, nam Rota 19 licet soluat repellere agentes non obtenta prius absolutione à iuramentis, sustinetur tamen sententia, quando pars aduersa non opposuit de periurio, vt tradit Rubeus *in singul. Rota, verbo absolutio à iuramento* § 2. *pag.* 16. *tom.* 2. In simili processus factus cum excommunicato valet, si non opponatur *cap.* 1 *de rescript. lib.* 6. *cap.* 20. *pia, de except. lib.* 6. Rubeus *vbi supra*, *verbo processus* 20 §. 4. *pag.* 84. & in casu nostro de tali periurio non reperitur à parte contraria oppositum, & ideo quod ex Scriptura apparet absque partis oppositione nihil releuare potest, ac proinde quoad hunc effectum habendum, ac si de eo minime constaret.

Pacen. Legati.

Legatum secundum quando continet diuersam quantitatem à primo, præsumitur duplicatum, & vtraque quantitas præstanda est. Legatum ex quibus latè sit interpretandum ad fauorem legatarij.

Votum XXXVIII.

1 *Testator si dixerit,* Lego cappam Fratribus, & Priori Bibliam, *Prior consequitur cappam & Bibliam.*

2 *Legatum generale quando pluribus est factum, & coniunctum vni ex illis pluribus legatum speciale, vtrumque debetur.*

3 *Legatum secundum quando continet diuersam quantitatem à primo, præsumitur duplicatum, & vtraque quantitas præstanda est.*

4 *Testator si relinquat Prioribus omnibus vnius ciuitatis centum distribuenda inter illos, & relinquat quinquaginta Titio, qui etiam erat de Prioribus, ille Titius poterit petere illa quinquaginta, & admitti ad partem illorum centum.*

5 *Testator si variauit modum legandi eidem personæ in quantitate, vel qualitate, semper videtur multiplicare legatum.*

6 *Duplicatio quando præsumatur in legatis.*

7 *Quantitas eadem quando alicui relinquitur in diuersis Scripturis, vtraque summa debetur.*

8 *Relictum cum obligatione dicendi omnibus diebus, vna Missa sine cantu, & in die Sabbati vna cum cantu, intelligitur quod ambæ dicendæ eodem die.*

9 *Legatum licet onus sit hæredi, fauorabile est tamen testatoris voluntatem impleri.*

10 *Coniecturæ plures multiplicationis legati, & latæ illius interpretationis.*

11 *Legatum est late interpretandum quando propria vocabuli significatio id patitur, seu quando interpretatio fit secundum propriam verborum significationem.*

12 *Nemo præsumitur dixisse quod mente prius non cogitauerit.*

13 *Voluntas hominis consistit in verbis, sicut facies in speculo.*

14 *Verbum etiam minimum debet esse in oratione cum virtute aliquid operandi.*

15 *Verba debent aliter interpretari si disponens fuerit Iurisperitus, aliter si fuerit idiota.*

16 *Legatum est late interpretandum propter nimiam nobilitatem testatoris, & etiam legatarij.*

17 *Testator iubens aliquid dari die natalis sui, si sit nobilis, intelligitur perpetuo legare, secus semel tantum.*

18 *Testator si magna affectione prosequutus est legatarium, tunc dispositio respicit largam interpretationem.*

19 *Legatum propter benemerita est late interpretandum pro legatario.*

20 *Legatum pro seruitijs dicitur pium.*

21 *Legatum pro seruitijs est late interpretandum.*

22 *Legatum propter benemerita & seruitia factum tanquam exoneratiuum Conscientiæ est latè interpretandum.*



N. Episcopvs Pacen. in suo vltimo, quo decessit, testamento, disposuit & mandauit vt Petro, Sebastiano & Francisco eius Capellanis, eorum cuilibet centum & quinquaginta ducata pro seruitiis sibi præstitis soluerentur; & ad calcem huius clausulæ testamentariæ sua propria manu idem Episcopus addidit, & Francisco ducenta ducata, quia à pluribus vltra annis seruitium nobis præstitit. Quæsitum fuit apud me, an iste Franciscus obtinere debeat illa centum & quinquaginta, necnon alia ducenta amplius? & vtrumque relictum ei deberi existimaui ex *l. Titia §. qui Marco ff de annuis leg.* vbi Bart. scribit quòd si testator ita dixit, *Lego cappam Fratribus, & Priori Bibliam,* Prior consequitur cappam & Bibliam, quam resolutionem sequuti sunt alij congesti à Paris. *consil. 47. in fine lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 118. num. 11.* ibi. *Extenditur* 2
hic casus vt locum habeat etiam quando pluribus est legatum generale, & coniunctim vni ex illis pluribus legatum speciale. Exempli gratia, dixit testator, libertis meis lego alimenta, & Marco centum, qui quidem Marcus erat & vnus ex libertis hic Marcus duplicatum consequitur legatum, nempe partem ex alimentis, & illa centum, &c. quod quidem responsum dicit singulare Bald. *in cap. cum in iure, de elect.* ex *d. l. Titia, l. huiusmodi §. cum fratribus, ff. de legat. 1.* vbi Ias. *& l. Titia §. qui inuita ff. de legat. 2.* & tradit idem Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 213. num. 1. & d. præs. 118. num. 15* ibi. *Declaratur secundò vt lo-* 3
cum non habeat quando secundum legatum continet diuersam quantitatẽ à primo, vt si in primo legauit centum, & in secundo quinquaginta, hoc casu præsumitur ita duplicatum legatum, vt vtraque quantitas præstanda sit, &c. & magis ad propositum facit illa determinatio celebris Bartoli *in l. si Consul num. de adoption. & in l. 2. ff de stipulat seruor.* vbi eleganter determinat quod si testator relinquat Prioribus 4
omnibus vnius ciuitatis centum distribuenda inter illos, & relinquat quinquaginta Titio, qui etiam erat de Prioribus, quod ille Titius poterit petere illa quinquaginta, & admitti ad partem illorum centum, allegat *d. l. Titia §. qui Marco.* Idem tenet Anton. Gom. *var. lib. 2 c. 12. de legat. num 38.* ibi. *Quod intellige quando eadem quantitas bis sæpius eidem legauit, secus est si diuersam, prius legando minorem, postea maiorem, vel è contra, quia tunc vtraque quantitas debetur, & videtur multiplicatum legatum,* &c. & ibi. *Ex quo sume notabilem regulam in hac* 5
materia, quia si testator variauit modum legandi eidem persona in quantitate, vel qualitate, &c *semper videtur multiplicare legatum,* &c.

Eandem resolutionem amplectitur Ioseph Lu- 6
dou. *commun. opin. concl. 24. §. declarat nonò lib. 1.* ibi. *Declaratio nona Illud quod dictum est quod eadem quantitas sæpius in eodem testamento relicta in dubio debetur semel tantum, hoc dictum Ias. limitat tribus modis in l. plane §. eadem num. 11. ff de legat. 1. quas limitationes*

limitationes virtualiter approbat Anton. Gom. tom.2. c. 12. de legatis num. 38. & de communi opinione testatur. Primo quando testator in diuersis Scripturis legatum quantitatis repetysset. Secundo quando secundum legatum continet diuersam quantitatem a primo. Tertio quando eadem quantitas legaretur in eodem testamento à diuersis haredibus, tunc prasumitur duplicatio. Quartò generalius limitat secundum Gom. loco citato quòd summa duplicentur, & diuersa debeantur, quando testator variauit modum legandi in quantitate, vel qualitate, conditione, loco, tempore, & causa; & probat idem Menoch.*de arbitr. casu 213.num.11.* ibi, *Summas prasumi duplicatas, cũ diuersa sunt quantitates, etsi eadem sit promissionis causa.*

7 Et videndum est quod tradit Aym.Crauet. *consil 167.num.3.* ibi. *Tertiò quando eadem quantitas alicui relinquitur in diuersis scripturis, putà centum in testamento, & tantumdem in Codicillo, vtraque summa debetur, l. quinquaginta ff. de probat. Bart.& Doctores in l. plane §.1. in verbo extendatur, de legat. 1. à fortiori istud procedit quando alicui legatur diuersa quantitas, quia tunc licet legatur siue, donetur in eadem Scriptura, vtraque debetur.*

8 Et in simili casu sic fuisse decisum refert Melch. Phœbos *Lusit. decis.57. tom.1.* vbi sic casum refert & resoluit. *Relinquo huic capella talia bona, & volo vt mihi dicatur in omnibus diebus vna missa resada, & in die Sabbati sea cantada, vt vtar eius verbis, ad honorem B. Maria Virginis, ex quo subortum fuit illud dubium, vtrum in die Sabbati dicenda sit Missa sine cantu vltra aliam cum cantu; & Senatoribus visum fuit quod amba dicenda eodem die, quod fundat ex rationibus supra adductis, & fuit ita iudicatum per Senatores:* & de alio simili casu Marc. Ant.de Amatis *decis.44.n.23.& 53.*

9 Non obstat quòd testator præsumitur minus velle grauare hæredem, & sic legatum strictè interpretandum, vt quod minus est, debeatur; quia respondetur secundùm Ias. & Socin. quos refert & sequitur Cardin. Mantic. *de coniect. vltim.volunt. lib.7.tit.1.num.30.* quòd licèt legatum sit onus hæredi, tamen fauorabile est testatoris voluntatem impleri, *l.1. C. de sacros. Eccles. l.vnic. §.vnic. C. de caduc. tollen.*

10 Facit etiam, quia Franciscus, ad cuius fauorem Episcopus legauit, est persona nobilis & litterata, quæ eidem Episcopo aliàs nobili & literatissimo multis abhinc annis in officio Visitatoris & Vicarij Generalis summa cum laude inseruiuit, proindeque præter alios capellanos magis charus, & dilectus erat eidem Episcopo, & maioribus præmiis afficiendus, vnde plures resultant coniecturæ multiplicationis legati, & latæ illius interpretationis.

11 Prima coniectura latæ interpretationis oritur ex natura legati quod semper est latè interpretandum quando propria vocabuli significatio id patitur, seu quando interpretatio fit secundùm propriam verborum significationem, Surd. *consil.112. num 52.* Castill.*controu.lib.4 p 1.c.32.num.47.* Card. Tusch.*lit.L.concl 58.num.11. & 12.* etiam quòd sit ambiguitas verborum, Card.Mantic. *de coniect. vlt. vol.lib.7.tit.1. num.31.in princ.*

12 Secunda sumitur coniectura ea persona testatoris, qui est Iurisperitus, non enim credendum erat hunc inconsideratè, & sine effectu velle secundò promittere, & inaniter & inutiliter verba protulisse, cum nemo præsumatur dixisse quod mente prius non cogitauerit *l. persp·xit ff. qui & quibus,* & quod mens ex verbis magis deprehenditur quã

Barbosa Vota decisiua.

ex alio tradit Riminald. *consil.163. num 47. & 50.*
lib 3. vbi dicit quòd voluntas hominis consistit in
verbis, sicut facies in speculo. Nam contrarium 13
dicendum si rusticus, vel simplex promiserit, quia
tunc duplicatum non præsumitur; ita Menoch. &
ab eo citati *de arbitr. casu 113 num.29.* & ea ratione
vtuntur Doctores ne secunda stipulatio inutilis
sit, quæ ita interpretari debet, vt potius valeat
quàm pereat, *l. quoties, de verbor. oblig.* & vt eleganter
tradit Bald. *in rub. de contrah. empt. in 9.*
quæst. vnumquodque verbum etiam minimum de- 14
bet esse in oratione cum virtute aliquid operandi,
& Dec. *consil. 2. num.42. volum.2.* dicit quòd verba 15
debent aliter interpretari si disponens fuerit Iurisperitus,
aliter si fuerit idiota: nam Iurisperitus
præsumitur cordatè, & propriè loqui, & nullum
verbum dixisse, quod prius non considerauerit, &
ponderauerit, Bald. *consil.123.vol.5.*Socin *cons.170.*
n.30.vol.2.

Tertia oritur ex nobilitate, & dignitate eiusdem 16
testatoris, vt latè legatum interpretetur, quoniam
nobiles, & constituti in dignitate maiorem referre
solent gratiam ex accepto beneficio, modo non
excedat quod in ea re debebat facere donans ex
more diuitum, & nobilium, & tunc non dicitur excedere
benemerita, Menoch.*de arbitr.casu 131. n.9.*
& de præsumpt. lib. 3. præs.29. num. 38. & vt inquit
Card. Mantic. *de coniect. vlt.volunt. lib 6.tit.10.n.4.*
legatum est latè interpretandum propter nimiam 17
nobilitatem testatoris, & etiam legatarij: sic etiam
si iusserit testator aliquid dare die natalis sui, intelligitur
semel tantum; sed si sit nobilis & præditus
aliqua dignitate, ex ea præsumitur probabilis
coniectura, vt voluerit singulis annis in die sui natalis
deberi, & legatum esse perpetuum, quod ex
multis probat idem Card. Mantica citato loco, argumento
l. cùm quidam, & ibi Bart. *num.3.ff.de ann.*
legat. & ita scribit Deci. *consil.41. num 61. lib 1.* dicens
ex coniectura desumpta ex qualitate personæ
cessare regulam *l. bones §. hoc sermone ff. de regulis*
Iuris.

Quarta coniectura procedit ex affectione, qua 18
idem testator prosequutus est legatarium, quia tũc
dispositio respicit largam interpretationem, Menoch.
de præsumpt.lib.4 præs. 06.Card.Mant.& alij.

Quinta coniectura sumitur ex eo quòd legatum 19
fuit factum in remunerationem præstiti seruitij, vnde
succedit doctrina quod legatum propter benemerita
est late interpretandum pro legatario, Dec.
*cons.468.n.13.*Paris.*cons.8 n.13.vol 1.*Roland *cons.1.*
n.4.lib 4. Deciani*cons.41.n.7. lib.3.* Menoch. *de præs.*
*lib.3.præs.35.n.13.*Cassanat.*cons.10.n.7·.in fine;* item
ex eo quòd legatum pro seruitiis sit pium, Card.
Mant.*lib.6 de coniect. tit.3.n.28.* latè venit interpre- 20
tandum, Alex *in l.3.in princ ff quod quisq; iuris,* Dec. 21
cons.197.n.2.ad fin. Soc.iun. *cons 102.n 18.volum.2.*
Card Mant.*de coniect.lib 7.tit.1.n 21.* Et quòd lega- 22
tum propter benemerita & seruitia factum tanquam
exoneratiuum conscientiæ sit late interpretandum,
traduot Dec. *cons.468. n 13.* Paris.*consil.8.*
*n.23.vol 1.*Roland.*cons. .n 4 lib 4.* Menoch. *de præsumpt.lib.3.præs.35.n.13.*
Cassanat.*d cons. ·0 num.71.*
in fine,

Ex quibus deberi Francisco vtrumque legatum consului, & ita clausulam testamenti esse interpretandam censui, sub censura.

Hispaniarum Generalatus Ordinis S. Hieronymi.

Prior electus Monasterij S Barrholomæi de Lupiana est Generalis totius Ordinis S. Hieronymi, & illius electio spectar ad Religiosos Conuentuales dicti Monasterij, & non ad Diffinirores, qui electionem confirmanr. Electio legitima & Canonica debet de necessitate confirmari, & si denegetur, datur recursus ad Superiorem; ar si cassari velit ob defectum personæ electi, debet prius de causa cognosci, ipso electo, & electoribus auditis, & appellatio amittitur à cassatione facta.

Perillustris & Reuerendissimi D. Alexandri Raphaëllij J. V. D. Protonotarij Apostolici, & Tribunalis Nunciaturæ Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Generalis Auditoris.

VOTVM XXXIX.

1 *Prior electus Monasterij S. Bartholomæi de Lupiana debet esse Prior Generalis totius Religionis S. Hieronymi.*

2 *Præsidens Capituli pro electione Prioris Generalis deputatur.*

3 *Præcepta & mandata Præsidentis referuntur.*

4 *In primo scrutinio eligitur in Priorem Generalem Fr. Aloysius de Aguilar cum triginta votis.*

5 *In secundo scrutinio ad totidem votis eligitur in Priorem Generalem Fr. Ioannes de S. Ioseph.*

6 *Fr. Ioannes de Auellaneda vnus ex Definitoribus, cognita Præsidentis intentione, institit Præsidenti vt ab assistentia in Capitulo eum excusaret.*

7 *Protestatio ab eodem P. Ioanne de Auellaneda, & cæteris Vocalibus facta refertur.*

8 *Prior Generalis tertio loco eligitur cum nouem Vocalibus, cæteris exeuntibus.*

9 *Dubium ortum coram Illustrissimo Nuntio quænam ex tribus electionibus legitima, & Canonica iudicanda sit?*

10 *Resolutio capitur, attenta renunciatione primo & secundo loco electorum, pro nullitate tertiæ electionis.*

11 *Ius eligendi Priorem Generalem in Religione S. Hieronymi semper spectauit ad Patres Vocales Conuentus S. Bartholomæi de Lupiana.*

12 *Obseruantia & consuetudo in materia electionis valet & attendi debet.*

13 *Constitutiones singulorum Ordinum Monasteriorum seruari debent.*

14 *Iurisdictio vbi alicui conceditur simpliciter ad aliquem actum, non censetur priuatiuè concessa in praiudicium iurisdictionis alterius, sed cumulatiuè.*

15 *Definitorium in Religione S. Hieronymi habet ius confirmandi electionem Prioris Generalis,* & num. 16.

17 *Definitores in Religione S. Hieronymi non sunt electores, sed meri confirmatores.*

18 *Definitores & Vocales in Religione S. Hieronymi tanquam diuersi habentur.*

19 *Definitores in Religione S. Hieronymi sunt solum meri approbatores electionis factæ à Vocalibus Conuentus S. Bartholomæi de Lupiana.*

20 *Electio Prioris de Iure communi spectat ad Religiosos Monasterij, cui est præficiendus.*

21 *Electio debet illico publicari.*

22 *Scrutatores non possunt publicare electionem donec canonice fiat.*

23 *Respondetur obiectionibus,* & num. 24.

25 *Electio quando post confirmationem possit annullari, vel retractari.*

26 *Ius eligendi proprium Priorem spectat ad Capitulares Conuentus.*

27 *Diffinitores sunt solum confirmatores.*

28 *Electio legitima, & canonica debet de necessitate confirmari.*

29 *Electio est actus voluntatis, confirmatio verò necessitatis.*

30 *Electus petendo confirmationem nullam petit gratiam.*

31 *Confirmatio si denegetur, datur recursus ad Superiorem vt præfixo breui termino obliget ad confirmandum.*

32 *Ordinarius si præsentatum à patrono absque causa instituere recuset potest Superior illum compellere ad instituendum.*

33 *Præsentato ius quæritur per præsentationem patroni.*

34 *Electus per electionem, acquirit plenum ius in Prælatura ad quam fuit electus.*

35 *Superior, ad quem recurritur pro electione potest ex officio inquirere de idoneitate electi, & facere per semetipsum confirmationem.*

36 *Nuntius Hispaniæ habet facultatem Legati à latere.*

Confirmationes

37 *Confirmationes electorum publice interest quanto citius expediri.*

38 *Electio facta à maiori parte Vocalium est legitima & Canonica.*

39 *Arbitrium boni viri regulatum, & non plenum per quas clausulas datum censeatur.*

40 *Arbitrium boni viri debet esse regulatum à Iure.*

41 *Verba vbi possunt explicari arbitrio libero, & regulato, semper viri boni arbitrium sic regulatum concessum censetur.*

42 *Verbo,* videtur, *quando additur porticula,* iustum, *seu* bonum, *boni viri arbitrium à Iure regulatum conceditur.*

43 *Ponderatur Constitutio* 70.

44 *Commissio conscientiaria operatur vt solus Deus, & non alij, debeat esse Iudex seu cognitor.*

46 *Extrauagantes ad Constitutiones Religionis S. Hieronymi non emanarunt ad reuocationem, seu derogationem dictarum constitutionum.*

47 *Iudices quorum absoluta conscientiæ aliquid committitur, tenentur iudicare secundum ius, & iustitiam.*

48 *Claus.* Conscientiam tuam oneramus, *vis, & effectus, & numeris seqq.*

49 *Electionis à cassatione an oppelletur quoad vtrumque effectum.*

50 *Verba,* Confirment, vel infirment, prout iustum sibi videbitur, *respiciunt iustitiam.*

51 *Iudex stante claus.* Conscientiam tuam oneramus, *debet sequi conscientiam lege munitam.*

52 *Electus cassatus ob vitium personæ efficitur perpetuò ineligibilis, secus si ob defectum formæ.*

54 *Electus cassatus ob non seruatum modum electionis, vel quid simile, potest iterum eligi.*

55 *Electi persona non potest inhabilitari absq; causa cognitione, ipsoque electo, & electoribus non auditis.*

56 Extrauag. 5. ad Constit 10. *ponderatur.*

57 *Libertas omnimoda electorum in electione requiritur.*

58 *Idoneus quis reputatur si non probetur inhabilis.*

59 *Dignus repertus ad vnam dignitatem, debet dignus reputari ad aliam.*

60 *Exclusus semel non potest iterum eligi.*

61 *Præses habuit animum restringendi electionem.*

62 *Laici non debent interuenire in electionibus Religiosorum.*

64 *Ius ex vi electionis acquisitum ad Pralaturam, dat actionem petendi in iudicia id quod sibi debetur ratione dicti iuris.*

65 *Electio prima debet cassari à Iudice cum prolatione sententia priusquam deueniatur ad secundam.*

66 *Electio facta post primam non cassatam est nulla, maxime quando prior electus, & exclusus habita notitia statim appellonit.*

67 *Appellatia extraiudicialis non causat attentata.*

68 *Appellatio extraiudicialis tunc causat attentata quando gesta non solum sunt post appellationem, sed etiam contra appellationem.*

69 *Contra appellationem quando dicatur aliquid fieri.*

70 *Appellatio licet extraindicialis causat attentata quando appellatur ab electionibus Cathedralium, vel Regularium Ecclesiarum.*

71 *Appellatio extraiudicialis coram Superiore iustificata non causat attentata.*

72 *Appellatio ab electione quando dici possit iudicialis.*

73 *Possessio cum sit actus consecutiuus electionis, non potest per appellationem suspendi, quod intelligitur vbi electio, seu confirmatio facta fuit ante appellationem, vt* num. 74.

75 *Confirmatio, aut infirmatio electionis in Religione S. Hieronymi, an sit in potestate Diffinitorum pro eorum libito.*

76 *Præscriptio nulla datur in fratribus mere voluntarijs, & facultatiuis.*

77 *In actibus negatiuis ad præscriptionem, seu consuetudinem inducendam qua requirantur?*

78 *Consuetudo in electionibus qua extirpanda?*

79 *Religio nulla, quantumuis priuilegijs decorata, ex se condere potest statuta siue leges contrarias dispositioni Iuris communis.*

80 *Consuetudo, qua non derogat Iuri, & Constitutionibus Religionis, sed declarat, & interpretatur easdem Constitutiones, non requiritur quod sit legitime præscripta, sed sufficit quod aliquo tempore considerabili fuerit obseruato.*

81 *Tacitum, & dubium non debet plus operari quam expressum, & clarum.*

82 *Vocales non debent præstare obedientiam Præsidi in his, qua libertati electionis, ac Ordinis Constitutionibus repugnarent.*

83 *Prælati mortaliter peccant, qui sine vrgenti necessitate faciunt iterare electiones, & non confirmant legitime electos.*

84 *Electus à minori parte non debet confirmari.*

85 *Ius eligendi quando plures exeunt, remanet in alijs, qui non recesserunt instante vltimo termino à iure praefixo pro electione celebranda, vt* num.86.

87 *Electio ex defectu formae non seruatae est ipso iure nulla.*

88 *Officialis, qui Syndicatui non stetit, non potest ad officia alia promoueri.*

89 *Concursus, in quo interuenit cum examinatoribus Synodalibus, alter, qui non erat talis examinator, est nullus.*

90 *Electores possunt variare ante scrutinij publicationem, aliumque eligere.*

ADSIT
IESVS, VIA, VERITAS, ET VITA.

1 IDETVR prius praemittendum in facto, quòd vigore particularium Constitutionum huius Ordinis, hucusque inconcussim obseruatarum, Prior electus Monasterij Sancti Bartholomaei de Lupiana deberet esse Prior Generalis totius Religionis Sancti Hieronymi; & ad hunc effectum PP. Vocales dicti Conuentus habent ius eligendi dictum Priorem, Diffinitores verò Religionis eundem electum approbandi, seu reprobandi.

2 Et cùm per renunciationem officij Generalatus factam à Reuerendo P. Fr. Dominico de Villaescusa electo Episcopo Ciapiarum in Indiis, deberet fieri noua electio Generalis, Illustrissimus Dominus meus Nuntius deputauit in Praesidentem Capituli intermedij pro dicta electione celebrandi Reuerendissimum Patrem Fratrem Ioannem de la Serena, Priorem Sancti Laurentij in Escurial; ac mandauit omnibus dicti Ordinis Religiosis, vt eundem Patrem Fratrem Ioannem de la Serena in Praesidentem reciperent, & recognoscerent; mandataque, quae pro felici successu Capituli idem Praesidens duxerit iniungenda, promptè, ac reuerenter exequi studerent; saluis tamen canonicae electionis, ac votorum libertate, & constitutionum Ordinis adimplemento, vt in *process. fol.* 15.

3 Qua facultate suffultus dictus Pater de la Serena, ac Diffinitores Capituli, facto prius Generali scrutinio, in quo fuit declaratum, nihil inuentum fuisse, quod effectum electionis impedire posset, declaratisque votis pro legitimis, ac Missa Spiritus sancti de more decantata, domum Capitularem sub die 16. Nouembris anni praeteriti 1640. vna cum electoribus ingressi fuerunt; & ad effectum, vt canonica electio, absque aliquo strepitu, & inquietudine fieret, dictus Praesidens sub censuris, aliisque poenis, mandauit, non dari vota, nisi personae habenti qualitates, & requisita Constitutionum Ordinis; ac insuper sub eisdem poenis praecepit Diffinitoribus, & Scrutatoribus dicti Capituli, ne acta Capitularia reuelarent, donec electio Generalis perfecta, ac electus in suo officio confirmatus non fuerit; vt *process. fol.* 1. & 3.

Sub hisce praeuentionibus Capitulo congregato cum quadraginta duobus Vocalibus, in primo scrutinio apparuit canonicè electus Reuerendiss. Pater Frater Loysius de Aguilar cum votis triginta ex dictis 42. coque sic electo, Diffinitoribus pro approbatione per electores praesentato, fuit cum quatuor reprobo, & vno approbo reprobatus, vt *process. fol.* 7. 4

Quo stante fuit deuentum ad secundum scrutinium, in quo Reuerendiss. P. Fr. Ioannes de S. Ioseph obtinuit triginta vota, sicque remansit, & ipse canonicè electus; verùm à Diffinitoribus cum eisdem quatuor reprobo, & vno approbo reprobatus, *d. fol.* 7. 5

Verùm, quia durante reprobatione talium Electorum, Praesidens Capituli mandauit, quòd semel exclusi, & reprobati non possent amplius eligi, Reuer. Pat. Fr. Ioannes de Auellaneda, vnus ex dictis Diffinitoribus, iudicans tale praeceptum praeiudicare libertati electionis, ex eo quòd absque causae cognitione nullus poterat declarari incapax electionis Generalatus, quodque propterea electio tanquam coarctata reddebatur vitiosa, cui absque scrupulo peccati mortalis assistere non poterat; hac eadem sessione institit Praesidenti, vt eum ab assistentia in tali Capitulo excusaret, non obstantibus censuris impositis, prout ad hunc effectum se desistere à votando protestatus fuit, cum declaratione, quòd per talem desistentiam non intendebat suum officium dimittere; cui protestationi fuit responsum, quòd ea non obstante procederetur ad electionem, & ad hunc effectum Vocales votarent cum comminatione, quòd aliàs cum solis tribus Vocalibus, qui remanerent, ad electionem procederetur; vt *process. fol.* 35. 6

Hoc idem ęgreferentes PP. Electores dicti Conuentus Sancti Bartholomaei, ipsi etiam in numero triginta duo vnà cum eodem P. Ioanne de Auellaneda, Diffinitore, alteram protestationem fecerunt in Capitulo, ac detestantes pariter iniustitiam huiusmodi exclusionis, ac alias violentias, ac metus sibi per Praesidentem incussos, per quos ad liberam electionem procedere non poterant, appellarunt ad Tribunal Nunciaturae cum protestatione, nullitatis cuiuscumque actus in futurum faciendi circa electionem huiusmodi, vt *process. fol.* 33. Et successiuè ad hanc Curiam venerunt, non obstantibus reiteratis praeceptis eis à Praesidente sub poena excommunicationis latae sententiae de non discedendo è Capitulo factis cum comminatione, de procedendo ad electionem, quacumque appellatione nō obstante: & sub die 19. eiusdem mensis Nouembris in gradu appellationis, coràm eodem Illustrissimo Domino meo Nuncio se praesentauerunt, ac litteras citatorias, inhibitorias, & compulsoriales in forma obtinuerunt, vt *process. fol.* 64. 7

Quo praefatorum Diffinitoris, ac Electorum discessu non obstante, dictus Praesidens (deputato prius ab eo, & caeteris Diffinitoribus altero Diffinitore in locum dicti Patris de Auellaneda) ad nouā Generalis electionem per nouem Vocales, qui ex dictis 42. remanserunt, sub eadem die 16. Nouembris deueniri mandauit, quorum omnia vota ceciderunt in personam R. P. Loysij de Corduba, qui ab omnibus Diffinitoribus praedictis fuit approbatus, vt *process. fol.* 9. 8

Hac facti serie sicut supra explicata, contigit dubitari coram eodem Illustrissimo Domino meo, quae nam ex praefatis tribus Electionibus, nempe Fratris Loysij de Aguilar primo, Fratris Ioannis de Sancto 9

Sancto Ioseph secundo, ac dicti Fratris Loysij de Corduba tertio loco electi esset iudicanda legitima, & canonica?

10 Et cùm idem Illustrissimus Dominus voluerit ad satietatem gustare de meritis, & iustitia huius causæ, ac partes cum Aduocatis in contradictorio iudicio audire, tandem censuit absque aliqua difficultate fuisse nullam, & attentatam tertiam electionem factam in personam dicti Patris Loysij de Corduba, & quoad alias duas electiones licet videretur inclinare pro validitate primæ: tamen quia tam dictus Pater de Aguilar, quàm Pater Ioannes de S. Ioseph cuicumque iuri, eis in vim dictarum electionum quæsito, pro bono pacis, ac Religionis quiete renunciarunt, ideò tali determinationi non fixit pedem; sed Capitulum pro noua electione facienda infra certum terminum congregari mandauit. Et quia rationes, quæ considerabantur pro prima electione, videbantur magis iustificare nullitatem electionis dicti Patris de Corduba; ideo dominatio sua Illustrissima concessit mihi Auditori, vt pro qualitate negotij, quod non modicam loquendi occasionem in hac Curia, & extra eam generauit, rationes præfatas, aliaque attentata, & nullitatem tertiæ electionis iustificantes in scriptis redigerem. Quæ ex infra dicendis apparebunt cum responsione ad fundamenta, quæ pro contraria parte afferebantur.

11 Primò itaque fuit consideratum, quòd prima huius Religionis constitutio disponit, quòd electus Prior Sancti Bartholomæi de Lupiana sit semper caput, & Prior maior Generalis eiusdem Religionis, & quòd ius eligendi talem Priorem spectet semper ad Patres Vocales dicti Conuentus Sancti Bartholomæi, prout semper in dicta Religione obseruatum fuit, vt patet ex dicta Constitutione, ibi: *Primeramente establecemos, y ordenamos sin alguna reuocacion, que el Prior que aora es, y serà de aqui adelante en el Monasterio de San Bartolome de Lupiana de nuestra Orden, de la Diocesi de Toledo, sea siempre Cabeça, y Prior Mayor General de toda ella.* Et ibi: *Establecemos, declaramos, y consentimos, y otorgamos, que la eleccion del Prior de San Bartolome, sea celebrada para siempre por los Frayles Capitulares del Monasterio de San Bartolome, porque ansi es de derecho, y ansi ha sido guardado hasta aqui.* & id expressè tenet Carol. de Tapia *ad Auth. Ingressi C. de sacros. Eccles. verbo Monasteria c.25. post n.3.*

12 Quæ obseruantia, & consuetudo in hac materia eligendi valet, & attendi debet, *cap. cùm dilectus*, vbi Butr. *lect.1 num.25. vers. & nota, & lect.2.n.50. de consuetud.* Abb. *in cap. cum terra, num.2. vers. sed consuetudo, de elect.* Rot. *decis.65. numer. 11. parte 1. recent.*

13 Quod absque dubio in casu præsenti procedit, vbi prædicta obseruantia, & consuetudo fuit reducta ad legem municipalem Religionis vigore præfatæ Constitutionis, quam dicti PP. Definitores omnino obseruare tenentur, iuxta not. per Bald. *in cap. Clerici, num.3. de vit. & honest. Cleric.* ac iuxta dispositionem Concilij Trid. *sess.25. de Regul. c.7. in fin.* ibi: *Seruentur singulorum Ordinum Monasteriorum Constitutiones.*

14 Neque obstat, quòd istud ius eligendi Generalem non possit dici translatum in Religiosos Vocales S. Bartholomæi priuatiuè ad ipsam Religionem, ex ea ratione, quia vbi alicui conceditur simpliciter iurisdictio ad aliquem actum, non censetur priuatiuè concessa in præiudicium iurisdictionis alterius, sed cumulatiuè, Albert. Brun. *cons.47. num.2.* Grammat. *vot.24 casu 147. num.5.* Paris. *cõs.9. n.1. vol.4.* notant plenissimè DD. *in c. irrefragabili, & in c. Pastor de offic. iud. Ordin.*

Quia respondetur, quòd facultas eligendi Generalem, ex verbis Constitutionis superius relatis, & ex aliis modò referendis, clarissimè patet totaliter translata in dictos Vocales Sancti Bartholomæi, & quòd Religio repræsentata per Diffinitorium nil aliud reseruauit dicto Diffinitorio, quàm ius confirmandi, seu reprobandi electionem per dictos Vocales faciendam. 15

Quod confirmatur ex aliis verbis dictæ primæ Constitutionis, ibi. *E los Confirmadores de la eleccion del Prior Mayor del dicho Monasterio de San Bartolome, no consientan que sea elegido, sino tal persona, cuya presencia pueda ser auida dentro de dos meses.* Et in extrauaganti prima dictæ Constitutionis declaratur, quòd isti confirmatores sunt Diffinitores, vt ibi: *Rogamos, y amonestamos a los Padres Difinidores, que en la Eleccion del General no confirmen, saluo a persona, que sea suficiente para regir la Orden, cerca de lo qual estrechamente les encargamos las conciencias.* Et in Constitut. 70. ibi: *E los que son ansi señalados, y llamados, vayan luego al Monasterio de San Bartolome, è sean presentes à la eleccion del futuro Prior, è confirmenla, ò infirmenla, segun les pareciere que conuiene.* Ex quibus verbis patet, quòd si istis Diffinitoribus non iniungitur nisi, vt præstent præsentiam electioni ad effectum illam confirmandi, seu infirmandi, ergo sunt solùm Confirmatores, non autem Electores; & idem denotatur inferiùs in eadem Constitutione 70. ibi: *E despues que fuere celebrada la tal Eleccion, sea examinada con diligencia por los Difinidores, y sea confirmada de todos ellos, ò de la mayor parte de ellos, segun conuiniere.* Et magis etiam apertè declaratur in Constitutione septima iuxta impressionem anni 1597. vbi agitur de facultate Diffinitorum, in qua habentur hæc verba: *Estos ocho Difinidores, que fueren elegidos segun es dicho, ningun poderio tienen, sino para confirmar la eleccion del Prior de S. Bartolome, mas siendo confirmada, ayan poderio cumplido con el dicho Prior de S Bartolome, de ordenar, establecer,* &c. 16

Ex quibus tam geminatis, & repetitis verbis satis clarè constat, quòd isti Diffinitores non sunt Electores, sed meri Confirmatores electionis factæ per Vocales Sancti Bartholomæi de Lupiana. Quòd euidentius apparet, quia post sibi præsentatam electionem ab Electoribus factam, ipsi Diffinitores procedunt ad confirmationem mediantibus suffragiis, porrigendo pro confirmatione literam A. quæ significat approbo, & pro reprobatione literam R. quæ significat reprobo; signum euidens, quòd eorum officium non est, nisi approbare, aut reprobare. 17

Quæ veritas multò magis elucescit ex eisdem actis Capitularibus huius vltimi Capituli, vbi in præcepto facto à Præsidente pro modestia seruanda in Capitulo, & pro facienda electione personæ idoneæ, distinguuntur Diffinitores a Vocalibus, vt process. *fol. 1.* & in scrutinio primæ electionis *fol. 7. in princ.* ibi: *Estando juntos en Capitulo, a son de campana tañida los Padres Presidente, y Difinidores, y los Electores de dicha eleccion, para votar a ella,* &c. Et *eodem fol.* ibi: *Despues de lo qual consultaron los Padres Presidente, y Difinidores la presentacion que hizieron los Padres Vocales de San Bartolome* Et inferiùs *eadem pagina*, ibi: *Visto lo qual y que la mayor parte del Difinitorio aprouò dicha presentacion de los* 18

Vocales

Vocales de eſte Monaſterio, &c. Et *eadem pagina à tergo*, ibi : *Conſultada la dicha preſentacion entre nueſtro Padre Preſident, y los Padres Deſinidores, votaron en la forma ſobredicha, y tuuo el Reuerendiſſimo Padre Fray Iuan de San Ioſeph quatro reprobo, y vn aprobo.* Et *fol.* 9. *in fine*, ibi : *Y auiendo conſultado la dicha eleccion, la aprouaron*, &c. Et poſt hæc ſcripta, vidi vnum actum Capitularem de anno 1411. poſtea in actis exhibitum, qui ponit falcem ad radicem, & tollit omnem difficultatem ; apertiſſimè declarando, quòd iſtud ius eligendi Priorem Sancti Bartholomæi ſpectat ad fratres eiuſdem Conuentus tantùm, & quòd nullus alius, qui non ſit de corpore Capituli dicti Conuentus, poteſt in tali electione ſe immiſcere, & quòd quatuor Diffinitores ſunt tantùm Confirmatores dictæ electionis, reuocando Conſtitutionem factam in Capitulo antecedenti ; quæ mandabat dictum Priorem eligendum fore, per illos de corpore Capituli Generalis, vt ibi : *E luego eſſe miſmo dia fue otorgado, è paſſado por Votos de todos los del dicho Capitulo, que fueſſe tornada la Eleccion de Prior de San Bartolome, a los Frayles de Orden ſacra deeſſe Monaſterio, los quales ſolamente elijan Prior de San Bartolome de aqui adelante, ni ſe mezcle con ellos a elegir otro alguno que no ſea del cuerpo de ſu Capitulo. El qual Priorazgo vaque de trienio en trienio, ſegun el tiempo en que fuere celebrada, è confirmada la Eleccion de Prior de San Bartolome; è que ſean Confirmadores in perpetuum de la eleccion anſi celebrada, los quatro que fueron diputados en cada Capitulo General, para celebrar Capitulo Priuado; è reuocaron la Conſtitucion fecha en el Capitulo proximo paſſado, que mandaua, que fueſſe elegido el dicho Prior, por los del cuerpo de el Capitulo General*, &c.

19 A textu iſto, qui venerabilem redolet antiquitatem, ortum duxit prima iam præfata huius Ordinis Conſtitutio, quàm Latinè extenſam in originalibus Conſtitutionibus legi, ac pro indaganda huius articuli veritate perlegi, ſic enim *fol.* 1. primæva illa verba ſonant : *Prædicti autem Prioris Monaſterij Sancti Bartholomæi electionem cum ita ſit de iure, & etiam ſic fuerit hactenus obſeruatum, ad Fratres Capitulares eiuſdem Monaſterij, & non ad aliquos alios, decernimus, conſentimus, concedimus & in perpetuum ſtatuimus in ſolidum, & ſolummodo pertinere.* Ex hinc hodie nullo modo in dubium reuocari poteſt, quin dicti Diffinitores ſint ſolùm meri Approbatores Electionis factæ à Vocalibus Conuentus Sancti Bartholomæi, abſque eo quod in re tam clara aliqua ſit opus interpretatione, ad not. per text. *in l. ille, aut ille, ff. de legat.* 3. & atteſtatur Cotol de Topia *loco citato.*

20 Et vlteriùs, ſi aliter diceretur, maximum ſequeretur abſurdum, vt ſcilicet id, quod prætenditur gratioſè conceſſum Patribus Sancti Bartholomæi de Lupiana circa huiuſmodi ius eligendi Generalem, eis in odium, & maximum præiudicium retorqueretur, quia ſi eorum electio deberet eſſe arctata ad voluntatem Diffinitorum, vtique priuilegium eligendi, non ſolùm redderetur eis caducum, & eluſorium, ſed imò prætextu priuilegij auferetur eiſdem facultas, quam habent à iure communi eligendi Priorem ſui Monaſterij, vt eſt text. *in c.* 1. *de elect.* Butr. *in c. dilectus, in* 1 *lect. num.* 7. *de conſuet.* Nauar. *conſil.* 3. *de election. num.* 3 *& comment.* 3. *de regular. num* 2. Ludou. Mirand. *in Man. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 23. *art.* 5. *concluſ.* 1. Peirin. *tom.* 2. *de Relig. Prælat. & ſubdit quæſt.* 1. *c.* 4 §. 2. Barboſ. *in Collect. ad dictum c.* 1. *n.* 6. Suarez *tom.* 4 *de Relig. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 1. & *c.* 6. *num* 19. Coccin. *deciſ.* 196 *num.* 5. Rot. *deciſ.* 65. *n.* 5. *p.* 1. *recent*

21 Neque aduerſatur prædictis prætenſa obſeruantia Religionis, vt ſcilicet nulla electio publicetur cum ſolis votis Capitularibus Conuentus Sancti Bartholomæi, ſed ſolùm publicetur quando Diffinitores, vel eorum maior pars ſe conformarunt cum dictis Capitularibus ; ſicque electionem dictorum Capitularium non poſſe verè, & propriè dici electionem, pro cuius ſubſiſtentia inter cætera eſſentialia requiritur, vt illicò publicetur, ex text. expreſſu *in c. quia propter, de elect.* cum ibi not. per Gloſſ. *in verb. Sanior*, Caſtellin. *c.* 3. *de elect. Can. n.* 2. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 214. *& ſeqq. & numer.* 225. Sylueſt. *in Summ. verb. Electio.* 2. *quæſt.* 7. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 1 *quæſt.* 5 *art.* 14. Mirand. *tom.* 2. *q.* 28. *art.* 24. *concl.* 2. Et conſequenter, quòd Diffinitores ſint etiam Electores, cum non publicetur electio niſi poſtquam ipſi illam, mediantibus ſuffragiis, approbarunt.

22 Quia quantum ad facultatem Vocalium Sancti Bartholomæi eligendi Priorem Generalem priuatiuè quoad Diffinitores, latè fundauimus ſuprà proximè ante dictam obiectionem, & quoad id, vt ſcilicet non publicetur ſcrutinium, donec per Diffinitores fuerit approbata electio, reſpondetur, hoc non eſſe tam certum, quia habetur pro conſtanti, quòd in omnibus Capitulis ſolet Præſidens ſub cenſuris latæ ſententiæ prohibere Scrutatoribus, ne ſcrutinia publicent, quod in ſpecie in præſenti Capitulo, de quo agitur, factum fuit ; vt *proceſſ. fol.* 3. Sicque cum publicatio impediatur facto ipſius Præſidentis, inferendo metum præuiis cenſuris, non poteſt ex tali facto ſumi argumentum, quòd Vocales Sancti Bartholomæi non ſint verè, & propriè Electores etiam priuatiuè quoad ipſos Diffinitores, imò retorquetur argumentum, quia ſi electio non fuiſſet perfecta, niſi poſt approbationem Diffinitorum, ad quid prohibere, ne publicetur, donec approbata fuerit? Cùm aliàs eſſet clarum, quòd Scrutatores non poterant publicare electionem, donec canonicè facta non fuerit, ex vulgari reg. *l in cauſa* 16 *ff. de minor.*

23 Vel quatenus hoc fundamentum prætendatur inniti aſſertæ conſuetudini ita faciendi, adhuc reſpondetur, quòd hac conſuetudine ſuppoſita, non inde ſequitur, quòd electio, facta à dictis Vocalibus, non ſit verè, & propriè electio, quia, aut pars aduerſa vult, talem conſuetudinem valere contra iuris diſpoſitionem, de quo infrà latiùs dicetur, *à num.* 77. *& ſeq.* & tali caſu prætendi poterit, quòd dilatio publicationis ſcrutinij vſque ad ſecutam approbationem ſit in vim dictæ conſuetudinis, ſed non ideò electionem quam faciunt dicti Vocales ceſſare, eſſe veram, & canonicam electionem ; Aut dicta conſuetudo reputatur inualida, ac tanquam abuſus & corruptela, prout ego eam ſic exiſtimo tanquam coarctatiuam libertatis eligendi, cùm poſſent Diffinitores tali fundamento impedire publicationem omnium electorum, & ſemper mandare iterari electiones donec eligatur perſona deſiderata, vt dicemus infrà *dicto num.* 77. *& ſeq* & tali caſu non eſt habenda in aliqua conſideratione etiam vbi eſſet certa.

24 Minus obſtat prædictis quod poſt publicatam electionem, ac approbationem confirmatorum dicta Conſtitutio 70. mandet fieri edicta pro illis, qui volunt aliquid contra dictam electionem allegare, aſſignando certum terminum, quo lapſo, & nihil, quod releuet, allegato, procedatur ad confirmationem

mationem, ex quo prætendatur inferri, quod illa approbatio Diffinitorum, quæ fit in continenti post electionem, non sit verè, & propriè confirmatio, sed complementum electionis factæ per dictos Capitulares.

25 Nam pro responsione est animaduertendum, quòd vno ex duobus modis potest electio confirmari, aut extraiudicialiter in scriptis, & processu compilato, vt cum pluribus dixit Lauot. *in fine lucubr. tit. 4. c. 25. à num. 59* Et legislatores huius sacræ Religionis vt melius, & sanctiùs ageretur electio sui superioris, voluerunt ambos modus confirmandi interuenire, & quod extraiudiciali informationi, quam faciunt Diffinitores de qualitatibus electis, succederet alia solemnis informatio præuiis edicti vt suprà, pro illis, qui vel contra ipsam electionem, vel contra personam electi aliquid allegare voluerint. Etenim quòd in effectu prima confirmatio Diffinitorum habeatur pro confirmatione, vltra latè deducta suprà à num. 15. vsque 19. constat etiam euidenter, quia in dicta Constitutione 70. vbi talis confirmatio fieri mandatur, disponitur quòd post factam canonicam electionem petatur consensus ab electo (quod regulariter fit post electionem confirmatam) quodque dicto consensu præstito, statim ducatur ad chorū, & inthronizetur in sede Priorali (quod propriè est illi tradere possessionem) quodque postea apponantur edicta superius relata pro iudiciali informatione facienda Et si aliàs intelligeretur, sequeretur absurdum, vt scilicet cum sola electione per quam solum ius ad rem acquiritur, & sine confirmatione, quæ dat ius in re, daretur electo possessio Prælaturæ mediate præfata inthronizatione in sedem Prioralem; & in nihilo repugnat, quod post primam informationem extraiudicialiter factam, fiat alia inquisitio iudicialis; quia etiam post confirmationem electionis potest contra illam opponi, retractari, & annullari si causæ sufficientes iustificentur, Butr. *in c. cū dilecti, de elect. num. 63.* Compostel. *in c. quod sicut eod. tit.* Innocent. *in c. constitutus, de appell.* Castel. *de elect. c. 14. num. 55* ibi: *Dico quòd quadam est confirmatio non contentiosa, id est, quasi extraiudicialiter, non assumpta causa cognitione, non citato hoc, vel illo; & sic fieri potest, licet de necessitate præmittatur citatio, quo casu quando; scilicet simplex confirmator, vt dicitur in Clement. 1. de offic. & potest. iud. deleg tunc quoque post ipsam confirmationem potest contendi nullitas electionis, & potest peti retractari, etiam quod valeat talis confirmatio.* pro quo facit optimus text *in c. indemnitatibus. §. fanè. vers. verum. de elect. in 6.* Et istud est quod voluerunt præcauere Legislatores huius Religionis, ne stante sola extraiudiciali informatione, daretur occasio ad libitum impugnandi electionem.

26 Et prædicta corroborantur, quia eadem forma tradita per *dictam Constitutionem 70.* seruatur etiam in electionibus quorumcumque Prioratuum Cōuentuum huius Ordinis, in quibus nemo dubitabit, quod ius eligendi proprium Priorem spectat ad Capitulares eiusdem Conuentus, & quod electiones per ipsos factæ sunt perfectæ; & nihilominus in dictis electionibus fiunt eædem confirmationes simplices (hoc est, per consensum confirmatorum) & solemnes, quæ fiunt in electione Prioris Sancti Bartholomæi.

27 Vltra quod cum hæc facultas eligendi resideat taliter in Vocalibus Sancti Bartholomæi, vt expressè disponatur nullum alium præter ipsos, posse in electione huiusmodi se immiscere, ibi: *Ni se mezcle con ellos à elegir otro alguno.* Et quòd Diffinitores sint solùm confirmatores; nescio quonam fundamento dici possit, quòd ipsi Diffinitores in illa approbatione videantur solummodo dare cōplementum electioni: nam hoc esset adulterare verum, & germanum intellectum prædicti decreti prohibentis, nullum alium immisceri, & quòd vni sint Electores, alij verò confirmatores.

Supposito igitur absque aliqua difficultate ex prædictis, quòd electio Prioris Generalis huius Religionis Sancti Hieronymi spectat ad Patres Vocales Conuentus Sancti Bartholomæi de Lupiana, ad Diffinitores verò solum ius talem electionem confirmandi, aut infirmandi, sequitur necessariò, quòd vbi electio fuit legitima, & canonica, non potuerit à Diffinitoribus infirmari, sed imò debuerit de necessitate confirmari, text. est expressus *in c. postquam, de elect.* vbi Abb. *num. 1. c. fin. eodem tit. in 6.* Bonon. *de elect. Prælat. dub. 45. num. 1.* Castel. *eodem tract. c. 14. num. 15.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 6. quæst. 5. num. 4. & 5.* Portel. *resp. moral. cas. 4 n. 5. in fin.* Loter. *de re benef. lib. 1. q. 27. in princ.* 28

Et est ratio, quia electio est actus voluntatis, confirmatio verò necessitatis, Ioan Andr. *in d. c. postquam, n. 15. & ibid.* Butr. *n 5.* Dec *n. 1.* Tamburin *d. tract. de iur. Abb. tom. 1. disp. 6. q 1. n. 5.* Greg. XV *decis. 240. n. 12.* 29

Vt propterea Laurent. de Peirinis *tom. 1. c. 3. §. 6. in fin* affirmet, *quòd electus petendo confirmationem nullam petit gratiam, cum pleno iure innitatur.* Cabed. *p. 2. decis. 84. n. 10.* Et in eisdem terminis, Greg *in d. decis. 240. n. 11.* dicit, *quòd qui confirmat nihil dat, & quod confirmatio non est imputanda ad beneficium, sed ad iustitiam.* 30

In tantum quòd si confirmatio denegatur, datur recursus ad superiorem, vt præfixo breui termino obliget ad confirmandum, *c. nullus, de iur. patron.* vbi idem docent, Ioan. Andr. Butr. & omnes communiter, Tamburin *dict. disp. 6. quæst.* · *in fin.* Castel. *de elect. Can. c. 14. num. 18* Laurent. de Peirin. *d. tom. 1. c. 3. §. 11. vers. dico 11.* Abb. *in c. Ossius Episcopus, num. 6. de postul. Prel.* idem Abb. *in c. cum olim sub num 1. de maiorit & obed.* Rot. *coram Pamphilio in vna Legionen. Confirmationis, 23 Ianuarij 1617* relatus per Castelli. *loco proximè citato*, vbi fuit decisum, *quòd canonicè electus, contra quem non adsunt vrgentia, debet omninò confirmari, & si confirmator renuat, ad maiorem Superiorem potest recurrere*, Lauor. *var. lucub. tit 4. c. 25. n. 1. & n. 41.* 31

Ad instar præsentati per Patronum ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, quem Ordinarius instituere tenetur, dum legitimum non adest impedimentum, in tantum quòd si instituere absque causa recuser, potest superior illum compellere ad instituendum, vt probat text. iunct. gloss. *verb. appellauerit, in c. Past. 29. de iurepatr.* & *ibi* Abb. *num. 5.* Rot. *decis. 4. de iurepatr in nou.* Garc. *de benef. p. 10. c. 4 n fin.* Ricc. *in praxi fori Eccl. tit de iurepatr. decis. 159 n. 70. & seqq.* 32

Et est ratio, quia tali præsentato fuit ius quæsitum, per præsentationem Patroni, quo iure sine legitima causa priuari non potuit. 33

Quæ ratio multò magis militat in electo, qui per Electionem acquisiuit plenum ius in Prælatura, ad quam fuit electus; electio enim est merum ius spirituale, tribuens ius Prælaturæ, & administrandi, saltem in habitu, Gloss. *in c. quanto, 62. distinct.* Abb. *in c. querelam, num. 6. de elect.* plenè Felin. *in c. cum Bertoldus, num. 2. de re indicat.* vbi dicit, 34

quòd per Confirmationem nihil noui iuris acquiritur, sed tantum exercitium iuris, per Electionem acquisiti, Laurent. de Portel. *in suis respons. Moral. parte 2. cas.4.* Peirin. *tom.1.c.3. §. 6. in fin. & §. sequenti ferè per tot.* Rot. *coram Greg d.decis.*240. *n.*17.

35 Imò potest Superior, ad quem recurritur, ex officio inquirere de idoneitate electi, & facere per semetipsum confirmationem, Nauar. *consil. 2.n.2. & seqq.*

36 Quòd præsertim procedit, si talis Superior habet facultatem Legati à Latere, provt habet Illustrissimus Dominus meus Nuntius, text. est *in cap. si Abbatem, §.1. de elect. in 6. & ibi gloss. verb. ex officio*, D. August. Barb. (qui nihil intactum in materiis Ecclesiasticis reliquit, & qui etiam in hac causa pro hac parte consuluit) *in tract. de iure Eccles. lib. 1. c.19. n.250.*

37 Cùm enim publicè intersit confirmationes Electionum quantò citius expediri, ne Ecclesiæ, aut Religiones diu sint suis orbatæ Pastoribus, vt dicit text. *in c. oblata, §. superior, circa fin. de appell.* debent ambages, & circuitus euitati, ad not. per text. *in Clem. Auditor, de rescript.*

38 Quapropter cùm ex Actis Capitularibus appareat, quòd Reuer. Pat. Fr. Loysius de Aguilar fuit canonicè electus cum Votis triginta, ex quadraginta duobus, quæ aderant in Capitulo, vtique eius electio fuit legitima, & canonica, *c. cùm inter, & tot. tit. de elect. in decret. & in 6.* Loter. *de re benef. lib. 1. q.17. num.3.* Vbi *quòd ista est communis opinio Canonistarum & Iuristarum.* Et consequenter fuit de necessitate ei debita confirmatio, ex superiùs latissimè deductis, ob cuius denegationem quinimò reprobationem potuit tam ipse, quàm Electores, ac alij interesse habentes ad Superiorem recurrere, vt diximus supra *à num. 31. vsque ad 36.* & in his propriis terminis tenet Port. *in resp. casuum conscientiæ, p.2. cas.4 in princ. & in dub. 3 n.5. fol.m.310. & eodem casu 4. ad dub. 5. fol.m.317. n.9.*

39 . Neque obstat, quòd vigore Constitutionum Ordinis possint Diffinitores, provt sibi videbitur, electiones confirmare, aut infirmare, vt in Constitutione 70. ibi : *Confirmenla, ò infirmenla, segun les pareciere iusto* Et inferiùs, ibi. *Segun les pareciere que conuiene.* Quia respondetur, retorquendo obiectum, quòd imò ex illis verbis resultat non liberum, & absolutum arbitrium Confirmatorum; sed arbitrium regulatum à iure, & iustitia, vt denotant illa verba : *Segun les pareciere justo.* Et alia : *Segun les pareciere que conuiene*, text. est optimus *in l. fideicommissa 11. §. quamquam, ff. de legat. 3.* vbi gloss. *in verb. arbitrium, & in l. fideicommissaria libertas 46. §. quòd si ita, ff. de fideicommiss. libertat.* Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, verb. videbitur*, vbi loquendo de prædictis, & aliis similibus verbis, ponit pro regula, quòd nunquam ex eis censetur datum plenum, & liberum arbitrium, sed regulatum arbitrio boni viri, Menoch. *de arbitrar. lib.1. q.8. num.4 & quæst. 13. num.15.* Dec. *consil.493. num.17.* Parbos. *axiomat. 32. num.2.* Signorol. de Homod. *consil.110. incip. Quæstio præsupponitur num.9.* Calcan. *consil. 120 num.7. in fin.* Paris. *consil.95 num.22. lib.1.* Ludou. Bolognet. *in addit. ad Cons.* Ioan. de Anania *in consil. 34 num. 12.* Valasc. *consil.153. num.25.* Rot. coram Gregor. XV. *decis.251. num.8.* & apud Zach. *de oblig. camer. dec.3. num 5.*

40 Quòd quidem arbitrium debet esse regulatum à Iure communi, *l. respiciendum, & l. hodie, ff. de pœnis, l vir bonus, ff. iudicatum solui, l. Thais, §. sorore*, ibi : *Non expectandum quòd hæredibus displicere sed quòd bono viro placere posset, &c. ff. de fideicom. libert.* Mar. Ant. *var. resol. lib. 3. resol. 7. num. 14.* Seraph. *decis. 10 7. num. 1.* Ioseph de Sesse *Arag. decis. 45. num. 13. cum seqq. tom. 1.* Gratia. *discept. for. 442. n. 5.* vbi dicit, *quod arbitrium boni viri non est libera dispositio.*

Et in dubio, vbi verba possunt applicari arbitrio libero, & regulato, resoluere debemus viri boni arbitrium sic regulatum concessum fuisse, Decius *consil. 430. num 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 9. n. 1.* Maximè quando si aliter intelligeretur, tertiis reciperet præiudicium, provt in casu isto, ex infra dicendis, vt multos citando, resoluit Menoch. *d. q. 9. num. 8.* 41

Et hæc conclusio absque vmbra difficultatis transit vbi verbo *Videtur*, additur verbum, *Iustum*, seu *bonum*, &c. provt *in d.* Constitutione, ibi : *Segun les pareciere justo*, vt resoluit Ioseph Sesse *d. decis. 45. n. 13. tom. 1.* 42

Et licèt *d. Constitut.* 70. mandet, quòd in casu infirmationis electionis iterum eligatur, ac toties quoties, donec de Priore canonicè prouideatur; hoc tamen intelligendum est, vt tunc renouetur electio, vbi prima fuerit legitimè infirmata ex rationibus infra latissimè ponderandis *n. 65.* 43

Quibus non suffragatur replicatio, vt scilicet prædicta non procedant vbi aliquid committitur, non solùm arbitrio, sed etiam conscientiæ alicuius, provt in casu isto videtur commissa conscientiæ Diffinitorum approbatio, seu reprobatio Electionis, vt *Extrau. 1 ad Constit. 1.* ibi : *Rogamos, y amonestamos a los Padres Difinidores, que en la eleccion del General no confirmen, saluo a persona, que fuere suficiente par a regir la Orden, cerca de lo qual estrechamente les encargamos las conciencias.* Et consequenter à reprobatione electionis non posse reclamari ad Superiorem, cùm talis commissio consciētiaria operetur, vt solus Deus, & non alij, debeat esse iudex, vel cognitor, ex text. *in c. statutum, §. Assessorem*, vbi *gloss. verbo, conscientia, & verbo, relinquatur, de rescript. in 6.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 8. num. 4.* gloss. *in Clement. 1. verbo, oneramus, de iure patron.* Mascard. *de probat. conclus. 414. num. 1. parte 1.* Cornel. *consil. 349. tom. 1. num. 6.* asserentes ambo, *quòd vbi committitur aliquid conscientia alicuius, non est disputandum verum benè fecerit ille, cuius conscientia committitur*, Bellam. *decis. 18. per totam, incip. Oneratio conscientia*, Lap. *allegat 15. num. 8.* & *ibi* Mandos. *lit. T. & allegat. 60. num. 4.* latè Lancel. *de attentat. p. 2. c. limit. 10. n. 1. & seqq.* Scacc. *de appell. q. 17. limit. 15. num. 3.* Barbos. *de clausul. claus. 24. n. 7.* 44

Quia huic obiecto, seu replicationi potest multipliciter satisfieri. 45

Primò considerando, quòd extrauagantes ad Constitutiones dictæ Religionis non emanarunt ad reuocationem, seu derogationem ipsarum Constitutionum, sed ad earum declarationem, interpretationem, & supplementum, vt clarè dicitur in proœmio voluminis earundem, §. 4. & 6. & in nulla Constitutione legitur talis commissio conscientiaria; imò legitur commissio ad iustum arbitrium Diffinitorum, quod quomodo intelligatur satis abundè suprà demonstrauimus. 46

Et nihilominus, quatenus etiam verba Constitutionum inniterentur simplici, & absolutæ conscientiæ ipsorum Diffinitorum; adhuc tamen Diffinitores tenerentur iudicare secundùm ius, & iustitiam, Mascard. *de probat. conclus. 414. per tot.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 40. 44* Monet. *de* 47

de

de commut. c.7. num. 146. Marchesan. *de commiss. parte 1. numer. 77. pag mihi* 202. Barbos. *d. clausul.* 24. *in fin.*

48 Et rationem puto, quia talia verba, *conscientiam tuam oneramus*, non mutant naturam negotij, super quo fit dispositio, cùm sit certum, quòd tacitè inest omnibus commissionibus, quòd iudices, vel executores secundùm bonam conscientiam cuncta agant, *c. 1. de re iudic. lib. 6.* Et sic expressio eius quod tacitè inest, nihil operatur, & sonat potius in monitionem, & excitationem, quàm in conditionem, adnot. per Innocent. *in c. fin. de præsumpt. & c. licèt, de offic. ordin. l. si ita expressum*, & *ibi* gloss. *ff. de cond. & demonst.* Gratian. *discept. forens.* 738. *n.* 2. 3. *&* 4. *& decis. March.* 157. *num.* 9. & videtur originalis doctrina Anchar. *super Clement. quamuis, de for. compet sub num.* 15. *col.* 2 *vers. Obtentum fuit*, vbi quòd ita practicatur, & mutari non debet. Quod magis indubitanter est practicandum, & obseruandum in casu dictæ Extrauagantis, cuius verba sunt merè, & absolutè hortatoria, vt ibi: *Rogamos, y amonestamos.*

49 Secundò respondetur, quòd dato, non autem concesso, quòd versaremur in casu legis, seu constitutionis præceptiuæ, quæ deferret confirmationes, aut irritationes electionum conscientiis Diffinitorum; nihilominus tenerentur Diffinitores iurare in actu cassationis, se ita pro conscientia, & iustitia sensisse, aliàs eorum declarationi stari non deberet, & tenerentur appellationi quoad vtrumque effectum deferre, argum. text. *in l. Theopompus, ff. de dot. præleg.* Rebuff. *de appell. art* 3. *gloss.* 1. *num.* 4. Præpos. *in rubr. de appell. sub num* 45 Ruginel. *de appell.* § 2. *c.* 2 *num.* 68. Adeò, vt si post appellationem procederetur ad vlteriora, processus esset nullus, & attentatus, Lancel. *de attent parte* 2. *c.* 12. *lim.* 10. *num.* 12.

50 Imò, non obstante iuramento, nihilominus admitteretur appellatio ad vtrumque effectum, vbi non esset simpliciter onerata conscientia, sed etiam adessent alia verba, quæ respicerent iustitiam, prout pluries repetita leguntur in Constitutionibus huius Ordinis, iniungendo Diffinitoribus, vt confirment, seu infirment electiones, *segun les pareciere ser justo*, text. est *in c. qualiter, el primero, de accusat.* Franc. *in d. c. statutum*, §. *Assessorem. sub n.* 5. *de rescript in* 6. Lancel. *d. limit.* 10. *n.* 11. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 15. *n* 6.

51 Tertiò, quia quatenus dicta verba conscientiaria essent apposita per modum legis, & statuti, cuius contrarium ex eorum lectura apparet, vt suprà proximè notauimus; nihilominus tamen non essent ita crudè accipienda, vt possent Diffinitores facere, quod eorum conscientia dictauerit; nam etiam in huiusmodi dictamine tenerentur primò se conformare cum dispositione Iuris Canonici, Corn. *consil* 137. *num* 7 *vol.* 2. *& consil.* 201. *num.* 17. *&* 18. *eodem volum.* 1. Mascard. *conclus.* 414. *num* 10. *vbi num.* 11. refert, Innocentij doctrinam asserentis conscientiæ secreta de sinu iudicis, & secretis pectoris ipsos non debere proficisci, sed de vtero, & sinu legis, & ex Bald. tradit, conscientiam, & intelligentiam non habere vbi figat pedem, sed debere conformare se conscientiæ legis, vel dispositioni legali; & Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q* 8 *n.* 44. *in fin.* asserit, quòd, stante hac clausula, iudex sequi debet conscientiam lege munitam.

52 Quartò respondetur, quòd hoc maximè in casu isto procedere debet, vbi agitur de re ardua, & magni præiudicij, nempè de cassanda electione, non ob defectum formæ, sed ob vitium personæ electæ, cui ideò maximum in honore irrogaretur præiudicium, cùm ex tali cassatione efficiatur electus perpetuò inelegibilis, non solùm ad eandem dignitatem, sed etiam ad quæcumque alia officia Religionis, vt est text. *in c. super eo, iuncta glos. in verb. non vitio personæ, de elect.* vbi Abb. *num.* 27. *& seqq.* & communiter DD. & text. optimus, *in c testimonium*, ibi: *Aut grauata sit eius opinio, eo quòd quandoque fuit tali modo repulsus*, & gloss. *ibi, verb. opinio, de testib.* & facit text. *in l. cognitionem*, ibi: *Minuitur existimatio quando quis ordine mouetur, ff. de var. & extraord cogn.* latè Bobadil. *in polit. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 18. *& seqq.* Ludouic. Mirand. *in manual. Prælat tom.* 1. *quæst.* 23. *art.* 11. *conclus* 5. *vers. Circa sextum*, Sigismund. à Bonon. *de elect. Prælat. Regul dub.* 100. *n.* 3. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *q* 21. *num.* 4. Castellin. *de elect. canon. c.* 5. *num.* 35. optimè Laur. de Peirin. *de subdito Religioso, tom.* 1. *c.* 31. §. 8. *pag.* 475.

Quòd autem cassatio electionis dicti Patris 53
Loysij de Aguilar fuerit facta, non ob defectum, circa formam, & solemnitatem electionis, sed ob vitium personæ, patet, tum, quia tam in allegationibus pro parte contraria in actis exhibitis, quàm in informatione iuris fatetur, quòd fuit reprobata eius persona, vt in allegationibus, ibi: *Y la reprouacion de ambos sugetos est a firmada de todo el Definitorio, auiendola hecho por votos secretos* Et in dicta Informatione Iuris sub *num.* 16. ibi: *Con lo qual, no auiendo confirmado, aprouado, ni votado el Difinitorio por los Padres Fray Luis de Aguilar, y Fray Iuan de San Ioseph, por quien votaron los Religiosos referidos, antes infirmadoles*, &c. cùm etiam, quia Diffinitorium mandauit, ne semel reprobatus ampliùs eligeretur, vt fatetur Præses, *process. fol.* 23.

Ex quibus clarè colligitur, quòd reprobatio fuit 54
facta ob defectum electi, cùm aliàs de iure vbi electio cassatur, tantùm ob non seruatum modum electionis, vel quid simile, possit talis electus iterum eligi, text. est clarus *in allegato c. super eo, de elect.* & *ibi* communiter Doctor. Castel *eod tract. c.* 4. *num.* 10. *& num.* 59. *in fin.* Quòd præceptum idē operatur, ac si iterum personam electam nominatim repulisset, ex quo illa incertitudo, an fuerit cassata electio ob defectum formæ, vel ob vitium personæ, fuit desuper reducta ad certitudinem, *ad l quidam, ff. de reb dub.* Quod tantùm sufficeret ad contrahendam perpetuam incapacitatem, Mirand. Bonon. Tamburin. & Peirin. *in locis superiùs citatis.*

Quapropter licèt materia ista esset adeò merè, 55
& absolutè conscientiaria, vt non nisi soli Deo isti Diffinitores tenerentur reddere rationem gestorum per ipsos circa approbationem electionis, cuius contrarium fuit suprà demonstratum; adhuc tamen non potuisset denegari appellatio quoad vtrumque effectum, attenta declaratione incapacitatis personæ electæ resultan. ex dicto præcepto: etenim circa hoc non potest negari, quin Diffinitorium excesserit fines suæ facultatis, quæ tantummodo versabatur in confirmanda, vèl infirmanda electione, non autem in declarando incapacem, & inhabilitando personam electi, quod facere non poterat absque causæ cognitione, ipsoque electo, ac electoribus non auditis, Valencuel. *consil.* 44. *num.* 6. *tom* 1. per text *in c.* 1. *de caus. poss. & propriet* & facit gloss *in d. c. super eo, de elect. verb. non vitio personæ*: optimè Laur. Porrel. *in d. respons. regular.*

regular.casu 4.num.3.vers. Ad secundum, ibi: *Dato quòd esset indignus, non potuit Prælatus illum non auditum excludere in silentio, sed debebat scrutinium publicare; & tunc contra electum formare processum, inquirens iuridicè de culpis illius, ob quas illum excludebat, & reputabat indignum.* Fr. Emmanuel Rodrig. *quæst.regular.tom.1.quæst.52.art.12.vers. Ad primum*, Frater Ludouic.de Mirand. *in suo manual.Prælat. regular tom.1.quæst.23.art.21.vers.Unde non satis, vsque ad fin.* quem sequitur Castellin. *d.tract de elect.c.13. sub num.27.& cap.4. num 30.* ibi : *Hac tamen seruata conditione, vt quando cassanda est electio vitio aliquo personæ, illud vitium seu delictum debeat esse, non solum obiectum, sed etiam probatum.* Idem sentit, ac latè fundat cum aliquibus Rotæ Romanæ decis. ac aliis authoritatibus, Sigismund. de Bonon. *de elect.part.2.c.5.dub.95.à num.80 cum seqq.* Lauor. *d. tract tit.4.c.25.num.59.& cap.19.num.121.* vbi dicit: *Quòd quando agitur de oppositione inhabilitatis, pro declaratione nullitatis electionis exigitur plena probatio.*

56 Quæ conclusio legalis eò magis redditur clara, ac indubitabilis in casu isto, in quo concurrit similis dispositio Constitutionum Ordinis, nempè *Extrauag.5.ad Constitutionem* 10. ibi : *Y entonces no inhabiliten à ninguno sin que le llamen, y sea oido, y sino le llamaren, la tal inhabilitacion no valga, ni tenga efeto.*

57 Quod videtur maximæ æquitati, ac rationi inniti, quia nempè daretur aliàs occasio, vt nunquam confirmaretur aliquis non benè visus Confirmatoribus, licèt esset dignus; & semper possent Confirmatores allegare prætextum inhabilitatis cæterorum, qui ad eorum satisfactionem non eligunttur, & consequenter supplantare electores, illisque auferre libertatem eligendi, ac eos arctare ad eligendum personam ipsis Confirmatoribus bene visam, contra fundamentalia requisita electionis, pro qua omnimoda libertas electorum requiritur, *cap. vbi periculum, §. cæterùm, de elect.in 6. c. quisquis 4. &* ibi *gloss.verb.libertatem*, & Abb. *num.6. eod. titul.* Iul.Lauor. *in suis lucubrat.tit.4.c.21.num.3.* Castell. *de election. cap. 10. numer.4* & idem disponitur per Constitutiones Ordinis, vbi *gloss.* super Constitutione 70 fol.143.dicit : *Quòd in Capitulo anni* 1576. *fuit mandatum, quòd Confirmatores neque directè neque indirectè impedirent libertatem Electorũ*; & in puncto quoad inconuenientiam superius ratiocinatam est videri, Fr.Laur. Portel. *in d.resp. regular. casu 4. sub num.3.vers.Per quod satis constat, & in tract. dubiorum regular.verb electio in addit. ad addit. n. 5. fol. mihi* 275.

58 Et quòd in effectu finis Diffinitorum in hoc Capitulo esset arctare Electores ad eligendum personam ab eodem Diffinitorio desideratam, excludendo quoscumque alios electos, vltra prædicta adsunt apertissima argumenta; & primò, quia reprobarunt dictum Patrem Fratrem Loysium de Aguilar, canonicè electum cum 30. ex 41. Vocalibus, cui quatenus non deberet suffragari præsumptio iuris, vt reputetur idoneus, si non probetur inhabilis, iuxta notat. per gloss. *in cap. Pastoralis, verb.malitiosè, de iur patron.* vbi per hanc rationem dicit, *quòd si Episcopus non docet de inhabilitate præsentati, præsumitur malitia ipsius Episcopi.* Et vlteriùs, quòd dictus Pater cætera munera honorifica Religionis perfunctus fuit, saltem pro comprobatione suæ habilitatis, ac bonæ opinionis suffragari sibi deberet, quòd aliàs ab eadem Catholica Majestate pro hoc officio Generalatus commendatus fuit, cùm non sit præsumendum, quòd tantus Princeps sua officia pro indigno interponeret, maximè ad gubernandam Religionem, sibi partialissimè affectam, suæque Regiæ protectioni cummendatam.

59 Secundò, quia post reprobationem dicti Patris Aloysij de Aguilar, fuit cum simili quantitate votorum electus Reuerendiss.P.Fr.Ioannes de Sancto Ioseph, qui etiam postquam cætera Religionis officia persoluit, fuit alias ad hoc idem officium Generalatus assumptus; & pro quo hodie non solum militat ratio, vt semel iudicatus idoneus, semper habeatur talis, nisi de contrario doceatur, Laurent. de Peirin. *de subdito, tom.1.c.31.§.10.* ibi : *Repertus dignus ad vnam dignitatem, si posteà eligatur ad aliã, debet dignus reputari, & per consequens ab habente auctoritatem confirmari.* Et ibidem alios refert. Sed eò maior ipsius habilitas debet existimari, quo experientia verum magistra cuilibet officio præstat nutrimentum, gloss. *in c. quam sit, verb. magistra, de elect.in 6.l.legatis, §.ornatricibus, ff. de leg 3.* & nihilominus etiam hunc, absque aliqua causa reprobarunt.

60 Tertiò, quia, vt eò faciliùs cogerentur Electores venire in personam à Diffinitoribus desideratam, Præses prohibuit, non posse iterum eligi semel exclusos, contra omnem Iuris regulam, per ea quæ diximus *suprà num 53. in fin. &* 54. & per ea, quæ latissimè in his propriis terminis aduertit Castell. *de elect canon. c.13.n 26.*

61 Quartò augetur, imò clarificatur suspicio, quòd Præses habuerit animum restringendi electionem ad personam sibi beneuisam, præuia reprobatione cuiuscumque alterius electi, ex eo quia præuidit, quod euenire poterat, imò quod in effectu euenit; ideoque voluit sibi præcauere, examinando testes, antequam Capitulum celebraretur super consuetudine Diffinitorij approbandi, seu reprobandi ad libitum electos per Vocales Sancti Bartholomæi, quodque Electores semper in casu reprobationis Diffinitorum, iterum, atque iterum elegerunt, absque eo quod obligauerint Diffinitores ad reddendum causam, qua moti fuerint ad sic electos reprobandum. Qui apparatus, & præuentiones denotant apertissimè animum ipsius Præsidentis, ac Diffinitorum, Collegatorum, vt scilicet reprobarentur omnes, qui electi fuerint contra ipsorum satisfactionem, donec eligeretur persona eis beneuisa; eo maximè, quia cùm isti Diffinitores non sint nisi quatuor, & Præses haberet duo vota, vnum, scilicet, vt Diffinitor alterum tanquam Præses, sufficiebat sibi, vt vnum tantum Diffinitorem traheret in suam sententiam ad effectum, vt cæteris aliis electis reprobatis, electio coarctaretur ad personam ab ipso desideratam.

62 Quintò, quia, vt faciliùs suum optatum teneret Præses, secum duxit laicum in suumm finium Consultorem; qui fuit adhibitus director huius Capituli, & electionis : eius manu in Actis Capitularibus leguntur scripta mandata, & præcepta Præsidentis, cui non est mirum, si talia consilia euaserunt in perditionem, cùm in hac materia Electionis, *non essent miscenda sacra prophanis*; prohibente hoc in specie eiusdem Ordinis *Constitutione septuagesima*, ibi : *E no sean llamados a las Elecciones de nuestros Priores las personas que no son de nuestra Orden; ò si las tales personas estuuieren en la Casa vacante de Prior al tiempo de la tal vacacion, ni deuemos auer con ellos consejo, &c.*

63 Sextò, quia vnus ex eisdem Diffinitoribus recognouit

cognouit hanc peccaminoſam Electionem, ideoque proteſtatus fuit, ſe non poſſe, abſque ſcrupulo peccati mortalis, illi aſſiſtere, vt *in proceſſ. fol.* 35.

64 Et quamuis Vocales Sancti Bartholomæi (quatenus prima electio Fratris Loyſij de Aguilar poſſet quoquo modo habere aliquam difficultatem) inſtarent pro Confirmatione, ſecundæ factæ in perſonam Fratris Ioannis de Sancto Ioſeph, videbatur tamen potios dictam primam electionem præfetendam fore, illamque confirmandam. Cùm enim, vt diximus, dictus Pater de Aguilar fuerit primo loco canonicè electus & ex vi ſolius Electioois acquiſiuerit ius ad Prælaturam; hoc ius dedit ſibi actionem petendi in iudicio, id quòd ſibi debetur ratione dicti iuris: ità in terminis tenet, Portel. *in Reſp. caſu conſcient. parte 2. caſu 4. dub. 3. n. 5. fol. mihi 310. & dub. 5 fol. mihi 317. n. 9.*

65 Et cum tam ad ſecundam, quàm ad tertiam electionem deuentum fuerit, non caſſata prima electiohe dicti Patris de Aguilar, omnes ſubſequentes Electiones fuerunt nullæ; debet enim priùs iudicari de prima, quàm deueniatur ad ſecundam, debetque caſſari prima per iudicem cum prolatione ſententiæ, *cap. cùm Vintonienſis, de elect.* gloſſ. *in Extrauagant. com. de offic. deleg. cap. Sedes Apoſtolica, verb. Executores, in medio gloſſ.* vbi dicitur: *Quòd quando electio fuit nulla, & cauſa nullitatis eſt notoria, tunc poſſet fieri noua electio, non caſſata prima, videlicet per ſententiam, & allegat. cap. auditis, de elect.* Ergo à contrario ſenſu cum iſto Pater primò electus, & per Diffinitores excluſus, non eſſet notoriè indignus, illius electio non fuit notoriè nulla, ac proinde non potuit ad aliam electionem procedi, ſua priori per ſententiam non caſſata: ita hanc opinionem tenendo ad litteram ratiocinatur Portel. *d. caſu 4. verſ. Ad quartum, num. 7.* idem tenet Lauor. *d. tit. 4. c. 19. numer. 123.* ibi: *Antequam noua electio fieri poſſit, caſſanda eſt prior electio, quamuis nulla, & appellationis deciſio expectanda, quia ea pendente ſuſpenſa remanet Electorum poteſtas, & ideò ſi fiat noua, non caſſata priore, irrita eſt, cap. conſiderauimus de elect.* ita Tholoſ. *in titul. de elect. c. 18. num* 5. Abb. *in d. cap. conſiderauimus num. 2.* ibi: *Quartò nota, quòd electio facta poſt primam non caſſatam, licèt ſit in cauſa caſſationis, non tenet.* Idem Abb. *in cap. auditis, num 7 eodem tit.* ibi: *Debuit ergo priùs expectari caſſatio, ſeu declaratio ſuperioris, antequam procederetur ad ſecundam,* & *n. 9.* ibi: *Si autem prima non erat nulla, ſaltem euidenter, non tenet ſecunda, non caſſata prima.*

66 Et quòd iſtud maximè procedat quando prior electus, & excluſus, habita notitia, ſtatim appellauit, & antequam vltimus confirmaretur, teſtatur idem Portel. *loco ſuprà proximè citato, verſic. Cùm ergo prima electio.* Caſtell. *d. tract. c. 4. num. 52. & 59. & cap. 16. n. 1.*

67 Neque obſtat, quòd prædicta intelligitur habere locum, vbi appellatio fuit iudicialis, non autem quando fuit extraiudicialis, provt in caſu iſto.

68 Quia iſta Regula recipit multas declarationes, & primo, vt non procedat, quando geſta non ſolùm ſunt poſt appellationem, ſed etiam contra appellationem, tunc enim etiamſi appellatio ſit extraiudicialis, cauſat attentata, text. eſt *in cap. cum nobis 19 de elect* & *ibi* Abb. *num. 7. &* 8. vbi pro hac opinione citat Hoſtienſ. & Ioan Andr. idem Abb. *in cap. dilecti 13. num. 4. de maior. & obed* Dec. *in cap. bona, diff. r. 1. de appellat.* Paul. de Caſtr. *conſil.* 404. *num. 2. lib. 1.* latè Valen. *conſil. 76. à num. 23. cum ſeqq.* Lancel. *2. p. c. 12 lim 3. n. 7. &* 10 cum pluribus, quos allegat, Achil de Graſſ. *dec. 34. aliàs 260. de appell.* Seraph. *dec. 397. n. 1.*

Et tunc dicitur aliquid fieri contra appellationem, quando actus, à quo appellatur, non remanet totus ſub protectione iudicis ad quem: ſic explicat Rota *in d. deciſ. Achil.* 34. Sicque cùm appellatio pro hac parte interpoſita in ſpecie contineret, vt non procederetur ad aliam electionem, ſequitur, quòd electio poſtea facta de P. Corduba, fuit directè contra dictam appellationem, ſicque iſta electio fuit nulla, & attentata. 69

Secundò declaratur, vt dicta regula non procedat, quando appellatur ab Electionibus Cathedralium, vel Regularium Eccleſiarum, quia tunc appellatio licet extraiudicialis cauſat attentata, vbi in appellatione exprimitur aliqua cauſa, qua verificata, reputetur pro legitima, text. eſt expreſſus *in cap. quamuis 10. & in cap. ſi poſtquam 13. de preb. lib. 6.* & per illum text. Rot. *deciſ. 44. aliàs 344. n. 4. de appell. in nou.* Mil *in ſuo reper. verb. Attentata poſt appellationem interpoſitam,* fol mi. 35. ibi: *Fallit in appellatione etiam extraiudicialiter interpoſita ſuper Electionibus Cathedralium, vel Regularium Eccleſiarum, quia tunc quicquid fiat contra, & poſt appellationem emiſſam, etiam cauſa probabili, licet non oblata probatione, eſt ipſo iure nullum,* Roman. *conſil.* 344. & plenius per Anton. *in cap. bona, de appell.* ſequitur Lancel. *d. c. 12. limit. 1. n. 55 & d limit. 3 n. 22.* Portel. *d caſ. 4. verſ. Ad quartum, num. 7. in fin. & verſ. Ad quintum, n. 9.* 70

Tertiò declaratur, vt non procedat, vbi iam appellatio coram Superiore iuſtificata fuit, quo caſu licèt eſſemus extra materiam Electionis Regularium, eſſet nihilominus declarandum attentatum omne geſtum poſt appellationem, licèt non iudicialem, gloſſ. *in c. non ſolùm, §. illa verò, in verb. reducendum, verſic. Si extraiudicialis, de appell in 6.* Et eſt ratio, quia cum iſta extraiudicialis, à iudiciali in alio non differat, niſi quod per iudicialem ſtatim ſuſpenditur iuriſdictio iudicis à quo, ideoque etiã non iuſtificata appellatione, declaratur attentatum omne quod poſt illius interpoſitionem geſtum fuit: in appellatione verò extraiudiciali, non declaratur attentatum in apppellatione, niſi ipſa iuſtificata, Rot. *dict. deciſ 44. de appell. in nou. num. 3.* quam ſequitur Rot. *coram Seraphin d deciſ. 397. num. 1.* Achil. *d deciſ 34. num. 4 de appell.* & in puncto de Electione eſt deciſ. Butat. 771. *num.* 5. Couarr. *practic. c. 14. num.* 5. Miles *vbi ſupra verb. attentata poſt appellationem,* & cum aliis Lancel *d. cap. 12. limit. 3. à num.* 17. Sicque cùm hodie conſtiterit de tam legitima cauſa huius partis appellandi, & recurrendi ad Superiorem ex ſuperiùs deductis, non viſum fuit poſſe dubitari quin omnia geſta poſt dictam appellationem fuerint nulla, & attentata. 71

Quibus pro quarta declaratione ad dictam Regulam videtur in caſu præſenti addi poſſe, quòd cùm prædicti Diffinitores vna cum Præſide, non ſolùm ſint Confirmatores, ſed etiam iudices Ordinarij Religionis, quodque non aderant alij iudices intra Religionem, ad quos ad hunc effectum recurſus haberi poſſet, poteſt appellatio huius partis æſtimari etiam iudicialis, quo caſu etiam quod non fuiſſet iuſtificata, & non verſaremur in materia priuilegiata, provt eſt iſta, generaret attentatum in omnibus geſtis poſt appellationem, ad quod eſt optima *deciſ.* Farin. 119. *parte* 1. 72

in posthum. quæ loquitur in electione cuiusdam Abbatissæ.

73 Neque prædictis aduersatur, quòd cùm possessio sit actus consecutiuus electionis, illa non possit per appellationé suspendi, ad text. *in c. constitutis 46. de appell* Lancel. *de attent. p... c. 4 lim. 5. & cap. 12. limit. 40 a n. 1.*

74 Quia hæc doctrina fortè posset procedere vbi electio, seu confirmatio facta fuit ante appellationem, & per consequens sine vitio attentati; quo casu possessio tanquam actus consecutiuus impediri non potest, præsertim vbi causa in appellatione expressa non est legitima, in quibus terminis loquitur text. *in d. cap. constitutis*, ibi: *Quia constitit euidenter illam appellationis causam, quæ fuit expressa, rationabilem non fuisse.* Sed vbi, prout hîc, appellatio interposita fuit ante Electionem, vel Cõfirmationem, non potest prætendi possessio tanquam actus consecutiuus, dum eadem electio, siue confirmatio, in qua fundatur, est nulla, & attentata, tanquam facta post appellationem; sic distinguit idem Lancel. *d. limit* 40. *num.* 13. ibi. *Vel secundò, & fortasse verius, quòd in casu in contrarium considerato non sumus in actu consecutiuo facto post appellationem, & sic in sola traditione, & adeptione possessionis, sed in ipso actu institutionis, & vtique adeptio possessionis eo casu non potest dici consecutiua, cum eodem tempore, videlicet post appellationem, & antecedens, scilicet, ipsa institutio, & consequens, scilicet, ipsa possessio expliceretur; cuius contrarium præsupponitur in hac limitatione, videlicet, quòd præcedat appellationem electio, vel collatio antecedens, & sic actus tribuens ius, & deinde in consequentiam capiatur possessio; secus si antecedens, prout est in dicto casu institutio, fiat post appellationem: & sic opinio Franc. sustineri potest,* &c.

75 Ex quibus omnibus prædictis oritur indubitata conclusio nullitatis Electionis factæ in personam dicti Patris de Corduba, cum in nihilo videtur suffragari posse id, quod pro sua Electione allegabatur, scilicet, quòd Diffinitores sint in antiquissima possessione confirmandi, aut infirmandi pro eorum libito omnes Electiones ab Electoribus Sancti Bartholomæi factas, absque aliqua obligatione reddendi causas, cut ita fecerunt, cum relatione quorumdam casuum particularium in comprobationem dictæ consuetudinis; quæ propterea deseruiat pro declaratione, & interpretatione Constitutionum præfatarum, in qua ideò possessione prætendatur manutentio

Quia hoc obiectum, quòd est vnicum, & principale fundamentum Diffinitorum pro sustinenda dicta Electione Patris de Corduba, habet plures responsiones, quarum singulæ sufficerent pro illius dirutione, vt modò dicetur, multò magis simul iunctæ.

76 Primò namque respondetur, quòd ex eo, quòd aliquando Diffinitores reprobauerint electiones factas per dictos Vocales Sancti Bartholomæi, non petita eis causa talium reprobationum, & absque eo quod neque Electores, neque Electi reclamauerint, non exinde sequitur, quòd sit inducta pro dictis Diffinitoribus consuetudo, vt neque Electores, neque Electi reclamare possint in casu reprobationis, absque causa suarum electionum, cùm reclamare, aut non, sint actus merè voluntarij, & facultatiui, in quibus nulla datur præscriptio; &

77 vlterius consuetudo, & possessio, quæ allegatur, est actus negatiuus, vt scilicet Diffinitores non dent causas reprobationum Canonicarum Electionum, & quòd neque Electores, neque Electi reclament, aut appellent: pro qua consuetudine non sufficit dicere, quòd Diffinitores in pluribus casibus reprobarunt Electiones, non petita ab eis causa, neque ab huiusmodi reprobationibus appellatione interposita; sed simul necesse erat, quòd cum aliquando, tam Electi, quam Electores reclamare voluerint, fuerint prohibiti, & prohibitioni acquieuerint, vt docet gloss. communiter ab omnibus recepta, *in l. quæ luminibus, verb. forma ff. de seruit. vrban.* & *ibi* DD. & meliùs cæteris Paul. de Castr. Guid Papa *quæst. 631. num. 9.* Giouan. *consil. 9. n. 87. & 91.* Caputaquens. *decis. 306. num. 7. parte 1. & decis. 417 p. 1.* Rot. 565. *num. 1. parte 1. recent.* Postius *in tract. de manutenend. obseru. 10. a n. 99.* & post tractatum *decis 54. n. 3. & decis. 18. n. 7. & 8.* vbi plures allegat, *& decis. 52. n. 32.*

Secundò respondetur, quòd dicta consuetudo contra ius, ac nutritiua peccati non est attendenda, imò non meretur nomen consuetudinis, sed potiùs abusus, & corruptelæ: quia si esset in libera, & absoluta potestate Diffinitorum reprobandi omnes Electores, & solùm approbandi quem maluerint, supplantarentur Electores, & arctarentur non eligere nisi personas Diffinitoribus beneuisas, sicque nulla adesset libertas eligendi, sine qua electio nullo modo subsistere potest; & propterea talis consuetudo, per quam tolluntur substantialia actus Electionis, non solùm non valet; *sed esse extirpandam*, inquit text. *in cap. cum Monasterium, & cap. cum terra*, vbi gloss. & Doctor. *de Election.* Panorm. *in cap. cum causa, de sent. & re iudicat. num. 4* vbi quòd non debet attendi ad id, quod factum fuit in præterito, sed potiùs ad id, quod de iure fieri debuit, quia non omnis consuetudo tollit ius, *cap. fin. de consuetud.* imò mala consuetudo est radicitus extirpanda, Mirand. *in dicto Manual tom. 1. quæst. 23. art 22.* qui loquens de tali consuetudine dicit: *Hæc, inquam, deprauata consuetudo, meritò longè releganda foret, nullaque id authoritate, & potestate deleri permitti, cum sit contra omnem bonorum rationem, & contra ius commune, quin verò, & quadam ratione esse videtur contra ipsum ius naturale, & contra ius diuinum positiuum*, &c. Pottel. *dict. casu a sub num. 3. vers. Ad secundum*, loquens de eadem consuetudine, asserit, *Quod ex illa maximum resultaret inconueniens, & boni communis detrimentum.* & cum aliis non minùs eleganter, Castellin. *dict. tract. cap. 3. num. 4* vbi loquitur in terminis nostri casus, & ampliùs dicit; *Quod si Superior sine vrgenti necessitate facit iterare actum electionis, vltra quod prauum perhibet exemplum, insuper peccat etiam mortaliter, quòd dicit conforme doctrinæ Panormitan. in cap. cum terra, de elect. num. 3.* vbi habetur *quod si consuetudo auferat Electoribus libertatem eligendi, quem voluerint, non valet*, idem Castellin. *in cap. 13. num. 27.* ibi: *Itaque si aliqua adductatur, circa hoc, consuetudo, illi non est standum, & corruptela, siue abusus potiùs appellari debet, non autem consuetudo*, & latiùs *in cap. 14. num 14.* Quod etiam sentit & docet Tabien *verb. Electio, num 23.* addens post multa, quòd non est electio vbi non est voluntas libera. Et ad calcem eiusdem numeri inquit, *quod non valeret consuetudo, vt electio dependeret a voluntate alterius, quia tolleret voluntatem eligendi*, Roder. *tom 2. q. regular. q. 51. art. 11.* Syluest. *verb. electio 1. num. 25.* 78

Tertiò respondetur, quòd consuetudo non potest majorem vim, & authoritatem habere, quàm lex, *l. de quibus, ff. de legib.* ibi: *Nam vsus, adeò sui* 79

valitura

valiturum momento, et aut rationem vincat, aut legem, l. 2. C. quæ sit longa consuet. Rot. *decis.* 111. *numer.* 17. post tract. Postij. Sed sic est, quòd casu quo in hac Religione facta fuisset expressa constitutio, per quam concederetur Diffinitoribus facultas absoluta reprobandi quascumque electiones, donec Electores eligerent personam eisdem Diffinitoribus beneuisa, non esset valida, tanquam repugnans iuri canonico, mandanti confirmationem, tanquam de necessitate debitam, non denegari electo, & insuper electiones fieri cum omnimoda libertate eligentium; ergo multò minùs valebit consuetudo circa prædicta. Ita docet Castellin. *d. tract. cap.* 1. *à num.* 1 *præcipuè* 5. ibi: *Quocirca nulla religio quantumuis priuilegijs decorata ex se condere potest statuta, siue leges contrarias dispositioni Iuris communis circa electionem canonicam suorum Superiorum, nisi habeat super hoc priuilegium à Sede Apostolica sibi concessum in forma speciali, cap. super his, de maior. & obed. Et in cap.* 4. *num.* 30. ibi: *Et hoc modo exponi debet ordinatio facta in Religione Prædicatorum, cum subijciatur necessariò dispositioni Iuris communis, & ab illo patiatur expositionem, alias esset non recta, & contra dispositionem iuris communis, contra quam nulla religio potest condere statutum, siue Ordinem vim legis habentem.*

80 Et ex his oritur responsio ad id, quod ex aduerso allegabatur, quòd scilicet ista non sit consuetudo derogatoria Iuri, seu Constitutionibus Religionis, sed imò declaratoria, & interpretatiua earumdem Constitutionum, ideoque non requiratur, quòd sit legitimè præscripta, sed sufficiat, quòd aliquo tempore considerabili fuerit obseruata, ad not. per DD. *in cap. fin. de consuet.* Menoch. plurimos referens, *lib.* 2. *de arbitr. casu* 3. *num.* 10. Ioseph. Ludou. *commun. opin. titul. de obseruant. subsect. conclus.* 38. *in princip. & ampl.* 1. Caualcan. *decis.* 28. *num.* 63. *& seq.* 2. *parte.*

81 Quia ex superiùs deductis apparet manifestè, quòd sicut talis modus denegandi confirmationem electis, & electiones coarctandi, non potuisset introduci per expressam Constitutionem, multò minùs introduci potuit per Constitutionem interpretatam ex prætensa obseruantia, cum tacitum, & dubium non debeat plus posse operari, quàm expressum, & clarum.

82 Quod optimè cognoscens Illustrissimus Dominus meus Nuntius, iure merito in suis litteris deputationis Præsidentis, mandauit Religiosis dicti Ordinis, seu Capituli, vt in omnibus eidem Præsidenti obedirent, saluis tamen canonicæ electionis, ac votorum libertate, & Constitutionum Ordinis adimplemento. Ex qua clausula apertissimè patet, quòd intentio dominationis suæ Illustrissimæ non fuit vt Electores, cæterique Capitulares præstarent obedientiam Præsidi in his, quæ libertati electionis, ac Ordinis Constitutionibus repugnarent.

83 Sicque patet ex prædictis, quòd cùm Pater de Auellaneda, vnus ex Diffinitoribus, & Vocales qui à Capitulo recesserunt, cognouerint hanc intentionem Præsidis, & cæterorum Diffinitorum coarctandi electionem Patris Generalis ad personam eis benè visam contra formam iuris, ac præter intentionem Illustrissimi Domini Nuntij delegantis, ritè protestati fuerunt, quòd tali electioni sine periculo peccati mortalis assistere non poterant, cum peccent mortaliter Superiores, qui sine vrgenti necessitate faciunt iterare electiones, & non confirmant legitimè electos, vt notauimus supra ex Castel. *tract. de elect. c.* 3. *sub num.* 14. cui addo modò Nauar. *consil.* 5. *num.* 1. *de elect. in nou.* ibi: *Respondeo primò, præfatum Superiorem peccasse, ac male fecisse, nolendo acceptare electum à maiori parte, præsertim cum toties eligeretur ab illa, imò & cogendo eas ad toties eligendum.*

Et vltra prædicta, nullitas electionis dicti Patris de Corduba, ex aliis etiam duabus rationibus apparet indubitata. Primò quia non fuit electus à maiori parte, imo nec etiam à quarta parte electorum, cum ex 42. Vocalibus non obtinuerit in sua electione, nisi nouem suffragia. 84

Et huic rationi non obstat, quòd cæteri electores discesserint à Capitulo, non obstantibus præceptis Præsidis, vt nullo modo recederent, sicque ius eligendi remanserit in aliis, qui non discesserunt, ex *c. cum nobis* 19. *vbi gl. verb. reuocare, de elect.* & *ibi* Abb. *n.* 10. 85

Quia omisso, quòd dicti electores habuerunt iustam causam discedendi, vt proximè diximus *num.* 83. adhuc tamen respondetur, quòd dicta conclusio procedit quando in Capitulo remanent duæ partes, vel saltem maior pars Vocalium; non autem quando prout in casu isto minor tantùm pars remansit, quia tunc non potest per hanc minorem partem deueniri ad electionem, nisi in casu quo instaret vltimus terminus electionis, qui non instabat in casu isto, vt docet glos. *in d. cap. cum nobis, verb. reuocare*, ita distinguit Marc. Anton. Cuch. *lib.* 4. *institut. maior. tit.* 1. *de elect.* quem sequitur Lauot. *d. tit.* 4. *cap.* 21. *num.* 84. ibi: *At si minor tantùm pars remaneat, vel vnus alys discedentibus, nihil simpliciter authoritatis habent, cum minor Collegy pars non possit totum Collegium referre, & pars maior, quæ discessit, videtur vocationem, & congregationem ipsius pro ea vice reuocasse; sed tunc tandem minor pars, maiore discedente, habet ius eligendi, ea non expectatu, quando instat vltimus terminus electionis, quo transacto, deuolueretur ius eligendi ad Superiorem*, Laurent. Peirin. *de subdit. Religios. tom.* 1. *cap.* 31. *§.* 6. *pag.* 417. *vers. Quod intellige*, Castellin. *d. tract. cap.* 8. *num.* 11. *&* 12. ibi: *Quod semper intelligitur instante vltimo termino à iure præfixo, tunc enim, & non aliter potest tertia pars Vocalium, quæ remansit in Capitulo, seruatis omnibus alys à iure seruandis, celebrare electionem*, & in *num.* 11. ponit aliam limitationem, nempè quando illi, qui discesserunt, interposuerunt simul ex aliqua iusta causa appellationem, nam tali casu etiam quòd remanserit maior pars, non potest procedi ad electionem. 86

Secunda ratio nullitatis electionis dicti Patris de Corduba, vltra prædicta, resultat ex eo, quia pro illius confirmatione in locum dicti Patris Diffinitoris de Auellaneda, fuit deputatus Diffinitor, ac vti talis votauit Reuerendiss. P. Fr. Dominicus de Villaescusa electus Episcopus Ciapiatum in Indiis, qui modò Generalatum dimisit. Et in *Extrauag.* 2. ad decimam Constitutionem, vbi datur facultas Generali deputandi alios in locum absentium, disponitur, quòd hoc Generalis facere non possit absque consilio, & consensu Visitatorum Generalium Ordinis, & certum est, quòd isti Diffinitores non habent maiorem facultatem, ac ipse Generalis; imò quòd nullam prorsus habeant auctoritatem præter ius confirmandi, vel infirmandi electionem Prioris Sancti Bartholomæi, clarè disponit Constitutio septima relata suprà sub *num.* 6 in fin. Sicque deputatio dicti Patris de Villaescusa non solum ex defectu potestatis, sed etiam ex defectu formæ non seruatæ, fuit ipso iure nulla, *l. Maxime,* 87

l. qui

l. qui haredi, ff. de condit. & demonstrat. Quod etiam expressè prohibetur à Sancto Concil. Tridentin. *sess. 25 cap 6. de regul.* ibi. *Nec in posterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut quoscumque alios titulares, ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere,* cum decreto irritante, quatenus electiones aliter fierent.

88 Et vlterius deputatio dicti Patris de Villaescusa ex alio capite fuit nulla, quia scilicet nondum steter syndicatui, neque rationem reddit officij Generalatus, quod dimiserat, vt mandant Constitutiones Ordinis, & disponitur de Iure communi, vt videre est apud Mastril. *de magistr. lib. 1. cap. 9 num. 29. & 30.* ibi: *Quintò intellige, vt nec ad officia promoueri possit, qui prius syndicatum non dederit, vt in Regno prouisum est ex Regia pragmatica, quæ concordat etiam cum dispositione iuris communis,* ad text. *in l. nemine,* & *ibi* DD. *C. de suscept. lib.* 10. *vbi nemo debet eligi ad aliud officium, nisi reddita ratione,* Bart. *in l. rescripto, §. debitores, ff. de muner. & honor. & in l. 1. C. vt omn. ind.* Put. *de syndic. in verb. syndicatum,* & Cataldin. *in simili tract. quæst.* 96. Afflict. *in constit. occupatis in fin.* Capiblanc. *de Baronibus, pragmat. 5. num. 93.* Cabed. *decis* 84 *num.* 1. Auiles *c. Prætor. 4. verb. iustitia, num. 14. nisi idem officiũ quod administrauerat, reassumeret,* vt dixit Aut de Ball. *in tract. crim lib. 6. q. 3. n. 4.*

89 Vnde cùm dictus Pater de Villaescusa interuenerit tanquam Diffinitor, & non esset ex prædictis, sequitur, quòd, vbi etiam electio dicti Patris de Corduba fuisset aliàs canonica, ex isto solo capite potuisset annullari; prout dicitur de concursu, in quo interuenit cum examinatoribus Synodalibus alter, qui non erat talis examinator, Nicol. Garc. *de benefic. parte 9. cap. 2. num* 83. 324. & 341. Masob. *in praxi habendi concursum requis.* 13. *dub.* 1. Ferentil. *in addit. ad decis.* 479. Burat. *lit. A.* Barbos. *de offic. & potest. Paroch c. 2. n. 71.*

90 Et licèt regulariter per electionem non acquiratur ius electo, donec scrutinium publicetur, sicque possint Electores variare ante dicti scrutinij publicationem, aliumque eligere, ex adductis per Lauor. *d. tit 4. c. 19 à num.* 105. & vlteriùs, licèt sit valida secunda electio, vbi Electores dando fidem superiori reputant electum indignum, & iterum eligunt, vt notat idem Lauor *d. tit. 4. c 21. num. 17.* Sicque per hanc rationem videretur magis attendenda secunda electio Patris Ioannis de Sancto Ioseph. Attamen visum fuit istud procedere posse, vbi electores voluerunt sua sponte ante publicationem scrutinij variare; secùs autem vbi prout hic, publicatio scrutinij, fuit impedita metu censurarum à Præside impositarum, & variatio, ac processus ad aliam electionem, non processit ex mera voluntate eligentium, sed ex aliquo supposito, quo cessante, dicti electores non variassent, prout isti ostenderunt, prosequendo litem, & instando pro Confirmatione dicti Patris Loysij de Aguilar, ad quod est optimus text. *in l. fin ff. de hæred. instituen.* vbi secunda institutio hæredis non habuit locum, ex eo, quia facta fuit certo præsupposito falso, & sic primò nominatus fuit hæreditatem consecutus, & ita in propriis terminis huius casus idem latissimè docet Portel. *d. casu 4. num. 6. vers. Ad quartum.* Vel etiam dicta conclusio non procedit vbi primò electus habita notitia etiam secretò secundæ electionis, statim appellauit, prout successit in casu isto, vbi post secundam electionem dicti Patris de S. Ioseph, ac illius reprobationem per Diffinitorium, tam dicti electi, quàm electores appellarunt, & recursum habuerunt ad hoc Tribunal, vbi benè potuit dictus Pater de Aguilar in primo scrutinio electus cum maiori parte Votorum, & cui per talem electionem fuit ius quæsitum ad hanc Prælaturam, ex supra latissimè notatis, prosequi suam electionem, & petere collationem officij iam adepti, vt benè in puncto testatur Portel. *d. cas. 4. in prin. & in dub. 3. n. 5. fol. mihi* 310. & *eod. cas. 4 ad dub. 5. fol. mihi 317. n. 9.*

Quare ex prædictis visum fuit, Illustrissimo Domino meo dandam esse pro nulla, & attentata electionem Reu. Patris Fratris Aloysij de Corduba, quo attento vnà cum renunciatione per dictum Patrem de Aguilar facta, præfigendum fore breuem terminum dictis Diffinitoribus, intra quem ad nouam electionem deueniant, cum comminatione, quòd aliàs dicto termino elapso à Dominatione sua Illustrissima, prout de iure prouidebitur. Et ita fuit iudicatum sub die 11. Februarij 1641. 91

Toletana prætensæ nullitatis Professionum.

Pactum, conditio, seu reseruatio retinendi proprium statum ante, vel post Professionem facta & apposita non valet, & Professio firma remanet.

Votum XL.

1 *Facti series.*
2 *Clausula testamenti.*
3 *Probatio facta.*
4 *Professionis formula.*
5 *Litis & sententiarum breuis relatio.*
6 *Actus præsumitur fieri eo modo, quo valide, & licite fieri potest.*
7 *Concilium Tridentin.* sess. 25. de Regular. cap. 19. *procedit vel per modum præsumptæ, & tacitæ professionis, vel per modum præscriptionis & extinctionis actionis prætensæ nullitatis.*
8 *Aduersùs lapsum quinquennij nullus potest in integrum restituere nisi Papa.*
9 *Impedimentum perpetuum habens substantiæ actus professionis repugnans potest post quinquennium reclamare.*
10 *Quinquennio transacto solum quis aduersus professionem factam audiendus est, quotiescumque nullitas, & causa eius talis est, vt non potuerit professio ratificari per consensum.*
11 *Professio facta ex conditione retinendi proprium an sit irrita,* & num. 12.
13 *Professio facta cum reseruatione vsus, & nuda administrationis absque Religionis beneplacito, & Superioris licentia, valet reiecta conditione.*

14 *Vsus*

14 *Vsus pecuniarum, quas pro suis necessitatibus reseruant profiteri volentes, non pugnat cum voto paupertatis, & obedientiæ.*

15 *Declaratur P. Thomas Sanchez.*

16 *Verba alicui contractui adiecta in dubia ita sunt interpretanda, vt eius naturæ non repugnent.*

17 *Professio illius, qui reseruauit sibi facultatem testandi de patrimonio suo, est valida.*

18 *Reseruatio vsus pecuniarum, & administrationis aliarum rerum in præsentia Superioris, Professionis validitati non repugnat.*

19 *Reseruatio aliquorum bonorum tempore Professionis à Religiosa facta, est intelligenda quoad vsum ex licentia Superioris.*

20 *Votum paupertatis actuali retentione vsus alicuius rei dependenter à voluntate Superioris, non violatur.*

21 Cap. dudum §. insuper, de conuers. coniugat *expenditur.*

22 *Conditio seu reseruatio retinendi proprium in ipsamet Professione apponi, & inseri debet, vt illam annullet.*

23 *Pactum quodcumque siue reseruatio retinendi proprium ex interuallo apposita non valet, & Professio firma remanet.*

24 *Posteriora derogant prioribus.*

25 *Facta incontinenti videntur inesse in actu incontinenti subsequuto.*

26 *Regula, quæ incontinenti fiunt, &c. procedit per fictionem.*

27 *Fictio cessare debet, vbi veritas locum habere potest.*

28 *Fictio & veritas quando concurrunt, semper veritas præferenda est.*

29 *Expressum plus operatur quam tacitum quando agitur de annullando actu.*

30 *Charta de retrouendendo incontinenti fieri dicitur quando fit sub eodem notario, & testibus.*

31 *Regula, Quæ in continenti fiunt, &c. non procedit quando momentum temporis est in consideratione.*

32 *Professionis pro validitate in dubio iudicandum.*

1 HIERONYMVVS, & Melchior germani fratres de Paccechis de mense Octobris 16 4. habitum Ordinis Eremitarum S. Augustini susceperunt, & completo probationis anno, ipso die, quo professiones emiserunt, in quadam cella de suis bonis per viam testamenti disposuerunt, iuxta formam *Concilij Trident. sess. 25 de Regular. cap. 15. & 16.* reseruatis sibi viginti ducatis quolibet anno pro eorum necessitatibus subleuandis, ea conditione vt illa leuare, ac exigere, necnon eis vti & frui possent, etiam ipso Superiore inuito, & renitente: cum hac clausula, videlicet.

Barbosa Voto decisiua.

Y assimismo congrauamen de que en cada vn año de los que viuier emos, los dichos nuestros hermanos, v los que sucedieren en nuestra hazienda y herencia, ayan de tener y tengan precisa obligacion a nos dar veinte ducados, a cada vno diez ducados en cada vn año, por dos tercios, de que auemos de gozar desde el dia de nuestra profession hasta el de nuestra muerte, sin que nuestra Religion ne se pueda entrometer en la cobrança, ni en pedirnos, que los cobremos, y gastèmos, y sin que para ello sea necessario licencia de nuestro Superior, sino que con nuestra carta de pago, v de quien nuestro poder tuuiere, sea bien pagado, &c. Et paulò inferius, ibi: *Y si alguno de nuestros hermanos no cumpliere con este grauamen, nos ha de quedar, y nòs dexamos facultad y poder para cobrarlo de la parte de los que ansi no cumplieren, sucediendo nos en aquella parte, como si no la huuier amos dexado mandado por esto testamento, para que la podamos posseer el tiempo de nuestra vida para el mismo efecto, disponiendo della como nos pareciere, por nuestra autoridad, y sin la de nuestro Prelado, ni otra diligencia, ni licencia alguna, dando poderes, y cartas de pago,* &c. 2

Additur quorundam testium examen affirmantium Fratres prædictos eodem tempore confecti testamenti, & coram ipsomet Priore, qui paulò post eorum professiones recepit, pleno ore dixisse se velle reseruationem huiusmodi in ipsa professione apponere Verum cum Prior, & alij Fratres id facere recusassent, eò quòd professio facienda esset purè, simpliciter, & absolutè, ac sine vlla conditione, iuxta solitum omnium Religionum, declararunt iidem Fratres nouitij velle nihilominus eam reseruationem perinde haberi ac si in ipso professionis actu dicta deinceps, facienda, posita, & inserta fuisset. 3

Condito & absoluto testamento nouitij ex dicta cella ad Ecclesiam ducuntur, & in ea statim sine aliqua reseruatione, protestatione, seu conditione suas professiones in manibus eiusdem Prioris emiserunt, his verbis, videlicet: *Ego Frater Hieronymus Pacheco filius Licentiati Hieronymi Pacheco, & domna Bibiana Ramirez eius legitima vxoris incolarum oppidi Daymiel Parochiale S. Mariæ, expleto anno meæ probationis, facio liberam & spontaneam professionem, & promitto obedientiam omnipotenti Deo, Beataque Virgini Mariæ, & B. P. N. Augustino, tibique R. P. N. Fr. Petro de Suacio Priori huius Conuentus Toletani, nomine ac vice Reuerendissimi P. Nicolaj Sancti Angeli Generalis totius Ordinis Eremitarum S. P. N. Augustini, & successorum eius canonice intrantium, AC VIVERE SINE PROPRIO, & in castitate secundum Regulam S. P. N. Augustini vsque ad mortem, in quorum omnium fidem, &c.* Et simili modo mutatis mutandis alter Frater Melchior Giron suam emisit professionem. 4

Post viginti annos & vltrà Fratres prædicti ex capite antedictæ reseruationis de validitate suarum professionum dubitare cœperunt, & sub die 4. Februarij 1636 coram Ordinario, & Superiore super earum nullitate litem introduxerunt, & die 9. Septembris eiusdem anni Ordinarius pro nullitate, Superior verò pro validitate diffinitiue pronuntiarunt: sed cum pro parte dictorum Fratrum intra legitima tempora appellatum esset, & causa commissa DD. Ludouico Suarez de Bustamante, & Antonio de Alcocer Maldonado Protonotariis Apostolicis, eam sententiam à Superiore latam pro validitate professionum huiusmodi confirmarunt: à qua cum iterum per dictos Fratres prouocaretur, & in hac tertia instantia D. Petro de Alcoua Cama- 5

cho, & mihi causa comitteretur, dubitaui an præcedens sententia esset confirmanda, vel infirmanda? & tandem dubio mature discusso, & omnibus vtriusque partis fundamentis accurate perpensis, confirmandam esse censuj.

6 Nam in primis emissa professione præsumptio stat pro eius validitate, quia regula generalis est, quod actus præsumitur fieri eo modo, quo validè, & licitè fieri potest, *l. quoties, ff. de rebus dub. l. meritò, ff pro socio*, Rota *decis. 285. num. 3. in fine*, apud Farin. *p. recent.*

7 Et cum simus extra quinquennium, ob illius lapsum à tempore professionis emissæ, dicti Fratres quacumque de causa prætendentes suas professiones esse nullas, audiendi non sunt, iuxta decretum *Concilij sess. 25. de Regular. c.* 19. & quæ diximus *de Episc. p. 3. alleg. 104. n. 8. cũ seqq.* procedentis, vt aliqui voluerunt, per modũ præsumptæ & tacitæ professionis, ex taciturnitate scilicet quinquennij introductæ; vel, vt alij meliùs senserunt, sic decidentis præscriptiue & extinctiue, seu per modum præscriptionis, & extinctionis actionis prætensæ nullitatis, itavt transacto quinquennio sit extincta & sublata omnis actio, quæ pro prætensa nullitate competere poterat, ac ius illa deducendi in iudicium, ex verbis Concilij *in d. c. 19.* ibi: *Nisi intra quinquennium tantum à die professionis*, &c. illa enim verba stant taxatiuè & exclusiuè cuiusvis temporis extra illud quinquennium, Ruin. *consil. 45. num. 13.*
8 *lib. 1.* Cened *singul. 21 num. 1. circa fin.* Aduersùs autem lapsum quinquennij nullus potest in integrum restituere nisi Papa; vel eius nomine sacra Congregatio Concilij Trident. seu alia Regularium negotiis præposita, quæ prius cognitis, saltem, summariè nullitatibus deducendis, & iusto impedimento non valentis reclamare intra quinquennium, restitutionem aduersus illius lapsum concedere solet, vt attestantur Portel. *in dub. Regul verbo, professio, num 45. vers. circa quod*, Hieron. Roder *in compend. quæst. Regul. resol.* 101 *numer.* 71. Ego ipse *in collect. ad dict. cap. 19. Concilij Trid. n. 10. & 19.*

9 Non obstat, quòd Religionem profitentes cum reseruatione bonorum, & illa de facto retinentes, videntur habere perpetuum impedimentum substantiæ actus professionis repugnans, subindeque posse post quinquennium reclamare, ad resoluta per Nau *consil. 26. n 12. & vlt. de Regular* Portel. *d. verb. professio n. 5.* Sanctarel. *var. resol q. 48. n. 36.* & alios, quos refero *d alleg* 104 *n. 20 in princ.*

10 Respondetur enim bonorum retentionem à volentibus profiteri reseruatam non causare perpetuum impedimentum, cùm verè illa sit remissibilis, & stante tali remissione etiam tacitè facta, per tacitam scilicet bonorum abdicationem, renunciationem, siue Superioris licentiam præsumatur professio purè, simpliciter, & absque vlla reseruatione & pacto emissa; seu præscripta; extincta & sublata sit omnis actio, quæ pro prætensa nullitate competere posset: maximè quando non apparet ex processu quod proprietarij contra Superiorum voluntatem semper & vbique extitissent, nam in dubio retentio bonorum facta, & obtenta intelligitur de licentia Superioris, vt infra dicetur: solùm enim quinquennio transacto minimè obstante, quis audiens est quotiescumque nullitas professionis, & causa eius talis est, vt non potuerit professio ratificari per consensum Religiosi, Suar. *de Relig. tom. 3. lib. 7. c. 4. n. 8. in princ.*

11 Nec eo casu, quo quinquennij lapsus minimè obstaret, videtur ex forma reseruationis Fratres prædictos absolutè proprietarios extitisse: quamuis enim multum controuersum sit apud Scribentes an professio facta ea conditione, dummodo profitens proprium retineat nutu suo, irrita sit? Et reprobata opinione satis probabili gloss. *verb. dedicant, in Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. & verb. voluerit, in Authent. de Monach. § illud quoque, collat. 1. & verb. nolenter in cap. soles 32. q 2.* Bernardi Diaz *reg 521. n. vnic.* Greg. Lop *l. 2. verb proprio, tit. 7 p 1.* Marc. Ant. Genuens. *in practicab. Eccles. q. 165. per tot.* & aliorum existimantium Religionis professionem adiecta cõditione retinendi proprium fore validam, & reiici conditionem tanquam eius substantiæ contrariam.

Admittamus aliam magis communem, & præcedenti ex diametro contrariam, videlicet professionem hoc casu esse irritam, quam sustinent gloss. *in cap. fin de condic. appos. & in c. 1. qui clerici, vel vou.* 12
Nauar. *consil. 14 num 5. de stat. Monach.* Gratian. *reg. 120. num. 2.* Spin. *in specul. testam. gloss. 2 princ. n. 12.* Couar *de spons p. 2. c. 3. § 1. num. 26. cum seqq.* Cuch. *instit maior. lib 3 tit. 1. numer. 18.* Humad. *l. 7. gloss. 1. num. 2 tit. 7. p. 1.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 17. art. 6.* Ceual. *commun. contra commun. q. 85. numer 2,* Azor. *instit moral p. 1. c. 15 q. 9. & lib. 12. c. 5. quæst 2.* Ludon. Mirand. *in man Prælat. tom. 2. q. 8 art. 2* Lessi. *de iustit. lib. 2. c. 41. num 62.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom 2. lib 5. c. 4. num 92.* Basil Ponti. *de Matrim. lib. 6 c. 10 num. 10.* Barthol. à S. Fausto *in thesaur. Relig. lib. 8 q. 21.* Aloys. Ricc. *in decis Curiæ Archiep. Neapol p. 4. decis. 340. num. 11.* Suar. *tom 3. de Relig. lib 6 c 12. num. 14. & 15* Hieronym. Roder. *in compend. quæst Regul resol. 101. num 58.* Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp 12 dub. 1. num. 11.* Bonacin. *de clausura & pœnis cum violantibus impositis q. 2. punct. 10. diffic. 2 § 1. num. 13* Carol. Tapia *ad d. Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles verb. ingressi, c 14. num. 4. cum seqq.* vbi vtriusque partis fundamenta refert, & tandem *num. 27. in fin* cum hac remanet, nouissimè Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3 disp. 6 q 16. num. 16.* Ego ipse *de iure Eccles. vniuerso lib 1. c 41. num. 150 & in collect. ad c. fin n. 2 qui cler. vel vouen. & ad d. Auth. ingressi num. 36.* & ad Concil Trident. *sess. 25. de Reg. c. 2. n 19.*

Adhuc tamen pro validitate professionũ huiusmodi, plura & solida stant fundamẽta.

Primum est, quia in casu nostro non reperitur 13
quod Fratres noluerint sibi reseruare absolutam proprietatem, & dominium suorum bonorum, prout contingit quando quis professus est ea conditione, vt sibi licitum sit bona sua quoad proprietatem habere, omniaque licitè acquirere, & tanquam propria sibi retinere, etiam Prælato inuito; sed tantummodo videtur reseruatus vsus, seu nuda administratio, cum dicant sibi fore licitum a fratribus germanis, quos hæredes bonorum suorum instituerant, exigere quotannis scuta viginti, eisque frui sua vita durante, absque Religionis beneplacito, vel Superioris sui licentia, quo casu valere professionem reiecta conditione per *cap fin. qui clerici, vel vouen.* resoluit Couar. *de sponsal p. 2. c. 3. § 1. n. 28.* quem referunt & sequuntur Fr. Emman. *d tom. 3. q 17. art 6* & Marc. Anton. Genuens. *d q. 165 num. 3. in fin.* dum refert distinctionem Couar. & eum solum quoad aliam partem improbat; vsus enim pecuniarum, quas pro suis necessitatibus sibi reseruant profiteri volentes, cum voto paupertatis, & obedientiæ non pugnat, vt per Azor. *d. lib 12 cap. 5. q. 2.*

q.2.verſ.Vſus rerum, Suar.*d.tom.3. de Relig.lib 6.c.12.*
num 15 prope fin. dum irritam dicit profeſſionem
quando in ea retinetur dominium & proprietas
bonorum.non autem vſus,& adminiſtratio eorum,
Sancb.*d lib.5 c 4 num* 97. dum habet ſolam con-
ditionem retinendi proptium quoad dominium
cum libeta vtendi facultate, & independenter à
15 Superioris voluntate; nec diſſentit idem Sanch. *d.*
c.4. numer 49. quia totus eſt in refutanda illorum
ſententia, qui exiſtimabant ſolum omnimodæ pro-
prietatis reſeruationem in genere pertinere ad eſ-
ſentiam Religionis, non autem limitatam quoad
ſolam illam ſpecialem promiſſam: & etiam eo
caſu, quo non conſtaret quid voluerint ſibi reſer-
uare an dominium, vel nudam facti detentatio-
nem,ſeu vſum facti; nec ingreſſus, nec reſeruatio
vitiaretur, ſed intelligeretur reſeruatio quoad nu-
dam facti detentationem, quæ potuit eſſe penes
Fratres ſciente & patiente Superiore, ſicut & pe-
nes ſeruum ſciente & patiente domino, vt *in l. 4. ff.*
de manumiſ. iuxta doctrinam Baldi, quem refert &
ſequitur Paul. de Caſtro *in dict. Authent. ingreſſi,*
num. 18.
16 Non obſtant verba teſtamenti, ibi: *Y ſiu que para*
ella ſea neceſſario licencia de nuſtro Superior, quia in-
telliguntur de alia licentia vltra illam, quæ reſul-
tauit ex ſcientia & patientia ipſiuſmet Superioris
præſentis,& tacitè conſentientis,quæ ſufficit iuxta
dictam Baldi,& Pauli de Caſtro doctrinam, & ita
neceſſariò ſunt verba illa accipienda,cum in dubio
ſemper interpretanda ſint verba alicui contractui
adiecta,vt eius naturæ non repugnent, imo potius
iuxta eius naturam *l ſi vno, in princ.ff. locati,l.damni*
infecti, in princ. ff. de damno infecto; & in ſenſu im-
proprio accipienda ſint,vt actus valeat & non per-
eat, *c. Abbate, de verb ſignif. l. quoties,ff. de verbor.*
ſignif. Eodem modo reſpondetur ad quandam præ-
tenſam euentualem reſeruationem ſequentibus
verbis inſertam, quæ actum legitimum profeſſio-
nis validè emiſſæ non poteſt ſuſpendere ad *cap.*
actus legitimus, de regul.iur.lib 6. nec eſt habenda in
conſideratione ad eam eneruandam, ad not. *in l. ſi*
quis ab alio, ff. de re iudic. Et hinc forſan propoſito
17 dubio, An valeat profeſſio illius,qui reſeruauit ſibi
facultatem teſtandi de patrimonio ſuo? *Die* 14.
Decembris 1613 *Sacra Congregat. Eminentiſſimorum*
Cardinalium Sancti Concilij Trident. Interpretum hoc
negotio mature perpenſo, ac accuratè diſcuſſo cenſuit,
niſi alia obſtiterint, validam omnino eſſe profeſſionem
ſub forma ſupraſcripta emiſſam, refert Tamburin. *d.*
tom.3.de iure Abbatum,diſp.6.q.16.n.15. & Ego ipſe
d.lib.1. de iure Eccleſ c.42.n 153.
18 Secundum eſt, quia reſeruatio, vt ſupponitur,
facta fuit in præſentia Superioris,eoque ſciente &
patiente, quo caſu cū ſit imbibitus eius conſenſus,
& eliciatur tacita licentia retinendi vſum dictarum
pecuniarum pro eorum neceſſitatibus reſeruara-
tum, in nihilo repugnat validitati profeſſionis,ex
Beltrando *conſil.61.vol 6* Marc. Anton. Genuenſ. *d.*
19 *q 265 num.4* In dubio enim reſeruationem aliquo-
rum bonorum tempore profeſſionis à Religioſo
factam eſſe hoc modo intelligendam,nempe quo-
ad vſum ex licentia Superioris, reſoluunt Sanch.
d c.4.num.98.& Tamburin. *d tom 3.diſp.6.quæſt.16.*
20 *num.* 14. & paupertatis votum actuali retentione
vſus alicuius rei dependenter à voluntate Superio-
ris, non violatur, vt per text. ſic intelligendum in
d.c.ſiu qui cler.vel vou. reſoluunt Fr.Emman.*d art 6.*
Ludou.Beja *reſp.caſuum conſcient.p.4.caſu* 17.Sanch.
d.c.4.num.99 Barthol.à S.Fauſt.*d lib.8.q.33.*Bonac.
Barboſæ Vota deciſiua.

d num 4.verſ.Secundò infertur, Tamburin. *d. tom.3.*
diſput 6.quæſt.16 numer.13. Ego ipſe *d. lib.1.cap.42.*
num.151.
Tertium eſt, quia aſſerta reſeruatio proprietatis 21
dicitur facta in quadam Conuentus cella per duas
vel tres horas ante profeſſionem, & extra locum,
in quo emiſſa fuit,& in alia ſcriptura,hoc eſt in te-
ſtamento; vnde patet per ſuperuenientē diſpoſi-
tionem in alio actu, loco, & ſcriptura, ac coram
diuerſis notario, & teſtibus factam, non ſolùm ta-
citè, ſed etiam expreſsè fuiſſe tali reſeruationi re-
nuntiatum; nam ex formula emiſſæ profeſſionis
ſuperius relatæ, non ſolum conſtat eam ſine aliquo
pacto, conditione, ſeu reſeruatione fuiſſe factam,
ſed etiam adeſt expreſſum votum & promiſſio vi-
uendi ſine proprio, per quam ſatis dicitur receſſum
ab alia præcedente contraria, vt eſt caſus expreſſus
in c. dudum, verſ. Inſuper, de conuerſ. coniug. vbi di-
citur valere profeſſionem etſi profitens ante in-
greſſum proteſtatus ſit velle ſe retinere proprium
eo quod tempore profeſſionis illam purè, & ſim-
pliciter emiſerit, quem text. ſic expenſum pro ſua
opinione ponderat Sanchez *d. cap.4. num.92. verſ.*
Secundò.
Quartum & fortius eſt, quia Doctores ferè 22
omnes hac de re agentes requirunt quòd ea con-
ditio ſeu reſeruatio retinendi proprium in ipſamet
profeſſione apponatur,& inſeratur,arg.text *in d c.*
fin. de condit. appoſ. ibi: *Si conditio contra libertatem*
coniugij inſeratur, &c. & *in d. cap. inſinuante, qui*
cleric. vel vou. ibi: *Votum emitteret, eo adiecto vt in*
domo propria cum omni ſubſtantia remaneret, &c. &
id ipſum voluere dicere Iaſ. *in d. Authent. ingreſſi,*
numer. 30. ibi: *Et pro clara intelligentia quæro, pone*
quod Monachus tempore ingreſſus per pactum expreſ-
ſum reſeruauit ſibi bona, an talis reſeruatio valeat, vel
vitietur? &c. Couar.*d.c 3.§...num.* 28 ibi, *ſic etiam*
patet profeſſionem factam ſub hac conditione,&c. Cuch.
d.lib.3. tit.1. num. 28. ibi: *Quæſitum eſt an profeſſio*
illius,qui cum profiteretur rotundo ore teſtatam Prælato
mentem ſuam fecit uolle ſe quodam ex tribus votis,&c.
Spin. *d gloſſ.12. numer.12.* ibi: *Hinc deducitur quod*
profeſſio facta à Monacho ſub conditione aduerſanti,
&c. Fr.Emman. *d.art.6.* ibi: *In profeſſione paciſcatur*,
&c. Sanch. *dict. cap.4. num.98* ibi, *reſeruatio ali-*
quorum bonorum tempore profeſſionis à Religioſo fa-
cta, &c.
Hinc inferentes quodcumque pactum ſiue re- 23
ſeruationem retinendi proprium ex interuallo ap-
poſitam non valere, & profeſſionem firmam re-
manere,arg *l.per ſeruum, § denique, ff. de vſu & ha-*
bit. Ita Bald.*in d Auth.ingreſſi,num.7.* ibi: *Illud teneas*
quod ſi iſta verba non fuerunt prolata in ipſo ingreſſu,
ſed ante, puta in tractatu, quod nunquam habet vitia-
re,&c. Ioan.Andr *num 9* Anton.Butr.*num.8.* & cæ-
teri Canoniſtæ *in d c fin. de condit. appoſitis*, Sal-
zed. *ad Bernard. d.reg 521 in fin.* ibi: *Tertia, & vl-*
tima concluſio: ſi tale pactum quod Monacho liceat
habere proprium factum interponatur ex interuallo,
vitiatur, & ingreſſus validus remanet, vt tenet gloſſ.in
d §.vlt per ſeruum, Iaſ.in d Auth. ingreſſi, col 6.verſ.
Tertia fuit opinio, &c. optimè Carol.Tapia *in d. Au-*
them. ingreſſi, verb. ingreſſi, c.14.num.1. ibi: *Primus*
igitur caſus eſt, quando tale pactum ex interuallo fuit
appoſitum, tunc enim concludendum eſt, quibuſcumque
verbis hac reſeruatio fiat, tale pactum non valere, pro-
feſſionem autem firmam remanere, &c. Magis ad pro-
poſitum & expreſsè de pacto ante profeſſionem
doctiſſ. Leonard. Leſſij *de iuſtit lib.2.c 41. num.61.*
ibi: *Octauò, vt nulla adſit conditio Religionis ſubſtan-*

tia repugnant, vt si quis profiteatur ea lege vt possit retinere sua bona, viuere suo arbitratu, ducere vxorem moriente fratre, egredi si ferre non poterit: talis enim professio est irrita, nec vllam inducit obligationem: secus si profiteatur absolutè, quamuis ANTEA pactus sit vt sibi concedatur aliquod peculium, vel vt maneat domi sua, retineatque vsum bonorum suorum, &c. & citat textum *in cap. insinuante, qui cleric. vel vouentes, & in cap. de iudicis 27 quæst. 1.* & Nauar. *commento 2. de Regularib. num* 15. *&* 16. Et non dissentit Sanch. *d. c.* 4. *num.* 95. qui licet loquatur de pacto & conditione ex interuallo quantumuis modico post ipsam professionem apposita, ea scilicet ratione quia obligationi iam perfectæ, & consumatæ nulla conditio, nullumve onus adiici potest, attamen magis fortior ratio viget quando pactum antecedit ipsum actum possessionis, quia aliàs daremus casum, in quo sic paciscens manus sibi ligaret ne vnquam posset ab apposita conditione seu pacto recedere, & quod posteriora nunquam possent de-
24 rogare prioribus contra reg. *l. sed & posteriores, ff. de legib. l. cum in plures, §. locator horrei, ff. locati, l. pacta nouissima*, vbi Deci. *C. de pactis*, cum aliis per me citatis *Axiom* 83. *n.* 1.

25 Non obstat vnicum fundamentum partis contrariæ asserentis quòd licet dicta reseruatio siue conditio non sit apposita in ipso corpore professionis, habetur tamen pro apposita & inserta, nam cum professio emissa fuerit incontinenti post testamentum, in quo legitur, videtur inesse in professione, quæ enim incontinenti fiunt videntur inesse in actu incontinenti subsequuto, *ex l. lecta* 40. *§. dicebam, ff si certum pet. l. petens, C de pact. cap. officy* 38. *de elect.* cum aliis per me adductis *Axiom.* 122. *n.* 1.

26 Respondetur enim multipliciter, & primo regulam procedere ex tacita & præsumpta voluntate partium, & sic per fictionem. Ias. *in d. l. lecta, vers. Secundò pondera*, Anton. Gabr. *commun. titul. de præsumpt. concl.* 13. *num.* 10. quæ locum habere non potest vbi in actu de expressa voluntate viuendi sine proprio constiterit, prout constat ex professionis emissæ formula: vnde fictio cessare debet vbi veritas locum habere potest, *l. nec ei, §. 1. ff. de adopt.*
27 Decian. *consil.* 11. *numer.* 139. *lib.* 1. vbi quòd fictio semper cedit veritati, Card. Tusch. *pract. conclus.*
28 *tom.* 3. *lit. F. conclus.* 21 *num.* 4 Quando enim concurrunt fictio & veritas, semper veritas præfertur & attenditur, Angel. Aretin *consil.* 135. *num* 11. *in*
29 *fin.* Franc. Curt. iun. *consil.* 63. *num.* 4. Et quando agitur de annullando actu, vt in nostro casu, plus operatur expressum quam tacitum, Alex. *consil* 59 *Astenetis narratis, num.* 15. *vers. Nec obstant, lib* 3. Hippol. Riminald. iun. *consil.* 164. *Dubitatur numer.* 15. *lib.* 2.
30 Card. Tusch. *tom.* 8 *lit. T. concl.* 7. *num.* 35. *&* 36. Secundò respondetur regulam in hac & simili materia procedere quando incontinenti, id est vno ictu, & coram eodem notario, & testibus ea conditio, seu pactum adiicitur, dummodo tamen actum non destruat; incontinenti enim fieri dicitur charta de retrouendendo quando fit sub eodem notario, &
31 testibus, Cassan. *consil.* 3. *num.* 12. Tertiò, quia quæ ad validam professionem faciendam tanquam necessaria requisita desiderantur, interuenire debent cõplete in ipso puncto celebrationis, & emissionis, cum momentum temporis in hac materia sit in consideratione, vtpote quia essentialia illius vota diuidi non valent, nec ex antea, aut post additis suppleti, aut perfici, vel annullari possunt; illa autem regula non procedit quando momentum temporis est in consideratione, Anton. Gabr. *d. conclus.* 13. *n.* 29.

Ex quibus patet validitas professionum, quæ ca- 32
uillari non potest, & licet in dubio versaremur, adhuc fauendum erat Religioni, & pro validitate professionis iudicandum, vt argum. *l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. funer.* ibi: *Summa est ratio, quæ pro Religione facit*, &c. tenent Nauar. *consil.* 13. *num.* 10. *de Regular.* Sanch. *de Matrim. lib.* 7 *disp.* 37. *num.* 12. *in fine*, Stephan. Gratia *discept. forens. tom* 3. *c.* 413. *n.* 17. Et ita, &c. hac die ., , Aprilis 1641.

Hispalen. decimarum de Aroche.

Clerici ex prædiis seculari titulo possessis, seu constitutis pro dote suorum beneficiorum, vel capellaniæ collatiuæ Parochiali Ecclesiæ decimas soluere tenentur; de fundis verò dotalibus ad Parochi sustentationem in fundatione Ecclesiæ Parochialis applicatis, si intra fines eiusdem constituti sint, eas soluere non tenentur.

VOTVM XLI.

1 *Facti series, &* n. 2. & 3.
4 *Quæstio proponitur disputanda.*
5 *Decimarum solutioni obnoxia sunt prædia secularia, & quæ sæculari titulo possidentur etiam à Clericis animarum curam habentibus tam in propria, quàm in aliena Parochia.*
6 *Decimarum solutioni obnoxia non sunt prædia dotalia Ecclesiæ Parochialis ad Parochi sustentationem in fundatione applicata.*
7 *Theologi resoluentes clericos non teneri ad soluendas decimas prædiales ex fundis Ecclesiæ, quomodo intelligendi.*
8 *Prædia pro dote Ecclesiæ Parochialis in fundatione assignata non soluunt decimas, si intra limites eiusdem constituta sint, alias secus.*
9 *Clerici ex redditibus & fundis suorum beneficiorum non soluunt decimas secundum vnam sententiam, sed contrarium verius, vt* n. 15 cum seqq.
10 *Intelligunt nonnulli quando prædia pro dote Ecclesiæ data sunt in propria Parochia.*
11 *Leges Regiæ eximentes clericos à decimarum solutione ex redditibus suorum prædiorum dotalium, intelligantur quando ipsa prædia sunt in propria Parochia, non in aliena.*

12 *Decimæ*

12 *Decimæ extinguuntur quando debebantur primum illi Ecclesiæ, cui postea prædium donatum est.*

13 Cap. nouum genus, de decim. *intelligitur*, & n. 41.

14 *Capellani, siue beneficiarij Ecclesiæ, cui debentur decimæ ex debito inseruientes, decimas soluere non tenentur, sed intellige prout* n. 43.

16 *Abb. Panorm. tenet de dote Ecclesiæ soluendam esse decimam, si prius illa prædia dotalia erant tributaria.*

17 *Couar. dicit ex prædijs Ecclesiarum Parochiæ, vbi sita sunt, decimas soluendas esse.*

18 *Azeuedo resoluit disputando ex dote capellaniæ decimam deberi.*

19 *Aloysius Riccius late probat Clericos ex prædijs dotalibus suorum beneficiorum teneri soluere decimas.*

20 *Didac. Perez concludit prædium Ecclesiæ, siue Capellaniæ, siue oratorio in dotem assignatum esse decimarum exactioni subiectum.*

21 *Marcus Antonius Genuensis late, & ex professo disputat, & resoluit quod clerici, qui Diuina ab alijs percipiunt, tenentur de dote beneficij decimas Ecclesiæ Parochiali soluere.*

22 *Ioan. Azorius sustinet decimas prædiales ex dotalibus Ecclesiæ prædijs esse à clericis persoluendas.*

23 *Ioan. Franciscus Leo docet clericos teneri soluere decimas etiam ex prædijs dotalibus Ecclesiæ.*

24 *Franciscus Suarez tenet quod Clerici decimas soluere tenentur ex prædijs Ecclesiasticis suorum beneficiorum, quando subduntur Parochorum curæ in Sacramentorum perceptione.*

25 *Leonardus Lessius concludit non videri vniuerse verum, conclusionem illam quod de prædijs Ecclesiasticis non teneantur Clerici soluere decimas.*

26 *Valerius Reginaldus intelligit Diuum Thomam dicentem ex prædijs Ecclesiasticis non deberi decimas, intelligendum loqui de prædijs, quæ antequam alicui Ecclesiæ darentur, nulli alteri Ecclesiæ decimæ ex illis debebantur.*

27 *Clericos non teneri ad solutionem decimarum ex prædijs suorum beneficiorum qui existiment, & de quibus intelligendi sunt, ostenditur.*

28 *Capellaniarum bona plerisque in locis sunt à decimarum solutione immunia.*

29 *Consuetudo efficere potest vt de prædijs Ecclesiasticis decima Clericis non soluatur, & tunc illam non soluens erit tutus in conscientia.*

30 *Decimarum solutio regulatur ab obseruantia subsequuta.*

31 *Prædia per consuetudinem possunt à solutione decimarum eximi si Ecclesiæ Parochialis, intra cuius fines sunt prædia Ecclesiastica decimatoria, modo detrimentum non patiatur.*

32 *Consuetudo non soluendi decimas quadraginta annis inducitur, quanquam si de præscriptione agatur, diuturnum requiratur tempus.*

33 Cap. 1. de præscript. lib. 6. *procedit in præscriptione, non autem in consuetudine.*

34 *Consuetudo non soluendi decimas vt inducatur, concurrere debet scientia & patientia dominorum, qui ad eas decimas exigendas ius habebant, itavt non sufficiat scientia & patientia laboratorum, afflictatorum, & laboratorum.*

35 *Afflictuum perceptio signum est possessionis.*

36 *Testibus affirmantibus potius credendum quàm negantibus.*

37 *Testibus duobus affirmantibus magis credendum est quàm mille id negantibus.*

38 *Probatio magis attenditur possessionis illius, qui habet tituli assistentiam, quàm non habentis.*

39 *Possessio non soluendi decimas per lapsum temporis non amittitur nisi probetur illas fuisse denegatas, & denegationi eum acquieuisse, qui decimas exigere poterat.*

40 *Quando agitur de quasi possessione vnius ad excludendum quasi possessionem alterius realem, vel mediante Iuris assistentia, tunc requiritur illius scientia, & patientia illum priuandi.*

41 *Archiepiscopus Hispalensis est solus totius Diæcesis Parochus.*

42 *Curati Diæcesis Hispalen. sunt deputati ab Archiepiscopo ad curam animarum.*

43 *Clerici, qui vna cum Parocho Ecclesiæ inseruiunt, & curæ animarum incumbunt, ac de decimis participant ex Ecclesiæ fundatione illas non soluunt.*

44 *Iuris assistentia, quæ stat pro Parocho quoad decimas super fructibus surgentibus in sua Parochia, præbet fomentum quoad ius illas exigendi alijs, qui secum participant.*

45 *Episcopus habet fundatam intentionem de Iure communi in parte, quam percipit decimarum Ecclesiarum Parochialium suæ Diæcesis.*

46 *Cathedrales Ecclesiæ in Regnis Hispaniarum super decimis fundatæ sunt.*

47 *Decimas percipiendi quasi possessio ex ali-*

quo prædio de tempore, quo seculari titulo tenebatur, suffragatur, quamuis postea decimæ transiissent ad aliam personam etiam exemptam.

48 *Res transit cum sua causa & onere soluendi decimam & censum.*

49 *Possessio, quæ dedit causam liti non est habenda in consideratione ad obtinendam manutentionem.*

1 BARTHOLOMÆVS Alphonsus Xerxes laicus ex oppido de Aroche Hispaleñ. Diœcesis in suo vltimo, quo decessit, testamento, perpetuam Capellaniam collatiuam in Parochiali maiori Ecclesia dicti oppidi fundauit cum obligatione celebrationis duarum Missarum in qualibet hebdomada, & pro talis Capellaniæ, ac Presbyteri illam pro tempore obtinentis, dote & sustentatione, fundum quendam de Posuelo dictum in eodem oppido, & Ecclesiæ finibus existentem assignauit, ac de anno 1588. Ioannem Martinez Parreño Clericum in primum Capellanum nominauit, qui ipsam Capellaniam in beneficium collatiuum erigi, sibique de illa prouisionem, & Canonicam institutionem fieri, bonaque & dictum fundum pro illius dote datum temporalitate suppressa in Ecclesiastica, & spiritualia bona conuerti ab Ordinario Hispaleñ. in forma iuris obtinuit, & impetrauit, de illaque sic erecta actualem, & realem possessionem accepit.

2 Primo Capellano, alioque eius successore è viuis decedentibus, fuit ordinaria auctoritate de dicta Capellania prouisus Petrus Stephanus Boza Presbyter, S. Inquisitionis Commissarius, ac dictæ maioris Ecclesiæ Parochus, ipsiusque Capellaniæ titulum, ac actualem possessionem de mense Augusti 1622. obtinuit. Affictatores postmodum decimarum (quæ in nouem diuidantur partes, quarum quinque ad Priorem dictæ Ecclesiæ, tres ad mensam Archiepiscopalem, & Capitularem Hispaleñ. vnam verò ad fabricam dictæ Ecclesiæ spectant) ab eodem Petro Stephano Boza prædiales decimas de Posuelo ad se spectantes de anno 1633. petierunt.

3 At negante Petro Stephano se eas decimas vnquam soluisse, vtpote quia prædium illud de Posuelo fuerit pro dote suæ Capellaniæ ordinaria auctoritate assignatum, & à se Presbytero, & Parocho dictæ Ecclesiæ, intra cuius fines existit, spirituali titulo possessum, Reuerendissimum Capitulum S. Ecclesiæ Hispaleñ. pro suo interesse comparuit, prætendens dictum Petrum Stephanum teneri nihilominus ad illas decimas persoluendas; & introducta causa coram Ordinario, sua diffinitiua sententia Petrum Stephanum ad illarum solutionem condemnauit: à qua sententia cum esset appellatum, & causa in Tribunali commissa, pro parte dictorum Decani, & Capituli in solutione dictarum decimarum manuteneri petitum fuit; & Illustrissimus D. Nuntius in possessione exigendi eas decimas manutenendos esse mandauit: sed ab huiusmodi decreto cum deinde esset pro parte dicti Petri Stephani appellatum, & per speciale S. D. N. Vrbani Papæ VIII. rescriptum commissa appellationis causa D. Petro de Alcoba Camacho Iudici Apostolico, prædictum manutentionis decretum debitæ executioni mandandum esse adiudicauit. Denique idem Petrus Stephanus ab huiusmodi sententia, seu mandato, aliisque præiudicialibus iterum appellare non destitit, & per aliud speciale eiusdem S. D. N. rescriptum causa mihi commissa, dubitaui an sententia Ordinarij, & manutentionis decretum ab Illustrissimo D. Nuntio, & ad fauorem dictorum Decani, & Capituli relaxatum, & a D. Petro de Alcoba exequi mandatum, sint confirmanda, vel infirmanda?

Pro clariori intelligentia eorum, quæ Doctores 4
passim inculcant in ea quæstione decidenda: *An ex bonis Ecclesiasticis, & prædijs titulo spirituali affectis pro dote Capellaniarum, & aliorum beneficiorum deputatis, & assignatis, teneantur ipsi beneficiarij decimas soluere?* aliqui sunt distinguendi casus.

Primus est quando ipsa prædicta sunt sæcularia, 5
& sæculari titulo, veluti emptionis, hæreditatis, vel alio simili possidentur à Clericis, etiam curam animarum habentibus, tam in propria, quàm in aliena Parochia, & tunc nullus dubitat ea decimarum solutioni obnoxia esse: quia prædia per se illi oneri sunt subiecta, res autem cum suo onere transit, & per accidens est quod nunc à laico, nunc à Clerico possideantur: tum quia cum illa prædia possideantur titulo sæculari, sunt affecta onere decimarum, ac si essent sæcularia. Ita S. Thom. 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 4 *ad* 1, Aragon. *ead quæst.* 87. *art.* 4. *vers. Littera huius articuli*, Sot. *de iustit. lib.* 9. *q* 4 *artic.* 4. Couar. *lib.* 1. *var cap.* 17 *num* 8. *vers Primum*, Rebuff. *de decim. q.* 5 *num.* 3. & 4 Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 5 . Vasq. *in opusc de benef cap.* 1. § *vnic. dub.* 8. Suar. *tom.* 1. *de Relig lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 13. vbi quòd etiam Episcopi ad decimas prædiales sæculari titulo possessas tenentur, & *num* 16 Cardos. *in praxi Iudicum, verbo decima, num.* 8. Lessi. *de iustit. lib* 2. *cap.* 39. *num.* 22. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *cap.* 12. *num.* 51. Monet *de decim. cap.* 5. *num.* 3. Marc. Anton. Genuens. *in practic. ab Eccles quæst.* 618. *n.* 1. dum ait, quòd omnes Clerici, qui Diuina ab aliis accipiunt, tenentur de patrimonialibus soluere decimas prædiales, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles decis.* 605 *in fine, alias resol.* 429. *etiam in fine, secundum nouam imp.* Castr. Palao *in opere mor.* [illegible] *tom.* 1. *tract.* [illegible]0 *disp vnic. punct.* 11 *num.* 3. & 4. Villalob *in sum p.* [illegible] *tract.* 31. *diffic.* 4. Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, præc* 5 *c.* 7. *n.* 2. *cum seqq.* Trullench *in præcepta Decal lib.* 3. *c.* 3. *dub.* 10. *n.* 3. & 4. Ego ipse *de iure Eccles. vniuers lib* 3. *c* 26. §. 2. *n.* 10.

Secundus est quando prædia sunt dotalia Ec- 6
clesiæ Parochialis, ad Parochi sustentationem in fundatione applicata, tunc enim decimarum solutioni obnoxia non esse per text. *in cap nouum genus* 2. *de decim.* resoluunt gloss. *ibi verbo à Clericis*, Rebuff. *d. quæst* 5 *num.* 6. *in princip.* Suar. *d. cap* 17. *num.* 16. *in fine*, Cardos. *d verbo decima, num* 8. Marc. Anton. Genuens. *d. quæst.* 6[illegible]8. *num.* 4. *in med.* Fagundez *d. cap.* 7. *num.* 9. Trullench *d. dub.* 10. *num.* 4 *post med* Filliuc. *in sum.* 1. *tract.* 27 *cap.* 8. *quæst.* 3. *num.* 165. & 168. Bonacin. *de præceptis Ecclesiast. disput vlt. quæst.* 5 *punct.* 3. *propos* 2. *numer.* 8. Paul. Layman. *in sum. quæst. moral. lib* 4. *tract.* 6. *cap* 3. *num.* 3. Ratio est quia cùm ad ipsos pertineat ministrare Sacramenta, & consequenter recipere decimas, à quibus ipsi ministrant, non obligantur aliis soluere, quia non est præter se, qui eas de iure lucretur, & recipiat: & sic intelligendi sunt omnes fere Theologi resoluentes Clericos non teneri ad soluendas decimas prædiales ex redditibus Ecclesiæ, quos percipiunt, seu ex fundis ad eam spectantibus, vt loquantur de Clericis in quantum Parochi sunt, &

Parochianis

Patochianis Sacramenta adminiſtrant, ac decimas
ab eis percipiunt; nam id inſinuant verba, quibus
ſe explicare ſtudent, de Clericis intelligentes in
quantum ſunt miniſtri Altaris ſpiritualia populo
ſeminantes, & Clericali iure, de decimis ſcilicet
Eccleſiæ, viuunt; vel ex prædiis ipſi Eccleſiæ Pa-
rochiali pro dote, & ſuſtentatione Curati relictis;
vel ratione beneficij, ex cuius fundatione onus eſt
illi inſeruiendi; aut ſimul cum Parocho de deci-
mis pro dote participant; quod in parte inſinuat
Petr. de Ledeſm *in ſum tom. 2. tract. de Relig. concl. 7.*
ibi: *Los Clerigos en quanto Clerigos, eſto es en quanto
viuen de los diezmos, y de otras coſas que ſe les dan por
el miniſterio eſpiritual, y Eccleſiaſtico, no eſtan obli-
gados a pagar los diezmos*, &c.

8 Intellige hunc ſecundum caſum ſi ea prædia
pro dote dictæ Eccleſiæ aſſignata, intra limites
eiuſdem conſtituta ſint, aliàs ſecus, vt per Couarr.
d. num. 8. verſ. Secundo, Rebuff. *d. quaſt. 5. numer. 19.*
Gutier. *d. cap. 21. numer 54.* Azor. *d. cap. 14 quaſ. 5.*
Valer Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 19. num.* 88 Bel-
let. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de Clerico debit.* §. 12. *n.* 36.
Monet. *d. quaſt. 5. num. 7.* quos refero Ego ipſe *de Pa-
rocho, cap. 28. §. 3. num. 9. & in collect. ad d. cap. nonum
genus, ſub num. 2. verſ. Ex quibus colligitur*, Trullench
d. dub. 10. num. 5. Villalob. *in ſum. parte 2. tract. 33.
diffic. 4. n 3.*

9 Tertius caſus eſt, quando prædia conſtituta
ſunt pro dote alicuius beneficij Eccleſiaſtici, vel
Capellaniæ collatiuæ, cui ex fundatione nulla
animarum cura imminet, licèt caſu illam habeat
qui Capellaniam obtinet; & hic eſt caſus noſter.
In quo duæ reperiuntur ſententiæ. Vna fauet parti
beneficiati Petri Stephani, & negat Clericos tene-
ri de fundis Eccleſiæ, eorumque fructibus, ex qui-
bus iure Clericali viuunt, decimas ſoluere. Ita *l. 2.
tit. 20. parte* 1. vbi loquens de perſonis, quæ deci-
mas Deo dare tenentur, circa Clericos ita decidit.
*E eſſo miſmo es de los Clerigos, ca tambien lo deuen
ellos dar, como los legos de todo lo que ouieren: fueras
ende de aquellas heredades que han de las Igleſias do
ſiruen, &c. l. 2. tit 5. lib. 1. Recop. verſ. Y otros ſi*, ibi:
Y de todos los otros bienes que han, que no ſean de ſus
7 *Igleſias*, &c. Sanctus Thomas 2. 2. *quaſt. 8 articul. 4.
verſ. Reſpondeo*, dum ait, quòd Clerici in quan-
tum Clerici ſunt, id eſt in quantum habent Eccle-
ſiaſticas poſſeſſiones, decimas ſoluere non tenen-
tur, Sot. *d. lib 9. quaſt. 4. art. 4.* duabus concluſioni-
bus propoſitæ quæſtioni ſic ſatisfacit: *Vna eſt:
Clerici, in quantum Clerici, hoc eſt in quantum de
decimis, quas pro ſuo ſpirituali munere recipiunt, & de
Eccleſia fundis, quorum fructibus Clericali iure viuũt,
nullas tenentur ſoluere decimas Altera: Clerici non
quatenus Clerici, ſed qua ratione ſaculari iure, vel ha-
reditario, vel emptionis, vel quouis alio terras poſſi-
dent ſaculares, decimarum ſunt debitores, &c. Rebuff.
de decim. q 5. num. 6.* ibi: *Clerici etiam de prædialibus,
ſed non de dote Eccleſia decimas ſoluunt per d. cap. 2.
eod. &c.* Aragon. *d quaſt. 87. S. Thoma art. 4. verſ.
Litera huius art.* ibi: *Prima concluſio, Clerici in
quantum Clerici, hoc eſt in quantum de decimis, quas
pro ſuo ſpirituali munere recipiunt, & de Eccleſia fun-
dis quorum fructibus Clericali iure viuunt, nullatenus
tenentur decimas ſoluere*, &c. Perez *l. 1. in fin. tit. 3.
lib 1. Ordin. pag* 67. ibi: *Eſt & aliud priuilegium,
ſcilicet quod Clerici in quantum de decimis pro ſuo
ſpirituali munere recipiunt, ac de fundis Eccleſia, eo-
rumque fructibus iure Clericali viuunt, nullas tenentur
ſoluere decimas, cap nouum genus, de decim* Domin.
Sot. &c. Frat. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 87. con-
cluſ. 4.* ibi: *Los Clerigos en quanto Clerigos, no tie-
nen obligacion de pagar diezmos de ſus rentas Eccle-
ſiaſticas*, &c.

Et ideo caſu, quo prædia pro dote Eccleſiæ 10
data in propria Parochia exiſtant, locum habere
admittunt Gregor. Lop. *in l 2. verb. heredades, tit. 10.
p. 1.* & Rebuff. *d. tract. de decim. quaſt. 5 num 9.* Et in 11
his terminis procedere, & intelligendas eſſe leges
Regias ſuprà citatas dicit Gutier. *d. lib 2. cap. 21.
num* 57. aſſerens ſecus eſſe quando ſunt in aliena
Parochia; vel admittunt vbi decimæ debebantur 12
primùm illi Eccleſiæ, cui poſtea prædium dona-
tum eſt; tunc enim has decimas extingui reſoluunt
Villalob. *d. tract 33. diffic. 4. num. 4.* Filliuc. *d. tract. 27.
cap 8. q. 8. num.* 178. *in fin.* Leſſ *d. lib. 2. cap. 39. n* 23.
vbi intelligit *d. cap. nonum genus*, de Clericis eiuſ- 13
dem Eccleſiæ, & prædiis ad eandem Eccleſiam
pertinentibus, addens prætetea quod in fine *d. cap.*
dicitur *Clericos illos, qui à Clericis ſpiritualium mini-
ſtrorum labores accipiunt, decimas eis debere*, intelli-
gendum vel de decimis perſonalibus, vel bonorum
patrimonialium, vel certè de Clericis coniugatis, vt
gloſſa ſentit.

Et tantò magis locum habere poterit hæc opi- 14
nio, ſi iſti Capellani, ſiue beneficiarij ex debito,
Eccleſiæ inſeruierint, cui debentur decimæ: vt per
Syueſt *in ſum. verb. decima, quaſt. 7.* dum tenet Cle-
ricos inſeruientes Eccleſiis, quibus decimæ deben-
tur, non teneri illas ſoluere, quem refert Azor.
*inſtit moral. p. 1. lib. 7. cap. 24. quaſ. 5. in princip. & in
fine* concludit Clericos ideò decimas ſoluere non
debere Eccleſiæ, in qua inſeruiunt, quia ipſi in ea
Eccleſia ſunt Parochi adiutores, Franc. Leo *in the-
ſauro fori Eccleſ. p. 2 c. 12 n. 57.* Filliuc. *in ſum. tom. 2.
tract. 27. c. 8 quaſ 8. n* 178.

Altera ſententia, quæ fauet Decani, & Capituli 15
prætenſioni, & cui tanquam probabiliori adhæreo,
tenet Clericos reſpectu prædiorum, quæ titulo be-
neficiali, aliove ſpirituali acquiſierunt, perinde ac
laicos obligari ad decimarum ſolutionem. Ita qui
ſequuntur.

Abb. Panorm. *in c. 1. de cenſib n. 4.* ibi: *Nota quòd* 16
*de dote Eccleſia præſtatur ſeruitium Eccleſiaſticum, &
ex hoc infertur ad quaſt. gloſſ. vtrùm debeat ſolui decima
ex dote Eccleſia? Et tandem gl concludit quod ſic, ſi
prius illa prædia erant tributaria*, &c.

Couar. *var. lib. 1. c. 17. n. 8. verſ. Secundo*, vbi dicit 17
communiter receptum ex prædiis Eccleſiarum Pa-
rochiæ, vbi ſita ſunt, decimas ſoluendas eſſe.

Azeued. *l. 1 num. 12 cum ſeqq. tit 5. lib 1 noua Re-* 18
copil. vbi propoſito dubio, An ex dotatione Ca-
pellæ decima debeatur? putà ſi quidam laicus in-
ſtituiſſet Capellam, & pro dote eius fundum fru-
ctiferum conſtituiſſet, num ex fructibus illius fun-
di perceptis debeatur decima Eccleſiæ Parochiali,
ſub cuius diſtrictu fundus ille conſtitutus eſt? Par-
tem negatiuam ſuſtinet ex eo, quia terræ, quæ aliàs
decimales erant, quamuis tranſeant in Clericum,
vel aliam Eccleſiam, decimandæ ſunt in Eccleſia,
vbi antea decimabantur, quia tranſeunt cum onere
ſuo, tex. *in c paſtoralis*, & ibi gl. *de decim.*

Aloyſ Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 605.* 19
num. 4. cum ſeqq aliàs *reſolut. 429.* ſecundùm nouam
impreſſ idem tenet, his potiſſimum fundamentis.
Primò quia decimæ de omni fructu, & ab omnibus
ſoluendæ ſunt, *cap ex parte, de decim.* ex quo euiden-
ter apparet neminem excipi. Secundò, quia ita Cle-
rici ſicut laici percipiunt Sacramenta in Eccleſia
Parochiali, & propterea eidem Eccleſiæ decimas
perſoluere debent, *cap Apoſtolica, de decim.* Tertiò
quia

quia onus soluendi decimas est appositum rei, & non personæ, Abb *in cap. cum homines num. 6. de decim.* Axeued *d. l. 1. num.* 13. & ideò si ad Clericum perueniant, transeunt cum suo onere, *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. l. alienatio, ff. de contrah. empt. l. si debitorem, C. de distract. pignor.*

20 Perez mihi visus sibi contrarius, *l. 1. titul 5. lib. 1. Ordin. pag.* 123. ibi: *Ex prædictis igitur constat prædium Ecclesiæ, siue Capellania, siue Oratorio in dotem assignatum, esse decimarum exactioni subiectum,* &c.

21 Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. d. q. 628. n. 3.* vbi resoluit quòd Clerici, qui Diuina ab aliis percipiunt, quales sunt omnes, qui non sunt Curati, teneatur de dote beneficij decimas Ecclesiæ Parochiali soluere.

22 Azor. *institut. moral. parte 1. lib. 7. cap. 24. aliàs cap. 25. quæst. 5.* vbi tenet huiusmodi decimas prædiales esse à Clerico persoluendas, quia etsi dotalia sint Ecclesiæ prædia, sunt tamen illi oneri subiecta, & ea seruitute affecta: tum quia prædium aliter non potuit in Ecclesiam transferri nisi cum onere: tum etiam, quia vna Ecclesia non potest cum alterius damno extrui, fundari, dotarive: tum quia non debet discooperiri vnum Altare, vt alterum cooperiatur: tum denique, quia ex *cap. Ecclesia, & cap. quicunque 16. q. 1. & cap. nuper, de decim.* colligitur prædia collat. ad Monasterium fundandum nequaquam liberari à lege & obligatione decimæ persoluendæ.

23 Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. d. p. 2 c. 12. n. 55.* vbi resoluit quòd Clerici tenentur soluere decimas etiam ex prædiis dotalibus Ecclesiæ.

24 Suar. *de Relig. d. tom 1. lib. 1. cap. 17. numer. 12.* vbi tenet quòd soluere tenentur decimas Clerici ex prædiis Ecclesiasticis suorum beneficiorum, quando subduntur Parochorum curæ in Sacramentorum perceptione, id est quando non sunt illorum coadiutores in cura animarum, ac vti tales cum illis in decimis participant.

25 Less. *de instit. d. lib 2. cap. 39. num. 23.* vbi concludit non videri vniuersè veram conclusionem illam, quòd de prædiis Ecclesiasticis non teneantur Clerici soluere decimas.

26 Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 9 cap. vlt. num.* 87. ibi. *De Clericis autem peculiariter notandum est, respectu prædiorum, quæ titulo patrimonij, aliove non spirituali acquisierunt, ipsos perinde ac laicos obligari, prout D. Thom. in cnata quæst. 87. artic. 4. ad 1. expressit. Et ratio est, quòd talia prædia per se sint subiecta ei oneri, resque cum suo onere transeat ab vno ad alium; quem Clericum esse non laicum tantùm est accidentarium, ex cap. ex litteris, de pignorib.* &c. Deinde subdit S. Thomam, dicentem ex prædiis Ecclesiasticis non deberi decimas, intelligendum loqui de prædiis, quæ antequam alicui Ecclesiæ darentur, nulli alteri Ecclesiæ decimæ ex illis debebantur.

27 Vnde patet hanc vltimam sententiam magis communem & veriorem esse, nec ei aduersari credimus eos, qui existimant absolutè Clericos non teneri ad solutionem decimarum ex prædiis suorum beneficiorum, quia loquuntur de Curatis, & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, de quibus sermo est in secundo casu, vt in eo ostendimus, & ad hos terminos reducendi sunt Doctores, quos citauimus pro prima opinione tertij casus, & satis id colligitur ex eorum resolutionibus, si rectè perpendantur, & sano sensu legantur.

28 Non obstat quòd plerisque in locis bona Capellaniarum sunt à decimarum solutione immunia, vt refert Perez *l. 1. vers. Poterit tamen, titul. 5. lib. 1. Ordinam. pag.* 123. Efficere enim potest con- 29
suetudo, vt de prædiis Ecclesiasticis decima Clericis non soluatur, Gutier. *d. lib. 1. cap. 21. numer.* 55.
Moneta *d quæst. num* 95. Azor *d. cap. 34. quæst.* 7. & 30
vbi fuerit talis consuetudo, erit non soluens decimas tutus in conscientia, Gutier *d. cap. 21. num* 56.
quamuis non sit præscriptio completa per tempus requisitum ad exemptionem earum, Perez *d. l. 1. vers Ex quibus, tit. 5 lib. 1 Ordin. pag.* 113. quia decimarum solutio regulatur ab obseruantia subsequuta, Seraphin. *decis.* 1047. *num.* 6. Rot. *decis.* 440.
num. 3 p. 1. recent. Dummodo tamen Parochialis 31
Ecclesia, intra cuius fines sunt prædia Ecclesiastica decimatoria, per huiusmodi exemptionem detrimentum non patiatur, vt post Sot. Suar. & alios, tenent Valer. Reginald. *d lib 19. cap. vlt numer.* 88. *in fine,* Vasq. *d. cap. 1. §. vnic. dub. 8, numer. 37. in resp. ad* 1.

Respondetur enim consuetudinem non soluen- 32
di decimas quadraginta annis induci, quanquam si de præscriptione agatur diuturnum requiratur tempus, vt tenent Couar. *d. lib 1. var. cap. 17. num. 8. vers. Decimo,* Perez *d l. vers. Est tamen, tit. 5. lib. 1. Ord. pag* 124 Gutier. *d. cap. 41. num* 65. Moneta *d. cap. 5. num.* 105 vbi *num.* 104. subdit titulum non requiri ad hanc consuetudinem, licèt ei aduersetur
Iuris communis præsumptio, & respondet ad tex- 33
tum *in cap. 1. de præscrips. lib 6* qui contrarius videtur, procedere in præscriptione, non autem in consuetudine, Valenzuel. *consil. 146. numer. 16 cum seq. tom.* 2. Rota apud Post. *in fine sui tract. mandati de*
manutenendo decis. 281. num 3. Concurrere item de- 34
bebat scientia, & patientia dominorum, qui ad eas decimas exigendas ius habebant, ita vt non sufficiat scientia, & patientia laboratorum, affictatorum, & conductorum, Gionagn *consil. 28. n. 28. & 29. lib. 1.* Post. *d. tract. obseru. 35 n* 84.

In præsenti autem casu non solùm non proba- 35
tur hæc consuetudo exemptionis à decimarum solutione per tempus illud quadraginta annorum, deficiente etiam scientia, & patientia illas exigi debentium, sed imò Decanus, & Capitulum per nouem testes plenè probarunt decimas semper & continuè solutas fuisse ex cæterarum Capellaniarum eiusdem Ecclesiæ bonis, & specialiter ex fructibus dicti prædij de Posoelo ad hanc, de qua agimus spectantis, excepto anno 1633. In quo (vt diximus) lis fuit in iudicio introducta, vnde ex hoc continuationem possessionis probari censuit Rota apud Post *post d. tract. decis.* 56. *num.* 8. tum vel maximè, quia ex his testibus duo, qui sunt sextus & septimus; depositionum suarum bonam rationem reddunt, quod scilicet per se, tanquam affictatores dicti prædij decimas exegerint, & quòd solum de anno 633. persolutæ non fuerint; affictuum enim perceptio signum est possessionis, Rota apud Post. *d. tract. decis* 51. *n* 4.

Et licèt testes pro parte Petri Stephani exami- 36
nati deponant, quòd cum ipse de omnibus suis fructibus decimas Den dederit, de prædio tamen de Posuelo nuncupato nullas soluit, quippe quod illud spirituali titulo, & tanquam propriam suæ Capellaniæ dotem possidebat; nihilominus cum hi testes tempus requisitum non attingant, & de negatiua, alij verò alterius partis de affirmatiua deponant, affirmatiuam deponentes præferendi sunt aliis negatiuam deponentibus, *l. diem proferre. §. si plures, ff. de arbitr.* Mascard. *de probat. concl* 70. *num.* 1.

*num.1.cum seqq. & concl.*1374. *num.* 6. Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 36 *num.* 12. Boccac. *de interdicto vti possidetis, cap.* 14. *num.* 37. Farinac. *in praxi crimin. p.* 2 *quæst.* 65. *numer.* 100. Post. *in d. tract. obseruat* 71.
37 *num.* 86. & duobus testibus affirmantibus decimas ex dicto prædio persolutas fuisse, magis credendum est quàm mille id negantibus, Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. conclus.* 4. *numer.* 1. & 51. Franc. Herculan. *in tract. de negatiua, num.* 151. Mascard. *conclus.* 70. *num.* 2. Farinac. *d. quæst.* 65. *num* 201. tum
38 etiam quia, vt infrà dicemus, Capitulo ios assistit, & probatio magis attenditur possessionis illius, qui habet tituli assistentiam quàm non habentis, Rota *coram Greg. XV. decis.* 249. *n.* 5. vbi adden. *in fine*, & apud Post. *in fine d tract decis.* 170 *n.* 7.

39 Deinde respondetur quasi possessionem non soluendi decimas per lapsum temporis non amitti, nisi probetur illas fuisse denegatas, & denegationi eum acquieuisse, qui decimas exigere poterat; ita in terminis Rota *in Placentina decimarum de Truxillo* 15. *Nouembris* 1621. *coram Buratto*, cuius meminit sic resoluens Post. *dicto tract. obseru.* 10. *n.* 101.

40 Vbi enim (prout in nostro casu) agitur de quasi possessione vnius, ad excludẽdum quasi possessionem alterius realem, vel mediante Iuris assistentia, tunc requiritur illius scientia, & patientia ad effectum illum priuandi, quia non potest vnus acquirere, nisi alius amittat, & in incorporalibus possessio inhæret ossibus, ita & taliter vt ignorans eam non amittat, sed ad illam amittendam, & alteri acquirendam requiratur scientia & patientia, Nicol. Garc. *de benefic. parte* 5 *cap* 5. *num.* 123. Mantic. *decis.* 40. *num* 9. & *decis.* 207 *num.* 6. Seraph. *decis.* 1463. *num.* 5. Coccin. *decis.* 26. *num.* 4. plures sacræ Rotæ decisiones citat Post. *in d. tract. mandati de manutenendo, obseru.* 40. *num.* 18 vbi *numer.* 28. subdit hanc scientiam & patientiam esse probandam, cum in iure non præsumatur.

41 Nec etiam obstat quòd Petrus Stephanus Curam animarum illius Ecclesiæ habeat, proindeque videatur comprehendi sub dispositione secundi casus superius relati; respondetur enim negando eum proprium Parochum esse, aut perpetuum collatiuum illius Parochiæ titulum habuisse, sed curam tantùm animarum ad Diœcesani nutum ei incumbere, prout eam habent omnes fere Hispaleñ. Diœcesis Curati, Rota *decis.* 480. *num.* 2. *parte* 1. *recentior.* vbi dicitur, quòd Archiepiscopus Hispalen-
42 sis est solus totius Diœcesis Parochus, & *num* 5. quòd Curati huius Diœcesis sunt deputati ad curam animarum ab Archiepiscopo: & ideò ad decimas persoluendas ex bonis suis etiam spiritualibus tenentur, quia deficit ratio decisionis *d. cap. nouum genus*, in prima parte, iuxta magis receptam Doctorum opinionem asserentium eum textum decidere, vt Rectores Ecclesiastici, & alij Clerici decimas soluere aliis Clericis non teneantur de decimis, quas ipsi percipiunt, sicut nec Leuitæ Leuitis persoluebant, vt per gloss. Abb. & Innocent. *in d. cap. nouum genus*. Azor *d. lib.* 7. *cap.* 24. *quæst.* 5. *in princip.* Rebuff. *d. quæst.* 5 *num* 6. Moneta *d. cap* 5. *num.* 8. Ego ipse *in tract. de Parocho, parte* 3. *cap.* 28. § 3. *num.* 7. Cùm ergo nullas decimas percipiant hi Curati, fit consequens in illis locum non habere dispositionem *d. c. nouum genus*, nec procedere rationem, quod ad decimas ideò non tenentur, ne sibi ipsi eas soluere videantur.

43 Minus denique obstat, quòd si Petrus Stephanus excluditur ob id, quod proprius Parochus non est, & prædium illud de Posuelo non reperitur pro dote sustinentis animarum curam assignatum, adhuc tanquam eidem Curæ incumbens, & Parochiali Ecclesiæ inseruiens, videbatur ad decimarum solutionem non teneri, iuxta eorum opinionem, quos suprà citauimus *in vers. Et tanto magis.* Nam respondetur eam procedere in Clericis, qui vnà cum Parocho Ecclesiæ inseruiont, & Curæ animarum incumbunt, ac de decimis participant ex Ecclesiæ fundatione, ad not. per Pute. *decis.* 36. *lib.* 1. & per Valen. *consil.* 33. *n.* 111. *cum seqq.*

Iuris enim assistentia, quæ stat pro Parocho 44
quoad decimas super fructibus surgentibus in sua Parochia, præbet fomentum quoad ius illas exigendi aliis, qui secum participant, Seraphin. *decis.* 880. *num.* 3. & *decis.* 908. *num.* 3 Ruta apud Postium *in fine dicti tract. decis.* 157. *num.* 3. Cùm igitur Petrus Stephanus non ratione Capellaniæ, quæ nullum onus Ecclesiæ inseruiendi habet, sed ob id, quòd Curatus casu existit, eidem Ecclesiæ etiam tanquam talis Capellanus inseruiat, tale seruitium, cum sit accidentarium, attendi ad hunc effectum non debet, vt patet.

Ex quibus emendandam duxi Ordinarij senten- 45
tiam in hac causa latam, circa fructuum ad decimas spectantium condemnationem; vt illa tantum intelligatur de tribus partibus ex nouem, quia Capitulum quoad suam partem, seu quotam petendi ius habet, non autem quoad reliquas aliorum, ad resoluta per Valen. *d consil* 33. *num.* 112 Nec in plus debuit manuteneri, cum solùm possit prætendere habere fundatam intentionem quoad dictam partem, seu quotam, vt in puncto resoluit idem Valen. *d. consil.* 33. *num.* 112. vbi *num.* 124 ex Abb. *in c. cùm contingat, num.* 7. *de decim.* tenet Episcopum habere fundatam intentionem de Iure communi in parte, quam percipit decimarum Ecclesiarum Parochialium suæ Diœcesis; maxime in his Regnis 46
Hispaniarum, vbi Ecclesiæ Cathedrales super decimis fundatæ sunt, Greg. XV. *dec.* 419. *n.* 6.

Quasi possessio percipiendi decimas ex dict præ- 47
dio de Posuelo non solum probatur de illo tempore, quo adhuc sæculari titolo tenebatur; quæ ad hunc effectum sufficiens erat, etiam quod postea decimæ transiissent ad aliam personam, Rot. *decis.* 341. *num.* 1. & *decis.* 562. *num.* 1. *parte* . *recentior* & *decis.* 189. *num* 1. & 3. *parte* 2 *etiam recentior.* & successor esset ab illis exemptus, ead. Rot *d. deci.* 341. *num.* 2. & *d decis.* 561. *num.* 2. *parte* . *recent.* quia res 48
transit cum sua causa & onere soluendi decimam & censum, Stephan. Gratian. *discept forens cap.* 912. *n.* 7. Castillo *de tertijs, c.* 15. *n.* 23. vbi etiam dicit quòd decimæ sunt onus reale, & tributis comparantur, ac prædia afficiunt, & *cap* 36. *à n.* 56.

Sed etiam adest plena probatio de toto tem- 49
pore, quo illud prædium tanquam dos Capellaniæ fuit pro sustentatione vnius Capellani assignatum, vsque ad punctum litis motæ & sic dictus Petrus Stephanus non valet se iuuare asserta quasi possessione de anno 1631. vtpote quia dedit causam liti, & ideò non est habenda in consideratione ad obtinendam manutentionem, Lancel. *de attent parte* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 11. *cum seqq* alios citat Post. *d tract obseru.* 17. *num* 44. *cum seqq.* Rota *decis.* 30 *num.* 1. *parte* . *recentior.* & coram Greg. XV. *decis* 4 *num.* 2. & *decis.* 569. *num.* 4. & coram Duran Episcopo Vrgelen. *decis* 30. *num.* 4. & *decis.* 349. *num* 1 & apud Post. *in fine d sui tract. mandati de manutenendo, decis* 164 *num.* 8. & *decis.* 213. *n* 2. & *decis.* 229. *n.* 14. & *decis.* 267. *n.* 4.

49 Quare cùm præter Iuris assistentiam probetur per Capitulum hæc quasi possessio percipiendi decimas de vno & altero tempore, manutentio ei denegari non poterat, & hinc rectè illud manuteneri mandauit illustrissimus D. Nuncius, iuxta quod Rota seruat, ad not. per Postium *dict. tract. mandati de manutenendo obseru.* 45. *num.* 42. & 47. Et ita iudicaui die 19. Aprilis 1641.

Cæsaraugustana Distributionum.

Ecclesia nunquam perdit suam possessionem, & successor in beneficio etiam mediatus nomine Ecclesiæ potest petere manutentionem, quæ ex sola ciuili possessione datur, maximè in his, quæ naturaliter non possidentur, & possidens ciuiliter potest capere possessionem naturalem sine vitio attentatorum; & quando per decennium censeatur amissa.

VOTVM XLII.

1 *Facti series.*

2 *Possessionem suam de tempore litis motæ probare debet, qui in iudicio summariissimo manutentionis obtinere vult.*

3 *Successori in beneficio manutentio competit ex prædecessoris possessione.*

4 *Probatio nulla requiritur tituli, seu proprietatis, aut dominij, vel quasi ad manutententionem coadiuuandam.*

5 *Causa possidendi non est attendenda, nec discutienda in iudicio summariissimo manutentionis.*

6 *Possessio per actus intermedios illi contrarios, præsumitur non continuata, & dicitur interrupta.*

7 *Manutentio datur successori ex possessione prædecessoris, dum ex aduerso possessio non probatur amissa.*

8 *Possessio solo animo retinetur.*

9 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*

10 *Possessio semel probata continuata præsumitur vsque ad tempus motæ litis.*

11 *Possessionis continuatio præsumpta ad manutentionem satis est.*

12 *Possessio medij temporis præsumitur ex possessionibus præteriti ac præsentis temporis.*

13 *Media præsumuntur probatis extremis.*

14 *Possessio amittitur, si possidens sua voluntate desiisset possidere, vel fuisset expulsus.*

15 *Possessio, vel quasi propria, vel prædecessoris per absentiam, vel non vsum, non amittitur, quia animo semper retinetur.*

16 *Beneficiatus ad manutentionem obtinendam potest se iuuare possessione prædecessoris mediati, vel immediati.*

17 *Possidens partem principaliorem alicuius rei, intelligitur totum possidere.*

18 *Beneficij possessione capta censetur capta possessio omnium rerum & iurium ad beneficium pertinentium.*

19 *Ecclesia nunquam perdit suam possessionem.*

20 *Successor in beneficio nomine Ecclesiæ potest petere manutentionem.*

21 *Possessio ciuilis semper remanet apud Ecclesiam & beneficium, & absque noua apprehensione & vsu continuatur in beneficiato.*

22 *Manutentio datur ex sola ciuili possessione, maxime in his, quæ naturaliter non possidentur, nec possideri possunt.*

23 *Possessio dicitur extincta per lapsum decem annorum, quo quis ad possessionem non accessit, seu actus possessorios non fecit, cum præsumatur inducta obliuio, & non debeatur manutentio.*

24 *Possessio censetur amissa elapso decennio quando expresse concurrit negatio præstationis, cum acquiescentia partis aduersæ.*

25 *Quasi possessio nunquam censetur amissa per lapsum decennij, constito de animo eam retinendi.*

26 *Mandatum manutentionis expeditum per sententiam diffinitiuam, & sic per cedulam, per verba scilicet primæ personæ, est appellabile quoad vtrumque effectum.*

27 *Possessio capta post appellationem suspensiuam non est manutenibilis, & causat attentata.*

28 *Consensus partis vel expressus in possessione capta excludit attentata.*

28 *Consensus partis tacitus vel expressus in possessione capta excludit attentata.*

29 *Possessio in continuatione possessionis anterioris capta non causat attentata.*

30 *Possidens ciuiliter potest capere possessionem naturalem lite pendente, & dicitur continuare, & non attentare.*

31 *Firma regni Aragoniæ non tendit ad nouam possessionem dandam, sed ad antiquam iam obtentam conseruandam.*

32 *Possessio præsumitur capta eo modo, quo validius capi debuit.*

33 *Iudicium executiuum non ideo minus remanet,*

manet, quamuis per cedulam fuerit pronuntiatum, quia non figura verborum, sed natura & substantia iudicij est attendenda.



1 Licentiato Sebastiano Muñoz
de Alfambra perpetuo Beneficiato
in Parochiali Ecclesia S. Michaëlis
de los Nauarros Cæsaraugustauæ
ciuitatis, manutentionem fuisse iure
optimo concessam in possessione percipiendi di-
stributiones quotidianas, aliaque emolumenta cæ-
teris Beneficiatis in eadem Ecclesia inseruientibus
dari solita, proindeque huiusmodi manotentionis
decretum confirmari debere plusquam notorium,
& euidens est.

2 Nam cum in hoc iudicio obtinere volens suam
probare debeat possessionem, Stephan. Gratian.
discept. forens. cap 899. *num.* 1. Rota *decis.* 58. *num.* 1.
parte 2. *diuers.* & apud Postium *in fine sui tract. man-
dati de manutenendo, decis.* 323. *num.* 5. & de tempo-
re litis motæ ad effectum manutentionis conse-
quendæ, ad text. *in §. retinenda, Instit. de interd. l.* 1.
§. huius autem, ff. vti possid. Couar. *pract. cap* 17. *n.* 3.
Rota apud Post. *decis* 10. *num.* 1. *& decis.* 105. *num.* 1.
& decis. 126. *num* 1. & hæc satis probetur in præ-
senti casu, ex eo quòd beneficiatus Ioannes Brio-
nes per plures annos, tota scilicet eius vita duran-
te, in pacifica possessione percipiendi dictas distri-
butiones extiterit, de qoo non controuertitur,
3 ideò ex hac prædecessoris possessione Sebastiano
successori in Beneficio manutentionem competere
resoluunt Abb. *in cap. cum super, num.* 18. *&* 20. *de
causa possess.* Sess. *de inhib. cap.* 20. *num* 29, Rota *de-
cis.* 1. *de rest. spol. in nouis*, Gregor. XV. *decis.* 246. *n.* 1.
& 2. vbi adden. plures concordantes decisiones
referunt, & rationem assignant, quia possessio cen-
setur esse penes ipsam Ecclesiam, proindeque titu-
laris nomine Ecclesiæ potest intentare remedia
4 possessoria. Vnde fit consequens Sebastiano sic
possidenti manutentionem iure optimo datam
fuisse, nec ad eam coadiuuandam requiri aliquam
tituli, seu proprietatis, aut dominij, vel quasi pro-
bationem, ex Menoch *remed.* 3. *retin. numer* 588. *&
remed. vlt. sub num.* 36 Stephan. Gratian. *discept. fo-
rens. cap.* 402 *num* 4. Seraph *decis.* 717. *numer.* 2. Gre-
5 gor. XV. *decis.* 9 *n.* 9 *& decis.* 275. *n.* 12. Rota *dec.* 583.
num. 2. *p.* . *& decis* 35 *n* 5. *p.* 2. *recentior.* neque discu-
tiendam, seu attendendam esse causam possidendi,
Peregrin. *consil.* 84 *n.* 5. *lib* 6. Rota apud Postium *de-
cis.* 11. *n.* 3.

6 Non obstat quòd post beneficiatum Ioannem
Briones, immediatè successores ante Sebastianum
Muñoz fuerunt Peralta, & Asensius, quos non cõ-
stat eas distributiones vnquam percepisse, vnde in-
fert pars aduersa per illos actus intermedios pos-
sessionem dicti Beneficiati de Briones interruptam
fuisse, & præsumi oon continuatam, ad tradita per
Card. Seraphin *decis* 983 *numer.* 1. Cardin. Mantic.
decis. 95. *sub n.* 9. Cardin. Caualer. *decis* 332 *num.* 3.
& decis. 589. *numer.* 7. quia multipliciter responde-
tur.

7 Et primò regulam stare pro Sebastiano, ita vt
ei, qui probat olim per se, aut antecessorem posse-
disse, vti Sebastianus probat, detur manutentio,
dum ex aduerso possessio non probatur amissa,
Bald. *in l.* 1. *num.* 12. *C. vi possid.* Gregor. XV. *dec.* 551.
8 *num.* 10. Rota *decis.* 8.. *parte* 1. *diuers.* Et ratio est,
9 quia possessio solo animo retinetur, *l. licèt, C. de*

acquir. poss. mutatio autem voluntatis noo præsu- 10
mitur, *l. eum qui, C. de probat* & semel probata
possessio, continuata præsumitur, Rota apud Post.
decis. 33 *num.* 3. vsque ad tempus scilicet motæ litis,
Afflict. *decis.* 394. *numer.* 1. Rota apud Post. *d. tract.* 11
decis 4. *num.* 2. & ad manutentionem satis est hæc
continuatio præsumpta, ead. Rota apud eundem
Post. *decis.* 218. *numer.* 4. *& diuers. decis.* 378. *numer.* 1.
parte 1.

Et tantò magis id procedit, quia vltra posses- 12
sionem Ioannis de Briones, probatur etiam pos-
sessio Sebastiani, ex quibus possessionibus præteri-
ti ac præsentis temporis præsumitur possessio me-
dij temporis, gloss. *in cap. cum Ecclesia, de causa pos-
sess.* Alciat. *de præsumpt. regul.* 2 *præs.* 12 *numer.* 1. Con.
in regul. possessor, parte 2. *§.* 1. *numer.* 1. *vers. Præmissa
tamen*, ex eo quia probatis extremis, videlicet prin- 13
cipio & fine, media præsumuntur, *cap. inter dile-
ctos, de fide instr. cap. accedens, de conuers. coniugat.*
Mascard. *de probat. conclus.* 730. Sigismund. Scacc.
de appellat quæst. 18. *remed.* 1. *conclus.* 5 *n* 56. Cardin.
Tusch. *pract. conclus. tom.* 5. *lit. M. conclus.* 173. *per tot.*
cum aliis per me citatis *Axiom.* 145. *à princ.* Nec vl- 14
lus probatur actus intermedius, continens amis-
sionem, aut priuationem possessionis, veluti, si sua
voluntate Peralta, & Asensius desiissent possidere,
Mantic. *decis.* 245. *num* 5. vel fuissent expulsi, Ste-
phan. Gratian. *discept forens. tom* 5. *cap.* 981. *num.* 31.
quod nollo modo contigisse affirmandum est, imò
constat eos à dicta Beelesia absentes semper fuis-
se; vnde per huiusmodi absentiam, seu non vsum
non amittitur possessio, vel quasi, propria, vel
prædecessoris, quia animo semper retinetur, *l.* 3. 15
§. in amittenda, & §. seq. ff. de acquir. possess Cre-
scent. *decis.* 1. *aliàs* 53. *num* 3. *de causa possess. & propr.*
exemplo illius, qui nunquam fuit ad fundum, &
tamen illius possessionem animo retinuit, Cyriac.
contron. forens. lib. 2. *contr.* 258. *n.* 43.

Et nihil interest an prædecessor mediatus, vel 16
immediatus sit ille, cuius possessione se iuuare
vult successor in Beneficio ad obtinendam manu-
tentionem, qoia vtroque caso procedit doctrina,
de qua suprà, vt benè resoluit Molinus *in verb. ap-
prehensio, fol.* 27 *vers. Et nota*, his verbis conclu-
dens. *Fuit per omnes concordes determinatum die* 6.
Marty 1474. *quod attento quod dictus forus condi-
tiando loquitur simpliciter de possessione prædecessoris,
quod debebat intelligi de omni successore, seu prædeces-
sore siue mediato, siue immediato, & per consequens
quòd dicta apprehensio fuit bene prouisa, & non erat in
ca'n reuocationis*, &c.

Secundò respondetur dictos Peraltam, & Asen- 17
sium licèt nunquam resederint, proindeque distri-
butiones non perceperint, nihilominus tamen
per adeptionem possessionis huius beneficij, obti-
nuerunt non solum bonorum, sed etiam iurium, ac
distributionum illius possessionem, quia possidens
partem principaliorem alicuius rei, intelligitur to-
tum possidere, Rota *decis* 19. *num.* 7. *&* 9. *parte* 2.
diuers. & apud Post. *decis* 350. *num.* 25. & capta Be- 18
neficij possessione, censetur capta possessio om-
nium rerum, & iurium ad beneficium pertinen-
tium, Sesse *d. tract. de inhibit. cap.* 10. *§.* 1. *num.* 30.
Gregor. XV *decis* 364. *num* 1. *&* 6. Rota *decis.* 119.
n 6. *& dec.* 658. *n.* 1. *p.* 2. *recentior.* Ego ipse *in tract. de
Canon. c* 15 *n.* 22.

Tertiò respondetur, possessionem illam Ioannis 19
Briones remansisse penes Ecclesiam, & benefi-
cium, non verò simpliciter penes beneficiatum,
Doctores *in l.* 1. *in fine, ff. de acquir. possess.* Rota

apud Post.*decis.*317.*num.*8. & ideò,quicquid agant beneficiati, Ecclesia nunquam perdit suam possessionem, Bart. *in l.*1. § *si vir vxori, num.* 3. *ff. de acquir possess.* quem sequitur Paris *consil.* 14. *numer.* 7. *vol* 1.& Rota apud Post. *d decis.*327.*num.*5 & suc-
20 cessor in beneficio nomine Ecclesiæ potest petere manutentionem, Verall.*decis.* 181.*num.*9 *p* 3. Seraphin.*decis.*1417.*num.*3 adden.ad Greg.XV.*dec.*116. *num.*5.

21 Quartò respondetur, non constare prædictos Peraltam, & Asensium vnquam à perceptione distributionum fuisse expulsos, nisi quòd secundus extraiudicialiter, & interloquendo visus fuit dubitare an Capitulum sibi dare vellet has distributiones, si contingeret eum residere in Ecclesia, quod dubium non potuit operari amissionem suæ possessionis, quia quatenus circa solam possessionem naturalem, & turbationem de facto versaretur, quod adhuc negamus, nullo modo comprehenderet possessionem ciuilem, quæ semper remansit apud Ecclesiam,& beneficium, Rota *decis.* 561. *num.*5. *parte* 1.*recentior.* Pontan. *de spol Cleric. lib.*1. *num.*114. & absque noua apprehensione, & vsu continuatur in beneficiato, Guid. Papæ *decis.*
22 355.*numer.*1.Pontan.*d.tract.lib.*5. *num.*149. ex qua sola ciuili possessione datur manutentio, maximè in iis, quæ naturaliter non possidentur, nec possideri possunt, vt in pensionibus, aliisque annuis præstationibus, distributionibus, & iuribus incorporalibus, Seraphin. *decis.*299.*n.*8. Post. *d.tract.obseru* 16.*n.*30.

23 Nec obstat, quòd per lapsum decem annorum, quo quis ad possessionem non accessit, seu actus possessorios non fecit, dicitur possessio extincta, cùm præsumatur inducta obliuio, & non debeatur manutentio, Stephan Gratian. *discept.forens.c.*365. *num.*41.*& cap.*450.*num.*30.*&* 42. Christophor. de Paz *de tenuta cap.*17. *num.*16.*&* 17.*& cap* 71.*n.*2. *&* 4.Rota *decis.*287.*num.*5.*parte* 2 *recentior.*& apud Cencium *post tract. de censibus*, *decis.*250. *numer.*4.
24 quia respondetur hanc doctrinam procedere quando expressè concurrit negatio præstationis distributionum, vel solutionis fructuum cum acquiescentia partis illas petentis, tunc enim à die denegationis, & acquiescentiæ currit decennium, & eo elapso,censetur possessio amissa, Melch.Lotter. *de re benefic.lib* 1.*quæst* 38.*num.*216.*cum seqq.* Stephan. Gratian *discept.forens. cap.*450. *sub numer.*31. Rota apud Post.*decis.*86. *numer.*8. vbi quod in casu exactionis pensionum, & fructuum adj perdendam quasi possessionem requiritur denegatio solutionis, & quod postea per decennium tacuerit. In præsenti autem casu apparet de animo Peraltæ, & Asensij exigendi distributiones, tum ex præsumptione iuris, quæ dictat voluntatis mutationem non præsumi, *l. cum qui*, *ff. de probat. cap scribam, de præsumpt.* cum aliis per me citatis *Axiom.* 230. *num.*7. tum etiam, quia non constat de iudiciciali denegatione Capituli; & quod illi acquieuerunt Peralta & Asensius habentes se pro spoliatis, vt requirebatur ex supradictis, imò apparet euidenter
25 de animo eorum volentium illas exigere, & lucrari,si residentiam facerent,quo existente per lapsum decennij nunquam censetur amissa hæc quasi possessio,Rota apud Post. *d.decis.*86.*n.*5.

26 Nec denique obstat,quòd mandatum manutentionis obtentum in hac causa non fuit expeditum per decretum, & sic per modum interlocutoriæ, sub verbis tertiæ personæ, sed per sententiam definitiuam,& sic per cedulam, seu schedulam,vel notulam, per verba primæ personæ, quo casu datur appellatio, Rota *decis* 183.*num.*4. *& decis.*287. *sub num.*7.*parte* 2.*recentior* & capta possessio etiam vi- 27
gore firmæ post illam appellationem videtur attentata,Rota apud Post.*decis.*110.*num* 4. ac proinde minimè manutenenda, Lancel.*de attent. parte* 2. *c.*4.*declar.*4.*num.*59.Coccin *decis.*492.*n.*3.Seraphin. *decis.*287.*n.*1. Caualet.*decis.*359 *sub n.*3.Rota *decis.* 183.*n.*7.*p.*2.*recent.*quia etiam multipliciter respondetur.

Et primò non constare ex actis & processu,quòd 28
post illam appellationem, & vigore dicti decreti de manutenendo aliqua possessio fuerit a Sebastiano capta, quæ attentatorum vitio subiaceret, nec etiam apparere de aliqua contradictione, aut protestatione Capituli, qui consensus partis tacitus vel expressus in possessione capta excludit attentata,Crescent. *decis.*2.*vt lite pend.* Lancel. *de attent.p.*2.*c.*4.*limit* 16 *n.*1.*&* 2.Rota *decis.*187 *num.*1. *p.*2 *recent.* Consensus enim partium vbicumque in aliquo actu considerari potest, semper ille actus excusatur à vitio attentatorum, idem Lancel.*d.p* 2. *c.*12. *limit.*41.*n.*12.

Secundò respondetur Sebastiani possessionem 29
esse in continationem possessionis anterioris, proindeque attentata non causare,cum qui continuat, non attentet,Card Manric. *decis.*312.*num.*13. Post. *d. tract.mandati de manutenendo,obseru.*48. *numer.*35. latiùs *obseru* 16.*num.*27 ibi: *Prout tunc ciuiliter pos-* 30
*sidens potest capere possessionem naturalem lite pendente,& dicitur continuare, & non attentare, Lancel. de attent.p.*1.*cap.*4.*limit.*1.*num* 81 *cum seqq.Vnde statutum disponens quòd pro noua possessione soluatur gabella non procedit in habente ciuilem quod acquirat naturalem,Lancel loco citato, num.*84. *& non potest in hoc iudicio summaryssimo dari de attentatis, si forte is, qui illud intentauit, prætendens se possidere, aliquem actum possessorium faciat, vt si habens ciuilem, apprehenderet naturalem, vel alias,* &c. Rota apud eundem Post. *in fin. d.tract.decis.*85. *numer.*4.*&* 5. ibi: *Quia ista possessio naturalis, quæ est accessoria ad ciuilem possessionem, quam isti fratres habebant ante motam litem de anno* 1540. *non dicitur noua possessio, sed continuatio antiquæ, cap. cum venisset,vbi Abb.in vlt. not. de restit.spoliat.& ideò non est attentata, Paris d.consil* 172. *sub num.*2.&c Lancel *de attent.par.*2 *cap* 4.*limitat.*5. *num* 1. *&* 2. ibi: *Quintò limitatur, vt non procedat quando actus esset accessorius eorum, quæ gesta erant ante litem: exemplum in eo, qui ante litem motam habebat ciuilem possessionem, & lite pendente acquisiuit naturalem, nam talis acquisitio, cum videatur accessoria ad ciuilem,non dicitur attentata*, &c.

Tertiò respondetur, quod, casu negato quòd 31
vigore firmæ aliqua daretur possessio, non exinde concluditur ad dicti decreti executionem, cum aliud sit à firma, quæ tamen non tendit ad nouam possessionem dandam, sed ad antiquam iam obtentam conseruandam, vt resoluit Ioseph. Sessè *de inhibit in anacephaleusi numer.* 159. *cum seqq.* quæ omnia magis iustificant habitam possessionem, & illius conseruationem, non verò nouam aliquam acquisitionem ostendunt; & sic est accipienda possessionis apprehensio,cum semper præsumatur 32
capta eo modo, quo validius capi debuit, Aym. *cons.*9 .*n.*8 Surd.*decis.* 12. *num.*15.Rota apud Post. *in fine dicti sui tractatus decis.* 16 *n.*4.

Denique respondetur Iudicem verbis à se in 33
consulte, & inaduertenter prolatis naturam causæ & iudicij mutare non posse, nisi id consultò faciat, vt aduertit Rota coram Dunan *decis.*60.*n.*47. *&* 48.

& 48. ibi: *Tandem non obstat, quòd non per decretum, sed per cedulam fuerit pronuntiatum litteras esse exequendas; quia cum non figura verborum, sed natura & substantia iudicij sit attendenda, non ideò minus iudicium remansit exequutiuum, Gabr. de appell. conclus. 4. numer. 1. vers. Contrarium, Statil. de Saluiano inspect. 4. cap. 2. num. 57. & practicatur quotidie in executione Breuium & litterarum Apost. in qua fertur sententia per cedulam, Salust. in praxi lib. 2. cap. 2. num. 24. & nihilominus à dicta sententia non datur appellatio suspensiua, Statil vbi suprà, Gonçal. in annot. contra nullit. num.* 247. &c. Quare.

Beneficia quæcumque secularia & Regularia etiam sacræ Religionis S. Ioannis Hierosolymitani cadunt sub reseruatione *Extrauag. Ad regimen, de præbend. inter commun.* Et in Hispania ex antiquissima consuetudine & vsu introductum est quòd promotus ad Episcopatum iurispatronatus Regij, renuntiet beneficia quæ ante promotionem obtinebat in fauorem personæ à Catholico Rege assignatæ, & huic, & non alteri Pontifex confert.

VOTVM XLIII.

1 *Casus proponitur.*
2 Extrauag. Ad regimen, de præbend. inter communes, *refertur.*
3 *Beneficia quæ promoti obtinent tempore promotionis, sunt Papæ reseruata.*
4 *Beneficia per promotionem ad Episcopatum vacant in Curia.*
5 Extrauag. Ad regimen, *temporalis fuit, & in vita conditoris dumtaxat duratura.*
6 Extrauagantem Ad regimen, *omnes summi Pont. renouant in 1. regul. Cancel.*
7 *Regulæ Cancellariæ per obitum conditoris expirant, & per successores cum eisdem qualitatibus & moderationibus censentur renouatæ.*
8 Extrauag. Ad regimen, *non minus comprehendit Regularia beneficia, quam secularia.*
9 *Dictio,* quæcunque, *nullam personam excludit, & omnes includit, quæ aliàs non includerentur, quamuis priuilegiatæ essent.*
10 *Dictio,* qualiacunque, *omnia prorsus, & sine delectu includit.*
11 *Verba,* quicunque Regularis, *comprehendunt etiam Regulares Ordinum Militarium.*
12 *Milites S. Ioannis Hierosolymitani comprehenduntur in decreto* Concilij Triden. sess. 25. de Regular. c. 19.
13 *Actus geminatus inducit maiorem firmitatem, & censetur gestus cum maiori animi deliberatione.*
14 *Vincula plura fortiora sunt vno.*
15 *Funiculus duplex difficilius rumpitur.*
16 *Beneficia Militarium Ordinum etiam Melitensis, includuntur sub dispositionibus regularum Cancellariæ, nisi in eis expressè reperiantur excepta.*
17 *Religiosi Hierosolymitani ideo in* Concilio Trident. sess. 23. de Reform. cap. 18. *nominatim excipiuntur, ne sub illo inclusi manerent.*
18 *Beneficia omnia Ordinum Militarium, etiam S. Ioannis Hierosolymitani includuntur sub dispositione regularum Cancellariæ Apost.*
19 *Religio Hierosolymitana non habet priuilegium conferendi in mensibus reseruatis.*
20 *Paria sunt non esse, & non apparere.*
21 *Rex Catholicus Hispaniarum habet ex antiquissima consuetudine, & vsu quod promotus ad Episcopatum sui Regij patronatus renuntiet beneficia quæ ante promotionem obtinebat in fauorem personæ à se assignatæ, & huic, & non alteri Pontifex confert.*
22 *Possessio nulliter capta non potest esse impedimento quin verus prouisus immitti debeat.*
23 *Possessio, quæ liti causam dedit, manuteneri non debet.*
24 *Possessio vigore prouisionis ordinariæ capta de beneficio reseruato est infecta.*
25 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
26 *Præscriptio & consuetudo nihil operantur stante decreto irritanti.*



VACANTE Capellania de los Cervantes nuncupata, Parochialis Ecclesiæ oppidi de Lora per liberam resignationem de illa factam à Licentiato Sebastiano de Couarrubias Capellano in manibus Fratris Frácisci de Valentia Baiuliui de Lora, Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, ac dicti oppidi in spiritualibus, & temporalibus domini, de illa collationem, ac canonicam institutionem fecit ad fauorem Francisci de Alarcon sub die 4. Februarij 603. qui eam vsque ad annum 1619 pacificè possedit; sed eum idem Franciscus à Catholico Rege ad Ciuitatensem Ecclesiam Pontifici proponeretur, & iuxta antiquissimam Hispaniæ consuetudinem & vsum

nominatio quoque ad idem beneficium seu capellaniam, quæ per illam promotionem vacabat, & Sedi Apost. reseruata erat, eidem Regi spectaret, ideo ad eam nominauit Licentiatum Ferdinandum de Liñares Presbyterum; sed dictus Bainliuus de Lora vti dictæ capellaniæ ecclesiasticus patronus, ac inferior collator illam Carolo de Castillo y Semano canonice contulit, ac in possessionem immitti mandauit. Orta lite inter dictum Licentiatum Ferdinandum de Liñares prouisum Apostolicum ex nominatione Regia, & inter dictum Carolum de Castillo prouisum Ordinariũ ex prouisione & collatione obtenta à dicto Bailiuo, & consultus pro veritate dixi Apostolicum prouisum melius ius fouere, ex sequentibus.

3 Summus enim Pontifex Benedictus XII. *in Extrauag. Ad regimen, de prabend. inter communes,* suæ dispositioni omnia beneficia tam sæcularia, quàm Regularia, quæ Episcopi tempore suæ promotionis obtinebant, reseruauit, his verbis. *Aursus Monasteria, Prioratus, Decanatus, Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, Canonicatus, Prabendas, & Ecclesias, cateraque beneficia Ecclesiastica secularia & Regularia cum cura, & sine cura, quacunq; & qualicunque fuerint, etiamsi ad illa persona consueuerint, & debuerint per electionem, aut quemuis aliũ modum assumi, que promoti per dictũ predecessorẽ, vel eius auctoritate ad Patriarchalium, Archiepiscopalium, & Episcopaliam Ecclesiarum, necnon Monasteriorũ regimina obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum nunc vacantia, & qui per Nos, seu auctoritate nostra in posterum ad eadem Regimina promouendi tempore promotionis huiusmodi obtinebunt,* &c. *Ordinationi, dispositioni, & prouisioni nostra, (donec miserationis diuina clementia Nos vniuersalis Ecclesia regimini prasidere concesserit) de ipsorum Fratrum consilio auctoritate Apost. reseruamus. Decernentes ex nunc irritum & inane si secus super pramissis, & quolibet eorum per quoscunq; quauis auctoritate scien-*
3 *ter, vel ignoranter contigerit attentari,* &c. Ex quo loci communiter Doctores colligunt, quòd beneficia, quæ promoti obtinent tempore promotionis, sunt Papæ reseruata, Æn. de Falconibus *de reseruat. benefic. quæst. 2. princ. sub numer. 12. vers. quarta est de beneficijs illorum, qui promouentur,* Simonet. *in simili tract. quæst.* 27. Cassador. *decis.* . *& 3. de Constit.* Mandos. *ad reg. 1. Cancel. quæst.* 15. Gonzal. *ad reg. 8. glos. 51. num.* 35 Nicol. Garc. *de*
4 *benefic. p. 11. c. 6. n. 30.* vbi *n. 32.* refert Rotæ decisionem, in qua deciditur per promotionem huiusmodi beneficia vacare in Curia, & esse reseruata tam propter vacationem in Curia, quàm propter *Extrauag Ad regimen.*

5 Verùm quia dicta Extrauag. temporalis erat, & in vita conditoris dumtaxat duratura, vt in ea dicitur, ibi, *donec miserationis*, &c. & notant Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 36. quæst. 10. vers. quæres quorsum.* Nicol Garc. *d. tract. parte 5. cap. 1. num.* 191. ideo sequentes summi Pontifices eam innouant,
6 quilibet cùm regulas Cancellariæ edit, vt videre est *in reg. 1.* ibi. *In primis fecit easdem reseruationes, qua in Constitutione felicis record. Benedicti Pap. XII. qua incipit, Ad regimen, continentur, & illas innouauit,* &c. & docent Cassador. *d. decis. 3. ad fin.* Azor. *d. quæst. 10. vers. quæres quorsum,* Nicol. Garc. *d. parte 1. cap. 6. numer.* 11. ibi. *Et quamuis dicta Extrauagans Ad regimen, sit temporalis, & ad vitam conditoris, non perpetua, tamen omnes summi Pontifices eam renouant in prima regula Cancellaria,* &c. nam summi Pontifices eas in crastinum assumptionis suæ facere solent, Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. n. 3. in princ.* Nicol Garc *d. p. 5. cap.* *num* 190. quia cùm 7
per obitum prædecessoris conditoris expirauerint, Flamin. Paris. *de resignat. benefi ior lib. 11. quæst. 1. numer. 31. & lib. 12. quæst. 15. numer. 1.* Zerol. *in praxi Episcop. p.* *verbo regula Cancellaria* § 7. Gonzal. *ad d. reg. 8. § 5. proœm. num. 2.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Ecclesiast. cap. 48 num 25* ideo per successores cum eisdem qualitatibus, & moderationibus censentur renouatæ, & subrogatæ, idem Gonzal. *ad d. reg. 8. glos. 5. § 3. num 73. & glos. 9. § 1. n.* . o.

Cùm ergo dicta Extrauag. *Ad regimen* censea- 8
tur renouata per dictam *reg. 1 Cancellaria* à S. D. Vrbanu Papa VIII. non est dubium quin hodie vires habeat, ac per illam omnia beneficia Regularia, quæ Promoti ad Episcopatus tempore promotionis suæ habebant, Apostolicæ dispositioni reseruata sint, vt patet ex text. ibi, *cateraque beneficia Ecclesiastica secularia, & Regularia,* &c & tangit Gonzal. *d. glos. 8. num* 17. ibi. *Praterea in reseruatione Extrauag. Ad regimen, qua innouatur per reg. 1. Cancellaria, non minus comprehenduntur Regularia beneficia quam secularia, vt in ipsa Extrauag. palam legitur.* &c.

Cuius decisio beneficia Regularia quæcunque Militaria, etiam Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani comprehendit, vt patet ex sequentibus.

Primò, quia verbis amplissimis & geminatis 9
includere videtur omnia beneficia, quæ alias non comprehenderentur, vt videre est, ibi, *Quacunque & qualiacunque fuerint*, &c. prima enim particula, *quacunque*, cùm ad personam refertur, nullum excludit, Menoch. *consil 224. num. 7* Anton Monach. *Bonon. decis. 54. numer.* 48 Rota *decis* 368. *num. 5. p. 1. diuers.* immo omnes includit, quæ alias non includerentur, Honded. *consil. 76. num. 16 lib. 2.* Seraphin. *decis* 980. *num.* 8. Gregor. XV. *decis.* 267 *num.* 5. Rota *decis* 781. *num. 10. p. 1. diuers.* & apud Picum *post glos. ad statuta Vrbis decis. 2* quamuis priuilegiatæ essent, arg. *l. in fraudem §. vlt. ff. de milit. testam l. vnica, vbi glos. verbo sponsam C. de rapta virg.* Gutier. *canon. lib.* *cap. 34 num.* 57. Farin. *in praxi crimin. p. 3. quæst.* 108. *num. 6.* At secunda dictio, *qualiacunque*, de per 10
se omnia prorsus, & sine delectu includit, Flamin. Paris *de confident. benef. q. 17. n.* . o. *& q 28. n. 40.* citatus per me *dict.* 299.

Et in indiuiduo, quòd particula illa, *quacunque*, 11
comprehendat beneficia Religionis Melitensis, sicut & dictio, *quicunque*, includit illius Religiosos, probat Gonzal. *d. glos.* 8. *num* 61. ibi. *Sic videmus quod sub decreto Concilij Trident sess. 25. de Regularib cap. 19. incipit. Quicunque Regularis, dum ponit formam quando & quomodo sit audiendus qui vi, vel metu, vel ante tempus fecerit professionem, stante dicta dictione* quicũque, *comprehenduntur Regulares Ordinum Militarium, vt censuit sacra Congregatio, dicens. Milites S Ioannis Hierosolymitani in hoc decreto com-* 12
prehenduntur, &c refert eandem declarationem Armendar *ad recopil. legum Nauarra lib* . . *tit. 18 l. 7 de Relig. num.* 51. cuius quoque memini *in collect. ad d. c. 19. Concilij n. 3.*

Vnde si quælibet ex his particulis tantam habet 13
comprehendendi, & includendi vim, non est dubium quòd simul iunctæ maiorem habebunt, nam actus geminatus inducit maiorem firmitatem, & plus operatur quàm simplex, *l. Ballista 32. ff. ad Trebell. l. 4. iuncta glos. vlt. ff. de pignor act.* Surd. *decis.* 11. *num. 10. & 20. & decis.* 231 *numer. 2.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 4. lit. G conclus.* 28 cum aliis per me adductis *Axiom. 12. num. 14.* & censetur gestus cum

maiori

maiori animi deliberatione, & enixa voluntate, vt eum multis dixi Axiom.105.num.1.

14 Et plura vincula fortiora sunt vno, § *affinitatis, Instit.de nupt. l. cùm in adoptiuis C. de adoption.* Et
15 funiculus duplex difficiliùs rumpitur, *c.1.de tregua & pace*, plures per me *Axiom.79.*

16 Secundò, quia reseruatio huiusmodi ob promotionem ad Episcopalem dignitatem, etiamsi sit inserta in corpore Iuris communis, est nihilominus innouata per regulas Cancellariæ, sub quarum dispositionibus includuntur beneficia Militarium Ordinum etiam Melitensis, si in eis expresè non fuerint excepta. Ita Card.Paris. *consil.*36. *numer.*17. *lib.*4. ibi. *Quinimo ex dicta regula 3. in quantum excipit dictas Preceptorias Militarium, videtur inferri, quod vbi Papa non expressit excipiendo, voluerit in sua dispositione illas comprehendere, quia vbi voluit excludere, expressit. cap.nonne, de præsumpt.* &c. refert & sequitur Gonzal. *d.glos.*8. *numer.*63. vnde infere
17 ideo in Concilio Trident.*sess.*23. *de reform. cap.*18. nominatim excipi Religiosos Hierosolymitanos ne sub illo inclusi manerent, in illis verbis, *Fratribus S.Ioannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis.*

18 Tertiò, quia in terminis *regulæ* 8. *Cancel. Apost.* quæ vberiora, aut efficaciora verba non habet, quàm dicta Extrauag *Ad regimen*, latè resoluit Gonzal .*d.glos.*8. *numer.*61. multis seqq.his & aliis pluribus fundamentis sub illius dispositione includi omnia beneficia Ordinum Militarium, etiam S.Ioannis Hierosolymitani.

19 Quartò, quia Hierosolymitana Religio nullum habet indultum, priuilegium, sed Apostolicam confirmationem, quibus innixa conferre valeat beneficia reseruata, quorum prouisio & collatio S. Sedi Apost. per regulas Cancellariæ spectet, vt in nostro casu: ita in indiuiduo loquens de Prioratibus, & beneficiis huius sacræ Religionis, censuit Rota *decis.*597.*per tot.* apud Farin. *p* 1. *in posthum.* & præcipuè *num.*3.*&* 4. ibi. *Ex prædictis concludebant Domini quòd cùm priuilegia Religionis conferendi in mensibus reseruatis (quatenus Religionem posset dici illa vnquam habuisse) cessauerint per editionem regulæ 8. facta a S.D.N. non possunt dici confirmata per generalem confirmationem priuilegiorum Religionis. Et quòd S.D.N. non intellexerit aliquid innouare ad fauorem Religionis circa ius conferendi in mensibus reseruatis, patet ex toto proœmio confirmationis: etenim in dicto proœmio Papa narrat exemptionem à solutione decimarum, iurium Synodalium, Canonicarum portionum*, &c *concessam à suis prædecessoribus Religioni Hierosolymitanæ, & per alios confirmatam Item narrat facultatem vniendi, & dismembrandi eidem Religioni per eosdem prædecessores concessam, & successiuè per alios confirmatam, seu ampliatam; postea subiungens quod attendens præclara Religionis merita, & cupiens vt ipsa priuilegia firmius subsistant, omnia & singula priuilegia, indulta, facultates*, &c. *magno Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa confirmat. Ecce ergo quòd Papa non loquitur de iure conferendi: imò ex dicta narratiua restricta ad solam exemptionem, & facultatem vniendi, quæ quidem narratiua denotat causam finalem ex supra allegatis; tum specialiter ex modo loquentis*, &c. deinde aliis rationibus prosequitur, ac respondet clausulis, *quorum tenores*, &c. *sublata*, &c. in dicta Apostolica confirmatione insertis: & quoad propositum multum faciunt verba illa inter parenthesis in decisione relata, quæ clarè supponunt Religionem Hierosolymitanam nulla priuilegia hac de re produxisse, nec de illis
20 S Rotæ constare potuisse, vnde ea extare non est dicendum, paria enim sunt non esse, & non apparere, & non entis, & non apparentis idem est iudicium, *l duo sunt Titij, ff. de testam. tutel. l. in lege 77 ff.de contrah.empt.* Lotter. *de re benef. lib.*3. *q.*13. *numer.* 65. cum multis per me citatis *Axiom.* 161. *num.*2.

Habendo igitur pro constanti quòd dicta Ca- 21
pellania per Extrauag. *Ad regimen*, & *per regul.* 1. *Cancellariæ Apost.* S. Sedi reseruata est, quodque eius prouisio & collatio ad Romanum spectet Pontificem, fit consequens eam fieri debere ad nominationem Regis Catholici, nam in Hispania ex antiquissima consuetudine, & vsu introductum est quòd promotus ad Episcopatum Regij patronatus renuntiet beneficia, quæ ante promotionem obtinebat in fauorem personæ à Rege nostro assignatæ, & huic & non alteri Pontifex confert. Ita Nicol.Garcia *de benefic. part.* 11.*cap.*6.*num.*37. Hieron. Venero y Leyua *in examine Episcopor. lib.* 4. *cap.*4.*num.*15. Alzedo *de præcellentia Episcopalis dignitatis parte* 1.*cap.*3 .*num.*80. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.*3 *alleg.*57.*num.*76.*in fine*, secundùm nouissimam impressionem Lugdonensem de hoc anno 1641. Hæc enim nominatio præcedente promoti renuntiatione ad illius fauorem fundatur, vt dixi, in antiquissima quadam consuetudine & vsu, conniuente summo Pontifice, qui personæ nominatæ beneficium conferre solet, nulla tamen facta mentione quod Regis Catholici intercesserit nominatio, sed Bulla expeditur cum narratiua simplicis reseruationis, & cum dispositiua gratiæ ad fauorem illius personæ proinde ac si expediretur de beneficio alia reseruatione eidem Sedi Apost. affecto: & dum perquirerem an hoc ex aliquo priuilegio, seu indulto Apost. procederet, vel de eo obtento aliqua extaret memoria, nihil in Regiis Secretariis inuenire potui, nec à Regiis Consiliariis, quos non semel consolere volui, quicquam hac de re certum mihi fuit nuntiatum.

Non obstat quòd Carolus de Castillo vigore 22
ordinariæ prouisionis & collationis à Baiuliuio nulliter sibi factæ possessionem dictæ capellaniæ acceperit, in eaque se intruserit; quia nihilominus impedimento non esset quin Ferdinandus de Liñares prouisus Apost. immitti in possessionem debeat, ex sequentibus.

Primò, quia dicta Caroli possessio liti causam 23
dedit, & ideo non est habenda in consideratione ad obtinendam manutentionem, latè Posth.*in tract. mandati de manutenendo obseru.*17.*num* 44.*cum seqq.* Rota *decis.* 50. *numer.* 1. *parte* 1. *recentior. & coram Greg.XV decis.*4 *numer.*2.*& decis.*569 *n.* 4. *& coram Duran decis* 350.*n.*4. *& decis.*349 *n* 1.

Secundò, quia talis possessio est infecta cum 24
vigore prouisionis ordinariæ capta fuerit de beneficio reseruato, Gonzal. *ad reg.*8 *Cancel.glos.*45. §. 2. *num* 44. Rota *coram Duran decis.*68. *numero* 3. *&* 4.

Tertiò, quia dicta Extrauag. *Ad regimen*, habet 25
decretum irritans, ibi, *Decernentes irritum*, &c. quod inficit titulum, & possessionem, plures per me citati *claus.*40 *num.*16.& in puncto & terminis nostris Pute. *decis.*191. *lib* 3. ibi. *Die* 17. *Decembris* 1518. *in causa Cæsaraugustana Præceptoria de Villel dubitatum an regula Pauli innouatoria Extrauag. Ad regimen, habeat tale decretum quod inficiat titulum, & possessionem? Pro parte Hieronymi ponderabatur quòd hic erat reseruatio & decretum, & ideo istis duobus concurrentibus decretum regulæ inficiebat titulum, & possessionem*, &c. Verùm quia pro alia parte in contrarium

rium nonnulla allegabantur, occurrit additio marginalis, quæ videtur esse eiusdem Purei, sic loquens. *Ista die Domini inclinarunt pro maiori parte quod dicta regula haberet tale decretum, quod inficeret titulum & possessionem per fundamenta adducta hic pro parte Hieronymi, & quia volui videre istam materiam in istis vacantiis Natiuitatis, ideo visa materia mihi placet etiam ista opinio*,&c. & tandem concludit. *Ad propositum applicando cum beneficia Regularia, quæ vacant in Curia sint per Extrauag. Ad regimen, reseruata, quæ Extrauagans per regulam est innouata, & sic contineat Papalem reseruationem & decretum, ergo debet inficere: istam considerationem dixi in Rota die 14. Ianuary 1549. & placuit Dominis*, &c.

26 Quartò, quia licèt Carolus probasset Baiulinus de Lora olim præscripsisse ius prouidendi huiusmodi capellaniam ob promotionem ad Episcopatum vacantem, adhuc stante dicto decreto irritante nec præscriptio nec consuetudo, quatenus etiam extaret, quicquam operatentur, vt de præscriptione tenent Anton.Gabr. *commun lib 6. t.t. de clausul. conclus. 3. numer.* 44. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 67. numer.* 50. Moneta *de commut. vltim volunt. cap. 7. numer* 144 & de consuetudine, idem Anton. Gabr. *d concl 3. num* 40. Gonzal. *d. glos. 67. numer.* 50. Ego ipse *de clausul. vsufreq. claus. 40. num.* 35. vbi ex Marta notaui contra decretum irritans allegari non posse non vsum, contrariumve. Quare, &c.

Vlixbonen. affictus.

Successor in maioratu quando non est prædecessoris hæres, aut fundatoris proximus, non tenetur stare locationi factæ à prædecessore, nec illius debita soluere.

VOTVM XLIV.

1 *Proponitur casus*, & num. 2. & 3.

4 *Maioratus Hispaniæ non ab vltimo possessore, sed à primo institutore deferuntur.*

5 *Maioratus possessor ad debita prædecessoris persoluenda non tenetur.*

6 *Maioratus successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem quando non est primus successor in bonis maioratus, & proximus successor illius, qui maioratum fecit, nec est prædecessoris ipsius hæres.*

7 *Locator bonorum maioratus mortuo possessore illorum, ad nihil obligatus remanet.*

8 *Clausulæ & conditiones appositæ in contractu sequuntur naturam contractus principalis.*

9 *Contractus quando est simulatus, tales quoque sunt clausulæ in eo insertæ.*

10 *Verba gerundij, seu ablatiui absoluti formam inducunt.*

11 *Conditione deficiente contractus cum ea celebratus censetur resolutus ab ipso initio.*

12 *Pensiones decursas soluere non tenetur titularis, qui fuit impeditus vti fructibus.*

13 *Pensio est onus fructuum, & debita ab eo qui fructus percepit.*

14 *Confessio erronea non nocet.*

15 *Errans non consentit.*

16 *Confessio qualificata cum ea qualitate acceptanda est.*

17 *Confessio sine mandato speciali facta domino non præiudicat.*

18 *Confessio sine speciali mandato facta potest reuocari etiam non docto de errore.*

19 *Procuratores per actus positiuos consistentes in agendo, aut committendo, dominis non parant præiudiciam.*



ONSTITVTO debitore Ferdinando Cabral nobili Lusitano ad fauorem nostri Hospitalis S. Antonij huius oppidi de Madrid, in certa pecuniarum summa, de qua in actis, in solutum dedit ipse Ferdinandus pro debiti huiusmodi extinctione additus, & fructus sui maioratus, quem possidebat, illosque de eiusdem Hospitalis cõsensu locauit Georgio Nunez da Costa, qui in eadem locationis scriptura se obligauerat conuentam affictus quantitatem eidem Hospitali, seu eius legitimo procuratori soluere & exbursare singulis annis vsque ad integram totius debiti exactionem, eo tamen pacto & conditione vt sibi libera fuisset fructuum & redditumm dicti maioratus exactio, nec ei iure auferri possent, vt patet ibi. *tendo e possuindo as ditas rendas na forma da escritura, e lhe naõ forem tiradas por autoridade de iustiça*, &c 1

Cumque tractu temporis dictus Ferdinandus Cabral e viuis decessisset, antequam totum debitum persolutum fuisset, & in dicto maioratu successisset eius Fr. Franciscus Cabral, ac bonorum illius possessionem adipisceretur, prætendebatur locationem præfatam amplius currere non posse, resolutamque remansisse, cum ei stare dictus Franciscus nec vellet, nec obligari posset. 2

Verùm cùm adhuc Hospitale contra dictum Georgium Nuñez da Costa pro debiti huiusmodi solutione instaret, quidam assertus Georgij procurator, nescio quo iure, debitum falsus est, habens tamen relationem ad dictam locationis scripturam, ex illis verbis, ibi *na conformidade da escritura*; nihilominus tamen contra illum datum fuit præceptum de soluendo, & sic resoluta locatione, & fructibus maioratus alteri iam spectantibus, condemnatus tandem euasit. Pro cuius sententiæ nullitate plura idem Georgius fundamenta in medium protulit, eaque curam Rege nostro Catholico allegauit, supplicans vt dignaretur Iudices aliquos nominare, qui de huiusmodi sententiæ nullitate cognoscere, sibique iustitiam æqua lance administrare possent, cui supplicationi pius Rex noster annuens per diploma quoddam Regia manu signatum 3

signatum causam huiusmodi mihi vnà cum aliis committere pro sua summa benignitate maluit.

4 Quia facti serie inspecta dictam condemnationem iure subsistere non posse, proindeque Georgium absoluendum fore, & esse plusquam certum mihi visum fuit. In primis quod morte Ferdinandi Cabral locatio pro annis venturis resoluta remaneret, nec eidem stare eius Frater Franciscus Cabral in eodem maioratu successor teneretur, ex eo patet, quia maioratus Hispaniæ non ab vltimo possessore, sed à primo institutore deferuntur, atq; capiuntur, siue in eis primo institutori, non vltimo possessori succeditur, & ideo vocatus vnusquisque ad maioratum, habet ius separatum ab alio, vt optime resoluunt Valenzuela *tom. 1. consil. 69. n. 50. cum seqq.* Castill. *quotid. controu. Iuris lib. 5. cap. 161. num. 19.* vbi plures referunt. Et ideo cum essemus in casu, quo debitum non ab institutore maioratus, sed ab alio successore contractum sit, & non proponatur possessorem contemplatione maioratus eiusdem, seu pro eius vtilitate, ac conseruatione illud contraxisse, vel ad id Regiam facultatem, causa legitima præcedente, interuenisse, fit con-
5 sequens præfatum Franciscum Cabral maioratus possessorem ad debitum huiusmodi persoluendum minime teneri, vt latissimè, pluribus ad id citatis, quos sciens prætereo, resoluit Castill. *d. cap. 161. num. 22. cum seqq* & præcipuè *num. 30. & 34. vers. cum autem.*

6 Hinc fit etiam consequens maioratus huiusmodi successorem non teneri stare locationi factæ per prædecessorem, maxime, vt in nostro casu, quando non est primus successor in bonis maioratus, & proximus successor illius, qui maioratum fecit, nec est prædecessoris ipsius hæres; ita communiter Doctores, vt per Greg. Lopez *l. 2. verbo el heredero tit. 8. parte 5* Molin. *de primog lib. 1. cap. 21. num. 3.* Valasc. *de Iure emphyt q. 10. num. 9. & cons. 76. num. 3.* D. Barbosa *in l. si filiofam. §. si vir in quinquennium sub num. 4. vers similiter successor in maioratu, ff soluto matrim.* plures propemodum, quos refert Castill. *d. c. 161. n. 15.*

7 Resoluta sic locatione, & fructibus ac redditibus, cum ipso maioratu Francisco Cabral successori optimo iure spectantibus, superest videndum an nihilominus dictus Georgius Nuñez, obligatus de suo soluere remaneat, in quo meo videri, totus versatur disputationis cardo, iam supra per transennam protuli, à tempore obitus dicti Ferdinandi Cabral illum obligatum non remansisse, & nunc moueor, ex seqq.

8 Primò, quia obligatio vti accessoria locationis contractui tanquam principali inserta fuit, proindeque resoluto principali, resoluitur & accessorium, nam clausulæ, & conditiones appositæ in contractu sequuntur naturam contractus principalis, itavt si contractus annulletur, clausulæ quoque & conditiones in eo insertæ annullentur, iuxta glos. *verbo Fabiana in l. si patronus §. patronum ff. si quid in fraudem patron.* cum multis aliis citatis a Valasco *tom. 1. consult. 85 num 3.* Decian. *resp. 104. num. 14. vol. 1* Surd. *decis 7. num. 29.* Reinoso *obseru. 45* & quando contractus est simulatus, tales quo-
9 que sunt clausulæ in eo insertæ, Paris. *consil. 53. n 3. vol. 1.* Reinoso *d. obseru. 45. n. 30. vers. item.*

10 Secundò, quia dictus Georgios conditionaliter se obligauit, id est, *sendo e possuindo as ditas rendas,* &c. quæ cùm sint verba Gerundij, seu sonent in ablatiuum, formam inducunt *l. a testatore, ff de condit. & demonstrat.* Paris. *consil. 41. numer. 14. lib. 4.* Caputaq. *decis 150. num. 1. & 2. parte 1.* Rota apud Farin. *decis. 628. num. 1. parte 1. in posthumis.* Cùm ergo Georgius se obligasset, dummodo reddituum & fructuum maioratus præfati exactio sibi libera esset, si hæc easu deficeret, obligatio nulla remaneret, quia conditione deficiẽte cõtractos cum ea ce- 11
lebratus censetur resolutus ab ipso initio *l. necessario ff. de peric. & commodo rei vend. l. pecuniam,* vbi Alex. *num. 4 ff. si certum pet.* cum multis per me citatus *Axiom. 48. n 6.*

Tertiò, quia etiam titularis, qui fuit impeditus 12
vti fructibus, non tenetur pensiones decursas soluere, Rota apud Garciam *de benefic. parte 1. cap. 5.*
num. 201. cùm pensio sit onus fructuum, & debita 13
ab eo, qui fructus percepit, Gig. *resp. 19. numer. 4. vers. praeterea quod*, Ego ipse *in praxi exigendi pensiones q. 10. n. 13.* & ideo nil mirum si deficiente affectu fructuum cum onere soluendi debitum ex illis, deficiat quoque ipsum onus, quod fructibus inhærebat.

Quartò, qoia condemnatioois sententia emana- 14
uit vigore cuiusdam confessionis erroneè factæ, quæ ideo valere non potuit, cum confessio erronea non noceat, *l si post diuisionem C. de iuris & facti ignor. l. non probatur. ff. de confess.* Seraphin. *decis. 674. num. 2* Duran *decis. 314 num. 12.* Rota *decis. 92. n. 3. & decis. 179. num. 4.* apud Farin. *parte 1. recent. &*
decis. 241 num. 8. parte 1. in posthumis; errans enim 15
non consentit, *l. si per errorem ff. de iurisd. omn iud. c.* Duran. *decis. 40. n 19.* plures per me citati *Axiom. 82. num. 1.*

Quintò, quia huiusmodi confessio facta fuit ĩ 16
relatione ad scripturam, siue instrumentum locationis, in quo aderat expressum pactum de se obligando, dummodo locatio persisteret, eaque sibi frui libere liceret, vnde non simplex, sed qualificata fuit huiusmodi confessio, ac nisi cum ea qualitate acceptanda erat, Rot. *decis. 167. num. 7.* apud Farin. *parte 1. recentior. & decis. 779. n 2. p. 2. etiam recentior.* quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus. *l. asse toto ff. de hered. instit.* cum pluribus citatis *Axiom. 201. n. 1.*

Sextò, quia in actis non constat de speciali 17
mandato ad confitendum, vnde confessio sine eo facta domino non præiudicat, Capic. *decis. 16. à n. 7.* Roman. *consil. 352.* Seraph. *decis. 98 num. 5.* Rimin. sen. *consil. 348. num. 24. vol. 2. & a num. 19.* Menoch. *consil. 12 num. 13. & 14 & consil. 80. numer 64.* Honded *consil. 66. num. 73 lib. 1. & à num. 80. & consil. 79. num. 119 lib. 2.* Cardin. Mantic *de tacit. & ambig. conuent. lib. 7 tit. 15. num. 16. cum seqq.* Stephan Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 874 numer. 5. cum seqq.* Greg. XV. *decis. 270. num 9. & decis. 407. num. 3.* Duran *decis. 314 num 10.* Rota *decis. 613. num 9. parte 1. diuers. & decis 741. num. 5.* apud Farin. *parte 1. recentior. &*
decis. 633. num. 8. parte 1. etiam recentior. Et poterat 18
reuocari Rot. *decis. 19. de procuratorib. & decis. 1. num. 2. a. parte 1. recentior.* etiam non docto de errore, Caputaq *decis 198. parte 1.* eadem Rota *decis.*
198. num 3. d. parte 1. recentior. Quæ resolutio ea ra- 19
tione procedit, quia procuratores per actus positiuos consistentes in agendo, aut committendo (licèt aliud sit in actibus omittendi) dominis non parant præiudicium, vt optimè per Surdum *decis. 181 num. 3. 15 & 16.* Stephan. Gratian. *d. c. 957. num. 1.* & ideo terminum huiusmodi confessionis emanatæ tanqoam domino præiudicialem non per procuratorem, sed per illum subsignandum esse statuit Ordin. Regia *lib. 1. tit. 24. §. 21.* cuius meminit Valasc. *consil. 170. num. 10.* Quare attento scri-

prurae obligationis tenore, & perspecta euidenti confessionis procuratoris nullitate, de quibus in actis constat, sententiam reuocarem, praecedenti delibetationi adhaerens. Matriti die 19. Iunij 1641.

Toletana alimentorum.

Morae purgatio de aequitate Canonica, etiam in contractibus iuratis, & in quacunque iudicij parte admittitur, & non obstante oppositione iam facta de non adimplemento, si propter illam nondum aduersarius sit damnum passus.

VOTUM XLV.

1 *Facti series refertur.*

2 *Procurator ad agendum non potest agere iudicati, vel petere executionem.*

3 *Appellatione pendente non currit tempus ad agendum assignatum.*

4 *Lite pendente super testamenti existentia, vel super eius nullitate non currit tempus ad proponendam querelam inofficiosi testamenti assignatum.*

5 *Tempus ad appellandum non currit pendente quaestione nullitatis sententiae.*

6 *Dilatio non currit pendente iudicio super admissione articulorum.*

7 *Tempus à Iure assignatum ad probandam aliquam exceptionem non currit dum lis pendet super admissione praedictae exceptionis.*

8 *Mora modica non nocet.*

9 *Mora modici temporis non attenditur.*

10 *Debitor etiam post tempus lapsum non statim in mora constituitur, sed cum aliquo temporis spatio.*

11 *Mora purgatio de aequitate Canonica etiam in contractibus iuratis admittitur, non obstante oppositione iam facta de non adimplemento.*

12 *Fideiussor qui se obligauit ad certum tempus aliquem repraesentare in carcere, etiasi transactum sit tempus constitutum, adimplet per praesentationem post terminum factam moram purgando.*

13 *Procuratoris negligentia obesse non potest principali.*

14 *Interpellatio debet praecedere vt debitor in mora constituatur.*

15 *Mora semper potest purgari si aduersarius nondum sit damnum passus propter moram, vel quatenus illud sit passus, paratus est alter soluere interesse.*



ANTONIUS Diaz de Fonseca clericus prouinciae Vlixbonen. pro debito obligatione Camerali Romae contracto in Archiepiscopali carcere huius oppidi Matritensis detentus, obtinuit ab Illustrissimo D. meo Nuntio fauorabile decretum, vt quotidie ab eius creditore, ad cuius instantiam carceratus fuerat, loco alimentorum, attenta sua paupertate regali cum dimidio iuuaretur pro toto tempore, quo in vinculis detineretur, eo tamen adiecto quod si aliqua die in praestandis huiusmodi alimentis creditor deficeret, Ordinarius prius per ipsum praestita fideiussione saltem iuratoria de illo debito soluendo cum ad pinguiorem fortunam deuenerit, cum à carceribus liberari teneretur: verum cum hoc decretum pro parte dicti Antonij procuratori creditoris intimaretur, ipse procurator post interpositam appellationem, & illa firma remanente, altera die, vno tantum Dominico intermedio existente in manibus Notarij actuarij pecunias nonnullas pro alimentis huiusmodi deposuit, quas dictus Antonius recipere noluit, statim petens coram eodem Ordinario excarcerationem, eo praetextu quod vnus dies iam esset transactus, & sibi post terminum praestitutum iam elapsum eae pecuniae oblatae proponantur; sed ego pro veritate consultus dixi locum non esse excarcerationi, ex sequentibus. 1

Primò, quia Antonius non per se ipsum, vt requirebatur, sed per procuratorem suum petitione ab eo solum subscripta, dicti decreti executionem petiit, qui cum fuerit datus ad agendum pro impedienda via executiua pro debito huiusmodi exigendo creditori competente, quod iudicium per tres conformes iam fuerat finitum, saltem stante recognitione debiti ab Antonio facta, non potuit agere iudicati, nec executionem dicti decreti petere, quia mandatum ad agendum lata sententia expirauit, agere enim iudicati, vel petere executionem est noua lis, ad quam aliud requirebatur mandatum, iuxta doctrinam Bart. *in l. si procurator 28. n 2 ff de procurat.* receptam per Noguerol. *alleg. Iuris tom. 1 alleg. 36. n. 9* 2

Secundò, quia à dicto decreto fuit appellatum pro parte creditoris, & ideo dum appellationis causa pendebat, seu disputabatur an appellatio admittenda esset, vel non, currere non poterat tempus ad ea alimenta persoluenda assignatum, arg. *l. intra vtile ff. de minor l. si cum ipso ff de excusat. tutor* Nauar. *consil. 171. num. 1.* plenè Curt. iun. *consil. 312. num 19. cum seqq. lib 3.* Vnde fit quòd lite pendente super testamenti existentia, vel super eius nullitate, non currit tempus ad proponendam querelam inofficiosi testamenti, *l. contra maiores C de inoffic. testam.* Tiraq. *de retractu lig §. 1. glos. 10. num.* 40. Et pendente quaestione nullitatis sententiae non currit tempus ad appellandum, Bald. per tex. *ibi in l. qui testamento ff. de excusat. tutor.* Hippol de Marsil. *sing 152.* Tiraq *d. glos. 10. num* 40. Sic similiter pendente lite super admissione articulorum dilatio non currit, Alex. *consil. 42. In causa & lite vertente col. 3. lib 3.* Nauar. *d. consil. 172. numer* 16. Curt. iun. *d. consil. 312. num* 31. Tiraq *d glos.* 10. *n.* 41. vbi etiam quòd pendente lite super nullitate tutelae, non currit tempus praestitutum proponendis excusationibus, Cardin. Thusc. *tom. 8 lit. t concl. 62. num.* 1. Hinc denique prouenit quod vbi ad probandam aliquam exceptionem certum tempus à Iure assignatur, illud non currit dum lis pendet super admissione, vel reprobatione propositae exce- 3 4 5 6 7

ptionis,

ptionis, Natt. *d. consil. 172. sub num* 16. Curt. iun. *d. consil. 312. numer. 30. lib. 3.* Card. Tusch. *d. conclus. 62. num.* 1.

8 Tertiò, quia terminus vnius diei, quatenus elapsus fuisset, non releuat quominus mora purgari posset, cum esset modica, quæ ideo nihil obstatet, Rota *decis. 622. numer. 4. parte* 2. in posthum. Farin.
9 vbi moram sexdecim dierum modicam reputauit.
10 Et quod mora modici temporis non attenditur, tenent Menoch. *consil. 543 num. 13.* Seraphin. *decis. 1475. num* 1. Et demum quòd debitor etiam post tempus lapsum non statim in mora constituitur, sed cum aliquo temporis spatio, est *glos. verbo restitui in l. Æmilius ff. de minorib.* Ant. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de solutionib. concl. 9. n. 19.*

11 Quartò, quia de æquitate Canonica etiam in contractibus iuratis admittitur purgatio moræ, quod in Tribunalibus etiam secularibus huius Regni obseruatur, Gregor. Lopez *l. 8. glos. 2. ad fin. tit. 14. parte 5.* Gutier. *de Iuram. confirm. parte 3. c. 17. num. 7. cum seqq. & consil. 33 num. 3. & consil. 43. n. 10.* Farin. *in praxi crimin parte 1. quæst. 34. numer. 135. & 136.* Seraphin *decis. 577. num. 1. & decis. 591. num. 1. & 7. & decis. 819. num. 7.* Marescot. *variar. resol lib. 2. cap. 125. num. 28.* vbi quòd de æquitate Canonica in quacumque parte iudicis potest implementum offerri, Mantic. *decis. 270. num. 4. cum seqq.* Cancer. *lib. 2. var. cap. 5. de fideiussor. num. 136.* Ramon *consil. 43. num. 8 & 9.* Stephan. Gratian *discept forens. c. 378. num. 23.* Noguerol. *d. tom. 1. alleg. 6. num 76.* Rota *decis. 410. sub num 5. vers. & etiam videtur, in nouissimis nouis, alias parte 4 diuers.* vbi subdit etiam procedere non obstante oppositione iam facta de non adimplemento.

12 Quod absque dubio, & in omni easu procedit si aduersarius nondum sit damnum passus propter moram, vt declarant Cancer. *d. num. 136.* Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. decis. 559. num. 10. vers. limitatur autem,* Rota *d. decis. 410. sub num.* 5. Vel si damnum aiiquod passus sit, paratus est tamen soluere interesse, qui moram purgare intendit, vt post Rip. & Spin. resoluit Cancer. *vbi supra num. 138.* Beltramin. *in addit. ad Gregor. XV. d. decis. 559. vers limitatur autem primò,* Noguerol. *d alleg. 6. numer. 83.* Rota *d. decis 410. sub num. 4.* Cùm ergo Antonius Diaz ex dilatione modica nondum vnius diei nullum sit passus damnum, cum portio alimentaria illius diei ei offeratur, & præstetur, sit consequens purgationi moræ, si quæ sit, locum fore, ex dictis.

13 Quintò, quia dictus Antonius non fecit intimari decretum Illustrissimi D. Nuntij in propria persona creditoris sui, sed eius tantum procuratori, vnde negligentia ipsius procuratoris in soluendis huiusmodi alimentis, si quæ consideratri posset, illi obesse non potuit, Rota *decis. 612. num.* 4. apud Farin. *p 2. in posthum.*

14 Sextò, quia idem Antonius non interpellauit creditorem, vt sibi iuxta formam decreti alimenta subministraret, prout facere tenebatur ad effectum illum constituendi in mora, vt per glos. *verbo Canonicus in cap. quoniam frequenter §. porrò, vt lite non contest.* vbi Canonicus absens ad certum tempus de licentia Episcopi, si non redeat statuto tempore, non constituitur in mora nisi fuerit interpellatus, Ias. *in l. vniuersa num. 4. C. de precib. Imper. offerend.* dum ait quòd si promittat quis aliquem in iudicio intra octauum diem præsentare, intelligitur si promittens fuerit requisitus, vt præsentet, Bossi. *in praxi tit. de carcerato fideius. num. 61.* dum dicit quòd si quis promittat certo tempore aliquem præsentare, non incurrit pœnam eo elapso nisi præcedat monitio, latissime Valenzuela *tom. 1 consil. 16. n. 6. cum multis seqq.* vbi *à num. 52.* respondet ad vulgare axioma, dies interpellat pro homine, de quo etiam plures limitationes adducit Ant. Gabr. *d. t. t. de solut. concl. 9. n. 13. cum seqq.*

Septimò & vltimò, quia refert Gutier. *de Iuram. confirm parte 3. cap. 17. num.* 10. quòd cùm quidam debitor detentus esset in Regio carcere pro quatuor mille ducatis aureis, & relaxatus fuisset de consensu creditoris cum fideiussoribus, qui se obligarunt de reo præsentando intra certum tempus, quo transacto si eum non præsentarent, remanerent ipsi fideiussores de plano obligati ad prædictum debitum persoluendum, & ita debitor cum his fideiussoribus hoc modo obligatis exiuit à carcere, sed cum tempus præsentationis elaberetur, & fideiussores reum non præsentassent, creditor contra eos institit, & petiit eos condemnari ad debitum soluendum iuxta formam fideiussoriæ obligationis, & dum lis inter eos ageretur, debitor principalis fuit captus, & in carcere præsentatus duobus mensibus post terminum conuentum iam elapsis, & nihilominus refert ipse Gutiertez Regios Auditores Vallisoletanos absoluisse & liberasse dictos fideiussores, declarando eos adimpleuisse per dictam præsentationem rei etiam post terminum factam, quod factum fuisse credit per supradicta de æquitate canonica. Quare, &c. 15

Cæsaraugustana Canonicatus.

Coadiutoriæ cum futura successione non præiudicant Regiæ præsentationi si illæ cessent, & coadiutus moriatur in vno ex quatuor mensibus Regis Catholici nominationi competentibus iuxta Bullam secularizationis sanctæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ.

VOTUM XLVI.

1 *Bulla S. D. Clementis VIII. secularizationis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ refertur.*
2 *Casus proponitur.*
3 *Coadiutor cum moritur, coadiutus incipit habere ius tanquam nouus Canonicus, & diuersa persona.*
4 *Coadiutores non sunt beneficiarij interim dum viuunt coadiuti, nec habent ius, nec titulum in beneficio.*
5 *Coadiutoria licet sit similis renunciationi, est tamen quid diuersum ab illa.*
6 *Coadiutor decedente coadiuto, noua possessionis apprehensione eget.*
7 *Coadiutor debet habere locum captæ possessionis post obitum coadiuti.*
8 *Habilitas in coadiutore an requiratur de tempore*

tempore facta coadiutoria, vel de tempore, quo illa cessauit.

9 *Coadiutorias cum futura successione non potest Papa concedere secundum concordatas Germaniæ.*

10 *Papa de Iure potest coadiutoriam cum futura successione deputare.*

11 *Coadiutoria cum futura successione an sit simplex dispositio, vel mixta.*

12 *Dispositiones duæ quando æque principaliter conglutinantur, tunc iudicantur pro separatis, & simplicibus.*

13 *Mixtum continetur sub simplici quando mixti qualitates sunt inseparabiles.*

14 *Mixtum continetur sub simplici in concessione fauorabili.*

15 *Regressus est continuatio primæui iuris.*

16 *Coadiutoria cessante nullus de illa præter Papam disponere potest.*

17 *Papa in gratijs præuentiuis nunquam iurispatronatus secularis præiudicare intendit.*

18 *Derogationes quantumcunque generales nunquam extenduntur ad patronatus Regios.*

19 *Coadiutoria bene potest stare absque futura successione.*

1 S. D. Clemens Pap. VIII. Philippo II. Regi Catholico concessit ius nominandi personas ad Dignitates & Canonicatus ac Præbendas, quæ in Ecclesia Cæsaraugustana in Februarij, Maij, Augusti, & Nouembris mensibus vacauerint, vt in Bulla *sub dat. Romæ, ad S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ* 1604. *Idibus Iuly*, Pontificatus sui anno 11. in qua hæc de re sic disponitur. *Et nihilominus eidem Philippo Regi, eiusque successoribus Aragonum Regibus tam masculis, & per lineam fœmininam descendentibus, quam fœminis vsque in infinitum & in perpetuum ius nominandi personas sibi gratas, & acceptas, aliàs tamen habiles, & idoneas Romano Pont. pro tempore existenti tam ad Dignitates (non tamen maiorem post Pontificalem) quam Canonicatus, & Prabendas tantum Ecclesia Cæsaraugustan præterquam Magistrales, & Doctorales, necnon Pœnitentiales, & Lectorales huiusmodi in Februarij, May, Augusti, & Nouembris mensibus prædictis, dumtaxat extra dictam Curiam pro tempore vacantes, etiamsi dispositione Apost. reseruati, seu ex generali reseruatione Apost. affecti fuerint per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros ad nominationem Regis conferendos, ita vt de illis in eisdem quatuor mensibus extra dictam Curiam, aliàs quam ex personis familiarium, & continuorum commensalium nostrorum, & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum, & successorum nostrorum pro tempore vacantibus absque nominatione prædicta, & per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices, ac eandem Sedem pro tempore disponi minime possit: ac collationes, commenda, & quæuis alia dispositiones aliter pro tempore facta, & litteræ Apost. desuper conficiendæ cum inde sequutis quibuscunque nullius sint roboris, vel momenti, &c.*

2 Hoc supposito quidam eiusdem Ecclesiæ Canonicus sine Regio consensu obtinuit à Sede Apost. in coadiutorem, cum futura successione quendam clericum deputari, deinde viuente Canonico eius coadiutor multis annis Ecclesiæ deseruiuit, sed postea coadiuto in vno ex dictis quatuor mensibus è viuis decedente, contendit coadiutor futuræ successioni locum fore, ac Canonicatus prædicti possessionem sibi esse dandam; ex aduerso vero prætendebatur nominationem tanquam de Canonicatu in vno ex dictis quatuor mensibus vacante ad Regem spectare; & dum essem pro veritate consultus ad fauorem Regiæ nominationis respondi, his potissimum motus fundamentis.

3 Certum est enim huiusmodi coadiutorias mensi patronatui obstare si in eo moriatur coadiutus, non ex eo quia ab antecedenti prouenit dispositione, quæ sufficeret, si concederemus fuisse vere à principio de Canonicatu dispositum, sed quia attendendum est tempus cessationis coadiutoriæ, nam tunc dicitur vacare Canonicatus quando moritur coadiutus, & tunc incipit habere ius ipse coadiutor, non tanquam coadiutor, sed tanquam nouus Canonicus, & diuersa persona, nec dicitur continuare ius, sed nouiter acquirere, Pute. *decis.* 225. *num.* 2. *&* 1. *lib.* 3. *in correcta.*, Caualer. *decis.* 116. *n.* 5.
Ego ipse *de Canonic. cap* 29. *num.* 7. non sunt enim 4
coadiutores beneficiarij interim dum viuunt coadiuti, nec habent ius, nec titulum in beneficio, sed tantum exercitium, & administrationem, ius autem residet penes coadiutum, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 25. *num* 30. Rota *decis.* 456. *num.* 9. *parte* 1. *recentior.* cum aliis per me citatis *d. cap.* 29 *num* 3. & 5
licèt coadiutoria hæc similis sit renunciationi, est tamen quid diuersum ab illa. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel gl.* 5 §. 9 *n.* 69. Caualer. *d. decis.* 116. *n.* 4. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 23.

6 Cùm ergo coadiutor incipiat esse Canonicus post obitum coadiuti. & tanquam titulo antea carens, tunc sibi possidere non posset, *reg. beneficium, de regul. Iuris in* 6. ideo decedente coadiuto noua possessionis apprehensione eget, Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 31. Rota *decis.* 456 *num.* 6. *& decis.* 637. *num.* 4. *parte* 1. *recentior* Ego ipse *d. cap* 29. *a num.* 18.
& debet habere locum captæ possessionis post obi- 7
tum coadiuti, Rota *decis.* 410. *num.* 5. *in fine parte recentior.* Ego ipse *d. cap.* 29. *num.* 20. *&* 21. quæ omnia ostendunt de Canonicatu illo, per coadiutoriam non fuisse dispositum, sed vsque ad obitum coadiuti manere sicut prius apud ipsum cum vero titulo, & possidendi iure, ipsoque decedente vacare, & de eo sic vacante in vno ex quatuor mensibus ad nominationem Regis disponendum esse.

8 Et ideo cum dubitaretur an coadiutor habilis de tempore factæ coadiutoriæ, inhabilis vero effectus de tempore, quo illa cessauit, esset admittendus inhabilitate superueniente medio tempore non obstante, fuit resolutum in vna Algarbien inhabilitatem superuenientem obstare, quia habilitas requiritur de tempore collationis, collatio autem vere fit, & titulus confertur, ac possessio capitur post obitum coadiuti, vt dictum est, licet hodie ex formula coadiutoriæ aliter dicendum sit cum collatio huiusmodi facta de tempore cessationis coadiutoriæ habeat retrotractionem ad tempus, quo fuit facta, ex clausulis in ea appositis, præcipue in hac materia obiectiua.

9 Facit quod in casibus in quibus secundum concordata Germaniæ Papa non potest beneficia conferre, videlicet in sex mensibus alternatis anni, incipiendo à mense Februarij, eodem modo non potest

poteſt coadiutorias cum futura ſucceſſione concedere, vt in puncto reſoluit Caſſador. *deciſ. vnic. de pactis*, quod referunt & ſequuntur Pute. *deciſ.* 216. *alias* 215. *lib.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 9. *numer.* 11. ex ea ratione quòd cùm coadiutoria ſit diſpoſitio, & de beneficio vacanti, & Papa promittat in dictis concordatis quod in ſex menſibus non vult impedire Ordinarios per ſuas reſeruationes, & quaſcumque alias diſpoſitiones, item dicat quod reſeruationibus aliis à præmiſſis ac diſpoſitionibus auctoritate ſua factis, vel faciendis non obſtantibus quibuſcumque, & ſic tollat omnes diſpoſitiones, & per conſequens coadiutorias, nihil mirum ſi coadiutorias Papa concedendo in omnibus menſibus cum futura ſucceſſione dicatur concordatis contrauenire; quæ ratio vtique militat in noſtro caſu, vt patet.

10 Qua ſententia retenta non obſtant plura, quæ in contrarium adduci poterant, & primò quod Papa de Iure poteſt coadiutorem cum futura ſucceſſione deputare, *cap. ſicut vir.* §. *ecce his auctoritatibus, cum cap. ſeq.* 7. *quæſt.* 1. proindeque coadiutoriam cum futura ſucceſſione exequendam, quia non negatur quin Papa iſtud poſſit, ſed dicitur quod ſtante dicta Bulla ſecularizationis, & conceſſione Regi facta, paſſim Papa deputando coadiutores cum futura ſucceſſione dicitur conceſſioni contrauenire, prout in eiſdem terminis concordatis Germaniæ quoque contrauenire dicit Pute. *d. deciſ.* 215. *n.* 10. *lib.* 3.

11 Nec ſecundò obſtat quòd coadiutoria cum futura ſucceſſione non eſt ſimplex diſpoſitio, ſed mixta, vnde non debet cenſeri excluſa, vbi excluditur quælibet diſpoſitio ſimplex, quia mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, nam reſpondetur quod licet coadiutoria reſpectu conſenſus ſit quid mixtum, tamen quia in iſto caſu non tractatur de ipſa coadiutoria, ſed de illa ſucceſſione reſpectu cuius, conſenſus defuncti nihil operatur, nec illa habet vllam dependentiam à Iure de præterito, ſequitur quod ſumus in diſpoſitione ſimplici, & illud eſt quod dicit Alciat. *in l.* 2. *col.* 2. *ff. de verbor.*

12 *oblig.* quòd quando duæ diſpoſitiones æquè principaliter conglutinentur, tunc iudicantur pro ſeparatis, & ſimplicibus, prout eum refert Pute. *d. deciſ.* 215. *num* 13. Polydor Ripa *de nocturno tempore c.* 4.

13 *num.* 8 *&* 9. Ego ipſe *Axiom.* 152. *num.* 4 dum tenui mixtum cótineri ſub ſimplici quando mixti qualitates ſunt ſeparabiles. Tum etiam, quia ſumus in gratioſis, hoc eſt in gratia & beneficio Principis, ac proinde conceſſa per Papam Regi noſtro Catholico ob præclara munera & ſeruitia Eccleſiæ Romanæ facta, ex quo talis conceſſio reputatur

14 fauorabilis, ac proinde in illa mixtum contineri debet ſub ſimplici, *Bart. in d. l.* 2. *in princ. num.* 1. vbi Alciat *in* 7 *pet n.* 41. *cum ſeqq* Mandoſ. *ad regul.* 10. & alij, quos refero *d. Axiom.* 52. *n.* 7.

15 Tertiò nec obſtat quòd regreſſus in concordatis non comprehenduntur, ergo nec coadiutoriæ, cum æquiparentur, quia diuerſa eſt ratio, nam regreſſus ideo non comprehenduntur ſub concordatis, quia ex voluntate reſignantis non aliter volentis reſignare, niſi reſeruato ſibi regreſſu, & Papæ ita admittentis per fictionem iuris non videtur inducta vacatio, ſed potius eſt quædam continuatio primæui iuris, Rota *deciſ.* 427. *numer.* 7. *parte* 1. *diuerſ.* Ego ipſe *in praxi exigendi penſiones quæſt.* 9. *num.* 15. *&* 16. propter voluntatem eius, qui legem in re ſua appoſuit, & illa voluntas tempore, quo locus eſt regreſſui, adhuc durat, & ſic fingitur quod nulla interuenit vacatio, eo quia fit diſpoſitio in eadem perſona, & non diuerſa, & concordata, & ſic præfata Bulla videtur loqui de diſpoſitione, quæ tempore vacationis fit in diuerſam perſonam: ſed in coadiutoria iſta fictio non vacationis fieri non poteſt, nec coadiutor dicitur continuare, cùm ius eſſet titularis, & ideo diſpoſitio dicitur fieri in diuerſam perſonam & non in eandem, ideo dicitur contrauenire: ita Caſſad. *d. deciſ. vnic de pactis*, Putei *d. deciſ.* 215. *n.* 15.

Quartò nec obſtat quod per appoſitionem manus Papæ dando coadiutorem, ceſſante coadiutoria, nullus de illa præter Papã diſponere poſſit, vt per Æne. de Falconib. *de reſeruat. præl.* 3. Simonet. *in ſimili tract. quæſt.* 64 Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 52. *à princ* & alios per me citatos *de Iure Eccleſ. vniuerſ. lib* 3. *cap* 13. *numer.* 43. quia quicquid ſit an per dationem coadiutoriæ beneficium remãſerit affectum, hic affectio nihil operari poteſt, cum ea non obſtante velit Pontifex vt ad nominationem Regiam de Canonicatibus in huiuſmodi quatuor menſibus vacantibus diſponi debeat, cum decreto irritanti. 16

Quintò non obſtant clauſulæ in Bullis coadiutoriæ apponi ſolitæ, ex quibus videtur collationem retrotrahi à tempore ceſſationis illius ad punctum aſſignationis, & ſic quod ſaltem per fictionem cenſetur facta collatio à principio; quia reſpondetur clauſulas illas operari non poſſe in præiudicium iuris medio tempore acquiſiti ad fauorem Regis noſtri, quod ſtatim afficit menſem illum ſuæ nominationi, & impedit quamcumque Apoſtolicam vel ordinariam diſpoſitionem, Papa enim in gratiis præuentiuis numquam iuripatronatui laicali præiudicare intendit, Caſſad. *deciſ.* 4. *numer.* 3. *de probat.* Viui. *opin.* 195. maximè ſi ad Regem ſpectauerit, quia derogationes quantumcumque generales numquam extenduntur ad patronatus Regios, Couar *practic. cap.* 36. *numer.* 3. *verſ. olim, & numer.* 4. *&* 6. Alfar. *de officio fiſcalis gloſ* 2 *numer.* 19. Gonzal. *ad regul* 8. *Cancel. gloſ.* 18. *numer.* 97. *cum ſeqq. & gloſ.* 24. *numer.* 159. Nicol. Garc. *de benefic. parte* 5. *cap.* 1. *num.* 219. *&* 575. Ioan de Solorzano *tom.* 2. *de Indiarum gubern. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 19. 17 18

Sextò, & vltimò non obſtant quod aliàs coadiutoriæ datio remaneret otioſa ſi eius validitas penderet à futura vacatione, in menſe ſcilicet Pontificio, ſeu Ordinario, non autem Regiæ nominationis, quia reſpondetur neminem dubitare coadiutoriæ aſſignationem in vtilitatem Eccleſiæ factam fuiſſe validam, futuram vero ſucceſſionem claudicare, cum menſis vacationis, in quo illa cadit, Regiæ nominationi iam ſit affectus, & hoc caſu bene poteſt ſtare coadiutoria abſque futura ſucceſſione, cum duplicem contineat gratiam, vt ſentit Caſſad. *d. deciſ. vnic. de pactis, in fine*, vel plenus poteſt ſequi effectus, coadiutoriæ ſcilicet, & futuræ ſucceſſionis, ſi vacatio in menſe Apoſt. contingeret. Quare, &c. 19

Hispalen. Prouincialatus Eremitarum S. Augustini.

Prouincialis de consensu maioris partis Vocalium, & iustis de causis superuenientibus, potest, & debet Capitulum à se conuocatum, sed nondum congregatum suspendere, & prorogare. Electio celebrata post publicatam, vel notificatam Capituli suspensionem, aut interpositam appellationem, vel habitam itineris arreptionem ad Superiorem, vel non seruata Iuris, & Constitutionis forma, seu Vocalibus exclusis, & suis Magisteriis, & voto non seruato Iuris ordine priuatis, aut non Vocalibus admissis, est nulla. Possessor antiquior, & qui probat suam possessionem de tempore litis motæ, est manutenēdus. Recentior verò, clandestinus, iniustus, violentus, seu vitiosus non est manutenēdus Possessio attentata, turbida, offuscata, seu quæ litem excitauit, non est manutenibilis.

VOTVM XLVII.

1 *Prouincialis conuocatorias litteras pro Capitulo celebrando ad omnes Conuentus dirigit.*
2 *Capituli maior pars instat pro dissolutione, & prorogatione.*
3 *Prouincialis ad instantiam maioris partis Capituli, illud prorogat.*
4 *Prorogatione Capituli non obstante, Prouincialis eligitur.*
5 *Generalis generale, Prouincialis prouinciale Capitulū ad libitum prorogare non potest.*
6 *Declarationes tres recipit dicta conclusio.*
7 *Capituli celebratio ad breue tempus prorogari potest.*
8 *Officia ambigens & appetens est reprehendendus.*
9 *Tempus modicum non est in consideratione.*
10 *Prorogatio Capituli ad breue tempus in Ordine S. Francisci permittitur.*
11 *Prouincialis, qui prorogat Capitulum ad effectum recurrendi ad Superiorem intra eandem Prouinciam, dicitur prorogare ad breue tempus.*
12 *Prouincialis consultius faciet recursum ad Superiorem antequam labatur tempus ad celebrandum Capitulum destinatum.*
13 *Capitulum de consensu maioris partis potest suspendi ab eo, qui illud conuocauit.*
14 *Capituli conuocatio spectat de Iure communi ad Prouincialem.*
15 *Præsumendum est pro validitate illius quod facit maior pars Capituli.*
16 *Factum sapienter creditur quod plurimorum consensu, & iudicio gestum est.*
17 *Tempus ad Capitulum celebrandum potest de maiori parte illius abbreuiari.*
18 *Factum à maiori parte in rebus Collegij, Vniuersitatis, vel communitatis dicitur factum à toto Capitulo.*
19 *Pars minor in Capitulo procedit maiori contempta quando ista vocata venire noluit, vel voluntarie recessit.*
20 *Prorogatio Capituli ex iusta & honesta causa facta valet.*
21 *Legislatoris mens est attendenda licet dispositionis verba aliud insinuare videantur.*
22 *Tempus à lege præfixum potest restringi ex causa legitima, sicut & prorogari.*
23 *Declaratur* Franciscus Marcus.
24 *Terminus à Iure præfixus ad Capitulum celebrandum potest prolongari, vel abbreuiari si aliquod iustum subsit impedimentum, vel quando aliqua vis, aut violentia timetur.*
25 *Iudex ex causa potest omnem Iuris terminum minuere, prolongare, & alterare, etiamsi lex terminum taxet, & addat nec plus aut minus à Iudice posse dari.*
26 *Præceptum Superioris non obseruare licet inferiori iusta interueniente causa.*
27 *Ex causa à lege recedere licet.*
28 *Electionem vitiat quicumque timor inferenda violentia, licet illata non sit.*
29 *Electio libere, & sine aliquo metu fieri debet.*
30 *Præmeditatio coniecturatur ex coadunatione hominum armatorum.*
31 *Arma gestans præsumitur cogitare de rixa.*
32 *Armorum timor idem operatur quod arma ipsa.*
33 *Metum iustum adfuisse dicitur etiamsi arma semel sumpta fuerint deposita.*
34 *Metus præsumitur absque alia probatione si audiretur strepitus, & fragor armorum.*
35 *Metus est opinio impendentis mali.*
36 *Metus amittendi honorem iustus præsumitur.*
37 *In extraiudicialibus actibus sufficit sine vlla causa cognitione procedere.*

38 *Electionis*

38 Electionis causa summarie, simpliciter, & absque litis contestatione est tractanda.

39 Index in re extraiudiciali potest procedere sine ordine, & figura iudicij, & sine testibus in figura iudicij receptis.

40 Metus ex communi opinione & fama præsumitur.

41 Testibus interesse proprium defendentibus non est credendum.

42 Metus cum sit difficilis probationis, coniecturis, indicijs, præsumptionibus, & testibus singularibus probatur.

43 Metus, aut coactio quæ sufficiat in arbitrio Iudicis positum est.

44 Testes inhabiles sufficiunt, & illorum reprobatio non admittitur quando agitur de remedio summarijssimo manutentionis.

45 Iudicis & Magistratuum præsentia omnem metum excludit.

46 Limita quando non est satis ad resistendum violentia illius, qui metum intulit.

47 Obseruantia subsequuta tollit omne dubium.

48 Dispositio qualibet declaratur per subsequentem obseruantiam.

49 Obseruantia interpretatiua vt inducatur sufficit aliquando ita obseruatum fuisse.

50 Dictio, semper, refertur ne dum ad omne tempus, verum etiam ad omnem casum.

51 Verbum, volumus, non est præcepti, sed potius liberum & absolutum tribuit arbitrium.

52 Dictio, semper, restringitur secundum naturam actus, & verbi, cui adijcitur.

53 Testis deponens Titium semper possedisse à tali tempore, non dicitur factum deponere, etiamsi reperiatur quod modico tẽpore possederit.

54 Testis deponens se vidisse Caium semper possedisse, intelligitur congruis temporibus.

55 Præfixio diei ad electionem faciendam est de iustitia, & non de substantia.

56 Dies more Romano incipit à medietate noctis, & finitur ad mediam noctem sequentis diei, & quoad officia diuina de vespera in vesperam.

57 Dictiones ipsæ, & ipso iure quid importent.

58 Rubrica declarant nigrum.

59 Textus si est dubius rubrica declarat qualiter sit intelligendus.

60 Statutum restringitur ad personas nominatas in rubrica.

61 Statutum restringitur secundum rubricam.

62 Nigrum ambiguam recipit interpretationem à rubrica.

63 Constitutionis verba referuntur.

64 Constitutio excipiens vnum casum videtur firmare regulam in non exceptuatis.

65 Casus exceptus non firmat regulam in contrarium, quando alia interpretatio dari potest.

66 Exceptio quoad casus Iuris communis ampliationes recipientes, regulam in contrarium non format.

67 Bulla Martini V. refertur.

68 Bulla Nicolaj V. refertur.

69 Dictio, Vt, causam finalem ostendit.

70 Præpositio, Vnde, idem importat ac si diceret, ex qua causa.

71 Verba proœmialia causam finalem, & mentem loquentes ostendunt.

72 Verba proœmialia dant intellectum toti legi.

73 Legislatoris intentio colligitur ex proœmio.

74 Lex seu statutum loquens cum aliquo præsupposito, non habet locum nisi prius illo præsupposito verificato.

75 Qualitas, quæ delictum facit, probanda est sine dubio ab accusatore.

76 Qualitas debet prius probari vt dispositio locum habet, quando disponit cum certa qualitate.

77 Præsupposita plura quando in pœnali dispositione referuntur, omnia æqualiter probari debent per certas, & concludentes probationes, vt intret pœna.

78 Actum aliquid potius ad bonum finem quàm ad malum præsumitur.

79 Suspicio sinistra longe abest à Prælato.

80 Constitutio, seu statutum quamuis generale, seu vniuersale à mente constituentium interpretationem, & restrictionem recipit.

81 Contra mandatum facere sæpissime est iuxta voluntatem mandantis facere.

82 Necessitas semper ab actu positiuo censetur exclusa.

83 Necessitatis causa quæ fiunt nunquam prohibita intelliguntur, etiamsi pateat latissima prohibitio.

84 Pœna ipso iure imposita non operatur nisi sequuta sententia Iudicis declaratoria.

85 Sententia declaratoria requiritur in statuto dicente quod quis habeatur pro confesso ipso iure.

86 Sententia declaratoria dum fertur in pœnis ipso iure impositis, reus manet in sua integritate quoad statum personæ, ac bonorum, & officij possessionem.

87 Declaratoria in facto notorio non requiritur de stylo Rotæ.

88 Excommunicatio ipso iure à lege imposita non incurrit quoad effectum euitandi excommunicatum nisi præcedat senten-

tia

tia facti declaratoria.

89 *Dictio*, ex tunc, *importat signatum tempus, & demonstratum tantum.*

90 *Et restringit dispositionem ad tempus, & casum expressum.*

91 *Constitutio S.D.N. Vrbani VIII. refertur super alternatiuo Prouincialu Hispalen.*

92 *Tempus prorogatum non dicitur ampliatum.*

93 *Prorogatio dicitur potius iuris prioris continuatio, quam noua illius acquisitio.*

94 *Beneficy iurispatronatus laicalis de proximo vacaturi retentio à Papa concessa valet sine patronorum consensu, & absque speciali derogatione.*

95 *Facilius quid prorogatur quàm concedatur de nouo.*

96 *Actus praesumitur potius continuatiuus, quam de nouo factus.*

97 *Actus continuatio facit duo censeri vnum.*

98 *Constitutio Ordinis S. Augustini parte 3. cap. 7. refertur, & numer. 99. 100. & 101.*

102 *Verbum*, debeat, *inducit necessitatem praeceptum, & formam.*

103 *Verbum*, teneatur, *inducit necessitatem & formam.*

104 *Forma censetur inducta quoties lex, seu statutum inducit necessitatem aliquid faciendi.*

105 *Prouinciales in Religione S. Francisci ipso facto absque renunciatione sunt ab officio absoluti.*

106 *Cisterciensis Capituli Praesidens auctoritate Apost. absoluit Praelatos ab officys.*

107 *Seruita renunciant officys, nec antea inducitur illorum vacatio.*

108 *Capuccini Italiae renunciant in Capitulo officys.*

109 *Constitutionis Ordinis Eremitarum S. Augustini parte 3. c. 3. refertur, & intelligitur n. seq.*

110 *Dictio*, Donec, *habet naturam suspensiuam.*

111 *Terminus vbicumque assignatus est à lege vel statuto ad eligendum, vel praestandum aliquid non incipit currere nisi post actum. qui natura sua debet praecedere.*

113 *Et nisi postquam factum fuerit id, quod prius fieri debebat.*

114 *Constitutio poenam priuationis imponens est poenalis.*

115 *Lex quod non dicit non est ab homine praesumendum.*

116 *Lex id noluisse praesumitur cum facile id exprimere potuisset, neque expresisit.*

117 *Prouincialis instam Capituli prorogationem faciens potest prouinciam regere, donec ad electionem, completa prorogatione, deueniatur.*

118 *Iudices maiores, & minores administrationem habent, donec successores possessionem officiorum apprehenderint.*

119 *Prouinciales, Visitatores, & Priores locales Religionum sunt Iudices Ordinary, & in suos subditos Regulares habent iurisdictionem quasi Episcopalem.*

120 *Prorogatio Capituli si non recte fiat à Prouinciali, solum Superior potest emendare.*

121 *Renunciatio officiorum in aliquibus Religionibus non est caeremonia.*

122 *Suspensione pendente quae gesta fuerunt, nulla, & attentata sunt.*

123 *Arreptio itineris, seu nuncij missio habet vim appellationis, & suspendit iurisdictionem Iudicis inferioris.*

124 *Gesta post appellationem interpositam ab electione tanquam attentata, & nulla reuocari debent.*

125 *Appellatione pendente nec in principali, nec in appendicijs est innouandum.*

126 *Innouata omnia pendente appellatione sunt nulla.*

127 *Appellatio viua voce incontinenti sufficit.*

128 *Appellans incontinenti sufficit quod dicat, Apello.*

129 *Appellatio diffinitiua semper sufficit, vt prorumpatur verbo.*

130 *Appellatio interposita per vnum ex consortibus, iuuat alios consortes.*

131 *Executio sententiae à qua fuit appellatum in totum venit reuocāda, etiam respectu consortium, qui non appellarunt.*

132 *Attentata pendente appellatione extraiudiciali non sunt reuocanda.*

133 *Gesta in electionibus pendente appellatione extraiudiciali sunt reuocanda.*

134 *Gesta quando non solum sunt post appellationem, sed etiam contra appellationem, tunc appellatio extraiudicialis causat attentata.*

135 *Gesta post appellationem licet non iudicialem coram Superiore iustificatam sunt attentata.*

136 *Appellatio non tantum suspendit iurisdictionem Iudicis, sed etiam illam extinguit.*

137 *Appellatio ita omnino post eam innouata inficit, vt nulla sint ipso iure.*

138 *Innouata post appellationem sunt reuocanda, & in pristinum statum restituenda, & purganda.*

149 *Etiam ex mero Iudicis officio.*

140 *Possessio post appellationem apprehensa habetur pro spoliatione, & est mere attentata.*

Attentata

141 *Attentata quando sunt turbida, vel quando constat de non iure petentis reuocationem, vel quando materia attentatorum dependet à cognitione negotij principalis, non sunt reuocanda.*

142 *Attentata post appellationem vt non reuocentur, debet constare de non iure petentis reuocationem per rem iudicatam, vel confessionem partis.*

143 *Attentatorum remedium non solum conceditur quando adest notoria iniustitia, sed etiam quando constaret de non iure.*

144 *Attentatorum in concessione consideratur potius contemptus Superioris, quam læsio iuris & partis.*

145 *Attentatorum remedium reputatur in Iure benignum & fauorabile, & priuilegiatum, vt n. 146.*

147 *Excommunicationis exceptio non potest opponi contra agentem pro reuocatione attentatorum.*

148 *Attentatorum iudicium fauorabilius est iudicio spolij, & sic possessorio recuperandæ, & interdicto Vnde vi.*

149 *Attentatorum ante purgationem non potest procedi in negotio principali.*

150 Cap. quia propter, de elect. *refertur.*

151 *Forma descripta* in cap. quia propter, de elect. *est omnino obseruanda sub pœna nullitatis.*

152 Cap. quia propter, de elect. *procedit in electionibus Prouincialium, & aliorum Prælatorum Regularium.*

153 *Vniuersitati quod conceditur, singulis eius non tribuitur.*

154 *Scrutatores de forma substantiali debent secrete & sigillatim cunctorum vota diligenter, hoc est ex se & proprio ore exquirere.*

155 *Scrutatores debent prius se ipsos scrutari.*

156 *Vota in electionibus debent de forma substantiali per scripturam fideliter dari, ne memoria scrutatorum pereant.*

157 *Electiones consuetudine fieri possunt per bulletas, pallcas, & cartellas, aut per fabas, siue per lupinos.*

158 *Disponere quis præsumitur in dubio secundum Ius commune.*

159 *Notarius Secretarius Capituli debet scribere, & fidem facere de omnibus ibi gestis.*

160 *Rubrica*, de modo procedendi. &c. *denotat sub illa dispositum continere formam substantialem.*

161 *Forma omnis in dubio censetur substantialis.*

162 *Constitutio Ordinis Eremitarum S. Augustini parte 3. cap. 7. sub rub. de modo recognoscendi Patrem Præsidentem refertur.*

163 *Litteræ concedentes iurisdictionem non operantur sine præsentatione, inspectioneve, solito modo, & loco facta.*

164 *Præsidentia propria auctoritate possessionem apprehendens est intrusus, & violentus possessor, ac illius beneficio ipso iure priuatus.*

165 *Forma substantiali non seruata actus ipso iure est nullus.*

166 *Præceptum Superioris ob eius auctoritatem præsumitur in dubio iustum.*

167 *Iudicis mandato faciens, dolo facere non videtur.*

168 *Absentes sine eorum culpa vocandi sunt ad electionem, vt saltem constituant procuratorem.*

169 *Diem prorogationis, vel assignationis pro electione facienda scientes, amplius vocandi non sunt.*

170 *Certus qui est, amplius certiorari non debet.*

171 *Contempti dicuntur, qui non fuerunt vocati cum deberent vocari.*

172 *Vocem in Capitulo habentes ad electionem legitime vocandi sunt.*

173 *Qualitas quod vocatus quis fuerit ad electionem, non præsumitur, nisi probetur.*

174 *Omissio vocationis irritam reddit electionem.*

175 *Electio celebrata, maiori parte contempta, vel non legitima vocata, est ipso iure nulla.*

176 *Scrutatores si non fuerint missi ad inquirendum votum infirmi existentis in eodem Monasterio, electio est nulla.*

177 *Vocati ad electionem quando sunt omnes, si venire non curent, cum vno solo qui venerit, poterit ad electionem procedi.*

178 *Decedentes à loco electionis faciendæ computantur inter illos, qui renunciarunt.*

179 *Intellige de recedentibus à loco voluntariè, vel de ijs, qui malitiose, & dolose se absentant.*

180 *Vocales iam congregati si exeunt in maiori parte, minor quæ remanet, potest ad electionem procedere.*

181 *Capitulum conuocatum, & congregatum differunt.*

182 *Electio exclusis seu priuatis aliquibus non seruato iuris ordine facta est nulla, & n. 183.*

184 *Præsidens Capituli etiam cum ampla facultate Apost. neminem non citatum potest priuare.*

185 *Præsidens Capituli si iniuste procedat, potest maior pars absque illo, & etiam absque minore ad electionem procedere.*

186 *Exclusi & priuati nulliter possunt instare vt*

vt electio sine illis celebrata nulla declaretur.

187 *Martinus de Angulo postquam renunciauit, redintegratur, ordine Iuris non seruato.*

188 *Fr. Hiacintus Cubero sententia Prouincialis priuatus, restituitur.*

189 *Fr. Alphonsus Garcia debito modo priuatus ad votandum in Capitulo introducitur.*

190 *Fr. Petrus de Porras in Magistrum nulliter admittitur.*

191 *Fr. Damianus de Espinosa, & Discreti Grennen. & Ossuna indebite excluduntur à voce danda in Capitulo.*

192 *Possessor non est eijciendus nisi prius citetur, & audiatur.*

193 *Citatio specialis requiritur vt quis de possessione eijciatur, & non sufficit generalis contra interesse putantes.*

194 *Possessor lite pendente à sua possessione nunquam amouendus est sine citatione, & causa cognitione.*

195 *Siue habeat colorem possidendi, siue non.*

196 *Exclusi ob inhabilitatem non sunt admittendi nisi prius probent suam rehabilitationem.*

197 *Actus valet si vnius falsi, & alterius veri tutoris auctoritas interueniat.*

198 *Actus quando explicatur à singulis non nomine Collegij, tunc si aliquis est inhabilis, non valet actus, ex quo habilis & inhabilis exercet actum indiuiduum, & inseparabilem.*

199 *Inhabiles expressi quando habilibus coniunguntur, non valet gestum ab Vniuersitate.*

200 *Electio si fiat per habiles, & inhabiles simul an vitietur, ostenditur,* & numer. 201.

202 *Possidens de praesenti & de praeterito, semp r possedisse praesumitur, animumque habuisse continuandi possessionem.*

203 *Possessor olim, hodie etiam possessor praesumitur, vbi etiam ex aduersarij confessione apparet de antiqua possessione, vt* n.204.

205 *Praesumptio continuationis possessionis durat dum contrarium non probatur.*

206 *Possessio vsque ad tempus litis mora probare sufficit ad obtinendam manutentionem.*

207 *Possessio talis praesumitur, qualis est titulus praecedens.*

208 *Prouincialis officium an expiret finita triennio, & non facta renunciatione in Religione Eremitarum S. Augustini.*

209 *Prouincialis ob transgressionem alicuius poena ipso iure imposita non dicitur in poenam aliquam incursus, quia manutentionem retardare valeat.*

210 *Manutentio solum conceditur ad strictos limites possessionis.*

211 *Possessio vnius rei sufficit pro manutentione consequenda quoad alias res sub eodem iure comprehensas.*

212 *Possessio continuari desinit quando constat fuisse ab alio medio tempore occupata.*

213 *Possessio non amittitur quando quis non habet se pro spoliato.*

Possessio solo animo retinetur.

214 *Possessor dicitur, qui nunquam se habuit pro spoliato, & ideo est manutenendus, vt* n.215.

216 *Possessio capta de facto, & per spolium non potest interuertere possessionem legitimam.*

217 *Manutentio denegatur iniusto, clandestino, turbatiuo, & vitioso possessori.*

218 *Manutentio non est concedenda illi, qui venit ex vacatione inducta, de qua dubitatur.*

219 *Manutenendus est resignans in sua possessione etiamsi resignatarius fuerit immissus quando disputatur de validitate consensus à resignante praestiti.*

220 *Poss ssor antiquior praesumitur iuste possidere.*

221 *Poss ssio recentior, & posterior, praesumitur iniusta, vitiosa, clandestina, & turbatiua.*

222 *Actus poss ssory ab alio gesti quando constat de priori possessione, non probant possessionem, sed turbationem.*

223 *Possessor iunior tenetur probare se non possidere vi, aut clam, sed antiquiorem cecidisse à possessione sua culpa, aut facto, aliàs eius possessio praesumitur clandestina aut vitiosa.*

224 *Possessio clandestina, aut vitiosa non est manutenibilis.*

225 *Possessio, quae est violenta, & iniusta, non est manutenibilis.*

226 *Manutentionem antiquiori possessori denegare, durities est, & immanitas.*

227 *Possessio nulliter capta non est manutenibilis.*

228 *Possessio apprehensa post interpositam appellationem est attentata, & non manutenibilis.*

229 *Possessio attentata nullum potest praestare impedimentum quin parti anteriori possessori detur manutentio.*

230 *Appellatio regulariter est interponenda coram Iudice à quo.*

231 *Nisi constet eam peruenisse ad notitiam Iudicis à quo, vel partis.*

Possessio

232 *Possessio intricata, offuscata, seu obscura, & proueniens ex titulo incerto non releuat, nec est manutenibilis.*

233 *Possessio ex qua lis initium sumpsit, vel quæ litem excitauit, non est manutenenda.*

234 *Possessio quando prætenditur ex vnico actu contraactio, vel ex vnica collatione dante causam liti, tunc non est manutenenda.*

235 *Possessio quando acquiritur ex vnico actu positiuo, & pacifico, etiamsi postea subsequatur contradictio partis, ex illa possessione danda est manutentio.*

236 *Intellige quando manutentio petitur ad terminos possessorios alicuius actus, qui consummate, perfecte, & absque vlla contradictione fuerat olim gestus.*

237 *Actus possessorij contradicti quoad manutentionem obtinendam non tribuunt ius considerabile.*

238 *D. Gabriel Martinez in Hispaniarum Nunciatura Iudex Apost. designatus laudatur.*

239 *D. Antonius de Castro in suprema Hispaniarum Curia Aduocatus laudatur.*



1 R. P. M. Franciscus Lyaño Prouincialis Hispalen. Ordinis Eremitarum S. Augustini, conuocauit omnes Patres Vocales pro Capitulo Prouinciali in ciuitate Granatæ celebrando die Sabbati 20. Aprilis 1641. & conuocatorias litteras in omnes huius Prouinciæ Conuentus direxit, ac iuxta formam Constitutionis eiusdem Ordinis, *parte 3. cap. 7. sub rub. de modo celebrationis Capituli Prouincialis*, singulis illius Religiosis non Vocalibus sub excommunicationis, & aliis pœnis mandauit, ne sine eius licentia in scriptis habita ad dictam ciuitatem, & decem leucis circumcirca illam, accedere auderent.

2 Pro quo Capitulo celebrando die Veneris 19. Aprilis in eiusdem ciuitatis Monasterio Vocales Religiosi octuaginta tres se conuenerunt, ex quibus 53. intelligentes magnas sibi parari insidias, ne possent ad huiusmodi electionem libere procedere, eo quod plures Religiosi non Vocales contra P. Prouincialis mandatum in dicta ciuitate Granatæ, & in locis vicinis cum armis ad eos cogendos, vimque illis inferendam conueniebantur, quodque P. M. Alphonsus de Castilla, qui Capituli præsidentiam affectauerat, plurésque illi adhæreutes pleno ore asserebant causarum Iudices ad eorum libitum eligendos esse, qui plures suis Magisteriis, officiis, & honoribus priuarent, ne amplius vocem in electionibus habere possent: cœperunt exinde prædicti 53. Vocales, qui contrariam sectabantur partialitatem, coactionem, & violentiam huiusmodi valde timere; & licet maiorem, & saniorem constituerent partem, proindeque canonicam electionem ab eis faciendam indubium apud omnes esset; nihilominus tamen cùm dictus P. M. de Castilla, & sui Partiales, ne id contingeret, ad plurimorum deuenire constituerent, prædicti 53. Vocales per quendam supplicem libellum ab omnibus subscriptum, coactionem, metum, & violentiam huiusmodi Patri Prouinciali semel, & iterum significarunt, & protestati sunt, ad hoc vt Capituli celebrationem in aliud tempus protraheret, quo inuocato Regis nostri Catholici auxilio, & adhibito Illustrissimi Domini Nuncij opportuno remedio, electio ista ab omni, & quacumque coactionis, seu violentiæ specie aliena celebrari posset.

Cùm igitur eidem P. Prouinciali ex informationibus iudicialiter, & extraiudicialiter pro suo animo informando sæpissimè captis, & iterata præfatorum 53. Vocalium assertione de prædictis satis constaret; quodque prorogatio ad breue tempus facta (dum scilicet de his rationem redditurus coram Illustriss. D. Nuncio se sistere posset) non esset multum partibus incommoda, sed potiùs ad scandala, & dissensiones sedandas valdè necessaria, Capitulum adhuc non congregatum prudenter, ac maturo cum iudicio prorogauit, omnibusque, & singulis illius Patribus Vocalibus, sub excommunicationis, aliisque pœnis suo arbitrio imponendis intimare fecit, vt quisque ad suum Monasterium statim recto tramite incedendo se reciperet. 3

Facta, & intimata suspensione, ac prorogatione huiusmodi; Pater Prouincialis, ac præfati omnes 53. Vocales à Monasterio, & ciuitate Granatæ recesserunt, quatuor tantum exceptis, qui infirmitate, alioque legitimo impedimento detenti illinc discedere non potuerunt: cæteri verò Vocales, qui numerum 29. non excedebant, suspensionem, & prorogationem huiusmodi, necnon protestationes, & appellationes interpositas parui pendentes, Patrem Prouincialem, cum decem Prouinciæ Patribus Magistris, iuris ordine non seruato, priuarunt, nonnullos alios, qui Vocales non erant, vt vocem haberent, in Capitulum introduxerunt, ac tandem sic ad electionem temere procedentes R. P. M. Franciscum de Terminon in Prouincialem de facto elegerunt. Hinc introducta lite coram Illustrissimo Domino meo Nuncio super nullitate huius electionis, fui pro parte P. Prouincialis Francisci Lyaño, & dictorum 53. Vocalium consultus, & tandem post longa, & assidua litterarum studia censui eam electionem nullam, & attentatam absque dubio fuisse, ad quod assequendum quatuor conclusionibus totam hanc materiam resoluendam existimaui. 4

Conclvsio I.

R. P. M. Franciscus Liaño Prouincialis, de consensu maioris partis Vocalium, & iustis de causis superuenientibus, potuit, & debuit ad effectum recurrendi ad Illustrissimum D Nuntium, Capitulum à se conuocatum, sed nondum congregatum suspendere, & prorogare.

5 Quando pro Capitulis celebrandis certa & præfixa dies à Iure, vel Apostolicis Constitutionibus est determinata, non poterit ad libitum, & suo arbitrio Reuerendissimus Generalis pro Capituli Generalis, & P. Prouincialis pro Capituli Prouincialis celebratione diem illam immutare, suspendere, vel prorogare. Ita Ludou. Miranda *in manual.*

manual. Prælator. tom.2. q.6. art.2.concl.1. ibi : *Non potest differre Capitulum sua propria auctoritate vltra tempus constitutum*, &c. Iul. Lauor. *variar.lucubrat. tom. tit 4.de elect.c.13.n.8.* Sigismund.à Bonon. *de elect. dub.103.n.1.*

6 Hæc resolutio ab his, & aliis Doctoribus approbata,& communiter recepta, procedit sine dubio de iure ordinario,& auctoritate propria, quod libenter concedo; tres verò recipit declarationes, quibus satis constat in nostro casu prorogationem non solùm licitam,sed etiam debitam fuisse.

7 Prima declaratio est, quando ad breue tempus, veluti ad mensem, vel menses, prorogatio fit, quo casu permissam esse censeo: tum quia omnis ambitionis præsumptio tollitur, quæ ideò prorogationem impedit, ne quis eo prætextu in officio continuò permaneat, quod Apostolicæ Constitutiones primò & principaliter abolere voluerunt, vt in vna Martini V. de qua in *Bullario Ordinis, pag. 251.* ibi : *Vt in huiusmodi officijs, quibus præsunt continuè, seu ad eorum vitam remanere*,&c.Et in alia
8 Nicolaj etiam V. de qua *in dicto Bullario*, ibi : *Vt in dicto officio Prouincialatus perpetui fierent, seu diutiùs permanerent*,&c Officia enim ambigens,& appetens gubernare, est reprehendendus, & reiiciendus,Mastril *de Magistrat lib.1.cap.30. num. 10. cum seq.*

9 Tum etiam, quia modicum tempus non est in consideratione,vt per Vincent. de Franch, *parte 1, decis.94. num.4.* quem refert & sequitur Mastril. *d. tract.de Magistrat.lib.2.cap.7. num.79.* Gurier.*practicar lib.1.quæst.34.num.3 prope fin.* vbi intelligit *legem Regiam 4.tit.6.lib.3. Recopil.* prohibentem ne vicinus, aut naturalis posset esse locumtenens potestatis in sua patria, vt procedat ad longum tempus,non verò ad modicum; quia parum, & nihil æquiparantur, *l quamuis, ff. de condit. & demonstr. gloss. verbo ex contrario, in l si pupillus, § si ego, ff. ad leg. Falcid.* cum aliis per me citatis *Axiom.175. num. 1.*

10 Tum denique, quia etiam in Ordine S Francisci, in quo iuxta Leonis X. concessionem, Prouinciales ita sunt triennales, vt triennio elapso sine alio ministerio pro absolutis ab officio à cunctis Fratribus habeantur, & nihilominus prorogatio ad breue tempus permittitur, vt in his terminis resoluit Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q.16. art.4.concl. vnica*, ibi : *Tempus durationis officij Prouincialis Ministri dumtaxat est triennium, sed aduertendum est, non ita præcisè hoc esse intelligendum, interpretandum, siue declarandum, quin possit per mensem, siue per menses huiusmodi officium prolongari, siue abbreuiari*,&c.Idem tenuit Fr. Emman. *quæst. regul. tom.1.quæst.53. art. 2.* ibi : *Secundò est aduertendum circa vltimam Leonis X. concessionem, quod Minister Generalis per sex annos, & Prouinciales per tres tantùm in officio durent; quibus annis expletis, ipso facto ait quod essent ab officio absoluti, & pro talibus ab omnibus haberentur: notat additionator Capuccinus,quòd quamuis adhuc in suo robore esset hæc Constitutio, non esse putandum videtur, vt cùm ibi dicitur,vt illis annis expletis, ipso facto ab officio sint absoluti, sic præcisè esse intelligendum, quin possit per mensem & per menses in tali officio prolongari, vel breuiari*, &c sequitur Hieronym.Roderic.*in compend. quæst.Regular. resol. 58 num.17.*

11 Quod autem P. Prouincialis ad breue tempus prorogauerit Capitulum, patet ex eo, quòd in tali prorogatione declarauit se eam facere ad effectum recurrendi ad Illustrissimum Dominum meum Nuntium, & constat ex actis intra nouem dies à puncto prorogationis factæ numerandos se coram eo præsentasse, legitimas suspensionis causas allegando, & paratum statim ad omne illius mandatum, & in eius manibus officio renuntiare.

Non obstat, quòd Fr. Emman. & eius ex fratre 12
nepos Hieronymus Rodericus *citatis locis*, videntur insinuare tutius esse pro qualibet prorogatione facienda ad Sedem Apostolicam recurrere, quia id non ex necessitate,sed de congruentia procedit, vbi scilicet casus, qui prorogationem iustificare potest, successit tanto tempore ante finem triennij, vt commodè Superior consuli posset, priusquam dies celebrandi Capituli adueniret; & tunc nullus inficiabitur consultius esse recursum huiusmodi potius præcedere, quàm subsequi; & hoc est quod vterque Rodericus dicere voluerunt, exempla referentes de prolongatione officij cuiusdam Generalis à Clement. VIII. facta, quæ certè cum fuisset ad longum tempus, & ob benemerita ipsiusmet Generalis in Sedem Apostolicam collata, merito eiusdem S. Sedis auctoritas interuenire debuit: verba autem Fratris Emman. *dict. art. 2. prope fin.* hæc sunt : *Ait tamen Additionator Capuccinus sibi tutius videri, vt succedente casu, antequam ad finem talis triennij deueniretur, Generali mittatur, vt quid faciendum sit determinet; & si tractatur de prolongatione Ministri Generalis, propter aliquam causam superuenientem, ad Sedem Apostolicam recurrendum est, sicut recursum fuit anno Domini 1590.* &c. Vbi verò casus repentinus in ipsa conuocatione, seu celebratione contingit, & tempus instat Capituli celebrandi, necessariò in illius celebratione supersedendum est, dum Superior consulitur; nullibi enim recursus iste prohibetur, siue præcedat, siue subsequatur ipsam diem celebrationis, iuxta temporis angustias, & occurrentes casuum necessitates.

Secunda declaratio est, quando Capitulum, de 13
consensu maioris partis, suspenditur ab eo, qui illud conuocauit, vt in specie resoluit Additio ad Abb. *in cap. cum nobis 9. lit. C. de elect.* argum.tex. *in l. qualem, 29 §. vnde videndum, ff de recept. arb.* ibi. *Vtputa, si iussit litigatores Kalendis adesse, mox Idibus iubeat, nam mutare eam diem posse*, &c.& *l. 2. ff. de re indic.* ibi : *Qui pro tribunali cognoscit, non semper tempus iudicati seruat, sed nonnunquam prorogat*, &c. *l. quod iussit 14 ff. eod. tit* ibi : *Quòd iussit, vetuitve Prætor, contrario imperio tollere, & remittere potest*, &c. Ad Prouincialem enim de Iure commu- 14
ni, & attenta Ordinis Constitutione spectat Capituli conuocatio,& congregatio, Innocent. *num. 2.* & Abb. *num.10. in cap 2. de non oper nunciat.* Ergo ad illum pariter spectabit eiusdem Capituli conuocationis dissolutio, qui enim instituere potest, & destituere valet, & qui non potest constituere, nec valebit reuocare, Nauar. *consil. 12. numer.4. de elect.*

Maximè concurrente ad hanc dissolutionem 15
maiori parte Vocalium,nam in dubio pro illa præsumendum est,secundùm gloss. *in cap. 1.de his, quæ fiunt à maiori parte*, Franc.Marc.*Delphin. decis.800.*
num 4.parte 1. Et prudenter, sapienterque factum 16
creditur, quòd plurimorum consensu, & iudicio gestum est, *cap. prudentiam, de offic. deleg* Dec. *in cap.cùm omnes,lect.1.n.12.de constit.* Menoch. *consil. 96.n.11 tom.1.*

Hinc prouenit, quòd sicut de maiori parte Ca- 17
pituli potest ipsum Capitulum prorogari vltra diem

diem præfixum, sic de illius consensu poterit abbreuiari, vt in puncto tenet Abbas in cap. Ecclesia vestra 57. num. 2. in fine, de elect. & meliùs in c. cùm inter vniuersas 18. eod tit. ibi: Potest ergo Capitulum abbreuiare terminum, præfigendo terminum, prout sibi videbitur; & si Canonici sunt discordes, statur maiori parti, &c. sequitur Castellin. de elect. Canonic. c. 6. num. 6. ibi: Est enim hoc valdè conforme dispositioni Iuris communis, quæ habetur in cap. cùm inter vniuersas, tit. de elect. vbi Panormit. num. 5. docuit ex verbis eiusdem textus, posse tempus præfixum à Iure circa electiones celebrandas abbreuiari per Capitulum, aut per
18 maiorem partem Capituli, &c Factum enim à maiori
parte in rebus Collegij, Vniuersitatis, vel Communitatis, dicitur factum à toto Capitulo, & valet. gloss. verba constitutum, in dict. cap. cùm omnes 6. de constit. Duen. reg. 296. Caputaq. decis. 192. & 203. parte 3.

19 Nam eo solùm casu minor pars procedit maiori contempta, quando ista vocata venire noluit, vel voluntariè recessit nolens interesse; præcipuè Capitulo iam congregato, vt infrà ostendetur: quare cùm in huiusmodi dissolutione & prorogatione pars Capituli conuocati, sed nondum congregati, plus maior intercesserit, & concurrat tanquam principalius instrumentum Prælatus, qui illud conuocauit, nihil est quòd prorogationem impedire possit, nisi adsit in Ordine specialis prohibitio, quam non existere patebit ex dictis infrà concl. 2.

20 Tertia declaratio est, quando iusta aliqua & honesta causa prorogationem iustificat, aut aliquod impedimentum excusat; hæc nãque semper excepta intelligitur, vt habetur expressa dispositione Constitutionum Ordinis in Prologo, ibi: Declaramus, quod in omnibus Constitutionibus, & Diffinitionibus nostris, licet nonnunquam simpliciter, & absolutè aliquid præcipiant, mandent, sanciant, vel prohibeant; exceptiones tamen legitimæ, & rationabiles excusationes excepta intelligantur, dummodo à Su-
21 periore pro talibus habeantur, &c. Legislatoris enim
mens, & intentio id satis se velle præsumitur, licet dispositionis verba aliud insinuare videantur, arg. l. scire oportet, §. aliud. ff. de except. tutor. ibi: Sed etsi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult, &c.

22 Vnde Franc. Marc. Delphin. decis. 569. parte 1. de abbreuiatione loquens expresse tenet ex causa legitima posse tempus à lege præfixum restringi, his verbis: Veruntamen tale tempus regulariter non potest abbreuiari, cùm sit introductum à Canone, seu lege, cap. Indultum, de regulis iuris in 6. nisi ex legitima causa, &c. Et de prorogatione agens, idem dicere videtur paulò inferiùs in aliis verbis, ibi: Et præmissa faciunt ad quæstionem super verbo electionis Episcopi dictarum Ecclesiarum Valen. & Dyen quia Canonici semel præfixerunt terminum ad eligendum ad diem lunæ 21. mensis Ianuarij in loco Alexandriæ, propter metum pestis vigentis in ciuitate Valentiæ, & deinde ipsis congregatis adinuicem tractando de dicta electione, maior pars prorogauit terminum ad 25. mensis Martij proximè futurum in loco Aureoli, &c. Et concludit huiusmodi prorogationem validam fuisse, hac potissimum ratione, quia maior pars prorogando terminum præfixum videtur reuocare, nec potest minor pars vltra procedere, secundùm glos. & Panorm. in cap. cum nobis, de elect. &c.

23 Nec dici potest in casu illius decisionis Francisci Marci, abbreuiationem contigisse intra terminum Iuris, hoc est, trium mensium, qui datur ad Cathedralium Ecclesiarum electiones celebrandas, iuxta text. in cap. ne pro defectu, de elect. quia idem Franciscus Marcus fatetur ex legitima causa posse abbreuiari terminum à Canone introductum, vt priora eius verba suprà relata expresse dicunt; & posteriora aliud non probant, cùm illic non appareat quo tempore vacauerit Ecclesia: nec multum eniti videtur in constituenda differentia inter terminum à iure, vel ab homine præfixum ad electiones celebrandas; promiscuè enim de vtroque loquitur, vt patet.

Et in omnem euentum quòd possit abbreuiari, 24
vel prolongari terminus ad Capitulum celebrandum ab ipso iure præfixum, si aliquod iustum subsit impedimentum, veluti quando adest prohibitio Superioris, ne electio fiat, resoluit Castellin. de elect. Canon. cap. 5. num. 80. ibi: Causa iusti impedimenti ne tempore à Iure præfixo electores procedant ad electionem sui Prælati, per Hostien. in sum. lib. 1. titul. de elect. & electi potest. ad calcem, num. 32. reducuntur ad infra scripta: primò quando interdicitur eis ne eligant ab eorum Superiore, &c. Vel quando aliqua vis, & violentia timetur, aut eligentium malitia abundat, vt loquitur Fr. Ludou. Miranda in Man. Prælat. tom. 2 quæst. 23. art. 10. concl. 1. ibi: Vt in casu, quo timeatur aliqua magna vis, & violentia, &c. & ibi. Vel in casu, quo malitia occurratur eligentium; quia tunc posse Iudicem tempus à lege præfixum abbreuiare, vel prolongare tenet Beroi. in cap. cùm sit Romana, num. 25. de appellat. &c. Idem sentit Lauor. variar. lucubrat. tit. 4 de elect. cap. 18. num. 14. dum ait, quòd iura ex aduerso adduci solita contra illos solum loquuntur, qui nullo iusto, & legitimo impedimento detenti in termino à iure præfixo eligere neglexerunt.

Iudex enim ex causa potest omnem iuris ter- 25
minum minuere, prolongare, & alterare, etiamsi lex terminum taxet, & addat ne plus, aut minus à Iudice posse dari, vt probat text. in l. ad peremptorium, cum l. sequenti, & ibi Paul. de Castro, iuncta l. nonnunquam, ff. de iudic. Gloss. Panorm. Anton. de Butrio, & communiter omnes in cap. cùm sit Romana, vbi latè per Philip. Dec. in 5. col. cum seqq. de appellat. optimè Menchaquen. controuers. illustr. cap. 5. num. 20. Bobadil. in sua Politica lib. 3. cap. 14. num. 79. ibi: Hasta los terminos legales, aunque estèn estatuidos, è assignados por palabras limitadas, y taxatiuas, se pueden con causa prorogar, o abreuiar, &c. Sicut etiam 26
licet inferiori iusta interueniente causa Superioris præceptum non obseruare: Gloss. & Doctores in l. & si seuerior 3. ff. ex quibus causis maior. Bart. & alij in l. hodie, ff. de pœnis, l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. l. 8. tit. 31 parte 7. Bald. consil. 34. Casus talis est, ante fin. lib. 1. Turrecrem. in cap. omnis dist. 45. num. 6. Couar. lib. 2. variar. cap. 9. num. 8. Auiles ad cap. 1. Prætor. verbo, derechamente, num. 9. & 11. Perez l. 9 in princ. tit. 16. lib. 8. Ordinam.
quia ex causa à lege recedere licet, l. si hominem, ff. 27
mandati, Menoch. de arbitr. casu 52. n. 5.

Superest nunc, vt videamus verum ex sufficien- 28
tibus causis motus fuerit P. Prouincialis ad Capitulum dissoluendum, & prorogandum? & an illæ sufficienter in processu probatæ appareant? Quod ad primam dubij partem attinet, videtur in Iure satis constare quemcumque timorem inferendæ violentiæ, licèt illata non sit, vitiare electionem, gloss. notabilis, verbo metuebant, in cap. bona, el 2. de elect. vbi Innocent. ita ait: Hic sufficit probare iustam causam timendi impressionem subesse, etiamsi non sit sequuta impressio, quia nemo se debet periculo expo-

nere,&c. Alexan. consil 99 lib. 3. Gutier. consil. 16. n. 11.
& consil. 40. numer. 1. Cabreros de metu lib. 2. cap. 5.
numer 62. Sigismund. à Bonon. de electione dub. 54.
num. 14. Sanchez de Matrimon lib 4. disp. 1 num. 17.
ibi: Secundò infertur iustam & probabilem metus suspicionem haberi pro metu, & sic satis esse ad rescindendum actum, &c. & num. 18. ibi: Tertiò infertur timorem inferendæ violentiæ, licet illata non sit, vitiare electionem, &c. Castellin de elect. Canon. cap 13. num 31.
ibi. Ad nullitatem electionis per metum sufficere quod probabiliter eligentes timeant, &c. Poriel. in respons. casuum conscientiæ. parte 1, casu 16. num. 2. ibi: Non solùm violentia actu illata violat libertatem eligendi, sed etiam solus timor probabilis violentiæ inferendæ, &c.
29 Ratio est, quia electio libertatem maiorem requirit, quàm cæteri actus voluntarij, ad tradita per
Menoch. consil 783. num. 7. dum ait, quòd electio liberè, & sine aliquo metu fieri debet, Castellin. dict.
tract. de elect. Canon. cap. 3. num. 3 dum tenet, quòd
totaliter debet esse aliena ab omni, & quacumque
specie coactionis, seu violentiæ, Tamburin. de iure
Abbatum tom. 1. disp. 5 quæst. 22. num. 7. & 8. dum dicit, quòd non est electio, vbi voluntas libera, &
consensus liber non est, Rota decis. 65 num 6. apud
Farin. p. 1. recentior. dum censet, quòd in electione requiritur summa libertas, & quòd ab ea debet longè
abesse omnis coactio.
30 Patrem igitur Prouincialem, cæterosque 53.
Vocales inuasit timor probabilis violentiæ inferendæ, tum ex eo, quia audierant plures Religiosos
non Vocales iussu Patris M. Francisci de Terniñon, & aliorum confœderatorum cum armis ad
locum Capituli celebrandi appropinquare, ex quo
coniectari facile erat eos ad rixam, & violentiam
aliquam alijs sibi non adhærentibus inferendam
paratos venire; nam ex coadunatione hominum
31 armatorum coniecturatur præmeditatio, Farin.
tom. 2. consil. 193. num. 69. & gestans arma præsumi-
32 tur cogitare de rixa, Brun. tract. de indic. col. 14. Surd.
consil. 561. num. 14 Et idem operatur timor armorum, quod ipsa arma operarentur, vt in l. 3. § armis
deiectum, ff. de vi, & vi arm Gutier consil. 16. num. 10.
33 vbi num. 8. affirmat dici iustum metum adfuisse,
etiamsi arma semel sumpta fuerint deposita: præsumitur enim metus absque alia probatione, si auditetur strepitus, & fragor armorum, Alex. consil. 98.
post num. 5. & consil. 99. num. 3. in fin. lib. 4. Mascard.
34 de probat concl. 1055. num 49. Tum etiam, quia contrariæ partialitatis sectatores publicè asserebant
ipsum P. Prouincialem, pluresque alios ei adhærentes suis Magisterijs, honoribus, ac præeminentijs priuandos esse, & ab hac electione reiiciendos,
ac carceribus mancipandos, quod certè quemlibet
virum etiam constantem, & discretum turbare poterat, nam metus, secundùm Philosophum lib 3.
Ethicor. definitur, quòd sit demissio animi propter expectationem futuri mali; & apud Ciceron. in Tusculan. Metus est opinio impendentis mali, quòd intolera-
35 bile esse videtur, Caluin in suo lexic. verb. metus. Et
dicit Barbat. consil. 60 post num. 5. lib. 1. quem refert
Fachin. fragm crimin parte 2. lit. M. num. 1. metum
esse mentis coactionem, per quam vsus liberi arbitrij impeditur: & hac existente suspicione proprij honoris amittendi, metus iustus præsumitur,
cum viris bonis iste metus maior quàm mortis esse
36 debeat, Mascard. d. concl 1055 num 53. Tum denique quia credibile non est metum huiusmodi, &
timendi impressionem simulatam, seu captiosam,
vel affectatam fuisse ad effectum differendi malitiosè Capitulum, quando euidenter constat, seclusa priuatione, & quacumque alia violentia de facto inferenda, non conuenire Prouinciali Capitulum prorogare, sed electionem concludere, cum
maiorem haberet pro se Vocalium partem, & sic
certam victoriam; vnde cum P. Prouinciali ex suspensione Capituli ingens damnum illatum appareat, suspensio non sponte, sed metu inducta præsumitur absque alia probatione, Mascard. de probat.
concl. 1055. n. 15. in princ.
Quoad secundam verò dubij partem, quæ ver- 37
satur circa allegati metus probationem, aduertendum est metum hic non considerari in agendo, vel
excipiendo, in quibus terminis concludens coniecturarum probatio requiritur, sed capitur adhuc in
suo principio, quando nullus erat, qui tanquam
pars agendo, vel excipiendo metum allegaret, sed
ipsemet Prouincialis vti Superior ad cohonestandam prorogationem, quam facere intendebat, circa
inferendæ violentiæ suspicionem voluit animum
suum informare, ad quem effectum qualisqualis
extraiudicialis informatio suo arbitrio facienda,
sufficiens erat censenda, præcipuè in extraiudicialibus actibus, qualis est electio, vt in cap. concertationi 8. de appellat. in quibus sufficit extraiudicialiter,
ac sine vlla causæ cognitione procedere, vt docet
Lap. allegat. 61. numer. 3 vers. Item pro hac parte est,
quem sequitur Canalitan. parte 1. decis. 46. num 20. 38
eo maxime, quia quælibet causa electionis, vel ab
illa dependens, summariè, simpliciter, & absque litis contestatione est tractanda, Scacc. de iudic. lib. 1.
cap. 53. num. 3. Felician de Vega Archiep Mexican.
in cap. exhibita 9 num. 11. de iudic. Et in simili re 39
extraiudiciali quòd possit iudex ad talem informationem procedere sine ordine, & figura iudicij, &
sine testibus in forma iudicij receptis, docent Innoc. in cap. cùm in tua, de sponsal. & in cap. 1. de postul. Prælat. num. 5. vbi Abb. num. 34. & 35. idem Abb.
in cap. cùm nobis, num 5 de elect. Bald. in l. qui testamenta, § per contrarium, ff. de testam. Roland cons. 8.
num. 31. vol 4. & alij, quos refert, & sequitur Mascard. de probat concl. 1368. n. 14 & 15.
Præsumptiones autem metus inferendi pro hac 40
parte nonnullæ adduci poterant, ex quibus absque
alia in scriptis capienda extraiudiciali informatione, non solùm ad effectum, de quo agebatur, sed
etiam ad quemcumque alium iudicialem sufficienter probatus censeretur, præcipuè stante suspicione iacturæ proprij honoris, & timore valde probabili vocem actiuam, & passiuam amittendi, vt exitus comprobauit; tum quia ex communi voce, &
fama omnium 53. Vocalium, & aliorum dicebatur
inferendus metus, quod sufficiens visum fuit ad illum præsumendum, vt post Cæpol. & Aletat. concludit Menoch. de præsumpt lib. 3 præs. 4. n. 21. & præsumpt. 116. n. 21.
Non obstat, quòd ad huius metus calificatio- 41
nem à P. Prouinciali examinati fuerunt aliqui ex
dictis 53. Vocalibus, quibus tanquam partibus formalibus, & interesse proprium defendentibus non
videbatur credendum, ad tradita per Gregor. XV.
decis. 140. num. 1. 8. & 4. Farin. in praxi crimin. p. 2. 42
quæst. 60. num. 1. cum seqq. Quia respondetur ad effectum de quo tunc agebatur, satis per quamcumque etiam extraiudicialem informationem à P.
Prouinciali factam metum iustificari, qui cum sit
difficilis probationis, ad alios etiam effectus coniecturis, indiciis, præsumptionibus, & testibus singularibus probari resoluunt Menoch. d. lib. præs.
126. num. 9 Anton Gam. decis. 346 num. 2. D. Valen- 43
zuela consil. 29 num. 40. & 41. Et maximè, quia P.
Prouincialis

Prouincialis ea informatiooe tunc capta, quando nullus poterat esse legitimus contradictor ad eam impugnandam, ceosuit satis eo modo probari violentiæ inferendæ suspicionem, cuius in arbitrio erat, positum quis metus, aut coactio sufficeret, Menoch. *de arbitr. casu* 135. *num.* 3. Ioan. Garcia *de nobilitat. gloss.* 17. *num.* 40. D. Valenzuela *d. consil.* 39. *num.* 61. tum etiam, quia agitur de remedio summariissimo manutentionis, in quo testes etiam iohabiles sufficiunt, & illorum reprobatio non ad-
44 mittitur, Felin. Boër. Osasch. & alij, quos refert, & sequitur Farin. *d. parte* 2. *q.* 61. *n.* 193. *cum seq.*

45 Nec etiam obstat ad exclusionem metus, quod in ciuitate Granatæ adest Regia Cancellaria, in qua plures sunt Senatores, & Magistratus, quorum præsentia omnem metum excludere videbatur, *l. fin. in princip. ff quod metus causa*, Bellon. *consil.* 18. *num.* 14. Gregor. XV. *decis.* 326. *numer.* 34. prout de aliorum quotumcumque iudicum præsentia tenent *gloss. fin. in cap. præsentiam* 7. *quæst.* 1. Abb. *in cap. penult. numer.* 11. *de his quæ vi*, Cardos. *in praxi iudicum, verbo iudex, num.* 57. Carol. de Grassis *in tract.*
46 *de except. exc. num.* 69. Respondetur enim illam doctrinam non procedere quando Magistratus præsentia in necessariis deficit, aut satis non est ad resistendum violentiæ eius, qui metum infert, Mascard. *de probat. concl.* 1051. *aliàs* 1055. *num.* 14. Cancellariæ autem Præses Magistratuum præsentiam Patri Prouinciali denegauit, vt constat ex eius litteris eidem Prouinciali traosmissis, de quibus in processu; & quatenus assistentia petita concederetur, nihil releuaret quoad præcauendas priuationes, quæ suspicabantur successuræ, prout postea illis etiam assistentibus exitus comprobauit, vt infra videbimus.

47 Vnde concludo prædictas tres declarationes nostro casui bene adaptari, & euidentem Patris Prouincialis iustitiam in prorogatiooe cooccedenda illis omnibus eoiti, itavt attento iure communi nullus amplius remaneat dubitandi locus; quòd etiam vsus, & particularis huius Prouinciæ obseruantia, io aliquibus casibus occurrentibus comprobauit: nam die 11. Octobris 1591. in Prouiocialem electus fuit P. M. Franciscus de Castroverde; & die 24. Iunij 1595. in Prouincialem Granatæ eligitur R. P. M. Didacus de Salzedo, & die 10. Iunij 1610. Hispali Prouincialis creatur R. P. M. Hieronymus Anasco. Patiter, & plura intermedia Capitula, ad quorum celebrationem dies Commemorationis omnium Sanctorum destinata est, post mensem, vel menses celebrata reperiuntur: quæ obseruantia subsequuta tollit omne dubium, Bart. *in l. missi opinatores, num.* 14. *C. de exactor. tribut. lib.* 10. Becc. *consil.* 140. *num.* 21. & latè *consil.* 202.
48 *num.* 11. *lib.* 2. Osasch. *decis.* 136 *num.* 4. Est enim generale quòd quælibet dispositio declaratur per subsequentem obseruantiam, *cap. cum venissent*, vbi Butr. *n.* 12. & 21. & Imol. *n.* 19. *de constit.* Ctauet. *cons.* 294. *sub n.* 8 & *cons.* 459. *n.* 11. Natt. *cons.* 498. *n.* 28. Beroi. *cons.* 91. *n.* 10 *vol.* 1. Dec. *cons.* 44. *n.* 18. *volum.* 4. Menoch. *cons.* 104. *n.* 13. & *cons.* 341. *num.* 23. Becci. *cons.* 101. *n.* 49. *lib.* 1. Ioseph. Lud. *concl.* 38. Honded.
49 *cons.* 6. *n.* 32. *lib.* 1. Cassan. *cons.* 45. *n.* 144. *cum seq.* Et cùm hæc obseruantia fuerit interpretatiua, oon autem inductiua noui iutis, sufficit aliquando ita obseruatum fuisse, Crescent. *decis.* 1. *de constit.* Put. *dec.* 284. *n.* 3. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 1410. *n.* 17. Rot. *dec.* 497. *n.* 5. *in posthum.* Farin. *tom.* 1.

Conclvsio II.

Suspensio, & prorogatio Capituli à R. P. M. Francisco Lyasio, Prouinciali intra terminos primæ conclusionis facta, nullis Apostolicis, aut Ordinis Constitutionibus contrariatur.

IN hac Sacra Eremitarum S. Augustini Religione oulla adest Ordinis Constitutio, quæ de die celebrandi Capitula Prouincialia mentionem faciat, nisi *in parte* 3. *cap* 7. *de modo celebrationis Capituli Prouincialis*, vbi de eo sic disponitur, *quod semper celebrari volumus Dominica tertia post Pascha Resurrectionis*, &c. ea quo textu videtur colligi diem illam oon posse prolongando, vel abbreuiando quacumque ea causa mutari, ea dictione, *semper*, quæ refertur nō ad omne tempus, verum etiam ad omnem casum, vt *in l.* 1. *ff. solut. matr.* cum aliis per me citatis *d.* 361. *n.* 2. 50

Sed contrarium mihi verius videtur ea verbo, *volumus*, quod non est præcepti, nec æquipollet præcepto, vt resoluit Sanch. *in precepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 6 *cap.* 4. *num.* 40. *in fine*; sed potiùs liberum, & absolutum tribuit arbitrium, *l. cum quidam, ff. de legat.* 2. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quæst.* 7. *numer.* 2. & *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 188. *num.* 13. Nec dictio *semper*, aliud importat; quia restringitur secundùm naturam actus & verbi, cui adiicitur, Octauian. Vulpel. *de præpositiion & aduerb. signif. sub dict. semper, vers. Et capitur*; Escobar *de ratiocin. cap.* 41. *num.* 18 Rota *decis.* 268. *num.* 14. *parte* 1. *recent.* & quandoque accipitur pro *multoties, frequenter, plerumque*, vt *in l.* 1. *§. semper*, vbi gloss. *eod. verbo*, *ff. vt legator. & in l. nam quem* 149. *ff. de verbor. signif.* vbi Rebuff. *versic. Et sic ista dictiones, pag* 149. Osasch. Farin. & Cened. quos refero *d.* 369 *n* 8. Vnde testis deponens Titium semper possedisse à tali tempore, non dicitur falsum deponere, etiamsi reperiatur, quòd modico tempore non possederit, Roman. *consil.* 263. *per tot. & consil* 301. *in princip.* Card. Tusch. *practicar. concl. lit. D. concl.* 371. *num* 4. Et testis deponens se vidisse Caium sempet possedisse, intelligitur congruis temporibus, ex Rebuff. *d. loco, vers. Vnde si testis*; illo autem casu prorogatio vltra terminum non permitteretur, & esset nulla, si in Constitutione repetiretur decretum irritans, quòd scilicet electio fieret in tali die, & non vltra, & si contra fieret, quòd esset nulla, vt aduertit Sigism. à Bononia, *de elect. dub* 99 *numer.* 2. & 3. nam præfixio diei est de iustitia, & non de substantia, Franc. Marc Delphin *decis.* 1333. *numer.* 1. *in princ parte* 1. itavt si alio die quàm præfixo fiat, non reddatur oulla, Mastril. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 25. 51 52 53 54 55

Et licèt hæc sine dubio procedant stante illa Constitutione, nihilominus ea non videtur hodie seruari; imò dies ibi statuta translata est, in immediatè præcedens Sabbatum pro matutino tempore, quod de die Dominica participare non potest, cum ista more Romano incipiat à mediatate noctis Sabbati, & finiatur ad mediam nocte sequentis diei, *cap. consuluit* 24. *de offic. deleg.* Tiraquel *de retractu lig* § 1. *gloss.* 11. *num.* 7. Polyd. Ripa *de nocturno tempore, cap.* 3. *à num.* 17. & *cap.* 158. Menoch. *consil.* 871. 56

871 num.14 Gonçal. ad reg. 8. Cancell. glos. 11. n. 10.
& 11. Ego ipse de officio & potest. Episcop. parte 3.
alleg. 57. num. 183. Et quoad officia diuina de ve-
spera in vesperam, cap. quoniam, de ferijs. Cardos. in
praxi Iudicum, verbo dies, num. 2 in princip. Cùm
ergo dies in Constitutione statuta non sit ea, in
qua hodie celebratur electio, bene sequitur illius
dispositionem, quoad præfixionem temporis, ad
nihilum iam deseruire, nec in hac Prouincia vti
contraria consuetudine abrogatam posse ad præ-
sentis dubij decisiooem allegari.

57 Non obstant verba eiusdem Constitutionis in d.
cap. 7. sub rub. quomodo Prior Prouincialis officio suo
renuntiare debeat, ibi: Ab ipsa verò die præfixa sit
ipso facto à Prouincialis officio absolutus, & ad ele-
ctionem alterius penitus procedatur, &c. ex quibus ex
aduerso colligitur statim adueniente illa die statu-
ta Prouincialem ipso facto ab officio absolutum
censeri, absque alio legis, seu hominis ministerio;
ponderando dictionem ipsa, quæ est restrictiua
temporis de sui natura, si tempori adiiciatur, & est
adeò præcisa, quòd imò est exclusiua alterius rei,
seu temporis quam præfixi, plures per me d. 177.
num. 3. & 5. cum seqq. & notando verba ipso facto,
quæ idem important, quod statim, seu ipso iure, id
est, absque aliquo hominis ministerio. Ego d. 178. & d.
106. n. 2. & 3.

58 Nam respondetur dicta verba, Ab ipsa verò die,
&c. non legi post alia supra relata, quòd semper ce-
lebrari volumus Dominica tertia post Pascha Resur-
rectionis, &c. quia sub diuersa rubrica, & textu, &
ad diuersos effectus collocata sunt: nam prima
sub rubrica de modo celebrationis Capituli Prouin-
ciali collocantur, & sic respiciunt diem celebra-
tionis; secunda verò sub alia: Quomodo Prior Pro-
uincialis officio suo debeat renuntiare, ponuntur, &
ideo intelliguntur à die præfixa factæ renuntiatio-
nis officij, quasi diceret non censeri Prouincialem
ab officio absolutum, nec ad electionem alterius
prius procedendum, nisi postquàm actualis renun-
tiauerit, quòd necessariò sic intelligendum, inter-
pretandumque est, vt rubricæ & textus inter se
conueniant, Abb in cap. illud, num. 6. de præsumpt.
D. Valençuela consil. 121. num 63. quia rubricæ de-
clarant nigrum, Menoch. consil. 75. num. 89. & scri-
ptæ sunt ad demonstrandum contenta in nigro,
idem Menoch. consil. 76. numer. 18. & in consil. 766.
num. 13 optimè, & copiosè Surd. consil. 163. num. 12.
ibi: Quia dispositum in nigro declaratur ex rubrica,
& intelligitur illius esse natura, cuius est rubrum, vt
probat glos. notabilis in l. vnica, in verbo retractare,
C. ne liceat tertio pronoc. vbi dicit textum illum intel-
ligi, quando tertia sententia confirmat duas praceden-
tes non quando infirmat; quia rubrica loquitur quan-
do duæ sunt confirmata. & Bald ibi num. 6. in fine, dicit
quòd si textus est dubius, rubrica declarat qualiter sit
intelligendus, & subdit esse valdè notandum pro rubri-
59 cis statutorum. Idem etiam voluit glos. in cap. 1. & in
cap. si super gratia, vbi Gemin. de offic. deleg. in 6.
vbi arguit Conseruatores dici Iudices delegatos, quia de
eis tractatur in eo titulo; ita etiam glos. in Clem. vnica,
de offic. deleg. & in cap. tibi qui, de rescript. in 6. vbi
infert ea ratione exequutores datos à Pontifice esse de-
legatos non Ordinarios, & illas glossas dicit notabiles
Abb. in cap. suspicionis, de offic. deleg. & hoc modo
arguit Roman. in consil. 16. num 4. dicens textum de-
clarari, & interpretari ex præcedenti rubrica. in suo ca-
su loquebatur solum de testamentarijs; Alex. in consil.
101. num. 4. vol. 3. vbi concludit statutum restringi ad
60 personas nominatas in rubrica, allegat Ioan. Andr. Bald.
Angel. & Butr. idem Alex. in consil. 70. num 7. & 8.
volum. 7 vbi restringit statutum ad contumaces; quia
rubrica de contumace sermonem habebat, Corn consil.
135 col. 3. vers. Pro quo etiam faciunt, vbi infert statu-
tum intelligi de contractibus simulatis, quia de eis ver-
ba facit rubrica, & subdit quòd nigrum intelligitur lo-
qui in terminis rubricæ: idem Corn. in consil. 138. col. 1.
in fine, versic. Nec videtur obstare, volum. 1. vbi tenet
statutum restringi ad mercatoris scripturam, quia ru-
brica de ea loquitur, Socin. in consil 24. num 3. vol. 4. 61
vbi ait restringi ex rubrica statutum, vt intelligatur
solùm de controuersiis inter fiscum, & priuatum, non
inter priuatos, & latè ponunt Doctores omnes in l. 1. ff.
si cert. petat. vbi præcipuè Iacob. Niger num. 8. Anti-
gel. num. 3. & Ripa num. 13. latè Ias. in rubr. Instit.
de action num. 14 Alban. in consil. 88. num. 4. vbi quòd 62
nigrum ambiguam recipit intelligentiam a rubrica,
Euerard. loco 45. col 4. vers. Tertio potest sumi, Ne-
uizan. in sylua nupt. lib. 1. num 231. Natta in consil.
282. num. 11. vbi inquit obscura, vel dubia statuti ver-
ba intelligi secundum rubricam, &c.

Nec præfixionem diei celebrationis Capituli 63
Prouincialis, probant vltra verba, quòd semper ce-
lebrari volumus, &c. alia quæ sequuntur Anno ta-
men, quo generale Capitulum celebratur, duntaxat
excepto, in quo Prouinciale Capitulum celebrabitur,
postquam Prouincialis a Capitulo generali discedens
in suam Prouinciam peruenerit. Ex quo enim hæc 64
Constitutio solum excipit vnum casum, videbatur
firmare regulam contrariam in non exceptuatis,
l. quæsitum, §. denique, ff de fundo instr. cum aliis
per me citatis Axiom 85. num. 4. quia respondetur
exceptionem huiusmodi nihil operari, cum regula
principalis de præfixione diei agens, vti contraria
consuetudine abrogata, vim hodie non habeat, vt
supra dixi; tum etiam, quia verba Constitutionum 65
diuersimodè interpretantur quàm ex aduerso in-
telliguntur, ex dictis, vnde quando alia interpre-
tatio dari potest, casus exceptus non firmat regu-
lam in contrarium, Feder. de Senis consil. 233. col.
pen. num. 3. vers. Non obstat, quem refero d. Axiom. 66
85. num 5. in princ. tum denique, quia Constitutio-
nes interpretationem recipiunt a iure communi,
& eius ampliationes amplecti debent, præcipue
circa Capitulorum Prouincialium suspensiones, &
protogationes in casibus necessariis, ad tradita su-
prà conclus. 1. vnde exceptio hæc quoad eos casus
regulam in contrarium non firmabit, atg. text. in
cap. dilectus, & in cap. ad audientiam, vbi Abb. de
Cleric. non resid. Tiraquel. in tract. le mort, parte 2.
declarat. 1. n. 2. D. Barbos. in l. 1. ff soluto matr parte 1.
n. 61. Valasc consult 42. n. 7.

Nec aliqua Apostolica Constitutio circa Capi- 6.
tuli Prouincialis protogationem in casibus neces-
sariis, & in Iure permissis aliquid disponens repe-
ritur, nisi quòd in Bullario Ordinis, pag. 251. adest
quædam Martini V. Bulla, ita decidens. Pro cun-
ctorum Christianæ Religionis statu prosperè, & salu-
briter dirigendo, libenter nostræ solicitudinis partes ad-
hibemus, & iis, quæ in eorum offensam redundare con-
spicimus, quantum possumus, obuiamus. Sanè sicut nu-
per, non sine mentis displicentia veridica relatione per-
cepimus, nonnulli Ordinis Fratres Eremitarum S. Au-
gustini Professores, etiam in Theologia Magistri, in of-
ficiis Prouincialatus secundum instituta, & laudabilem
consuetudinem eiusdem Ordinis pro tempore constituti,
spiritu inanis gloriæ, & ambitionis ducti, & sua forte
non contenti, vt in huiusmodi officiis, quibus præsunt,
continuo, seu ad eorum vitam remanere, seu iterum
confirmari, vel religi possint, variis ingeniis, subtili-
busque,

busque, & exquisitis modis, & coloribus, etiam contra ipsius Ordinis instituta, & consuetudines huiusmodi, perquirunt, insistunt, & procurant; vnde plerumque accidit, quòd eiusdem Capitula Prouincialia secundum morem, & consuetudinem ipsius Ordinis celebrari prohibentur, seu aliàs indirectè impediuntur, delinquentium excessus non corriguntur, corruptiones quoque, & alia pacta illicita committuntur, diuisiones etiam, & odia, ac alia scandala plurima oriuntur Ordine in eodem, in non modicam dicti Ordinis confusionem, & offensam, ac perniciosum exemplum plurimorum. Nos igitur in præmissis, prout ex debito tenemur Pastoralis officij, salubriter prouidere cupientes, auctoritate Apost. tenore præsentium statuimus, volumus etiam, & ordinamus, quòd quilibet Prior Prouincialis dicti Ordinis, qui est, vel erit pro tempore, qui iuxta instituta, ac consuetudines prædicta in sua Prouincia anno quolibet Capitulum Prouinciale ipsius Ordinis diebus, & locis in huiusmodi Capitulo Prouinciali in ipsa Prouincia immediatè antea celebrato deputatis, celebrari non fecerit cum renuntiatione sui Prouincialatus officij, & sigilli, sit dicto officio eo ipso priuatus; & quòd si ex tunc administrationi dicti officij se immiscuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, & Prouinciam regant illi, quibus in hoc casu per instituta, & consuetudines prædicta eius regimen est commissum, &c.

68 Hæc Martiniana Constitutio confirmata fuit ab Eugenio Papa IV. & vtramque tam Eugenij, quàm Martini Constitutionem eadem narratiua confirmauit Nicolaus Papa V. vt *in Bullario Ordinis, Constit. 2. eiusdem Pontificis*, his verbis, videlicet: *Cùm itaque postmodum, sicut accepimus, nonnulli eiusdem Ordinis Professores, & huiusmodi Prouincialatus officio pro tempore fungentes, in obseruatione statuti, Constitutionis, decreti, & voluntatis Prædecessorum eorumdem negligentes se plurimum exhibuerint, & contra litterarum prædictarum dispositionem temerè attentando, vt in dicto officio Prouincialatus perpetui fierent, siue diutius permanerent, illoque fungerentur, multipliciter facere præsumpserint in animarum suarum periculum, & Fratrum dicti Ordinis detrimentum. Nos præsumptam eorumdem audaciam compescere, & prout ex suscepta Apost. seruitutis adstringimur officio, abusionibus huiusmodi viam præcludere cupientes, necnon litteras Prædecessorum huiusmodi auctoritate Apost. tenore præsentium ratificantes, & approbantes, &c. Statuimus, & ordinamus, quòd ex tunc in anteà futuris temporibus singuli dicti Ordinis Prouinciales Priores per triennium dumtaxat, & non vltra (si Magistri in Theologia fuerint, & per biennium si non fuerint in Theologia Magistri) Prouincialatus fungantur officio,* &c.

69 Quarum Constitutionum decisio fundatur in procemiali ratione, quæ in narratiua refertur, ad euitandam, abolendamque pessimam ambitionis ingluuiem, qua Prouinciales in suis officiis perpetuò, seu ad vitam remanere prætendebant, vt clarè insinuant Martini verba, ibi: *Vt in huiusmodi officijs*, &c. ponderando illam dictionem *vt*, quæ causam finalem ostendit, *l. si creditor, ff. de distract. pign. & l. emptori, ff. de euict. & cap. vt Clericorum, de vita & honest. Cler. cap. vt debitus honor, de appellat.* cum aliis per me citatis *d. 439. num. 1.* & no-
70 tando verba paulò inferiùs relata, *Vnde plerumque accidit*, &c. vbi illa præpositio, *vnde*, idem importat ac si diceret, *ex qua causa*, ad tradita per Grat. *consil. 77. num. 3. lib. 1.* Octauian. Vulpel. *de præpos. & aduerb. signific. sub d. vltra, vers. Vnde, pag. 131.* Cardin. Tusch *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 396.*

num. 1. Quæ quidem verba procemialia causam fi- 71
nalem, & mentem loquentis ostendunt, *l. fin. ff. de hered. instit. l. 1. ff. ad Maced.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 2.* plures per me *Axiom. 192. n. 1.* & *ibi* citatis addo Farin. *consil. 229. num. 2. lib. 1.* ibi: *Ex huiusmodi autem procemio colligitur causa finalis, qua Papa motus fuit ad faciendum huiusmodi Consti-*
tutionem, &c. Et dant intellectum toti legi, Curt. 72
iun. *consil. 185. num. 2.* Menoch. *d. lib. 6. præs. 2. num. 2.* 73
quia intentio Legislatoris colligitur ex procemio, Angel. *consil. 67. incip. Municipali lege, n. 2. vers. De secundo*, Barbat. *consil. 1. n. 1. lib. 3.*

Cùm ergo ambitio permanendi perpetuò, seu 74
ad vitam in officio Prouincialatus occasionem dederit ad præfatas Constitutiones condendas, illæ ambitione vti præsupposito necessario deficiente, locum habere non possunt; quia lex seu statutum, loquens cum aliquo præsupposito, non habet locum nisi prius illo præsupposito verificato, Felin. *in cap. nonnulli, num. 14. vers. Amplius ista, de rescript.* Farinac. *consil. 65. n. 96. & 97. cum seqq.*
& num. 111. & consil. 144. num. 9. Et qualitas, quæ 75
delictum facit, probanda est sine dubio ab accusatore, *l. si per alium, §. docere, ff ne quis eum*, Boss. *in tit. de delict. num. 3. & 4.* Farin. *consil. 222. num. 1. lib. 3.*
Et vbi disponitur cum certa qualitate, debet illa 76
prius probari, vt dispositio locum habeat, Bart. *in l. ait Prætor, ff. ne quid in loco publ.* Marsil *singul. 187 Qualitas apposita*, Farin. *consil. 10. numer. 4. lib. 1.* vbi extendit procedere ne dum, quando qualitas affirmatiua esset probanda, sed etiam si negatiua; nec sufficit ad hunc effectum præsuppositum vnum iustificare, quando in pœnali dispositione plura referuntur, sed requiritur vt intret pœna, quòd omnia æqualiter probentur, Anchar. Reg. *parte 1.*
q. 9. num. 7. Farin. *d. consil 222. num. 18. lib. 3.* non per 77
indicia, sed per certas, & concludentes probationes, *l. 2. §. docere, ff. de vi bonor. rapt* Menoch. *de arb. lib. 2. casu 191. numer. 4.* Farin. *consil. 205. numer. 36. lib. 3.*

Quòd autem P. Prouincialem Franciscum Lya- 78
ño in prorogatione Capituli statuenda nulla ambitionis species inuaserit, sed zelo celebrandi electionem liberam, ac ab omni coactione, & violentia alienam motum fuisse patet, quia maior Vocalium pars suam sustinebat partem, vt supra notaui *num. 2. cum seqq.* tum quia præsumptio pro illo vrget, quòd syncero processerit animo, cùm actum aliquid potius ad bonum finem, quàm ad
malum præsumatur, Azeued. *consil. 40. numer. 26.* & 79
præcipuè in Prælato eminentis ac summæ virtutis, à quo omnis sinistra suspicio longè abest, ad tradita per Farinac. *consil. 60. num. 57. lib. 1.* ibi: *Et concurrat bona qualitas, & conditio status dicti G. Doctoris, & Prælati, quem non est præsumendum fecisse ad malum, seu malo animo corruptum, vt considerat Aym. consil. 56. num. 14.* &c. Tum etiam, quia coram Illustrissimo D. Nuncio, cuius præsentiæ statim se exhibuit, pleno ore asseruit nullum Religionis officium in posterum sibi, aut suis velle obtinere, sed solùm optare, vt Prouinciæ indemnitati consuleretur, illique de Prælato liberè prouideretur, qui plurimorum, & saniorum voce canonice electus sit; quòd satis apparet, si synceritatem animi sui in obtinenda à Pontifice gratia inspiciamus; qua à biennio curauit prouideri, ne vllus, qui Prouincialis esse desierit, ad idem officium secundò eligi posset, certum quidem argumentum, quo penitus euanescunt coniecturales, & præsumptiui discursus contra personam eiusdem Prouincialis ex ad-

uerſo temere,ac ſine fundamento facti.
80 Vnde argumento ducto à veriſimili mente Pō-
tificum conſtituentium, à qua omnis Conſtitutio,
& ſtatutum, quamuis generale, & vniuerſale, in-
terpretationem, & reſtrictionem recipit, *gloſ. in l.
pactum tale, §. fin.* & ibi notant omnes, *ff. de pactis*,
dicendum quòd ſi Pontifices fuiſſent interrogati
de hoc caſu, veroſimiliter ſub illis Conſtitutioni-
bus minimè comprehendi reſpondiſſent, vt ad
aliud propoſitum conſuluit Farin. *conſil.27.num.10.
lib.* 1. quia contra mandatum agere, ſæpiſſimè eſt
81 iuxta voluntatem mandantis facere, text. *in l. cùm
tamen, §. in hac, ff iudicatum ſolui*, ibi: *Quaſi iuxta
mandatum, etſi non mandatum fuerit*, &c. *l. ſi quis
mihi bona* 25. *§. ſed ſi mandauit, ff de acquir. hered.*
ibi: *At ſi ex teſtamento mandauit, poterit etiam ab
inteſtato, quoniam non fecit deteriorem conditionem
patris*, &c. optimè Menchac. *illuſtrium controuerſ
lib.1.cap.5.num.20. in fine*, ibi: *Vbi adeſt iuſta cauſa,
tunc non tam legis transgreſſio, quàm iuſta interpreta-
tio fieri videtur, quam Magiſtratus non ſolum facere
poſſunt, ſed etiam debent, ne aliter ipſam legem frauda-
re videantur, tantum abeſt vt cuſtodire credantur*, *l.
82 fraus, ff. de legib.* &c Præcipuè vbi neceſſitas ſuadet,
quæ ſemper ab actu poſitiuo cenſetur excluſa, *l.
filiusfam. §. Diui*, & ibi Doctores, *ff de legat.* 1. *l.
83 peto, §. prædium, & ibi* Bart. *ff de legat.* 2. cum aliis
citatis per me *Axiom.* 157. *num.* 1. Et illius cauſa
quæ fiunt, nunquam prohibita intelliguntur,
etiamſi pateat latiſſima prohibitio, & vt noſtri di-
cunt, vniuerſalis, & generalis ſit, Aym. Crauet.
conſil.6.numer.91. vol. 1. Roland. à Valle *conſil.60.
numer.10.cum ſeqq. volum.* 2. Alexand. Trentacinq.
conſ.37.n.3.
84 Et caſu admiſſo, ſed non conceſſo, quòd præci-
tatæ Apoſtolicæ Conſtitutiones, illarumque pœ-
næ ipſo iure impoſitæ Patrem Prouincialem com-
prehenderent, ita vt ab eis nulla cauſa, ſeu iuſta
excuſatione eximi poſſet, adhuc contra illum ni-
hil operarentur, niſi ſequuta ſententia Iudicis de-
claratoria, quæ deſideratur. Ita Marſil. *in pract. §.
Aggredior, num.* 105. *cum ſeqq.* Pichard. *in tract. de
mora, num.*41. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. D con-
cluſ.98 num.12. cum ſeqq. & lit. P concluſ.238. num.9.
15.17. & 19.* Suar. *de legib. lib.5.cap.8. numer.3. cum
ſeqq.* Salas *eod. tract quæſt.96. tract.14. diſp.15. ſect.1.
num.33. verſ. Quare leges illæ*, Farin. *fragm. crimin. p.2.
lit. L. num.157. & num.* 108. vbi dicit, quòd quando
pœna imponitur ipſo iure, non ſolum illa non in-
curritur niſi præcedente declaratoria Iudicis, ſed
etiam ab eadem declararoria datur appellatio, *&
poſt tom.1. conſil. crimin. deciſ.15. num.8. & 9. & deciſ.
16 per tot. & lib.3. conſil.205. num.18. cum ſeqq.* Mo-
lin. *de iuſtit. tom.2 diſp.95 num.33.* Sanch. *in præcepta
Decalogi, tom.1 lib.1.cap.22. num.7. cum ſeqq.* Sigiſm.
à Bononia *de elect. dub.90. num.* 5. Rota *deciſ.* 620.
num. 8. apud Farin *parte 2. recentior.* aſſerens quod
omnia iura mundi dicentia aliquid ipſo iure fieri,
intelligenda ſunt ſequuta declaratione, eadem Ro-
ta *deciſ.155 num.2. parte 1. in poſthum Farin.* Et in
ſtatuto dicente, quòd habeatur quis pro confeſſo
ipſo iure, quòd adhuc requiratur declaratoria, te-
85 nent Sigiſm Scacc *de iudic. lib.2.cap.97. numer.113.*
& benè Modern. *de protectione Regia, parte 3.cap.7.
num.* 67. ibi: *Quando beneficium vacat ipſo iure, ob
pœnam alicuius facti, vtputa ob non reſidentiam, tunc
requiritur ſententia declaratoria, præuia monitione, ci-
tatione, & ordinaria cauſæ cognitione*, &c.
86 Quod adeò verum eſt, vt dum non fertur de-
claratoria, reus, quoad ſtatum perſonæ, bonorum,
& iurium, ac officij poſſeſſionem, maneat in ſua
integritate, Pereg. *de iure Fiſci, lib. 4. tit. 5. num.8.*
nouiſſimè Noguerol. *allegat. Iuris, tom.1. alleg.* 12.
num.78.
Non obſtat, quòd de ſtylo Rotæ quando ſumus 87
in facto notorio ad euitandum circuitum decla-
ratoria non requiritur, Galleſ. *de obligat. Camer. tit.
de liquid. num.* 15. Theodoſ. de Rubeis *parte 2 ſing.
Rota verbo declaratoriæ litteræ, num.* 2. quia reſpon-
detur (vltra quod de huiuſmodi notorietate non
conſtat) hoc non procedere in noſtro Ordine, in
quo expreſſam habemus deciſionem contrariam,
vt *in expoſitione Hugonis, in prologo Conſtitutionum
inſerta*, ibi: *Item declaràmus quòd nullus ſit ſubiectus
pœnis abſolutionis ab officio priuationis vocis actiuæ,
vel paſſiuæ, & alijs huiuſmodi ipſo facto incurrendis,
tàm in Conſtitutione, quam EXTRA impoſitis,
vel imponendis (excepta tamen pœna excommunica-
tionis latæ ſententiæ) niſi ſuperueniat in particulari
ſententia, vel declaratio Prælati, quantumcumque etiam
NOTORIVM facti, vel iuris, aut vtriuſque interue-
niat*, &c.
Nec etiam obſtat quod licet de iure communi 88
excommunicatio ipſo facto in aliqua lege, ſeu
Conſtitutione poſita, non incurratur ad effectum
euitandi excommunicatum, niſi præcedat ſententia
facti declaratoria, Ioan. Bapt. Ferret. *conſil.84. incip.
Iudex*, Cardin. Tuſch. *d lit. D. concluſ.98. num.33. &
50.* Salas *d. diſp.15 ſect.3 num.41. verſ. quæro in cenſu-
ris*, Farin. *d. lit. L num.159.* adhuc ſecundum præ-
dictam Hugonis expoſitionem in exceptione inter
parentheſes facta, videtur eam iuris reſolutionem
limitari, ſiue corrigi: quia reſpondetur in prædi-
ctis Martini, & Nicolai Conſtitutionibus poſt pœ-
nam priuationis, ibi: *Sit dicto officio ipſo iure pri-
uatus*, ad excommunicationis pœnam deuenitur
iſtis verbis ſubſequentibus, *& quòd ſi ex tunc admi-
niſtrationi dicti officij ſe immiſcuerit, excommunicatio-
nis ſententiam incurrat ipſo facto*, quæ ſatis oſtendunt
excommunicationem ad prædictum effectum in-
curri poſt factam priuationem, ſententia declara-
toria præcedente, ex illa dictione *ex tunc*, quæ im-
portat ſignatum tempus, & demonſtratum tantum,
vt per Bald. *conſil.* 57. *verſ Item inſtituo num.2. verſ.
Secundò eſt conſiderandum lib* 2. Cardin. Tuſch. *lit.* 89
D. concluſ. 364. *n.* 1. & reſtringit diſpoſitionem ad
tempus, & caſum expreſſum, Menoch. *conſil.* 746. 90
num.16 & conſil.1010. num.10. plures per me citati
d.409.n 7.
Nec prorogationem impedit concordia facta à 91
tota Prouincia ſuper alternatiua, & duratione Pro-
uincialatus, quæ fuit approbata à P. Generali, &
demum à S.D.N. Vrbano Papa VIII. confirmata
per ſuas litteras in forma Breuis ſub *dat. Romæ* 27.
Aprilis 1625. *& 6. Aprilis.* 1627. in quibus habe-
tur, vt Prouincialis alternatè eligatur, vno triennio
ex parte Prouinciæ, altero autem immediatè ſe-
quenti ex parte Hiſpalenſi, & Extrematuræ; hinc
ex aduerſo inferentes, quòd cum P. Franciſcus Lya-
ño functus fuerit officio ſuo per totum triennium,
ſub nomine partialitatis Hiſpalenſis, videbatur
eius auctoritatem omnino expiraſſe, cùm ex hac
officij retentione notorium damnum alteri partia-
litati ſequeretur, quòd omnino euitandum erat, ac
modis omnibus præcauendum; ne aliàs concordia
pro iure vtriuſque partis æqualiter conſeruando
facta, ſaperet ſocietatem, & diuiſionem Leoninam
à iure reprobatam, de qua text. *in l. ſi non fuerint, §.
Ariſto ff. pro ſocio.*
Quia reſpondetur iuri alternatiuæ in nihilo 92
fuiſſe

fuisse præiudicatum, cum officium non dicatur ampliatum, sed protogatum salua remanente prima electione, ac si à principio tempus protogationis fuisset appositum, iuxta distinctionem Bart. quem referunt, & sequontur Ponte *in tract. de potest. Proregis, tit. de diuers. prouis. rub. de potestate substituendi num. 6. & 7.* & Mastril. *de Magistrat.*
93 *lib. 1. cap. 28. num. 66. & 67.* Tum, quia ad summum
ista prorogatio dici potest potius iuris priotis cótinuatio, quæ est retentio habiti officij, quàm noua illius acquisitio, Abb. *in cap. cùm venissent numer. 7. de restit. spoliat.* Rip. *in l. 1. numer. 36. ff. de acquir. possess.* D. Valençuela *consil. 51 num 35.* ex qua continuatione, seu prorogatione in casibus à iure permissis facta, nullum damoum causatur alteri partialitati, exemplo reteotionis Beneficij iurispatronatus laicalis de proximo vacaturi à Pontifice cócessæ, ex qua etiam oollum Pattonis laicis fit grauamen, ac proinde talis retentio, sine eorum consensu, seu absque speciali Papæ derogatiooe facta
94 valet, vt optimè resoluit Couat. *pract. cap. 36. n. 12.*
quem refert, & sequitur Valençuel. *d. consil. 51. num. 38.* facilius enim quid prorogatur, quàm concedatur de nouo, *cap. cùm olim Abbas, de offic. de-*
95 *leg.* Cæs. de Grassis *decis. 46. num. 22.* Aym. *de antiq.*
tempor. parte 5. num. 15. & actus præsumitur potius
96 continuatiuus, quàm de nouo factus, idem Aym.
consil. 223. sub numer 3. lib 2. Lancellot. *de attentat. parte 2. cap. 4. de attent. lite pend. limit. 1. numer. 118.*
97 Tum etiam, quia actus continuatio facit duo ceo-
seri vnum, *l. sed si manente, ff. de precar. l meminisse, ff. de offic. Proconf. decis. Genuen. 23. numer. 12. parte 1.* D. Valençuel. *consil. 160. num. 78.* & ideò nil mirum si alteroatiuæ locus non sit dum durat prima electio, & ob defectum vacationis, noo potuit ad secundam deueniri.

Conclvsio III.

Electio temerè ad fauorem R. P. M. Francisci de Termiñon, & possessio eius vigore nulliter capta vti attentata, & multis nullitatibus obnoxia nullatenus subsistere potest.

Prima nullitas. *Quia celebrata fuit, Prouincialatus officio nondum vacante.*

Secunda nullitas. *Quia celebrata post publicatam, & notificatam Capituli suspensionem, & appellationem interpositam debito tempore & modo, ac habitam itineris arreptionem ad Superiorem.*

Tertia nullitas. *Quia celebrata non seruata substantiali iuris, & Constitutionis forma.*

Quarta nullitas. *Quia celebrata non vocata, nec expectata maiori Vocalium parte de Prouincialis mandato à loco discedentium.*

Quinta nullitas. *Quia celebrata multis Vocalibus exclusis, & suis Magisterijs, ac voto non seruato iuris ordine priuatis.*

Sexta nullitas. *Quia celebrata aliquibus admissis, qui nullam in Capitulo vocem habebant.*

Prima Nvllitas

CONSTITVTIONE *Ordinis parte 3. cap. 7.* 98
sub rub. *Quomodo Prior Prouincialis officio suo debeat renuntiare*, expresse cauetur, vt si aliquando P. Prouincialis legitimo impedimento detentus ad Capitulum venite non poterit, per socium suum sigillum Prouinciæ nomine suo coram omnibus resignandom mittat, ac legitimam excusationem quare ipse personalitet non venerit, reddere teoeatur, his verbis, videlicet. *Si Venerabilis P. Prouincialis casu aliquo infirmitatis, vel alterius impedimenti ineuitabilis occasione detentus, ad Capitulum non venerit, per socium suum sigillum Prouincia mittat nomine suo coram omnibus resignandum, cum litteris propria manu subscriptis, quibus rationem reddat Patribus Capituli, quare ipse personaliter Prouincialibus comitijs interesse non possit*, &c.

Deinde prosequitur Constitutio decidendo du- 99
bium, à quo scilicet tempore expiret Prouincialis officium, vtrum à puncto, quo ipse sigillum à se abdicauit, an verò à die, quo illud nomine suo socius in Capitulo resignauit, in quo ita ait: *Ab ipsa verò die prefixo* (resignationis scilicet in Capitulo factæ) *sit ipso facto à Prouincialatus officio absolutus, & ad electionem alterius penitus procedatur*: prout necessariò ea verba intelligenda esse, vt rubricæ, sub qua collocantur, cooueniant, probaui *sup. num. 58. cum seqq.*

Sed quia poterat esse, quòd P. Prouincialis per 100
socium miserit sigillum Prouinciæ, illudque ipse socius coram omnibus eius nomine iam resignauerit, sed nullam legitimam excusationem reddiderit, quare ipse Prouincialis personaliter Prouincialibus comitiis interesse non valetet, addit Coostitutio pœnam ineligibilitatis propter talem negligentiam Prouinciali imponendam, in hunc modum. *Quòd si Prouincialis iustam excusationem non habens ad memoratum Capitulum venire contempserit, ex tunc vsque ad decennium ad omne officium cum cura animarum ineligibilis permaneat*, &c.

Demum relicto casu absentiæ, de quo verba re- 101
lata solùm loquuntur, deuenitur in eadem Constitutione ad formam, qua Prouincialis dum præsens est in Capitulo, sui officij renuntiationem ibi facere debet, & sub eadem rubrica. *Quomodo Prior Prouincialis suo officio debeat renuntiare*, ita disponitur. *Patre igitur Præsidente, & omnibus alijs tam*

Vocalibus, quàm non Vocalibus in Capitulo cum silentio maturè considentibus, Prior Prouincialis surgens omnibus ei reuerentiam assurgentibus genua flectat ad pedes Patris Præsidentis, & officio Prouincialatus simpliciter omni cum modestia & humilitate renuntiet, & sigillum Prouinciæ in manibus eius consignans, ab officio petit absolui; & tunc pater Præsidens respondeat dicens: Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, accepto renuntiationem tuam, & absoluo te ab officio Prouincialatus huius Prouinciæ N. in nomine Patris, &c. *Et ex tunc ad officium Prouincialatus eiusdem Prouinciæ, nec in illo, nec in sequenti Capitulo vllo modo assumi potest,* &c.

102 Vnde colligitur Prouincialem non antea habendum ab officio absolutum, quàm si vel per se personaliter sigillum resignauerit, vel per socium resignandum miserit, ac officio renuntiauerit; quia renuntiatio in hoc casu est tanquam quædam præcedens conditio, qua deficiente, non vacat officium, nec fieri potest electio, ex dicta rubrica, *Quomodo Prior Prouincialis officio suo debeat renuntiare:* ponderando aduerbium, *Quomodo*, & verbum, *debeat*, quod inducit necessitatem, præceptum, & formam, *l. Prætor, in princip. ff. de edendo, cap. oblata, de appellat* gloss *verbo debeant in Clem. attendentes, de stata Monach.* Rebuff *in concord. rub. de coaat. §. 1. verbo debeat*, cum aliis per me citatis *d. 77. num. 1.*
103 cui simile est verbum, *teneatur*, quod idem importat, ex Sayr. *in claui Regia lib 3. cap. 7. num. 27.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 18.*
104 Rota *decis. 276. num. 2. parte 1. recentior* Forma enim censetur inducta quoties lex, seu statutum addit necessitatem aliquid faciendi, Abb. *in cap. cùm dilecta, num 2. de rescript.* Farin. *fragm. crim p. 2. lit. L. n. 203 vers tertio.*

105 Hinc procedit quod passim videmus in Constitutionibus Religionum circa absolutionem officiorum, vt scilicet in aliquibus Prouinciales elapso tempore, ipso facto absque renuntiatione, ab officiis sunt absoluti, vt habetur in Religione Sancti Francisci iuxta concessionem Leonis X. de qua Ludou. Miranda *in man. Prel tom. 1. quæst. 16. art. 4.* Et in Ordine Prædicatorum ex Bulla Iulij II. incipit. *Sub Religionis 17. Maij 1551.* apud Castellin.
106 *d. tract. de elect. Canon. cap. 5. post num. 78.* Quandoque etiam Præsidens Capituli auctoritate Apostolica, nulla præcedente renuntiatione Prouincialis, illum ab officio absolutum, & ad electionem procedi posse declarat: ita obseruat Religio Cisterciensis cum hac formula, videlicet. *Ego frater N. humilis Præsidens Congregationis Cisterciensis Italiæ, auctoritate Apostolica absoluo, ac absolutos esse pronuntio omnes Prælatos, Visitatores, ac regimen habentes Congregationis nostræ, tam absentes, quàm præsentes ab administratione Monasteriorum, vel officiorum sibi commissorum*, prout eam refert Castellin. *d. c. 19. §. pag. 383.*

107 In aliis verò Religionibus requiritur expressa renuntiatio, & ab officio absolutio, & non antea inducitur illius vacatio, nec ad electionem procedi potest; sic apud Seruitas obseruatur ex forma suarum Constitutionum, in quibus ita cautum reperitur. *Prouincialis, & socius in manibus Generalis suis officijs postulata venia renuntiant; & ad electionem noui Prouincialis*, &c. Et paulò inferiùs. *Procurator Ordinis in manibus Generalis, Generalis verò coram Diffinitoribus genuflexus in manibus primi Diffinitoris officio renuntiant, & mox ad noui Generalis electionem proceditur*, &c. prout eam refert Castellin *de elect.*
108 *Canon. cap. 19 §. 8. pag. 407.* Idem faciunt Capucc in Italiæ, vt apparet ex *cap 8.* suarum Constitutionum. *I Prouinciali liberamente renunciao l' officij loro, & ogni autorita nelle de Diffinitori del Capitalo eletti, & in testimonio de perfetta rasegnatione porrano i sigilli nelle loro mani, dicendo la colpa in publico Capitulo di tutti loro defetti, & reciuuta humilmente la penitenza si venga all' elettione del Prouinciale*, &c. refert Castellin. *d. cap. 19. pag. 392.* & in nostra, & aliis pluribus Religionibus ita obseruari vidimus.

Non obstat quòd officium Generalis expirat à 109
die præfixa ad Capitulum celebrandum si tempore statuto ad illud non venerit, nec Vicarium aliquem suum miserit, vt habetur in *Constit. Ordinis, parte 3. cap. 3.* ibi: *Si Prior Generalis aliquo rationabili impedimento detentus non possit ad Generale Capitulum venire, mittere Vicarium suum valeat, qui vice eius possit, & debeat sigillum Ordinis resignare, & ad voluntatem Diffinitorum, & aliorum Vocalium Generalatus officio, si opus fuerit, renuntiare. Quod si ipse Generalis ad Capitulum Generale tempore statuto non venerit, nec Vicarium aliquem suum miserit, à die statuta, & præfixa ad dictam Capitulum celebrandum, in posterum ipso facto sit Generalatus officio priuatus. Et in eo casu Prior Prouincialis illius Prouinciæ, in qua Capitulum congregatum est, omnia faciat, quæ Prior Generalis præsens faceret, quousque Præsidens publicetur, & non vltra, qui publicatus ad electionem noui Generalis procedere faciat*, &c.

Quia respondetur multipliciter, & primò Con- 110
stitutionem illam potius intentum nostrum confirmare, quàm obiectum comprobare, vt patet ex prima eius parte, in qua dicitur absente Priore Generali legitimè impedito debere illum per Vicarium suum resignare sigillum Ordinis, & officio renuntiare; certum est enim ante huiusmodi renuntiationem à maiori parte electorum acceptatam, officium non vacare; vt probat *Constitutio eodem cap. 3. in princ. pag. 90* ibi: *Nam prima electio non obstante resignatione sigilli, in sua firmitate manet, donec officio renuntiauerit, & Electores, vel maior pars ex eis renuntiationem acceptauerit, itaut nullo pacto, nisi male meritus, & causis vrgentissimis notorijs, vel sufficienter probatis præcedentibus, reijci possit ab officio inuitus*, &c Nec, vt contrarij volunt, renuntiatio facienda est de voluntate Capituli, quatenus opus esse iudicauerit, quia verba illa, *si opus fuerit*, non referuntur ad verbum, *renuntiare*, cum renuntiatio sit semper, & in omni casu debita, vt supra dixi; sed diriguntur ad voluntatem Diffinitorum, & aliorum Vocalium, quasi Vicarius in absentia Prioris Generalis renuntiare debeat ad voluntatem Diffinitorij, & Vocalium, id est, eo modo, quo Diffinitores, & Vocales voluerint, ne scilicet propter absentiam renuntiantis, renuntiatio à Vicario minus bene fiat: aliter enim verba *eiusdem cap. 3.* inter se non conuenirent, cum vt dixi priora renuntiationem præcisè requirant, & satis
patet, ibi, *donec officio renuntiauerit*, ponderando 111
dictionem, *donec*, quæ suspendit vacationem vsq; ad tempus renuntiationis, cum habeat naturam suspensiuam, Tob Non. *consil. 8. numer 2.* Honded. *consil. 29 num. 3. volum. 1.* Surd. *consil. 186. numer. 15.*
citati per me *d 93. sub num. 5.* Vbicumque enim as- 112
signatus est terminus à lege, vel statuto ad eligendum, vel præstandum aliquid, non incipit currere terminus ille, nisi post actum, qui natura sua debet præcedere, *l. tali, in princip. ff de iur. dot. l. 3. § si quis heredi, ff de stata liber.* Ruin. *consil. 63. numer. 1.*
volum 5. Duran. *Rota decis. 365. num. 22* & nisi post- 113

quam

quam factum fuerit id, quod prius fieri debebat, Surd. *consil.* 134. *n.* 37.

114 Secundò respondetur eam Constitutionem *in* 2. *parte* esse pœnalem; illa enim ob negligentiam Generalis in non eundo ad Capitulum, vel in non mittendo Vicarium, qui eius vice posset & deberet sigillum resignare, & officio renuntiare, imponit pœnam priuationis, quod sanè magis denotat ipsius negligentiæ supplicium, quàm officij vacationem ob lapsum termini inductam: si enim Legislator voluisset significare adueniente die statuta & præfixa ad Capitulum celebrandum statim Generalis officium expirare, minimè diceret ipso iure priuatum esse, sed ab illo absoluendum fore, vel pro absoluto habendum.

115 Tertiò respondetur quòd licet illa Constitutio intelligatur in sensu, qui minus bene intenditur, adhuc non vacarent culpa, nec nullitatem actus effugerent aduersatij, nam ibi dicitur, quòd priuato Generali, Prior Prouincialis illius Prouinciæ, in qua Capitolum congregatum est, omnia faciat, quæ Prior Generalis præsens faceret, quovsque Præsidens publicetur, quòd in præsenti casu iuxta illius proportionalitatem seruatum non fuit; recurrendum enim erat ad Priorem Conuentus Granatæ, vbi Capitulum celebrabatur, vt vices Prouincialis gereret, vsque ad Præsidentis publicationem, qui si casu deficeret, vel venire non curauerit, ad alium recurri non poterat, quia in illa Constitutione nullus in hoc euentu Prouinciali renuenti substituitur, quòd enim lex non dicit, non est ab homine præsumendum, *l. dissentientis, C. de repud. cap. illa, ne Sede vacan.* Surd.

116 *decis.* 2 9. *numer.* 21. Et lex id noluisse præsumitur, cum facile id exprimere potuisset, neque expressit, Menoch. *consil.* 30. *n.* 8. Armend. *in proœm. addit. ad recop legum Nauarra n.* 150.

117 Nec etiam obstat quòd prætextu cuiuscumque prorogationis posset Prouincialis, nolens officio renuntiare, tempus præfixum prolongare, & electionem successoris malitiosè differre; quia vel prorogatio est licita, & iusta de causa facta, & tunc renuntiationis omissio non erit culpabilis, ac interim poterit Prouincialis administrare, Mastril *de Magist. lib.* 1 *cap.* 24. *num.* 28. & Prouinciam regere, donec scilicet ad electionem, completa prorogatione, deueniatur, argum. *l. meminisse, ff. de offic. Proc.* ibi: *Meminisse oportet, vt in euentum successoris omnia debere Proconsulem agere, cùm sit vnus Proconsulatus, & vtilitas Prouinciæ exigat esse aliquem, per quem negotia sua Prouinciales explicent,* &c. vbi gloss. *verbo ius dicere*, magis ad propositum loquitur ibi, *etiam si vltra tempus suum sit,* &c.

118 Et in maioribus, & minoribus iudicaturis obtineri, & in praxi seruari tradunt Guid. Papæ *decis.* 501. & alij citati ab Auiles *ad cap.* 5. *Prætor. verbo suspendidos num.* 6. *cum seqq.* Roman *sing.* 395. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *cap* 2. *numer.* 23. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4 *glos.* 10. *parte* 1. *numer.* 99. ibi: *Quoad primum breuiter dic, quod ad officialem præcedentis triennij spectabit id muneris, donec venerit successor, quasi apud eum remaneat administratio cum titulo ex l.* 1. *C. vt omnes iudices tam ciuil. quam milit.* &c. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 154. *num.* 46. ibi: *Cùm officialis finito anno, seu biennio suæ electionis habeat administrationem, & eius gesta valeant, donec nouus fuerit non solum electus, sed ceperit possessionem sui officij, quasi apud eum remaneat administratio cum titulo,* &c.

Et licet Bald. *in d. l. meminisse col.* 2. *vers. Extra quæro,* Fontanel. & Stephan. Gratian. *dictis locis,* id in iudicibus delegatis non procedere affirment, sed solum in Ordinariis; nihilominus tamen restrictio nobiscum non loquitur, quia Prouinciales, Visitatores, & Priores locales huius, & cuiusuis alterius Ordinis, sunt Ordinarij, & in suos subditos Regulares iurisdictionem habent quasi Episcopalem; Sot. *de Iust. lib.* 7. *quæst.* 4. *art.* 3. *col* 5. Aragon. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12 *fol* 1042 *col.* 1. *conclus.* 6. Suar. *de Relig. tom* 2. *tract. de voto lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 14. Sayr. *in Claui Regia lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 89. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disput.* 3. *numer.* 9. *& in præcepta Decalogi tom.* 1 *lib.* 4. *c.* 39 *n.* 4. *&* 5. Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regul dub* 49. 119

Vel prorogatio non fuit iustificata, sed temere à Prouinciali facta, & tunc penes neminem de Capitolo residet potestas illam emendandi, sed opus est ad Superiorem recurrere, qui causa cognita poterit suspensionem, & prorogationem tollere, ac Prouincialem cogere vt renuntiet, argum. *cap quidam, de renunciation.* vel iuxta culpæ qualitatem eum officio priuare; aliàs tali suspensione durante quicquid ab inferiore propria auctoritate attentatum fuerit, id totum priuilegio attentatorum reuocari debere dixi infrà *nullit. seq.* 120

Ex quibus fit euidens renuntiationem de qua loquitur Constitutio, sub rub. *Quomodo Prior Prouincialis officio suo debeat renuntiare*, pertinere ad substantiam vacationis, ac proinde gratis dictum asserere meram esse cæremoniam, ex dictis: nec ea, quæ de Prioribus referuntur, Prouinciali commodè adaptantur, cum Constitutio de istis, non de illis disponat; & quatenus dicitur quòd Priores aliquot antea diebus eliguntur, quàm eorum prædecessores renuntiauerint, vt *in d. parte* 3. *cap* 7. *sub rub. de inst. Priorum*, id verum non est, si de electione publicata sermo fiat, nunquam enim Electiones publicantur nisi prius fiant renuntiationes, & absolutiones: quòd nec in hoc casu seruatum, nec expectata renuntiatio fuit, vt ad electionem procederetur, sed omnia (quod summè dolendum est) temere, inconsulta facilitate, furtim, & præpostero ordine gesta referuntur. 121

SECVNDA NVLLITAS.

Quia celebrata post intimatam suspensionem, & post iter arreptum ad Superiorem, ac interpositam appellationem debito tempore, & modo.

SVspensione celebrationis Capituli per P. Prouincialem legitimè facta, eaque 5. Vocalibus, RR. PP. Magistris Francisco de Terminon, & Alphonso de Castilla, aliisque suis confœderatis personaliter intimata, vlterius per eos processum, & ad electionem deuentum est, quæ ideò nulla & attentata fuit, vt bene resoluit Lancell. *de attent. parte* 2. *cap.* 11. *de attent. appell penden. limit.* 1. *n.* 12. ibi: *Vnde stante suspensione non est mirum si subintrent attentata, quæ vbi suspensio iurisdictionis datur, considerantur, ad notata per Doctores in cap. non solum, de appell. in* 6. *& notat Franch. in cap pastoralis col.* 3. *num.* 6. *vers Sexto operatur, de appell. & post Didac. cap.* 23 *pract. quæst. Hieron. Mansr. lib.* 2. *pract.* 122

Oo 3 concl.

concl. super attent. concl. 16. &c. Idem tenet *d part.* 2. *c.* 13. *n.* 19.

123 Post huiusmodi suspensionem sic factam, & in-
timatam, & postquam iter artipuit P. M. Francis-
cus Lyaño ad Illustrissimum D. Nuncium, prius de
tali itineris arreptione pro iustitia obtinenda om-
nes Vocales certiores faciens, vlterius processum,
& ad electionem deuentum est, quæ ideo nulla, &
attentata dicitur, ac proinde reuocanda, cum talis
itineris arreptio, seu nuncij missio habeat vim ap-
pellationis, & suspendat iurisdictionem Iudicis in-
ferioris; vt in puncto tenet Sigismund. Scacc *de
appell. quæst.* 6 *numer.* 41. *cum seqq* optimè Lancellot.
d. parte 2. *cap.* 12. *ampl.* 16 *à num.* 1. ibi: *Et propter-
ea in hac ampliatione breuiter potest poni regula, quòd
gesta post iter arreptum ad Papam, & sic post taci-
tam, & præsumptam appellationem, sunt attentata, &
reuocanda, vt tradit Miles in verbo appellationis
vim obtinet fol.* 16. *quia talis arreptio habet vim ap-
pellationis, vt videtur text in cap. cùm causam, de
offic. deleg. & in cap. cùm olim, de dolo, & contum. &
in cap. audita, de restitut. spoliat.* &c. & *in num* 4.
& 5. idem resoluit quando iter artipitur ad infe-
riorem à Papa, etiam per interpositam personam,
vt patet ibi. *Amplia primò vt procedat etiam in ar-
reptione itineris facta ad inferiorem à Papa, qui tamen
possit per viam querelæ adiri, vt tradit* Miles *in d. ver-
bo Appellationis vim obtinet num.* 16. *Anton. de Butrio
in d. cap. dilecti num.* 6. *vers. Ex his infertur, dum am-
pliationem simpliciter tenet, quòd procedat etiam in in-
feriore à Papa, qui per viam querelæ adiri possit, vt
ibi per eum. Secundò vt procedat non solùm in arre-
ptione itineris facta in propria persona, verum etiam
per interpositam personam, putà per missionem nuncij,*
&c. Hactenus Lancellot.

124 Pariter post factam, & intimatam huiusmodi
suspensionem, & habitam itineris arreptionem,
actum fuit de Præsidentis recognitione, & dictus
P. Alphonsus de Castilla, qui præsidentiam affe-
ctauerat, litteras suæ præsidentiæ aperiri iussit, &
vt ab omnibus, vt talis, recognosceretur, manda-
uit; ac coram se ad electionem celebrandam Vo-
cales nonnullos conuocauit, & illis non expecta-
tis, de facto ad electionem procedendum esse de-
creuit, cuius mandata cum intimarentur P. M Ioan-
ni de Bolaños Priori Granatæ, tanquam vni ex
Vocalibus, ab illis statim viua voce in actu notifi-
cationis appellauit, de qua appellatione licet No-
tarius actuarios fidem non fecerit, nihilominus de
illa alij Notarij, qui eo tempore notificationi in-
terfuerunt, testificantur; vnde gesta post talem
appellationem interpositam tanquam attentata, &
nulla reuocari debent, Cardos. *in praxi Iudicum
verbo Electio* 28. Castellin. *de elect. Canonic. cap.* 4.
num. 59. ibi: *Electio facta à Vocalibus, pendente ap-
pellatione legitimè interposita ab vno, vel pluribus ele-
ctorum, tanquam attentata, & nulla reuocari debet, &c.*
& ibi: *Quæ fiunt post appellationem, debent in statum
pristinum reuocari,* &c. *& cap.* 14. *num.* 42. *& cap.* 26.
125 *num.* 3. quia appellatione pendente, nec in princi-
pali, nec in appendiciis est innouandum, vt in-
quit D. Valenzuel. *consil* 157. *num.* 18. Omnia enim
facta, & innouata pendente appellatione sunt nul-
126 la, *auth. de exhibend. reis* §. *suscepto, verbo nihil in
med. & verbo pro nihilo collat.* 5. *cap. non solùm, de ap-
pell* D Valenz. *consil.* 76. *numer.* 24. Duran. *decis.* 312.
n. 1. *& decis* 313. *n.* 2. Rota *decis.* 685. *n.* 2. apud Farin.
p. 1 *in posthum.*

127 Non obstat quòd appellatio per dictum P. de
Bolaños, non fuit interposita in scriptis, iuxta *l.* 1.
§. *fin. de appell.* quia respondetur illum statim in
actu intimationis appellasse, quæ appellatio viua
voce incontinenti interposita sufficit de iure, *l* 2.
& *ibi* glos. *ff de appellat.* Bart. *in d. l.* 1. *fin ff. eodem,*
Vestr. *in pract. lib.* 7. *cap.* 3 *num.* 10. Achil. *decis.* 2. *in
princip de appellat.* Put. *decis.* 102. *num.* 1 *lib.* 3. Du-
ran. *decis* 217. *num* 6. vbi subdit non aduersari tex-
tum *in d. l.* 1. § *fin.* quia procedit secundùm Bart.
ibi num. 4 in appellatione à diffinitiua ex interual-
lo; & Vetal. *parte* 1 *decis.* 36. *num* 3. ait quòd quan- 128
do quis appellat incontinenti, sufficit quod dicat, 129
appello. Et appellatio à diffinitiua semper sufficit,
vt prorumpatur verbo, *l. scio,* & *ibi* Bart & Docto-
res, *ff de appell. glos. verbo soluit in cap. cordi, eod.
tit. in* 6. Boër. *decis.* 1. *num.* 24. D Valenzuela *consil.*
46 *num.* 20. Et pro potiori cautela idem P. de Bola-
ños intra decem dies Hispali aliam interposuit ap-
pellationem coram persona in dignitate Ecclesia-
stica constituta, & P. Prouincialis, ac plures ex Vo-
calibus intra eosdem decem dies de nouo in scri-
ptis appellarunt coram Illustrissimo Nuncio, qui
in vim huius appellationis litteras ordinarias ap-
pellationis relaxauit, quarum vigore hodie lis in
eius Tribunali pendet, & partes, trãsportatis actis,
litigant.

Nec etiam obstat quod appellatio per dictum 130
P. de Bolaños, seu à dicto P. Prouinciali interposi-
ta fuerit sine legitimo consortium mandato: quia
respondetur appellationem interpositam per vnum
ex consortibus iuuare alios consortes, *cap. senten-
tia, de appell l si quis separatim,* §. *vlt. ff eod. tit. l.* 1.
& 2. *C. si vnus ex plurib. appell.* Put. *decis.* 459 *lib.* 1.
Lancellot. *de attentat. parte* 2. *cap.* 12. *ampl.* 11. *num* 4.
Sigismund. Scacc. *de appell. quæst.* 5. *num.* 58 Rota *de-
cis.* 183 *num.* 5 *& decis.* 191. *num.* 1. *parte* 2. *recentior.
& decis.* 31. *num.* 3. *&* 4 *& decis.* 613. *num* 1. *parte* 2. *in
posthum.* 1. Farinac. in tantum quod si post dictam 131
appellationem sententia exequatur, talis executio
in totum etiam respectu consortium qui non ap-
pellarunt, dicatur attentata, & veniat reuocanda.
Ita Lancellot. *d. ampl.* 11. *numer.* 4. quem refert, &
sequitur Rota *d. decis.* 183. *num* 5. *apud Farin. part.* 2.
recent.

Nec denique obstat, quòd appellatio à dicto P. 132
de Bolaños fuit extraiudicialiter interposita, pro-
indeque electio post eam celebrata reuocari non
debet, quia attentata pendente appellatione extra-
iudiciali non sunt reuocanda, gloss. *verbo reducen-
dum,* ibi: *Si extraiudicialis fuit appellatio, in cap. non
solùm* 7. *de appellat. in* 6. *Lancel. d. p* 2 *cap* 11. *lim.* 3
princ. n. 3 *cum seqq. Sigismund. Scacc. de appell. quæst.* 2.
num. 35.

Quia multipliciter respondetur; & primò esse 133
valde probabile in iuribus incorporalibus, & præ-
cipuè in electionibus, gesta pendente appellatione
extraiudiciali esse attentata, vt in his terminis te-
nent Abb. *in cap. cum nobis, numer.* 7 *&* 8. *de elect.* D.
Valenz *consil.* 76 *num.* 25. *cum seqq. tom.* 1. Modern.
Lusitan. *de manu Regia parte* 1. *cap.* 12. *num.* 16. quo-
rum verba retuli supra in voto consultiuo super
electione Generalis sancti Hieronymi: & in ter-
minis electionis Regularium probat text. *in cap. si
postquam, de elect. lib.* 6. dum ait in electionibus
Cathedralium, vel Regularium Ecclesiarum quic-
quid factum fuerit post, & contra appellationem
etiam extraiudicialem ex causa probabili emissam,
esse nullum ipso iure, & firmant Rot. *decis.* 14. *n.* 4.
de appell. in nouis, Miles *in suo repert verbo attentata
post appellationem interpositam, fol. mihi* 35. Lancell.
d. p. 2. *cap.* 12 *limit.* 1. *num.* 55. *& limit.* 3. *num* 62. latè

& elegante

& eleganter D. meus Alexander Raphaëlius Hispaniarum Nunciaturæ Auditor Generalis meritissimus, *in suo voto undequaque doctissimo in causa Hispaniarum Generalatus S Hieronymi n.70.*

134 Secundò respondetur obiectionem non procedere quando gesta non solùm sunt post appellationem, sed etiam contra appellationem, tunc enim etiamsi appellatio sit extraiudicialis, causat attentata, text. est *in cap. cum nobis 19. de elect.* vbi Abbas *num 7. & 8.* Achil. de Grassis *decis. 34. alias 260. de appellat.* Lancel. *d. parte 2. cap. 12. limit. 3. n. 7. & 10 cum seqq.* Seraphin. *decis. 397. num. 1.* Dicitur autem quid fieri contra appellationem, quando, prout in casu nostro, actus, à quo appellatur, non remanet totus sub protectione Iudicis ad quem, vt explicat Achil. *d. decis. 34.* quem refert & sequitur idem D. meus Alexander Raphaëlius *in d. suo voto n. 69.*

135 Tertiò respondetur multo minus obiectionem procedere, vbi iam appellatio coram Superiore iustificata fuerit, quia tunc omne gestum post appellationem, licet non iudicialem, est attentatum, glos. *verbo reducendum, vers. Si extraiudicialis, in cap. non solum, §. illa verò, de appell. in 6.* Lancel. *d. c. 12. limit. 3. num. 17. cum seqq.* Butat. *Rota decis. 771. n. 5.* idem D. meus Alexander Raphaëlius *vbi sup. n. 71.* Cùm ergo ex superius deductis, & infra deducendis euidenter appareat de causis legitimis, quibus moti fuerunt P. Prouincialis, & cæteri Vocales ad prorogandum, & suspendendum Capitulum, ac ad appellandum à gestis, ipsa suspensione, & appellatione pendente, non videtur posse dubitati quin omnia gesta post dictam suspensionem, & appellationem fuerint nulla, & attentata.

136 Constito igitur de suspensione, & arreptione itineris ad Superiorem, necnon de appellatione, legitimo tempore, interposita à decreto dicti P. Alphonsi de Castilla, illud non debuit in hac causa executioni demandare, conuocando ad Capitulum, & ad electionem Prouincialis procedendo, ac mittendo in possessionem R. P. Franciscum de Terminon temerè & nulliter electum cum euidenti attentato; nam certa Iuris regula est appellationem non tantùm suspendere iurisdictionem Iodicis, ac decretum, *cap. cùm inter, de except. cap. si à Iudice, de appell. in 6.* sed etiam illa, seu illud extinguere, ex *l. 1. §. vlt. ff ad Turpil.* vbi dicitur, quòd appellationis remedio extinguitur pronun-

137 tiatum, D. Valenzuela *consil. 71. num. 62.* omniaque postea innouata ita inficere, iuxta totum tit. *nil nouari appellat. pendente.* vt nulla sint ipso iure, *antehent. de exhiben. reis, §. suscepto, verbo nihil in med. & verb. pro nihilo,* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 10.*

138 *num. 2.* D. Valenz. *consil. 84. num. 56.* & veniant ante omnia reuocanda, & in pristinum statum restituenda, & purganda; Rota *decis. 351. num. 1. & dec 656. num. 1. parte 1. recentior. & decis. 183. num. 1 & decis. 582. num. 1 & decis. 691. numer. 1. parte 1. in posthum.* Farin. Dutan *decis. 112. num. 2. & decis. 313 numer. 1.*

139 etiam ex mero Iudicis officio, Cassad. *decis. 3. de restit. spol.* Rot. *decis. 6. num. 1. vt lite pend. in antiq.* Herculan. *de attentat. cap. 14. à num. 1. & cap. 20 à num. 1.* D. Valenz. *consil. 44. n. 14. & cons 157. n. 44.* Greg XV. *decis. 91. n. 8.*

140 Vnde electio celebrata & possessio post dictam suspensionem, ac itineris arreptionem, & interpositam appellationem, apprehensa habetur pro spoliatione, & est mere attentata, Valenz. *d. consil 71. num. 72.* Rota *decis. 616. num. 1 parte 1 diuers.* Et licet à dictis regulis declinetur, vel quando attentata sunt turbida, Lancell. *de attent. parte 3. cap. 24. num. 60.* vel quando constat de non iure petentis reuocationem, Rota *decis. 7. vt lite pend in antiq.* 141
vel quando materia attentatorum dependet à cognitione negotij principalis, Capic. *decis. 71.* Lancel. *vbi supra quæst. 19.* nulla tamen ex allatis limitationibus applicari potest ad propositum casum: non illa quòd attentata sint turbida, quia immo sunt clarissima, quando ex triplici capite de illis euidenter constat, iuxta resoluta in hac nullitate: non alia quod constet de non iure petentis, quia 142
ad istum effectum defectus ioris debet esse clarus & manifestus, Ioan. Monach. *in cap. cupientes, n. 142. de elect. lib. 6.* Rota *decis. 2. de restit. spol. in nouis,* & ideò requiritur res indicata, vel confessio partis, Lancel. *de attent. parte 3. cap. 24. quæst. 1. numer. 65.* In casu autem proposito ne dum super illo aliquid fuit decisum, sed ex dictis suprà *conclus. 1. & 2.* constat apertè de iustitia appellationis, & causæ principalis, quatenus attentata ab illa penderent; quia hoc remedium attentatorum non solùm conceditur quando adest tam notoria iustitia, sed etiam quando constaret de non iure, Innocent. Host. & 143
Ioan. Andr. *in cap. 2. de restitut. spol.* Alexand. *consil. 99. Visis processibus num. 9. volum. 5.* Vrsil ad Afflict. *decis. 98. num. 5.* Valasc. *consil. 156. num. 18.* quos refert & sequitur D. Valenz. *d. consil. 157. num. 43. & consil.* 144
84. num. 61. nam consideratur potius contemptus Superioris, quam læsio iuris, & partis, *cap. cordi, in fine, de appel. in 6.* Cassad. *decis. 3. de rest spol.* Franc. Hercul *de attent. c. 26. n. 7.*

Denique attentatorum remedium reputatur in 145
Iure benignum & fauorabile, vt inquit Franc. Hercul. *d. tract. de attent. cap. 1. num. 3.* relatus à D. Valenzuel. *d. consil. 157. num 41.* & tam priuilegiatum ex Achil. de Graff. *decis. 351. alias 26. de appell. n. 1.* 146
& 6. Veral. *decis. 54. num. 2 parte & decis 68. num. 3.* 147
parte 2. vt contra agentem pro reuocatione attentatorum non possit opponi excommunicationis exceptio, Herculan. *vbi suprà cap 20. num. 3.* Marant. *de ord ne iudic. parte 6. verb appellatio num. 191.* Lancel *de attentat parte 2. cap. 12. num. 4. & cap. 14. q. 3. num. 10.* Gonzal. *ad regul 8. Cancell. § 7. proœm. n 219.* D Valenz. *d. consil. 157. n. 46* Rota *decis. 389 numer. 6.* apud Farin. *p. 1. recent.*

Et hoc in tantum est verum quòd iudicium attentatorum fauorabilius est iudicio spolij, & sic 148
possessorio recuperandæ, gloss. *in Clement. 1. in princip. vt lite penden* Achil de Grassis *decis. 26. de appellat. numer. 4.* Gratian *respons. 1 numer 16. volum. 2.* D. Valenzuel. *d. consil 71. num. 77.* & interdicto Vnde vi, Alexand. *consil. 99. column. 3. lib. 5.* Veral. *decis. 154. numer. 2. parte 1.* addit. ad Mathesil. *singul 29. numer. 10.* Couar. *pract. cap. 13. n. 4.* D. Valenzuel. *dict. consil 84. num. 60.* & non potest 149
ante eorum purgationem procedi in negotio principali, *dict cap. non solum, de appellat. in 6.* D. Valenzuel. *dict. consil. 71. numer. 67. & d. consil. 84. num 59.* Ex quibus concludo euidenter constare de attentatis, quæ veniunt statim reuocanda antequam de possessorio, & causa principali cognoscatur.

TERTIA

Tertia Nullitas.

Quia celebrata non seruata substantiali Iuris, & Constitutionis forma.

150 PRo Electionibus celebrandis formam, & modum dat text. *in cap. quia propter 42. de elect.* his verbis. *Statuimus vt cum electio fuerit celebranda præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, &c.* & paulò inferiùs. *Aliter electio facta non valeat: nisi fortè communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata. Qui verò contra præscriptas formas eligere attentauerit, eligendi ea vice potestate priuentur,* &c.

151 Quæ quidem forma in eo text. descripta est omnino obseruanda sub pœna nullitatis ob decretum irritans in fine positum, vt ibi resoluunt Innocent. *num.6 verbo non valeat,* Ioan. Andr. *n. 17. eodem verbo,* Guillelm. Mandagot. *de elect. cap. 22.* Franc. Marc. Delphin. *decis. 1386. parte 1.* Sigismun. à Bononia *de elect. cap. 1. dub. 3. num. 5.* vbi *numer. 8.* subdit sufficere, vt aliquid substantiale prædictæ formæ *d. cap. quia propter* non sit seruatum etiam in minimo ad effectum vt electio dicatur nulla, Castellin. *de elect. Canon. cap. 1. num. 2. vers. forma,* Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. cap. 21. num. 121.* Rota *in Treueren. Abbatia S. Maximini 20. Nouembris 1624. coram bonæ memor. Coccino Decano, statim in princ.*

152 Et procedit non solum in electionibus Episcoporum, & Prælatorum Ecclesiasticorum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, sed etiam in electionibus Prouincialium, & aliorum Superiorum Regularium, vt per Abb. *in d. cap. quia propter numer 7. vers. circa, & num. 8. vers. & placet,* Ludouic. Miranda *in Man. Prælat. tom. 1. quæst. 23. art. 3. conclus. 1.* Tamburin *de iure Abbatum tom. 1. disp 5. quæst. 5 num. 1.* Lauor. *var. lucub. tom 1. titul 4. cap 19 num. 4.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 6.* Rot. *in Meten. Monasterij 5. Iulij 1621. coram bonæ mem. Coccino Decano, in vers. Quod autem.*

153 In forma hac substantiali sex modis peccat hæc nulla electio. Primò non constat ex actis Capitularibus quod interuenerint in huiusmodi scrutatorum assumptione cunctorum vota, vt requirebatur, sed solum in illa trium Vocalium subscriptiones apparent, vnde illis non est standum, quia quòd vniuersitati conceditur, singulis eius non tribuitur, *l. in tantum §. vniuers. ff. de rerum diuis.* Nauar. *commeat. 3. de Regul. num. 12. vers. Ad quintum, in prin.*

154 Secundò nec etiam constat, vt est de forma substantiali, quòd isti scrutatores secretè, & sigillatim cunctorum vota diligenter, hoc est ex se, & proprio ore, exquirerent, Innoc. *in d. cap. quia propter num 6.* Host. *num 30.* Abb. *numer. 5. vers. Nota etiam,* Sigism. à Bonon. *d. tract. de elect. dub. 21. n. 4* Ego ipse *de iure Ecclesiast. vniuer. lib 1. c. 19. n. 395.* Rota *in d. Treuer. Abbatia vers. Tertiò.*

155 Tertiò nec etiam constat, vt est de forma substantiali, quòd scrutatores scrutati sint prius se ipsos, ad tradita per Syluest. *in sum. verbo electio 2. q. 4 num. 7.* Sigism. à Bononia *tract. de elect. dub. 21. num. 6. cum seq.* qui Auctor *dub 41. numer. 9.* formam ponit, quomodo hæc scrutatio sit facienda, his verbis *Qui scrutatores scrutati sunt primo se ipsos, nempe primo P. F. N. primus scrutator ita secreto, vt nec ab alijs duobus scrutatoribus videri potuerit, scribat nomen eius, quem elegit, & sequetur narrando ordinem, quem posui supra dub. 21 num. 8 & denique primus, secundus, & tertius scrutator scrutati sunt, & exquisierunt vota aliorum omnium de Collegio ita sigillatim, & secreto vt quisque elector de per se singulariter votum suum dederit, ac detulerit ipsis scrutatoribus, ita vt nec à me Notario infrascripto, nec à testibus infrascriptis, nec ab alijs quibusuis exceptis scrutatoribus auditum sit, tale votum, & in scriptis ea redegerunt,* &c.

156 Quartò nec etiam constat, vt essentialiter requiritur, quod vota fuerint per scripturam fideliter data, ne memoria scrutatorum perirent, vt per Abb. *in d. cap. quia propter, num. 6.* Butr. *numer. 27.* Ioan Andr. *num. 19.* & Host. *num. 31.* Mirand. *d. q. 23. art. 16.* Sigismund. à Bonon. *d. dub. 21. num. 13.* Rota *in d. Treuer. Abbatia, vers. Quarta etiam principalis nullitas.*

157 Et quamuis ex concessione sanctæ memor. Pauli V., vt ex aduerso asseritur, possit per bulleras, palleas, & cartellas, aut per fabas, siue per lupinos fieri hæc electio, quod ex consuetudine in huiusmodi electionibus seruari posse testatur Macagnan. *de commun. opi. lib 3. cap 6. num 4 & 7.*

158 nihilominus cùm hoc procedat ex priuilegio, dum electio fit simpliciter, nec dicitur, aut declaratur qua auctoritate, & forma celebratur, intelligitur semper facta secundùm dispositionem Iuris communis; nam in dubio quis præsumitur disponere secundùm Ius commune, Valasc. *consult. 42. num. 7.* D. Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. parte 1. numer. 61.* citati per me *Axiom. 73. num. 10 & Axiom. 131. numer. 4 prope fin.*

159 Quintò nec (prout requiritur) Capitularia acta quæ producuntur, facta fuerunt per Notarium Secretarium Capituli, sed scripta apparent sine nomine, aut subscriptione scribentis; cùm deberent ab eodem Notario scribi, & fides fieri de omnibus ibi gestis, iuxta formulam, quam ponit Sigismund. à Bonon. *d. dub. 41. numer. 9.* ibi; *De quibus omnibus cùm ego N. Notarius ita interfuerim cum N. N testibus, vt tamen nemo nostrum sciat alicuius suffragium nominatim, fidem facio vniuersis, & singulis præsentes litteras inspecturis prædicta omnia fuisse ordine, quo narraui, gesta, & ita rogatus fui, ideò in fidem præsens publicum instrumentum subscripsi, & signaui,* &c. quæ omnia desiderantur in actis Capitularibus ex aduerso productis.

160 Sextò, quia etiam non interuenerunt substantialia requisita, quæ per Ordinis Constitutionem in electione Prouincialis interuenire debent, & in ea sub diuersis titulis & rubricis *in parte 3. cap. 7.* sic concepta habentur. *De modo celebrationis Capituli Prouincialis.* Item. *De modo recognoscendi Patrem Præsidentem.* Deinde. *Quomodo Prior Prouincialis officio suo debeat renuntiare:* quarum rubricarum scriptura denotat sub illis dispositum contineri formam substantialem, vt in puncto tenet Farin. *fragm crimin. parte 2. lit. L. num. 203.* ibi: *Secundò forma censetur inducta per hanc seu similem rubricam, de modo procedendi, &c. quia idem est ac si dictum fuisset de forma procedendi,* Azor. *in pract. §. 3. cap. 36. numer. 1.* &c. quod est singulari consideratione notandum.

161 Maximè, quia in dubio omnis forma censetur substantialis, Cephal. *consil. 421. num. 49. lib. 3.* D. Valenzuel. *consil. 187. numer. 73* & indiuidua Becc. *consil.*

consil. 47.*n.*16.*& consil.*176.*n.*1. Cephal.*consil.*377.
*n.*66.*& consil* 421 *n.*81.*lib.*3.

162 Hinc patet formam substantialem continere
disposita sub dicta rubr. *De modo recognoscendi Pa-*
trem Præsidentem, vbi in nigro ita disponitur. *Sexta*
feria immediatè sequenti, statim postquam vesperæ fue-
rint decantata, de mandato Prioris Prouincialis ad so-
num campanella claustri ter pulsata, vt moris est, fiat
signum congregandi Capitulum, & successiuè statim
campana minor in campanili ter pulsetur prolixius, si-
militer cum debito internallo; ad quod signum omnes
Patres Vocales ad Capitulum conueniant, vel alio, vbi
decenter adesse possint, sicut Priori Prouinciali videbi-
tur expedire; quibus tum grauitate consedentibus;
Prior Prouincialis dicat. Admirorum, &c. Benedicite,
&c. & immediatè legatur Constitutio à socio ipsius, vt
sciant omnes quidnam & quomodo sit agendum (quod
semper antequam aliquid fiat, obseruari volumus) De-
inde verbum habeat aliquod opportune, quo expleto
publicè ab omnibus in communi requirat, imo omnibus
& singulis Patribus in virtute sancta obedientia praci-
piat, vt si quis illorum habeat Reuerendissimi Patris
litteras ad illius Prouincia Capitulum directas, eas pro-
tinus ostendat, & legendas consignet, hoc autem præ-
ceptum, si littera non ostendantur, paruo temporis in-
teruallo ter successiuè faciat, tertia vice sub pœna ex-
communicationis pracipiendo. Si verò quispiam huius-
modi litteras præsentauerit, volumus, ac decernimus, vt
illis ab omnibus debita cum veneratione, vt decet, per-
fectè obediatur, & si virtute illarum litterarum aliquis
illius Prouincialis Capituli Præsidens institutus fuerit,
is ab omnibus pro Præsidente habeatur, & Præsidentis
fungatur officio, &c.

163 Contra totam huius Constitutionis formam ad
Præsidentis recognitionem processum fuit, Pro-
uinciali absente, & Vocalibus ad sonum campa-
nellæ minimè conuenientibus, ac litterarum præ-
sidentiæ recognitione per eundem Prouincialem
oon facta; faciens ipse P. Alphonsus de Castilla
se in Præsidentem recognosci, eum certum sciret
nullam, earum litteratum virtute, iurisdictionem
sibi conferendam sine præsentatione, inspectione-
ve, solito modo, & loco facta, ad tradita per Bald.
*in l.*1.*C. vt lit. penden. & in l. falsus num.* 17. *Cod de*
furtis, Hippol. de Marsil. *in l. si quis, ff de quast.*
*num.*65. Pute. *de Syndicatu, verbo officialis, cap.*4.*n.*2.
164 *cum seqq. & verbo electio, cap.*3. Quibus non præce-
dentibus, sic dictus P. Alphonsus de Castilla, pro-
pria auctoritate Præsidentiæ possessionem appre-
hendens, in ea intrusus remansit, Ludouic. Gom. *in*
reg. de triennali possess. quast 48. ac violentus posses-
sor, secundùm omnes *in cap. transmissa, de elect. &*
in cap. cum venissent, de restit. spol. Miles *in repert. ver-*
bo possessio beneficy, proindeque beneficio & gratia
eiusdem Præsidentiæ ipso iure priuatus, vt *in cap.*
eum qui, de præbend. in 6. quam decisionem præter
alios optimè explicant Rip *in cap. sape, de restit. spol.*
*n.*68. Couar. *de sponsal. parte* 2.*c.*6.§ 8.*n.*8.*& var lib.*3.
*c.*16.*n.*6.*&* 7.*ante* 3.*casum.* Est enim perquam ab-
surdum, ait Iurisconsf. *in l. obseruare* 4. §. *fin ff. de offic.*
Proconf. antequam quisque iurisdictionem nanci-
scatur, eam vsurpare, vel alij mandare.

165 Ex quibus colligitur multis modis ex defectu
formæ substantialis nullam esse huiusmodi ele-
ctionem, qoia forma non seruata actus ipso iure
est nullos, *l. cùm hi*, 6. *Prætor, ff. de transact. l. Ma-*
nius, l. qui heredi, ff. de condit. & demonst. l. 1. *&* 2.
C. quando prouocare non est necesse Farin. *lit. L. n* 204.
D. Ioseph. Vela *Iuris controuers. in Hispalen. senatu*
*tom.*1.*dissert.*21. *numer.*35. & eius omissio etiam in
Barbosæ Vota decisiua.

mioimo totum viciat, Tiraquel. *de iudicio in rebus*
*exig. num.*12.*& de retract. conuent.* §.4.*glos.*6.*num.*31.
& 32. Alderan. Mascard. *glos* 9 *num* 61. Suar. *de le-*
*gib lib.*5 *c.*31.*n.*8.*cum seqq.* Farin. *d. lit. L. num.* 108. D.
Valen. *d consil.* 187. *num.*74.

QVARTA NVLLITAS

Quia celebrata non vocata, nec expecta-ta maiori Vocalium parte de Pro-uincialis mandato à loco discedentium.

COnuocato Capitulo in Conuentu Grana- 166
tensi antequam Vocales pro eligendo Pro-
uinciali adinuicem congregarentur, Pater Prouin-
cialis propter suspicionem inferendæ vis, aliisque
iustis de causis in dissolutione Capituli relatis,
prædictos Vocales ad propria Monasteria sub pœ-
na excommunicationis pridie ante celebrationem
redire mandauit, & statim eadem die è dicto Con-
uentu quinquaginta plus minusve exierunt, pro
cuius præcepti iustitia in dubio præsumendum est,
ob Superioris auctoritatem, *l. seruo inuito*, §. *cùm*
Prætor, ff. ad Trebel. l. si Prætor, ff. de iudic. Innocen.
*in c.*2 *de noui oper. nun.* Fr Emman. *quæst. regul. tom.*2.
quæst. 22. *art.*8. vnde sic exeuntes oon propria au-
ctoritate, & sua sola voluntate ducti, vt aduersarij
volunt, sed dicto Superioris præcepto recedere à 167
loco coacti sunt, in quo dolus, simulatio, vel fraus
considerari non potest; quod enim qois mandato
facit Iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat
necesse parere, *l. non videtur data* 227.§ *qui iussu, ff.*
de reg. iur. c. quod quis 24. *eod. tit.* Menoch. *de retinen.*
possess remed. 3.*n.*64.

Recedentes, & absentes sine eorum culpa, si de- 168
inde Capitulum celebrandum sit, iterum vocandi
sunt, saltem vt constituant Procuratorem, si exules
facti, vel Superioris violentiam timentes, venire
non auderent, iuxta doctrinam Abb *in c. cum in-*
ter 18 *de elect. num* 8. ibi: *Item puto, quòd vbi aliqui*
sunt absentes sine eorum culpa (vt quia sunt exules, vel
timent potentiam tyranni) quod tunc isti sunt vocandi,
vt saltem constituant procuratorem, &c. Nisi his ex- 169
euntibus intimarerunt dies, quo postea electio cele-
branda erat, quia tunc ampliùs vocandi non sunt.
Ita Biaz *in director. elect. parte* 3.*c.*10. *in fine*, ibi: *Si*
verò scirent diem assignationis pro electione facienda
non essent amplius vocandi, si se absentarent, &c. &
feotit Castel *d.c.*8. *num.*15. dum ait, quod si vocati
venerunt in termino illis notificato, sed recessè-
runt antequam fiat electio ad alium etiam termi-
num certum prorogata, non sunt vlterius vocandi: 170
ex generali regula, Certus qui est amplius certiora-
ri non debet, *l.*1 *ff de action. empti, c. eum qui, de re-*
gul. Iur. in 6. *glos. verbo conuenerant, in princ. in dict.*
cap. cùm inter, de elect. citati per me *Axiom.* 41.
num. 1.

Hi autem cum post recessum non fuerint ite- 171
rum vocati, cum deberent vocari, dicuntur con-
tempti, Castel. *d tract. de elect. Can c.*8 *num.*2. Tam-
bur. *de iure Abbatum tom.*1 *disput* 5 *quæst.*3 *numer.*4. 172
quia omnes qui vocem habent in Capitulo, ad
electionem legitimè vocandi sunt, non contem-
nendi, gloss. *verbo vocatos, in c. quod sicut, de elect.*
Azor *instit. moral. parte* 2. *lib* 6.*c.*14.*quæs.* 7 Mirand.
in man. Prælat parte 2.*q.*23 *art* 4. *concl.*2 Tambur *d.*
*tom.*1.*disp.*5.*q* 3. Lauor. *d. tit.*4 *c.*17.*num.*16. Ego ipse 173

in collectan.ad c.sicut 28. *num.*5.*de elect.* Contempti autem in dubio præsumuntur, non enim hæc qualitas quod vocati fuerint, præsumitur, nisi probetur, gloss. *d. verbo vocatos, in c quod sicut*, vbi Abb. *numer.*8. Castel.*d.c.*8. *num.*17. Lauor. *d.tit.*4.*cap.*17. *num* 9.

174 Quòd si vel in vno id fuerit omissum, irritam reddit electionem talis omissio, *c. bona memor. el* 2. *in ord.* 36. *de elect.* ibi: *Quia inuentus est H. fuisse contemptus, licet vnus solus extiterit, cum in talibus consueuerit contemptus vnius plus obesse, quam multorum contradictio in præsenti*, &c. *& in d c. quod sicut* 28.*eod. tit.* ibi: *Quod si eos vocatos non fuisse constiterit, sed contemptos, infirmanda erit electio penitus taliter celebrata*, &c. Azor. *d.quæs.*7. *in princ. Lauor. d. tit.*4.*c.*17.*num.* 13. Mirand.*d.q.*23.*art.*4. *concl.*5. Ego ipse *de iure Eccles. vniuerso, lib.*1.*c.*19.*num.*113. *cum seqq* maximè cùm iam de nullitate oppositum fuerit per eosdemmet contemptos, ad tradita per me *d.c.*19. *numer.*116. qui licèt hanc oppositionem de contemptu facere deberent antè electionis confirmationem, vt tenent à me citati *d. c.* 19. *numer.*15. nihilominus tamen si contempti non fuerunt præsentes tempore confirmationis, & post eam de illa certiores facti sunt, poterunt postea contradicere. Ita Innoc. *in d. c. sicut num.*4. & Abb.*num.*3. Lauor. *d.tit* 4.*c.*17. *num.*14. Sigism. à Bononia *de elect dub.* 10.*num* 4 *&* 5.

175 Et licèt regula sit quod electio propter contemptum venit annullanda; quando verò celebratur maiori parte contempta, vel non legitimè vocata, vt in nostro casu, est ipso iure nulla, vt benè resoluunt Francisc.Marc. *Delph decis parte* 1. *decis.* 2389. *numer.*1. ibi: (*Causa contemptus non reddit electionem ipso iure nullam, c. quod sicut, de elect. quod est verum, nisi maior pars Capituli esset contempta, quia tunc actus redderetur nullus, secundum Ioan. de Imol. in c.*2.*de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.*&c.*& decis.*1030.*num.*7. *ead.parte* 1. ibi, *Et sic non est ipso iure nulla, sed annullanda, nisi esset totum Capitulum contemptum, aut maior pars Capituli*,&c. Lauorius *d. tit.*4.*c.*17.*num.*17. ibi: *Venit autem, vt dixi, talis electio facta quibusdam non vocatis, eis petentibus annullanda, quia non est nulla ipso iure*, &c. & ibi: *Quod intelligitur si electio sit facta à maiori parte Capituli, licet quibusdam non vocatis, quia si fuerit facta à minore, non valet ex quo maior pars fuerit contempta, vel non vocata legitimè*, *Abb. in c.bona, numer.* 4. *de elect* &c.

176 Non solùm ipso iure nulla est electio, eo quòd maior Vocalium pars ex præcepto Superiuris recedens, contempta fuit, sed quia cum esset in Monasterio infirmus P. M. Franciscus Guerrero, ad illum non sunt missi scrutatores ad inquirendum (vt requirebatur) eius votum. Ita Syluest. *d. verbo electio, q.* 5.*num* 6.*d.*1 Petr.Gregor.*de elect c.*16.*n.*7. Azor.*d.parte* 2.*lib.*6.*c.*14.*q* 7. *vers. Verum quid*, Miranda *d parte* 2 *q.*23.*artic.*6.*conclus.* 1. Sigismund. à Bonon.*d.tract.de elect dub.*25.*num.*3.*cum seqq.* Laur. de Peirin. *de subdito Relig. tom.* 1. *quæst.* 1. *cap.* 31. §. 6.

177 Non obstat quòd contemptus illorum non officit, si assignato termino ad eligendum, verbi gratia die Pentecostes, venire non curent, cùm tunc possint reliqui, etiamsi vnus solus reperiretur in Capitulo, ad electionem procedere, Franc Marc. *parte* 2.*decis.*569.*num.*4. Miranda *d.parte* 2.*quæst.*23. *art* 6 *conclus.*3. Laur. de Peirinis *d.c.*31.§.6. Ego ipse *de Canonicis c.*38.*num.*11 *cum seqq. & de Iure Eccles.*

178 *lib. ..num.*96.*cum seqq.* Vel si iam conuocati, recesserunt, quia qui exierunt, computantur inter illus, qui renuntiarunt, vt colligitur *ex c. cùm nobis, de elect.* vbi gloss. *ibidem verbo reuocare*, & Panor. *n.*10. gloss. etiam *verbo quæ in facto, in Clem. quod circa, eod. tit.* Castel. *d tract. de elect. Canon. c.* 5.*n.*11.

Quia dupliciter respondetur: & primò in recedentibus obiectionem non procedere, nisi quando voluntarie à loco recedunt, vt declarat Castellin. *d.c.*5.*numer.* 11. ibi, *alijs voluntarie recedentibus*, &c. Vel malitiosè, & dolosè se absentant, vt dicit idem Castel. *d tract.c.*8.*numer.* 5. ibi: *Quapropter si non comparuerint, imputabitur illis, & non alijs, cùm isti videantur esse in dolo, ex quo dolo non debent commodum reportare, vt dicitur in c. Sedes, de rescript. & hoc idem tradit Barthol. de Firm. in tract de Episcopo parte* 3. *lib.* 1. *quæst.*8. *& Innoc. relatus a Boer. in annot.ad c.* 5. *Mandag. de elect. parte* 1. *sub lit. P. & malitia ipsorum eis prodesse non debet; nam sæpe Vocales, de quibus supra scientes instare tempus electionis ad impediendam electionem celebrandam voluntarie, & non sine aliqua malitia se absentant*, &c. Cùm ergo ex dictis *supra num.* 66. *cum seqq.* Vocales recesserint vigore præcepti à Superiore sibi impositi, nulla voluntas, malitia & dolus in eis potuit considerari, vt ob id, illis contemptis, cæteri ad electionem procedere valeant, iuxta resoluta citato loco. 179

Secundò respondetur quòd licet supponamus eos voluntarie, & malitiose recessisse, quod absit, adhuc cum talis recessio, illis nondum adinuicem congregatis, successerit, non potuit minor pars, etiam instante vltimo temporis termino à Iure præfixo, ad electionem, eis non expectatis, procedere, quia id solum locum habere potest, quando Capitulum est iam congregatum, & Vocales sunt in aula Capitulari ad electionem celebrandam, vt omnes Doctores hac de re agentes agnoscunt; ita Castellin. *d. c.*5. *num.*11. ibi: *Ideò qui iam congregati in Capitulo ad effectum electionis ibidem remanent, etiam quod sit minor pars, alijs voluntarie recedentibus, possunt de Iure celebrare electionem*, &c *& c.* 8. *num.* 11. ibi, *qui enim iam congregati recesserunt*, &c. & ibi: *Si Vocales omnes iam præsentes congregati in Capitulo ad effectum electionis*, &c. *Franc. Marc. Delphin.decis.*579.*num.*4 *parte* 2. ibi: *Et idem est quando Capitulum est Congregatum, & maior pars recedit, quia tunc minor pars Capituli, quæ remanet, potest explicare actum, nec illi recedentes sunt amplius vocandi, & maximè quando periculum est in mora*, &c. *Lauor. d. tit.*4.*c.* 21. *num.* 82. ibi: *Verum si congregatis omnibus electoribus aliqui, vel omnes, excepto vno exirent de loco*,&c. *Laur. de Peir. d.c* 31 §.6.*pag.*457. ibi: *Si omnes iam congregati in Capitulo*, &c. 180

Et hæc est differentia inter Capitulum conuocatum, & congregatum, vt scilicet facilius dissoluatur conuocatio ab eo, qui illam fecit, vel à maiori Capituli parte, cum ita reuocare videatur, vt non possit minor pars vltra procedere; nam licet quando terminus præfixus est à Iure, videantur omnes esse moniti ea die, & hora venire, qua solet fieri electio, quia dies interpellat pro homine; nihilominus, in Religionibus, vbi ex consuetudine, & particulari dispositione non congregatur Capitulum, nisi prius præcedant litteræ conuocatoriæ à Prouinciali omnibus Monasteriis transmissæ, ista conuocatio debet ex necessitate fieri, & si conuocatum per eum non fuerit Capitulum, aut ex causa dissolutum inueniatur, non poterit per alium, qui eius Superior non sit, conuocari, seu congregari. Postquam verò congregatum fuerit, & omnes Vocales ad inuicem de eligendo Prouinciali in aula 181

Capitulari

Capitulari iam tractauerint, & vltimus terminus ad electionem præfixus instet, tunc non poterit maior pars recedendo Capitulum huiusmodi dissoluere, quia talis dissolutio, auditis iam aliquibus Capitularibus tractatibus, & cognita Vocalium inclinatione, esset eisdem nimis præiudicialis, & multarum dissensionum occasionem præberet, & ideo nil mirum si præeitati Doctores his malis occurrere volentes, de Capitulo congregato, & non conuocato egerit, in quo illa ratio non procedit.

QVINTA NVLLITAS.

Quia celebrata multis Vocalibus exclusis, & suis Magisterijs, ac voto, non seruato Iuris ordine, priuatis.

182 POstquam P. M. Alphonsus de Castilla sibi abrogando Prouincialis auctoritatem, proprio motu se fecit in Præsidentem recognosci ab aliquibus Vocalibus, qui eius partialitatem sectabantur; ac Iudices causarum nominandos affectauit, qui suo desiderio condescendere possent, instituit vt nonnullos Partes partialitatis contrariæ excluderentur, & alij suis Magisterijs priuarentur, prout factum fuit, & constat ex cedulonibus affixis, & per eum ac Notarium Secretarium Capituli subscriptis, in quibus P.Prouincialis cum nouem Magistris, non seruato Iuris ordine, ac illis non citatis, nec auditis, priuati leguntur. Vnde electio dictis Partibus sic exclusis, & priuatis est nulla, vt de exclusis resoluunt Sigism.à Bonon. *de elect.dub.91.n.10. &* Laur.de Portel. *in resp.moralib. p.2.casu 4.n.4. & casu 16.n.1.in fine.*

183 Et de priuatis Castellin. *de elect. Canon. cap. 13. num.20* vbi *num. 21.* ita ait. *Eo magis, quia sententia omnis lata contra indefensum nulla est, quia defensio cum sit de iure natura, negari non potest, Socin. in l. si quis arbitratu num 51. ff. de verb. sign. Alexand. in l. si sic num. 18. ff. de legat. 1. & ibi adden. & Cardin. Lancellotus in quodam voto extra Rotam in causa Pierij Fiani vers. ex quibus: eo maximè si agatur de priuatione vocis illius, qui iam est in possessione, iusque acquisitum habet eligendi, &c. & num. 24.* ibi. *Ex quibus necessaria consequentia colligitur sequens Corolarium. Nequeunt igitur Præsidentes electionum, siue alij Superiores in actu electionis Vocales præsentes, vel absentes non seruato ordine Iuris, voce actiua, vel passiua priuare etiam prætextu criminum, quæ contra illos inuenerint in visitatione, sed cognitio horum criminum in aliud tempus transferenda est, præcipue, vt de medio tollatur omnis, & quæcumque causa contentionis, seu occasio obloquendi, atque insurgendi contra Præsidentem, atque celebratam electionem,* &c. Laurent de Peirin. *de subdito Religioso quæst.1. §. 10. vers Tertiò dico.* ibi: *Si priuentur aliqui Vocales à dicto Præsidente, non seruato Iuris ordine, electio à Iudice debet irritari si ab exclusis petatur: ita Roder. loco citato ad tertium: probatur, quia non sunt admissi, qui erant admittendi, vnde isti, si suam velint prosequi iniuriam, debet Iudex electionem nullam declarare, per ea, quæ dixi supra §. 6. conclus. 3. vers. Sed quid faciendum,* &c.

184 Quod adeò verum est, vt etiamsi commissio esset Papalis, & Præsidentis committeret arbitrio præfatorum Religiosorum priuationem, aut ad libitum id ipsum disponendum traderetur, talis tamen ampla commissio seruato substantiali iuris esset explicanda, itavt ille ad quem spectat, debeat necessariò citari, & audiri. Ita Fr.Emman. *q.Regul. tom.2.quæst.52.art.12. vers. Ad primum,* Miranda. *d. quæst.23.artic. 21.conclus. 3 vers. Hac inquam.* Portel. *d parte 2 casu 4.num.4.* Laurent. de Peirinis *d.tract. de subdito Religioso quæst.1. §. 10. in princ. pag. 461.* ibi: *Dico primò. Præsidens Capituli cum ampla potestate etiam a Papa non potest priuare Religiosos voce actiua, vel passiua, sine eo quod prius citentur, ipsisque detur copia eorum, quæ contra ipsos sunt fulminata, vt se possint defendere,* &c.

185 Et dato quod maior pars Capituli renuat in hoc Præsidenti, vel Superiori obedire propter iustitiam, quam prætendunt, potest ad electionem procedere absque Præsidente, ac etiam sine minori parte; sunt verba Fr. Emman. *d.quæst.51. artic.2. ad 3.* quem referunt, & sequuntur Castellin *d.c.13. n.22.* & Laur.de Peirinis *d.quæst. 1. §. 10. vers. Dico quartò.*

186 Vnde constando, prout constat, de dicta exclusione, & priuatione nulliter, & iuris ordine non seruato facta, isti sic exclusi, & priuati, vti contempti, & non vocati, possunt, & debent instare, prout instant, vt electio sine illis celebrata nulla declaretur, & vt talis debeat iudicari.

SEXTA NVLLITAS.

Quia celebrata aliquibus admissis, qui nullam in Capitulo vocem habebant.

187 ELectis causarum Iudicibus, ij statim in cella P. Sancij de Barnueuo, ad causas decidendas congregati sunt; & quo animo eas tractauerint, & deciderint, rei euentus comprobauit: in primis vt vota, quæ existimabantur esse Partis Prouincialis, extenuarentur, P.Alphonsum Romero, Priorem Monasterij ciuitatis de Alcaraz per liberam resignationem Fratris Martini de Angulo liberè de eo Prioratu factam in manibus sui Prouincialis, non auditum, nec citatum à possessione dicti Prioratus, quam ab anno, & vltra obtinebat, eiecerunt, & dictum P.Martinum de Angulo ad illam, & vocem redintegrarunt; eo solum prætextu quod per vim officio renuntiauerat, & antea de tali violentia protestatus fuisset coram Ioãne Barba Notario Apostolico eiusdem ciuitatis de Alcaraz sub die 5. Maij 1640. cum nulla probatio de allegata vi facta fuerit, nec de aliqua protestatione appareret, vt consistit ex fide eiusdemmet Notarij, qui nunc attestatus est se de tali protestatione nunquam rogatum fuisse.

188 Nulliter quoque, & eadem de causa P.Hyacinthum Cuberum sententia P Prouincialis ritè & rectè priuatum redintegrarunt ad officium Secretarij, & socij eiusdem Prouincialis, vigore quorundam litterarum Reuerendissimi P.Generalis, quibus Præsidenti & Diffinitoribus committebatur, vt simul iunctis, ac vocatis de iure vocandis (sunt verba earundem litterarum) constito sibi de veritate narratorum, præfatum fratrem Hyacinthum in officio socij reintegrarent, quæ quidem redintegratio temerè facta fuit, non constito de veritate narratorum, nec citato Secretario actuali possidente, vt requirebatur.

189 Deinde Fr. Alphonsum Garciam in Priorem de Huelma admittentes,à quo officio à P.Prouincia-li debito modo priuatus fuerat, in Capitulum introduxerunt, Patre Fr. Ioanne de Obregon Priore Vicario prouiso, & possessore non citato nec audito; & quod peius est, sine aliqua causæ cognitione; cum priuationis processus penes Prouincialem existeret,& de iustitia,ac iniustitia huius causæ nisi visis actis constare non posset.

190 Vlteriùs P. Fr Petrum de Portas nulliter in Magistrum admiserunt, vigore quarundam litterarum Patris Reuerendissimi Magistro antiquiori Cordubæ residenti directarum, ad hoc vt illum in possessionem Magisterij (eum prius rigoroso examini subiiciens) mitteret; quam formam in sua receptione non obseruantes, executoris designati iurisdictionem vsurparunt, & examen, ac alia in prædictis litteris requisita non adimplerunt, vt constat ex processu.

191 Demum à voce in Capitulo danda ab eisdem exclusi nulliter fuerunt Pater Damianus de Espinosa, necnon Ossunæ, ac Gienen. Discreti, eo falso prætextu, quòd primus à Rectore cuiusdam Ecclesiæ Parochialis de mandato Ordinarij Hispalens. tanquam excommunicatus in tabella descriptus reperiebatur: alij verò, quòd per istum P. Damianum, dum sic excommunicatus existeret, de commissione P. Prouincialis fuerunt in Discretos confirmati; quæ omnia ad exclusionem huiusmodi calificandam falsò eis imposita sunt, ipso P. Damiano penitus ignorante,ac suppositam excommunicationem nesciente; qui modo de ipso Rectore, & aliis, qui in hoc culpabiles remanerent, querelatus,& conquestus est coram ipsomet Ordinario Hispalensi.

192 Quibus in facto præsuppositis euidenter constat de iniustitia exclusionis, & priuationis dictorum Patrum, qui cùm essent de illo tempore possessores, debebat prius citari, & audiri, cap. licet Episcopus, de prabend in 6.Cassad. decis.1. num.7. de restit spol. Mohedan. decis.11.numer.2. eod. tit.Rota decis.56.num.4 & decis.525.num 4.parte 2. recentior.
193 & decis 476.num.2. parte 1.in posthum. Farin. & ita specialiter erant citandi, vt non sufficeret generalis citatio contra interesse putantes,Cassad. decis.6. num.6.vt lite pend. Vant.de nullit. tit.ex defectu citat. num 41. Rota decis. 85. numer.2 in fine,parte 1.re-
194 centior. Nam possessor lite pendente à sua possessione nunquam amouendus est sine citatione, & causæ cognitione, §. retinenda, Instit.de interd Rot.
195 decis.161. num. 2. parte 1. in posthum.Farin.siue habeat colorem possidendi, siue non, vt consuluit Oldrad.consil.227. num.3.ante fin. vers. nunquam autem,quem sequitur Rota decis.30.num 9. parte 2. in posthum.Farin.& coram Greg.XV.decis.105.num.10. quia etiam possessor violentus,nisi citetur,non debet sua possessione priuari, D. Valençuela cons.58. num. 15.

196 Qui quidem inclusi, & admissi, veris Prioribus exclusis, non solum vocem habere non possunt in Capitulo, quousque probent suam rehabilitationem, possessoribus citatis, & auditis, Laurent. de Peirin.de subdito Relig.q.1.c.31.§.6. vers dico octauo; sed etiam,si de facto admittantur, electio cum illis facta erit nulla; vt est indubitata resolutio apud infrà citandos.

197 Bart.in l.1.§.verba autem, ff. quod falso tutore auct. ibi: Nota quòd si vnius falsi, & alterius veri tutoris auctoritas interueniat, quod valet ille actus: rationem volunt reddere Canonistæ, quia actus administrationis est actus, qui potest per vnum expediri, vt in c. cum super, de offic. delegat. & per Ioan. Andr. in c. vtile, de regul.iur.lib.6. SECVS IN ELECTIONE, vbi notatur per glos. in d. c. vtile, voluerunt quidam dicere quod iste §. intelligitur quando auctoritas fuit interposita separatim, tamen plus placet opinio Bernard.posita in d. c. cum super, &c.

Abb. in c. vlt. de procur. num.4. ibi: Secus dicendum est quando actus explicatur a singulis non nomine Collegij, quia tunc si aliquis est inhabilis, non valet actus ex quo habilis, & inhabilis exercet actum indiuiduum,& inseparabilem, &c. 198

Marian.Socin.consil 37. per tot.lib.1. & præcipuè 199 à num. 3. cum seqq. & in numer.5. ita ad propositum bene loquitur. Sextò probatur, quia quandocumque coniunguntur inhabiles habilibus, & inhabiles sunt expressi, siue sint expressi soli, siue vna cum alijs, siue scienter sint admissi, siue ignoranter, ex quo inhabiles sunt expressi, etiamsi vnus solum sit inhabilis, non valet gestum ab vniuersitate,vt in c. fin. de procur.& ibi hoc expresse concludit D. Antonius. Sed in terminis nostris præsupponitur quòd nomina omnium prædictorum quinque officialium fuerunt expressa; ergo prædictæ electiones factæ per eos non valuerunt: & ratio est, quia expressione inhabilium actus peccat in causa efficiente, vel formali; & ideò non debet valere eo modo, quo alias valere potuisset, sed habet locum illa regula, Quod volui, potui, cap. cum super, de offic. deleg. l. an inuitus, ff.de accept.

Cabed. Lusit.decis.84.num 15. parte 2.ibi. Electio 200 si fiat per habiles, & inhabiles simul vtrum vitietur? Et videbatur vitiari, iuxta regulam, Vtile non debet per inutile vitiari; & quod forma requisita si amplietur, non tamen actus vitiatur; sed in dic quod si lex ponit pro forma quod habiles tantum interueniant, non autem inhabiles, tunc actus in totum vitiatur, quia forma data facit illud indiuiduum, & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, Alciat in l. 1. § si mihi Pamphilum à num 4 & 7. & melius num.8.vers & ex primo, ff. de verbor. oblig. per text. quem sic exprimunt in cap. Messana, & in cap. quia propter, eod. tit per Innoc. in cap. quod sicut num. 8. eod. tit & ita tenent Cardin. & Imol.in d. c. Messana, quos sequitur Alciat.num.8. qui inde infert quod cessante defectu forma erit sicus, putà in alijs factis vniuersitatum, in quibus si admittuntur inhabiles, non tamen actus vitiatur, vt per Abb.in c. fin. in vltim. notab. de procurat quem sequitur Alciat.vbi sup.contra Ias.in d § si mihi Pamphilum, qui contra Abb tenuit. Sed opinio Ias defendi potest vbi ad alios actus vniuersitatum sit etiam data aliqua forma: putà si in statuto confratriæ dicatur quod illius officiales per confratres, & non alios eligantur, quia si alij non confratres interueniant cum confratribus, vitiatur electio ex defectu formæ. Idem si lex dicat quòd electores,& electi sint municipales, id est,incolæ eiusdem municipij, si eligant exteri, aut alienigenæ simul cum municipalibus, non valebit electio ex eadem ratione, quod bene nota,&c.

Mastril.de Magistr.lib.1.c.23.n.53 ibi:Sed quid si 01 electio facta per vniuersitatem reperiatur facta per habiles, & inhabilis,an in totum vitietur? distingue quod aut statutum ponit pro forma quòd habiles tantùm interueniant, non autem inhabiles, & tunc actus in totum vitiatur, quia forma data facit illum indiuiduum, & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur,ad text.in c. Messana, & in cap. quia propter, de elect. vbi Cardin.& Imol. &c.

Concl.

CONCLVSIO IV.

P. M. Fr. Francisco Lyaño in possessione officij Prouincialatus manutentio danda, & P. M. F. Francisco de Termiñon denegãda.

202 IN facto non dubitatur P. Franciscum Lyañum
in Prouincialem electum, prouinciam guber-
nasse, eam visitando, & plures actus iurisdictiona-
les, & possessorios faciendo, vt apud aduersarios in
confesso est, vnde præsumitur illum semper posse-
disse, animumque possessionem continuandi ha-
203 buisse, Gregor. XV. *decis.* 555. *numer.* 10. quia olim
possessor, hodie etiam possessor præsumitur, iuxta
reg. *l. sine possidetis C. de probat.* vbi gloss. & Bald.
num. 8. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 64. *numer.* 1.
D. Valenz. *consil.* 121. *num.* 40. Rot. *decis.* 601. *num.* 1.
204 apud Farinac. *parte* 2. *recent.* non solum quando per
veram probationem constat allegantem olim pos-
sedisse, sed etiam vbi ex aduersarij confessione ap-
paret de antiqua possessione, Mascard. *de probat.*
concl. 1195. *n.* 19 quem refero *in collect. ad c. præterea*
10. *n.* 3. *de transact.*

205 Durat igitur continuationis huiusmodi præ-
sumptio, dum contrarium non probatur, Seraph.
decis 993. *num.* 1. Rota apud Farin. *decis* 706. *num.* 5.
parte 2. *recentior.* & apud Ludouic. Post. *in fine sui*
tract. mandati de manutenendo decis. 33. *num.* 3. etiam
ad effectum manutentionis, Gregor. XV. *decis.* 555.
num. 0. & sic vsque ad tempus litis motæ. Seraph.
decis. 1047. *numer.* 8. eadem Rota *d. parte* 2. *recentior.*
decis. 601. *numer.* 1. & in posthumis Farinac *parte* 1.
decis. 496 *num* 2. quod ad manutentionem obtinen-
dam probare sufficit, §. *retinendæ Instit. de interd.*
206 D. Valenz. *consil.* 186. *num* 18. Post. *in d. tract. obseru.*
17. *num.* . Noguerol. *alleg. Iuris tom.* 1. *alleg.* 24. *num.*
184. *& alleg.* 28. *num.* 64. Rot. *decis* 238. *num.* 1. *& de-*
cis. 501. *num.* 1. *d. parte* 2. *recent & decis* 188. *n.* 1. *&*
decis. 260. *n.* 1. *p.* 1. in posthum Farin. & coram Du-
ran *decis* 46. *n* 1. *& decis.* 159 *n.* 1.

207 Non obstat vnicum fundamentum, quo ex ad-
uerso negatur hæc possessio, asserendo quod cum
triennij transcursu præcedens titulus, cuius virtu-
te P. Franciscus Lyaño possidebat, extingueretur,
eo ipso remansit possessio officij extincta, quia ta-
lis præsumitur, qualis est titulus præcedens, Rot.
apud Post. *in fine d. tract decis* 166. *num.* 19. cum ex
præexistenti titulo continuari dicatur, eadem Rot.
apud Farin. *decis* 176. *n.* 3. *p* 1. *recent.*

208 Quia respondetur non esse verum quod titulus
transcursu triennij expirauit; tum quia officium
Prouincialatus in electione non confertur ad
triennium, vt perperam ex aduerso dicitur, sed fit
absolute sine termini præfixione; & hinc est quod
vt inducatur vacatio, debet præcedere renuntia-
tio, & illius per Superiorem acceptatio, ac demum
ab officio absolutio, vt est de forma substantiali
requisita à Constitutione Ordinis, & probaui su-
pra *num.* 98. *cum seqq.* Tum quia ad celebrandam
electionem non est præfixa dies, cum sit mouibilis
Dominica tertia post Pascha, in qua per Consti-
tutionem celebrari iubetur, vt constat ex dictis
num. 56. & quatenus illa dies fuisset certa, & fixa,
iam hodie talis non est, cum Capitulum celebre-
tur die Sabbati præcedente ipsam Dominicam, vt
supra dixi *num.* 56. & in Indiis Occidentalibus die
Magdalenæ 22. Iulij, aut die S. Iacobi 25. eiusdem
mensis celebratur. Tum quia nulla est dispositio
statutaria, quę electionem infirmet in die non præ-
fixa celebratam, nec verba aliqua id denotantia,
aut formale præceptum inducentia, in eis reperiun-
tur, ad tradita supra *num.* 55. nec allegatur funda-
mentum aliquod, quo excludatur prorogatio in
casibus à Iure permissis, vt considerani supra *num.*
24. Tum etiam, quia Apostolicæ Constitutiones ex
aduerso allegatæ nihil contra hanc resolutionem
pugnant, cum ratio, & causa finalis, qua fundan-
tur, penitus in hoc casu deficiant, ex dictis *numer.*
67. *cum seqq.* & quatenus concurrerent, vt pœnæ
illic statutæ P. Prouincialem afficere possent, præ-
cedere debebat sententia facti declaratoria, à qua
non esset appellatum, ex dictis similiter *à num.* 84.
Vnde non præcedente hac declaratoria, non po-
tuit P. Prouincialis ob illarum transgressionem di- 209
ci in pœnam aliquam incursus, quæ manutentio-
nem retardare valeat, ex Rot. *decis.* 255. *num.* 2. *p.* 1.
in posthum. Farin. ibi: *Qua declaratoria minime*
sequuta non debet retardari iudicium possessorium, &c.

Nec obstat quòd hodie P. Prouincialis non est 210
in possessione gubernandi totam Prouinciam,
cum nonnulli Conuentus ab eius obedientia se
subtraxerint, & propterea sibi in omnimoda to-
tius Prouinciæ gubernatione non competit manu-
tentio, quæ solum conceditur ad strictos limites
possessionis, Gregor. XV. *decis.* 569. *num.* 1. *&* 3. &
ibi adden. *numer* 6. nam multipliciter respondetur. 211
Et primò sufficere probari possessionem vnius rei
pro manutentione consequenda quoad alias res
sub eodem iure comprehensas, ex adductis per me
de *Canonicis, & Dignit. c.* 15. *num.* 22. *vers. Sicuti.* Se- 212
cundò respondetur quòd licèt continuata esse de-
sinat possessio quando constat fuisse ab alio tem-
pore occupata, Gregor. XV. *decis.* 258. *num.* 8. nihilo-
minus tamen cum illa non amittatur, quando quis
non habet se pro spoliato, idem Gregor. XV. *decis.*
40. *num.* 3. quia solo animo retinetur, iuxta *l. Prætor* 213
ait 1. §. *non solùm ff. de vi & vi arm. l. possidere* §. 3.
quod si seruus ff. de acquir. possess. D. Valenzuel. *consil.*
85. *num.* 70 *& consil.* 15 *numer* 61. Rota *decis.* 387.
num. 4. *part.* 2. *recentior.* & dicatur possessor, qui nun- 214
quam se habuit pro spoliato. Rota *decis.* 35. *n.* 3. *p.* 2.
recent. ideo est manutenẽdus. Seraph. *dec.* 1031. *n.* 3. 215
Gregor. XV. *decis.* 9. *num.* 6. Tertiò respondetur as-
sertam possessionem à P. Termiñon apprehensam,
captam fuisse de facto, & per spolium, vnde non 216
potuit interuertere possessionem legitimam P
Prouincialis, *ex l. si quis rem ff. de acqui poss* Pur *decis.*
170. *num* 3. *lib.* 1. D Valenz. *consil.* 22. *num.* 13.

Hinc patet quàm vana sit, & à Iuris regulis alie- 217
na petitio à P. M. F. Franciscu de Termiñon por-
recta, qua instar manuteneri in asserta, iniusta, clan-
destina, turbatiua, & vitiosa sua quasi possessione,
quod debet illi omnino denegari, ex *seqq.*

Primò, quia dum disputatur an stante dicta pro- 218
rogatione cum retentione officij, absque renuncia-
tione, ac aliis à Constitutione requisitis, poterat
induci eiusdem officij vacatio, non est concedenda
manutentio illi, qui venit ex eadem vacatione in-
ducta causa extincti officij, iuxta doctrinam Rotæ
coram Duran decis. 117. *num* 6. ibi: *Quia dum pendet*
articulus an permutatio fuerit valida, & permutantes
possint redire ad primæua Iura, non potest dari manu-
tentio Bartholomæo, qui venit ex vacatione ex causa
permutationis, &c. Quia etiam dum disputatur de 219
validitate consensus à resignante præstiti, est manu-

teneudus resignans in sua possessioue, etiamsi resi-
gnatarius fuetit immissus, Post. *d. tract. obseruat.* 57.
*n.*22. Rot. apud eundem *decis.*15.*n.*8.*cum seqq. & de-
cis.*209.*n.*4.*& inter recent.p.*1.*decis.*422.*n.*1.
220 Secundò, quia persistendo P. Prouincialis in sua
possessione, quæ alia antiquior est, præsumitur iu-
ste possidere, Cancer. *post tom.* 1. *var. resolut. respons.* 1.
num. 135. D. Valenzuel. *consil.* 121. *numer.* 41. Posti. *d.
tract. obsern.* 71. *num.* 1. *cum seqq.* Noguetol. *d. alleg.* 26.
num. 391 Rota *coram Duran decis.* 7. *num.* 5. Posses-
221 sio autem P. Francisci de Termiñon, cum sit recen-
tior, & posterior, præsumitur iniusta, vitiosa, clan-
destina, & turbatiua, *c. licet causam*, vbi Doctores, *de
probat.* Couar *pract. c.* 17. *in fine*, Valenzuela *consil.* 71.
num. 2. Seraph. *decis.* 1106. *numer.* 2. Rot. *decis.* 19. *n.* 1.
parte 2. *diuers. & decis.* 106. *num.* 1. *& decis.* 191. *num.* 8.
parte 1. *recentior.* & coram Gregor. XV. *decis.* 6. *n.* 3.
& decis. 171. *num.* 2. & coram Duran *decis.* 118. *n.* 1.
etenim vbi constat de priore possessione, actus
222 possessorij ab alio gesti non probant possessionem,
sed turbationem, *l. quamuis §. si conductor ff. de acqui.
poss. l. clam possidere §. qui ad nundinas, eod. tit.* Seraph.
decis 431. *numer.* 2. *Cancer. d. resp.* 1. *numer.* 77. Camil.
Borrel. *consil.* 48. *num.* 28. *&* 29. *& consil* 87. *numer.* 8.
223 Nam qui iunior est possessor, tenetur probare se
uon possidere vi, aut clam, sed antiquiorem ceci-
disse à possessione sua culpa, aut facto, aliàs eius
possessio præsumitur clandestina, seu vitiosa, Bar-
bar. *consil.* 24. *num.* 1. *&* 2. *& consil.* 25. *post princ. vol.* 4.
Surd. *consil.* 168. *num.* 16. Cancer. *d. resp.* 1. *numer.* 76.
224 ac proiude non manutenibilis, Cancer. *d. resp.* 1. *à
num* 87. D. Valenz. *consil.* 22. *numer.* 12 *& consil.* 121.
num. 41. *& consil.* 151. *num.* 94. Seraph. *decis* 1038 *n.* 1.
Rot. *decis.* 111. *num.* 1. *& decis.* 651. *num* 4. *parte* 1. *re-
cent.* & apud Post. *in fine sui tract. decis.* 54. *num.* 5. *&
decis.* 76. *num.* 5. & coram Duran *decis.* 114. *numer.* 2.
225 Sicut nec illa, quæ est violenta, & iniusta. Seraph.
226 *decis.* 1041. *numer.* 4. Et addit Raudens. *de analog.
c.* 15. *num.* 197. duritiem, & immanitatem esse anti-
quiori deuegare manutentionem.
227 Tertiò, quia euidenter constat de multiplicita-
te nullitatum electionis factæ in persona P. Fran-
cisci de Termiñon, vt latè deductum est supra à
num. 98. *vsque ad num* 185. vnde cùm confirmatio,
& possessio consecutiua, fuerit similiter nulliter
capta, Laut. de Peitin. *de subdito Relig. q.* 1. *§.* 10. *vers.
Dico octauò pag.* 492. non est manutenibilis, D. Va-
lenz. *consil.* 177. *n.* 45. *cum seqq.* Rota *decis.* 594. *n.* 4.
p. 1. in posthum. Farin.
228 Quartò, quia asserta possessio per P. Franciscum
de Termiñon apprehensa, fuit post interpositam
appellationem, & suspensionem, ac habitam itine-
ris arreptionem ad Superiorem capta, vnde eui-
denter est attentata, iuxta resoluta supra *nullit.* 2. *à
numer.* 122 ac per consequens non manutenibilis,
Lancel. *de attent parte* 2. *c* 4. *numer.* 49. Post. *d. tract.
obseru.* 48. *à num.* 1. Rota *decis.* 6. *in princ. p.* 2. *diuers.* &
coram Seraph. *decis.* 287. *num.* 1. & coram Caualer.
decis. 359. *numer.* 1. & coram Coccino *decis.* 491. *n* 3.
& apud Post. *in fine sui tract decis.* 117. *numer.* 7. *&* 9.
229 *& decis.* 190. *num.* 1. *& decis.* 221. *n.* 1. & sic nullum
potest præstare impedimentum, quin parti ante-
riori possessori detur manutentio, Post *d. obseru.* 48.
n. 1. Rot. apud Viuian. *post suam praxim iurispatron.
decis.* 109 *n.* 5.
230 Nec obiecta contra dictam appellationem ad
eius vires eneruandas, alicuius sunt momenti; nam
ad illud quod non fuerit interposita in scriptis, sa-
tis, superque responsum est supra *num.* 27. *cum seqq.*
& ad illud, quod fuerit extraiudicialis responsum
ad saturitatem est supra à *numer.* 132. *vsque ad* 135.
Remanet nunc vt satisfaciam ad aliud, quod licet
parum vrgeat, nihilominus, cum pars aduersa
multùm ei innitatur, non potui amplius illud sub
silentio prætereire; videlicet quòd appellatio per
P. F. Ioannem de Bolaños, non fuit interposita co-
ram Præsidente Iudice à quo, nec parti intimata,
insistendo regulæ generali, quæ dictat appellatio-
nem regulariter esse interponendam coram Iudice
à quo, de qua Lancel. *d. parte* 2. *c.* 12. *ampl.* 15. *à n.* 1.
& Vestri. *in praxi lib.* 7. *c.* 3. *numer.* 27. & ibi Grauat.
num. 57. facilem enim habet exitum, si aduertamus
dictum Patrem de Bolaños valde timuisse ire ad
præsentiam P. Alphonsi de Castilla asserti Præsi-
dentis, eo quòd ritum, & diuulgatum erat apud
omnes, & per totum Conuentum, ipsum plures ex
Vocalibus priuare velle suis Magisteriis, & præce-
dentiis, ob quem metum P. Prouincialis, & reliqui,
qui suam partialitatem sectabantur, à Conuentu
recesserant, ipso patre de Bolaños ibi vti Monaste-
rij Prælato remanente, qui eo timore perterritus,
& nouitate rerum valde turbatus, iusto metu de-
tentus fuit facere dictam appellationem coram as-
serto Præsidente, vt euentus rei comprobauit; nam
statim quòd coram Notario in actu notificationis
appellauit, ab eodem Præsidente fuit declaratus
excommunicatus, & cella ac bonis priuatus; qui
propterea non valens plus sustinere illum metum,
& vim, ad Hispalen. ciuitatem se contulit, & ibi in-
fra decem dies coram honestis personis iterum
appellauit in forma, quæ appellatio in absentia Iu-
dicis stante hoc iusto timore sufficit ad hunc effe-
ctum, Abb. *in c suggestum sub num* 4. *de appell.* Surd.
consil. 128. *num* 15. *lib.* 2. vbi quòd pars iuste timens
de Iudice potest appellare coram probis viris, licet
absit Iudex, Scacc. *d. quæst* 6. *numer.* 10. *cum seqq.* vbi
num. 16. tenet quòd iustus metus circa appellatio-
nem excusat siue incutiatur à Iudice, quia est terri-
bilis, siue inferatur à partibus, siue incutiatur à
statuto; sicut etiam sufficit, si appellatio interpo-
natur coram Iudice ad quem, ex eodem Scacc. *d.
quæst.* 6. *num* 20. prout in casu nostro in scriptis in-
terposita reperitur ante decimum diem coram Il-
lustrissimo D. Nuncio, vt dixi suprà *num.* 129. In 231
omnem euentum sufficit quòd constet, prout in
præsenti constat, eam appellationem, seu notifica-
tionem statim peruenisse ad notitiam Iudicis à
quo, vel partis, Franch. *in c. si iustus numer.* 46. *vers.
Vlteriùs dubitatur, de appellat.* Rota *decis.* 18. *eod.
tit. in nouis*, Lancel. *d. parte* 2. *c.* 12. *ampl.* 15. *n.* 30.
cum seqq.
Quintò, quia æstimatiua possessio eiusdem P. 232
M. Francisci de Termiñon prouenit ex titulo du-
bio, & incerto, qui illam facit turbidam, cum pos-
sessio, quæ non est clara, sed intricata, offuscata,
seu obscura, vel turbida, & proueniens ex titulo
incerto, non releuet, nec sit manutenibilis, Steph.
Gratian. *discept. forens. c.* 450 *n.* 41. Posti *d. obsern.* 49.
n. 1. Card. Mantic. *decis.* 95 *n.* 10. Rota *decis.* 308. *n.* 7.
p. 1. *recent.*
Sextò, quia ista asserta possessio eiusdem P M. 233
Francisci de Termiñon dedit causam liti, & ideò
non est attendenda ad effectum concedendi ma-
nutentionem, quia possessio, ex qua lis initium
sumpsit, vel quæ litem excitauit, non est manute-
nenda, gloss. *verbo pacificam in c. commissa, de elect.
lib* 6. Cancer. *lib.* 3. *variar. c.* 4. *num* 95. *&* 96. Fon-
tan. *de pact. nupt. tom* 2. *conclus.* 7. *glos.* 3 *parte* 10 *n.* 56.
& 57. Ramon. *consil.* 56. *num.* 5. *cum seqq. & consil.* 58.
num. 3. Post. *d. tract. obseru.* 17. *numer.* 44. Noguerol.

d. tom. 1.

d. tom. 1. *alleg.* 25. *num.* 192. *& alleg.* 16. *num.* 381. *&*
alleg. 28 *num.* 65. *&* 66. *Greg. XV. decis* 569. *numer.* 4.
Rota *decis.* 30. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* & apud Post. *in fine sui*
tract. decis. 164. *n.* 8.

234 Non obstat quòd, vt dicitur ex aduerso, hoc
procedit quando possessio prætenditur ex vnico
actu contradicto, veluti ex vnica præsentatione,
vel ex vnica collatione dante causam liti, ex Greg.
decis. 417. *numer.* 4 & Rota apud Viuian. *post suam*
235 *praxim Iurisp decis.* 86. *num.* 36. non autem quando
post ius quæsitum, seu acquisitam possessionem ex
vnico actu positiuo, & pacifico, subsequitur con-
tradictio partis, quia tunc nõ posse impediri man-
datum de manutenendo concluditur ex aduerso,
iuxta doctrinam Post. *d. obseru.* 17 *numer.* 54. & Se-
raph. *decis.* 1437. *num.* 3 & Rotæ apud eundem Post.
in fine d. sui tract. decis. 101. *num* 7. ex quibus colli-
gitur superuenientem contradictionem non ob-
stare quin detur manutentio ex priori actu positi-
uo pacificè gesto.

236 Respondetur enim has doctrinas, si sano sensu
intelligantur, principali nostræ resolutioni maxi-
me deseruire, ad quod percipiendum præmitti
oportet ex qualibet electine, collatione, siue præ-
sentatione vnicum tantùm actum possessorium
pacificum eligendi, conferendi, seu præsentandi
colligi, itavt cæteri exinde clandestine prouenien-
tes dicantur accessorij ipsius electionis, collatio-
nis, seu præsentationis, quæ si fuerit pacifica, &
non contradicta, tales reputabuntur sequentes
actus absque vlla contradictione expediti: secus
si ipsamet electio in sua radice fuerit contradicta,
quia tales erunt actus sequentes, qualitercumque
fiant; cùm ergo ex processu constet fuisse hanc
electionem in suo principio contradictam, & ne ex
abrupto fieret, stante suspensione & prorogatione
Capituli, interpositam fuisse appellationem, & ar-
reptum iter ad Superiorem; lucem meridianam
negabit qui velit affirmare hanc electionem paci-
ficè celebratam fuisse, & omnia Iuris principia
euerret qui actus postea ex tali electione clande-
stine sequutos, & per vim, omnibus fere recla-
mantibus, & cum totius Prouinciæ perturbatione,
& dissensione obtentos, ad manutentionem obti-
nendam sufficientes esse; nam Seraphin. & cæteri
suprà citati loquuntur quando manutentio petitur
ad terminos possessorios alicuius actus, qui consũ-
matè & perfectè, & absque vlla contradictione
fuerat olim gestus; putà si Capitulum prætendat
eligere, & Episcopus conferre, & Patronus præsen-
tare, & super nouissimo actu eligendi, conferendi,
& præsentandi lis moueator, qui vult manuten-
tionem petere, non debet ad suam possessionem
probandam allegare actus possessorios ex ipsa no-
uissima electione, collatione, vel præsentatione
contradicta accessoriè prouenientes; hi enim quo-
ad hunc effectum non tribuunt ius considerabile,
237 Rota *decis* 30. *numer.* 1. *parte* 2. *recentior.* & coram
Gregor. XV. *decis.* 4. *num.* 2. *decis.* 569. *num.* 4. sed te-
netur se iuuare aliis actibus pacificis, perfectis, &
consummatis, ipsam electionem contradictam
præcedentibus, vt intendit Seraphinus, & apud
omnes citatos in confesso est.

238 Quibus igitur concludo constare de attentatis,
quæ veniunt reuocanda, & de possessione P. Fran-
cisci Lyaño in officio Prouincialis ad obtinendam
illius manutentionem, in quibus comprobandis
oportuit plus solito scribere, cum scitem pro alia
parte patrocinium suscepisse, & votom consultiuũ
omnibus numeris absolutum edidisse, collegam
nostrum D. Gabrielem Martinez olim in Romana
Curia, & in sacro Rotæ Prætorio Aduocatum in-
tegerrimum, & magnæ expectationis virum; nunc
verò pro commissariis Nunciaturæ Hispaniarum
coniudicem designatum, in quo Magistratu geren-
do cum solita in iudicando integritate magna in
eo relucet Ecclesiasticarum ac beneficialium re-
rum cognitio; succumberem certo tanto oneri ni
partem nostram coadiuuaret doctissima sua Iuris
allegatione D. Licentiatus Don Antonius de Ca- 239
stro in hac suprema Hispaniarum Curia magno
ingenij acumine, ac assidua negotiorum huiusmo-
di experientia practicus Aduocatus, & ita certò
spero pro hac parte, quam defendo, iudicandum,
cùm eius fundamenta adeò sint iuridica, vt nulla
cauillatione tergiuersati possint. Sub censura, &c.
Matriti hac die 24. Iulij 1641. Et ita iudicatum sub
die 30. Iulij eiusdem anni. Et iterum Prouinciale
Capitulum celebratum fuit.

Toletana Recursus.

Magistratus seculares non possunt per viam violentiæ cognoscere de causis Ecclesiasticis, aut declarare iudices Ecclesiasticos vim facere; nisi intra limites naturalis, & necessariæ defensionis cuilibet permissæ, propriæ scilicet personæ, possessionis, & bonorum.

VOTVM XLVIII.

1 *Auctor Regem Catholicum adit vt Iudices deputet qui illum super materia recursuum ad Iudices seculares in causis Ecclesiasticis audeant.*

2 *DD. Iosephus Gonzalez & Don Ludouicus Gudiel de Peralta supremi Regij Consilij Auditores laudantur.*

3 *Iudex secularis non potest supplere negligentiam Ecclesiastici, qui ipso potestate & auctoritate est maior.*

4 *Ioannes de Mariana, & Gabriel Vasquez in detestationem recursuum tractatus particulares perfecerunt, qui nondum lucem aspexerunt.*

P. M. Franciscus de Araujo super eadem materia late scripsit.

6 *Recursus ad Iudices laicos in materijs Ecclesiasticis quando coarctantur intra limites naturalis, & necessaria defensionis, propria scilicet persona, possessionis, & bonorum cum moderamine inculpata tutela sunt liciti.*

7 *Rota decisio pro hac parte allegatur.*

8 *Iudici quando quis ex sua propria auctoritate potest impune resistere, poterit etiam*
ad

ad Principem uti potentiorem recurrere ut se vasallum suum defendat.

9 *Resistere licet aduersus Iudices, vel eius officiales iniusta agentes & exequentes.*

10 *Iudex tandiu dicitur, quandiu iustus putatur.*

11 *Iudex si post interpositam appellationem velit sententiam exequi, potest pars illi impune resistere.*

12 *Appellatio naturali innititur defensioni.*

13 *Iudici qui parte inaudita, & minimè defensa procedit, in causa potest impune resisti.*

14 *Iurisdictio temporalis quando euidenter vsurpatur, licet laicis Iudicibus eam defendere.*

15 *Praxis declarandi Iudicem Ecclesiasticum in cognoscendo & procedendo vim facere semper iniusta quando causa vertitur inter Ecclesiasticos.*

16 *Auctor casum sibi contingentem narrat.*

17 *Auctor propriam causam ad supremum Regni Consilium delatam defendit.*

1 EAM non recurrendi ad Iudices laicos in causis Ecclesiasticis pertractationem, quam sub *collect. ad cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* inserui, aliqui huius tempestatis scriptores impugnarunt, & dum Matriti per aliquot annos essem, nonnulli Regij Auditores me tanquam Regiæ iurisdictioni infestum incursarunt: cumque ob id prætensiones meæ, quibus in illa Curia detinebar, viderentur in deterius ire, nec esset, qui ad me oculos verteret, aut meorum studiorum recordaretur, vt pro illis condigno præmio afficerer, constitui, amicorum consilio, Catholicum Regem nostrum adire, cui humiliter supplicaui semel & iterum, vt aliquot Regios Auditores deputare dignaretur, coram quibus sententiæ ac resolutionum mearum rationes in medium adducere, & defendere possem, cui supplici libello Rex noster pie annuens eo deuotionis animo, quo semper Ecclesiasticæ iurisdi-
2 ctioni nihil detrahere, sed eam quam maxime amplificare studuit, in Iudices ad hoc examen faciendum deputauit doctissimos Viros DD. Iosephum Gonzalez & Don Ludouicum Gudiel de Peralta supremi Consilij Castellæ meritissimos Auditores, coram quibus difficillimum, sed tamen optatissimum examen subij: in quo multa hinc inde sunt in medium adducta, & pro veriori materiæ cognitione acerrime disputata, & tandem principalem resolutionem agnoscentes conclusum fuit recursus in causis Ecclesiasticis ad Iudices seculares factos prohibitos semper fuisse in illis Prouinciis, vbi sola Iuris communis dispositione eos praxis, & obseruantia admisit, quia etsi Iudex Ecclesiasticus male procedat, non potest secularis, cuius est minor potestas, supplere negligentiam Eccle-
3 siastici, qui ipso potestate, & auctoritate est maior, vt considerauit Rota apud Farin. *tom. 1. post consil. 68. num. 10.* tum ex eo, quia hoc prætextu nihil adeo fieri prætenditur, nisi quod Iudices volunt de causa Ecclesiastica cognoscere, quod fieri non potest, cum Iudex laicus sit incapax iurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & eorum causas, vt similiter ponderabat eadem Rota *vbi supra n. 11.*

Adiiciebatur quod hanc sententiam tenuerunt, 4
ac multis conari sunt defendere primarij Societatis Iesv Theologi, Ioannes scilicet de Mariana, & Gabriel Vasquez in specialibus tractatibus hac de re editis, qui hucusque typis mandati non fuerunt; & præter ea, quæ impressa circumferuntur, alia scripta reliquerunt Franciscus Suarez, & Ioannes Azorius eiusdem Societatis professores religiosissimi, doctissimi, & integerrimi, quorum dictis plurimum deferendum sentiunt bene rimorati, & morati homines, eo quòd isti ab omni ambitione liberi meram perquisiere veritatem; quos eadem animi synceritate sequutus est nouissime doctissimus simul & religiosissimus P. Fr. Franciscus de 5
Araujo sacræ Theologiæ Magister in sacro ordine Prædicatorum, ac in Salmantina Academia primariæ Cathedræ moderator optimus *in 1. 2. D. Thomæ quæst. 7 disput. 3. sect. 5. diffic. 4. num. 10 cum seqq.* in quo opere cùm ipse aliqua suo summo zelo protulisset in defensionem Ecclesiasticæ iurisdictionis, & in abominationem recursuum ad Iudices seculares in causis Ecclesiasticis, temere factorum, fuerunt à seculari potestate subtracta; ille, inquam, conclusionem firmat, quod lex quæcumque siue consuetudo in nostra Hispania deferendi causas Ecclesiasticorum per viam repellendi violentiam ad Regia Tribunalia, nisi id fiat ex expressa, aut saltem tacita commissione Summi Pont aut quando alia via non est recursus ad ipsum, omnino derogat libertati Ecclesiasticæ, ac proinde damnabilis est.

Verùm quando recursus coarctantur intra limites naturalis, & necessariæ defensionis, cuilibet 6
permissæ, propriæ scilicet personæ, possessionis, & bonorum, cum moderamine inculpatæ tutelæ, secluso quoque Apostolico priuilegio, etiam stando in puris terminis Iuris communis, negare non possumus illos esse permissos, omnes enim qui hac de re religiosius scripserunt, eos hoc casu admittunt, & expresse tenent Sayr *de censur. lib. 1. cap. 18. n. 6.* Suar. *de defensione Fidei Catholicæ contra Anglicanæ sectæ errores lib. 4. cap. 34. numer. 10. cum seqq.* Rota *in Salmantina Canonicatus 14. Maij 1595. coram Card. Blanchetto,* impressa per Farin. *d. consil. 68. n. 4.* ibi. *Non obstat exceptio excommunicationis propter* 7
recursum ad Concilium Regium, nam iste recursus hoc casu ob defensionem propriæ possessionis, & appellationis admissionem non est improbatus, Achil. decis. 36. de appellat. vrbanius enim egit cum posset Iudici de facto procedenti, de facto etiam resistere, Paris. consult. lib. 4 &c.

Vnde in omni euentu, quo quis ex sua propria 8
auctoritate potest impune Iudici resistere, poterit etiam, imo vrbanius aget, ad Principem vti potentiorem, & Dominum recurrere, vt se vasallum suum defendat, Iudexque inhibeat ne talia agant, per ea quæ late tradunt Matanta *disput. 1. num. 16. 17. & 22. cum seqq* Farin *in praxi crimin. parte 1 q. 32. num. 88. cum seqq.* vbi tandem post *num. 90.* ita concludit. *Unde ad rem redeundo si iudex dum non facit iustitiam, amplius Iudex non est, sed persona, si ut cuilibet permittitur resistere aduersus violentiam sibi factam per priuatum, l. vt vim vi ff. de iust. & iure, l 1. C. unde vi; ita pariter & resistere licebit aduersus Iudices, vel eius officiales iniusta agentes, & exequentes, cum sic agendo & exequendo habeantur pro priuatæ* 9
personæ,

10 *personis*, &c.Et ideo Cassiodor. *lib*.3. *epist*.28. dicit
quòd tandiu Iudex dicitur, quandiu iustus puta-
tur.

11 Hinc procedit vt si Iudex post interpositam ap-
pellationem nolit ei deferre casu quo illam admit-
tere Iure tenebatur, & nihilominus velit senten-
tiam exequi, potest pars illi impune resistere, ex
Lancel.*de attentat parte* 2.*cap*.12.*ampl*.10. & reddit
rationem, quia post appellationem Iudex à quo
efficitur incompetens, ex quo negotium deuolui-
tur ad Superiorem, vnde sibi tanquam incompe-
tenti impune non paretur, ad notata per Ceued.
12 *practic. & Canon.quæst.lib*.1.*quæst*.45.*numer*.12.cuius
quidem resolutionis ratio illa etiam solet assigna-
ri; quia scilicet appellatio naturali innititur de-
fensioni, per ea quæ adduxi suprà *voto* 4.*numer*.80.
cum seqq

13 Sic similiter, si omissa partis citatione, proce-
datur in causa, & sic parte inaudita & minime de-
fensa Iudex eam grauaret, poterit illi impune resi-
stere,ac per consequens recursus erit licitus: prima
enim citatio ad causam iuris naturalis rationem
repræsentat,& quandam ciuilem defensionem,quæ
à naturali multum dependet, vt latè probat Gabr.
Pereira *de Manu Regia p*.1.*c*.9.*à princ.*

14 Quibus casibus vnum addi posse existimo, quã-
do scilicet manifestum fuerit temporalem iurisdi-
ctionem vsurpari, tunc enim integrum erit laicis
Iudicibus suam defendere iurisdictionem sibi
absque vlla controuersia competentem. Ita Ber-
nard. Laurent. *in tract. de casibus in quibus seculares
contra cleric. poss. procedere num*.13. *cum seqq*. Auiles
ad cap.20. *Prætor verbo vsurpari, numer*.9.Anguian.
de legib lib.3.*controu*.33. *num*.47. & sentit Ordinat.
Regia Lusitana *lib*.1.*tit*.9.§.12. iuxta illius sensum,
quem tradit Gabr. Pereira *d. tract. de Manu Regia
p*.1.*c*.10.*à princ.* Ego ipse *in praxi exigendi pensiones
q*.6.*n* 18.

15 Vltra hos casus nullibi videtur permissum posse
secularem quacunque ex causa declarare Iudicem
Ecclesiasticum vim facere, quia tunc videretur
magis accedere ad iudicialem cognitionem, quam
ad naturalem & necessariam defensionem, & ideo
in illa indaganda debent Regij Auditores mul-
tum insudare, ne manum in alienam messem cum
euidenti periculo reseruatas censuras incurrendi,
immittant. Vnde existimo hodie sustineri non pos-
se praxim declarandi Iudicem aliquem Ecclesiasti-
cum in cognoscendo & procedendo vim facere,
quando cognoscit inter clericos, & personas Ec-
clesiasticas, cum tunc, si dubitetur de illius com-
petentia, id ad Superiorem Ecclesiasticum spectet
declarare, nequaquam enim ratione causæ, & mul-
to minus personæ Iudex secularis in negotio se in-
16 tromittere potest; nam cum Matriti coram Vica-
rio Generali pro certa declaratione facienda con-
uenirem Antonium Diaz de Fonseca in Subdiaco-
natus Ordine constitutum, ipseque declinaret Vi-
carij præfati iurisdictionem, intendens se non posse
conueniri nisi coram Prælato Tomarien in Regno
Portugaliæ, cuius erat domiciliatus, fuit per eun-
dem Vicarium declarare mandatum, à quo decre-
to cum esset appellatum ad Illustrissimum Domi-
num meum Nuncium pro parte dicti Antonij
Diaz, idem Dominus meus causam remisit eidem
Vicario vt suum exequeretur decretum; in cuius
executionem, illi acquiescens, ipse Antonius dimi-
nute & non sine fraude declarauit, proindeque
iterum à Vicario, & D. meo Nuncio mandatum
fuit apertius declarari super articulis propositis,
quod facere recusauit, & ad supremum Consilium
Regium recursum habuit, prætendens eundem Vi-
carium necnon Dominum meum Nuncium in co-
gnoscẽdo & procedendo contra se ipsum pro dicta
declaratione facienda vim facere ob iudicij in-
competentiam: causa ad dictum Regium Consi- 17
lium delata, me præsente & informante, coram
Illustrissimo Præside, & Regiis Senatoribus DD.
Petro Marmolejo, & Alphonso de la Carrera post
allegatam & probatam iudicij competentiam, &
consensum in illud per dictum Antonium Diaz
præstitum, dum primò, licet minus bene, declara-
uit; nihilominus, quo iure nescio, pronuntiarunt
dictum Vicarium, & Dominum meum Nuncium
in cognoscendo ac procedendo vim facere; & vi
talis pronuntiationis omnia ab eis gesta fuerunt
reposita,& causa penitus extincta. quod certe non
sine mysterio factum credidi vt in propria causa
intelligerem,& expertus essem quid hac de re pra-
xis facto saltem, si non iure obtineat; & ita censeo
nunc vtilius mihi fore silere, quàm tanto cum pe-
riculo hac de re alloqui.

Toletana assistentiæ.

An Collegio Sancti Ildephonsi Vniuersitatis Complutensis competat manutentio in possessione, quam habere prætendit, vt Abbas, & Capitulum Collegialis Ecclesiæ dicti loci, in die S. Eugenij ad vesperas, ac die sequenti ad Missam accedant capitulariter ad Capellam dicti Collegij, assistendi causa funeralibus eminentissimi Cardinalis Francisci Ximenez de Cisneros.

Perillustris & Reuerendissimi D. Alexandri Raphaëlij, in Nunciatura Hispaniarum Auditoris Generalis.

VOTVM XLIX.

1 *Concordia facta inter Collegium S. Idelphonsi Vniuersitatis Complutensis, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ eiusdem oppidi.*
2 *Concordiæ Capitulum refertur.*
3 *Obligatio facta ab Abbate & Capitulo dictæ Collegiatæ.*
4 *Obligationis Capitulum refertur.*
5 *Prætensio Capituli.*
6 *Subrogatio sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
7 *Obligatio generis subalterni dat electionem debitori.*
8 *Stipulatio quoties æquiualet pœnali obligationi, & tantum valet pœna, quantum*

ipsa principalis obligatio, electio videtur spectare ad debitorem.

9 *Pœna succedens loco contractus habetur pro obseruantia ipsius contractus, & liberat à qualibet contrauentione.*

10 *Possessio non acquiritur, nec datur manutentio vbi materia est mere facultatiua,* & n. 13.

11 *Doctrina Bartoli refertur.*

12 *Manutentio datur possidenti de tempore mota litis.*

14 *Electio vt adimpleatur principalis obligatio, vel vt soluatur pœna in casu non implementi subrogata, est creditoris.*

15 *Promissio pœna quando non fuit in obligatione sed in conditione, non dicitur alternatiua promissio.*

16 *Quæ sunt in conditione, non sunt in obligatione.*

17 *Creditori promittens in Paschate soluere centum, vel dare pignus, poterit creditor pignus recusare, & petere centum.*

18 *Contractus quando procedit ex causa onerosa, non censetur facta nouatio per subsequentem stipulationem pœnalem.*

19 *Contractus quando habet duas obligationes, sed vna est apposita per modum subrogationis ad alteram, & vtraque est commissa, tunc electio semper spectat ad creditorem.*

20 *Obligatio pœnalis semper censetur apposita ad maiorem cautelam creditoris.*

21 *Pœna imposita quando tendit ad fauorem alterius, ita demum executioni mandatur, si ille velit.*

22 *Nouatio principalis obligationis nunquam censetur facta ex subsequenti stipulatione pœnali, secus erit in obligatione ex causa lucratiua.*

23 *Possessio immemorabilis quomodo probetur ostenditur.*

24 *Immemorabilis cessat cum de certo constat initio.*

25 *Concordia an circa accessum aliquid innouauerit.*

26 *Probatio centum annorum an æquipolleat immemorabili.*

27 *Obseruantia antiqua est optima interpres voluntatis contrahentium.*

28 *Obseruantia plurium annorum sufficit ad declarandum materiam non esse facultatiuam.*

29 *Gratia toties multiplicata non est præsumenda.*

30 *Fauor piæ causæ ad multa conducit.*

31 *Actus nunquam præsumuntur facultatiui vbi agitur fauore piæ causæ.*

32 *Respondetur fundamentis contrariæ partis, & n. 36. cum seqq.*

33 *Actus facultatiui non præsumuntur vbi pietas exercetur in publicis functionibus.*

34 *Verba enunciatiua concordiæ quid operentur.*

35 *Defunctum priuare iure quæsito pro suffragio animæ suæ, non debet esse in facultate cuiuslibet.*

38 *Obligatio principalis quando præcessit ex causa lucratiua, illa nunquam censetur per stipulationem pœnalem nouata.*

39 *Pœna quando succedat loco contractus ostēditur.*

40 *Declaratur decisio Rotæ 660. num. 3. parte 2. recentior. & decis. 7. numer. 3. coram Caualerio.*

43 *Verbum,* potest, *voluntatem, arbitrium, & facultatem, non autem necessitatem importat.*

44 *Approbare quis non potest quod semel impugnauit.*

46 *Honorem illi debemus, à quo beneficia recipimus.*

47 *Possessio sola inspicitur in summariissimo possessorio, cætera requirentia altiorem indaginem sunt reycienda ad petitorium ordinarium.*



IDETVR prius præmittendum 1
quod cùm esset lis, & controuersia inter præfatum Collegium, & Capitulum super possessione proprietatis Ecclesiarum Parochialium vnitarum, & annexarum beneficio Curato locorum de Pedreçuela, & S. Augustini, venerunt pro modo pacis, & concordiæ, ad quasdam capitulationes, inter quas adest vnum Capitulum tenoris sequentis.

Item por quanto se solia hazer vn aniuersario solemne por el Reuerendissimo señor Cardenal D. Francisco Ximenez, vnico fundador del dicho Collegio, el dia de S. Eugenio en la tarde a visperas, ò otro dia a la Missa, en cada vn año, en la Capilla del dicho Collegio, dende el dicho Cardenal està sepultado; al qual dicho aniuersario iban los dichos señores Abad, y Cabildo capitularmente, con capas de Coro, segun, y como las trae en la dicha Iglesia de S. Iuste en el dicho tiempo, y por el dicho aniuersario el dicho Collegio daua al dicho Abad, y Cabildo sus distribuciones en cada vn año, segun entrambas partes se combenian en la dicha diuision, è anexion del dicho Cabildo de Pedreçuela, è San Agostin con las dichas tres quartas partes, primicias, y possessiones, como dicho es, que se anejan, y han de quedar con la dicha mesa capitular; la dicha mesa, lleba la mayor parte del dicho beneficio, que el dicho Collegio; que los dichos señores Abad, y Cabildo, sean obligados cada vn año en el dicho dia, como dicho es, de ir capitularmente al dicho aniuersario, o repartir entre si de su mesa capitular seys mil marauedis, por solos los que en el dicho aniuersario estubieren presentes, è interessentes: los quales luego se pagen manuales, la mitad, a la Vigilia, y la otra mitad en la Missa de otro dia; è que el dicho Collegio non sea obligado de les dar cosa alguna; para lo qual perpetuamente cumplir, 2

y guardar

y guardar los dichos señores Abad, y Cabildo hagan al dicho Collegio vna escritura, donde ellos se obliguen, y ansi lo mandaron assentar en sus libros de los aniuersarios.

3 In executionem huius Capitulationis præfati Abbas, & Capitulum pro se, & suis successoribus se obligaruot sub infrascripto tenore.

4 *Que en cuento è caso, que los dichos señores Rector, y Collegiales ò su Procurador en su nombre consientan, è hagan todo lo contenido en la dicha Capitulacion, cedan è renuncien el derecho que tienen al dicho beneficio de Pedrezuela, è San Agostin en fauor del dicho Cabildo, y la dicha renunciacion sea admitida, e las Bullas sacodas, ellos estaran en el dicho aniuersario con abito de Capas de Coro, Capitularmente en cada vn año, y años, perpetuamente taliter que mientras estubieren en el dicho Collegio, è memoria con la Iglesia de San Iuste, y Pastor, no se digan otras algunas, se repartiran entresi, y por los interesentes, y presentes al dicho aniuersario de su mesa Capitular los dichos seis mil marauedis, los tres mil a las Vísperas, y los tres mil a la Missa del dicho Aniuersario manualmente, como en el dicho Capitulo se contiene, è no lo dejaran de an si hazer, y cumplir por modo alguno, ni por alguna manera, ni pediran al dicho Collegio otro premio ni estipendio, ni dotacion alguna por el dicho Aniuersario; antes de su mesa Capitular se mandaran pagar segun dichos, e lo mandaran, è haran, è por la presente lo mandan e quieren assentar en los libros, è manuales de sus memorias, sopena, que por cada vez, ò vezes, que dexaren de ir al dicho Aniuersario, y pagar è repartir los dichos seis mil marauedis, como dicho es, caya el dicho Cabildo en pena de los dichos seis mil marauedis è sean para el dicho Collegio, è su Procurador, è Maior domo los pueda cobrar del dicho Cabildo, como deuda liquida deuida.*

5 Stante hac scriptura prætendebat Capitulum non posse compelli per dictum Collegium ad accedendum assistendi causa dicto Aooiuersatio, neque ad hunc effectum posse concedi dicto Collegio mandatum de manutenendo: & fundabatur

6 Primò, quia antequam hic contractus celebraretur, quoties Capitulum accedebat pro assistendo dicto Anniuersario, solebat Collegium de propriis pecuniis distribuere Canonicis assistentibus sex mille marapetinos, & per hunc contractum fuit conuentum, quòd dicta summa distribueretur de pecuniis eiusdem mensæ Capitularis; vnde quemadmodum ante concordiam, si Capitulum non accedebat, Collegium non tenebatur ei distribuere dictam summam, quasi esset in eius libertate accedere, vel non accedere, ita hodie non accedendo, non lucrabitur hanc distributionem; & vti poterit eadem libertate, cum nil aliud gestum fuerit per dictam concordiam; nisi, quod mensa Capitularis pro tali accessu solueret, quod antea per dictum Collegium soluebatur, sicque ista secunda solutio dici deberet subrogata in locum primæ cum eisdem qualitatibus; *l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cautionibus*, Barb. *axiom.* 113. *per tot.*

7 Secundò, quia quatenus consideremus Ecclesiam, vel Capitulum debitorem accessus prætensi per Collegium, habet Capitulum pro se assistentiam iuris, quod in obligatione generis subalterni dat debitori electionem, adeò vt sit in eius arbitrio, vel assistere, vel soluere dicto Collegio summam conuentam in casu non assistentiæ, *l. plerumque* 11. *§. vlt. de iur. dot. l. non solum* 1. *§.* 1. *ff. de liberat. leg.* Bart. *in l. Lucius* 23. *num* 2 *ff. de leg.* 2. *&* Barbosæ Vota decisi 11. *in l. si duo* 128. *num.* 1. *ff. de verb. oblig.* idem *in §. si quis agens, num.* 5. *Instit. de actio.* Paul. *in l. cùm proponas, eod. num. & ibi* Iaf. *num.* 6. idem *in l. non vtique à num.* 1. *ff. de eo quod cert. loc.* Rebuff. *in repert. cap. Pastoralis vers. decimo nota, de caus. poss. & propriet.* Iaf. *in l. qua ex pluribus, num.* 1. *ff. de verb. oblig.* Afflict. *decis.* 397. *n.* 4.

Tertiò, quia licet obligatio soluendi dictos sex mille marapetinos procedat ex stipulatione pœnali; tamen cum ista stipulatio æquiualeat pœnali obligationi, & tantum valeat pœna quantum ipsa principalis obligatio, electio videtur spectare ad debitorem, qui quoties vult soluere pœnam sorti coæqualem, liberatur ab ipsa sorte, quia soluendo pœnam fingitur soluere sortem, vt aduertit Bald. *in l.* 1. *cap. de his qua pœna nom. col.* 7. *numer.* 33. *in fin. vers. dic quod nouatio, l. obligationem* 41. *§. fin. ff. de actio. & obligat. l. ita stipulatus* 115. *ff. de verbor. oblig.* late omnes *in l. si pacto, quo pœnam* 14. *C. de pact.* ibi. Bart. Gregor. Lopez *in l.* 15. 16. 34. *&* 35. *tit.* 2. *part.* & Salas *de legib. disp.* 15 *sect.* 1. cum aliis. 8

Quartò, quia attentis verbis instr. ibi; *sopena, que por cada vez, ò vezes, que dexaren de ir al dicho Aniuersario, caya en pena de los dichos seis mil marauedis è sean para el dicho Collegio*, &c. videtur quod ista pœna successit loco contractus, ac proinde habeatur pro obseruantia ipsius contractus, & liberet à qualibet contrauentione, Rot. Rom. *decis.* 15. *parte* 1. *diuersor. & decis.* 660 *num.* 3. *parte* 2. *recentiorum*, & fuit dictum *in vna Romana horti* 27. *Iuny* 1607. *coram Caualerio*, quæ est *decis.* 7. *numer.* 4. inter impress. eiusdem. 9

Quintò, quia stantibus præmissis, scilicet, quòd Capitulum posset excusari ab accessu ad dictum Anniuersarium, soluẽdo pœnam conuentam in casu non accessionis, videtur, quod ista materia est merè facultatiua, in qua non acquiritur possessio, nec datur manutentio, latè Post. *de manut. obseru.* 53. *à n.* 1. vsque *ad* 15. 10

Quibus adstipulatur, quod not. Bart. *in d. l. ita stipulatus sub numer.* 29 *ff. de verb. oblig.* vbi quòd cùm simul, & semel stipulor dari, etsi non detur, stipulor pœnam, inspicitur mens promittentis, quæ est, vt si oon det Stichum, pœna tamẽ petatur, nec inspicitur vtrum sit plus, vel minus, nam quod eorum solueret, in sua potestate videtur reseruasse. 11

Pro parte vero Collegij, à quo prætendebatur mandatum de manutenendo, considerabant, quòd tempore motæ litis, & per multum tempus antea reperiebatur in possessione conuocandi dictum Capitulum ad assistendum prædicto Anniuersario, & propterea in ea debebat manuteneri. *§. retinendæ*, & ibi Ioan. Fab. *num* 56 *Instit. de interd.* latè Post. *dicto tract. de manut. obseru.* 15. *à num.* 1. *vsque ad* 15. & in terminis conuocandi in funere Sacerdotes *obseru.* 10. *num.* 25. Rot. *in Romana funeralium coram Coccino*, quæ post dictum tract. Post. *est decis.* 148. *n.* 11. *&* 12. 12

Restabat solum videre, an dicto Collegio obstaret titulus exhibitus, ex quo videbatur resultare obligatio facultatiua pro Capitulo, vt scilicet vel accederet ad Anniuersarium, vel solueret pœnam sex millium marapetinorum, sicque ex dicto actu facultatiuo non posse prætendi manutentionem, vt supra dicebamus. 13

Verùm visum fuit dictum titulum non obstare Collegio. Primò, quia instrumentum productum non continet propriè alternatiuam, quæ det electionem Capitulo; vel accedendi ad Anniuersarium, vel soluendi pœnam in casu non accessionis; 14

sed continet quandam subordinationem, vel subrogationem loco rei, principaliter in obligatione venientis; & in defectum illius, quo casu electio, vt adimpleatur principalis obligatio, vel vt soluatur pœna in casu non implementi subrogata, debet esse Collegij creditoris, Montet *decis. Aragon.* 48. *numer.* 24. *&* 25. cum aliis, quos refert ac sequitur Gratian. *discept. for c.* 338. *n.* 2. *&* 15.

15 Secundò, quia illa conuentio pœnalis incipit à præcedenti obligatione de accedendo ad dictum Anniuersarium stipulata purè, & simpliciter, & ideo dicta stipulatio pœnæ dicitur conditionalis, vt scilicet eatenùs soluatur, quatenùs non fiat accessus, sicque promissio pœnæ non fuit in obligatione, sed in conditione, quo casu ista non dicitur alternatiua promissio, vt not. glos. & Bart. *in l. ita stipulatus, de verb oblig. & in l.* 1. *§. item, & si ita ff. ad l. Falc.*

16 Et quæ sunt in conditione, non sunt in obligatione, *l. si quis sub conditione. ff si quis omiss caus. test. l. cedere diem ff. de verb. signif.* Afflict. *decis.* 397. *numer.* 1. *&* 1.

17 Et consequenter, cùm dicta conditionalis stipulatio non inducat obligationem, ideò tenetur Capitulum principaliter soluere, quod in pœnali obligatione deductum fuit, sicque electio erit ipsius Collegij, ad cuius fauorem facta fuit promissio, Bart. *in l. si conuenerit*, aliàs *in l. quamuis, in princ. ff. de pignerat. act.* vbi, quod si promisisti creditori in Paschate soluere centum, vel dare pignus, quia ista verba in fauorem creditoris apponuntur, poterit creditor pignus recusare, & centum petere, ne aliàs quod in eius fauorem factum fuit, in eius odium retorqueatur, contra text. *in l. quod fauore C. de legibus* Decius cum aliis, quos refert, *consil.* 12. *sub numer.* 2. *lib.* 1. Cassan. *consuet. Burg. tit. ès lieux, où l'on a accoustumé*, §. 21 *in addit. verb. au choix de ladite femme num.* 1. Menoch. *consil.* 547. *num.* 4 *lib* 6. Surd. *consil.* 98. *num.* 2. *& seq. lib.* 1.

18 Et licèt posset replicari, quod eueniente conditione per renunciatiam accessus ad dictum Anniuersarium, censeatur vtrumque esse in obligatione; adhuc tamen respondetur quòd per hoc non sequitur, quod electio non sit ipsius Collegij creditoris, maximè cum contractus processerit ex causa onerosa, vt infrà dicetur: quo casu non censetur facta nouatio per subsequentem stipulationem pœnalem, Bart. & Doct. *in d. l. ita stipulatus, ff. de verb oblig.* per *l. prædia ff. de acti. empti*, *& l. si quis à socio, & l. si duo societatem, ff. pro soc.* Afflict. *dec.* 397. *num.* 3. Dec *consil.* 12. *sub num.* 3 ibi, *& per talem promissionem pœna non videtur facta nouatio lib.* . vbi per totum abundanter de hac materia, Petr. Beninten *decis. Canon.* 16 *n.* 6.

19 Quando enim contractus habet duas obligationes, sed vna est apposita per modum subrogationis ad alteram, & vtraque est commissa, tunc electio semper spectat ad creditorem, Afflict. *decis.* 397. *n.* 3. *vers. item allegabatur.*

20 Etenim hæc obligatio pœnalis semper censetur apposita ad maiorem cautelam creditoris, vt aduertit Afflict. *loco supra cit. num.* 6. Menoch. *lib* 6. *consil.* 547 *num.* 4. vbi quod ista est magis Doct. recepta sententia, Surd. *dict. consil.* 98. *numer.* 3. *& seq. lib.* 1.

21 Et quando pœna imposita tendit ad fauorem alterius, ita demum executioni mandatur, si ille velit, Claud. *in l. si filius §. quod autem Prætor in* 1. *col. ff. quod quisque iur.* quem refert ad hoc propositum, Pet. Beninten *decis. Can.* 37. *n.* 4.

Tertiò, hoc indubitanter procedit, quia obligatio dicti Capituli fuit facta ex causa onerosa, nempè quia Collegium cessit, & renuntiauit ad fauorem dicti Capituli ius, quod habebat ad beneficium nuncupatum de Petreñuela, è San Agostin, quo casu ex subsequenti stipulatione pœnali nunquam censetur facta nouatio principalis obligationis, quidquid secus esset in obligatione ex causa lucratiua vt post multas oppositiones, tandem distinguendo, concludit Bart. *in præalleg. l. ita stipulatus sub num.* 12. *ff. de verb obligat.* & hanc eandem opinionem sequitur ibi etiam Alex post plures alios, quos ibi refert *col. antepenult. vers. item octaua est opinio*, Dec. *d. consil.* 12. *sub num* 3. *vers. Aut insurgit, lib.* 1. qui allegat *l. prædia ff. de act. empt.* Afflict. *d. decis* 397. *num.* 3. qui vltra dictam *l. prædia*, allegat etiam *l. si quis a socio*, & *l. si duo societatem ff. pro socio*, per nos superius allegatas 22

Quartò, corroboratur ex possessione immemorabili, quam habet Collegium, vt isti Canonici accedant capitulariter ad dictum Anniuersarium, quam sufficienter probant testes Collegij deponentes de visu per spatium 40. & 50. annorum, & pro anteriori tempore de auditu à suis Maioribus, & senioribus, quodque de hoc fuit, & est publica vox, & fama, iuxta notata per *Greg. XV. decis* 196. *n.* 1. & ibi Add. *n.* 1 23

Nec dicatur istam immemorabilem excludi per exhibitionem tituli, nempè concordiæ inter partes super hac obligatione accedendi ad dictum Anniuersarium initæ de anno 1523. sicque quod cum de certo constet initio, cesset immemorabilis, *Gregor. XV. decis* 467. *n.* 6. 24

Nam respondetur, quòd accessus Capituli ad dictum Anniuersarium non habuit principium à dicto contractu, quia ex illo constat, quod solebant Canonici accedere ad dictum Anniuersariom, etiam ante concordiam, vt ibi: *al qual dicho Anniuersario iban los dichos señores Abad y Cauildo capitularmente con capas de Coro; segun, y como las traen en la dicha Iglesia de S. Iuste* Et circa accessum huiusmodi per dictam concordiam nihil fuit innouatum, sed tantum actum, vt sex mille marapetini, qui solebant distribui Canonicis de pecuniis ipsius mensæ Capitularis, vt ex eius lectura patet. 25

Vel quatenus posset quoquomodo reddi turbida dicta immemorabilis, cum tamen adsit probatio huius possessionis vltra metam centum annorum, videtur talis possessio aut maioris, aut certè non minoris efficaciæ, cum probatio immemorabilis longè sit debilior, Seraphin *decis.* 141. *n.* 10. 26

Vel saltem deuegari non posset, quin tam antiqua obseruantia fuerit optima interpres voluntatis contrahentium ad *l. si de interpretatione, & l. de quibus ff. de leg* & aduertit Rot. *coram Greg. XV. decis.* 502. *n.* 10. *&* 511. *n.* 8. 27

Et ex ea videretur etiam inducta præsumptio aduersus actus facultatiuos, quos prætendit habere dictum Capitulum circa accessum ad dictum Anniuersarium: nam obseruantia plurium annorum sufficit ad declarandum materiam non esse facultatiuam, Ripa *in cap. cum Ecclesia numer.* 55. *de caus poss.* Cæs. de Grass. *decis.* 1. *n* 3. *eod. tit.* Seraph *dec.* 212. *n.* 1. *& decis.* 313. *n.* 4. 28

Multo magis vbi, prout in casu isto, obseruantia fuit quadragenaria, imò centenaria, & vltra, quia toties multiplicata gratia non est præsumenda, vt dicit Rota *decis.* 397 *n* 3 *p.* 2. *recent.* Adden. *ad decis. Greg.* 162. *sub n.* 15. *ad fin.* 29

Quod

30 Quod maximè procedit fauore piæ causæ, & vbi agitur de non priuando animam defuncti suffragio, quod per assistentiam dictorum Canonicorum huiusmodi Anniuersario recipere solebat: faciunt notata per Ioan. Gutier. *Canon. quæst. lib.* 2. *q.* 21 *n.* 114 Ricc. *in praxi Archiepisc. decis* 732. Surd. *consil.* 69. *num.* 10. *&* *consil.* 62. *num.* 18. *&* *consil.* 254. *num.* 8.

31 Et hinc venit, quod vbi agitur fauore piæ causæ nunquam actus præsumuntur facultatiui, Post. *de manut. obs.* 53. *n.* 27. Adden. *ad Greg. XV. decis.* 62. *sub n.* 15. *in fine.*

32 Non obstant fundamenta prò contraria parte allegata: nam

33 Ad primum respondetur non percipi ex concordia, quod antequam ea contraheretur, dicti Canonici accederent pro eorum libito ad dictum Anniuersarium, cum, vt dictum est, fauore piæ causæ non præsumatur actus facultatiuus, & multò minus, vbi pietas exercetur in publicis functionibus, Post. *de manut. dicta obseruat.* 53. *numero* 17. *&* 27.

34 Neque talis facultas Capituli suaderi potest ex verbis enuntiatiuis dictæ concordiæ, in quantum dicit, quod distributio sex mille marapetinorum, fiebat inter Canonicos præsentes, & interessentes, & exinde sumi argumentum, quòd erat in eorum facultate, & libertate præstandi, vel non præstandi assistentiam.

35 Tum, quia cum per accessum tanti temporis fuerit ius quæsitum piæ causæ, vt dicebamus, non fuit postea in facultate Capituli priuare animam defuncti iure quæsito pro suffragio animæ suæ; ad notata per Ioan. Gutier. *Canon. quæst. lib.* 2. *quæst.* 21. *numer.* 144. maxime cum posset considerari aliqualis obligatio Canonicorum in animam Eminentissimi Cardinalis Ximenez, qui Canonicatus, & introitus dictæ Collegiatæ tam munificenter ampliauit, & Canonici comedunt ex redditibus eidem Collegatæ per dictum Cardinalem assignatis; tum etiam, quia illa verba, *præsentes, & interessentes*; de quibus etiam in decreto Concilij Trident. *sess* 24. *de reformat cap.* 12. non debent intelligi, vt omnes possint abesse, prout dicitur de Canonicis non interessentibus horis diuinis, qui non lucrantur distributiones quotidianas, & tamen hoc prætextu non possent omnes abesse, & Ecclesiam inofficiatam derelinquere, per ea, quæ tradit Barb. *de Canon. & dig. c.* 34. *per tot. & c.* 36. *n.* 16.

36 Tum denique, quia prætensa facultas, & libertas posset quidem considerari respectu vnius Canonici ad alterum, vt scilicet portio absentis accrescat interessenti; non autem respectu totius corporis Capituli ad Collegium, in cuius fauorem aderat obligatio Capituli accedendi ad Anniuersarium, ex superius dictis

37 Ad secundum respondetur, quod non sumus propriè in obligatione generis subalterni, sed in stipulatione pœnali subrogata in locum rei principaliter in obligationem deductæ, & in fauorem, ac maiorem cautelam Collegij, quo casu ad ipsum spectat electio, vt scilicet vel principalis obligatio adimpleatur, vel soluatur pœna, vt latè supra demonstrauimus *n.* 14 *& seq.*

38 Ad tertium respondetur, vt debitor in tantum liberetur soluendo pœnam, in quantum creditor vult, & consentit, cum illa, vt dicebamus, fuerit apposita ad maiorem cautelam, & fauorem Collegij, Bald. *in l. si pacto, quo pœnam* 14 *sub num.* 4. *vers. quadam est quasi nouatio. C. de pact.* Vel respondetur, vt, quod ibi dicitur, procedat, quando præcessit obligatio principalis ex causa lucratiua, non autem vbi, prout hic, præcessit ex causa onerosa; nam tunc nunquam per stipulationem pœnalem censetur nouata principalis obligatio, vt demonstrauimus per doctrinam Bart. Afflict. Dec. Surd. & aliorum supra *n.* 21.

Ad quartum respondetur, vt ad proximum, quod scilicet pœna tunc succedat loco contractus; quando creditur, ad cuius cautelam, & fauorem fuit apposita, vult potius exigere pœnam, quàm rem principaliter in obligationem deductam, cum hoc sit in eius electione, vt supra fundauimus, & Rota *in præfata decis.* 660. *num* 3 *parte* 2. *recent.* allegat *l. obligationum ferè*, §. *fin. ff. de obligat.* & alia Iura, quæ habent locum tantum in contractibus factis ex causa onerosa: ita respondet Bart. *in d. l. ita stipulatus col.* 12. *sub num.* 27. *vers. vnde videamus septimam opin.* Dec. *d. consil.* 12. *sub n.* 3. *vers. superest modo respondere*, &c. 39

Vltra quod *d. decis.* 660. *num.* 3. *parte* 2. *recent. & d. decis.* 7. *num* 3. *coram Caualer* procedunt in statuto pœnali imponente obseruantiam illius, aut pœnam alternatiuè, qui non est casus noster; vel locum habent, quando statutum dirigit verba in delinquentem, quo casu illius est electio, vt latè per Barb. *in Collect. ad reg. in alternatiuis num* 21. *& seq. de reg. iur. in* 6. vel denique statuta, de quibus in dictis decis. non imponunt præcisam necessitatem ad illorum obseruantiam, sed imò videntur contenta in pœna, vt videre est in dicta *decis.* 660. *num.* 4. vbi dicitur statutum illud propriè incitatorium tantum, non autem præcise coactiuum, *& d. decis.* 7. Caualer *num.* 4 expresè dicitur, quòd statutum illud non imponit necessitatem ad illius obseruantiam, nisi in certo casu, ex quo colligitur esse pariformiter inuitatorium, & non obligatorium, vnde cum non sit præcise obseruabile, sufficit pœnam statutariam soluere. 40

Ad quintum responsio patet ex deductis *supr. n.* 14 *vsque ad* 29. ad excludendum quòd ista sit materia facultatiua. 41

Ad sextum, & vltimum aptatur eadem responsio, quæ fuit data ad tertium, & quartum fundamentum; vt scilicet, procedat tantum in contractibus factis ex causa lucratiua, non autem in factis ex causa onerosa, vt hic, de quo agitur. 42

Et io omnem casum pro responsione ad omnia prædicta fundamenta partis aduersæ, & pro maiori corroboratione adductorum pro parte Collegij, solum sufficit ponderare, quòd ex verbis eiusdem contractus apparet, stipulationem pœnalem fuisse collatam in arbitrium ipsius Collegij, vt ibi: *el su Procurador è Maior domo los pueda cobrar del dicho Cabildo como deuda liquida deuida*; cum illud verbum, *pueda*, importet voluntatem, arbitrium, & facultatem, non autem necessitatem, Gloss. *in l. sæpè audiui à Cæsare de offic. Præsid* Bart. *in l. Gallus in prin. num* 4. *& seq. ff. de liber & posth.* Ruin *consil.* 69. *n.* 12. *& consil* 88 *num* 4. *volum.* 1. Gomez *de contract. c.* 1. *num.* 39 *in fin* latè Surd. *consil* 98 *a num.* 1. *vsque ad* 7. *lib.* 1. 43

Vel etiam responderi posset, quod non valet hodie Capitulum ad probandum libertatem accedendi ad dictum Anniuersarium, vel soluendi pœnam pro libito suæ voluntatis, iuuari dicto instrumento concordiæ, quod semper impugnauit, ac de falso ciuiliter redarguit, ad notata per text. *in l. legatum ff. de his, quibus vt in dign.* Aym. *de Antiquit.* 44

tempor. parto 1. §. viso, de verb. enuntiatiuis num. 55. Gratian. *discept for. c. 182. n. 13. & cap. 287 num. 19. & 20.*

45 Et consequenter dicto instrumento è medio sublato, remanet pura possessio pro Collegio, in qua est manutenendum, absque eo, quod in ea cōsiderari possit, actus facultatiuus, qui excluditur, vbi agitur fauore piæ causæ, vt supra dicebamus *n. 27. 28. & 30.*

46 Quibus pro corollatio addi potest, quod cum ad honorandum dictum Anniuersarium accedere soleant omnes Religiones Complutenses, vt probant testes, viderentur digni magnæ ingratitudinis nota dicti Canonici, si hoc facere recusarent erga dictum Eminentissimum Cardinalem eorum Collegiatæ ampliatorem, & à quo tam magna beneficia receperunt, cum honorem ei debeamus, à quo beneficium recepimus, *ad l. fin. C. de reuocand. donat.* & trad. per DD. *in c. propter, de donat.* piè, & eleganter D. Bern. *de contemp. mund serm. 2.*

47 Vel saltem vbi hæc materia posset recipere aliquam difficultatem ex supra deductis, cum tamen hodie simus in summariissimo possessorio, vbi sola possessio inspicitur, cætera requirentia altiorem indaginem sunt reiicienda ad petitorium seu possessorium ordinarium, attenta suspensione petitorij ac ordinarij possessorij. Rot. *decis. 135. in fia. p. 1. recent. & in Romana hereditatis de Cincijs coram Pironano,* quæ post tract. Post. *de manut. est decis. 137. num. 5.* Rot diuers *decis. 64. n. 5. p. 2* idem Post. *obseru. 24. n. 45. & seq.*

Et ita fuit iudicatum sub die 6 Maij 1641.

Oueten Parochialis de Naua.

Ordinarius de Iure communi quando habeat intentionem fundatam prouidendi beneficia Regularia in Ecclesiis Regularium existentia, & quando Religiosi ea per se, aut alios deseruire valeant?

VOTVM L.

1 *Series facti ponitur.*

2 *Attentata purgantur.*

3 *Ordinarius de iure habet intentionem fundatam super collatione beneficiorum tam secularium, quam Regularium in sua Diœcesi existentium.*

4 *Beneficia Ecclesiastica in dubio præsumuntur libera.*

5 *Constitutio Innocentij VIII. refertur, & alia Iulij Papa II.*

6 *Monasteriorum S. Bartholomai de Naua, & S. Mariæ de Villamaior annexio.*

7 *Exemplum exempli fidem non facit.*

8 *Scripturæ de falsitate redargutæ si non sint comprobatæ fidem non faciunt.*

9 *Ad redargutionem sufficit negare instrumentum esse publicum ad hoc vt pars producens teneatur illud comprobare.*

10 *Antiquitas Scripturarum non releuat à comprobatione.*

11 *Aliud est disponere de ipso Monasterio, aliud verò disponere de beneficio in Monasterio.*

12 *Vnionis litteræ sunt stricte interpretanda.*

13 *Vnio effectum sortita post cancedentis obitum reuocatur per* reg. 12. Cancellariæ.

14 *Dispositio regulæ 12. Cancellariæ non habet locum quando vnio fit pro augmento cultus diuini, quando scilicet augmentum est necessarium, non verò voluntarium, vt n. 15.*

16 *Bona omnia, & redditus Monasterij translati acquiruntur conuentui, in quem transferuntur.*

17 *Monasterium quando est Regulare, Ecclesia etiam est Regularis.*

18 *Monasterium quale est talis est, Ecclesia.*

19 *Vicarij, seu Curati nominatio, qui poni debet in Ecclesia Regulari Monialium, ad eas spectat de iure communi.*

20 *Episcopus super prouisione beneficiorum suæ Diœcesis habet intentionem fundatam de Iure communi etiam in Regularibus Ecclesiis.*

21 *Beneficia secularia spectantia ad collationem Episcopi possunt esse in Ecclesia Regulari.*

22 Cap. 1. de Capel. Monach. *intelligitur.*

23 *Collatio beneficij quando fieri debet per Episcopum de Consilio Capituli, tunc dicitur spectare ad solum Episcopum, non autem ad Episcopum & Capitulum.*

24 *Consilium petendum non alterat naturam iurispatronatus, & sic si patronus laicus tenetur præsentare de consilio Parochi, non ideo desinit esse iuspatronatus merè laicale.*

25 *Collatio expedienda cum consilio alterius dicitur libera.*

26 *Abbatis Panorm. doctrina refertur.*

27 *Cancil. Trid.* sess. 25. de Regular. cap. 11. *declaratur.*

28 *Monialibus potest competere cura animarum exercitum alijs committentibus in Ecclesiis pleno iure sibi subiectis.*

29 *Episcopus fundat intentum suum de iure communi in prouisione omnium Ecclesiarum sitarum in sua Diœcesi, nisi plebs, vel alia Ecclesia inferior haberet ius prouidendi ex causa speciali.*

30 *Rota* decis. 21. de præbend. in antiq. *declaratur.*

31 *Duran. decisiones in causa Iamen Parochialis expenduntur.*

Testes

32 *Testes de auditu nihil probant.*
33 *Testes si non dicunt audiuisse ante litem motum nihil probant.*
34 *Testes de auditu vt fidem faciant debent declarare à quibus audiuerunt.*
35 *Testes de auditu debent dicere se audiuisse à pluribus, & non ab vno.*
36 *Testes de auditu probant in antiquis.*
37 *Testes de auditu antiquis sine fama, & adminiculis non probant.*
38 *Testes de auditu debent dicere se audiuisse à pluribus certis, & nominatis personis, quamuis adderent generice, seu publice audiuisse.*
39 *Testes de auditu nihil probant si non concluserint quod publici auditus fuere à maiori parte populi.*
40 *Testes Promotoris fiscalis expenduntur.*
41 *Prouisiones Apost. non mutant statum præcedentem beneficij.*
42 *Intellige quando non constat de contrario anteriori statu.*
43 *Vicarij amonibilis deputationes dicuntur effectuata si per remotionem vnius alter fuisset deputatus.*
44 *Vacationes dua referuntur, & n.45.*
46 *Beneficia Curata nominatione, seu præsentatione Monialium prouidenda, sunt ab Ordinario sine concursu conferenda.*
47 *Episcopo creditur in his, quæ spectant ad suum officium.*

1 VACANTE Ecclesia Parochiali Sancti Bartholomæi de Naua Oueten. Diœcesis per obitum quondam Bartholomæi Aluarez de Grado illius dum viueret vltimi possessoris de mense Ianuarij 1640. Ordinarius medianribus edictalibus iuxta formam, & præscriptum Sacri Concilij Trident. & Constitutionis felicis record. Pij Papæ V. vocauit omnes de sic vacante Ecclesia prouideri volentes, quatenus intra certum terminum ad se opponendum, & examen subeudum comparerent; quo nondum elapso, nonnullis de more solito comparentibus, & sese opponentibus, Abbatissa Regij Conuentus Sancti Pelagij ciuitatis Ouetensis prætendens ad se spectare ius nominandi Vicarium in dicta Parochiali, de eodem mense Alphonsum Garciam Robles in Vicarium ad nutum suum amobilem nominauit, vnde super iure huiusmodi prouidendi, seu nominandi Rectorem introducta lite coram Ordinario inter Promotorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ, ac Moniales dicti Conuentus, & dictum Alphonsum, ab eis nominatum & hinc inde examinatis testibus, & productis scripturis, Ordinarius præfatus suam diffinitiuam tulit sententiam, qua ius nominandi Vicarium in dicta Parochiali Abbatissæ minimè competere posse pronuntiauit, & dictum Alphonsum Garciam ab ea nominatum admittendum non esse adiudicauit, & inter oppositores, qui medianribus edictalibus se describi fecerunt, & examen subire voluerunt, Franciscum Gutierrez Perez ad obtinendam à Sede Apost. eandem Parochialem in mense reseruato vacantem, vti magis idoneum reputatum approbauit; à qua sententia fuit pro parte dicti Promotoris Fiscalis ob non factam contra Abbatissam expensarum, & damnorum condemnationem, ad Illustrissimum D.D. meum Nuncium appellatum, qui gesta omnia post interpositam ab Ordinarij sententia appellationem remedio attentatorum reuocauit, & in pristinum reponenda esse iussit: ac tandem cum iterum pro parte dicti Promotoris ab huiusmodi decreto esset prouocatum, idem Illustrissimus D. meus de partium consensu causam, & causas huiusmodi appellationis vna cum toto negorio principali, ex officio mihi committendas fore decreuit, & committi mandauit.

2 Purgatis igitur attentatis procedendo in causa principali, & super iure nominandi controuerso, dubitaui an dicta sententia Ordinarij esset confirmanda, vel infirmanda? & confirmandam esse censui.

3 Etenim in iure nostro trita, & vulgaris est conclusio, quòd Ordinarius de iure habet intentionem fundatam super collatione beneficiorum tam secularium, quàm Regularium in sua Diœcesi existentium, c. *omnes Basilicæ 16 quæst. 7. c conquerente, de officio Ordin. c. ex frequentibus, de instit.* Abb. *in c. Abbate num. 3. de verb. signif.* Felin *in c. cum venerabilis numer 32. de except.* vbi quòd regulare est quòd prouisio Ecclesiarum, quæ subsunt plebibus, vel aliis Ecclesiis inferioribus, spectat ad Episcopum, qui fundat intentum suum de iure communi in prouisione, & subiectione omnium Ecclesiarum sitarum in sua Diœcesi, Vitalin. *in Clem. vnic. n. 6. de supp. negl. Prel.* Felin. *in c. cum venerabilis n. 32. cum seqq. de except.* Selua *de benef. parte 2. quæst. 16. num. 18.* Gonzal. *ad regul. 8 Cancel. §. 1. proœm. n. 21.* Seraph. *decis 799. num. 1. & decis. 1353. num 3.* Rota *decis 416. num. 1. & decis. 382. num. 1. parte 2. & decis 756. num. 4. recentior & coram Durand. decis 442. numer. 1.* Et cùm hæc Parochialis sit intra fines Diœcesis Oueten. benè sequitur quòd in prouisione Episcopus fundat de iure communi, vt argumentatur Seraph. *d. decis. 1353. num. 3.* Tum etiam 4
quia in dubio Ecclesiastica beneficia præsumuntur libera, & liberæ collationis, Abb. *in c. cum Ecclesia Vulterana num 8. in fine de elect.* Roch. *de iurepatron. verbo construxit q. 10. n. 19* Seraph. *d. decis. 1353. n. 1.* Rota *decis. 58. n 2. p. 2. recent.*

5 Ad quam iuris communis assistentiam eneruandam plura per Abbatissam, & Moniales fuerunt adducta fundamenta, ex quibus prætendebatur ad eas Vicarij nominationem semper spectare, & Episcopi prouisionem excludi, & primò ex vnione auctoritate Apostolica de dicta Parochiali Monasterio S Pelagij facta, ac erectione dictæ Vicariæ per illius Moniales ad nutum, & voluntatem suam pro tempore nominandæ; nam olim *Innocentius Papa VIII.* in Constit. sua incip. *Quanta in Dei Ecclesia, sub dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1487. Idus Decembris, Pontificatus sui anno quarto*, Abulensi, Cordubensi, & Segobiensi Episcopis, ac eorum cuilibet commisit, & mandauit, vt ad omnia, & singula Monasteria, & alia Religiosa, & pia loca S Benedicti, Cisterciensis, & S. Augustini, & aliorum Ordinum diuersorum per Abbates, seu Prælatos Priores regi solita in Regno Galiciæ in capitibus, & in membris, ac in spiritualibus, & temporalibus auctoritate Apostolica visitent, & quæ in eis correctione, reformatione, punitione, & emendatione indigere nouerint, eadem auctoritate corrigant, reforment, puniant, & emendent; & Monasteria, ac Religiosa loca prædicta, iuxta illorum exigentiam

exigentiam inuicem, vel vnum alteri, prout expedire viderint, perpetuò vniant, annexent, & incorporent, ac vniones, annexiones, & incorporationes de illis inuicem, vel alias quauis auctoritate factas sine præiudicio successorum dissoluant.

5 Postmodum cùm Episcopi prædicti in Iudices executores vt supra designati, aliis occupati negotiis, visitationi, correctioni, & reformationi Monasteriorum, & aliorum Religiosorum, & Piorum locorum interesse non possent, Iulius Papa II. per suas literas in forma Breuis incip. *Charissimus in Christo filius, sub datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 13. Nouembris 1505. Pontificatus sui anno secundo*, in locum dictorum Cordubensis, & Segobiensis Episcoporum, Abbatem Generalem S. Benedicti, Oppidi de Valladolid, quoad S. Benedicti; & Abbatem Generalem Cisterciensis Ordinis Regularis obseruantiæ, quoad Cistercienssis Ordinis Monasteria, & Religiosa, ac pia luca huiusmodi subrogauit.

6 Quarum litterarum vigore Abbas Generalis S. Benedicti prædictus vniuersam Apost. auctoritatem, vicesque suas sibi commissas, quoad Sancti Bartholomæi loci de Naua, & B. Mariæ de Villamaior Monasteria Monialium eiusdem Ordinis Oueteñ. Diœcesis visitationem, reformationem, & emendationem P. Martino de Piasca Abbati Monasterij Sancti Vincentij eiusdem Diœcesis commisit de anno 1530. Clementis Papæ Septimi anno septimo, qui in vim commissionis huiusmodi prædicta Monasteria S. Bartholomæi, & B. Mariæ de Villamaior, cum omnibus & singulis membris, & annexis suis, ac fructibus, redditibus, & prouentibus eorundem dicto Monasterio S. Pelagij, eadem auctoritate in perpetuum vniuit, & incorporauit; & ne dicta Monasteria propter vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi debitis fraudarentur obsequiis, & ipsorum fundatorum memoria periret, seu negligeretur, supradicta auctoritate mandauit, quòd perpetuis futuris temporibus in singulis Monasteriis prædictis, seu annexis, vnus, vel duo Religiosis, aut Religiosi eiusdem, vel alterius Ordinis, aut in eorum defectum totidem Clerici seculares, quorum vnus saltem Presbyter existat, qui inibi Missas, & alia diuina Officia celebrare, ac dicere teneantur per perpetuo tempore existentem Abbatissam, & Conuentum dicti Monasterij Sancti Pelagij eligendi, & nominandi, atque ad eatum nutum, & voluntatem amobiles ponantur, & deputentur; ad quorum sustentationem, videlicet existentis, vel existentium in dicto Monasterio S. Bartholomæi loci de Naua quindecim millia maraperinorum monetæ illarum partium, quadraginta ducatos auri largos, nec non ad similem sustentationem existentis, vel existentium pro tempore in præfato Monasterio B. Mariæ de Villamaior viginti millia maraperinorum prædictæ monetæ quinquaginta tres ducatos, & dimidium auri largos similes, vel circa constituentium annis singulis, ex fructibus, redditibus, & prouentibus ipsorum Monasteriorum respectiuè reseruauit, reliquit, & assignauit, ac prædictos Abbatissam, & Conuentum Monasterij S. Pelagij sibi ministrari, dari, & concedi iussit, & mandauit: & deinde per dictum Monasterium S. Pelagij, pacifica eorundem Conuentuum S. Bartholomæi, & Beatæ Mariæ de Villamaior cum suis redditibus, & prouentibus possessio capta fuit, & omnia prædicta speciali Abulensis Episcopi subdelegatione præcedente postmodum in Capitulo Generali dicti Ordinis confirmata, & approbata fuerunt.

Sed multipliciter responsum fuit ea non obstare; tum quia scripturæ a Monialibus productæ, ex quibus ea constare intendunt, non habent auctoritatem iudicialiter probandi, quia est exemplum litterarum Apostolicarum, & assertæ vnionis, vt attestatur Notarius, qui eas transcripsit, fidem etiam faciens nullum originale sibi ostensum fuisse, vnde exemplum huiusmodi fidem facere non potest, *l. exemplo, C. de probat. auth. si quis in aliquo C. de edendo c. 1. de fide instrum. glos. verbo rationes in Clem. 1. §. 1. de vsuris*, Couar *pract. cap. 2. num 8.* Tiraq. *de retract. lig. §. 2. glos. 1. num.* 0. Perez *l. 2 gl. 1. tit. 5. lib. 2. Ordin. pag* 260. *col.* 1. Mauson. *de caus. execut. lib. 1 quæst. 6 num. 7 & 8. pag.* 66. Noguerol. *alleg. iuris tom. 1. alleg.* 10. *num.* 118 Rota apud Post. *in fine sui tract. mandati de manuten decis.* 184 *num. 7. & dec.* 217. *num. 19. & decis.* 338. *n.* 8. 7

Tum, quia eædem scripturæ à Promotore Fiscali de falso redargutæ fuerunt, & cum non sint comprobatæ fidem non faciunt, *l.* 115 *tit.* 18 *part.* 3, vbi Gregor. Lopez *glos. 1. vers. Sed si non ita dicatur*, dicit quòd ad redargutionem sufficit negare instrumentum esse publicum ad hoc, vt pars producens teneatur illud comprobare, Menoch. *de præsumpt.* 78. *num.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 1097. *num.* 1. Pacian. *eod. tract. lib. 2. cap. 21. num.* 23. Suar. de Paz *in praxi, tom 1. parte 4 cap. 3. num. 16 ad fin* Parlad *lib 2. rerum quotid. cap. fin. 1 parte §. 11. numer.* 14. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel glos.* 64. *num.* 6. Nec ab hac comprobatione in isto casu potest releuare antiquitas scripturarum, quia qui instrumentum falsum fabricat, efficere potest, vt ita conficiatur, vt apparenter videatur antiquum, Puteus *decis.* 186. *num. 1. lib.* 3 in noua edit. ibi: *Quia quod instrumentum esset antiquum non probatur ex sola data, cum potuisset fieri de nouo sub illa data*, &c Gregor XV. *decis* 393. *numer. 2. & ibi adden lit. A*, Buratt. *decis.* 292. & ibi D. Ferentill. amicus meus *in addit. lit. C.* 8

Tum etiam, quia semoto legalitatis, & comprobationis defectu, adhuc dictus Abbas de Piasca nulliter ad vnionem faciendam processit, ex defectu potestatis, quæ per Bullam Innocentij executoribus in ea nominatis tantum datur ad Monasteria, & Religiosa loca prædicta, iuxta eorum exigentiam inuicem, vel vnum alteri vnienda; vnde de beneficiis in Ecclesia vniendis Constitutio non loquitur, nec ad hunc casum extendi potest; quia aliud est disponere de ipso Monasterio, aliud verò disponere de beneficio in Monasterio, *cap. fin* vbi Abb. *not. 1. de præbend.* gloss. *verbo inserta, vers. Et sit eadem ratio, in Clem. 1 eod tit.* Duran. *decis* 91. *num.* 6. 12 & sicut literæ vnionis sunt strictè interpretandæ, Mohedan *decis. 1. de offic. Vicar.* Duran *decis* 91. *numer.* 10. ita & vniones earum vigore factæ, vt patet. 11

Tum denique, quia si dicamus prædictis Innocentij, & Iulij Constitutionibus contineri concessam facultatem vniendi Vicariam dictarum Parochialium Monasterio S. Pelagij Oueten. quòd gratis dictum est, adhuc non posset valere vnio facta, cùm fuerit post multos annos ab obitu Pontificis concedentis executa, & effectum sortita, ac ideò per *reg.* 12. *Cancellariæ* ab omnibus summis Pontificibus fieri solitam, reuocata, sicut communiter DD. ibi, & alibi notant, quos refero *de iure Eccles. vniuerso, lib. 3. cap. 6. num* 65. Nec refert, quòd dispositio dictæ *regulæ* 12. non habeat locum quando vnio fit pro augmento cultus Diuini, vt videtur 13 14

esse

esse de exceptione regulæ, & per eam sic resoluunt
Gonzal. *d. gloss. 5. §. 7. num* 49. Garcia *de benefic. p.* 12.
15 *cap. 51. num. 283. vers. Et licet*, Lotter. *de re benefic.*
lib. 1. quæst. 29. num. 15 plures per me citati, *d. cap.* 16.
numer. 66. quia procedit eorum resolutio, quando
augmentum est necessarium, Achil. *decis. 1 super re-*
gulas reuocat. non verò quando est voluntarium, &
pro commodiori sustentatione, Beltramin. *ad Gre-*
gor. XV. decis 419. *num* 6. *lit. A.* In caso autem pro-
posito nullum potest considerari augmentum ne-
cessarium pro sustentatione, quia vnio non respi-
cit fructus decimales, & alios redditus ad Mona-
sterium illarum iam spectantes, cum translato Mo-
nasterio omnia illius iura, bona, & redditus acqui-
rantur Conuentui, in quem transfertur, *cap. recolen-*
16 *tes, de statu Monach.* Cassanat. *consil.* 26. *numer.* 22.
Roch. *de iurepatron. verbo Ecclesia fundauit quæst.* 3.
num. 1. *& verbo dotauit quæst.* 19. *num.* 29. Lambert.
eod tract. lib. 1. parte 1. art 4. 6 q. princ. numer. 29. vers.
circa hanc materiam, sed comprehendit, & Moniali-
bus reseruat, ius nominandi Vicarium, ex quo in
nihilo tali iure à Monialibus obtento dos ipsius
Monasterij, aut diuinus cultus augetur, sed de per-
sonæ prouisione agitur, quæ in ipsa Parochiali Ec-
clesia quotiescumque pro tempore vacare conti-
gerit, populum regere & animarum curam exerce-
re valeat, quod nec redditus addit, nec ex eo cul-
tus diuinus augetur; cùm certum sit illum potius
augeri si Vicaria huiusmodi sub Ordinarij proui-
sione, visitatione, & omnimoda maneret disposi-
tione.

17 Secundò, pro Monialibus allegabatur, quòd ex
dispositione testium constat Monasterium de Na-
ua, dum in eo Moniales inhabitarent, non habuisse
aliam Ecclesiam quàm istam, ex quo dici claustra-
lem videbatur: tum vel maximè quia dicto Mona-
sterio incorporata, censetur eiusdem pars integra-
lis; vbi enim Monasterium est regulare, Ecclesia
etiam est regularis, *cap. 1. de capell. Monach. & ibi*
18 Gloss. *in verbo Monasterium in fine.* Et quale est
Monasterium, talis etiam est Ecclesia, Greg. XV.
decis. 37. num. 2 & 3 Duran *decis. 144. à num. 1.* repe-
rita apud Posti *in fine sui tract. mandati de manut.*
decis. 217. *num.* 4. Cùm igitur agatur de Ecclesia
19 regulari Monialium, nominatio Vicarij, seu Cura-
ti in ea constituendi de iure potius ad illas, quàm
ad Episcopum spectare, probare videntur *d. cap. 1.*
de Capell. Monach. Concil. Trident. *sess. 25. de regul.*
c. 11. Felin. *in c. cum venerabilis n. 36. de except.* Rota
dec. 21. de preb. in antiq. Duran *decis. 13. n. 21. & decis.*
74. n. 2. & dec. 144. n. 3. & 4.

20 Huic etiam fundamento, quatenus habet Mo-
nialibus ius assistere circa nominationem Vicarij
per illas in suis Ecclesiis faciendam, satisfit, si ad-
uertamus hanc resolutionem vbique non subsi-
stere; quia etiam Episcopus super prouisione be-
neficiorum suæ Diœcesis habet intentionem fun-
datam de iure communi etiam in regularibus Ec-
clesiis, vt expresse citans ad hoc text. *in d. cap. 1. de*
Capell. Mon. firmat Seraphin. *d. decis* 1453. *numer.* 5.
21 cùm etiam in Ecclesia Regulari possint esse bene-
ficia secularia spectantia ad collationem Episcopi,
Abb. *consil. 56. num. 3. vers. quarto lib.* 2. Lambert. *de*
iurepatr. p. lib. 1 quæst 11. art. 7. num. 4. Duran *decis*
91. n. 17. Nec multum vrgent iura, & Doctores ex
aduerso citata.

22 Nam *ad d. cap. 1. de Capell. Monach.* facilè respon-
detur, eo attento per Ordinarium in Ecclesiis, vbi
Monachi habitant, capellanum, qui populum re-
gat, per consilium Monachorum institui posse;
consilij autem natura est, vt quamuis excitet ad de-
liberandum, non tamen obligat ad sequendum, *l.*
cùm pater 77. §. mando, & *ibi* Bart. *ff. de legat.* 2.
cap. cum olim, de arbitr. citati per me *Axiom.* 55.
num. 2. nihilominus si petatur, illud, quod cum ta-
li consilio fit, dicitur libere factum, ad tradita per
Rot. *decis* 79. *de rescript. in antiq.* vbi quod in casu,
quo collatio fieri debeat per Episcopum de consi-
lio Capituli, talis collatio dicitur spectare ad so- 23
lum Episcopum, non autem ad Episcopum, & Ca-
pitulum, & per Pute. *decis.* 494. *num.* 2. in nouis, vbi 24
quod consilium petendum non alterat naturam
iurispatronatus, & sic si patronus laicus teneatur
præsentare de consilio Parochi, non ideo desinit
esse iuspatronatus mere laicale, & per Gonzal. *ad*
reg 8. Cancel. gloss. 46. *num.* 23. vbi postquam oppo-
suerat de textu *in d. cap. 1. de capell. Monach.* ad 25
probandum collationem expediendam cum consi-
lio alterius, non dici liberam, respondet nihilomi-
nus illius textus collationem dici liberam; quia à
solius pendet Episcopi conferentis arbitrio, post
quam consilium est postulatum, cum illud sequi
conferens non teneatur: quòd eo maximè dicen-
dum videtur dum tex. in fine concludit ordina-
tionem, & depositionem Capellani huiusmodi ex
solius Episcopi arbitrio pendere; & tantum abest,
quòd textus ille *in d. cap. 1.* probet prædictam iuris
assistentiam pro Monialibus, quin potius contra-
rium euidenter ex eo colligitur, vt insinuauit *ibi*
Abb. *num. 6.* his verbis. *Et ex prædictis infero aliam* 26
quæstionem, nunquid Monachi habeant præsentare Ca-
pellanum? Aliqui Doctores sentiunt quod sic, vnde in-
telligunt textum quod Monachi præsentabunt, & Epi-
scopus instituet, sed certè hæc lectura est aliena à men-
te, & verbis litteræ. Et ideò dicerem, quod aut cura
pertinet ad Ecclesiam, quæ est iuspatronatus Mona-
chorum, & tunc habet locum quòd isti dicunt, quod ex
patronatu competit ius præsentandi, vt in cap. vnic. de
iur. patronat. Aut cura competit Ecclesiæ (vt in pro-
posito casu) *quia Monasterium habet Parochiam, &*
tunc inhærerem verbis huius litteræ, vt Episcopus habet
ibi institutionem capellæ, requisito Monachorum consi-
lio, sufficit tamen requiri, nec tenetur sequi, &c.

Minus refragatur decretum Concilij Trident. 27
sess. 25. de Regular. cap. 11. quia postquam dixerat,
quòd in Monasteriis, seu domibus virorum, seu
mulierum, quibus imminet animarum cura per-
sonarum secularium, præter eos, qui sunt de illo-
rum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ
tam regulares, quàm seculares huiusmodi curam
exercentes, subsint immediatè in iis, quæ ad dictam
curam, & Sacramentorum administrationem per-
tinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Epi-
scopi, in cuius Diœcesi sunt sita, tandem conclu-
dit. *Nec ibi aliqui etiam ad nutum amouibiles depu-*
tentur, nisi de eiusdem consensu, ac prævio examine
per eum, aut eius Vicarium faciendo; loquitur enim
vel quando cura pertinet ad Ecclesiam, quæ est
iuspatronatus Monachorum, iuxta doctrinam Abb.
vbi supra; vel quando Parochia erecta, & vnita fuit
Monasterio, vt de Parochia Toletana in Monaste-
rium erecta, & vnita Iesuitarum Collegio, quòd
gubernari posset à deputato ab ipsis, modò sit ap-
probatus ab Ordinario, censuit sacra Congr. cuius
meminit Piasec. *in praxi Episcop. parte 2 cap 3. n* 46.
vel quando beneficium spectaret pleno iure ad dis-
positionem Monachorum, iuxta terminos text. *in*
cap. 1. de capell. Monach. lib. 6. quem sic intelligen-
dum censuit Rota coram Duran *decis.* 91. *num.* 19. 28
in quibus loquitur Felin. ex aduerso allegatus *in d.*

cap. cùm venerabilis num. 36. ibi : *Et nota quòd potest Monialibus competere cura animarum, ita tamen vt exercitium alteri committant, & hoc in Ecclesiis pleno iure sibi subiectis.* Vel denique quando alio legitimo priuilegio Apost. suffulti Monachi curam animarum in sua Ecclesia Conuentuali existentem per aliquem Religiosum eiusdem Monasterij, aut Clericum secularem per eos præsentandum exercere
29 valent : quia vulgarem illam regulam quòd Episcopus fundat intentum suum de iure communi in prouisione omnium Ecclesiarum sitarum in sua Diœcesi, quam firmat Felin. *in d. cap. cum venerabilis, num. 13. de except.* fallere ait *ibidem num. 35.* nisi Plebs, vel alia Ecclesia inferior haberet ius prouidendi ex causa speciali, putà priuilegio, seu præscriptione.

30 Nihil etiã probat Rot. *d. decis. 21. de præbend. in antiq.* Nam ibi solùm præsupponitur in casu huius decisionis ex statuto Ecclesiæ, duos scilicet, Abbatissam, & Decanum inibi adesse, quorum vnus habet conferre duas præbendas primò vacaturas, secundus habet conferre tertiam; & cum hoc præsupposito Domini de Rota ad decisionem dubij extra casum nostrum deuenerunt; vnde patet ex illo simplici præsupposito Rotam nihil firmasse ad fauorem Abbatissæ, nec quicquam determinasse circa prouisionem beneficiorum in Ecclesiis Regularium existentium; tum vel maximè, quia in ea dicitur id fieri ex statuto Ecclesiæ, non autem ex Iuris communis dispositione.

31 Hinc patet assistentiam Iuris communis in hoc casu Monialibus esse valdè dubiam, nullibi enim talis inuenitur dispositio, aut Doctor, qui illam in terminis nostris firmet: nec mirum quòd Rota in citatis decisionibus coram Reuerendissimo Duran. nunc Episcopo Vrgelen. Moniales assistentiam iuris habere dixerit, quia earum resolutio intelligenda est, secundum Iura & decisiones quas allegat, iuxta vulgarem reg. de qua per Bart. *in l. non solum §. liberationis verb. ff. de liber. leg.* Rota *decis.* 474. *num. 9 parte 2. recent.* tum quia cùm in dictis decisionibus Durandi ageretur ad effectum tantum manutentionis obtinendæ, & plenè constaret de earum possessione, seu quasi iuris eligendi, seu præsentandi Vicarium, illisque in negorio principali bonum ius foueret, ideò optimo iure mota fuit Rota ad eam capiendam resolutionem, dum esset causa semel, & iterum proposita, & acerrimè discussa; quæ sanè possessio in casu nostro deest, nec Moniales probant se ad hanc Parochialem vnquam Vicarium nominasse, seu elegisse, ex infra dicendis *num.* 40. immò constat in tribus præcedentibus vacationibus Ordinarium de illa vti liberæ collationis, in multis disposuisse, vt patet *n.* 44. *cum seq.*

32 Quòd autem Moniales nec ante, nec post translationem Vicarium in dicta Parochiali præsentassent, satis apparet, si vtriusque partis testes in processu examinati percurrantur; nam quòd attinet ad testes Monialium secundus deponit se non vidisse, nec audiuisse Moniales in dicta Parochiali S. Bartholomæi animarum curam per Monachum, aut Clericum secularem vnquam exercuisse: alij verò, videlicet primus, tertius, quartus, quintus, septimus, nonus, decimus, & vndecimus attestantur se audiuisse nominationem Vicarij ad Moniales spectare; & quamuis illorum plures à quibus id audiuerint, non dicant, nihilominus primus, quartus, & sextus simpliciter asserunt ab vno ex demortuis Vicariis hoc idem percepisse; vnde cum omnes de auditu deponant, nihil probant, *cap. licet ex quadam, in princ. de testib.* plures per Farin. *in praxi crimin. parte 2 quæst. 69. num. 2. cum seqq.* quibus addo Valenzuel. *consil. 174. num. 6. volum. 2.* Seraph. *decis. 102. num. 1. & 4.* Gregor. XV. *decis. 517. num. 14. & decis. 572. n. 5.* Rota *decis. 521. n. 4. p. 1. & dec. 358. n. 5. p. 2. recent.*

Tanto minus, quia non dicunt audiuisse ante li- 33
tem motam, & potest esse quòd post audiuerint, Nat. *consil. 170. n. 8.* Cephal. *consil. 250. n. 18.* Gregor. XV. *d. decis. 518. n. 16.*

Tanto etiam minus, quia non declarant à qui- 34
bus audiuerunt, prout eos nominare debebant, Menoch. *de arbitr. casu 475. num. 14. & consil. 98. num. 57.* Surd. *consil. 135. num. 95. in fin. lib. 1.* Farinac. *d. q. 69. num. 75.* Rota apud Post. *in fine sui tract. mandati de manutenendo decis. 184. num. 21.* Et quatenus eorum 35
duo, vel tres nominauerunt vnum ex Vicariis demortuis, à quo ita audiuisse affirmant, id nihil concludit, cum illi, à quibus audiuerunt, deberent esse plures, & non vnus, *d. cap. licet ex quadam,* ibi, *Non vtique ab vno, &c.* Farin. *d. quæst. 69. n. 79.*

Nec releuat quòd simul in antiquis, in quibus 36
terminis testes de auditu probare existimarunt citati à Farin. *d. quæst. 69. num. 125.* quia eorum resolutio nullo modo procedere potest sine fama, & adminiculis, Rota *decis. 694. num. 2. parte 2. recentior.* 37
pro cuius famæ probatione requiritur etiam, vt 38
testes dicant se audiuisse à pluribus certis, & nominatis personis, quamuis adderent genericè ab aliis audiuisse, Nat. *consil. 170. num. 5. lib. 1.* Cephal. *consil. 250. num. 22. tom. 2.* & publicè, idem Nat. *consil. 18. num. 11.* Honded. *consil. 87. num. 117. tom. 2.* Dec. Alex. Aymon & alij, quos refert, & sequitur Valenzuel. *consil. 92. num. 81. & 182.* Si non dixerint, & con- 39
cluserint quòd publici auditus fuere à maiori parte Populi, Mascard. *de probat. conclus. 749. numer. 25.* Surd. *consil. 471. numer. 20. lib. 4.* Valenz. *d. consil. 92. num. 183.* Vnde cùm dicti testes pro parte Monialium examinati sint de auditu, nec dixerint audiuisse ante litem motam, nec à pluribus personis, sed ab vno tantum, nec concluserint se ita audiuisse dici ab antiquis, & Maioribus suis, eorum depositiones nihil probant, ex dictis.

Pro parte verò Promotoris Fiscalis Curiæ Ec- 40
clesiasticæ plures testes annorum septuaginta, & vltra deponunt olim propè Parochialem Ecclesiam huiusmodi fuisse Monialium Monasterium, in quo per aliquos annos eas inhabitare, & deinde ad Conuentum S. Pelagij ciuitatis de Ouiedo adduci affirmant, quodque tres pro tempore existentes Vicarios ab Apostolica Sede prouisos in eadem Ecclesia se cognouisse asserunt, Ioannem scilicet de Grado, qui cum duo Beneficia curam animarum habentia ante publicationem Concilij Tridentin. insimul in titulum possedisset, & eo publicato vnam dimittere, & alteram retinere coactus esset, dictam Parochialem Ecclesiam S. Bartholomæi in manibus Sanctissimi ad fauorem Bartholomæi Aluarez de Grado resignauit, qui litteris Apost. desuper expeditis, ac habita possessione, eandem Parochialem per annos ferè quadraginta pacificè obtinens, de anno 16 5. eam similiter in manibus Sanctissimi in fauorem alterius Bartholomæi Aluarez de Grado iunioris resignauit, qui deinde vigore Apost. prouisionis in possessionem immissus, in ea vsque ad mensem Ianuarij præteriti 1640. in quo obiit, pacificè perseuerauit: & sic omnes prædicti testes vnanimiter affirmant præter Vicarios antea nominatos, nullum alium cognouisse, nec à

suis

ſuis Maioribus audiuiſſe illos, aut eorum prædeceſſores ad præſentationem, vel nominationem Abbatiſſæ, & Monialium dictorum Monaſteriorum S. Bartholomæi de Naua, ſiue S. Pelagij de Ouiedo ad animarum curam dictæ Parochialis inſtituros fuiſſe.

41 Vnde ex his tribus prouiſionibus Apoſtolica auctoritate factis, & effectum ſortitis, ſatis patet de ſtatu dictæ Parochialis, ad hoc vt liberè de ea Ordinarius prouidere poſſit; licet enim prouiſiones Apoſtolicæ non mutent ſtatum præcedentem Beneficij, Achil. *decis. 13. de iurepatr. in princ.* Caputaq. *decis. 189 in princ parte 3.* Seraph. *decis. 799. numer. 3. & decis. 1367. num. 4.* Noguerol. *alleg. iuris, tom. 1 al-*
42 *leg 28. num. 36.* Nihilominus quando non conſtat de contrario anteriori ſtatu (prout in caſu noſtro) prouiſiones Apoſt. bene probant qualitatem & ſtatum Beneficij, ita Rot. *decis 482. num. 2. parte 1. recentior.* dum dicit principalem concluſionem, quòd ſcilicet prouiſiones Apoſt. non mutant ſtatum Beneficij, procedere, & locum habere quando conſtat de ſtatu contrario antecedenti, aliàs ſecus; eadem Rot. *decis 580. num. 7 d parte 2. recentior.* ſimiliter illam veram dicit vbi conſtiterit de contrario anteriori ſtatu, de quo non conſtat in præſenti caſu; vt ex teſtium depoſitionibus euidentiſſimè apparet.

43 Dicerentur autem effectuatæ deputationes Vicarij amouibilis, ſi per remotionem vnius alter fuiſſet deputatus, *ad conſil.* Oldradi 229. *num. 2.* Rota *decis. 545. num. 2. parte 1. diuerſ. & decis. 360. num. 6. & decis. 541. num. 2. parte 2. recentior* & apud Poſt. *in fine ſui tract. mandati de manutenen. decis. 222. num. 3.*

44 Quibos accedit quòd de anno 1615. dum per obitum Bartholomæi Aluarez de Grado ſenioris ea Parochialis vacare contingeret, eam Ordinarius tanquam vacantem in concurſu propoſuit, ac præfixo edicto ad valuas Cathedralis, & vacantis Eccleſiæ, ac in aliis publicis locis conuocauit omnes, qui ſe examini ſubiicere voluiſſent, quo tempore, nullo contradicente, aut reclamante, & litteris Apoſt. in fauorem dicti Bartholomæi iunioris, in Romana Curia expeditis, & in partibus coram Ordinario executore Apoſt. præſentatis, ad vlteriora progreſſum non fuit, ſed earum litterarum vigore idem Bartholomæus iunior collationem, & Canonicam inſtitutionem ab eodem Ordinario obtinuit; vt ex dictis originaliter affixis, & oppoſitorum concurrentium petitionibus, aliiſque ſcripturis hac de re per Ordinarium confectis, & à Promotore Fiſcali in proceſſu reproductis liquido conſtat.

45 Præterea vacante Eccleſia S. Mariæ, ſiue S. Petri de Villamaior de anno 1597. in qua aliud ſimilo Monialium Monaſterium ſitum, & in Conuentum S. Pelagij Oueten. ciuitatis eodem tempore, & eadem de cauſa, tranſlatum fuit, vnà cum omnibus bonis, redditibus, & prouentibus, ac præcedente vnione Vicariæ ad nutum Abbatiſſæ dicti Monaſterij S. Pelagij nominandæ, ſeu præſentandæ, iuxta formam, & tenorem dictarum Conſtitutionum, & inſtrumenti vnionis à dicto Abbate de Piaſca factæ, Ordinarius præuiis edictalibus, & concurſu Dominicum Perez inter alios tanquam magis idoneum approbauit, & Romam pro Apoſt. collatione obtinenda, quia vacatio in menſe Apoſt. contigerat, approbationem huiuſmodi tranſmitti mandauit, vt pariter ex edictalibus litteris, ac aliorum ad eandem oppoſitionem concurrentium deſcriptionibus in proceſſu deductis, & cumulatis latius patet, & præcipuè ex fide examinis, & approbationis, in qua Parochialis huiuſmodi beneficium ordinariæ collationis enunciatur; vnde obtenta gratia, & in poſſeſſionem dictæ Parochialis iam à pluribus annis immiſſus Dominicus præfatus, & teſtis 13. nunc à Promotore Fiſcali in hac cauſa præſentatus medio iuramento depoſuit ſe ad illam nemine contradicente approbatum, & abſque vllo dictarum Monialium aſſenſu, ſeu præſentatione de ea Canonicè prouiſum fuiſſe.

Quæ omnia multum fauent, & adminiculantur 46
ad probandum præcedentem ſtatum beneficij; ſi enim ex Monialium nominatione, ſeu præſentatione, ab Ordinario conferenda eſſet Parochialis, de qua agitur, concurſus excluderetur, & ſine illo prouiſio fieri deberet, vt firmauit Rot. *in Barchinonen. Vicaria 17. Maij 1624. coram R. P. D. Merlino*, ibi: *Quoniam in hac vnione fuit apertè diſpoſitum, quòd Vicarius præſentari deberet ab Archidiacono, & inſtitui ab Ordinario, quòd manifeſtè concurſum excludit*, &c. refero *de officio, & poteſt. Episc. parte 3. alleg. 60. num. 32. propè fin.* & *in Dertuſen. Vicaria 22. Aprilis 1624. coram eodem R. P. D. Merlino*, impreſſa per Poſt. *in fine d. ſui tract. mandati de manutenendo decis. 186. pt. 1.*

Cùm igitur præuiis his concurſibus Parochia- 47
lis Eccleſiæ huiuſmodi (vt ex edictalibus prædictis, ac aliis litteris Epiſcopi apparet, quibus creditur in his, quæ ſpectant ad ſuum officium, Rot. *decis. 1. num. 1. de probat. in nouis*, Lambert. *de iure patron. 2. parte quæſt. 10. princ. art. 7. num 9* Valenzuel. *conſil. 102. num. 80.*) nemine contradicente bis ad valuas Eccleſiæ Cathedralis, & Parochialis, ac aliis locis publicis proponerentur, ſignum eſt euidens per aſſertam vnionem antedictam nihil de præcedenti ſtatu fuiſſe immutatum, & Monialium prætenſionem nullo iure, aut poſſeſſione fulciri.

Ex quibus ſententiam Ordinarij confirmandam eſſe cenſui; & ita iudicaui Matriti die 18. Septembris 1641.

In eadem cauſa Oueten. Parochialis de Naua.

Sententia nulla ſi fuit iuſta & æqua, per ſecundam Iudicis appellationis confirmari debet, etiam parte opponente de nullitate, ſi vitium primæ non flueret in ſecundam.

VOTVM LI.

1 *Nullum quod eſt non poteſt confirmari.*
2 *Confirmatio ſuſtinet actum tanquam à confirmante.*
3 *Attentare non dicitur ille, qui facit actum continuatiuum.*
4 *Iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam.*
5 *Sententia ex quacumque cauſa etiam de-*

fectu iurisdictionis nulla potest confirmari per Iudicem appellationis.

6 *Iudex ad quem potest confirmare sententiã Iudicis à quo ex quauis causa nullam, etiam ex defectu iurisdictionis.*

7 *Sententiam nullam posse confirmari per secundam validam parte opponente qui tenéant.*

8 *Et qui dicant id intelligi de secunda quæ transiuit in rem iudicatam.*

9 *Sententia secunda non confirmat primam quando vtraque laborat eodem morbo.*

10 *Sententia non habentis iurisdictionem si fuerit confirmata per habentem iurisdictionem, amplius non potest opponi defectus iurisdictionis.*

11 *Sententia secunda valida confirmat primam nullam quando vitium primæ non influit in secundam.*

12 *Sententia nulla si fuit iusta & æqua absque dubio per secundam validam confirmari potest.*

13 *Iudex appellationis potest confirmare sententiam nullam etiam ex defectu iurisdictionis quando de nouo, iustitia exigente, sic danda esset.*

14 *Sententia nulla est confirmanda per Iudicem appellationis constando de bono iure partis, saltem si illa patiatur aliquas nullitates sanabiles.*

15 *Executio nulliter facta non est annullanda si condemnatus vere est debitor.*

16 *Sententia & processus licet post legitimam recusationem sint nulli, si tamen sententia fuerit iusta, poterit confirmari.*

17 *Tenuta, quæ fuit nulliter data, potest confirmari quando constat quod si non esset data, de nouo esset danda.*

18 *Sententia nulla, quæ quoad causæ merita in se iustitiam contineret, à Iudice appellationis confirmari potest.*

19 *Iudex nullitatis tenetur confirmare sententiam nulliter datam, quando sibi constat quod de nouo iure suadente, ac iustitia postulante danda esset.*

20 *Nullitas quando esset dubia, ex quo negotium esset intricatum poterit Iudex cognita iustitia sententiæ eam confirmare, non obstante oppositione nullitatis.*

21 *Attentata reuocanda non sunt ad eius instantiam de cuius non iure constat.*

22 *Attentata vt reuocentur in beneficialibus, opus est quod attentatus coloret titulum.*

23 *Confirmatio Iudicis de actu attentato est valida.*

24 *Sententia nulla ob omissionem iuramenti calumniæ potest confirmari vbi constat de bono iure etiam parte opponente.*

25 *Sententia quando fuit ex meritis causæ, & processus iuste lata, non est curandum de nullitate etiam ex defectu iurisdictionis.*

26 *Protestatio in iudicialibus in omnibus actibus subsequutis repeti debet.*

27 *Nullitatis oppositio in quolibet actu repeti potest.*

28 *Nullitatis protestatione cautillosa supplicatio sustineri non potest.*

29 *Sententiam nullam in toto, vel in parte sine dubio confirmare poterit Iudex si adsint ordinationes, quæ mandent non attendi nullitatis processus.*

30 *Pro sententia iura præsumunt.*

31 *Nullitas in dubio non obstat.*

32 *Iudex re existente dubia contra nullitatem, & vt actus sustineatur, & magis valeat quam pereat, iudicare debebit.*

33 *Actus præsumi debet validus.*

34 *Etiamsi quandoque disponatur præter intentionem agentium.*

35 *Vel quamuis verba improprientur.*

36 *Actus vt valeat quod posterius est in ordine præsumitur prius.*



ONNVLLA, quæ præcedenti voto contrariari videntur, ex aduerso opponuntur per Procuratorem Abbatissæ, & Monialium S. Pelagij Oueten. quæ cùm respiciant non ipsius causæ merita, & iustitiam, sed quandam chimericam in facto alterationem, nec mutationem aliquam substantialem, aut plus iuris in causa victo importent, ideò visum fuit Procuratoris Monialium querelis breuiter occurrere; opponit enim primam sententiam Ordinarij, quam confirmauit secunda, vti attentatam nullam esse, ac proinde secundam eam confirmantem eidem nullitati subiacere; additque præcessisse decretum quoddam Ordinarij, quo pronuntiauerat Parochialem, de qua agebatur, vti liberam per concursum, & non ad nominationem dictæ Abbatissæ prouidendam esse; a quo decreto cùm per ipsam Abbatissam appellatum fuisset. & omnia gesta ea appellatione pendente iam essent attentatorum remedio reuocata, sequebatur, ait ille, quòd dicta sententia eo medio tempore ab Ordinario Iudice prolata inclusa est sub reuocatione attentatorum, & nullatenus potuit confirmari, quia quod nullum est, non potest confirmari, *cap. non firmatur*, vbi Dyn. *de regul Iuris, l. quod initio ff eod.* Grammat. *dec. 66. num. 52.* & in sententia secunda confirmatoria primæ nullæ agnoscunt Paris. *consil. 106. num. 6 lib. 4.* Rip. *consil. 9. numer. 6. & consil. 53. num. 7.* Surd. *decis. 289. numer. 10* Rot *apud Marches. de commiss. tom 3. pag 48 n. 5.* 1

Sed hæc ratio ex duobus nihil euincit; primò, quia prior illa sententia, quæ prætenditur appellatione pendente prolata, nihil aliud habet, quàm quòd dicto decreto fuerat decisum, nec inti Ordinario magis tribuit, aut Monialibus plus dettabit, quàm quod per dictum decretum vni concessum, & alteri detractum fuerat: patet, quia in dicto decreto Ordinarius concursui supposuerat Parochialem 2

lem,de qua agitur, & reiecerat Abbatissæ, & Monialium nominationem de Vicario amouibili factam; sententia autem hoc idem impottat, & quatenus declarat Franciscum Gutierrez Perez ad obtinendam à Sede Apostolica eandem Patochialem in mense reseruato vacantem, vti magis idoneum apptobatum, in consideratione habendum non est; quia idem Franciscus Gutierrez cuicunque iuri ex oppositione huiusmodi sibi quomodolibet competenti ante sententiam iam cesserat, vt in actis constat, & aliam Parochialem pacificè obtinuerat, vnde secunda hæc pars prioris sententiæ, quæ videbatur continere acta post appellationem interpositam,non subsistit,dicto Francisco Gutierrez iam non existente oppositore, nec aliqnod ius prætendente; ac propterea nihil aliud dicta prima sententia continebat, quàm illud, quod in dicto decreto pronuntiatum fuerat, & sic secunda sententia hoc ipsum tantum confirmat,ac ptoinde valida debet censeri confirmatio, ad not. per Rot. *decis.605.num.4 parte 3. lib.3. diuers.* cùm illa sustineat actum tanquam à confirmante,Surd. *consil.63. numer.*27. eo maximè, quia Iudex à quo solùm id, quod dixerat in dicto decreto, voluit repetere in sua sententia, continuandn eandem materiam,ideò in hac parte, & in illis actibus, quæ fiunt per modum continuationis, & multò magis per viam repetitionis, non potuerunt causari attentata, iuxta ea, quæ resoluunt Lancel. *de attent.parte 2.cap.*12.
3 *limit.16.à princ.*Surd.*consil.*160.*num.*40. Sigismund. Scacc.*de appellat.quæst.3 num.*70.vbi quòd attentare non dicitur ille,qui facit actum contlnnatiuum; & ideò si pars appellatione pendente potest continuare suam possessionem, & exercere iurisdictionem,quā priùs habebat, multò magis poterit tam ille, qnàm Iudex repetere actum, & quæcunque ante appellationem tempore habili gesta; quia non innouatur contra statum litis, sed idem qui antea, retinetur.

4 Secundò, quia licet hæc prima ratio non subsisteret, adhuc in puncto Iuris, & secnndum magis communem npinionem verius est posse Iudicem appellationis confirmare sententiam nullam. Ita Rot.*decis.7.de sentent. & re iudic.in antiq.* ibi: *Nota qnòd vbi sententia nulla per secundam sententeam est confirmata, non potest allegari nulla, not. Innoc.in c.*1. *de confirmat. vtili, vel inutili*,&c. Achil.de Grass. *decis.4.de sentent. & re indic.* ibi: *Sententia confirmans primam etiam nullam ex capite iurisdictionis, nihilo-*
5 *minus est valida, & transit in rem indicatam*,&c. Paris *consil.*111.*lib.*5. vbi latè quòd sententia ex quacumque causa etiam defectu iurisdictionis nulla, potest confirmari per Iudicem appellationis, Crauet.*consil.*179.*num.*7.Roland.*consil.* 41.*num.*34.*lib.*1. Marsil *sing* 401.*Sententia si fuit*, Viu. *decis.*53.*num.*1. *cum seqq.*Vant.*de nudit. tit. quibus modis sentent.nulla def.pos num.*119. vbi tenet communem sententiam Doctorum habere quòd sententia nulla quoad merita causæ à Iudice nnllitatis confirmari potest, etiam quòd ex defectu inrisdictionis nullitas prætenderetur, Marc.Anton.Genuens. *in practica Ar-*
6 *chiep. Neapol. cap.*56. *num* 11. ibi: *Sextò notandnm est in praxi quòd Iudex ad quem potest confirmare sententiam Iadicis à quo ex quauis causa nullam, etiam ex defectu iurisdictionis*, &c.Triuis.*lib.1.causar ciuil. dec.*52. Cancer. *variar. resolut. lib.3. cap.*17. *de sentent. num.*517 Marta *in votis nouiss.decis. voto* 149 *n.*1.vbi quòd sententia nulla pntest confirmari per Iudicem appellationis.

7 Et quamuis hanc resolutionem aliqui intelligant procedere parte non opponente de nullitate, secundùm Hieronym.Gabr. *consil* 49. *numer.4.lib.*1. Crescent. *decis.* 48. *aliàs* 15. *de sentent. & re indic.* Seraphin. *decis.*1261.*num.*3. Rot. *apud Marches. de commission,tom.2 pag.*595.*col.*1. *& tom.3.pag.48.n.*5. *& eodem tom.3.pag.*393. *num.*1. *& inter recentior. decis.*572.*num.*1.*parte 2. & decis.37.parte* 4. Et quan- 8
do secunda sententia confirmans primam iam ttansierat in iudicatum, ex Crescent. *d. decis.* 48. Cæs.de Grass. *decis.9. num.*13 *de sentent. & re iudic.* Rot *decis.474.n.*11. *& decis.*172.*sub num.*2. *vers. Et quando non fuit oppositum, p.2.recent.*

Nihilominns verior est prima sententia in duo- 9
bus casibus. Primus est vbi nullitas primæ sententiæ non influit in secundam; nam eo solum casu secunda sententia non confirmat primam nullam, quando vtraque laborat eodem morbo, & nullitas ptimæ influit in secundam, Rot. apud Marches. *de commiss.tom.2.pag.*80.*num.*7. *& tom.3.pag.*20 *num.*3. Prout quando sententia esser nulla defectu mandati,quod etiam in secunda non interuenit, vel defectu iurisdictionis, quæ non adest in secunda; in nostro antem casu secus est, quia nec iurisdictio, nec alia nullitas considerata in alia sententia reperitur in hac instantia,vel in Iudice ad quem; vnde bene Anton.Gabr. *commun tom.3.tit.de statutis, con-* 10
*clus.3.num.*25.tennit qnòd si sententia non habentis iurisdictionem fuerit confirmata per habentem iurisdictionem, amplius non potest opponi defectus iurisdictionis; & dicit Rot. apud Marches. *de* 11
*commiss.tom 2.pag.*595.*col.*2. *numer* 2. quòd quando vitium primæ non influit in secundam, tunc satis est, quòd prima fuerit per secundam validam confirmata, cum secunda valida claudat viam nullitatis contra primam.

Secundus est quando constat sententiam nul- 12
lam,fuisse iustam, & æquam, quia tunc nulli dubinm esse potest, quòd per secundam validam cōfirmari valeat. Ita eleganter Alex.*consil.*181.*num.*15. *lib.* 6. ibi: *Tertiò respondeo, & claudo os omnibus, quòd præsupposito quòd dicta sententia fuisset nulla dicta ratione, tamen si vobis Iudici constat illam fuisse aqnam, debetis illam confirmare*,&c. Hieron.Magon. 13
*Lucens.decis.*92.*num.*33. vbi tenet Iudicem appellationis posse confirmare sententiam nullam, etiam ex defectu iurisdictionis, quando de nouo iustitia exigente sic danda esset, Michaël Ferret.*parte 3.obseruat. cap* 432. *fol.* 125. vbi dicit ita iudicatum in Regia Audientia Barchinonæ, Franc. Hieron. Leo *in resp.cap.*8. *num.*237.*post decis.* 173. vbi quòd sen- 14
tentia nulla est confirmanda per Iudicem appellationis constando de bono iure partis, saltem vbi illa patitur aliquas nullitates sanabiles, & non essent contra formam,*& decis.*189 *per tot.*vbi latè probat sententiam notoriè iustam, quamnis nullam posse confirmari,& in fine refert fuisse ita iudicatum in Regia Audientia Valentina, Cancer. *d. cap* 17.*num* 561. *& num.*563. testatur hanc sententiam placuisse senatui, hac tatinne quod non intersit petentis reuocatinnem sententiæ, aut facti, cum si facta non fuissent, de nouo fieri deberent: quod pulchre animaduertit Anton.Fab *in suo Cod. lib.3.tit.*12.*de iurisd. omn. Iud. definit.* 24. vbi sentit quod etsi lata sit sententia contra pupillum nulliter, appareat tamen esse iustam & aliam non posse ferri, non esse andiendum si petat tetractationem, cum eius intersit ne amplius sumptibus vexetur, & nullam posse cnnfirmari, Valasc. *de iure emphyt. quæst.6.num.*14.*& de partitionib.cap.*39.*num.*72. *cum seqq* Gabr. Pereira *Lusitan. decis.* 22. *numer.3.in fin.*

Gama Lusit. decis.237.num.3.vbi per l.fin.§.fin. ff. de
15 eo quòd metus causa, dicit non esse annullandam
executionem factam,quantumuis nulliter, si con-
demnatus vere est debitor, & quòd habens pro se
sententiam de iure nullam, si aliàs iusta est, potest
confirmari, & decis. 324. latè probat exceptiones
nullitatis processus, vel sententiæ non esse admit-
tendas,nisi de meritis causæ aliquid iuridicum pro-
ponatur; & de sententia nulla ex defectu citatio-
nis, quòd non sit reuocanda, nisi aliquid adduca-
tur, quòd esset oppositurus citandus, dicit Surd.
16 consil.227.num.17.Rot decis 605.num.1.lib.3 parte 3.
diuersor. ibi: Tria obiiciebant Domino Torquato, pri-
mò, quòd ex his codicillis non potest confirmari senten-
tia aliàs lata ab A C. quæ prætendebatur nulla. Verùm
Domini hoc nihil faciebant, quoniam sententia nulla, si
tamen iusta, solet confirmari, &c. Eadem Rota decis.
116. in fin. parte 3. lib. 1. diuersor. ibi: Sed per istos
DD. alias Domini, & hodie dixerunt sententiam, ex
quo erat iusta, posse confirmari, etiam quòd esset nul-
la, & propterea eius nullitas non esset consideranda,
&c.Idem dicit decis.142.num.3. parte 3. lib.1. etiam
17 diuers. Lancel. de attent. parte 2 cap.6 num. 65. vbi
quòd quamuis processus, & sententia post legiti-
mam recusationem sint nulla, si tamen sententia
fuerit iusta, poterit confirmari, & parte 3. cap.29.
num.67. vbi quòd tenuta, quæ fuit nulliter data,
potest confirmari quando constat quòd si non esset
data, de nouo esset danda, & non venit hoc casu
reuocanda,bene Berui consil.33.num.4. volum.1. vbi
consuluit quòd sententia Iudicis ad quem confir-
mans sententiam nullam, valet, nec dicitur nulla,
& operatur quòd de nullitate amplius dici non
possit,& consil.19. num.34 volum.3. dicit quòd sen-
tentia nulla ex defectu citationis potest per Iudi-
cem appellationis confirmari, Menoch. consil.361.
num.35. vbi idem dicit quando constat sententiam
nullam veritate,& æquitate niti,Vant. d.tit.quomo-
18 do sentent.nulla def.poss. num. 129. ibi: Nam præsup-
posito,quod sententia prima foret nulla, puta absque ci-
tatione, vel in die feriato, seu extra instantiam, vel ex
aliquo alio defectu sententiam ipsam concernente lata;
si tamen constaret eandem quoad causæ merita in se iu-
stitiam continere, a Iudice appellationis, seu nullitatis
in parte, vel in toto quoad merita, & negotium princi-
pale confirmari, vel reformari posset, arg. l fin.§ fin. ff
quod metus causa, &c. Fontanel.de pact. nupt. claus.4.
19 glos.18 parte 4. num. 109. ibi: Dicebam præterea fa-
cere quod Iudex nullitatis teneatur confirmare senten-
tiam nulliter datam, quando sibi constat quòd de nouo,
iure suadente, ac iustitia postulante, ea danda, conce-
dendaque foret, prout pulchre Viui. decis.495. numero
9. &c.
20 Hanc resolutionem agnoscunt decisiones, quæ
tenent sententiam nullam etiam ex defectu iuris-
dictionis posse confirmari, parte non opponente,
quando secunda sententia confirmans transitum
fecit in iudicatum, quas magistraliter declarat
Rot.474.parte 2.recentior.dum ibi num.11. id limi-
tat quando nullitas esset dubia, ex quo negotium
esset intricatum,quia tunc, vt referendo hanc deci-
21 sionem ait Beltramin ad Gregor.XV.decis.176.n.16.
in medio, poterit Iudex cognita iustitia sententiæ
eam confirmare, non obstante oppositione nulli-
tatis. De bono autem iure Promotoris Fiscalis, &
de iustitia istius partis, satis, & notoriè constat ex
resolutis in præcedente voto; vnde patet quàm
malum ius foueat aduersa pars, ad cuius instan-
tiam attentata,iam purgata debent ad fauorem al-
terius melius ius habentis cognosci, sequuntur
enim partem bonum ius habentem, ita vt nec re-
uocentur ad eius instantiam, de cuius non iure
constat,Rot.decis.14.de appell.in nouis, Cassad.dec.3.
num.4.de restitut spoliat & alij, quos refert,& sequi-
tur Valenz consil.45 num.18 tom.1. maximè cùm si-
mus in beneficialibus,in quibus vt attentata reuo-
centur, opus est quòd attentatus coloret titulum,
Couar pract.c.25 num 4. Valasc.consil.156. num.19.
Valenz d.consil.45 num.21. & tantò magis, quia at- 22
tentata ista sunt valdè dubia, vnde de illis agi non
debet, sed de bono iure prius discutiendum, quo
constito non veniren reuocanda, idem Valenz. d. 23
consil 45.n.31.
Et in puncto quòd confirmatio Iudicis de acto 24
attentato sit valida,resoluit Lancellot.parte 2.c.12.
limit.5 2.num 68.quod tantò facilius procedit, quia
nullitas actus proueniens attentatorum vigore non
causatur ex aliquo defectu defensionis naturalis,&
per partes irremissibili, sed ex defectu solùm iu-
risdictionis, vtpote quia, pendente appellatione,
Iudici à quo vlterius procedere non permittitur,
qui quidem iurisdictionis defectus non influit in
Iudicem ad quem, ita vt sua vti iurisdictione simi-
liter impeditus remanserit, cùm aliunde ea proue-
nisset, & ideò diuerso iure censeri debet, arg. text.
in cap cum in tua 30. de d cim. cap. quia circa 22. de
priuil. Anton.Monoch Florent decis.28.n.12.
Non obstat, quòd aliquando Rota vltra iusti- 25
tiam causæ exegerit quòd pars non opposuerit de
nullitate, quia id tantùm procedit vbi plenè non
apparet de bono iure, sic intelligenda est decis. 20.
num. 1 parte 2. in posthumis Farin.dum censuit sen-
tentiam nullam ob omissionem iuramenti calum-
niæ posse confirmari, vbi de iustitia illius constat
parte non opponente; ne aliàs contrarietur alteri
eiusdem Rotæ decis.456. num 3. vers. Tertiò, eadem
parte 2 in posthumis Farin. quæ indistinctè firmauit
partis oppositionem ad hunc effectum & in euen-
tu omissionis iuramenti calumniæ, nihil releuare
vbi satis constat de bono iure; sententia enim 26
quando fuit ex meritis causæ, & processus iustè
lata, non est curandum de nullitate etiam ex de-
fectu iurisdictionis. Iacob Mandel. consil.92.vol.1.
Viu decis.431.Ioan Baptist. Costa de facti scientia,&
ignor.cent.1.dist. 00.n.78 Camil.Borrel.in sum. dec.
p. tit.41.n.90.
Secundò respondetur, quòd licet dicamus pro- 27
testationem huiusmodi adesse debere ad effectum,
vt prior sententia nulla non posset confirmari per
secundam, etiam constito de illius iustitia; adhuc
non esset reputanda sufficiens asserta protestatio,
quia de ea non apparet,& quatenus appareret, ni-
hil releuaret, cùm in omnibus actibus subsequen-
tibus non fuerit repetita, prout in iudicialibus re-
quiritur,Mohed. decis.2.de iudic.Caputaq dec.403.
parte 2.Seraph.decis.1057.num.2 & in his terminis
Rot d.decis.456 num.1.vers. Secundò. Est autem ne- 28
cesse, quòd in quolibet actu repetatur ista opposi-
tio nullitatis,Beltram.in annot.ad Gregor XV decis. 29
176 num.16. in fin. vbi ad hoc citat Rot. in Pacons-
tana Affictus 8.Iunij 1583. tum quia nullitatis pro-
testatione cauillosa supplicatio sustineri non po-
test, Innoc. in cap post electionem in fin de concess.
prab. Intrigl. lib. 2. sing.83. num.2. Giurb. decis. 37.
num.22.
Tertiò respondetur, quòd in his Regnis per l. 30
10.tit.17. lib 4. Recop. veritas in processu attenden-
da est,nec propter substantialium omissionem pro-
cessus,aut sententia annullatur, & tunc quando ad-
est hæc, vel alia similis dispositio, si constiterit Iu-
dici

dici appellationis de bono iure in negotio principali, poterit absque vllo dubio confirmare in toto, vel in parte sententiam nullam, vt resoluit Gail *in pract. obseruat. lib.*1. *obseruat.* 84. *sub num* 3 *&* 4. vbi testatur sic seruari in Camera Imperiali propter ordinationes, quæ mandant non attendi nullitates processus, si aliàs ex actis plenè Iudici constet de meritis causæ.

31 Quartò respondetur, quòd licet dubium aliquod pateretur communis illa opinio, de qua suprà *num.* 12. *cum seqq.* aut difficultatem vllam haberet, adhuc hoc dubio, & difficultate stante semper pro sententia secunda confirmans primam esset præsumendum. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.*
32 67. *num.* 26. Rot. *decis.* 576. *num.* 7. *& decis.* 577. *num.* 1. *&* 7. *parte* 2. *in posthum. Farin.* tum quia in dubio nullitatem non obstare dicit text. *in l. quoties, ff. de rebus dub. & in l. si quando, ff. de legat.* 1. cum aliis citatis per Vant. *de nullit. tit. quibus modis sent. null. num.* 127. vbi quòd re existente dubia contra nulli-
33 tatem, & vt actus sustineatur, & magis valeat, quam pereat, Iudex iudicare debebit; tum etiam, quia ea semper admittenda interpretatio est, quæ actum non subuertat, cum actus præsumi debeat
34 validus, Roland. *consil.* 61. *num.* 23. *& seq. vers. Quintò considerandum, lib.* 3. Roman. *consil* 180. *Si admittimus, numer.* 4. *cum seqq.* cum aliis per me citatis
35 *Axiom.* 12. *num.* 17. etiam si aliquid quandoque disponatur præter intentionem agentium, *cap.* 1. *§. idem quoque in fin. de desponsat. imp. in* 6. Feder. de Senis *consil.* 15. *num.* 4. *vers. Item contra*: vel quam-
36 uis verba improprientur, Fulgos. *consil.* 87. *Visis superius allegatis, col.* 2. *vers. ex illa quoque*. Abb. *cons.* 62. *In controuersia, col.* 3. *num.* 7. *vers. Tertiò principaliter,*
37 *lib.* 2. Card. Tusch *pract. conclus. tom* 1. *lit. A, conclus.* 136. *num.* 32. *& seqq.* Ideò quod posterius est in ordine, præsumitur prius, vt actus valeat, ex Bald. *in l. cum in testamento. §. hæc verba, ff. de hered. instit.* Magon. *Lucensi decis.* 31. *n.* 3. & alij penès Giurb. *d. decis.* 36. *num.* 15.

Salamantina electionis.

Manutentio datur, etiam vbi possessio manifestè est contra ius, si ea sit longæua, vel alicuius temporis considerabilis, veluti decennalis. Iuris resistentia ad impediendam manutentionem debet esse manifesta, vehemens, & ineuitabilis. De obseruantia interpretatiua multa traduntur.

VOTVM LII.

1 *Possidenti de tempore litis motæ debetur manutentio.*

2 *Possessio antecessorum successoribus suffragatur ad effectum manutentionis.*

3 *Manutentio datur nullo titulo etiam colorato ostenso.*

4 *Possessio optimè probatur per confessionem partis.*

5 *Electiones coarctari non possunt ad duas vel tres personas.*

6 *Possessio vbi manifestè est contra ius, seu illi ius manifestè resistat, non datur manutentio nisi concurrat aliquis legitimus titulus.*

7 *Manutentio non datur ex sola possessione sine titulo, vbi ius resistit.*

8 *Possessio acquisita iure resistente dicitur iniqua occupatio, quæ occupatori nihil prodest.*

9 *Confirmatio statuti ex obseruantia longi temporis præsumitur etiam non data scientia Papæ.*

10 *Statuta descripta in libro statutorum præsumuntur vsu recepta.*

11 *Confirmatio Cardinalis Poggij refertur.*

13 *Statutum à Sede Apost. confirmatum dicitur Constitutio Papalis.*

14 *Constitutiones Regularium sunt in causis Religiosorum attendendæ, non autem generales Iuris communis dispositiones.*

15 *Constitutio Clementis VIII. refertur.*

16 *Monachorum appellatione veniunt Moniales quoad ea, quæ sunt proportionabilia.*

17 *Moniales Ordinis Cisterciensis subduntur legibus & statutis Monachorum Cisterciensium.*

18 *Constitutiones singulorum Ordinum seruari mandat Concil. Trid.*

19 *Possessio antiqua resistentiam releuat.*

20 *Possessio longæua, veluti decennalis sufficit ad effectum manutentionis etiam quando ius resistit.*

21 *Possessio diuturna, & quæ est alicuius temporis considerabilis, etiamsi sit contra ius, est manutenibilis.*

22 *Titulus coloratus oritur ex longæua, & decennali possessione, qui sufficit ad obtinendum mandatum de manutendo, etiãsi Ius constat.*

23 *Velle enim quis non creditur quod iure facere non potest.*

24 *Ius commune Monachorum sunt eorum Constitutiones Apost. auctoritate confirmata.*

25 *Statutum posterius intelligi debet secundum tenorem primi, & ab eo recipit interpretationem, ne aliàs iudicatur contrarietas.*

26 *Constitutio potius declaranda est ab alia simili Constitutione quàm à Iure communi.*

27 *Constitutiones contrariæ ad concordiam reduci debent, vt tollatur omnis contrarietas.*

Interpretatio

28 *Interpretatio illa sumenda est in omni materia per quam non inducatur contrarietas.*

29 *Constitutionis vna pars aliam declarat.*

30 *Derogatio est stricti iuris.*

31 *Derogatum tantum, & non plus est quantum dictum.*

32 *Conditio quæ de iure impleri non potest reijcitur.*

33 *Conditio impossibilis, seu difficilis de iure habetur pro non apposita.*

34 *Impossibile reputatur quod pendet à voluntate Principis.*

35 *Lite pendente super validitate, vel inualiditate alicuius statuti, seu Constitutionis, non debet quis commodo sua possessionis priuari.*

36 *Statutum lite pendente super eius validitate, vel inualiditate nullas habet vires ad effectum impediendi mandatum de manutenendo, donec dictum statutum reuocetur, vel eius validitas declaretur.*

37 *Parochus qui habet iuris assistentiam super decimis si moueat litem contra Regulares illas prætendentes, quibus ius resistit, lite pendente non retardatur manutentio possidenti, siue sit Parochus, siue Regularis.*

38 *Titulus præsumptus ad manutentionem sufficiens est etiamsi ius resistat.*

39 *Iuris resistentia ad impediendam manutentionem debet esse manifesta, vehemens, & ineuitabilis.*

40 *Conditio fundationis alicuius Capellaniæ potest præscribi.*

41 *Onera, & conditiones appositæ in aliquo beneficio à fundatore possunt temporis diuturnitate, vel præscriptione tolli.*

42 *Consuetudo legitima potest efficere, vt electio fiat aliter quam Ius commune disponit.*

43 *Obseruantia longæua subsequuta potest declarare quem in statuto comprehendi, vel non comprehendi.*

44 *Obseruantia subsequuta est optima interpres cuiuscunque dispositionis.*

45 *Obseruantia quæ subsequitur multum prodest ad declarationem cuiuscunque dispositionis.*

46 *Obseruantia subsequuta declarat maioratus institutionem.*

47 *Obseruantia subsequuta interpretatur statuta dubia.*

48 *Obseruantia subsequuta habet vim testium deponentium super veritate facti.*

49 *Obseruantia interpretatiua fauorabilior est quam dispositiua, & sequi debet etiam impropriando verba.*

50 *Obseruantia interpretatiua vt inducatur sufficiunt decem anni.*

51 *Statuti, constitutionis, vel legis ad validitatem requiritur, vt vsu recepta sit.*

52 *Legi semper adest tacita conditio, si vsu recipiatur.*

53 *Legem seu statutum vsu non receptū obseruans minime dicitur eius transgressor.*

54 *Differentia inter leges, & statuta.*

55 *Statutum si nunquam fuit obseruatum ad eius derogationem sufficit illius non vsus.*



.P. Generalis Ordinis Cisterciẽsis 1
Hispaniarum est manutendus in
possessione in qua reperitur ad nominandum duos vel tres Moniales
pro quolibet Monasterio, ex quibus eligi debeat Abbatissa iuxta formam Constitutionis, nam cum de tempore litis motæ possideret, manutendus est, ad *§. retinenda, Instit. de interd.*
Seraphin. *decis.* 16 *num.* 1. Noguerol. *alleg* 18 *n.* 64.
Rota apud Posti. *post tract. mandati de manutendo*
decis. 20. *num.* 1. etiamsi non per se, sed per eius an- 2
tecessores in officio, quia possessio antecessorum
successoribus suffragatur ad hunc effectum, vtpote
acquisita dignitati, & officio, Rota *decis.* 590. *num.* 2.
vers. quod autem parte 1. *diuers.* & *decis* 613. *numer.* 2.
parte 2. *recentior.* & apud Posti. *decis* 166. *num.* 1. &
decis 194. *num* 13. & *coram Coccino decis.* 86. *num.* 1.
absque eo quòd requiratur aliquis titulus etiam
coloratus, Cassad. *decis.* 4. *numer.* 8. *de restitut. spoliat.* 3
& Rota apud Posti. *decis.* 70. *num.* 1. & *decis.* 113.
n. 9. & 16.

De possessione autem satis constat ex confes- 4
sione partis, quæ tollit omnem difficultatem, quasi
superans omne genus probationis, ad text *in l. cum*
precum C. de liberali causa, Rota apud Posti. *decis.* 43.
num. 1. & 2. & *decis* 121. *num.* 15 & *decis* 240. *num.* 1.
& *decis.* 206 *n.* 1. vbi quòd si pars aduersarium pos-
sessorem appellet, probat possessionem.

Verùm opponebatur ex aduerso possessionem 5
allegatam non sufficere ad manutentionem in hoc
casu obtinendam, ob resistentiam Iuris communis,
de quo *in cap. cùm terra, de elect.* dum electiones
nullas esse decidit, quæ fuerint ad tres, vel quatuor
personas coarctatæ, per quem text. ita resoluunt
Fr. Emman. *quæstion. Regul tom.* 1. *quæst* 52 *artic.* 11.
Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 23. *conclus* 3.
Tamburin. *de iure Abbatum tom* 1 *disput.* 5. *quæst* 22.
num 8. Castellin. *de elect cap.* 3. *numer.* 7. Iul. Lauor.
var. lucubrat. tom. 1. *tit.* 4 *cap.* 21. *à num.* 11. & 14 Si-
gism. à Bononia *de elect. dub.* 52. *numer.* 5. & est de
mente S. Congr. Concilij, quæ requisita *an stante*
libertate electionis liceat Prælato Superiori proponere
duos, vel tres, ex quibus necessariò vnus eligatur? re-
spondit non licere, vt testatur Castell. *d. tract cap.* 14.
num. 60. *in fin.* Et tanto magis certa & manifesta est
resistentia, quia præter illam Iuris dispositionem,
coadiuuat alia hominis in fundatione, quæ videtur
coarctationem huiusmodi reijcere, & electionem
liberam Monialibus relinquere. Vnde subsequitur 6
certa Iuris conclusio quod vbi ipsa possessio est
manifestè contra ius, seu illi ius manifeste resistit,
non datur manutentio, nisi concurrat aliquis legi-
timus titulus, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 45.
num. 17. & 18. & *quæst* 46. *num* 6. Seraph. *dec.* 947.
num. 9. & *decis.* 1463 *num.* 2. Gregor. XV. *decis.* 570.
num. 1.

num. 1. *& ibi adden sub num.* 10. plures per Posti. *in d. tract. mandati de manutenendo obseru* 44. *numer.* 14. & Rota apud ipsum *decis.* 187. *num.* 7. *&* 8. *& in recentiorib. decis.* 751. *num.* 4. *parte* 2. Vel saltem possessio aliquo titulo coloratur, vt dicit Rota *coram Gregor. XV. d. decis.* 37n. *num.* 1. Vbi enim ius resistit, manutentio non datur ex sola possessione sine
7 titulo, Couar. *pract. cap.* 17. *num.* 6. *vers. quarto*, Rota *decis.* 752. *num.* 4. *parte* 2. *recentior.* & apud Post. *d.*
8 *decis.* 187. *num.* 8. ita vt eo in his terminis deficiente, possessio dicatur iniqua occupatio, quæ nihil occupatori prodest, Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 870. *n.* 16. Post *d. obseru* 44. *n.* 10.

9 Sed his non obstantibus danda est manutentio, quia post dispositinnem d. cap. cum terra emanarunt Constinitiones huius Congregationis, & inter eius definitiones *cap.* 6. *num.* 22. præscribitur forma obseruanda in electinnibus Abbatum & Prælatorum quotumcunique Mnnasteriorum, vt scilicet PP. Generales, & Patres Definitores nominent, & nominare possint duos Monachos pro quolibet Monasterio, vt ex illis vnus à Conuentualibus in Abbatem eligatur, de cuius Definitionis confirmatione licet nullus adhuc dubitauerit, nihilominus cum habeamus antiquissimam in Ordine obseruantiam ea forma & modo procedendi ad Abbatum electionem, ea pro confirmatione sufficeret, quia confirmatio statuti ex obseruantia longi temporis præsumitur, etiam non data scienta Papæ, Seraph. *decis.* 497. *num.* 2. *& decis.* 536. *num.* 5. maximè cùm inueniatur impressa dicta Definitio *tom.* 3.
10 *Definitionum Ordinis*, ad hnc vt de illius iustificatione, & obseruantia amplius dubitati non possit, idem Seraph *decis* 1447 *n.* 1.

11 Accedit ad maiorem abundantiam specialis, & indiuidua eiusdem Definitionis confirmatio, & noua concessio à Cardinale Poggio in Hispaniarum Regis Legato à latere emanata, sub Dat. Matriti pridie Kalend. Maij 1553. his verbis. Item quod dicti octo Definitores nominent pro quolibet Monasterio Congregationis duos Religiosns eiusdem, ex quibus sit obligatus quilibet ex Conuentibus dictorum Monasteriorum eligere vnum in Abbatem, & Prælatum, & non aliquem alium, &c. Et demum ita concludit. *Nos igitur instrumenti, seu scripturarum buiusmodi tenores ac si de verbo ad verbū insererentur præsentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apost. Nobis desuper concessa, qua fungimur in hac parte, statuta, & ordinationes supradictas, &c. perpetuo approbamus, & confirmamus, supplemusque omnes & singulos tam Iuris quam facti defectus, &c. Sublata,* &c. *Irritum,* &c. *Non obstantibus,* &c.

12 Quæ quidem definitio cum sic fuerit à Sede Apost. confirmata, dicitur Constitutio Papalis, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom* 3. *quæst.* 11. *art.* 1. Tamburin *de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 5. *quæst.* 1. *num.* 3.
14 Gregor XV *decis* 267. *num.* 6. *&* 13. Rota *decis.* 1n4. *num.* 2. *parte* 1. *recentior.* Et sic illa à Regulatibus attendenda est, non autem generales Iuris communis dispositiones, quia generi per speciem derogatur, *cap. generi, de regul. Iuris in* 6. Tambur. *d. q.* 1. *num.* 3.

15 Præterea S. D. Clemens VIII *per suas litteras in forma Breuis sub Dat. Romæ apud S. Petrum die* 14. *Decembris* 1604. statuit *vt electiones Abbatum huius Congregationis fiant iuxta formam in Constitutionibus, & Definitionibus Ordinis statutam*, his verbis, videlicet. *Abbatia item manus, nec non Præsidentia, tertio quoque anno in Capitulo generali vacet, nec vltra Abbates, nec Præsidentes in earum administratione confirmari possint; in eorum quoque electione formam secundum Constitutiones eiusdem Ordinis præscriptam seruari decernimus,* &c.

Hanc eandem formam in electionibus Abba- 16
tissatum speciali dispositione inter *Definitiones Ordinis cap* 45. *numer.* 10. obseruandam esse statuitur; tum quia Monachorum appellatione veniunt Moniales quoad ea, quæ sunt proportionabilia, Felin. *in cap. de Monialibus, de sentent. excomm.* Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 62. Menoch. *de arbitr. casu* 422. *numer. vlt.* Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 25. tum etiam, quia in electionibus Monialium discordiæ maiores & magis indiscretæ experiuntur quàm in Monachorum electionibus, & ideo coarctationis remedium Monialibus magis necessarium videtur, atg. text. *in cap. indemnitatibus* 43. *de elect. lib.* 6. ibi, *Indemnitatibus Monasteriorum Monialium, quæ frequenter propter electiones in discordia celebratas, ipsis grandia in spiritualibus, & temporalibus dispendia patiuntur, occurrere desiderabiliter affectantes,* &c.

Quod iam sine dubio transit post emanatum à 17
Sacra Congregatione Concilij decretum, quo deciditur Moniales subdi legibus, & statutis istius Ordinis, vbi sic proposito dubio. *Tertiò an prædicti Abbates in modo & forma seruanda in electione Abbatissarum; in deputatione Confessorum, & aliorum Ministrorum; in assignatione & declaratione causarum, propter quas Superiores, & alij Ministri intra clausuram Monasteriorum Monialium ingredi possunt, subdantur legibus, & statutis prædictæ Congregationis, quatenus non aduersentur decretis Concilij?* sic respondit. *Ad tertium subdi.* prout constat ex quodam transumpto in forma probanti Auditoris Cameræ Apost. impresso inter *priuilegia Ordinis tom.* 3. *priuil.* 34. *pag.* 149.

Nec adest aliquod Concilij Trid. decretum in 18
contrarium, quod vti posterius à confirmatione Cardinalis Poggij, & in dicta declaratione reseruatum, obseruari debeat, quia in eo nullibi innouatur *d. cap. cum terra*; solùm enim *in cap.* 6. *sess.* 25. *de Regularib.* statuitur vt per vota secreta Abbatissæ eligantur, & *in cap.* 7. *proximè seq.* qualitates, quibus prædictæ esse debent, enumerantur, ac deinde sic absoluit. *In reliquis seruentur singulorum Ordinum, vel Monasteriorum Constitutiones.*

Non obstat fundationis Monasterij clausula, in qua habetur Abbatissæ electionem ad Moniales spectare debere, vt ex illis, quæ sibi dignior videbitur, eligatur, quia ea Iuris & clausulæ resistentia non obstante, non potest manutentio R. P. Generali denegari, ex multis.

Primò, quia possessio nominandi duos vel tres 19
Moniales, per P. Generalem, ex quibus eligi debeat Abbatissa, fuit & est multum antiqua, & à fundatione Monasterij ab octuaginta & vltra annis vniformiter habita, vnde succedit doctrina vera quod possessio antiqua, licet sit manifestè contra ius (quod negamus) resistentiam releuat, Rota *decis.* 534. *num.* 7. *parte* 1. *diuers.* ibi. *Vltra quòd possessio etiam contra Ius releuat, quando est alicuius temporis considerabilis*, *Franch in cap. ad decimas n.* 8. *in* 4. *limit. de restit. spoliat. in* 6 &c. Et eadem *p.* 1. *decis.* 595. *num.* 6. *cum seq. & inter recentiores decis.*
685. *num.* 3. *parte* 1. ibi. *Attamen illa cessat in præsenti* 20
ex longæua, & plusquam decennali possessione Archiconfraternitatis, quæ habetur loco tituli, & sufficit ad effectum manutentionis, etiam in possessione contra ius,
&c. & apud Post. *decis.* 194. *num.* 12. vbi ait quòd 21

quando possessio est diuturna datur inferiori ma-
nutentio, quamuis ibi ius resistat, *& decis.217.n.8.*
tenet quod ex longæua, & temporis considerabi-
lis possessione iuris resistentia non impedit ma-
nutentionem, *& decis.11.num.8.* ibi *Et ideo etiam si*
possessio sit contra ius, est manutenibilis quando est ali-
cuius temporis considerabilis, &c. *& decis. 33. num.6.*
vbi idem firmatur.

22 Ratio est, quia ex longæua & decennali posses-
sione, omni calumnia sublata, oritur præsumptio
tituli, seu titulus coloratus, qui sufficit ad obtinen-
dum mandatum de manutenendo, etiamsi ius resi-
stat, Marescot. *var. resolut. lib.1 cap.11. num.53.* Rota
decis.595.num.4. & 7. parte 1. diuers. & decis.397.nu
mer.4. parte 2. recent. Caualer. *decis. 384. n.1. & decis.*
631.n.2.

23 Secundò, quia dum dicta clausula fundationis
habet quod Moniales in Abbatissam eligant ma-
gis dignam, prout sibi videbitur, non relinquit
electionem huiusmodi earum moræ, & liberæ vo-
luntati, sed id referri debet ad eam voluntatem,
quæ iuri magis consona sit; velle enim quis non
creditur quod Iure facere non potest, *l. Lucius §.*
Imperatores ff. ad municip. l. si sibi §. vnius ff. de opt.
24 *leg.* Rota *decis.464. num.3. parte 1. recentior.* Ius au-
tem commune Monachorum dicuntur eorum De-
finitiones Apostolica auctoritate confirmatæ, iuxta
doctrinam Baldi *in l. quicumque C. de seruis fugit.*
Honded. *consil.5. num.2. lib.1.* & Stephan. Gratian.
discept. forens. tom.2. cap.308. num.16. secundùm quas
si electiones coarctatæ fiant, diceretur Iuri com-
muni consonæ, vt patet.

25 Tertiò, quia si dicta fundationis clausula in ali-
quo Ordinis Definitioni repugnaret, adhuc intel-
ligenda & interpretanda erat eo modo quo minus
præcedente dispositioni Definitionis contrariare-
tur; statutum enim, seu posterior fundatio intelli-
gi debet secundum tenorem primæ, & ab ea reci-
pit interpretationem, ne aliàs inducatur contrarie-
tas, *l. si seruus plurium in fine ff. de legat. 1.* Honded.
consil.9. num.17. lib.1. Gratian. *discept. forens. cap 536.*
num.10. Menoch. *consil 541. sub num.27.* Rota *decis.*
467. num.3 & decis.548 num.5 in fine, parte 1. recen-
26 *tior. & decis.461 num.8. parte 2. etiam recent.* Et po-
tiùs venit declaranda ab alia simili Constitutione
quàm à Iure communi, eadem Rota *decis. 644. n 3.*
parte 3. recentior. cum qua præsumitur testatorem
velle semper se conformare, Doctores *in l. heredes*
mei §. cum ita ff. ad Trebell. Rota *decis.775. num. 6.*
parte 1. diuers. Interpretari igitur debemus funda-
torem voluisse illis verbis prouidere ne vnquam
Abbatissæ electio ad Generalem seu quemcunque
alium Superiorem in solidum spectaret; & quod
verba fundationis statuentis vt Moniales eligant
quæ sibi magis digna visa fuerit, intelligenda ex il-
lis duabus vel tribus à P. Generali nominatis; sic
enim vtraque dispositio concordari potest absque
vlla violentia, vt tollatur omnis contrarietas, vel
27 perplexitas, vt dicit Aretin *consil.9 in princ.* & Cra-
28 uet. *consil.70 num. 5.* vbi quòd ea interpretatio su-
menda est in omni materia per quam non indu-
catur contrarietas, sed induci concordia debeat,
etiam impropriando verba, Card. Tusch. *pract. con-*
clus. tom. 2. lit. C. conclus. 1098. Stephan. Gratian.
discept. forens. cap 554 num 31. & cap.946. num.28,
idque locum habere ait Crauet. *consil. 766 num.8.*
vol. 5. verba etiam offendendo, quæ offendere in
hoc fas esse dicit, vt secundum obseruationem in-
sequutam fiat interpretatio: vnde Anton. de Bu-
trio *in cap fin. num. 47. vers. & hæc sine proferantur,*
de consuet. optimè aduertit quod consuetudo, seu
obseruantia supplet verba omissa à contrahenti-
bus, vel à Notario, & Socin sen. *consil 145. num.2.*
vol.1. concludit quod in casu de quo agebat, licèt
diceretur quod vix talia instrumenta possent ita
interpretari, tamen virtute consuetudinis soluendi
trahuntur, & adstringuntur ad talem solutio-
nem.

Et tanto magis quia fundator, in alia clausula
statuit vt Abbatissa & Moniales gubernari de-
beant iuxta regulam, statuta, & constitutiones hu-
ius Congregationis Cisterciensis, in qua videtur
clare innuere suam mentem fuisse secundum illas
disponere, quia Constitutionis, seu fundationis 29
vna pars aliam declarat, Gregor. X V. *decis. 87.*
num.10 & decis.267. num 6. & in annot. num.13. Rot.
decis. 76. num. 3. parte 2. recent. Nec est præsumen-
dum eiusdem fundatoris intentum fuisse velle di-
ctis verbis Constitutionem huius Congregatio-
nis, & inconcussam obseruantiam per 101 annos in
retroactis electionibus semper practicatam peni-
tus euertere, derogatio enim cum sit stricti iuris,
Gemin. *consil. 35. num.1.* nunquam præsumitur, & 30
tantum & non plus est derogatum, quantum di- 31
ctum, *l. sancimus Cod. de testam.* Rot. apud Posth.
in d. tract. mandati de manutendo decis 212. num.14.
& 15.

Quartò, quia si daremus illam clausulam fun- 32
dationis repugnare statutis, & Constitutionibus
Ordinis Cisterciensis, ea nihil operaretur in Con-
stitutionum euersionem, quia conditio, quæ de
Iure impleri non potest, reiicitur, glos. *verbo no-*
luerit in l. 2. ff. de instit. & substit. Fusar. *de commis-*
sar. instit. quæst.454. num 101. tum quia cum impos- 33
sibilis sit adimpleri, aut saltem difficilis, quæ im-
possibili æquiparatur, Menoch. *consil.199. numer.53.*
repugnante dicta Constitutione Ordinis, de iure
habetur pro non apposita, *l. 1. ff. de condit. instit.*
Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib.1. cap.11.*
num. 35. Et licèt Summus Pontifex ex mera gratia
& Apostolica dispensatione potuisset in hoc dis-
pensare, & efficere vt clausula illa obseruaretur, &
secundum eius dispositionem electiones Abbatis-
sarum fierent, adhuc difficultas & impossibilitas
prædicta remaneret, quia quicquid pendet à vo-
luntate Principis, impossibile reputatur, vt *in l.* 34
apud Iulianum § constat, vbi latè Ias. *ff de legat 1.*
l. ea quæ raro vbi *Dec. ff de regul. Iuris.*

Quintò, quia pendente quæstione super dictæ 35
clausulæ validitate, vel inualiditate, manutentio
deneganda non est: vbi enim lis vertitur super
validitate vel inualiditate alicuius statuti, vel Con-
stitutionis, seu clausulæ fundationis, ea pendente
non debet quis commodo suæ possessionis priua-
ti, Rota *decis. 41. num. 10. cum seqq. parte 1. diuers.*
in qua dum disputaretur an dandum esset manda-
tum de manutenendo stante prohibitione statuti à
Sede Apost. confirmati, Rota censuit esse dan-
dum, rationem assignans, quia possessionis vsu vel
quasi, etiamsi sit contra ius, nemo est priuandus li-
te pendente super validitate statuti, vel constitu-
tionis, *& decis 50. num.1. parte 2. diuers.* ait quod 36
stante quasi possessione statutum lite pendente su-
per eius validitate, vel inualiditate nullas habet
vires ad effectum impediendi mandatum de ma-
nutenendo, donec dictum statutum reuocetur, vel
eius validitas declaretur, *& decis 64. num.1. d. p.2.*
censuit quod si validitas statuti à Papa confirmati
sit in controuersiam deducta, & super ea lis pen-
deat, non debet quis pendente huiusmodi iudicio
commodo

commodo suæ possessionis priuari, resoluit Posti.
in d. tract. mandati de manut. obseru. 8. *num.* 17. *cum
seqq.*
37 Vnde eadem Rot. apud Posti. *decis.* 157. firma-
uit quod si Parochus, qui habet iuris assistentiam
super decimis, moueat litem contra Regulares il-
las prætendentes, quibus ius resistit, lite pendente
non retardatur manutentio possidenti, siue sit Pa-
rochus, siue Regularis.
38 Sextò, quia ex longæua huiusmodi possessione,
in qua reperitur P. Generalis nominandi pro quo-
libet Monasterio duas vel tres Moniales, ex quibus
vna debeat eligi in Abbatissam, resultat titulus sal-
tem præsumptus, qui ad manutentionem obtinen-
dam sufficiens est, etiamsi ius resistat; ita Couar.
practic. cap. 7. *num.* 6. *vers. secundo.* ibi. *Erit satis suf-
ficiens titulus aliquis præsumptus, qui robur addat ipsi
possessioni,* &c. Gutier. *pract. lib.* 1. *quæst* 14. *num.* 62. *in
princip.* ibi. *Præterea quod etiamsi possessio sit contra
Ius commune, si tamen adiuuetur præsumptione alicuius
tituli, vel æquitatis, is, qui docet, vel est in quasi pos-
sessione, defendendus sit in ea vsquequo aduersa pars
doceat de iure suo,* &c. Posti. *d. obseruat.* 44. *nu-
mero* 27.
39 Septimò, quia ad impediendam manutentio-
nem non sufficit qualisqualis Iuris resistentia, ar-
gumentis, aut præsumptionibus probata, seu ex
textu desumpta, sed opus est vt sit manifesta, &
vehemens, Rot. apud Posti. *decis.* 215. *numer.* 22. &
ineuitabilis, idem Posti. *d. obseruat.* 44. *num num.* 15.
Nam si Ius aliquo modo resistat, dum tamen peni-
tus, & omnino non repugnet, minime opus erit
iustitiam possessionis inspicere, & attendere, Posti.
d. obseru. 44. *numer.* 8. Rot. apud eundem *decis.* 295.
num. 8. In hoc autem casu resistentia non probatur
manifesta, & ineuitabilis ex verbis clausulæ fun-
dationis, sed per argumenta & mendicatis vt aiunt
suffragiis, quæ ad intentum non sufficiunt, nec ha-
benda sunt in consideratione.
40 Octauò, quia etsi conditio fundationis repugna-
ret, adhuc poterat præscriptione tolli, Nauar. *cons.* 1.
de præscript. vbi exemplificat in duabus capellis, in
quibus fundatæ fuerunt duæ Missæ, cum aliquibus
aliis oneribus, & in eis postea lapsu temporis non
41 celebratur nisi vna Missa, Zerol. *in praxi Episcop.
parte* 2. *verbo beneficium vers. decimoquarto*, vbi quod
onera, & conditiones appositæ in aliquo beneficio
à fundatore possunt temporis diuturnitate vel præ-
scriptione tolli, Perez de Lara *de anniuers. & capell.
lib.* 2. *c.* 1 *n.* 5.
42 Item & legitima consuetudine, quæ potest effi-
cere vt electio fiat aliter quam Ius commune dis-
ponit, *cap. cum dilectus* 8. *de consuetud.* ibi, *manda-
mus quatenus si ex parte Karofensis cœnoby talis fue-
rit consuetudo probata, quæ Iuri communi præiudicet
in hac parte, vos secundum illam decernatis electio-
nem Andrensis Abbatis de cætero faciendam, alioquin
Andren. Monachis ius eligendi Abbatem adiudicare
curetis,* &c. vbi Anton. de Butr. *in* 1. *lectur. num.* 23.
vers. & nota, & in 2. *lect. num.* 50. *vers. oportet tamen,
& num.* 51. vbi tenet quòd non requiritur titulus
ad inducendum huiusmodi consuetudinem; Abb.
in cap. cum Ecclesia Sutrina numer. 3. *&* 7. *de causa
possess & propr.* Præpos. *num.* 11. & Alex. de Neuo
num. 19. *in cap. constitutis* 46. *de appellat.* Rot. *dec.* 65.
num. 11. *parte* 1. *recentiorum.*
43 Denique longæua obseruantia subsequuta, quæ
declarare potest quem in fundatione, vel statuto
comprehendi, vel non comprehendi, Rot. apud
44 Posti. *decis.* 139. *num* 10. quia est optima interpres
cuiuscumque dispositionis, *l. si de interpretatione
ff. de legib.* Menoch. *consil.* 49. *num.* 20. *&* 21. Crau.
consil. 766. *num.* 7. *&* 8. *vol.* 5. Rot. *decis.* 419. *numer.* 6.
parte 1. *recentior.* Laurent. Syluan. *consil* 88. *num.* 27.
lib. 2. dicens quòd obseruantia quæ subsequitur, 45
multum prodest ad declarationem cuiuscumque
dispositionis, Gutier. *consil* 2. *numer* 10. Valenzuel.
consil. 97. *num.* 104. vbi quod obseruantia subsequu- 46
ta declarat maioratus fundationem. Et quod per
illam debeant interpretari Constitutiones & defi- 47
nitiones huius Congregationis colligitur ex iis,
quæ Bart. *in l emptor fundi ff. de vsucap. pro empt.
l. testatrix* § 1. *ff. si seruitus vendic.* ibi. *idque à suc-
cessoribus eorum est obseruatum*, &c. latè Surd. *consil.*
140. *à num.* 44. *lib.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens.
cap.* 7. *num.* 3. *& cap.* 74 *num.* 8. & in terminis obser-
uantiæ subsequutæ statuti Bald *consil.* 176. *lib.* 2.
Fulgos. *consil.* 1. *in fine*, Corne. *consil.* 58. *col.* 2. *lib.* 4.
Deci. *consil.* 11. *vol.* 5. *& consil.* 344. Afflict. *Neapol.
decis.* 140. plures per me *in praxi exigendi pensiones
quæst.* 6. *num.* 49. Et obseruantia subsequuta habet 48
vim testium deponentium super veritate facti, Cra-
uet. *de antiquit. tempor parte* 1. *num.* 16 & causa ad-
æquata præsumitur effectui subsequuto, Bald. *in l.
si certis annis C. de pact.* Ias. *consil.* 128. *num* 1. *vol.* 1.
Aym. Crauet. *consil.* 101 *in fine*, Gregor. Lopez *l.* 53.
glos. 1. *in fine, tit.* 6. *parte* 1. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 6.
num. 52. Menoch. *consil.* 21. *num.* 9. vbi ait quod initia
dubia ex obseruatione longa clarificantur, *& con-
sil.* 49. *num.* 20. *lib.* 1. Et hæc tanto magis procedunt 49
in obseruantia interpretatiua; quæ fauorabilior est
quam dispositiua, & sequi debet etiam impropriar-
do verba, vt post Sociu. & Butr. resoluit Stephan.
Gratian. *discept. forens. cap.* 675. *num.* 32. bene Tibe.
Decian. *consil.* 44. *num.* 16. *vol.* 2. vbi ampliat etiam in
materia odiosa. Vnde videtur durum velle hodie
Moniales nouitatem in his electionibus introdu-
cere contra obseruantiam, & vsum antiquissimum
& diu obseruatum, quia vt dicit Bald. vsu inuiola-
bili confirmata destruere difficillimum est, *consil.*
370. *vol.* 3. Et cum plures habeantur actus inter- 50
pretatiui spatio octuaginta annorum introducti,
res absque dubio procedit; cum tamen sufficerent
decem anni, Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 57. &
sic aliquo spatio temporis quantumcumque breui
eius vsum, & exercitium inualuisse, Dec. *in cap. cum
M. Ferrariensis num.* 26 *de constit.* Neuizan. *in sylua
nupt. lib.* 5 *num.* 94. Crauet. *consil.* 118. *num.* 1. *volum.* 1.
Franc. Becc. *consil.* 101. *num.* 50. *vol.* 1. Honded. *consil.*
92. *num.* 31. *lib.* 1 Surd. *consil.* 335. *n.* 27. *tom.* 3.
Et quatenus sic euidenter non appareret de in- 51
terpretatiua obseruantia, adhuc negari non pote-
rat, illam clausulam per non vsum derogatum fuis-
se, est enim de natura, cuiuscumque statuti, consti-
tutionis, vel legis, ad eius validitatem vt vsu rece-
pta sit, Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 6. *vers.* 5. Soto
de Iustit. lib. 1. *quæst.* 1. *art.* 4. Cæpol. *consil. crimin.* 13.
per tot. Roland. à Valle *consil.* 99 *num.* 5. *&* 6. Ratio 52
est, quia vbi constituitur statutum, vel fundatur
memoria aliqua, aut lex promulgatur, semper ad-
est tacita conditio, si vsu recipiatur, Farin *fragm.
crimin parte* 2. *lit. L. num.* 1. Vnde prouenit quòd 53
non obseruans legem, seu statutum vsu non rece-
ptum, minime dicitur eius transgressor, iuxta text.
in cap. in istis §. *leges dist.* 4. ibi. *Leges instituuntur,
cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium
approbantur; sicut enim moribus vtentium in contra-
rium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus
vtentium ipsæ leges confirmantur*, &c. & ibi, *aliter
agentes transgressionis reos non arguit*, &c. & ibi an-

notarunt Archid. *num* 1. Turrec. *num.* 2. *&* 3. vbi ait leges a Populo firmitatem & stabilitatem accipere, non auctoritatem, Surd *cons.* 58 *num.* 6. Steph.Grat. *discept.forens.c.* 151. *n.* 17. *&* 18

54 Magna siquidem adest differetia inter leges & statuta, quia leges si recipiantur à Populo tacite vel expresse, debent seruari, licet non probetur earum vsus, quia lex semper est in viridi obseruantia, *l. Arriani C. de haret.* Statuta verò Populorum vltra receptionem, requirunt vsum, vtrumque resoluit Gutier. *de iuram. confirm. parte* 1. *cap.* 38. *num.* 10. immo statutum tollitur non solum quando vsu receptum non fuit, sed etiam quando postquam admissum extitit, in eius tamen obseruantia perseueratum non fuit, Bald. *in l. rem non nouam, ante fin.* & ibi Ias. *num.* 4. *C. de indic.* Ruin. *consil* 143 *num.* 14. *lib.* 5, Alex. *consil.* 132. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 7. cum hac tamen distinctione, quòd vbi statutum aliquando fuit obseruatum, licet postea in eius obseruantia non perseueretur, tunc vt illi derogetur, requiritur non vsus in contradictorio iudicio obtentus, vt tenet

55 Alex. *d. consil.* 132. *num.* 4. At quando nunquam statutum vsu receptum fuit, sufficit solum ad eius derogationem illius non vsus, licet nulli actus contrarij in contradictorio iudicio obtineantur, vt mirabiliter distinguit Cephal. *consil.* 129. *num.* 8. *lib.* 1. Cùm ergo in præsenti casu supradicta clausula fundationis nunquam fuerit admissa, aut vsu recepta, bene infertur illi fuisse per non vsum derogatum, & maxime fundatoribus per aliquot annos viuentibus minime reclamantibus, aut contradicentibus, immo & Monialibus ipsis expresse admittentibus, & consentientibus, per ea, quæ tradunt Menoch. *de arbitr. casu* 160. *n.* 11. Roland. *cons.* 22. *n.* 32. *lib.* 1. Cassan. *consil.* 39. *n.* 19.

Ordinis Sancti Hieronymi Hispaniarum.

Damnum & præiudicium magnum & paruum ex quibus cognoscatur. Delegatus Papæ est maior & dignior Ordinario quoad causam sibi delegatam. Vna & eadem persona potest diuersa causa, & vice superior existere, & inferior altero.

VOTVM LIII.

1 *Constitutiones & Extrauagantes Ordinis S.Hieronymi referuntur.*

2 *Visitator Generalis non potest procedere contra aliquem nisi constito sibi de delicto, saltem per coniecturas, indicia, & famam.*

3 *Lex vbi aliquid disponit respectu certa rei, debet prius de illa re constare.*

4 *Qualitatem, qui allegare vult, debet prius probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur.*

5 *Grauitas damni cognoscitur ex qualitate pœna, qua pro tali damno, seu excessu delinquenti imponeretur.*

6 *Damnum paruum cognoscitur ex paruitate causa, & ex genere pœna.*

7 *Pœna cum delicto, seu culpa commensuranda est.*

8 *Delictum si est paruum, pœna debet esse medica, & è conuerso.*

9 *Officialis durante officio solum potest syndicari quando illi imponitur pœna remotionis.*

10 *Delictum graue nullum est, licet dolose & appensate commissum, si non tendit in magnum damnum, & præiudicium alterius.*

11 *Damnum Ordini illatum illud dicitur, quo status Ordinis valde deturparetur.*

12 *Damnum magnum, seu læsio enormis in occupatione, subtractione, seu alienatione bonorum Ecclesia, quod dicatur, committitur iudicantis arbitrio.*

13 *Delegatus Papa est maior & dignior Ordinario quoad causam sibi delegatam, & inferior, ac subditus extra illam.*

14 *Delegatus Papa extra causam sibi delegatam, potest vocari in iudicium, vel si delinquat, puniri, sicut quilibet alius priuatus.*

15 *Inferior potest quis esse vno respectu, & superior altero.*

16 *Persona vna & eadem potest diuersa causa & vice superior existere, & inferior altero.*

17 *Leges dicuntur firmari cùm moribus vtentium approbantur.*

18 *Legis obligatio siue per non vsum, siue ex eo quod subditi se illi non accommodent, suspensa est, & subditos ligare non potest.*

19 *Lex non obligat si sit antiquata, & contraria consuetudine abrogata.*

20 *Lex Partita refertur.*

21 *Lex noua reuocat priorem etiamsi de illa mentionem non fecerit.*



IN facto S. Hyeronymi Hispaniarũ Ordine *Constit.* 13. dispositum est vt si contigerit aliquod Congregationis Monasterium valde a Reuer. P. Generali aggrauari, possit, & debeat eum suppliciter rogare, vt à tali grauamine cesset; si verò id facere detractauerit, tale grauamen Deputatis pro Capitulo priuato ostendat, qui cum primum de eo sibi constiterit, tenentur intra decem dies præfati Monasterij expensis ad Regiũ Conuentum S.Bartholomæi de Lupiana accedere ad celebrandum Capitulum priuatum, in quo si repeterint grauamen illud vere à P. Generali illatum fuisse, illud tollere studeant, sin minus ad arbitrium suũ prouocantes & querelantes puniant, dum 1

dum tamen paruum grauamen seu damnum ob
præceptum obedientiæ permittatur. Item *in Extra-
uag. 2 eiusdem Constitutionis* statuitur, vt si quando-
que contingeret quod P. Generalis in præiudicium
& damnum totius Ordinis aliquid machinatur,
tunc & eo casu quilibet Religiosus Conuentualis
S. Bartholomæi de Lopiana expensis Congrega-
tionis poterit eos, qui sunt de Capitulo priuato,
conuocare. Quo supposito interrogatus fui vt vi-
derem quod dicatur magnum grauamen seu dam-
num, & quando in damnum & præiudicium to-
tius Ordinis & factum credatur? & an durante
huiusmodi Capitulo priuato teneantur, qui de eo
sunt, obedire P. Generali extra causam seu causas
pro quibus vocati fuerunt?

2 De his omnibus interrogatus vt satisfaciam,
sciendum est Patres huiusmodi de Capitulo pri-
uato non debere facile venire nisi constito sibi de
graui damnu seu grauamine, iuxta tradita per Ma-
scard. *de probat. conclus.* 472. *num.* 24. Mastril. *de Ma-
gistrat. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 15. saltem per coniecturas,
indicia, & famam. Rodoan. *de rebus Eccles. non alie-
nan. super verbo, sed in casu mala alienationis quæst.* 23.
num. 13. Mascard. *d. tract. de probat. conclus.* 471. *n.* 1.
3 quia regulare est in qualibet materia; quod vbi
lex aliquid disponit respectu certæ rei, debet prius
de illa re constare, *l. duum ff. de testam. milit. glos.
verbo accusare in cap. ad dissoluendum, de desponsat.
4 impub.* & qui vult allegare qualitatem, debet prius
probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur.
gl. *in l. si arbiter ff de probat.* Farin. *in praxi crim. q.* 2.
n. 1. *vers. ratio.*

5 Grauitas autem præiudicij seu damni considera-
tur habito respectu ad culpam & pœnam pro illa
impositam, cognoscitur enim ex qualitate pœnæ,
quæ pro tali damno seu excessu delinquenti im-
poneretur, Clar. *in pract. lib.* 5. §. 1. *numer* 9. Farin. *in
praxi crimin. quæst.* 18. *num.* 81. Item paruum damnũ
cognosci poterit ex paruitate causæ, & ex genere
6 pœnæ, vt resoluit Paris. de Puteo *in tract. de Syn-
7 dicatu verbo Index cap.* 1. *num.* 8 *fol.* 108. quia pœna
cum delicto seu culpa commensuranda est, *l. san-
cimus* 22. *C. de pœnis, cap. quæsiuit, de ys quæ fiunt à
maiori parte Cap.* Menoch. *de arbitr. casu* 266. *n.* 1.
8 Crauet. *consil* 46. *num.* 15. vbi ait quod si delictum
est paruum, pœna debet esse modica, & è conuerso,
plures refero Axiom. 181. n. 3.

9 Vnde damnum, seu præiudicium, aut grauamen
illud magnum reputarem pro quo pœna remo-
tionis ab officio imponitur, non enim pro delicto,
quod minori pœna puniatur, ante finitum tempus
officij potest quis syndicari: solum enim durante
officio, & ante tempus syndicationis potest Offi-
cialis visitari & syndicari quando illi imponitur
pœna remotionis, *l. iubemus Cod. ad leg. Iul. repet.*
Paris de Puteo *de syndicatu verbo durante officio c.* 2
num. 2. *& cap.* 2. *num.* 12 Amed *in simili tract. num* 43.
Clar. *in pract* § *fin q.* 16. *vers. præter ea quæro*, Mastril.
d. lib. 6. *c.* 5. *n.* 35.

10 Nullum est enim graue delictum, licet dolose &
appensate commissum, si non tendit in magnum
damnum, & præiudicium alterius, vt dicit Farin.
d. q. 18, *numer.* 94. *&* 95. vbi addit quod secus est si
damnum seu præiudicium sit paruum, & pro eo
grauis pœna non imponatur.

11 Præiudicium autem, grauamen, seu damnum
toti Ordini illatum illud dicitur, quo status Ordi-
nis valde deturparetur, cum sit graue delictum, &
pœna remotionis puniri debeat, Menoch. *de arbitr.
c. su* 266. *num* . Veluti propter occupationem bo-
norum, & rerum Ordinis, aut subtractionem, vel
alienationem ipsorũ, ad notata per Mastril. *d. lib.* 6.
cap. 8. *num.* 106. Et quod dicatur magnum damnum, 12
seu læsio enormis in occupatione, subtractione, seu
alienatione bonorum Ordinis, committitur iudi-
cantis arbitrio, inspecta quantitate, & qualitate rei,
& causæ, & personæ, ex notatis *per glos. verbo modica
in l. sed etsi susceperit* 52 §. *si liberis ff. de iudic.* Alexan.
consil. 150. *num.* 6. *volum.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 73.
num. 5.

Deputati huiusmodi ad Capitulum priuatum 13
accedentes, extra causam pro qua vocati fuerunt,
in omnibus P. Generali obedire tenentur, quia li-
cet illo superiores sint dum inquirunt, & officium
suum exercent, tamen extra illud subditi remanent,
prout videmus in delegato Papæ, qui est maior &
dignior Ordinario quoad causam sibi delegatam,
& inferior ac subditus extra illam, *cap. fane* 11. *de
offic deleg.* Sbroz *de officio Vicary lib.* 2. *quæst.* 62. *n* 10.
Stephan. Gratian. *discept forens. tom.* 1. *cap.* 111. *n.* 65.
vbi subdit quòd si delegatus huiusmodi extra illam 14
causam vocaretur in iudicium, vel delinqueret, vel
aliqua sibi iniuria irrogaretur, non censetetur in
hoc maior, sed esset vt priuatus: potest enim quis
esse inferior vno respectu, & superior altero. Tiraq. 15
de nobilit. cap. 28. *num* 15. Et vna & eadem persona 16
potest diuersa causa, & vice Superior existere, &
inferior altero, vt in filio Senatore, qui in dignitate
præcedit patrem, & in filiatione est minor, Val-
des. *de dignitate Regum Regnorumque Hispaniæ c.* 18.
num 44.

Verùm in his indagandis frustra laboramus, cũ 17
videamus dispositionem dictæ *Constitutionis* 13.
& eius *Extrauagantis* 2. iam cessare per non vsum,
leges enim dicuntur firmari cùm moribus vten-
tium approbantur, *cap. in istis* §. *leges, dist* 4. *l. de
quibus ff. de legib.* cuius obligatio siue per non 18
vsum, siue ex eo quod subditi se illi non accom-
modent, suspensa est, Valer. Reginald *in praxi fori
pœnit. lib.* 13 *tract.* 4. *tit.* 1. *cap.* 16 *num.* 16n. nec sub-
ditos ligare potest, Turrec. *num.* 2. *&* 3. & Anfrid.
num. 1. *cum seq. in d. cap. in istis*, Alderan. Mascard.
de generali statutor. interp. concl. 6. *num.* 77. cum se- 19
quentib. prout etiam non obligat cum sit anti-
quata, & contraria consuetudine abrogata, Surd.
consil. 330. *n.* 15. *&* 16.

Tum etiam, quia reuocata est per posteriorem 20
Extrauag. 5. *Constitutionis* 11. Apostolicis etiam
Constitutionibus Clemẽtis VIII. & Pauli V con-
firmatam, in qua disponitur quod in singulis Ca-
pitulis Generalibus per Visitatores Generales Ca-
stillæ visitetur & syndicetur P. Generalis, quod fa-
ctum videtur ne triennio durante Congregationis
gubernium, & pax publica perturbetur, nam passim
prætexen alicuius boni apparentis, suppositis accu-
sationibus eum subditi vexabant, & adeo impedie-
diebant vt suæ obligationi satisfacere toto illo
tempore non posset, quod insinuauit decidendi
ratio adducta à *l.* 21. *tit.* 1. *parte* 7. ibi. *Porque los
homes que esto tienen maguer fagan derecho, no puede
ser que no paguen mal querientes; e perende si los pu-
diesen acusar, en viles cerfebia por bi el lugar que tie-
nen, e tantos serian los acusadores que no podrian cum-
plir lo que eran tenudos de fazer* Bobadil. *in sua poli-
tica lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 27. *&* 30 optimus text. ad pro-
positum *in cap. qualiter & quando el* 2. *de accusat.*
ibi, *quasi signum sunt positi ad sagittam, & quia non
possunt omnibus complacere, cum ex officio suo tenean-
tur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam
interdum suspendere, numquam vere ligare, frequenter*

odium multorum occurrunt, & insidias patiuntur. Dulcet. *de Syndicatu num.* 17. *Quod dare locum vt Iudices iniurientur, est prarumpere iustitia neruum, & prosternere auctoritatem magistratuum, viamque aperiri, qua malitiosi suas vires augeant, & audaciam, iustitiaque ministros timidos reddant.*

21 Et sic dicta *Extrauag* 5 *Constitutionis* 11. vti lex noua reuocauit priorem *Constit* 13. & eius *Extrauagantem* 2. etiamsi de illa mentionem non fecerit, *cap.* 1. vbi Doctores *de Constit in* 6. Spin. *in speculo testam. gloss.* 30. *in princ. num.* 8. Cardos. *in praxi Iudicum verbo Iudex num.* 52. Gunzal *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *num.* 31.

Toletana nullitatis.

Mandatum de manutendo non est dandum illi, qui se habuit pro spoliato. Matrimonij titulus probandus est in possessorio matrimoniali. Marito lite pendente super nullitate matrimonij quando vxor restituenda, vel illi dandum mandatum de manutenendo? Matrimonium contractum per metum quando sit nullum, & quomodo metus probetur, & purgetur.

Votvm LIV.

1 *Facti series proponitur.*

2 *Spolij iudicium instituens, & petens mandari, reintegrari, & restitui, iam pro spoliato se habuit.*

3 *Restitutio prasupponit priuationem, qua stare non potest nisi habitus pracesserit.*

4 *Mandatum de manutenendo non est dandum illi, qui se non habuit pro possessore.*

5 *Contraria inter se sunt fateri se pro spoliato ad restitutionem consequendam, & dicere se possidere ad manutentionem obtinendam.*

6 *Mandatum de manutenendo peti potest, & subordinatè, quatenus opus sit, de reintegrando, quia refertur ad solam possessionem naturalem, non autem ad ciuilem.*

7 *Petitio in materia manutentionis est multum consideranda.*

8 *Spoliatum se dicens, si intelligat de turbationibus, & molestationibus de facto factis, possessione sua non priuatur.*

9 *Factum positiuum spoliationis narrans, & petens se restitui, de plano fassus est se spoliatum.*

10 *Manutentio potest ex integro peti, & semel negata potest iterum concedi.*

11 *Manutentio potest concedi ex officio Iudicis, à quo multum pendet.*

12 *Manutentio denegata ob defectum probationis possessionis, si postea de illa doceatur, vel de iniustitia denegationis constet, iterum concedi poterit.*

13 *Manutentionem petens si confessus sit possessionem amisisse, narrando actum positiuum spoliationis, non poterit manutentionem, qua se fundat in possessione, intentare.*

14 *Confessus in Iure pro iudicato habetur, & confessio propria omnem superat probationem.*

15 *Possessio titulata, seu dominij quasi probatio non requiritur ad manutentionem obtinendam.*

16 *Detentatio, seu detentio sola sufficit pro manutentione.*

17 *Spolium & possessio ad omnem restitutionem probari sufficit.*

18 *Matrimonij titulus probandus est in possessorio matrimoniali.*

19 *Possessorium matrimoniale non solet terminari per manutentionem, seu restitutionem, sed per depositum mulieris, ex quo habet admixtam causam proprietatis.*

20 *Manutentio in matrimonialibus pendet à validitate tituli, & non est danda nisi postquam apparuerit de ipsius tituli validitate.*

21 *Manutentio pendens à validitate resolutionis contractus est simul cum petitorio terminanda.*

22 *Possessoria remedia sunt periculosa in Conscientia si adest defectus proprietatis.*

23 *Possessorium matrimoniale habet admixtam causam proprietatis.*

24 *Matrimonio in facie Ecclesia contracto si lis super eius nullitate moueatur, non debet lite pendente exercitium matrimoniale coniugibus interdici.*

25 *Lite pendente super nullitate matrimonij non debet mulier sequestrari.*

26 *Maritus lite pendente super nullitate matrimonij non debet spoliari possessione sua vxoris, cohabitatione, & thoro.*

27 *Sed ante omnia restitui.*

28 *Restitutio vxoris quando petitur à marito ante probationes incontinenti oblatas super nullitate matrimonij, est facienda quoad cohabitationem & thorum.*

29 *Manutentio seu restitutio denegatur vbi est timor peccati, vbi matrimonium est consummatum, secus post illius consummationem.*

Copulam

30 *Copulam ad integram restitutionem faciendam de vxore ponderant plura Iura.*

31 *Matrimonio non dum consummato restitutio est facienda quoad cohabitationem, & alia obsequia prater copulam.*

32 Cap. ex parte, & cap. ex transmissa, de restit. spoliat. *conciliantur.*

33 *Restitutio marito non est facienda quoad copulam quando mulier incontinenti habet probationes paratas super nullitate matrimonij.*

34 *Probationes quando incontinenti offeruntur super nullitate matrimonij tollitur malitia prasumptio.*

35 *Probationes consanguinitatis quando offeruntur à muliere incontinenti, non leuis prasumptio insurgit pro veritate exceptionis.*

36 *Maritalia obsequia, & seruitia cur licite prastentur à muliere, conscia impedimenti dirimentis obiectis ostenditur.*

37 *Restitutio quoad copulam non fit oblatis probationibus incontinenti de impedimento quocumque dirimenti.*

38 *Copula coniugalis est peccatum mort. in eo coniuge, qui conscius est impedimenti.*

39 *Restitutio mulieris est differenda vbi cautio non sufficit ad pracauendum periculum extorsionis copula.*

40 Cap. significasti, de diuort. *declaratur.*

41 *Peccati periculum non incurrit coniux ex carnali coniunctione habita cum vxore adultera.*

42 *Probatio incontinenti oblata quando dicatur? ostenditur*

43 *Restitutio quoad cohabitationem & thorum deneganda post probationes factas, ex quibus constat de nullitate matrimonij opposita.*

44 *Matrimonium per metum celebratum est nullum ipso iure.*

45 *Vis & metus refertur, qui in hoc matrimonio interuenit.*

46 *Qualitas terribilis, & aspera conditionis, pracipue in persona, cui debetur reuerentia, est multum considerabilis.*

47 *Metus iustus ex amissione maioris partis bonorum inducitur.*

48 *Qua fiunt propter verecundiam, & reuerentiam patris, aut matris, non ligant, nec obligant filiam.*

49 *Metus minor sufficit in virgine tenera atatis quàm in muliere.*

50 *Famina vt debiliores ita sunt timidiores.*

51 *Metus vitandi indignationem paternam, quantumuis sine culpa filiorum commotam est iustus.*

52 *Metus procedens ex reuerentia patris plerumque magis efficit quàm terror.*

53 *Reuerentia nimia accedit ad metum, maxime stante terribilitate, & seuera conditione minantis.*

54 *Matrimonium contractum ob metum, reuerentiam illius, qui ante & post illud dixit, & demonstrauit nolle contrahere, est nullum.*

55 *Metus reuerentialis non sufficit ad contractus rescissionem, nisi mina pracedant.*

56 *Reuerentia nimia erga personam multum grauem in matrimonialibus per se solam sufficit.*

57 *Paria sunt quod quis compellatur per verbera, vel minas, vel quod timeat compelli.*

58 *Metus iusta suspicio est multum considerabilis.*

59 *Matrimonium per importunas, instantissimas, & continuas persuasiones, ac preces immodicas contractum, est nullum.*

60 *Paria sunt obtinere per importunitatem, & obtinere per metum.*

61 *Metus est difficilis probationis.*

62 *Persuasiones, & coactiones sunt de his, qua fiunt occultè.*

63 *Metus per indicia & coniecturas probari potest.*

64 *Argumentis, & indicijs probandum quod facile probari non potest.*

65 *Probatio quando est difficilis, sufficiens est qua fit per coniecturas.*

66 *Repugnantia & nimia auersio erga nuptias, declarat animum alienissimum ab eis contrahendis, & confert ad metum probandum, vt* n. 67.

68 *Metus prasumitur contractum matrimonium ex delirio & desperatione.*

69 *Dissimulans libertatem ad instantiam eorum, qui solicitabant matrimonium, non arguitur libera voluntas ex tali patientia.*

70 *Lamentationes, lachryma, & suspiria arguunt dissensum, & pœnitentiam.*

71 *Metus arguitur in contrahente, qua flere visa est.*

72 *Metus prasumptio inducitur ex querelis pracedentibus.*

73 *Metus initium in actu influit in actus sequentes.*

74 *Metus durante causa omnia per illum gesta prasumuntur.*

75 *Metus continuatio semper prasumitur quovsque probetur quod pars sit constituta in plena libertate.*

76 *Metus non purgatur nisi patiens sit in plena libertate constitutus.*

Acquiescentia

77 *Acquiescentia sola non sufficit pro purgatione metus, sed requiritur quod ille probetur per actus positiuos contrarios.*

78 *Matrimonium nullum per metum à matre illatum est inualidum etiamsi metum passa post mortem matris per plures annos cum viro permanserit, & filios susceperit.*

79 *Consensus habitationis, & carnalis copula superueniens non validat matrimonium à principio nulliter contractum.*

80 *Copula carnalis præsumitur per violentiam interuenire quando habetur post matrimonium contractum.*

81 *Consensus est de substantia matrimonij.*

82 *Matrimonium nullum non potest per quemcumque consensum superuenientem ratificari nisi de nouo cum requisitis solemnitatibus contraheretur.*

83 *Forma & solemnitas, quæ debet interuenire in actu vt valeat, interuenire debet in ratificatione.*

84 *Ratificatio conciliat ea, quæ pendent ex animo, non autem ea, quæ pendent ex aliqua forma.*

85 *Metus purgatus non dicitur ex aliquo actu voluntario subsequuto quando actus cum eo ab initio gestus nullus fuit.*

1 INTRODVCTA lite inter D. Mariam de Velasco de la Sierra y Castañeda, & D. Inigum Lopez de Mẽdoza eius assertum maritum super nullitate matrimonij per vim, & metum inter eos contractum, fuit pro parte D. Inigi petitum reintegrari, & restitui quoad cohabitationem, & thotum, cæteraque obsequia maritalia, item & manuteneri, quòd omnino illi denegandum, ex sequentibus.

2 Primò, respectu manutentionis satis patet, quia cùm dictus D. Inigus spolij iudicium instituens, petierit mandari, reintegrari, & restitui, iam pro spoliato se habuit, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 113. *num.* 65. Hercul. Matescot. *var. lib.* 2. *cap.* 64. *num.* 7. ibi. *Secus igitur si petitio reintegrationis sit clara, veluti si quis absolute fateatur se spoliatum fuisse, & petat restitui ad suam antiquam possessionem, amisisse dicitur, & propterea manuteneri non potest, cum solo
3 animo amittatur possessio.* &c. Rot. *decis.* 704. *la* 2. *n.* 1. *parte* 1. *& decis.* 129 *num.* 7. *parte* 2 *recentior.* Coccin. *decis.* 130. *sub num.* 4. restitutio enim præsupponit priuationem, quæ stare non potest, nisi habitus præcesserit, Barz. *decis.* 47 *num.* 26. & tanquam talis
4 manuteneri non debet, Couar. *pract. cap.* 17. *num.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 314. *num.* 18. nam illi, qui se non habuit pro possessore, non est dandum mandatum de manutenendo, Cardin. Mantic. *decis.* 309. *in fine*, Rot. *decis.* 172. *in fin. & decis.* 174. *num.* 7. *parte* 4. *diuers. & decis.* 752. *sub num.* 2. *parte* 2.
5 *recentior.* fateri namque se pro spoliato ad restitutionem consequendam, & dicere se possidere ad manutentionem obtinendam, sunt inter se multum contraria, implicantque contradictionem, & simul stare, seu cumulari non possunt, Rot. *decis.* 560. *n.* 2. *p.* 1. *& decis.* 29. *n.* 7. *p.* 2. *recent.*

Non obstat, quòd potest simul, & semel peti 6
mandatum de manutenendo, & subordinatiè, quatenus opus sit, de reintegrando, nec ita petens dicitur se habuisse pro spoliato, sed instare pro manutentione in ciuili possessione, quæ animo retenta præsumitur: cum illa reintegratio, seu restitutio petita intelligatur quoad possessionem naturalem tantùm, seu etiam detentationem respectu turbationum, & molestiarum sibi de facto illatarum, & hæc æquiuoca petitio debeat referri ad solam possessionem naturalem, non autem ad ciuilem, Rot. *d. decis.* 560. *n.* 3. *cum seqq. p.* 1. *recent.* Greg XV. *decis.* 555 *n.* 1.

Quia respondetur negando in præsenti casu pe- 7
titionem ex aduerso datam fuisse subordinatam, & æquiuocam, dum in ea pars aduersa semel, & iterum dicitur spoliatus, & D. Mariæ à domo recessum spolium vocat, vt ex ipsamet petitione constat, ad quam semper in hac materia recurrendum esse voluit Rot. apud Post *in fine sui tract. mandati de manutenendo, decis.* 165 *n.* 10.

Et quatenus, sine veri præiudicio, subordinata, 8
vel æquiuoca ea esset, & remedium vnum non esset exclusiuum, sed accumulatiuum alterius, adhuc in hoc casu ob confessum defectum possessionis amissæ, esset manutentio deneganda, quia ex toto petitionis tenore non apparet, nec ex circumstantiis facti colligitur, quòd D. Inigus dicens se spoliatum, intellexerit de turbationibus, & molestationibus de facto factis, vt requirebatur ne possessione sua priuaretur, Stephan Gratian. *discept. forẽs. cap.* 314. *num.* 14. *&* 15 Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *parte* 10. *num.* 52. imò narrando actum
positiuum spoliationis, hoc est recessum D. Mariæ 9
à domo propria, & accessum intra clausuram Monasterij Monialium S. Catalinæ, & petendo se restitui, de plano fassus est se spoliatum. Ita Rot. *decis.* 704. *num* 2. *parte* 1 *recentior.* ibi: *Neque visum fuit obstare quod in decisione dicitur, videlicet quòd talis confessio intelligatur respectu naturalis possessionis, quam amisit, cuius respectu datur redintegratio, non autem ciuilis, quam Ioannes Franciscus retinuit, & cuius respectu competit manutentio, iuxta decisionem Putei decis.* 419. *lib.* 1. quæ est *decis.* 409. *in nouiss. Quia fuit responsum Rotam non admittere simpliciter illam decisionem, sed quando ex circumstantiis facti apparet, quòd qui dixit se spoliatum, intellexerit de turbationibus, & molestationibus de facto illatis, & quod animo retinuit ciuilem, secus si ex circumstantiis facti apparet contrarium, & quia narrauit actum positiuum spoliationis, tunc enim adeundo Iudicem pro recuperatione, signum est quòd amisit vtramque possessionem, & non competit manutentio, vt fuit sæpius resolutum, & signanter in Vlixbonen. præeminentiarum* 18. *Aprilis* 1603 *coram bonæ mem. Iusto, & in Hispalen. præeminentiarum* 16. *Iunij* 1606 *coram R. P. D. Pamphilio, & in Carthaginen. Canonicatus* 6. *Aprilis* 1609. *& in Placentina beneficij* 1. *Iulij* 1611. *coram Illustrissimo Cardin. Lancelloto, sed in proposito Ioannes Franciscus fassus est se spoliatum, narrando actum positiuum venditionis domus*, &c

Nec etiam obstat, quòd manutentio potest ex 10
integro peti, & semel negata potest iterum concedi, *Clem. vnic. de causa possess.* Post. *d. tract. mandati de manutenendo, obseru.* 107. *num.* 17. & Rot. *apud eundem decis.* 211. *num* 1. etiam ex officio Iudicis, à quo 11
multùm pendet, Post *d. tract. obseru* 3. *numer.* 4. & Rot. *apud eundem decis.* 7. *n.* 5. Marescot. *var. lib.* 1. *c.* 36. *à n.* 1.

Respondetur

12 Respondetur enim hoc procedere quando ma-
nutentio fuit denegata ob defectum probationis
possessionis, quia si postea de illa doceatur, vel de
iniustitia denegationis constet, iterum concedi po
terit, Gregor. XV. decis. 275. in fin. Rot. decis. 404 n. 4.
parte 2. recentior. At verò quando petens eam (vt in
nostro casu) confessus est possessionem amisisse,
narrando actum positiuum spoliationis, non pote-
13 rit manutentionem, quæ se fundat in possessione,
intentare, Coccin. decis. 192. num 2. Post. d. tract. ob-
14 seru. 57. numer. 1. nec probare contrarium, cùm sic
confessus in iure pro iudicato habeatur, Post. obser.
39. num. 19. & eius confessio omnem superet pro-
bationem ad tex. in l. cum precum, Cod. de liberali
causa, & in l. fin. C. de non num pecun. Verall. decis.
107. num. 2 parte 3 Rot. apud Post. decis. 113. n. 14.
& decis. 193. numer. 3 & decis. 199 num. 1. & dec. 254.
num. 6.

15 Secundò, manutentio, & restitutio debet dene-
gari respectu materiæ; nam licet regulariter non
requiratur titulus, seu possessio titulata; aut tituli,
vel proprietatis, seu dominij quasi probatio ad ma-
nutentionem obtinendam, Seraph decis. 717. num. 1.
Gregor. XV decis. 9. numer. 9. & decis. 275. numer. 12.
Rot decis. 583. num. 2. parte 1. & decis. 35. num. 5. &
16 decis. 397. num. 4. parte 2. recentior. quia detentatio,
seu detentio sola sufficit pro manutentione, Rot.
apud Post decis. 76. numer. 7 & decis. 120. numer. 4 &
17 decis. 153 num. 4. Et licèt ad omnem quippe restitu-
tionem, probari sufficiat spolium, & possessio, cap.
consultationibus, de officio deleg. cap. olim, de restit.
spoliat. Couar. in reg. possessor. parte 2. §. 1. num. 4. Ant.
Gom. l. 45. Tauri. num. 181. cum seq. Menoch. remed.
15. recup. n. 391. cum seqq. Card. in praxi Iudicum, &
aduoc. verbo interdictum. n. 22.

18 Nihilominus in causa matrimoniali speciale
est, vt probandus quoque sit matrimonij titulus, &
constat ex cap. ex transmissa, de restit. spoliat. ibi. Le-
gitimè desponsata, & ab eo cognita, vbi probatur,
quòd côiux vltra possessionem, titulum, & ita præ-
cedens matrimonium ostendere debet. Ratio est,
quia licet in matrimonio spirituali dabilis sit vera
possessio absque titulo, cum beneficia sint possidi-
bilia, in matrimonio tamen carnali non potest da-
ri possessio liberi hominis, qui natura sua non est
res possidibilis absque titulo præcedentis matri-
monij, iuxta l. cum haredet 23. §. vlt. ff de acquir. pos-
sess. Sicut nec liber homo vendicari potest, nisi ad-
iecta causa concludente l. 1. §. per hanc, vbi gloss. &
communis ff. de rei vend. ac subinde merito coniux
spoliatus restitutionem petens cum necessariò pos-
sessionem probare debeat, cap. consultationibus, de
offic. deleg. matrimonium ostendere cogitur, sine
quo attenta sua natura liber homo in proposito
non possidetur. Probat etiam cap. ex parte, eod. tit.
de restit. spoliat. dum docet eum, qui mulieris re-
stitutionem postulabat, non fuisse priuatum com-
modo possessionis, & subdit rationem, quia ex sola
traductione, quam non præcessere sponsalia, vel
consensus legitimus, nullum inter eos obligato-
rium vinculum est contractum; sic apertè signifi-
cans possessionem coniugum in matrimonio non
haberi absque sponsalibus, & consensu legitimo,
per quæ inter illos obligatorium vinculum con-
trahatur. Quare sic resoluunt in d. cap ex transmissa
glos. verbo, & ab eo, & Innoc num. vnico, Host. n. 2.
Abb. in fin. & Bellam. num. 1. Miles in repertor verbo
possessio liberi hominis, Ripa in l. naturalo § nihil com-
mune num. 42. Cæs. Contard. in l. vnic. C. si de momen.
possess. limit 2 §. 7. num. 27. ibi. Sic & in matrimonio
carnali non datur possessorium nisi probetur titulus ma-
trimonij, cap. ex parte, cap. ex transmissa, de restit.
spol. sunt enim hæc possessoria mixta natura, in quibus
absque titulo non concluditur possessio, nec datur in eis
possessorium, &c. Hercul Marescot. lib. 1. var. cap. 36.
num. 20. & cap. 39. num. 16. ibi. Sic etiam in matri-
monio carnali non datur possessorium, nisi probetur ti-
tulus matrimonij, sunt enim hæc possessoria mixta natu-
ra, in quibus absque titulo non concluditur possessio, &c.
& deinde lib. 2. c. 121. num. 110. cum seqq. Fontan. de
spolys lib. 2. cap. 16. num. 161. ibi. Mixta autem natura
dicuntur omnes causæ matrimoniales, &c. & lib. 4. c. 3.
num. 45 cum seqq. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 112.
num. 4 vbi rationem assignat; optimè Post. in d. tract.
obseru. 43. num 4. ibi: Hinc pariter possessorium matri-
moniale non solet terminari per manutentionem, seu re-
stitutionem, sed per depositum mulieris, ex quo habet
admixtam causam proprietatis, cum non possit in per-
sona libera haberi quasi possessio huius seruitutis con-
iugalis, nisi ex legitimo consensu. Rot. Recent. dec. 147.
num. 28. & 29. parte 1. quæ est Gregor. XV. decis. 351.
num. 39. cum seqq. &c.

Et in his terminis, quando scilicet possesso- 19
rium iudicium habet admixtam causam proprie-
tatis, causa fit appellabilis ratione petitorij conne-
xi, quod nequit à possessorio separari, Pontan. de
spolys lib. 4. cap. 3 num. 45. Giurb. decis. 101 numer. 3.
Salgado de protect. Regia parte 2. cap. 7. num. 88. cum
seqq. & parte 3. cap. 12. à num. 82. Rota apud Postiũ,
decis. 23. numer. 8. Idem quando decretum continet
minutam, Cæs. Barz. decis. 47. num. 27. Card. Caual.
decis. 88. num. 2. Ludou. Posti. d. tract. obseru. 106. n. 79.
Ludou. Sacca consil. 2. num 110. & seq. Camil. Borrel.
in sum. decis. tom. 2. tit. 33. de appellat. numer. 270.
& seq.

Cùm ergo manutentio in hac materia pendeat 20
à validitate tituli, non est danda, nisi postquam le-
gitime apparuerit de ipsius tituli validitate, Greg.
XV. decis. 283. num. 5. Vnde Rot. apud Post. dec. 215. 21
num. 34. censuit manutentionem pendentem à va-
liditate resolutionis contractus esse simul cum pe-
titorio terminandam; quia remedia possessoria 22
sunt periculosa in conscientia, si adest defectus
proprietatis, Post. obseru 81 num. 28. De quo matri-
moniali titulo plene debet constare, ex d. cap. trans-
missa, ibi. legitimè desponsata, &c. id enim importat
particula illa, legitime vt tenet Anton. de Butrio
in cap. constitutus, in fine, de filiis presbyt. Ludou. Sac-
ca consil. 2. num. 59.

Facit etiam quia de inualiditate huius matri- 23
monij per vim, & metum contracti satis constat,
cum probata vi, & metu, vt infrà monstrabitur, ex-
cludatur consensus, sine quo matrimonium valere
non poterat, vt optimè resoluit Rot. d. decis. 147.
num. 28 parte 1. recent. ibi: Quia restitutioni non erat
locus, cum ea non detur in matrimonio, nisi quando con-
stat de legitimo consensu, cap ex transmissa, vbi glos. in
verbo legitimè, Ioan. Andr. num. 5. Anton. Butr. sub
num. 10. vers. Ioannes Andreas approbat, Abb sub n. 5.
vers. Contra quod, de restit. spol. Et ratio est, quia non
potest in persona libera haberi quasi possessio huius ser-
uitutis coniugalis, nisi ex legitimo consensu, Bellam ibi
sub num. 3. & propterea possessorium matrimoniale ha-
bet admixtam causam proprietatis, Card. in d. cap. ex
parte, num 4. Bellam. num 12. Ancharan. in d. cap ex
transmissa in fin. Miles in verbo possessio; & quasi iu-
ris matrimonialis, Rip. in l. naturaliter, §. nihil com-
mune sub num. 83. ff. de acquir possess. Hinc sequitur
probationes Marchionissæ ad excludendum consensum
fuisse admittendas non solùm ratione mixturæ, sed etiam

quia in hoc procedit possessio iuris , vt dicit Imol. in d. cap. ex parte post num. 10. & probationes super metu bene excludebant consensum , qui adesse non potest , vbi metus,& coactio interuenit , cap cum locum, de sponsalib. & in filia à patre territa quod non dicatur matrimonio consensisse, tradit Felin. consil.14. num.6. Facit quia restitutio in spolio matrimoniali non datur , si possessio non fuit iusta, vel fuit violenta, &c.

24 Non obstat quod de iure est, quòd matrimonio
in facie Ecclesiæ contracto , si lis super eius nulli-
tate moueatur , non debet lite pendente exerci-
tium matrimoniale coniugibus interdici , *cap. 2.*
vt lite pend. Abb.*in cap.2. sub num.4.qui filij sunt leg.*
Vincent.de Franch.*decis.*130. *num.*4 Sanch. *de ma-*
trim.lib.2.disp.41 num.50.ad fin.vers quod exprc sè,&
lib.7.disp.2.num.15 vers. Quod si opponas ; vnde vide-
25 batur nec D. Mariam posse sequestrari, ex Pute.
*decis.*248.*num.*1. *lib.* 3. nec D. Inigum spoliari pos-
sessione suæ vxoris, cohabitatione, thoro, & obse-
26 quiis maritalibus , vt ex Baldo , & Achil. resoluit
Stephan. Gratian. *discept.forens.tom.5. cap.*850.*n.*5.
27 imò debere ante omnia restitui, *cap.ex conquestione,*
cap.litteras,de restit.spol Sanch. *de matri.lib.3.disp.*45.
*num.*1. Quia ad maiorem rei,& materiæ dilucida-
tionem in euentu, quo lite mota inter coniuges de
valore matrimonij , eorum aliquis ab alio diuertit,
& petitur manutentio , vel restitutio ; tres sunt di-
stinguendi casus.

28 Primus casus est, quando restitutio petitur ante factam probationem, seu ante probationes incontinenti oblatas , qui non est casus noster ; & tunc nemo dubitat restitutionem faciendam esse quoad cohabitationem , & thorum, si matrimonium iam erat consummatum ; quia cùm probationes incontinenti non offerantur, stat præsumptio contra excipientem quòd per calumniam causa differendæ restitutionis exceptionem opposuerat, vt dicit text. *in cap.litteras,de restit spoliat.* ac subinde standum est regulæ , vt spoliatus ante omnia plenè restituatur. Ita Sanch.*de matrimon.lib.2.disp.41 num.50.in princ.* Puteus *decis.*248.*num.*1.& 3.*lib.* 3. Stephanus Gratian *d cap.*850.*num.*7. vbi quod in hoc euentu non datur sequestrum , & maritus debet remanere in possessione suæ vxoris, Post. *d.tract. mandati de manutenendo obseru.*10 *n.*98 vbi idem dicit.

29 Nec obstat manutentionem , seu restitutionem
denegari,vbi est timor peccati, *cap. gaudemus,de di-*
uor. Couar. *de sponsal parte 2.cap.*17.§.5. *num.9.post*
med. eum aliis citatis per Stephan. Gratian. *d. cap.*
850. *num.* 6. quia id procedit antequam matrimo-
nium esset consummatum , secus autem post illius
consummationem , nam tunc non est consideran-
dus timor peccati , & maritus debet remanere in
possessione; Achil.*decis.vnic aliàs* 327.*num.*1. *& per*
*totum,de sponsal.*Put.*decis.*248. *lib.*3. vbi etiam addi-
tio marginalis notat quòd iterum causa proposita
die 27. *May* 1549. fuit idem resolutum non ob-
stante prætensa materia peccati quando sumus post
matrimonium consummatum , ne detur spolium,
Stephan.Gratian *d.cap* 850 *num.*7. Post. *d.obser.*10.
30 *num* 98.Ponderant enim plura iura copulam ad in-
tegram restitutionem faciendam,vt in *cap. ex con-*
questione,& in d.cap.*ex transmissa,de restit.spol.* quæ
tamen restitutio , aut quoduis sequestrum lite ver-
tente super validitate matrimonij non consum-
mati minimè concedenda , nimirum quo ad copu-
lam,quia graue damnum pateretur fœmina postea
declarato inualido matrimonio ; vnde cùm hoc
damnum deficiat , si quoad cohabitationem & alia
obsequia præter copulam concedatur restitutio,illa
in his deneganda non est, cùm ius habeat alter cô- 31
iux ad hæc, matrimonio nondum consummato,
cap.ex parte, de restit.spol. Stephan.Gratian. *d. c.*850.
num 11.Sanch.*d lib.2.disp.41 num.50.versic. Sed alij* 32
melius,& latiùs *lib.7.disput.*12.*numer.* 8. vbi iuxta
hanc sententiam plura iura Canonica conciliat, vt
scilicet text.*in cap.ex parte,de restit spol.* dum à con-
trario sensu probat ante matrimonij consumma-
tionem restitutionem faciendam quoad solam ha-
bitationem , & alia ministeria inter coniuges mu-
tuo debita præter copulam , agat de sola hac resti-
tutione ; atque ita solùm traductionem ad domum
petit; at dictum *cap.ex transmissa* , vbi oppositum
videtur decidi,agere ait de plena restitutione etiam
quoad copulam , ac proinde iure optimo postulare
copulam habitam dicit.

Secundus casus quando probationes super nul- 33
litate offeruntur incontinenti , & tunc fieri resti-
tutionem quoad cohabitationem, non autem quo-
ad thorum probat Innocent. III. *in cap.litteras, de
restit. spoliat* vbi mulier , quæ propter consangui-
nitatem a viro recessit , quamuis illa incontinenti
se offerat probaturam , restituitur viro quoad ser-
uitia,& omnia obsequia maritalia,quæ vxores ma-
ritis tam erga personam , quàm familiam ipsorum
exhibere tenentur, non tamen fieri restitutionem
quoad copulam dicit,vt patet ibi , *ad commixtionem*
carnalem,&c. & ibi , *est restitutio differenda*, &c. Ita
Couar.*de sponsal.parte 2.cap 7 § 5 num.*9. Menoch.
*remed.*1.*recup.numer* 114.248.& 318. Anton Gabr.
*comm.tit de restit.spoliat.concl.*1.*num.*4 . *versic.*2. *ad-*
dit. marginalis ad Put. *d. decis.* 248. *lib.* 3. ibi : *Non*
obstat, quia hic sumus in materia peccati , quia fuit di-
ctum, quòd etiam in materia peccati fit restitutio mari-
to , nisi mulier incontinenti habeat probationes paratas,
&c.Sanch *d.lib.2.disput.*4 . *num.*50. *in princ. & lib.*
10.*disp.*12 *num.*11. Gregor XV. *decis.*351.*numer.*45.
ibi : *Rursus cum negaretur matrimonium , & essent in*
promptu probationes , debebat admitti; & retardari re-
stitutio propter periculum animæ, & timorem peccati,ne
daretur cohabitatio illicita, &c.

Ratio est,quia per oblationem probationis in 34
continenti tollitur malitiæ præsumptio, vel ca-
lumniæ , quæ aliàs subesse videbatur contra eum,
qui excipit, vel allegat, idque probat *d cap.litteras,*
dum dicit ad maiorem cautelam exigendum esse
iuramentum malitiæ ab eo,qui oppositæ exceptio-
nis probationes offert incontinenti; sic significans
ad tollendam suspicionem , quæ contra illam exi-
stere videbatur , iuxta eundem tex. in *cap. litteras,*
versic.quod si, ibi, *quia præsumitur*,&c. satis sufficere
quòd probationes offerat incontinenti,quamuis vt
cautiùs & securiùs agatur , iuramentum sit exigen-
dum. Negari enim non potest oblatis probationi- 35
bus consanguinitatis à muliere in continenti , rem
effici maximè dubiam ; insurgit namque non leuis
præsumptio pro veritate exceptionis , & consan-
guinitatis obiectæ , & maximè minuitur præsum-
ptio malitiosæ dilationis , quæ alias viget contra
spoliatum excipientem, vt resoluunt gloss. *verb.*
sententia in cap. suscitata,de in integr. restit glos. verb.
incontinenti,in cap veniens 38 *de testib* refert nonnul-
los Couar.*pract.cap.*16 *à numer.* 2 & multos citat
Menoch. *d. remed.*1. *à num* 240. Igitur stante hoc
dubio , licet quoad cætera fiat restitutio , vt suprà
dixi , quoad copulam tamen merito differtur pro-
pter periculum grauissimi peccati incestus , quod
committitur ex parte mulieris spoliantis, si conscia
impedimenti ad virum matrimonialiter accedat,
vt optimè expendit Medina *de restit quæst* 17. *col.*2.
& seq.

& seq. & satis consentit Beroi. *in cap. in litteris, n 54. de restit spolia.* & æquum est vt maritus propter euitandi peccati periculum aliquam iacturam patiatur, arg *cap. ita ne 32. q. 1.* Ad euitandum enim peccatum cessant omnes apices Iuris, Aloys Ricc. *dec. 1. num. 4. & 5. parte 3* Vestri. *in pract. lib. 8 cap 4. n 34.* Ludou. Post. *d tract. obseru. 0. à num. 91.* & præcipue *num. 97.* ibi. *Amplius manutentio denegatur, vbi est solus timor peccati,* &c.

36 Non obstat, quòd in restitutione quoad cætera præter copulam videtur dari peccati periculum, qoia si est vera exceptio consanguinitatis, vel alterius impedimenti dirimentis obiecti; matrimoniũ non valet, & proculdubio peccat maritus, qui vt talis ab ea quæ vxor non est, nec esse potest, obsequia, & seruitia maritalia, etiam absque copula petit, & recipit. Respondetur enim quòd licet stante consanguinitate, quæ per oblatas incontinenti probationes verosimilis videtur, peccet maritus, cui in cæteris præter copulam fit restitutio, si obsequia maritalia, cùm matrimonium non valuerit, tanquam maritus petat, & recipiat: mulier tamen eiusmodi obsequia præstans non peccat, quippe quæ eadem ex mandato Ecclesiæ licitè exhibere potuit ei, qui maritus non est, & ita peccatum alterius petentis potuit ab illa remitti, & obsequia ex se, & natura sua recipiunt æstimationem per quam recuperari possunt à viro, si contra illam, & contra matrimonium postea pronuntietur.

37 Supradicta autem procedunt non solùm in impedimento consanguinitatis, sed etiam in quocũque alio, quo stante matrimonium non valeat; veluti si aliquis in Sacris constitutus, vel Religionem professus, vel coniugatus, viuente coniuge matrimonium contraxerit, iuxta (*lem. 1. de consang. & affinit. & cap. gaudemus, vers. Neque vlli, de diuort.* vel si per metum, aut vim vxorem duxerit, quia in omnibus his, & aliis similibus impedimentis, oblatis probationibus incontinenti, non fiet restitutio quoad copulam, quia tunc esset peccatum mortale copula coniugalis in eo coniuge, qui conscius est
38 impedimenti, Sanch *d lib. 10 dis. 12. num. 22. post med.*
39 Si autem periculum sit de copulæ extorsione, cautio indemnitatis præstanda est, & si hæc minimè sufficiat ad præcauendum periculum, vtpote quia maritus est iuuenis restitutio differri debet Ita ex Abb. & Brunel. Sanch. *d. lib. 2 disput 41. numer. 50. in med.*

40 Hinc patet intellectus ad *cap. porrò, de diuort* vbi coniux spoliata restituitur etiamsi notoria consanguinitas opponatur, quia Comes, de quo ibi, non se obtulit ad probandum incontinenti impedimentum parentelæ, quoniam si paratus esset incontinenti probare, nequaquam quoad copulam fieret restitutio. Et nihil mirum si decisio tex. *in c. significasti, de diuort.* non procedat in exceptione adulterij non notorij, cuius probationes incontinenti offeruntur; quo casu plenaria tam quoad seruitia maritalia, quam quoad copulam debet peti restitutio; exceptio enim notorij adulterij, & exceptio adulterij non notorij, cuius probationes offeruntur incontinenti, longè inter se differunt; nam in priori impeditur restitutio spoliati, *d. cap. significasti*, in posteriori non impeditur etiam quoad co-
41 pulam, nec procedit *d cap litteras.* Ratio est, quia cessat in hac specie periculum peccati, quod coniux non incurrit ex carnali coniunctione habita cum vxore adultera, iuxta ea, quæ resoluit Nau. *in man. cap 16. num 28.* quod periculum datur si accedat ad mulierem, quam dicit esse consanguineã,

vel per vim & metum cum illa matrimonium cõtraxisset, vt diximus; ita Conat. *d. parte 2. cap. 7. §. 5. num. 12.* Sanch. *d lib. 10. dis. 12. num. 22.* vbi plures refert.

Dicetur autem quoad hunc effectum probatio 42
offerri incontinenti non solùm vbi prompta, vel in promptu parata offertur, velut per instrumentum exhibitum, ex Baldo & Dec quos refert & sequitur Tiraq. *de retract. tit 1. §. 2. glos 1. num. 20.* verum etiam vbi excipiens offert se probaturum intra aliquod breue tempus non expectans ordinarias & longiores dilationes, vt satis declarauit Pont. *in d. cap. litteras in vers. quod si,* ibi. *Sed dilationes expectat longiores*, iunctis verbis præcedentibus; obseruat ibi Abb. *num. 6 & in cap. interposita in fin. princ. vbi addit. de appell.* Sane breue tempus, vel per contrarium longior dilatio in proposito arbitrio Iudicis iudicari debet, iuxta glos. & communem *in l. 3 ff. vt in posses. leg.* post alios Couar. *pract. c. 16. n. 2.* Menoch. *remed. 1. recup. n. 259.* & nec hic est casus noster.

Tertius casus est quando receptis probationi- 43
bus constat de consanguinitate in gradu prohibito, vel apparet mulierem alium virum habere, aut matrimonium per vim & metum nulliter celebratum, & hic iuxta vltimum exemplum est casus noster; in quo restitutio omnino denegari debet, non solùm quoad copulam, vt euincunt rationes, & Iura in secundo casu adducta, oblatis solùm incontinenti probationibus; sed etiam quoad cohabitationem, & cætera obsequia maritalia præter copulam, vt probationes iam receptæ aliquid plus operentur, quàm recipiendæ: nam in hoc euentu peccati periculum euidentius est, & vbicunque ad restitutionem faciendam possessio dat certam occasionem peccati, debet omnino restitutio denegari; nam solùm timor peccati non consideratur post matrimonium consummatum, vt suprà dixi *numero 29.*

De nullitate autem huius asserti matrimonij sa- 44
tis patet ex probationibus in summaria reformatione factis, ex qua constat hoc matrimonium per metum à D. Maria celebratum fuisse, proindeque nullum esse, vt per Doctores communiter *in cap. 2. de ijs quæ vi, & in cap. cum locum, de sponsal. & in c. veniens el 2. eod. titul.* Petr. de Barbobus *consil. 24. num. 3. inter consilia matrim vol 1.* Menoch. *de præsumpt lib. 3. præs. 4 à num. 1.* Sanch. *de Matrim. lib 4. disp. 12. num. 16. cum seqq.* Gutier. *in simili tract. c. 77. num. 21.* Farin *fragm crimin. parte 2. liter. M, num. 26.* Mart *in votis nouiss. decis. vot. 64. num 1.* Trullench *in exposit. Decalogi, lib 7. cap. 16. dub 4. numer. 4. in princ.* Aloys Ricc. *in decis. Curiæ Archiep Neapol. parte 2. decis. 13. n. 1.* cum aliis per me citatis *in his votis decisiuis, voto 1. n 14.*

Vim autem, & metum probant plures testes exa- 45
minati, qui satis deponunt de nimia animi auersione, & repugnantia dictæ D. Mariæ ad matrimonium contrahendum cum D. Inigo, & quòd D. Ioãnes D. Mariæ pater illam fortiter inducebat, & cõpellebat, vt contraheret, pluribus litteris hac de re ad eam, eiusque matrem D Agnetem transmissis, minans quòd nisi hoc matrimonium effectuaretur, ipse de ea nihil curaret, nec pro filia illam haberet, nec bona sua ei relinqueret, qui cùm esset vir asperæ conditionis, & facilè irascibilis, suberat D Mariæ timor damni, quod sibi poterat contingere, si eius voluntati vellet resistere: & ideò de tempore, quo stipulabatur mandatum procuræ, cum quo contractum dicitur hoc matrimonium, ipsa D.

Maria Notatium fugiens, qui dictum mandatum stipulaturus erat, in cameram lachrymabunda, & tristis se recepit, ostentans quòd inuita trahebatur ad dictas nuptias, & contra propriam voluntatem cogebatur ad contrahendum; sed demum prædictis patris sui minitantibus litteris perterrita, & continuis matris suæ suasionibus, ac nimia eius importunitate inducta, ad obediendum patri, & signandum dictum mandatum, accedere coacta fuit, eoque signato plumam è manu in terram mœstitia, afflictione, & suspiriis pluribus ostensis, iracunda proiecit, vt pariter omnes testes deponunt.

46 Vnde illa qualitas terribilis, & asperæ conditionis, præcipue in persona, cui debetur reuerentia, est multum considerabilis, & magni facienda, vt dicit Rot *coram Greg. XV. d. decis. 326. numer* 1.
47 Valenç. *consil.* 173. *numer.* 65. & minæ supradictæ quòd nulla bona ei relinqueret, nec de ipsa amplius curaret, multùm faciunt ad inducendum iustum metum, qui ex amissione maioris partis bonorum inductus quoad propositum censeri debet, eadem Rot. *coram Greg d. decis. 326. n. 19.*

48 Coëgit igitur pater D. Mariam ad contrahendum; mater verò voluit, ac importunè eam suasit, vt obediret patri, mandatumque signaret, quibus propter suam teneram ætatem, reuerentiam, & metum, amplius contradicere non est ausa; quæ autem fiunt propter verecundiam, & reuerentiam patris, aut matris non ligant, nec obligant filiam, *l. si quis cum sciret, ff. de furtis*, ibi: *Et hoc modo patronus quoque liberto, & is, cuius magna verecundia ei, quem in præsentia pudor ad resistendum impedit*, &c. *l. metum, l. si quis per impressionem, C. quod metus cau-*
49 *sa*, Valençuel. *consil.* 148 *num* 44. maximè cùm agatur de virgine teneræ ætatis, in qua minor metus sufficit. *glos.* 1. *in cap. cum locum, de spons.* Menoch. *de arbitrat. casu* 134 *num.* 5. Seraph. *decis* 771. *num.* 4. Sanch. *de Matrim. lib. 4. disp.* 1. *num* 4 *& disput* 17. *num.* 1. *propè fin.* Gutier. *in simili tract cap.* 17. *num* 2. *& consil.* 6 *num* 9 Ioan. Garc. *de nobilit glos.* 17. *n.* 33. Farin *fragm. crimin. parte* 2. *verbo metus, num* 74. *cum seqq.* Valenç. *d. consil.* 148. *num.* 45. cum aliis per me citatis *d. voto* 1. *numer.* 32 Noguerol *tom.* 1. *alleg.* 29. *num.* 69. plures apud Hermosil. ad Greg Lop. *l.* 56.
50 *glos.* 2. *num.* 3. *tit.* 5. *parte* 5 *pag.* 275. & antea *glos.* 1. *sub num.* 65 nam fœminæ vt debiliores, ita sunt timidiores, *glos. verbo metum, in d cap cùm locum*, Sãch. *d disp.* 3. *n.* 2. *& n.* 5. *in fine*, Valençuel. *d. consil.* 148. *num.* 66.

51 Est enim satis iustus metus vitandi indignationem paternam, quantumuis sine culpa filiorum commotam, *l. si quando, § illud, C. de inoff. testam.*
52 Valenç. *consil.* 174 *num.* 53. *tom.* 2. Prout & ille, qui procedit ex reuerentia patris, quæ plerumque magis efficit, quàm terror, vt ex Plinio *in Panegyrico ad Traianum*, tenet idem Valenç *d. consil* 174. *n.* 52.
53 nam D. Maria patrem plurimùm reuerebatur, quæ nimia reuerentia accedit ad metum, *l.* 1 *§. cùm onerande*, vbi Bart. *ff quarum rer actio non datur*, Valenç. *consil.* 173 *num.* 66 *& consil.* 174. *num* 41. maximè stante terribilitate, magnaque auctoritate, iracunda, ac seuera conditione dicti D. Ioannis eius patris, Gramm. *decis* 261 *numer.* . Mogol. *de metu, cap.* 24. *num.* 5. Paul de Castro *consil* 174. *Contra superius, num.* 1 *vers. hac autem, vol.* 1. vbi ad rescindendam renunciationem factam à filia ponderat persuasionem, solicitationem, & calliditatem patris, Noguerol *allegat. Iuris, tom* 1 *alleg.* 29. *numer.* 70 Castil. *controuers. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 16.. ibi: *Si patris, aut mariti iuuenis magna sit auctoritas, magnave reuerentia, siue austera, iracunda, aut seuera conditionis*, &c. Hermosil. eum referens, *vbi supra num.* 14. Greg. XV. *dec.* 374. *n.* 16.

Et multò magis præcedentibus verbis, & signis 54
prædictis, ac aliis denotantibus ipsam D. Mariam sæpius dixisse ante, & post contractum matrimonium nolle in suum maritum dictum D. Inigum, vt in terminis resoluit Franc Monald. *consil.* 5. *n* 4.. *vol.* 2. ibi: *Tamen aduertendum est quòd si constare potest causa cognita, prout constat in casu nostro, quòd ob metum reuerentialem contraxerit, cum probatum fuerit, & ante contractum matrimonium, & postea verbis, & signis dixisse, & demonstrasse nolle in suum maritum præfatum D. Petrum, videlicet plorando, fugiendo, & voluntatem suam declarando, prout supra dictum est, dico, quòd tale matrimonium etiam ex isto capite est ipso iure nullum*, &c.

Et quamuis metus reuerentialis, quem naturali- 55
ter habet filius respectu patris, non sufficiat ad cõtractus rescissionem, nisi minæ præcedant, vt sentiunt multi, quos referunt Noguerol *d. allegat.* 29. *num.* 79. & Hermosil *vbi supra num.* 5. nihilominus tamen in matrimonialibus causis sunt numero non pauciores, qui dicunt reuerentiam per se solam sufficere, de quibus Diana *moral. resol parte tract.* 56
5. *resol.* 0. præcipuè si persona adeò grauis sit, quòd ei nimia debeatur, ex Hermosil. *d. loco, numer.* 13. *&* 14. vt in nostro casu, in quo etiam vltra minas, de quibus suprà *num.* 37, reuerentialis iste metus incussus à D Ioanne, persona grauissima, vestitus reperitur pluribus coniecturis verum metum inducentibus, præcipuè à terribilitate conditionis paternæ, vt supra ostendi: item, ab auersione repugnantia, lachrymis, & querelis, de quibus infrà *num* 64. *cum seqq* & demum ab apprehensione damni, quod sibi posset euenire suspicabatur ipsa metum passa, *l* 3. *ff ex quibus causis mai.* ibi: *Et hoc ex affectu eius intelligitur*, Rot. *d. decis.* 260. *numer.* 18. *lib.* 2 *consil crimin.* Farin Noguerol *d. alleg* 29 *n.* 83. quia timor damni futuri propriè est metus ad rescissionem contractus, *l. nouissimè, ff. quod falso tut* Alex *consil.* 19. *In casu, numer.* 6. *&* 7 *vol* 1. vbi quòd 57
patia sunt quòd quis compellatur per verbera, & minas, vel quòd timeat compelli, Monald *d. cons* 5. *num* 31 *cum seqq. vol.* 2 Noguerol *d alleg* 29 *num* 84. Hermosil *d l.* 56 *glos* 1 *num.* 14. *cum seqq* Et non so- 58
lùm metus, sed etiam iusta illius suspicio est multùm considerabilis, post multos Valenç. *d cons.* 173. *num.* 64.

Concurrunt etiam importunæ, instantissimæ, & 59
continuæ persuasiones, ac preces immodicæ, quibus tam nomine patris, quàm suo proprio eam solicitabat mater, quæ cum procedant a personis, quibus magna debetur reuerentia, videlicet à patre, & matre simul, habentur loco coactionis, & compulsionis, ac consequenter tollunt, præcipuè in puella tam teneræ ætatis, plenam securitatem, & liberum consensum contrahendi, vt matrimonium sic inuoluntariè contractum dicatur nullum. Ita Ioan. Bapt. Ferret. *consil.* 296 *num* 7. *&* 8 Nald *in sum. verb metus, num* 4. Castil *d. lib.* 3. *cap.* 1. *a num.* 105. Basil. Pont *de matrimon. lib* 4. *cap.* 5. *numer.* 17. Greg XV *decis* 326 *num.* 5 13 *&* 14 Valenç. *d. consil.* 173 *num.* 63 Mart. *de success. legali parte* 4 *quæst.* 1. *art* 6 *num* 31. Hermosil. *d. l.* 56. *glos.* . *num.* 24 *tit* 5. *parte* 5 late Sanch. *d. lib* 4 *disput.* 7. *per tot* vbi concludir in hæc verba. *Sit conclusio inter has sententias, secundam reputo probabiliorem; cùm enim ex vna parte importunitas cuiuscumque sit, valde vrgeat, ne dicam vexet,*

τexet , & opprimat , ει probant omnes textus adducti
pro prima sententia, num. 4. & ex altera parte reuerentia persona petentis debita , pusillanimem , ac timidum,
nec audentem contradicere , rogatum reddat, merito, ac
iure optimo vtraque metuendi causa concurrēta pruden-
tem, ac constantem coget , ipsiusque consensum extorque-
60 *bit*, &c. Paria siquidem sunt obtinere per importu-
nitatem, & obtinere per metū, Pet. Pechi *de testam.*
coning. lib. 1. c. 3. n. 4. cum seqq. Valenç. *consil.* 19 *n.* 31.
tom. 1.

61 Satis superque ex his probatus est metus , & vis
illata D. Mariæ , qui cùm sit difficilis probationis,
tam ex parte illum patientis, com in eius animo sit
reconditus , *l.* 1. *ff. de eo quod metus causa* , quàm ex
parte metum inferentis , cum secretò, & clam infe-
ratur. Honded. *consil.* 29. *num.* 11. *lib.* 1. Andr. Gail.
lib. 2. *obseru* 93. *num.* 19. Menoch *de arbitr. casu* 116.
62 *num.* 17. Valenç *consil.* 29. *num.* 40. *tom.* 1. prout præ-
dictæ persuasiones, & coactiones sunt de his , quæ
63 fiunt occultè, Valenç. *d. consil.* 173. *num.* 71. ideò per
indicia, & coniecturas tam metus , quam persuasiu-
nes huiusmodi probari possunt, Gail. *d. obseruat.* 93.
num. 18. Gutier. *consil.* 16. *num.* 4. Mart. *d. voto* 1. *n.* 54.
Farin. *in fragm. crimin. parte* 2. *lit. M*, *num.* 181. Rot.
apud Farin. *lib.* 2. *decis. crimin. decis.* 260. *num.* 1. & 2.
Fontanel. *de pactis nupt. tom* 2 *claus* 7. *glos.* 2. *parte* 5.
num. 39. Gabr. Pereira *decis.* 30. *numer.* 8. Noguerol
64 *alleg. Iuris tom.* 1. *alleg.* 29. *num.* 16. Illud enim quod
facile probari non potest, argumentis , & indiciis
probari valet, *l. nominis*, *§. à barbaris*, *ff de re milit.*
Seraphin. *decis.* 771. *num.* 2. Ioan. Franc. à Ponte *cons.*
65 44. *num.* 17. Et dicit Ias. *in l de pupillo*, *§. si quis ipsi*
Pratori, *ff de noui oper. nuntiat. num.* 10. quem refert
Noguerol d. alleg. 29. *num.* 17. quòd quando à com-
muniter accidentibus probatio est difficilis , suffi-
cit probare per coniecturas , & sufficiunt proba-
tiones , quæ aliàs tanquam imperfectæ reiiceren-
tur , & quòd ratione difficultatis sufficit præsum-
ptiua probatio, ex præsumpta opinione.

66 Coniecturæ autem metus illati, & noluntatis ex
parte D. Mariæ plores se se offerunt, præter eas , de
quibus suprà , sed doæ remanent principaliores in
materia Prima elicitur ex nimia animi sui auersio-
ne , & repugnantia erga huiusmodi nuptias , quæ
declarat animum alienissimum ab eis contrahen-
dis, Rot. *coram Greg. XV. decis* 316. *num.* 7. & apud
Farin *lib.* 1. *decis. crimin. decis.* 260. *num.* 3. & confert
67 ad metum probandum , eadem Rot. *decis.* 779. *n.* 1.
p. 1. *in posthum. Farin.* Hippol. Rimin. *consil.* 77. *n.* 24.
inter matr. Zilet.

68 Quam quidem auersionem , & repugnantiam
ante , & post matrimonium , continuò habuit D.
Maria erga D. Inigum ; nàm dum illa ad lectum
vocaretur , semper ire reluctabatur , & inuita, la-
chrymabunda, & tristis trahebatur ad accubitum,
maximos clamores emittendo, vt plures testes iam
examinati deponunt ; quæ tanta auersio ad deli-
rium, & desperationem eam sæpissimè adduxit, vn-
de etiam metu præsumitur contractum matrimo-
69 nium, ex Greg XV. *decis.* 316. *num.* 42. & si aliquan-
do tacuit, & dissimulauit , fuit pro tam breui tem-
pore, & ad instantiam eorum, qui solicitabant hoc
matrimonium , ita vt ex tali patientia argui non
possit libera voluntas , ex Seraphin. *decis.* 581.
num. 7.

70 Secunda, ex afflictione, lamentationibus, lachry-
mis, suspiriis, & tristitia ipsiusmet D. Mariæ de tem-
pore, quo stipulabatur mandatum procuræ ad con-
trahendum , quæ arguunt dissensum , & pœniten-
tiam, & signa sunt clara, quòd inuita trahebatur ad
dictas nuptias, Andr. Alciat. *consil.* 55. *numer.* 8. *lib.* 9.
Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 126. *num.* 17. Seraph.
decis. 859. *num.* 2. Greg. XV. *d. decis.* 326. *num.* 40. *cum*
seqq Noguerol *d alleg.* 19. *numer.* 67. Rot. *decis.* 779.
num. 5 *parte* 1 *in posthum. Farin.* Grammat. *decis.* 103. 71
num. 55. *in fin.* vbi inquit in casu de quo ibi satis
argui metum fuisse illatum Marchionissæ , ex eo
quod flere visa est. Et ex querelis præcedentibus 72
præsumptionem metus induci tenent Aym. Crau.
consil. 461. *num.* 12. *lib.* 3 Beroi. *quæst. famil q.* 154 *n.* 4.
Menoch *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 126 *num.* 17. & 21.
quæ omna non solùm circa actum, & in ipsu actu,
quo scribebatur dictum mandatum procuræ , visa
fuerunt , sed etiam post ipsum matrimonium cele-
bratum pluries sunt euentura, vt ex depositione te-
stium apparet. Nec mirum, quia omnes actus sub- 73
sequentes , etiamsi prima facie spontanei videan-
tur, meticulosi censentur, cum à principio meticu-
loso cætera sequuta regulari debeant, Barbat. *consil.*
54 *col.* 12. *vol.* 1. & initium metus io actu, influit in
actos sequentes, Nouar. *collect.* 14. *n.* 3.

Non obstat, quòd D. Maria post matrimonium
vigore dicti mandati procuræ contractum , & post
mortem D. Ioanois eius patris, cum D. Inigo inha-
bitauit, & matrimonium consummauit; quia mul-
tipliciter respondetur.

Primò, quòd dicta D. Maria erat in domo patris 74
paulò antea defuncti , & sub potestate matris re-
mansit , quæ coadiuuando voluntatem patris eam
coëgerat , vt mandatum procuræ signaret , & sic
metus causa de illo tempore durabat, Valenç. *cons.*
165. *num* 80. *tom.* 2. Rot. *decis.* 500 *num.* 2. *parte* 1. *in*
posthum. Farin. retinebatur adhuc à matre, quæ vt
rem gratam marito faceret , metum incuterat , ac
minis persuaserat, Seraphin. *decis.* 859 *num.* 2. vbi 75
etiam quòd semper præsumitur continuatio metus
quousque probetur quòd pars sit constituta in
plena libertate.

Secundò , respondetur dictam D. Mariam non 76
potuisse antea resistere voluntati matris , quin
prius aliquo decurso tempore, & memoria paternæ
voluntatis aliquantulum refrigescente , illam cer-
tiorem redderet de metu , quem passa fuerat ad
matrimonium huiusmodi contrahendum , & de
auersione magna erga huiusmodi nuptias ; vnde
durante hac metus causa , & habitando in domo
ipsius matris, vna cum asserto marito, huiusmodi
patientia , & dissimulatio per dies triginta , plus
minusve , ob dictam causam habita , non potuit
dici sufficiens ad purgandum metum , cùm requi-
ratur, vt illum patiens sit in plena libertate, Se-
raphin, *decis.* 859. *n.* 1. & *decis.* 863. *num* 1. Menoch.
de præsumpt lib. 3. *præs.* 126. *n.* 26. Rot. *decis.* 179. *n.* 7.
p. 2. *in posth. Farin.*

Tertiò , respondetur non sufficere pro purga- 77
tione metus solam acquiescentiam , etiam longi
temporis post mortem patris , qui metum intulit,
sed requiritur quòd metus probetur sublatus per
actus positiuos contrarios, vt per Osasch. *decis.* 179.
numer. 11. Rot. *dict decis.* 179. *numer.* 5. *parte* 2. *in*
posthum.

Quartò, respondetur censuisse S. Congreg. Cō- 78
cilij, *sub die* 15 *Septembris* 1619. matrimonium nul-
lum , eo quòd per metum à matre illatom contra-
ctum fuerat, esse inualidum , etiamsi metum passa
post mortem matris per plures annos cum viro
permanserit, & filios susceperit , vt refero in Col-
lect. Bullarij *verbo matrimonium contractum pag.*
445.

Quintò, respondetur consensum cohabitationis 79

Tt 3 super

superuenientem, & carnalem copulam post matrimonium contractum habitam non sufficere, cum tempore assertæ celebrationis liber incontrahente consensus non adesset, Brunel. *in tract. de sponsalib. conclus.1.num.4. cum seq.* Seraphin. *decis.* 863. *num.*3. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. parte 2. decis.15.numer.*3. Mart. *in votis nouiss. decis.*
80 *voto 64. num.*1. nam hoc casu carnalis copula præsumitur per violentiam interuenire, vt dicit Mart. *d. voto 64.n.15.*

81 Sextò, respondetur quòd si à principio matrimonium fuit nullum ex defectu consensus, qui ita est de substantia matrimonij, *cap. tua nos, in fine,* ibi *glos. pen. de spons.* Reinos. *obseruat.* 58. *numer.* 1. & causa efficiens ipsius, *cap. sufficiat 27. quæst.* 2. *cap. cum apud, de spons.* vt neque per diuinam potentiam possit matrimonium absque proprio coniugum consensu constare, Stephan. Banni *tom.* 1. *quæst. moral. tract.*12. *quæst.*7. & 10. Caro.Maranta *tom.*1. *respons.*6. *num.* 76. & ideo stante metu, quo nihil est magis contrarium consensui, *l. nihil consensui, ff. de regul. Iuris, cap. super hoc, de renunc.*
82 non potuit tale matrimonium per quemcumque consensum superuenientem ratificari, nisi de nouo cum requisitis solemnitatibus, in præsentia scilicet Parochi, & duorum testium celebraretur, quia Concil. Trident. *sess.* 24. *de Reformat. matrim. cap.* 1. procedit annullando matrimonium eo absente factum. Ita Seraphin. *decis.* 900. & *decis.* 1252.*num.*2. Aloys.Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. parte 4. decis.* 81. *per tot.* & præcipuè *num.*5. F.Basil. de Leon *lib.*4. *de Matrimon.cap.*24. *num* 4 Rota *coram Gregor. XV. decis.* 395. *per to-*
83 *tam,* & apud Farin. *in posthum. parte 2. decis.* 204. *numer.* 2. qui eam principalem afferunt rationem, quia omnis forma, & solemnitas, quæ debet interuenire in actu, vt valeat, interuenire debet in ratificatione, nec potest deseruire solemnitas per prius sequuta, quoniam illa debet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo separari; neque iuuare potest fictio, aut retrotractio cum non fiat
84 quando actus est omnino nullus. Nam licet ratificatio conciliet ea, quæ pendent ex animo, nullo modo potest conciliare ea, quæ pendent ex ali-
85 qua forma, iuxta doctrinam Baldi *in l. mancipia C. de reb. alien.* Et non dicitur purgatus metus ex aliquo actu voluntario subsequuto, quando actus cum eo ab initio gestus nullus fuit, vt post Trentacinq. resoluit Hermosil. *dict. l.*56. *gloss.* 1, *num.* 124.

Ex quibus patet nec petitæ restitutioni, nec subsidiariæ manutentioni post factas probationes locum fore, dum ex illis constat D. Mariam per vim, & metum matrimonium nulliter contraxisse cum D.Inigo Lopez de Mendoza, & ita speramus iudicandum. Sub censura,&c.

Toletana remissionis.

Scholares vt priuilegium scholaritatis gaudeant, debent esse in matricula Vniuersitatis descripti, studere ac scholas frequentare. Probatio dubia, vel ambigua, vel æquiuoca nihil releuat, & interpretari debet contra probantem. Resistentia solo verbo committitur.

VOTVM LV.

1 *Facti series narratur.*
2 *Matricula in libro descriptio probat quem esse scholarem.*
3 *Scholaris matriculam omittens priuatur consortio Vniuersitatis.*
4 *Officialis an quis sit vel non sit probatur ex matricula inspectione.*
5 *Scholaris iussu matriculari per Rectorem priuilegijs scholarium gaudet.*
6 *Scholaris quis probatur per actus appropriatus ipsis scholaribus.*
7 *Ordinarius habet de iure fundatam intentionem super iurisdictione in tota sua Diœcesi.*
8 *Scholares de Iure habent in suos Iudices Episcopum ciuitatis, Rectorem gymnasij, & lectores Vniuersitatis.*
9 *Complutensis Vniuersitas quam exemptionem habeat, ostenditur ex priuilegio Clementis VIII.*
10 *Princeps secularis extra casum salutis spiritualis, vel periculum animarum, solus potest subijcere laicos Iudicibus Ecclesiasticis.*
11 *Rector Vniuersitatis Complutensis, & Scholasticus Salamantinus an habeant ex Regia delegatione iurisdictionem in laicos scholares.*
12 *Iurisdictio si officium habenti tribuatur habita consideratione ad officium, videtur concessa vt officio adhæreat, & sit quasi appendix prioris iurisdictionis.*
13 *Dignius quod ex se est censetur etiam esse principalius in dispositione, & minus dignum accessorium.*
14 *Vnitum semper sequitur statum, & conditionem illius rei, cui principaliter annectitur.*
15 *Iudex secularis per censuras Ecclesiasticas ex vi sua laicalis iurisdictionis procedere non potest.*
16 *Appellationes à sententijs etiam per Ecclesiasticum, vigore tamen temporalis iurisdictionis prolatis, ad Regia tribunalia, non vero ad Ecclesiastica sunt deferenda.*
17 *Studium dicitur vehemens appplicatio animi ad aliquid peragendum cum summa voluntate.*
18 *Scholaris non studens, aut scholas non frequentans, non gaudet priuilegijs ratione study concessis.*

Priuilegium

19 *Priuilegium vbi conceditur alicui ratione officij, vel exercitij, si illud non exercet, non gaudet priuilegio.*

20 *Fundans se in priuilegio qualificato debet probare concurrentiam qualitatum, alias priuilegium non suffragatur.*

21 *Iurisdictio si concedatur in certo facto, seu casu qualificato, oportet constare prius de qualitate.*

22 *Causa propter quam priuilegium concessum fuit, si deficiat, cessabit priuilegium.*

23 *Priuilegiis & gratiis non tam verba sunt attendenda quàm mens consideranda.*

24 *Iurisdictio vt competat, semper est probandum id, quod est causa iurisdictionis.*

26 *Testes sibi inuicem contrarij non probant, quia vnus alterius fidem elidit.*

27 *Testes quando discordant in loco conuincuntur de falso.*

28 *Testes in vna parte falsi præsumuntur falsi in omnibus, etiam quod illa pars non substantiam, sed accessoria concernat.*

29 *Probatio dubia, vel ambigua, vel æquiuoca nihil releuat.*

30 *Probatio dubia, ambigua, vel æquiuoca contra probantem interpretari debet.*

31 *Probatio verosimilis & fortior aliam minus fortem & veram vincit.*

32 *Probatio probationem excludit.*

33 *Probationem in concursu præualere debent illæ, quæ Iuris assistentia coadiuuantur, & quæ habet fomentum tituli.*

34 *Iurisdictio ordinaria fauorabilis est, & delegata odiosa.*

35 *Ordinaria potestas est amplianda, & præsumptio stat pro eius iurisdictione.*

36 *Resistentia solo verbo committitur.*

37 *Scholaris Iudici laico resistens priuilegium scholaritatis amittit.*

38 *Clericus scholaris resistens Iudici seculari non amittit priuilegium scholaritatis, secus si Iudici suo Ecclesiastico resistat.*

39 *Resistentia quando sit iusta, vel iniusta.*

40 *Studiorum causa priuilegia scholasticis conceduntur.*

41 *Priuilegium Principis latè est interpretandum in sui præiudicium, in præiudicium tamen tertij non est ampliandum.*

42 *Priuilegia sunt stricti iuris, & interpretari debent vt minus lædant ius commune.*

1 ICENTIATVS de Catiaga Presbyter Matritensis de quibusdam criminibus inquisitus, & à Vicario Generali Matritensi in Archiepiscopali carcere detentus, eius iurisdictionem declinauit, & petiit remitti ad Rectorem Vniuersitatis studij generalis Complutensis, ex quo à sexcennio & vltra, in dicta Vniuersitate commorando, sacræ Theologiæ, & Iuri Canonico sedulam nauabat operam, & coram eodem Rectore se scholarem, & in libro matriculæ descriptum, ac in scholis continuo cursantem dicens & probans, obtinuit à dicto Rectore relaxari mandatum de inhibendo sub censuris, & pœnis contra D. Vicarium, & sub prætextu quod assertæ inhibitioni non paruerit, illum in comminatas censuras incursum, & ab omnibus Christi fidelibus euitandum mandauit; sed cum pro parte Promotoris fiscalis Curiæ Archiepiscopalis ab huiusmodi procedimentis, & censuris ad sanctam Sedem Apost. & illustrissimum eius Nuntium in Hispaniarum Regnis commorantem appellatum esset, ipse Dominus meos Nuntius causam & causas appellationis huiusmodi de & super eo, cui causarum dictum de Cariaga concernentium cognitio competeret, ex officio mihi committendas fore, & esse decreuit, & committi mandauit. Vnde dubitaui an dictus de Cariaga vti scholaris sit ad dictum Rectorem remittendus?

Pro remissione videtur facere testimonium ex- 2
tractum ex libro matriculæ dictæ Vniuersitatis, in quo describi solêt scholarium nomina, vt reperitur inter alios scholares descriptus dictus de Cariaga, quæ descriptio probat eum esse scholarem, atq; *l. quicumque* 10. *C. de cohortalib lib* 12. ibi, *non antea accedere permittatur, nisi eis nomen matriculis receptum primitus fuerit*, &c. *l si duas* 6. *in fine principij, ff. de excusat. tutor.* ibi, *& vtique non aliter de immunitate hac fructum habebunt nisi decreto Senatus inscripti fuerint numero concesso, & circa operationem se negligenter non habeant*, &c. resoluuit Bald. *in proœm. Decretal. verbo Gregorius num.* 37. Tiber. Decian *resp.* 66. *num.* 45. *volum.* 1. *& resp.* 39. *num.* 12. *vol.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 296. *num. tom.* 3. Perez *l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1 *Ordin. col.* 75. *vers. aduerte tamen, & l.* 3. *tit.* 5 *lib.* 1. *Ordin. vers. constat praterea*, vbi in- 3
quit scholarem matriculam omittentem priuari consortio Vniuersitatis, Suar. de Paz *in pract. tom.* 2. *cap* 6 *num.* 31. *pag.* 30. vbi per *l* 18. *tit.* 7 *lib.* 1. *Recop.* dicit scholarem teneri producere testimonium suæ matriculæ signatum à Notario Vniuersitatis, quo constet illum scholarem descriptum esse in matricula Rectoris sex abhinc mensibus ante motam litem, Genoa *de scriptura priuata lib* 4. *q.* 3. *de libro matricula scholarium*, Narbona *l.* 20. *gl* 5 *num.* 3. *tit.* . *lib* 4 *Recop.*

Vnde Ioan. Andr *ante num.* 1. *&* Bart *num.* 3. *in l.* 4
matriculam C. de agentib. in rebus lib. 12. tenet modum probandi an quis sit vel non sit officialis, cõsistere in ipsa matriculæ inspectione, seu libri, in quo registrati sunt omnes officiales, & ita probabitur negatiua, quod aliquis non fuerit in matricula, cuius probatio ad eum spectabit, qui in hoc intentionem suam fundauerit, Stephan. Gratian. *Marchia decis.* 198. *num* 24. Narbona *d. l.* 20 *gloss.* 5. *num.* 10. vbi *num.* 14. subdit scholarem iussum ma- 5
triculari per Rectorem, priuilegiis scholarium gaudet, licet nondum fuerit in matricula descriptus.

Accedunt plures testes, qui deponunt dictum de Cariaga in Complutensi Vniuersitate tribus præcedentibus annis continuò sacræ Theologiæ, & Iuri Canonico operam dedisse, ac quotidie lectionibus interfuisse, vt requiritur *d. l.* 8 *in §.* 6.

Demum testimonij Secretarij eiusdem Vniuersitatis constat dictum de Cariaga transacto & præsenti anno vocem dedisse in Cathedrarum prouisionibus, in quibus eam non habent nisi scholares matriculati,

matriculati, & cursantes, iuxta dictæ Vniuersitatis statuta; per actus enim appropriatos ipsis scholaribus probatur aliquem esse scholarem, cum talis quis præsumatur esse, qualis est in exercitio, Mascard. *d. concl.* 1296. *n.* 19 *& 20*.

7 Verùm his non obstantibus censui dictum de Cariaga non potuisse ordinariam iurisdictionem effugere, cum de scholatitate, studio, & assiduit in scholis continuatione plene, & vt requiritur, in actis minime constet. In dubium enim reuocari non potest quin Ordinarius habeat de Iure fundatam intentionem super iurisdictione in tota sua Diœcesi, *cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. cùm Episcopus, eod. tit. lib. 6. cap. cum persona, de priuileg. eod. lib.* Concil. Tridentin. *sess.* 24. *de reform. cap.* 20. *vers. adhæc*, Caputaquens. *decis.* 101. *parte* 2. Seraphin. *decis.* 948. *num.* 1. *& decis.* 1104 *num.* 1. *& dec.* 1278. *n.* 1. Rota *decis.* 145. *n.* 6. *p.* 1. *diuers.*

8 Exceptio autem scholaritatis, & mandata à Rectore relaxata non iustificantur ad impediendam ordinariam iurisdictionem circa delictorum cognitionem, de quibus in Audientia Archiepiscopali dictus de Cariaga inquisitus existit.

9 Quod vt pateat, sciendum est scholares de Iure habere in suos Iudices Episcopum ciuitatis, Rectorem gymnasij, & Lectores Vniuersitatis, secundum dispositionem *auth. habita C. ne filius pro patre*, vbi Rebuff. *num.* 55. Horat. Luri. *de priuileg. scholast. cap.* 64. *col.* 1. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 114. *in fine*, Clar. *in pract. § fin quæst.* 35. *num.* 23 vbi addit Episcopum & Potestatem ciuitatis in criminalibus esse eorum Iudices competentes, & attestatur obseruari in gymnasio Papiensi, vt si scholaris est clericus, beneficiatus, vel in sacris, procedit Episcopus, & Rector, si est laicus procedit Rector, & Potestas. Nouissimè S. D. Clemens VIII. *per suas litteras in forma Breuis sub Dat. Romæ apud S. Petrum die* 25 *Maij* 1600 *scholares Vniuersitatis Complutensis eorumque personas & bona ab omni iurisdictione, superioritate, dominio, & potestate, ac correctione Ordinariorum exemit, & eorum eiusdem Vniuersitatis Rectore dumtaxat tam in beneficialibus & ciuilibus, quàm in criminalibus, seu mixtis causis, siue agatur de crimine ex officio, siue inquisitione, aut partis accusatione, aut aliàs quomodolibet de iustitia respondere teneantur, vt scilicet commodius, & sine vlla digressione litteris vacare possent.*

10 Quæ quidem Iurisdictio Rectori concessa à Papa in scholares studentes est Ecclesiastica Apost. & sic in clericos tantum dirigitur, quia Papa nunquam censetur laicos à iurisdictione laicali eximere, solum enim quando salus spiritualis, vel periculum animarum potest Ecclesia pro concessa sibi à Deo potestate laicos etiam inuitis Principibus subiicere Iudicibus Ecclesiasticis, extra quem casum solus Princeps secularis potest subiicere laicos Iudicibus Ecclesiasticis; vt rectè aduertunt Innoc. *in cap.* 2. *de maior. & obed.* Gregor. Lop. *l.* 1. *gloss. fin. tit.* 7. *parte* 1. late Basil. Pont *de Matrim lib.* 5. *cap* 12. *§. vnico pag.* 137. Mari. Cutelli. *in Codice legum Regni Siciliæ ad leges Martini n.* 18. *pag.* 387.

11 Quatenus verò Rector, seu Scholasticus Salamantinus in laicos studentes iurisdictionem exercet, id non Apostolica, sed Regia facit auctoritate, vt Salamantino scholastico conceditur *l* 18 *titul* 7. *lib.* 1. *Recop.* & Rectori Complutensi *l.* 16. *eiusdem tituli, & libri.* Sed dubium est an per annexionem vnius cum altera iurisdictione, tota efficiatur Ecclesiastica, an verò Regia illa semper laicalis existat? in hac quæstione resoluenda multum insudant Doctores agentes & disputantes, an hæreticæ prauitatis vindices, & Fidei quæsitores laicorum officialium, familiarumque sanctæ Inquisitionis officij causas ex indita sibi Pontificia potestate, & ex vi Ecclesiasticæ Iurisdictionis, qua in cæteris Fidei causis vtuntur, vt Ecclesiastici Iudices discernant, an potius vt secularem iurisdictionem habentes ex *l.* 10. *tit.* 1 *lib.* 4. *Recop* ibi, *como Iuezes que para ello tienen iurisdicion de su Magestad y nuestra*, &c. vt ipsius secularis Principis delegati negotia discutere valeant? Ego tamen relictis multis adduci solitis pro defendenda iurisdictione Regia Ecclesiasticæ non permixta, semper tenui per dictam vnionem vel incorporationem rotam iurisdictionem Ecclesiasticam censeri, quod multis comprobari posse existimo.

Primò, quia certum est dictis scholastico Salamantino, & Rectori Complutensi datam fuisse iurisdictionem temporalem & Regiam ratione officij vt faciliori causarum scholasticorum expeditione in perpetuum consuleretur, ne earum causa à studiis suis distraherentur, & sic spirituali annexa, & vnita remanet, quemadmodum dicitur vt si iurisdictio officium habenti tribuatur, habita consideratione ad officium, videtur concessa, vt officio adhæreat, & sit quasi appendix, & sequela prioris iurisdictionis, vt docet Bart in *l. ambitiosa nuncr.* 14. *ff de decret. ab ord. facien* Menoch *de arbitr. lib.* 1. *quæst* 12 *n.* 1. D. Barbos. *in l. cum prætor* 12. *§.* 1, *n.* 29 *ff. de iudic.* itavt prioris iurisdictionis naturam sortiatur; cum hæc principalior proculdubio iudicanda sit, quia ad eius augmentum & ampliationem iurisdictio secularis concessa est, & sic à digniori nomen assumit D. Barbos. *in d. l. cum prætor § final. num.* 241. *cum seqq.* & in dubio id quod ex se est dignius, censetur etiam esse principalius in dispositione, & minos dignum accessurium, *l. etsi non sint §. perueniamus*, iuncta gloss. *verbo species ff. de auro & arg. leg.* D Barbos. *in d. § fin num.* 245. & sic vnitum semper sequitur statum, & conditionem illius rei, cui principaliter annectitur *l peculium* 65 *in princ. ff de legat.* 1. Ignat. del Villar *in sylua resp. lib.* 1. *resp.* 7 *in* 4. *p. num.* 14. Steph. Gratian. *discept. forens. tom* 1. *c.* 84. *n.* 4. 12 13 14

Secundò, quia si daremus nullam vnionem, annexionem, vel confusionem harum iurisdictionum in isto casu factam fuisse, sed per se quamlibet seiunctim & separatim stare, & persistere, sequeretur quòd Rector respectu talis secularis iurisdictionis per censuras Ecclesiasticas procedere non posset, *arg. cap. duo* 96 *dist cap solita, de maior. cap. nouit, de iudic.* Atqui Rector contra omnes tam clericos, quàm laicos in causis Scholasticorum procedit per censuras, vt stylus docet; ergo tota iurisdictio Ecclesiastica est. 15

Tertiò, quia etiam sequeretur quod appellationes à sententiis vigore temporalis iurisdictionis per Rectorem in causis laicorum Scholasticorum pronunciatis, ad Regia tribunalia, non verò ad Ecclesiastica essent deferendæ, vt expresse statuit *l.* 8. *tit.* 3 *lib.* 1. *Recop* & fuit de mente Bart. *in l si quando C. de appellat.* Clem. *in cap solitæ col.* 3. *de maior & obed.* Specul *tit. de appellat.* § *nunc tractemus ad quem sit appellandum in fine*, & post Guillelm. Bened. Carol. de Grassal. & alios resoluit Couar. *pract. cap.* 4. *num.* 2. Sed est verum quòd omnes appellationes à Rectore interponuntur ad Illustrissimum D. meum Nuntium, ergo signum est quod eius iurisdictio in totum Ecclesiastica est 16

Habito igitur pro constanti quod omnimoda iurisdictio 17

iurisdictio Rectori competens tam in clericos quàm in laicos scholares est Ecclesiastica, vt eam exercere valeat, ac exemptio & fori priuilegium huiusmodi locum habeat, non sufficit matriculæ descriptio, sed vlterius requiritur quod scholaris studeat, lectionibusque assiduus sit, quia studiosus à verbo studeo dicitur, cuius causa priuilegia sunt concessa, *d. auth. hab. ea*; tum etiam, quia studium dicitur vehemens applicatio animi ad aliquid peragendum cum summa voluntate; Bart. *in l. 1. § huius*
18 *studij num 4. ff de iustit. & iure*; si igitur scholaris non vehementer applicat animum ad adipiscendam scientiam, non debet gaudere priuilegiis propter studium concessis, *d. auth. habita.* faciunt pulchra verba tex. *in l. si quis, in fine, C. de domest. & protect. lib. 12.* & in specie colligitur *ex cap. cum eo, de elect. in 6.* ibi, *litterarum studiis insistentes*, &c. Vnde meritò scholarem non studentem, aut scholas non frequentantem priuilegiis ratione studij concessis nullatenus frui posse resoluunt Bart. *in l. qui sub prætextu C. de sacros. Eccles.* Felin. *in rub. de Magistr. ad fin. Rip. in l. 1. num. 138. ff. solut. matr.* & ibi Petr. Barbos. *parte 7. num. 61. cum seqq.* Perez *l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. vers. quo fit scholarem pag. 8. tom 2.* Ioan. de Platea *in l. 1. num. 2. & 3. C. de colleg. lib. 11. & in l. eos qui 3. C. de apparit. Magist. mil. lib. 12.* Panorm. *in cap. 1. num 39.* & Dec. *num. 116. in 2 lect. de iudic.* Narbon. *l. 17 glos. vnica num. 15. tit. 21. lib. 4. Recop.* nouissimè Carlaual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2 quæst. 6. sect. 5. n. 495.* ibi. *limita quintò, vt non procedat prædicta quinta conclusio in scholari, qui non est in matricula, vel in illo, qui cum sit matriculatus, non dat tamen actu operam litteris, & exercet litterarum studia, isti enim non gaudent priuilegiis scholarium*; & expresse cautum est *d. l. 18. § 6. tit. 7. lib. 1. Recop.* ibi. *Y que studien contino, y que entren en los escuelos, y oygan dos lecciones cada dia, de manera que hagan aquello por que deuan gocar*, &c. & ideo monet Rebuff. *de priuilegiis scholast. circa necessaria scholasticis num. 11.* vt continuò chartis inuigilent, & quòd totis neruis scientiæ adipiscendæ sint dediti.

19 Quotiescumque enim conceditur alicui priuilegium ratione officij, vel exercitij, si illud non exercet, non gaudet prædicto priuilegio, per *d. l. qui sub prætextu*, Tiraquel. *in tract. cessante causa p. 1. num. 206.* Rip. *in d. l. 1. ff solut. matr. n. 138.* Bologn. *num. 133.* D. Barbos. *d. p. 7. num. 62. vers. vnde pro regula*, Gironda *de priuileg. & exempt. explic. n. 206. cum seq.*

20 Et qui non fundat se in priuilegio qualificato, debet probare concurrentiam qualitatum, aliàs priuilegium non suffragatur, *l. Prætor la 1. § hæc autem actio. vers. docere*, cum ibi notatis *ff. de vi bonor. rapt.* Natt. *consil. 254. n. 2.* Tiraquel. *de retract. lig. § 8. glos. 7 numer. 1. & seq.* Surd. *decis. 305. num 41.* Euerard. *loco 17. num. 7.* Valenzuel. *cons. 52.*
21 *num. 6.* vbi quòd iurisdictio si concedatur in certo facto, aut casu qualificato, oportet constare prius de qualitate, Gironda *d. tract. num. 647.* vbi *n. 648.* subdit illam qualitatem debere interuenire in tempore actus per *l. 2. § aduersus ff. ne quid in loco publico*, Rota *decis. 129. n. 3. p. 2. recent. & decis. 568. n. 4. p. 1. in posthum. Farin.*

22 Et maximè, quia priuilegium scholaribus concessum fuit ne à studiis distraherentur, & vt meliùs illis incumbere ac in scholis lectiones audire possent; vnde si hæc causa deficiat, propter quam priuilegium concessum fuit, cessabit priuilegium *l. generaliter C. de Episcop. & cleric. cap. suggestum, de*

decim. Menoch *consil. 2. num. 36.* Gironda *d. tract. de priuileg. seu exempt. explicat. num. 81.* tum quia in 23
priuilegiis & gratiis non tam verba sunt attendenda quàm mens consideranda, Duran *decis. 48. n. 15.*
Tum etiam, quia vt iurisdictio competat, semper 24
est probandum id; quod est causa iurisdictionis; Innoc. *in cap. cum sit generale, de foro comp.* Bald. *in l præscriptione num. 43. C. si contra ius vel vtilit. publ.* Surd. *consil 286. n. 9.* tanquam suæ intentionis fundamentum, *l. verius, cum leg. seq. ff. de probat. l. actor C. eod.* Rota *decis. 697. numer. 1. parte 2 recentior.*

In casu autem de quo agitur, visum fuit exerci- 25
tium, & qualitatem supradictam non probari ex parte dicti de Cariaga remissionem petentis, imò potius ad instãtiam Promotoris fiscalis plures sunt testes examinati, qui pleno ore deponunt assertum scholarem causa studij ad Complutum nunquam accessisse, sed tantum occasione suæ vocis dandæ in Cathedrarum vacationibus, vel festiuitatibus interessendi.

Quod attinet ad probationem dicti de Cariaga, 26
testes pro eo de mense Iulij 1641 examinati inter se non minimam patiuntur contrarietatem, nam primus, qui dicitur Maria de la Cruz, deponit tribus præcedentibus annorum cursibus Licentiatum Lucam de Cariaga in eius domo Compluti resedisse, operam litteris nauasse, ac lectionibus studij generalis quotidie interfuisse; secundus, qui dicitur Anna de la Cruz, dictæ Mariæ filia, deponit dictum de Cariaga in domo Alphonsi de Villaral totò illo tempore permansisse; tertius testis, qui est dictus Alphonsus de Villaral idem dicit quod proxime citatus testis deponit: quartus qui se nominat Matthæum Rodericum, & de præcedentibus sex annorum cursibus deponit; affirmat eundem de Cariaga de anno 1640. in domo Gasparis Lares, & de hoc anno 1641. in domo dicti Alphõsi de Villareal inhabitasse; cum quo concordat Andreas Ortiz quintus testis; qui omnes inter se contrarij existunt, & de falso suspecti sunt, dum eorum attestationes tangunt annum 1638. in quo iuxta testimonium Secretarij Vniuersitatis dictus de Cariaga in matricula descriptus non fuit, nec eo anno Compluti demoratus est; & dum affirmant de anno 1640. quidam quod habitauerit domum Mariæ de la Cruz, alij domum Alphonsi de Villareal, alij domum Gasparis Lares, & sic circa locum habitationis sibi inuicem contrariantur, & vnus alterius fidem elidit, Alex. *consil. 20. col 2. volum 4.* Bertazol. *consil crimin. 33. num. 11.* Surd. *consil. 168.*
numer. 39 & consil. 530 numer. 4. & conuincuntur de 27
falso, quia deponunt illum de anno 1638. Compluti studuisse, cum, vt supradixi, contrarium appareat: & quia notabiliter variant in habitatione, & domo vbi eum viderunt, & quando testes discordant in loco, conuincuntur de falso, gloss. & Doctores *in l. testium C. de testib* Bertazol. *consil. crimin.*
41. num. 10. & consil 251. num. 19. Et testes in vna 28
parte falsi præsumuntur falsi in omnibus, Innoc. *in cap. fraternitatis, de testib* Crauet. *consil. 9. num. 10.* etiam quòd illa pars non substantiam, sed accessoria concernat, si tamen non sit penitus inutilis, aut extranea, Natt. *consil. 96. numer. 1.* Surd. *consil. 510. num. 6.*

Aut saltem ista probatio tanquam multum du- 29
bia propter dictam contrarietatem, nihil releuaret, *cap in præsentia, de probat.* Menoch. *consil 259. num. 6.* Surd. *consil. 5 num. 47 & consil 61. numer. 15 & consil. 127. num. 40.* Stephan. Gratian. *discept forens.*

cap. 640.*num.* 25. *& cap.* 705.*num.* 1. Seraphin. *decis.* 1103.*num.* 2. Valenzuel. *consil* 91.*num.* 218. *&* 220. Dutan *decis.* 491.*num.* 21.Rota *decis.* 3.8. *num* 4.*p.* 2. *recent.* & *decis* 561.*num.* 3. *parte* 1.*in posthum.* & *decis.* 45.*num.* 8 *parte* 1.*etiam in posthum* prout de probatione ambigua tenet eadem Rota *decis.* 149. *n.* 9. *parte* 4.*diuers.* & de æquiuoca, eadem Rota *dec.* 263. *n.* 3 *p.* 2.*in posthum.*

30 Et quatenus data huiusmodi dubietate, & æquiuocatione, interpretari deberet facta probatio, contra probantem interpretatio facienda erat, gloss. *verbo verbum in d. cap. in præsentia*, Menoch *consil.* 384.*num.* 12. & 13. Surd. *decis.* 260. *num.* 9. & *consil.* 151.*num.* 48. & *consil.* 168.*num.* 42. Seraphin. *decis.* 460.*num.* 5.Stephan.Gratian. *discept.forens.cap.* 100. *num.* 34. & *cap* 640. *num.* 25. Gregor.XV.*decis.* 405. *num* 2. Rota *decis.* 38.*num.* 1.*parte* 2.*diuers.* etiam in materia fauorabili, Tiraquel. *de retractu lign.* §. 1. *glos.* 16.*num.* 8.Natt.*consil.* 285.*num.* 2.idem Stephan. Grat.*tom.* 5.*c.* 874 *n.* 29.*in fine.*

31 Et tanto magis, quia Promotor fiscalis contrarium probatit, pluribus testibus deponentibus dictum de Catiaga in oppido Mantuæ semper præsenti; & retroactis annis adfuisse, nec ad dictum oppidum Compluti accessisse causa studij, nisi occasione interessendi agitationi taurorum, aut dandi suffragium in prouisione alicuius Cathedræ, siue lecturæ vacantis; quæ probatio cum sit magis verosimilis, & fortior, nullamque pariatur nullitatem, seu contrarietatem, aliam minus fortem & veram vincit, Natt. *consil.* 372. *in fine*, Grat. *consil* 6.
32 *num.* 13. *lib.* 1. Rut. *decis.* 243. *num.* 4 *parte* 2. *in posth.* Farin. quia probatio probationem excludit, eadem Rota *decis.* 619.*n.* 7.*p.* 2. *recent.* & *decis.* 740. *n.* 5.*p.* 1. *in posthum.*

33 Facit etiam quia testes pro parte Promotoris fiscalis examinati tendunt ad confirmandam Ordinarij iurisdictionem, pro qua ius assistit; in concursu enim probationum præualere debent illæ, quæ Iuris assistentia, seu præsumptione coadiuuantur, Rota *decis.* 9.*num.* 8 *parte* 1.*diuers.* & quæ habet fomentum tituli, iuxta ea, quæ tradit Greg.XV.*dec.* 4 2.*n.* 1.& *ibi addent.*

34 Non parum conducit quod iurisdictio ordinaria fauorabilis est, gloss. *verbo processus circa fin. in cap* 1.*de rescript.lib.* 6. Menoch.*de arbitr. lib* 1. *q* 37. *num.* 14.Valenzuel. *consil* 121. *num.* 16. delegata verò, quam habet Rector Vniuersitatis studij generalis Complutensis odiosa, gloss. *d. verbo processus*, Marant.*de ordine iudic parte* 4. *dist.* 6.*numer.* 29. Menoch. *de præsumpt. lib* 2. *præs.* 15 *num.* 2. Valenzuel. *consil* 38.*numer.* 30.& *consil.* 125 *numer.* 19. Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.* 170. *numer.* 29. Vnde in concursu probationum magis est attendenda illa, quæ tendit ad fauorem, quam ea quæ odium parit; quia in dubio potius considerandus est fauor, quã odium, gloss.*verbo alios, ante fin. in cap. sciant cuncti* 12 *de elect.lib.* 6. Abb.*in cap. in litteris num. fin. vers. item vbi concurrunt odium ; de restit. spoliat.* Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel.* §. 6.*proœm. numer.* 37. tum, quia in hac ambiguitate potius pro ordinaria iurisdictione iudicandum, cum illa sit originaria & propria, alia verò accidentalis, & extraordinaria, & facilius ad primæuam naturam deueniti, quam nouam assumere valeat; tum denique quia Ordinarij
35 potestas est amplianda. Rot.*decis.* 5.*num.* 3.*de concess. praben.* & præsumptio stat pro eius iurisdictione, Camil. Borrel. *in summ.decis.tom.* 1. *titul.* 41. *numer.* 161.

36 Vlterius contra petitam remissionem plures offeruntur testes pro parte dicti Promotoris fiscalis, qui deponunt dictum de Catiaga dum esset carceratus, & vidisset fratrem germanum capi, & ad eũdem carcerem deduci, arrepto quodam instrumento, quod *chuço* vocant, & cum eo ad ipsius carceris portam stans, studuit ne frater eius prædictus intus includeretur, affirmans se facturum ne intraret, minitans omnes iustitiæ ministros, qui eum intermittere tentarent; ex quibus impedimentis, minis, & verbis resistentiam oriri dubitari non potest, illa enim solo verbo committitur, *cap. si quando, de offic. deleg. l generaliter in fine C. de non num. pecun. l. quoniam C. de appellat. l.* 1. §. 1. *C. de bonis mat.* Farin. *consil.* 55.*numer.* 93. *tom.* 1. Paris. de Puteo *de syndicatu verbo resistentia, cap.* 2.*numer* 4. ibi. *& quandoque resistitur verbo, vbi etiam quod resistere dicitur, qui pertinaciter insistit*, Narbona *d.l.* 20. *glos* 18.*num.* 8.*tit.* 1.*lib.* 4 *noua Recop.* vbi ait dici resistentiam committere illum, qui Iudici circa actum & exercitium suæ iurisdictionis; vel circa quamcumque operationem respicientem administrationem iustitiæ, eam administrare impedit.

Apud Hispanos verò *l.* 28 *tit.* 7. *lib.* 1. *noua Recop.* 37
cautum est vt scholares licet priuilegium ab Hispaniarum Regibus fuerint assequuti vt in criminalibus, & etiam in ciuilibus coram Rectore, vel Cancellario Vniuersitatis conueniantur, attamen ab huiusmodi generalitate ne faciliter spe immunitatis aduersus Regios Iudices & Ministros insurgant, crimen resistentiæ in præsenti excipitur, vt si scholaris resistere Iudici ausus fuerit, eo ipso à priuilegio fori alienus iudicetur: cuius meminere Narbona *ibidem glos. vnica pag.* 66 & Anguian. *de legib. lib.* 3. *controu.* 26. *num.* 54. dum tenet scholares resistentes ex peculiari Catholicæ Majestatis decreto ipso facto fori priuilegium amittere, & per secularem puniri posse, Carleual. *d.loco numer.* 505. ibi. *limita sexto vt non gaudeant foro exempto, & priuilegio scholastici, immo vero immunitatem & exemptionem amittant, quoties Iudicibus Regiis, aut eorum ministris faciunt resistentiam*, &c

Non obstat quod *lex illa Regia* 28. locum non 38
habet in clericis scholaribus, nam dum illa disponat respectu laicorum, & facultatis Regiæ, quam circa eos Rectoribus Vniuersitatum Salamantin. Vallisoletan. & Compluten. Rex Catholicus concessit, non potuit Clericos, qui suæ iurisdictioni non subsunt, eidem Rectori subiicere, & ab Ordinariorum Diœcesanorum iurisdictione eximere, vt bene resoluit Carleual. *d.num.* 505. quia respondetur procedere eo casu; quo clericus scholaris Regiis Iudicibus resistentiam faceret, ne ab eis puniri valeat, iuxta *d. l.* 28. non autem locum habebit quando ordinario suo in casibus à Iure permissis procedenti, de facto resisteret; tunc enim non vigore dictæ l. Regiæ 28. sed dispositione Iuris communis contra talem resistentem scholarem ipse Ordinarius procedere, eumque punire poterit, priuilegio suo non obstante, per tex. *in cap. vnic. de pœnis lib.* 6.

Illud tamen aduertere oportet quòd non omnis, 39
& quæcumque resistentia cuiuscumque generis, & qualitatis existat, operabitur exemptionem clericorum scholasticorum à Rectoris cognitione & punitione, sed illa tantum, quæ iniuste & contra rationis & iustitiæ normam perpatratur; nam ita demum licita erit resistentia ab eisdem facta ad repellendum damnum, vel iniuriam iniuste à Iudicibus, vel eorum officialibus irrogatam, si iniustitia ipsa & iniquitas manifeste appareat notorietate certa,

certa, & indubitabili, secundum Narbon *dict. l. 20. glos. 18. num. 63.* vbi *num. 64.* subdit quòd si iniustitia & iniquitas non ita euidenter appareat, sed dubium sit an iusta, vel iniusta fuerit prædicta executio vel captura à Ministris & officialibus iustitiæ facta, tunc non licebit prætenso scholari, nec alij cuilibet resistere, constito tamen prius de mandato Iudicis, vel etiam eo deficiente si officiales illos publice ad id fore deputatos sciat; vnde cum in casu nostru non plene constet quod dictus de Cariaga haberet requisita de quibus supra ad effectum gaudendi priuilegio scholaribus concesso, non ideo illi licuit Ordinario iurisdictione ordinaria procedenti resistere.

40 Neque denique obstat generalitas dicti Breuis Clementis VIII. quatenus habet clericos scholares pro quibuscumque criminibus vbicumque perpatratis respondere debere coram Rectore Vniuersitatis studij Generalis Compluteo. & non posse pro eis coram suo Ordinario conueniri, ibi, vbicumque committeretur delictum, &c. quia respondetur id esse intelligendum de delictis vbique commissis, non omni tempore, sed eo tantum, quo studiis vacator, & sunt feriæ vacationum, cum aliàs non studens, & lectionibus minime assisteos scholarium priuilegiis non fruatur, iuxta supradicta *numer. 18.* Causa enim studiorum priuilegia scholasticis conceduntur Rebuff. *in dict. auth. habita numer. 21.* si verò concederentur in loco studij non commorantibus, effectum contrarium operarentur, quod non est dicendum ad not. per Rot. *decis. 204. numer. 2. parte 4. di-*
41 *uers.* nam licèt priuilegium Principis late sit interpretandum in sui præiudicium Surd. *consil. 140. num. 73.* Valenzuel. *consil. 79. num. 78.* Rota *decis. 3. de offic. deleg. in nouis*, in præiudicium tamen tertij non est ampliandum Rot. *decis. 2. num. 2 de renunc. in antiq. & decis. 40. num. 3. parte 2. in posthum.* Sed stricte intelligendum. Marchesan. *de commiss. tom. 1. pag. 639. num. 3* Gironda *de priuileg. & exempt. explicat. num. 53* Seraphin. *decis. 605. num. 2. & decis.*
42 *827. num. 1.* quia est stricti iuris Valenzuel. *consil. 23. num. 75. & consil. 33. num. 169. cum seq. & consil. 93. num. 54. & consil. 97. numer. 140.* & interpretari debet vt minus lædat ius commune, idem Valenz. *cons. 18. n. 54. & cons. 13 n. 76.*

Quare censui remissioni locum non esse; sed quia dictus de Cariaga ordinariæ iurisdictioni se subiecit, Illustrissimus D. Gubernator Archiepiscopatus Toletani huius causæ cognitionem mihi delegauit, ideo competentiæ, attento partium consensu, finem imposui, & tanquam Ordinarius in ea procedere cœpi.

Quare, &c.

Nullius coadiutorum de Lerma.

Dementi dandus coadiutor; quis dicatur demens, & quomodo probetur. Coadiutor dementi Prælato dari potest sine Patroni consensu, sicut & Vicarius, ac Vicecuratus constitui potest sine eius consensu in Parochialibus sui iurispatronatus. Vicarij Generalis iurisdictio & possessio non est propria, sed Episcopi, cuius vices gerit, & sic ex possessione Episcopi manuteneri debet Vicarius.

Votvm LVI.

1 *Dementi dandus est coadiutor.*
2 *Facti series narratur.*
3 *Coadiutores Episcopis, vel eorum superioribus dare solius est Papa.*
4 *Episcoporum appellatione veniunt Prælati inferiores iurisdictionem quasi Episcopalem habentes vbi de illis mentio facta est indefinitè, & sine vlla restrictiua.*
5 *Demens est qui nescit exprimere quod velit, aut nolit.*
6 *Demens est ille, qui non in totum, sed ex parte tantum mentis errore ducitur.*
7 *Dementiæ probatio debet esse plena, & concludens.*
8 *Dementia & furor non præsumitur.*
9 *Dementia & furor est difficilis probationis.*
10 *Dementia & furor, ac similes animi defectus probari possunt solis coniecturis, & præsumptionibus.*
11 *Furiosus, & demens æquiparantur, ita vt Iura de vno loquentia habeant locum in alio.*
12 *Demens signum euidens est quando quis non intelligit quid dicat, nescitve exprimere id quod dicere velit.*
13 *Verba inordinata fatua, & stulta loquens, fatuus, vel demens præsumitur.*
14 *Dementiæ signum est si quis publicè de die, & de nocte sine proposito clamauerit.*
15 *Nudus in camisia incedens per plateas sine causa, demens præsumitur.*
16 *Demens præsumitur qui per plateas more insanorum incedit.*
17 *Curatoris datio dementiam arguit.*
18 *Testes deponentes de diuersis actibus furorem arguentibus, probant dementiam.*
19 *Demens, & insanæ mentis is probatur qui à medicis, & peritis vt talis habetur.*
20 *Dementia per mensem & vltra probata præsumitur absque alia probatione in futurum continuata.*
21 *Furiosus, qui olim fuit, in futurum in eodem furore perdurare præsumitur.*
22 *Testes in iudicio seculari examinati non probant in Ecclesiastico.*
23 *Informationes in actibus capitularibus solent oretenus capi.*

24 Acta agitata coram Iudice temporali faciunt fidem coram spirituali.

25 Probationes à Iudice seculari competenti factæ in Ecclesiastico foro fidem faciunt.

26 Testes examinati super vno facto, fidem faciunt in alia penitus diuersa instantia in qua inter easdem partes de eodem facto contenditur.

27 Testes examinati coram Iudice seculari super minori ætate fidem faciunt coram Ecclesiastico.

28 Acta faciunt rem notoriam, maximè quando contra ea oppositum non fuit.

29 Notorium releuat à probatione.

30 Impedimentum notorium non eget probatione.

31 Iudex potest ex officio se informare de notorio.

32 Demens habitus à consanguineis & amicis, talis præsumitur.

33 Fama publica probat quem dementem.

34 Constitutio Collegiatæ Ecclesiæ de Lerma refertur.

35 Acta omnia præsumuntur adesse, & qui dicit contrarium probare tenetur.

36 Actus præsumitur factus ex causa legitima præcedenti.

37 Semper illud præcessisse præsumitur quod pro validitate actus præcedere debuit.

38 Actus vbique præsumitur legitime gestus, & in dubio pro eius validitate semper pronuntiandum.

39 Bulla erectionis Collegiatæ de Lerma refertur, & n.42.

40 Clausula sublata adimit cuilibet facultatem aliter interpretandi,& moderandi.

41 Decretum irritans annullat omnia, quæ in contrarium fiunt.

43 Clausula generalis non potest referri ad id, quod est specialiter prouisum.

44 Portionarij si ad vocem dandam in Capitulo admittantur,non ob id nominatio facta diceretur nulla.

45 Doctoratus, vel Licentiaturæ gradus non requiritur in principali dignitate Collegiatæ exempta, cui Ordinaria iurisdictio competit.

46 Abbas de Lerma debet esse Decretorum Doctor, seu in Theologia Magistro, aut Licentiato.

47 Constitutio à iure exorbitans non est amplianda, sed restringenda.

48 Iudices si non sint litterati possunt expedire causas cum interuentu suorum Assessorum.

49 Dictum Magistri Auila refertur.

50 Coadiutoribus Episcoporum multa prohibentur, quæ Episcopus coadiutis licent.

51 Coadiutorum potestas à forma dationis coadiutoris pendet.

52 Vicarij Generalis officium ab extranea clerico exercert potest, vbi officia non nisi naturalibus concedi possunt.

53 Beneficia & officia,quæ in Regnis Hispaniarum prohibentur extraneis conferri, sunt quæ in perpetuum; vel ad tempus certum & præfixum in titulum conferuntur.

54 Beneficia & officia, quæ ad nutum Superioris amouibilia assignantur, non prohibentur conferri extraneis à Regno.

55 Coadiutorum temporalium in datione non requiritur consensus patronorum, & num. 58.

57 Præsentatio à patrono fieri non potest nisi actu Ecclesia vacet.

58 Demens effectus non priuatur beneficio quod ante dementiam habebat.

59 Permutatio beneficij iurispatronatus laicalis stante nullitate & vtilitate Ecclesiæ potest fieri sine consensu patronorum.

60 Actus, propter necessitatem, aut quandò periculum est in mora, potest expedire sine consensu illius, qui illum præstare debebat.

61 Vicarius ad tempus, vel ad vitam Rectoris potest constitui sine consensu patroni, dummodo non perpetuetur post mortem eius.

62 Ordinarius potest in vacante Ecclesia Parochiali iurispatronatus laicorum Vicarium apponere donec ei de Rectore prouideatur, sine consensu patroni.

63 Deputatio Vicarij per modum prouisionis nullum statum facit.

64 Vicecurati in Parochialibus Ecclesiis poni possunt absque patronorum consensu.

65 Consensus non pro forma, & actus solemnitate; sed dumtaxat pro interesse, & præiudicio alicuius requiritur, sufficit vt quandocumque & quomodocumque adhibitus sit.

66 Vicarius gerit vices Episcopi, seu Prælati.

67 Vicarius & Episcopus constituunt vnum tribunal

68 Factum à Vicario censetur factum ab Episcopo.

69 Factum ab officiali censetur factum à Domino mandante.

70 Iurisdictio Vicarij habetur ad iurisdictionem Episcopi per modum accessorij.

71 Iurisdictione Episcopi extincta, per consequens extinguitur iurisdictio Vicarij.

72 Vicarius & Episcopus habentur pro vna persona & vnico corpore.

73 Medium non est dare inter Episcopum & eius Vicarium Generalem.

74 Vicarij officium durat dum vult Episcopus.

Episcop,

75 *Episcopi morte naturali, vel ciuili extinguitur officium Vicarij.*
76 *Vicarius à persona Episcopi in totum pendet.*
77 *Furiosus & demens pro mortuo reputantur.*
78 *Manutentio non datur sine possessione.*
79 *Vicarij possessio precaria est, cum finita voluntate Episcopi expiret, & deinde dicatur iniusta.*
80 *Precario possidens non possidet sibi, sed illi à quo precariò possidet, & sic Domino concedenti.*
81 *Episcopus potest petere manutentionem ex quasi possessione exercendi iurisdictionem per suum Vicarium.*
82 *Manutentio semper datur illi pro quo possidetur, & non possidenti nomine alterius.*
83 *Duo eandem rem possidere in solidum non possunt.*
84 *Manuteneri quis non debet quando alius possessionem occupat.*
85 *Possessio saltem de tempore litis nota probanda est ad manutentionem obtinendam.*
86 *Actus possessorij repetiti & geminati multo magis faciunt constare de possessione ad effectum manutentionis.*
87 *Possessio simplex & nuda, siue detentatio seu intrusio sufficit ad manutentionem.*
88 *Iustitia, vel iniustitia possessionis non est examinanda in iudicio summarijssimo manutentionis.*
89 *Possessio titulata manutenibilis est.*
90 *Actus possessorij, qui dederunt causam liti non probant possessionem.*
91 *Possessio ex vnica collatione contradicta non constituit in quasi possessione iuris conferendi.*
92 *Contradictio partis quando post acquisitam possessionem subsequitur, non potest impediri mandatum de manutenendo.*
93 *Possessio attentata non est manutenenda, sed reuocanda in primis, & ante omnia, aut potius sequestranda.*
94 *Inhibitio emanata post possessionem eam non afficit.*
95 *Vicarius & Canonicus simul si in Capitulo assistat vestibus Canonicalibus indutus, præsumitur ibi tanquam Canonicus, non vti Vicarius assistere.*
96 *Factum à maiori & seniori parte Capitulo est exequendum, non obstante appellatione à minori parte interposita.*
97 *Capitulares actus sunt extraiudiciales.*
98 *Actus extraiudiciales non inducunt attentata si ab eis fuerit appellatum.*
99 *Appellatio in scriptis interponenda.*
100 *Possessor quilibet pendente lite est manutenendus, etiam appellatione pendente, vt n. 101.*
102 *Possessionem suam continuare potest quis etiam post sententiam condemnatoriam executione non sequuta.*
103 *Possessionem continuans non attentat.*



ONIFACIUS Papa VIII. *in cap. vnico, de clerico ægrot. lib. 6.* mandat vt si Episcopus, siue Superior alius Prælatus, demens fuerit, & quid velit, aut nolit exprimere nesciat, vel non possit, tunc eius Capitulum, vel duæ ipsius partes auctoritate Apost. vnum, aut duos coadiutores assumant idoneos, qui eius officium exequantur. Ex quo tex. vulgo colligitur dementi esse dandum coadiutorem, vt per Bertachio. *de Episcopo 2. parte 4. libri numer.* 24. Flamin. Parisi. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 10. num.* 9. Nauar. *consil.* 3. *numer.* 2. *de cleric. ægrot.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 9. *num.* 23. Aloys. Ricc. *in sua praxi parte* 4. *resol.* 543. *n.* 4. Ego ipse *de iure Ecclesiast. vniu. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 11. 1

Vigore eius tex. Capitulum in signis Collegiatæ Ecclesiæ de Lerma ob dementiam Abbatis, qui eiusdem Ecclesiæ Prælatus est, & iurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio habet de eligendo coadiutore tractauit, & sic duos D. Didacum de Gurrea Cantorem, & D. Bartholomæum de Sancto Dominico Solozzano Scholasticum in coadiutores seu gubernatores assumpsit; contra quam electionem seu deputationem plura fuerunt apposita, sed interrogatus pro veritate an possit subsistere, respondi affirmatiuè per tex. *in d. cap. vnico*, & ne diutius in hac confirmanda sententia detinear, cùm expresso Iure probetur; existimaui ad contraria distinctè respondere, vt sic veritas magis elucescat. 2

Obiectio I.

Quòd text. *in cap. vnico, de clerico ægrot. lib. 6.* procedit in Episcopis, & Prælatis Superioribus, & non in inferioribus, vt colligitur ibi, *Cæterùm quod de Episcopis præmittitur, ad Superiores etiam Prælatos esse volumus, & intelligimus referendum?*

Coadiutores Episcopis, vel eorum Superioribus dare solius est Papæ, vt per *d. cap vnic.* resoluunt Gambar. *de officio, & potest. legati de latere tit. de coadiutorib num.* 4. Flamin Paris. *de resign. benefic. lib.* 7. *quæst.* 10. *num.* 14. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 7. *cap* 6. *num* 105. *versic. est tamen.* Quarant. *in sum. Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas num.* 9. & addit Flamin. *citato loco & numeris seqq.* quod Papa solet priùs cum per Cardinales, & in Concistorio examinare causam, & dare coadiutorem sufficientem habentem qualitates requisitas illi officio, vt possit coadiuuare & subleuare officium illius, cui datur; talis autem coadiutor fit Episcopus 3

 in

in partibus infidelium, id est nulla tenentium cum cum onere vt coadiuuet N & ideo exercitium curæ est penes ipsum; illa tamen aduertentia, vt si detur circa temporalia propter dilapidationem, debeat esse prouidus, & scite ea bene dispensare; si vero circa spiritualia, vt sciat prouidere saluti animarum.

4 Verùm ne hoc prætextu ad Sedem Apost. recurrendi, Ecclesiæ existentes scilicet in remotis, dispendia patiantur, idem summus Pont. Bonifacius VIII *in d. cap. vnic.* nouo Iure statuit, vt colligitur ex verbo, *Sancimus*, vt Capitula Episcopis, & aliis Superioribus dementibus auctoritate Apost. vnum vel duos deputent coadiutores, qui eorum officia exequantur; quæ dispositio cum de Episcopis mentionem faciat indefinitè, & sine vlla restrictiua, aut exclusiua dictione, eorum appellatione veniunt alij Prælati Episcopis inferiores, iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, vt est Abbas dictæ Collegiatæ, vt multis exemplis & Concilij Trident. decretis probaui *in tract. de appellatiua verborum vtriusque Iuris signif. appell.* 89. *sub num.* 18. vbi *numeris seqq* ipsa Concilij decreta de Episcopis loquentia ad Prælatos inferiores ex communi omnium Doctorum voto retuli, videlicet *cap.* 5 *&* 8. *sess.* 21. *de reform. & cap.* 15. *sess.* 23. *etiam de reformat. & cap.* 16. *sess.* 25. *de Regularib.* Quando enim Concilium voluit Prælatos inferiores excludere, vel expressit, vt *in cap* 13. *sess.* 14. *de reform.* ibi, *& non alteri inferiori reseruetur*; vel cum dictione restrictiua de Episcopis mentionem fecit, vt *in cap.* 10. *vers. ad hæc sess.* 24. *de reform.* ibi. *Sed Episcopi tantum*, &c.

Obiectio II.

Quòd Abbatis dementia certa non est, nec in processu probatur.

5 Summus Pont. Bonifacius VIII. *in d. cap. vnico* dementem vocat illum qui nescit exprimere quid velit, aut nolit, vnde dementem, & mente captum dici illum, qui interrogatus ad rem non respondet, & mentis suæ sensum nescit explicare, aut memoriam non habet ordinatam, colligunt Roder. Xuar. *alleg.* 1 *num* 4. Mascard *de probat conclus.* 1045. *numer.* 3. & addit Menoch. *de præsumpt. lib* 6. *præs.* 45. *num.* 16 quem refert Farin. *fragm. cri-*
6 *min. parte* 1 *lit. F numer.* 225. quòd demens est ille, qui non in totum, sed ex parte tantùm mentis errore ducitur.

7 Et licèt probatio dementiæ debeat esse plena & concludens, Rota *decis.* 792. *num.* 4. *parte* 1. *in*
8 *posthum. Farin* quia dementia & furor non præsumitur cùm vnusquisque sanæ mentis præsumatur in tantum quod contrarium asserentibus probatio incumbat, cum naturale sit quem esse mentis compotem, dementem vero, & insanum accidentale, *l. nec codicillos* 5. *C. de codicill l. fin C. de hered. instit. cap fin. de success abint.* cum aliis cumulatis per Decian. *consil* 127. *num.* 29 *lib.* 3. *& consil.* 51. *numer.* 31. *cum seqq. lib.* 4. Menoch. *d. lib.* 4. *præs.* 45. *num.* 18 *cum seqq. & consil.* 683. *num.* 1. *lib.* 7. Farin. *in praxi crimin. tit. de pœnis temper. quæst.* 94. *num* 48. *& in fragm criminal. d. lit. F num.* 230. Duran *decis.* 178. *num* 9. Rot. *decis.* 384 *n.* 2. *p.* 1. *recent. & d. decis.* 792. *num.* 2. *p.* 1. *in posth. Farin.*

9 Nihilominus tamen cum dementia & furor sit difficilis probationis, Doctores *in l. furiosum C. qui testamen. fac. poss.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 16. *vers illud verò*, Decian. *consil.* 127. *post num.* 29. *vers. quod difficile est probare*, Farin. *d. lit. F num.* 212 ideo stultitiam, dementiam, furorem, ac similes animi defectus probari posse solis coniecturis, & præsumptionibus, resoluunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 45. *num.* 22. *& d. consil.* 683. *num.* 8. Mascard. *de probat. conclus.* 503. *num.* 1. *& conclus.* 826. *num.* 1. Pacian. *in simili tract. lib.* 1. *cap.* 43. *num* 9. *cum seqq* Farin. *d. lit. F n.* 233.
nam licet Doctores citati & citandi, ac Iura alle- 10
gata aliquando de furore loquantur, intelligenda etiam sunt de dementibus, cum quoad hoc inter furiosum & dementem nulla possit considerari differentia, vt aduertit Mascard *de probat. conclus.* 503. *num.* 20.

Plures coniecturæ & præsumptiones certæ & 11
indubitabiles dementiæ in Abbate concurrunt, quæ eum dementem probant.

Prima est quòd non intelligit quid dicat, nescit- 12
ve exprimere id quod dicere vult, quod esse euidens signum dementiæ probat text. *in d. cap. vnico*, & resoluunt Menoch. *consil* 82. *num.* 230. Mascard. *d. concl.* 503. *n.* 9 Pacian. *d. lib* 1. *c* 43. *n* 17. Farin. *d. lit. F n.* 243.

Secunda quòd loquutus fuit & loquitur verba 13
inordinata, fatua, & stulta, quæ ab homine sanæ mentis loqui non solent, & ideo fatuum vel dementem præsumi probant *cap. legimus* 93. *dist.* gloss. *verbo probari in fine vers. item ex sermonibus in dict. l. nec codicillos C. de codicill* Menoch. *d lib.* 6. *præs.* 45. *n.* 39. Mascard. *d concl.* 503. *n* 2. Pacian. *d. lib.* 1. *c.* 43 *n.* 9. 10. 21. *vers. similiter*, Farin. *d. lit F. num.* 241. Rota *decis.* 07. *n.* 5. *post princ. & in vers. in primis p.* 1. *diuers.*

Tertia quòd publicè, de die, ac de nocte, & sine 14
proposito clamauit, & clamat, nam etiam hoc dementiæ signum esse resoluunt Doctores *in l. quidam in suo ff. de condit instit. & in l ob quæ vitia ff. de ædilit. edicto*, Farin. *d lit. F n* 253. Rota *d. decis.* 107. *n* 3. *sub vers secundo probatur parte* 2. *diuers.*

Quarta quòd per plateas sine causa nudus in ca- 15
misia incedebat, quod dementiæ signum esse asserit Farin *d. lit. F num* 255 & censuit Rota *d. decis.* 107. *n.* 5. *vers. secundo probatur*, vbi de quadam Moniali, quæ in camisia accedebat ad chorum.

Quinta quòd per plateas tanquam demens, & 16
insanus incedebat, *d. l. ob quæ vitia*, ibi, *per vicos more insanorum*, &c. Mascard. *dict. conclus.* 503. *num.* 4.

Sexta quòd ei bonorum administratio fuit 17
adempta, & curator ad ea administranda nominatus, quæ Curatoris datio dementiam arguit, vt tenent Menoch. *d lib.* 6 *præs.* 45. *num.* 45. Pacian *d. lib.* 1 *cap* 43. *numer.* 39. Farin. *d lit. F n.* 247. Surd. *cons.* 86 *n.* 19. Duran *decis.* 178. *n.* 29.

Quas quidem dementiæ coniecturas in Abbate 18
concludenter probant plures testes deponentes de diuersis actibus furorem arguentibus etiam ex interuallo, & diuerso tempore factis, Mascard. *de probat. conclus.* 503. *num.* 16. vbi *num.* 8. subdit sufficere testes tantummodo dixisse talem esse mente captum quia viderunt, Farin. *d. lit F num.* 289. cum multis seqq. *num.* 304. resoluit Medicos & peritos in hac materia testes esse posse; & addit Rota *d. decis.* 107. *numer.* 6. *&* 7. quam citat Menoch. *d. lib.* 6. *præs.* 45. *numer.* 46. *prope fin.* quòd demens, & 19
insanæ mentis is probatur, qui à medicis & peritis vt talis habetur, & eadem Rota *decis.* 190. *n.* 4.
p. 2.

p.2.recentior. reputauit optimum testem medicum,
quia curabat dementem.

20 Non obstat quòd probatio dementiæ non tangit tempus præsens, quia cùm perseuerantia in dementia probata sit per mentem & vltra, præsumitur absque alia probatione in futurum continuata, Alciat. *de præs. reg. 2. præs.* 8 *n.* 1. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim volunt lib. 1. tit. 5 num. 6. vers. quandò*
21 *extenditur*; & furiosus, qui olim fuit, in futurum in eodem furore seu dementia perdurare præsumatur, gloss. *in cap. indicas 3. quæst. 9. & in cap. vltim. de success. ab int.* plures per Farin. *dict. litt. F num.* 317.

22 Nec obstat quòd prædicti testes fuerint examinati à correctione dicti oppidi de Lerma Iudice seculari, qui non probant in iudicio Ecclesiastico ob eorum incompetentiam, sicut nec acta facta coram laico Iudice probant coram Ecclesiastico, Doctores *in cap. at si clerici, de iudic.* Vanti. *de nullit. tit. ex defectu iurisdict. num. 3. cum seq.* Mat. Anton. *var. resolut. lib. 3. resol. 1 numer.* 8. Mascard. *conclus. 33. num.* 14. quia respondetur multipliciter.

23 Primù, quia actus Capitulares sunt extraiudiciales, & solent pro eis iustificandis informationes oretenus capi, ita vt necesse non sit eas in eisdem actis registrari, Greg. XV. *decis. 59. n. 3.*

24 Secundò, quia cum attestationes huiusmodi factæ coram Iudice laico tendant ad probandam dementiam Abbatis, nil obstare potest quin fidem faciant coram Ecclesiastico, saltem in extraiudicialibus, ad eundem finem, vt resoluit Valenzuel. *tom. 1. consil. 68. num.* 46. ibi. *Nam acta agitata coram Iudice temporali faciunt fidem coram spirituali, vt post Innoc. in cap. causam quæ, de testib. & alios tradit Guid. Papa quæst. 36. Capell. Tholos. quæst. 199. num. 1. & 2. & ibi addit. elegans, Bart. in l. naturaliter §. nihil commune part. vlt. vers. secundò quæro,* &c.

25 Tertiò, quia quando tractatur de probando mero facto, de quo & eius materia, nec Iudex est incompetens, nec priuatiue ad Ecclesiasticum pertinet cognitio, vt in casu nostro, tunc probationes in foro seculari factæ in Ecclesiastico fidem faciunt, & probant: ità Farin. *tom 1. consil. 168. n. 10. cum seqq.* præcipuè *num. 14. 15. & 17.* & non dissentit Menoch. *consil. 167. num. 24 cum seqq.* ibi. *Et his accedunt Bald. in cap. consuluit col. vlt. de offic. deleg. & Claud de Seysillio in l. 2. numer. 33. vers. in aduerte C. de edendo, qui dixerunt quod testes examinati super vno facto fidem faciunt in alia penitus diuersa instantia, in qua inter easdem partes de eodem facto conten-*
26 *ditur; idem respondet Paris. consil. 88. numer. 51. lib. 1. Et in specie magis quod acta coram Iudicibus secularibus facta fidem faciunt, & probent inter easdem partes coram Iudicibus Ecclesiasticis, dicit Bald. in l. 2. n. 3. ff. de fer. quem sic voluit allegare Felin. in cap. causam quæ num. 4. de testib qui ambo scripserunt quod testes examinati coram Iudice seculari super minori ætate fi-*
27 *dem faciunt coram Iudice Ecclesiastico in causa matrimoniali inter easdem personas vertenti. Et ad rem facit quod scribit Zaborel in cap. lator, in fine, qui filij sint leg. ex illo textu quod acta coram Iudice seculari facta fidem faciunt coram Ecclesiastico, etiamsi non sit Ecclesiasticus subordinatus ad ipsum laicum,* &c.

28 Quartò, quia dementia Abbatis erat notoria notorietate euidenti & permanente cum eam omnes viderint, & sciuerint publice dum ipse more insanorum & nudus per plateas incesserit; tum etiam, quia acta facta coram Iudice laico certam inducebant dementiæ notorietatem, *cap. quoniam contra, de probat cap. vestra, de cohab. cleric.* Natt. *consil. 573. numer. 13. volum. 3.* Franc Bursat. *consil. 56. num 6. volum. 1. & consil. 182 num 12. volum. 2.* Surd. *consil. 61. numer. 23. & consil. 429. numer. 50.* Stephan. Gratian *Marchia decis. 9. num. 9.* Valenzuel. *tom. 2. consil. 169. num. 34.* maxime quando non fuit oppositum contra ea, Decian. *in cap. licèt causam numer. 24. de probat.* Cephall. *consil. 287. num 47. lib. 1.*

Quæ quidem notorietas ex notorietate facti, & 29
actorum resultans, releuat à probatione dementiæ, *l. si adulterium cum incestu §. idem Pollioni ff ad leg. Iuliam de adulter. d. cap. vestra,* gloss. *verbo alias causas in Clem. appellanti, de appellat.* Menoch. *remed 15. recup. num.* 264. latè Mascard. *de probat. conclus. 1108. à numer 1.* Marc. Anton. Eugen. *lib. 1. consil. 4. num.* 59. Valenzuel. *consil. 56. num* 14. optimè
Surd. *decis. 316. num 82.* ibi. *Et quando impedimen-* 30
tum est notorium non eget probatione, nec protestatione, cap. manifesta 2. quæst. 1. cap. euidentia, de accusat. gloss. in l. 1. vbi Bart. C. qui & ad quos, Doctores in cap. vestra, de cohabit. cleric. & mulier. Ripa de priuil. Iud. caus. pestis num. 18. cum seqq. & Iudex potest
ex officio se informare de notorio, Bald. in l. si quis 31
num. 2 C. fin. regund Aretin §. quadam numer. 12. Instit. de actionib. vbi Ias. num. 78. Felin. in cap. ex transmissa numer. 2. 6. & 7. vbi Paris. num. 14. vers. quartus casus, de præscript. Afflict. decis 50. numer. 5. Boer. decis. 40. numer. 7. Cognol in l. omnibus causis numer. 5. ff. de regul. Iuris, in quibus locis dicunt non requiri probationem diligentia, late Ossesch decis. Pedem. 177. num. 12. Seraph. de Iuram. priuil. 25. n. 16. Socin. iun. cons. 120. n. 20. vol. 3. vbi in proposito, Menoch. cons. 146. n. 28. & seqq. &c.

Quintò, quia Abbas à fratribus, consanguineis, 32
amicis, & vicinis publice reputabatur demens, vnde ex hac communi reputatione pro insano, & demente habendum concludunt Mascard. *d. concl. 503. numer. 10.* Menoch. *d. lib 6. præs 45. numer. 45.* Farin. *d. lit. F num.* 272. Maximè concurrente publica fama, per quam probari eum esse dementem
resoluunt Pacian. *d. lib. 1. cap. 41. n. 38.* Farin. *d. lit.* 33
F n. 273. Rota *decis. 107. num. 5. post princ. & in vers. tertiò probatur, & num.* 9.

Obiectio III.

Quòd non præcessit cedula conuocatoria ante diem pro Capitulo celebrando cum expressione eorum, quæ in Capitulo agenda erant.

IN Constitutionibus Collegiatæ Ecclesiæ de 34
Lerma *titul.* 11. §. 2. cautum est vt occurrente aliqua vrgenti necessitate celebrandi Capituli extra diem assignatum, de ordine Abbatis, aut Præsidentis, & absente, intimari debet cuilibet Capitulari pro certa hora cum expressione negotij, de quo ibi agendum est. Opponebatur ex aduerso quod absque cedula conuocatoria, aut saltem sine expressione negotij conuocatum fuit extra ordinem Capitulum, in quo coadiutorum electio facta fuit. Sed fuit responsum dictam cedulam præcessisse cum sufficienti expressione: & quatenus de ea modo non appareret, adhuc dubitari non
poterat post actum quod præcesserat, vt require- 35
batur, tum quia acta omnia præsumuntur adesse,
& qui

& qui contrarium dicit debet probare, Valenzuel.
36 *consil.*84.*num.*70.tum quia actus præsumitur factus
ex causa legitima præcedenti, *l. quæcum mulier ff. de rei vend. l.* 1. *ff. de acquir. possess.* Valenzuel *consil.*
37 160.*num.*1. tum etiam quia semper illud præcessisse præsumitur quod pro validitate actus præcedere debuit, *l. cum in testamento § hac verba ff. de hered. instit.* Alciat *reg.*3. *præs.*42. Cassad. *decis.* 1. *de*
38 *præben.* Gregor. XV. *decis.*181. *num* 7. tum denique, quia actus vbique præsumitur legitimè gestus, Menoch. *consil.*88. *numer.* 36. & pro eius validitate in dubio semper pronuntiãdum, idem Menoch. *consil* 468. *n.*13.

Obiectio IV.

Quòd Portionarij in hac coadiutorum electione vocem dederunt, quam iuxta Constitutionem Collegiatæ habere non poterant.

39 PAulus Papa V. in prima Bulla erectionis huius Collegiatæ Portionarios ad vocem in Capitolo habendam admittit, ibi. *Canonici autem, & Portionarij præfati, vna cum ipsis Abbate, Archidiacono, Cantore, & Thesaurario Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ huiusmodi constituant, ac vocem ibidem habeant*, &c.

40 Deinde in Constitutionibus eiusdem Collegiatæ *tit.* 4. Portionariorum votum in Capitulo restringitur, ac limitatur quando ageretur de danda possessione alicuius dignitatis, Canonicatus, Portionis, vel Capellaniæ; sed conclusum fuit dispositum in Bulla seruandum esse præfata limitatione non obstante, tum quia in Bulla adest clausula *sublata*, quæ aliter interpretandi, moderandi, vel limitandi cuilibet facultatem adimit, per ea quæ resoluunt Doctores, quos citaui de
41 *clausulis vsufreq. claus.* 175. tum etiam, quia adest decretum irritans, cuius effectus est vt irritet, seu annullet omnia, quæ in contrarium fiunt, *cap. si eo tempore, de elect. lib.*6. *cap.* 1. *vers. adijciebatur, de concess. preb. eod. lib.* Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel gl.*67. *n.*12. plures, quos refero *claus.*40.*n.*1.

42 Non obstat quòd in dicta prima Bulla erectionis patrono, Abbati, & Capitulo, facultas conceditur Constitutiones faciendi pro bono regimine Ecclesiæ præfatæ, bonorum, & rerum, quia id solum locum habere poterit in directionem, non verò in destructionem, eorum quæ in dicta Bulla fuerunt per Romanum Pont. stabilita, vt videre est ibi. *In premissis, vel circa ea, quomodolibet necessariis, & opportunis*, &c. Nam solum datur potestas eisdem post edita statuta & confirmata à Sede Apost. ea cum expediens visum fuerit, limitare, mutare, corrigere, & declarare, ibi. *Quæcumque statuta, ordinationes, & decreta, licita tamen & honesta, sacris Canonibus, & sacri Concilij Tridentini decretis, Constitutionibus Apostolicis non contraria à Romano Pont. pro tempore existente, seu dicta Sede examinanda, & approbanda edendi, ac edita pro temporum, & rerum varietate, & qualitate, ac quoties opportunum, & expediens videbitur, mutandi, limitandi, corrigendi, & declarandi, & interpretandi, ac in meliorem formam redigendi*, &c.

43 Vnde succedit doctrina quòd licèt in eadem Bulla generalis clausula adesset statuta & Constitutiones faciendi, nequaquam referri posset ad id, quod est specialiter prouisum, *l. doli clausula ff. de verb. obligat. l. coheredi §. qui patrem ff. de vulgari*, Mart. *de claus. parte* 4. *claus.*24. *numer.* 3. Ostasch. *decis.*169. *à num* 1. Surd. *consil.*241. *num.*19. Anton. Gabr. *commun. opin. lib.*6 *tit de clausul. concl.* 9. *num.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 522. *n.*34. vbi loquitur in rescripto.

Et quidquid sit restrictio non procedit vltra 44
actum possessionis capiendæ, de qua ipsa loquitur, nos verò sumus in actu nominandi coadiutorem ob dementiam Abbatis, qui est multum diuersus ab eo, in quo de danda capitulari possessione alicuius dignitatis, Canonicatus, Portionis, seu Capellaniæ agitur: & quamuis in Capitulo admitterentur Portionarij ad vocem dandam, non ob id nominatio facta diceretur nulla, ad not. per Bertachin. *de Episcopo* 2. *parte* 3. *in* 3. *quæst.* Lambertin *de iurepatron. lib* 2. *p.* 1. *q.* 3. *princ. art.* 17. *n.* 3. *pag.* 471.

Obiectio V.

Quòd coadiutores, seu gubernatores electi gradum Doctoratus, aut Licentiaturæ in S. Theologia, vel Iure Canonico non habent, & eorum vnus non est oriundus ab his Regnis.

QVamuis in Episcopum consecrandus debeat 45
esse Doctor, aut Licentiatus in S. Theologia, vel Iure Canonico, iuxta decretum Concilij Trid. sess. 22. de Reform cap. 2. & Bullam Gregor. XIV. de forma faciendi processus super promouendis ad Ecclesias Cathedrales, nihilominus is gradus non exigitur in prima dignitate alicuius Collegiatæ exemptæ, quæ iurisdictionem quasi Episcopalem habeat, vt declarauit S. Congregatio Concilij Trident. vt refert Nicol. Garc. *de benefic. p* 7. *cap.*7. *numer.*33. in hæc verba: *Circa quod decretum Concilij Trident. cum quæreretur an principalis dignitas in Collegiata Ecclesia exempta, cui ordinaria iurisdictio, cum omnibus iuribus quasi Episcopalibus competit, necessariò conferri debeat Licentiato, vel Doctori vt principalis Dignitas in Cathedrali? Congregatio* 12. *Decembris* 1585. *censuit negatiuè: quia nullibi cauetur esse necessarium, & Concilium quando loquitur de Dignitatibus cap* 2. *sess.*24. *hortatur, vt conferantur Doctoribus, non præcipit.* Idem tenet Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regul. dub.* 63. *numer.* 1. *vers. quod autem*, quem refero *de Canonicis & Dignit. c.*11. *n.*4

Verùm circa hoc specialiter prouisum est in di- 46
cta Bulla erectionis, vt scilicet Abbas debeat esse Doctor, aut Magister, vel Licentiatus, ibi. *Pro vno Decretorum Doctori, seu in Theologia Magistro, vel Licentiato*, &c. Sed eius dispositio coadiutores huiusmodi comprehendere non potest, ex seqq.

Primò, quia dispositum specialiter in Bulla ex- 47
orbitans est à dicta decisione sacræ Congregationis, & ideo non est amplianda, sed restringenda, *cap quæ à iure communi, de regul. Iuris in* 6. *l. singulare ff de legib* Tiraquel *in l. si vnquam, verbo libertus sub num.*27. *C. de reuoc. donat.* Villagut *in tract. de extensione leg. rub. de extens. legum limitat numer.*18. *cum seqq* Farin. *fragm. crimin. parte* 1. *lit. E num* 122.

Nec

Nec etiam extendenda, cùm extensio concedatur in correctoriis, *l. præcipimus. C. de appellat. l. sancimus. C. de testam.* Osasch. *Pedem. decis.* 21. *num.* 13. *&* 14. Marc.Anton.Eugen.*cons.*49.*num.*18.*& seq.* Villagùt *d. tract. in rubr. de extens. legum correct. num.* 25. *cum seqq.*

48 Secundò, quia licèt coadiutores huiusmodi debeant de causis cognoscere, nihilominus eas expedire possunt cum interuentu suorum Assessorum si litterati non sint, per *l.* 1. *&* 2. *C. de assessor. l.* 3. *tit.* 4. *part.* 3. *& l.*18.*tit.*19.*part.* 2. latè Morla *in emporio iuris ciuilis p.*1.*tit.* 2. *quæst.* 6. *à princip.* Bobadil. *in sua politica lib.*1.*cap.* 6. *num.*16. qui eodem *lib.* 1. *cap* 9. *sub num.* 5. refert Magistrum Auilam di-
49 cere solere, gubernatorem potius eligendum qui non alte sapiat, dummodo mediocrem suam cognoscat scientiam, quàm illum, qui cum melius sciat, multum tamen de se confidat, iuxta illud Prouerb. cap.26.*Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit insipiens.*

50 Tertiò, quia coadiutores huiusmodi temporales sunt, nec aliquam obtinent dignitatem, aut præeminentiam, & ideo nil mirum si gradus Doctoratus, aut Licentiaturæ, qui requiritur in principali, in illis minime concurrere debeat; nam adhuc coadiutori perpetuo Episcopi infirmi, vel senectute nimia grauati, cum futura successione multa denegantur, quæ Episcopo coadiuto conceduntur, vt videre est in quadam declaratione Congregationis sacrorum Rituum, quam referunt Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. in summ. Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas auctor.* 13. *num.* 12. *in fine*, Campan. *in diuers. iuris canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.*107. Ego ipse *de iure Ecclesiast. vniuerso lib.* 3. *cap.*10. *num.*35. *cum seqq.* Et coadiutoribus Dignitatum & Canonicorum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum cum futura successione multa etiam denegantur, quæ Coadiutis ratione Dignitatum & Canonicatuum à iure competunt, vt est gaudere priuilegiis & adultis percipiendi fructus in absentia, esse iudices Apostolicos, & in ordine Presbyterij eo casu, quo Ecclesiæ statuto debeat esse actu Presbyter, qui canonizari desideret, ac in aliis casibus per me adductis *d. cap.*10. *num.*73. *cum*
51 *seqq.* nisi expresè à Papa coadiutoribus hæc omnia concedantur, quia eorum potestas à forma dationis coadiutoriæ pendet, Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 20. *num.* 19. Ego ipse *d. tract. de Canonic. & dignitat. cap.* 29. *numer.* 2. *in princ.*

52 Ad id verò quod vnus ex coadiutoribus non sit ab his Regnis oriundus, ac proinde ex Apostolicis Constitutionibus, & legibus Regiis excludendus ab officiis & beneficiis, respondetur eas Constitutiones de officiis loqui, quæ in perpetuum, vel ad certum tempus conferuntur in titulum, non verò de his, quæ ad nutum Superioris amouibilia assignari solent, vt est officium Vicarij generalis, quod ab extraneo clerico exerceri posse resoluit in terminis Cened. *pract. & canon. quæst. quæst.*18. *num* 21. ibi. *Secundò animaduertere etiam oportet Dignitates, beneficia, & officia ecclesiastica in duplici esse differentia. Alia siquidem conferuntur in titulum, quæ auferri non possunt absque causa etiam à Summo Pont. vt ex magis communi opinione resoluit Beroi. in cap. quæ in Ecclesiarum num.*167.*de constit. & pulchre quamplurimis in contrarium refutatis docet Pinel. p.*1. *rubr.C. de rescind. vendit. cap.* 2. *num.* 30. *vers. altera inspectio, optimè Sarmiento. lib.*2. *select. cap.* 8. *num.* 25. *& qui-*
53 *dem si rectè consideretur huiusmodi Dignitates, beneficia, & officia sunt, quæ prohibentur extraneis à Regno conferri, ex eo quod cum in perpetuum, vel ad tempus certum, & præfixum in titulum conferantur, & sine causa non auferantur, posset esse damnosum Regni incolis, Ecclesiis, & beneficijs quod ipsi ea possideant, ex traditis à Martinez suprà num.* 259. *vers. en Castilla,* Rebuff. *in praxi tit. de rescriptis mixtis ex num.* 8. *latissimè Azeued. ad d. l.*14. *ex num.*12. *Gullielm. Benedict. in d. num.*483. *&* 484. *Inde meritò ea extraneis conferri lege nostra prohibitum est, non verò alia beneficia, & officia ecclesiastica, quæ non in perpetuum, nec ad*
tempus certum, & præfixum, sed ad nutum Superioris 54
amouibilia assignari aliquibus consuetum est; quæ si extraneis conferuntur, nullum inconueniens est, cum nec damnum Ecclesiis, nec Regnicolis ex ipsorum prouisione oriatur; cum non in titulum, sed ad meram & liberam Superioris voluntatem creari, & reuocari valeant. Et secundum hanc distinctionem habet Praxis huius Regni, quod quando Abbatia, Prioratus, aut similes Dignitates conferuntur in perpetuum, solis Regnicolis dantur: quando verò ad tempus, vel ad nutum Superioris interdum exteris, quandoque verò naturalibus assignantur, nullo habito respectu an electus sit in hoc vel in alio Regno natus: ex quibus proposita quæstioni facile respondetur quod cum Vicarius generalis ad nutum Episcopi creari, & reuocari valeat, nullum est inconueniens quod à Regno externus eligatur, & ita practicatur in hoc Regno, &c.

Obiectio VI.

Quòd in electione & nominatione coadiutorum non præcessit assensus & licentia patroni dictæ Ecclesiæ Collegiatæ.

In datione coadiutorum temporalium requiri 55
consensum patronorum resoluit Lambert. *de iurepatron.* 1.*p.* 2.*lib. quæst.* 6. *princ. art.* 20. *pag. mihi* 546. *col.* 2. ex ea ratione, quia dare coadiutorem sapit ordinationem status Ecclesiæ, vt *in cap. tuæ nos, & in cap. fin. de cleric. ægrotan.* tum etiam quia vertitur interesse Ecclesiæ, quam ipsi patroni defendere tenentur: & consensum patroni in dando coadiutore temporali, id est, ad vitam Rectoris, requiri ad bene esse, resoluit Viuian. *in praxi iurispatron. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.*151.

Contrarium verò receptius & verius est; & ex- 56
presè tenet Rebuff. *in praxi tit de Regia ad Prælat. nomin. facien.* §. 1. *verbo Canonicè intrantium in fine, pag. mihi* 494. his verbis. *Item si matrimonium contraxerit Episcopus, poterit Rex ad illum Episcopatum nominare, quia vacat, cap. Ioannes, de cleric. coniugat.* Roman. *consil.* 483. *dubitatur* 1. *col.* 2. *Idem dicens si matrimonium esset nullum, quia fuit quod petuit, dixi in tract. nominat. quæst. vlt. num.*13. *& regulariter quomodocunque vacet, Rex poterit nominare. Fallit quando Episcopus esset captus à schismaticis, vel à Turcis, tunc Papa poterit dare coadiutorem sine Regis nominatione, cap. si Episcopus, de suppl. negl. Prælat. lib.* 6. *quia non vere vacat Episcopatus, & vacantibus Rex tantum nominat eadem ratione. Item si Episcopus valetudine perpetua, vel morbo detineatur, vel alio modo, Papa sine Regis nominatione coadiutorem dabit, cap. vnic.* §. *si autem, de cleric. ægrot. in* 6. &c. & hæc opinio multis probatur.

57 Primò, quia in dicta Bulla erectionis facultas
conceditur patrono præsentandi Abbatem, dum va-
catio contigerit, ibi. Quam deinceps quandocunque &
quotiescunque per cessum, &c. & ibi. Simul vel successiuè
vacabant, &c. & ibi. Intra sex menses à die habita noti-
tia singularum vacationum huiusmodi computandos, &c.
quia præsentatio à patrono fieri non potest, nisi
actu Ecclesia vacet, cap. fin. de concess. preb. Lambert.
58 de iurepatr. 1. p. lib. 2. vbi autem infirmus, vel demens
factus fuerit Abbas, ob idque dandus sit ei coadiu-
tor, non vacat Abbatia, quia demens illa priuari
non debet, gloss. verbo coadiutorem, per text. ibi in cap.
ex parte 5. de cleric. agrot. cap. vnic. eod. tit. lib. 6. Gonzal.
ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. n. 32. Nicol. Garc. de benef.
p. 5. cap. 4. num. 5.

59 Secundò, quia stante necessitate & vtilitate sta-
tim prouidendi Ecclesiæ de gubernatore, non requi-
ritur consensus patroni, vt de permutatione benefi-
cij iurispatronatus laicalis quod tali stante necessi-
tate possit fieri sine consensu patroni, docet Lam-
bertin. de iurepatron. lib. 2. p. 1. quæst. 6. princ. art. 6.
60 num. 37. Propter necessitatem enim, aut quando
periculum est in mora, actus expediri potest sine
consensu illius, qui illum præstare debebat, l. 1. ff. de
exercit. act. l. tutor qui repertorium. ff. de administr. tutor.
Abb. in cap. relatum, num. 6. de cleric. non resid. Felin. in
cap. cùm accessissent, num. 22. de constit. Tiraq. de legib.
connub. gloss. 8 num. 9. Matiens. l. 6. gloss. 2. num. 2. tit. 3.
lib. 5. noua recopilat. Valenzuel. tomo 2. consil. 132.
num. 24.

61 Tertiò, quia quando viuente beneficiario prætenditur prouideri de Vicario, coadiutore, aut gubernatore, qui eius infirmitate durante Ecclesiæ inseruiat, nullus requiritur patroni assensus, cum solum iste desideretur in vacantis Ecclesiæ prouisione. Ita Lambert. d. tract. de iurepatron. lib. 3. quæst. 5. princ. art. 7. num. 1. pag. 1062. ibi. Aut loquimur de Vicario ad tempus, vel etiam ad vitam Rectoris, dummodo non perpetuatur post mortem eius, & concludunt ibi non requiri consensum patroni, quia nullo modo præiudicatur sibi, nec futuro Rectori, &c. optimè in specie Bero, cons. 5. num. 62. vol. 1. ibi. Quòd ius patroni est limitatum solùm ad actum præsentationis, percipiendi alimenta, & processionis, & ne sine causa Ecclesia status mutetur, & quodammodo quasi capite minuatur, vel subyciatur alteri Ecclesiæ, ex cap. nobis, & fin. de iurepatron. cap. quicunque. cap. pia mentis 16. quæst. 7. Non autem reperitur vt limitatum ius patroni ad actum dispensandi quando per dispensationem non perpetuo mutaretur, seu alteraretur, sed ad tempus, & pro vna vice tantum. ergo ad hunc actum debet non extendi ius patroni vt requiratur eius consensus in dispensatione huiusmodi, &c.

62 Quartò, quia in vacante Ecclesia Parochiali iurispatronatus laicorum potest ordinarius Vicarium apponere, absque patronorum consensu, donec illi de Rectore prouideatur, iuxta dispositionem Concilij Trid. sess. 24. de reform. c. 18. in princ. Ita Duran. decis. 74. num. 50.

63 Quintò, quia hæc deputatio coadiutorum fuit per modum prouisionis interim dum demens erat Abbas, quæ ideo non potuit mutare statum Ecclesiæ, vt sentit Rota coram Duran. d. decis. 74. num. 4. ibi. Quia præter quod illa secunda deputatio fuit per modum prouisionis, quæ ideo nullum statum facit, cap. cum vos, vbi Abb. num. 1. de offic. ordin. Rebuff. de sentent. prouis. in præfat. n. 37. &c. & expressè de beneficio iurispatronatus loquens, eadem Rota coram Duran. d. decis. 74. num. 50. ibi. Deputatio vero Barilary, in qua fit præcipuum fundamentum, fuit per modum prouisionis, quæ idcirco non mutat statum præcedentem ex Rebuff. vbi suprà. Et ratio est, quia Ordinarius sua ordinaria auctoritate potest deputare Vicarium, seu œconomum in beneficio vacante interim & quousque de Rectore prouideatur, aut cognoscitur de iuribus eligentium d. cap. cum vos, cap. peruenit el 2. & ibi gloss. verbo assignes, ext. de appellat. Concil. Trident. sess. 24. c. 18. vers. alioquin, Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. limitat. 18. num. 2. Vnde cum huiusmodi deputatio non fiat ad formandum statum, sed ad interim tantum, nec minimum quidem præiudicij ex ea infertur illis, &c. & num. 52. ibi. Non potuit D. Archiepiscopus interim prouidere nisi per modum prouisionis, non autem de Rectore perpetuo, gloss. in d. cap. cum vos. vers. causa, & ibi Ioann. Andr. num. 4. vers. alia de causa, &c. facit text. in cap. proposuit 6. de filys presbyt. vbi gloss. & Innoc. & ibi eleganter Abb. num. 4. ibi. Quod non exigitur consensus patroni, quia hæc erat quadam prouisio Superioris in qua non principaliter ordinabatur Ecclesia, sed ex causa dabatur Vicarius, &c.

Sextò, quia Vicecurati in Parochialibus Ecclesiis 64
poni possunt absque patronorum consensu, Federic. de Senis cons. 95. num. 3. vers. item super eo quod quæritur, Duran. d. decis. 74. num. 39. faciunt quæ gloss. verbo Episcopi in cap. ad hæc, de officio Vicar. Lambertin. de iurepatr. lib. 3. quæst. 5. princ. art. 9. Bertachin. de Episcopo p. 7. lib. 4. num. 14.

Septimò, quia si consensus patroni requirere- 65
tur, id tantum esset propter eius interesse, & præiudicium, & sufficeret quod factum peteretur, & adhiberetur, quia quando consensus non pro forma, & actus solemnitate, sed dumtaxat pro interesse, & præiudicio alicuius requiritur, sufficit vt quandocunque, & quomodocunque adhibitus fuerit, Alexand. Ias. & alij in l. si quis mihi bona, §. iussum. ff. de acquir. hæred. Roman. cons. 54. num. 3. Tiraquell. de legib. connubial. gloss. 6. num. 15. cum seqq. Rota decis. 353. num. 1. p. 1. in posthum. Farinac. immo in præsenti casu nullum præiudicium infertur Duci patrono, cum sibi remaneat illæsum ius præsentandi in tempus vacationis, argumento gloss. in verbo Episcopi in cap. ad hæc, de officio Vicar. & eorum quæ resoluunt Gig. de pension. q. 23. Cabed. de patronatib. Regia Corona q. 13. asserentes ob eandem rationem præiudicij non illati in iure præsentandi minime requiri patroni consensum in impositiune pensionis.

Ex dictis iam infertur Doctorem Ioannem C ob de Roa non esse manutenendum in possessione officij Prouisoris, quod exercere posse intendit prætextu nominationis ab Abbate de tali officio in sua persona factæ, ac per consequens dictis coadiutoribus esse concedendam manutentionem ex sequentibus.

Quoad primum assumptum circa denegationem 66
manutentionis in officio Prouisoris ex multis &
euidentibus rationibus iustificatur, & primò quia
Vicarius seu Prouisor gerit vices Episcopi, seu Præ-
lati, cap. 1. & 2. de offic. Vicar. cap. licet, eod. tit. in 6.
Rebuff. in praxi tit. de Vicar. Episcop. num. 4. Sbroz. de
Vicario Episcopi lib. 1. q. 1. & ambo adeo constituunt
idem tribunal, cap. 2. de consuet. in 6. Sbroz. d. tract. de 67
Vicario Episcopi lib. 2. q. 22. num. 7. Iacob. Gall. q. 62.
num. 3. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 127. n. 19.
& 21. & cap. 393. num. 8. Rota decis. 474. num. 3. p. 2.
recentior. Valenzuel. cons. 192. num. 8. vt factum à Vi- 68
cario censeatur factum ab Episcopo, vt ex l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. tradit Rebuff. d. tit. de Vicar. Episcop. num. 40. Valenzuel. consil. 101. num. 45.

quia

quia factum ab officiali censetur factum à domino
mandante. *l. ita autem. §. gessisse. ff. de administr. tutor. l. deiecisse. ff. de vi & vi armat. l. non ideo. C. de accusat.*
Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 809. *num.* 19. &
70 extincto Episcopo precaria sui Vicarij iurisdictio
extincta etiam quoad negotia cœpta dicatur, cum
se habeat ad iurisdictionem Episcopi per modum
accessorij, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 276.
71 *num.* 44. vbi *num.* 45. ita concludit. *Vnde cum extinguatur iurisdictio ordinaria Episcopi, quæ apud eum*
erat in concreto, per consequens extinguetur in persona
Vicarij, qui eandem iurisdictionem ordinariam habebat
etiam quoad causas cœptas, quamuis aliàs iurisdictio
ordinaria non expiret morte concedentis re integra, prout latè explicat D. Barbos. in l. quia tale 14. *num.* 93. *ff.*
72 *soluto matrim.* &c. Hinc Vicarius, & Episcopus habetur pro eadem persona, & vnico corpore, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 809. *num.* 15. itavt inter
73 Episcopum, & eius Vicariom non sit dare medium,
Abb. *consil.* 21. *in fine lib.* 1. Valenzuel. *consil.* 121.
num. 19.
74 Vnde officium Vicarij durat dum vult Episcopus, gloss. *in Clem. vlt. de procur.* Stephan. Gratian.
75 *tom.* 3. *cap.* 484. *num.* 19. cuius morte naturali & ciuili expirat & finitur, vt resoluunt plures per me citati *de officio, & potestate Episcopi p.* 3. *allegat.* 54. *n.* 151.
& addit Stephao. Gratiao. *disceptat. forens. cap.* 111.
76 *num.* 59. quod Vicarius à persona Episcopi in totum pendet, cùm ab eo creetur, & ad eius libitum
77 reuocetur, ac eius morte extinguatur: cùm ergo furiosus & demens pro mortuo reputetur, *l. Fulcinius. §. adeo, ff ex quibus caus. in possess. eatur.* Bald. *in l. humanitatis. C. de impuber.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 9. *quæst.* 1. *num.* 15. Castill. *controuers. lib.* 4.
cap. 59. *num.* 36. *cum seqq.* quòd si Episcopus demens factus fuerit, eo ipso eius Vicarij officium
expirat.
78 Secundò, quia manutentio non datur sine possessione, Couarr. *pract. cap.* 17. *num.* 3. Paz *de tenuta cap.* 2.
num. 19. *& cap.* 9. *num.* 9. *cum seqq.* Rota apud Post. *in fine sui tract. mandati de manutenendo decis.* 129. *n. vlt.*
79 *& decis.* 154. *num.* 1. *& decis.* 156. *num.* 2. Possessio
autem Vicarij precaria est, cum finita voluntate
Episcopi expiret, & deinde dicatur iniusta, Aretin.
in §. retinendæ, num. 8. *Instit. de interd.* Post. *d. tract. obseru.* 42. *num.* 124. & oon sit manutenibilis. Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 19. Rota apud Post. *decis.* 214.
80 *num.* 6. tum quia precario possidens non possidet
sibi, sed illi à quo precario possidet, Rota *post dictum tract. Post. decis.* 106. *num.* 4. & sic domino
concedenti, *l. quod meo, in princip. ff. de acquir. possess.*
Surd. *cons.* 481. *num.* 10. Seraph. *decis.* 82 *num.* 5. Rota
decis. 667. *num.* 1. *& 6. p.* 2. *recent.* & ideo potest
81 Episcopus petere manutentionem ex quasi possessione exercendi iurisdictionem per suum Vicarium,
Caputaq. *decis.* 306. *num.* 2. *p.* 1. Post. *in d. tract. mandati de manuten. obseru.* 55. *num.* 112. oon verò concedi po-
82 test ipsi Vicario, quia semper datur illi, pro quo
possidetur, & non possidenti nomine alterius, vt
per text. *in l.* 1. *§. procuratorem.* vbi Ias. *in princ. & l generaliter, l. quod meo. ff de acquir. possess.* censuit Rota
83 apud Post. *decis.* 135. *num.* 1. Vnde cùm possessio sit
penes Abbatem, nec est dicendum quod eam habeat eius Prouisor, cum impossibile sit quod duo
eandem rem possideant in solidum, Aretin. *in d. § retinendæ, n.* 9. Gregor. X V. *decis.* 14. *sub n.* 4. nec ex pos-
84 sessione Abbatis est manutenendus eius Prouisor,
quia manuteneri quis non debet quando alius possessionem occupat, Caputaq. *decis.* 199. *n.* 1. *p.* 2. Tiber.
in pract. Auditoris Cameræ lib. 2. *cap.* 7. *num.* 10.

Barbosæ Vota decisiua.

Quod ad secundum assumptum de manutentione concedenda coadiutoribus per Capitulum no- 85
minatis, certa est in iure nostro conclusio, quod ad
manutentionem obtinendam probanda est possessio saltem de tempore litis motæ, *cap. cum Ecclesia,*
& ibi Abb. *num.* 23. Rip. *num.* 81. *de causa possess. & propr. d. §. retinendæ, Instit. de interd.* Couarr. *pract. cap.* 17. *num.* 5. *in fine,* Card. Mantic. *decis.* 72. *num.* 3. *& decis.* 172. *sub num.* 3. Posti. *in d. tract. mandati de manut. obseru.* 17. *num.* 8. Rot. *decis.* 559. *num.* 11. *p.* 2.
recentior.
Coadiutores autem pluribus actibus possessoriis exercitij suorum officiorum probar suam pos- 86
sessionem concludenter, per quos, & alioa actus
sic repetitos & geminatos multo magis dicitur
constare de possessione ad effectum manutentionis,
Cæs. de Grassis *decis.* 10. *num.* 3. *de causa possess.* Rota
decis. 214. *num.* 2. *apud Post.*
Et eo faciliùs illis debet concedi manutentio, 87
qoia non versamur in terminis simplicis, & nudæ
possessionis, detentationis, seu intrusioois, quæ aliàs
sufficeret, vt per Buratt. *decis.* 194. *num* 9. plenè Posti.
obseru. 42. *per tot.* cum in hoc iodicio summariissimo 88
noo sit examinanda iustitia, seu iniustitia possessioois, Boratt. *d. decis.* 194. & ibi adden. *litt. B. & decis.*
904. *num.* 8. imò sufficiat possessio asinaria, & bestialis, Post. *d. obseru.* 42. *num.* 86. Sed in terminis posses- 89
sionis titulatæ, quo casu propter fomentum tituli
dubitari non potest quin ista possessio sit manutenibilis, *cap. licèt causam,* vbi Felin. *num.* 9. *de probat.*
Verall. *decis.* 336. *p.* 2. & ex traditis per Gratian.
discept. forens. cap. 402. *n.* 1. *&* 2. Gregor. *decis.* 336. &
ibi adden. *num.* 6. *& decis.* 412. *n* 2. *&* 5.
Nec obstat dicere quòd actus isti possessorij de- 90
derunt causam liti, & consequenter oon probaot
possessionem. Rot. *decis.* 4. *num.* 2. & ibi adden. coram
Gregorio X V. nec tribuunt ius considerabile. Rot.
decis. 30. *num.* 1. *p.* 2. *recent* nec videntur attendendi ad
effectum concedendi manutentionem, Gregor. *d. decis.* 569. *num.* 4. & plures refert & sequitur Post. *obseru.* 17. *n.* 44. *cum seqq.*
Quia conclusiooes istæ procedunt quando pos- 91
sessio prætenditur ex vnico actu contradicto, veluti
ex vnica præsentatione dante causam liti, quæ noo
constituit in quasi possessione iuris præsentandi.
Gregor. *decis.* 417. *n.* 4. aut ex vnica collatione pariter contradicta, quæ noo constituit io quasi possessione iuris conferendi. Rot. apud Viuian. *in fine suæ praxis iurispatron. decis.* 86. *n.* 36.
Secus autem quando post ius quæsitum, seu ac- 92
qoisitam possessionem ex vnico actu positiuo & pacifico, subsequitur contradictio partis, quia tunc non
potest impediri mandatum de manutenendo, Post.
d. obseru. 17. *n.* 54. Seraph. *decis.* 1437. *in fine,* vbi quòd
si superuenerit contradictio, noo videtur facta io
tempore, Rota apud Post. *decis.* 201. *num.* 7. vbi quod
contradictio debet esse in ipso primo actu; qoodque
si facta fuerit post actum perfectum, & consummatum, non impedit quominus censeatur per dictum
actum pacifice gestum acquisita possessio, ad *l. si ita sit,* & ibi Bald. & Imol. *ff. de legat.* 1. Ripa *in l.* 1. *n.* 88.
ff. soluto matr.
Nec etiam obstat dicere quod possessio ista fuit 93
attentata, & consequenter noo est manutenenda,
Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 49. Seraph. *decis.* 287.
num. 1. Caual. *decis.* 359. *num.* 7 Coccin. *decis.* 492. *n.* 3.
Rot. *decis.* 617. *num.* 1. *p.* 4. *diuers.* sed imò est omnino
reuocanda in primis & ante omnia, *cap. non solùm, de appell. in* 6. Crescent. *decis.* 19. *aliàs* 216. *n.* 2. *de sent. & re iudic.* Bocac. *de interd. vti possid. cap.* 3. *num.* 21.

aut potiùs sequestranda iuxta Rotæ stylum, vt per Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 13. num.* 38. Rot. *decis.* 503. *& decis.* 514. *p.* 1. *recent.* Post. *obseru.* 75. *à num.* 34.

94 Quia aut prætensa attentata figurantur ob apprehensam possessionem post litem motam, vel emanatam, seu intimatam aliquam inhibitionem Tribunalis, & quidem certum est in facto quod litis pendentia, & inhibitio emanarunt longe post possessionem, & sic eam non afficiunt, ad text. *in cap.* 1. *& per tot. vt lite pend.* & notatur *in decis.* 119. *n.* 1. *p.* 1. *in posthum. Farin.*

Aut verò prætenditur fuisse causata ex prætensa appellatione & protestatione interposita per dictum Doctorem Cob de Roa dum in Capitulo præsens esset, & ageretur de dicta coadiutorum nominatione, & hoc etiam casu attentata non causantur.

95 Primò, quia dictus Doctor Cob de Roa non fuit protestatus, nec appellauit in Capitulo tanquam Prouisor Abbatis, sed vti vnus ex capitularibus; nam erat eiusdem Ecclesiæ Cantor dignitas, & præsens aderat vestibus Canonicalibus, & suo loco sedebat, vbi enim in vna persona concurrit simul quod sit Canonicus, & Vicarius seu Prouisor, si in Capitulo assistat Canonicalibus vestibus indutus, & in loco suæ dignitatis, seu Canonicatus sedeat, præsumitur ibi tanquam Canonicus, non vti officialis assistere, vt per Theodos. de Rubeis *singular. Rota tom.* 2. *p.* 4. *n.* 52. *pag.* 490. Mich. Ferrum *de præcedent. eccles. cap.* 51. *num.* 16. & plures, quos refero *in tract. de Canonicis, & dignit. cap.* 18. *num.* 32. Cùm ergo dictus Cob de Roa assistentiam in Capitulo præstiterit tanquam eiusdem Ecclesiæ dignitas, quamuis vti talis cum aliis duobus, vel tribus Capi-
96 tularibus appellauerit de nominatione coadiutorum à maiori parte capitulariter facta, eorum appellationi non erat deferendum, quia appellatione remota eam nominationem exequi deberi probat text. *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte Cap.* ibi. *Quocirca præsenti decreto statuimus vt nisi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter obiectum fuerit, & ostensum, appellatione remota valeat semper & suum consequatur effectum, quod à maiori, & saniori parte Capituli fuerit constitutum* &c. & resoluunt Rebuff. *in tract. de appellat. art.* 7. *gloss.* 2. *num.* 33. *vers.* 18. Sigism. Scacc. *in simili tract. q.* 17. *limit.* 27. *n.* 1. quia in dubio præsumitur pro maiori parte, *d. cap.* 1. Franc. Marc. *Delphin. decis* 800. *n.* 4. *p.* 1.

97 Secundò, quia capitulares actus sunt extraiudiciales, Duran. *decis.* 4. *num.* 10. & actus extraiudiciales
98 non inducunt attentata si ab eis fuerit appellatum, Lancellot. *de attent. in præfat. num.* 18. *cum seqq.* Duran. *d. decis.* 4. *num.* 11.

99 Tertiò, quia talis appellatio non fuit in scriptis, Franch. *in cap. cum in Ecclesia, num.* 12. *de appellat.* Guid. Papæ *de appellat. tom.* 5. *conclus.* 8. *n.* 6. Ruginell. *eod. tract. in præfat. n.* 38. Scacc. *eod. etiam tract. quæst.* 4. *à num.* 1. Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *num.* 61. *in præf.* & in puncto de electione Castellin. *de elect. c.* 16. *n.* 13. vbi quòd exprimi debent omnia, & singula, quæ appellans intendit obiicere.

100 Denique non obstat quod in secundis litteris declaratoriis inhibitionis relaxatæ à Tribunali mandatum est coadiutores ab officiis amouendos eo prætextu quod dictis primis litteris non paruerint, quia ad amotionem deueniendum non est tam præcipitanter, & ante causæ cognitionem; quilibet enim possessor, seu detentor pendente lite est manutenendus. Matta *in voto nouiss. decis. voto* 226. *n.* 2. *&* 3. Post. *d. tract. obseru.* 42. *n.* 82. Rota *apud eundem decis.* 15. *num.* 10. nam sufficit quod quis sit in possessione etiam violenta, vt in ea tueri debeat lite pendente, Anton. Monach. *Bonon. decis.* 30. *n.* 12. *&* 22. Post. *d. obseru.* 42. *num.* 119. cum melius sit vt possessor quamuis iniustus remaneat in sua iniusta possessione, quàm aliis detur vitiosus ingressus de nouo, Rota *decis.* 6. *in antiq. & decis.* 4. *in nouis*, Vestr. *in pract. Romana Curia lib.* 5. *cap. vlt. sub n.* 6. Post. *d. obseru.* 42. *num.* 127.

Quod quidem non solùm durante lite, sed ap- 101
pellatione pendente locum habet, Rota *decis.* 537. *num.* 15. *p.* 1. *& decis.* 526. *num.* 3. *p.* 2. *recentior.* & apud
Posti. *decis.* 336. *num.* 9. Potest enim quis continuare 102
suam possessionem etiam post sententiam condemnatoriam, exequutione non sequuta, Hieron. Gabr. *cons.* 180. *num.* 9. *lib.* 2. Posti. *in d. tract. obseru.* 12. *n.* 164. & sic donec causa per tres conformes fuerit terminata. Seraph. *decis.* 555. *num.* 9. *& decis.* 1471. *num.* 7.
quia continuans in possessione non attentat, Gre- 103
gor. X V. *decis.* 577. *num.* 1. Rota apud Post. *decis.* 159 *numer.* 2. *& decis.* 259. *num.* 10. Et ita speramus saluo, *&c.*

Quare, *&c.*

IN EADEM.

Cap. vnic. de cleric. ægrot. lib. 6. locum habet in Abbate de Lerma habente proprium territorium distinctum, & faciente Synodum, ac omnia vt Episcopus gerente. Et cedula vocandi ad Capitulum, cùm simus in extraiudicialibus, præsumitur præcessisse, quamuis esset solemnitas extrinseca, præcipuè cùm omnes in Capitulo ac si vocati essent, interuenerint.

VOTVM LVII.

1. *Episcopus electus, & confirmatus, circa ea exercenda, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis tantam habet potestatem, quantam tenet consecratus.*
2. *Episcopus verè & propriè, ac in stricta significatione vocabuli ille solum dicitur qui est consecratus.*
3. *Abbates qui sint similes Episcopis.*
4. *Abbates quæ possunt vt Episcopi gerere.*
5. *Concilium Trid. loquens de Episcopo vbi voluit excludere Prælatos inferiores, aut eos expressè exclusit, aut Episcopum cum dictione taxatiua inclusit.*
6. *Dimissorias litteras ad Ordines qui Abbates concedere valeant.*
7. *Abbatis de Lerma institutio ad Rom. Pontificem spectat.*
8. *Abbatis de Lerma plenissima exemptio à iurisdictione Archiepiscopi Burgensis.*
9. *Dictio,* quasi, *licet denotet improprietatem, & diminutionem, sæpe denotat veritatem,*

tem, & omnimodam proprietatem.

10. *Delegata iurisdictio quatenus odiosa debet restringi.*

11. *Dispositio tendens in augmentum cultus diuini, non est restringenda, sed amplianda.*

12. *Extensio semper fit quando agitur de fauore Ecclesiæ.*

13. *Statuentium mens facit vt extensio admittatur.*

14. *Extensio fit de persona ad personam quando persona non expressa continetur sub expressa, ex lata vocabuli significatione.*

15. *Extensio fit de persona vera ad personam fictam quando persona ficta est æquiparata personæ veræ.*

16. *Statuta in materia quantumcumque stricta, extenduntur ad casum in eo comprehensum lato sumpto vocabulo.*

17. *Extensio fit ad casum, seu personam comprehensam sub generalitate verborum in odiosis, & pœnalibus.*

18. *Extensio fit regulariter de vno æquiparato ad aliud.*

19. *Solemnitas extrinseca præsumitur in extraiudicialibus.*

20. *Cedula ante diem nullibi desideratur.*

21. *Negatiua quod quis non fuerit vocatus, est improbabilis.*

22. *Cedula ante diem præsumitur præcessisse.*

23. *Statutum habens clausulam annullatiuam inducit formam.*

24. *Statuta, quæ non inducunt præcisam obligationem sunt inuitatoria.*

25. *Citationis solemnitatem supplet præsentia partis.*

26. *Citati comparitio supplet & sanat omnem defectum citationis.*

27. *Citatio præsumitur facta per comparitionem partis citatæ.*

28. *Citatus quod quis non fuerit non potest probari in extraiudicialibus.*

29. *Negatiua in extraiudicialibus probari non potest.*

30. *Omnia interuenisse præsumuntur quæ de iure præcedere debebant.*

31. *Actus præsumitur factus secundum propriam eius naturam, & secundum qualitatem rei, super qua conficitur.*

1 REPLICABATVR contra resolutionem præcedenti voto factam, nullo modo sub dispositione *cap. vnici, de cler. ægrot. lib.6.* comprehendi Abbates, & alios inferiores Prælatos, cum ibi solum mentio fiat de Episcopis, & aliis superioribus Prælatis, vnde videbatur inferiores excludi. Sed persistendum est in resolutione prædicta; voluit enim Pontifex in eodem textu Ecclesiarum indemnitati consulere, vt patet ibi. *Ne hoc prætextu, Ecclesiæ existentes præcipuè in remotis, dispendia patiantur,* &c. dispendium namque patitur Ecclesia viduitate, absentia, vel dementia illius, qui eam gubernabat tanquam Pastor, quod quidem locum habet siue Pastor illius dicatur Episcopus, aut Abbas, Prior, vel alio superioritatis nomine nuncupetur; in facto autem non negatur Abbatem de Lerma Prælatum esse in sua Ecclesia cum omnimoda iurisdictione ordinaria, & delegata, ac territorio distincto nullius diœcesis, plenáque cognitione causarum omnium ciuilium, criminalium, & mixtarum, ac vsu Mitræ, Baculi Pastoralis, omniúmque insignium, & ornamentorum Pontificalium, itavt in cõsecratione Ordinis Episcopalis ab Episcopo consecrato tantum distinguatur, quia quoad iurisdictionalia similis est Episcopo electo & confirmato, qui quidem circa ea exercenda, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis, tantam habet potestatem, quantam consequitur post obtentam consecrationem, *cap. nosti, cap. transmissam* 15. vbi gloss. *de elect.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 136. Flores de Mena *var. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 11. In tantum quod sub omnibus sacri Concilij Tridentini decretis, in quibus mentio fit Episcoporum, v.g. *sess.* 13. *de reform. cap.* 15. *& sess.* 24. *de reform. c.* 6. *& sess.* 25. *de regular. c.* 16. comprehenduntur electi & confirmati, licet nondum consecrati, vt dixi *de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appellat.* 89. *n.* 7. *cum seqq.*

Quamuis verè & propriè, ac in stricta significatione vocabuli ille solum dicatur Episcopus, qui est consecratus, *cap. tua,* ibi. *Episcopo, vel electo,* &c. *de ijs, quæ fiunt à Prælatis, cap. eam te,* ibi. *nec esses adhuc in Episcopum consecratus,* &c. *de rescript.* Flores de Mena *d. quæst.* 24. *n.* 11. 2

Vnde idem Flores de Mena *d. quæst.* 24. *n.* 33. tenet Abbates prædictis qualitatibus, prærogatiuis, & præeminentiis vtentes in omnibus similes esse Episcopis, eius autem verba sunt quæ sequuntur. *Quare tertiam cogitaui addere responsionem, scilicet, quod generalitas illius decisionis restringatur & limitetur in dicto Abbate ordinario iurisdictionem Episcopalem habente Episcopo excluso, & habente proprium districtum. & faciente Synodum, & omnia vt Episcopus gerente; nam cum hic casus sit rarus, & dictus Abbas cum habeat iurisdictionem talem perpetuo, & iure proprio sit maior quàm Capitulum dictum Sede vacante, & sit magnus Abbas, & in omnibus similis Episcopo, & pauci Abbates hoc modo reperiantur, & in Hispania sit quasi solus dictus Abbas, qui in nullo Episcopum recognoscit, & in Gallia Abbas Cluniacensis, & in Italia Abbas Montis Cassini, & alij perpauci Ordinis sancti Benedicti, quod non debebat includi in dicta generali constitutione, sed speciali nota indigebat,* &c. 3

Et in quolibet Abbate, exempto, & iurisdictionem quasi Episcopalem habente, non tamen præeminentiis & prærogatiuis de Lerma concessis vtente, quod possit omnia à iure communi, & decretis Concilij Trid. Episcopis concessa exercere, resoluit idem Flores de Mena *d. quæst.* 24. *num.* 11. *cum seqq.* quod scilicet potest Indulgentias dare, & commendatitias literas suis clericis, & visitare per se, aut suos visitatores, & Ordines minores conferre subditis suis, & vnire Ecclesias, dispensare pro non residentia, & in casibus, in quibus Episcopus, & dare licentiam prædicatoribus ad prædicandum in suo districtu, eósque examinare, & approbare, & esse executorem omnium vltimarum voluntatum ad pias causas, & visitare collegia pia, & confraternitates, quemadmodum facit Episcopus, & cognoscere de causis matrimonialibus, & criminalibus, & benefi- 4

cialibus, & remittere, quemadmodum Episcopus ex causa monitiones ad finem reuelandi, & dare licentiam alieno Episcopo Pontificalia suo districtu exercendi, & ad Concilium generale, seu Prouinciale admitti, citari, vel vocari, & Synodum ac Constitutiones facere.

5 Quæ adeo certa sunt, vt si aliquando Concilium Trid. voluit ne sub aliqua eius dispositione comprehenderentur Prælati inferiores, vel eos expresse exclusit, vt fecit *sess. 14. de reform. cap. 14.* ibi. *In casu autem fundationis, aut dotationum, huiusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reseruetur*, &c. ex quibus verbis colligunt Doctores inferiores Prælatos excludi, vt per Lambert. *de iurepatr. lib. 2. p. 3. quæst. 1. princ. art. 10. num. 1.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 47. n. 6. & resol. 55. num. 11. in fine*, Vgolin. *de officio Episcopi cap. 51. §. 4. num. 1.* Vel cum aliqua dictione taxatiua Episcopos inclusit, vt in eod. Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 20.* ibi. *Ad hæc causæ criminales & matrimoniales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini & iurisdictioni relinquantur*, &c. Rota *coram Coccino decis. 346. num. 8.* licet Flores de Mena *d. quæst. 24 num. 25.* existimauerit decretum illud non excludere Abbatem ordinarium, sed inferiorem Episcopo subiectum.

6 Et licèt per text. *in cap. cùm nullus, de tempor. ordin. lib. 6.* expressè prohibeatur ne vllus Prælatus Episcopo inferior litteras dimissorias ad Ordines suscipiendos suis subditis dare possit, cuius text. dispositionem innouare videtur Concil. Trid. *sess. 23. de reform. c. 10.* ibi. *Abbatibus, ac alijs quibuscumque quantumuis exemptis, non liceat in posterum intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiamsi nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam*, &c. nihilominus Flores de Mena *d. quæst. 24. ex num. 6. cum seqq.* probare intendit sub illa iuris communis, & decreti Concilij Trid. dispositione, non comprehendi Abbatem, de quo agit, & iam censuit sacra Congreg. negotiis Episcoporum & Regularium præposita, quam refert Ascanius Tamburin. mei amicissimus *de iure Abbatum tom. 2. disp. 26.* hoc ius dandi dimissorias competere Prælatis inferioribus, quibus plenam iurisdictionem, territoriúmque separatum sancta Sedes Apost. concesserat, abdicando ab Episcopo omne ius, omnémque iurisdictionem, & correctionem, quæ illi competebat; cum ergo Abbas de Lerma has dimissorias litteras concedat suis subditis, vt vsus docet, necesse est vt dicamus specialibus prærogatiuis vltra alios Abbates condecorari, & veluti Episcopus habendus.

7 Non obstat primum fundamentum partis contrariæ, quod scilicet coadiutorum huiusmodi nominatio non Capitulo, sed Sedi Apost. aut eius Nuncio in Regnis Hispaniarum commoranti pertineat, ex vulgari regula quod qui potest instituere, potest destituere; quia licet secundum Bullam erectionis ad Romanum Pontificem collatio & institutio Abbatis spectet, vt videre est ibi fol. 10. *Postremò iuspatronatus & præsentandi ad Abbatiam, videlicet nobis, & Romano Pont. pro tempore existenti, ad Archidiaconatum verò*, &c. & ibi. *Prædicto Abbati*, &c. & antea fol. 8. ibi. *Sed teneantur de se querelantibus, Abbas videlicet coram dicta Sede Apost.* &c. exclusо Nuncio, quia quando voluit illum comprehendi sub aliqua eius Bullæ dispositione, expressè nominauit, vt patet fol. 10. ibi. *Et à sententijs ipsius Abbatis, seu eius Vicarij non nisi ad Romanum Pontif. pro tempore existentem, seu Sedem Apost. vel pro tempore existentem nostrum, & dictæ Sedis Nuncium in Regnis Hispaniarum commorantem appellari posse*, &c.

Nihilominus si virtute alicuius priuilegij institutio Abbatis ad dictum Nuncium Apost. spectasset, 8
id nequaquam trahendum erat ad destitutionem, de qua Bulla non loquitur, cum priuilegia stricte intelligenda sint, nec extendenda vltra personam, & casum in eis expressum, iuxta vulgaria, præcipuè stante plenissima exemptione à iurisdictione Archiepiscopi Burgensis, & totali ac immediata subiectione dictæ S. Sedi Apost. ibi. *Ab omni iurisdictione, superioritate, visitatione, correctione, dominio, & potestate, Archiepiscopi Burgensis*, &c. *perpetuo eximimus, & totaliter liberamus, ac Romano Pont. pro tempore existenti, Sedique Apost. prædicta immediatè subycimus*, &c. *& à sententijs ipsius Abbatis*, &c.

Nec etiam obstat secundum fundamentum de- 9
ductum ex dictione *quasi*, cum qua distinguitur Abbatis iurisdictio ab Episcopali, cum dicimus Abbates habere quasi Episcopalem iurisdictionem, quæ quidem dictio videtur denotare improprietatem & diminutionem, vt constat ex multis, quæ adducimus in nostro *tract. de diction. vsufreq. dict. 311. num. 2.* quia id vndequaque certum non est, cum sæpe denotet veritatem, & omnimodam proprietatem, vt patet *Ioann. 1. Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à Patre*, &c. *l. omnes populi 11. ff. de Instit. & iure.* ibi. *Quasi ius proprium*, &c. *l. 1. ff. de transact.* ibi. *Quasi de re dubia*, &c. gloss. *verbo quasi debita, in cap. Parochianos*, vbi Abb. *n. 2. de decim.* Menoch. *de arbitr. casu 361. n. 28.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. litt. D. conclus. 350. num. 7. & 8.*

Nec etiam obstat tertium fundamentum dedu- 10
ctum ex eo quod iurisdictio concessa Capitulis *in d. cap. vnico* nominandi vnum vel duos coadiutores Episcopo dementi, est delegata, vt patet ibi, eadem auctoritate vnum, vel duos coadiutores, &c. quæ quidem delegata iurisdictio quatenus odiosa, debet restringi. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 15. num. 2.* Valenzuel. *cons. 38. num. 30. & cons. 125. n. 19.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 170. n. 29.* Quia multis modis respondetur.

Primò, quia Pontifex Bonifacius VIII. auctor 11
illius text. *in d. cap. vnico*, ea ratione motus Capitula auctoritate Apostolica in coadiutores Episcoporum dementium deputauit, ne Ecclesia dispendia paterentur. cùm ergo illius dispositio tendat in augmentum cultus diuini, & administrandæ iustitiæ, non est restringenda, sed amplianda, ex adductis per Marc. Anton. Genuens. *in practicab. eccles. q. 440.*
maximè, quia extensio semper fit quando agitur de 12
fauore Ecclesiæ. Farinac. *fragm. crimin. p. 1. litt. E.*
num. 106. sic enim credendum est voluisse Pontifi- 13
cem, nam statuentium mens facit vt extensio admittatur, Paris. *cons. 66. à num. 66. lib. 3.* Rota *decis. 104. n. 4. in princ. p. 1. recent.*

Secundò, quia sub expressa Episcopi significatio- 14
ne continetur Abbas, vt suprà dixi *num. 1. cum seqq.* & quando persona non expressa continetur sub expressa, ex lata vocabuli significatione, extensio fit de persona ad personam. *l. Senatusconsulto. ff. de ritu nupt. l. filium habeo. ff. ad Macedon.* Nicol. Euerard. *in loco à ratione legis larga, num. 48.* Farinac. *d. litt. E. num. 283.*

Tertiò, quia concesso sine veri præiudicio quod 15
Abbas saltim ficte repræsentaret Episcopum, adhuc extensio fieret de vno ad alium, quia quando persona ficta est æquiparata personæ veræ, fit extensio de persona vera ad personam fictam, *l. postulante, in princ.* vbi Bart. *ff. ad Trebell.* Tiraq. *de legibus connub. gloss. 5. n. 195.* Farinac. *d. lit. E. n. 217. & 285.*

Quartò,

16 Quartò,quia saltim comptehenditur sub Episco-
pi appellatiooe Abbas otdinariam iurisdictionem,
& distinctum teiritotium habens, ex supradictis
num.1.cum seqq. & in quacunque materia quantum-
cuoque stricta, statuta extenduntui ad casum in eo
comprehensum lato sumpto vocabulo, Osasch.Pe-
dem. *decis.61. num.9.* Villalob. *commun.opinion.lit.E.*
17 *num.154.* Et etiam in odiosis & pœnalibus extensio
sit ad casum, seu,petsonam comprehensam sub ge-
neralitate verborum, *l.cum lege. ff. de testam.* plures
pet Farinac.*d.lit.E.num.152.* vbi *num.153.* reddit ta-
tionem,quia quod sub genere continetur,id expres-
sum diei potest.

18 Quintò, quia Episeopus, & Abbas de Lerma in
iutisdictiooalibus, & cæteris omnibus, præter ea
quæ sunt eonnexa, & dependent ab ordine Episco-
pali, æquiparantur ex dictis; & extensio fit jregu-
laritet de vno æquiparato ad aliud, vt latè per Fa-
tinac. *d. lit. E. num. 201.* vbi *num. 203.* id procede-
re ait etiam in pœnalibus., exorbitantibus, & cor-
rectotiis.

19 Nec denique obstat quartum fundamentum de-
sumptum ex vulgaribus doctrinis importantibus
quod eedula ante diem non probatur verè præces-
sisse,vt opottebat, cum sit solemnitas extrinseca, de
qua verè & non præsumptiuè constare debebat,
*ad l. sciendum. ff. de verbor. oblig. & l quacunque. §. fin.
ff. de public.* quia sumus in actu exttaiudiciali Capi-
tulati, in quo præsumitur solemnitas etiam extrin-
seea, limitata illa tegula de qua suptà, vt expresè
ptobat Rota *decis. 434. num. 12. p. 1. recentior.* ibi.
*Considerabat etiam vnus ex dominis quod hac cognitio
Episcopi est tantum extraiudicialis, vt patet, & suprà
dictum est; vnde licet alias solemnitas extrinseca non
præsumatur, ad notata in l. sciendum, de verbor. oblig.
l. quacunque. §. fin. ff. de public. Tamen in casu nostro
præsumenda est cum simus in extraiudicialibus, per text.
in cap. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælat. sine con-
sensu Capituli, iuncta gloss. in verbo intelligi debet,
vbi in præsentatione facta à Prælato præsumitur con-
sensus Capituli, sine quo non valeret. Ratio est, quia
est actus extraiudicialis*, Gemin. *cons. 87. sub num.1.
vers. in contrarium, vbi eleganter exornat; & hoc pro-
cedit etiamsi non enuntietur actum fuisse factum de
consensu Capituli*, Feder. de Senis *cons. 259. num. 2.
vers. sed posito sine veri præiudicio, & vers. quia
quicquid, & vers. item in dubio, & vers. præterea,
& hoc valde est notandum. Bene facit decisio Crescen-
tij 2. de iureiur. supra allegata, & rationes ibi con-
siderata. Cum igitur Parochus contraxerit matrimo-
nium, præsumendum est illud fecisse de licentia Ordi-
narij*, &c.

20 Tum vel maximè, quia nullibi desideratur quod
præcedat ista eedula ante diem, & quatenus de-
sideraretur, ad effectum scilieet vocandi Capitula-
ras, vt die non sulita in Capitulo eoogtegaren-
tur, omnibus comparentibus satisfactum dicitur
menti constituentis, & constitutioni ita statuenti,
ex seqq.

21 Primò, quia omnes eomparuerunt, & negatiua
quod quis non fuerit vocatus,est improbabilis,Ro-
ta *decis.210.num.2.in princ.p 1.recentior.*

22 Seeundò, quia eo easu quo cedula huiusmodi
præcedere deberet, cum simus in actu Capitulari
exttaiudiciali præsumendum est præcessisse, quam-
uis hæc sit solemnitas extrinseca, cum,vt suprà dixi-
mus *num.19.* solemnitas atiam extrinseca præsumi-
tur in extraiudicialibus.

23 Tettiò, quia licet aliqua Constitutione cautum
fuisset, vt ista cedula ante diem præcederet Capitu-
lum extraotdinarium, cum ibi nullum decretum ir-
ritans appositum ptopooatur, non est nullum quod
in contrarium fit, solum enim statutum habens
elausulam aooullatiuam inducit formam. Rota *de-
cis.723.n.1.p.2.recentior.* & statuta, quæ non inducunt 24
præcisam obligationem, sunt inuitatoria, ead. Rota
decis.660.num.4.p.2. recentior.

Quartò,quia comparentibus omnibus Capitula- 25
ribus io Capitulo, qui voeari poterant, licet eon-
tempti fuissent, huiusmodi eontemptio nullius esset
præiudicij, eum aliàs citationis solemnitatem sup-
pleat præsentia pattis, Rota *decis.393.num.16.p.1.re-
centior.* Seraphin *.decis.654. n.1.* & citati eomparitio 26
suppleat,& sanet omnem defectum citationis, Gre-
gor. XV. *decis.127.n.9.* Rota *decis.42.n.2.p.2.recent.
& decis.485.num.4.in fine p.1.in posthum. Farin.* Vltra
quod præsumendum est vocationem per eedulam 27
præcessisse cum omnes venerint, quia citatus & vo-
eatus præsumitur, qui in iudicio reperitur, & facta
præsumitur citatio per comparationem partis cita-
tæ, *cap. bona el 2. de elect.* Vant. *de nullit. tit. de nullit.
sent. ex defectu citat. num.17.* Menoch. *de præsumpt.
lib. 2. præs. 22. num. 2.* Rota *decis. 484. num. 4. p. 2.
recentior.*

Quintò,quia, vt diximus, sumus in actu extraiu- 28
diciali, & in extraiudicialibus non potest ptobari
quod quis non fuerit eitatus, ex ratiooe quam opti-
mè præstat Rota *d.decis.210. num.2.p.1. recentior.* ibi.
*Neque obstaret quod pro parte Rectorum dicebatur Bre-
ue non posse dici causa cognita, & ex certa scientia con-
cessum, ex quo ipsi non fuerant citati; quia præter id,
quod talis negatiua non probatur, neque probari potest,* 29
*ex quo in istis extraiudicialibus non interuenit Nota-
rius, & per consequens citationes in actis redigi non pos-
sunt*, vt dicit Sarmient. *lib. 1. select. interp. cap.8. n.3.
fuit responsum citationem ad hunc effectum non esse de
forma*, &c.

Sextò,quia eadem præsumptio quæ stat pro inti- 30
matione,& conuocatione, facit vt præsumatur cum
ea interuenisse omnia, quæ de iure præcedere de-
bebant, Menoch. *de præsumpt. lib 6. præs.7. à num.1.*
& maximè eùm sit hæc qualitas annexa ipsi inti-
mationi, & illius vigore ad vlteriora fuerit ptoces- 31
sum, v. g. ad electionem coadiutorum, quia semper
actus præsumitur factus secundum propriam eius
naturam. *l. quæro. §. interlocutorem. ff. locati*, Menoch.
d.lib.6. præsumpt.10. num.1. & secundùm qualitatem
rei, super qua conficitur, *l. semper in stipulationibus.
ff. de regulis iuris*, Menoch. *d. lib. 6. præsumpt.10.
num. 8.*

Quare, *&c.*

Salamantina dispensationis.

Dispensatus ad Ordines & beneficia, cum narratiua quòd esset filius Presbyteri, & solutæ, cùm reuera esset filius cuiusdam clerici in minoribus, & solutæ, legitimè dispensatus remansit, nec alia indiget dispensatione.

VOTVM LVIII.

1. *Dispensatio non extenditur de casu ad casum.*

2. Dispen

2. *Dispensatio non extenditur etiam ad casum habentem maiorem rationem.*
3. *Argumentum de maiori ad minus non valet in dispensationibus.*
4. *Dispensationibus concesso quod est plus, non venit quod est minus.*
5. *Dispensatio super vno defectu non trahitur ad alium defectum.*
6. *Dispensatio concessa super vno impedimento, non releuat si aliud subsistat.*
7. *Impedimento vno sublato per dispensationem aliud remanet.*
8. *Dispensationes tot debent esse, quot sunt obstacula.*
9. *Dispensatio omnis est stricti iuris, strictámque recipit interpretationem.*
10. *Dispensatio dicitur odiosa.*
11. *Qualitas defectus debet exprimi in dispensationibus.*
12. *Spurius qualitatem spurietatis debet exprimere in dispensatione.*
13. *Legitimatio spurij duplici spuritate non valet, non expressis spurietatis qualitatibus.*
14. *Qualitas damnati coitus si non fuit expressa in dispensatione, talis dispensatio redditur subreptitia.*
15. *Subreptio inducitur si non narretur aliquid in impetranda dispensatione, quod Pontificem omnino auerteret à concedendo illam.*
16. *Dispensationis in materia quoties omittitur expressio qualitatis, quæ redderet Principem difficiliorem, dispensatio nihil valet.*
17. *Subreptio, & obreptio quando vitient gratiam.*
18. *Papa se reddit difficiliorem ad dispensandam cum spurio, quàm cum simplici illegitimo.*
19. *Dispensatio non vitiatur ex falsæ causæ expressione, quando ea verè expressa facilior esset dispensatio.*
20. *Qualitas quando gratia demonstrationis adijcitur, non restringit gratiam, secus quando causa taxationis.*
21. *Rota decisio refertur.*
22. *Dispensatio dato errore in gradu consanguinitatis, vel affinitatis, explicando maiorem, vt secundum, cum tamen sit minor, vt tertius, valet.*
23. *Dispensatio in casu maiori extenditur ad minorem quando id minus est annexum, vel inclusum in maiori.*
24. *Dispensatio, quæ nemini nocet, nisi concedenti, censetur beneficium Principis, & venit latißimè interpretanda.*
25. *Dispensatio illegitimi ad beneficia non est odiosa.*


Ro veritate consultus, an Franciscus, qui ob defectum natalium obtinuerat dispensationem à Pontifice ad Ordines & beneficia in amplissima forma, cum narratiua quod esset filius Presbyteri & solutæ, cum re vera esset filius soluti in minoribus Ordinibus constituti, & solutæ, sit legitimè dispensatus?

Dubitaui pro parte negatiua, quia cùm dispen- 1
satio erit obtenta expressa causa spurietatis, non potuit extendi, aut verificari in casu illegitimitatis, illa qualitate non existente: tum qoia dispensatio non extenditur de casu ad easum. Carol. Ruin. *cons.*215.*num.*21.*vol.*1. Rebuff. *cons.*9.*num.*7.*& con-*
*sil.*92.*num.*8. etiam ex maioritate rationis, *cap.*1.*in* 2
fine, de filys presbyter. lib. 6. *cap. cui de non sacerdotali, de prabend. eod. lib.* 6. Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. ad plura beneficia, num.* 64. vbi quòd dispensatio non extenditut etiam ad casum habentem maiotem rationem. Gutier. *canon. lib.*2.*cap.*15. *num.*126. Marc. Anton. Natta *cons.*504.*num.*4.*vol.*3. Ioann. Anton. Lanar. *cons.*18. *num.* 4. *& cons.*60.
*num.*124. & ideo in dispensationibus non valet ar- 3
gumentum à maiori ad minus, Menoch. *cons.* 72. *num.*11. *& cons.*629. *num.*5. Surd. *cons.*168. *num* 20. *&* 21. Rendina *in promptuario recept. sentent. tom.*1. *tit.* 29. *num.*12. Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp* 1. *num.* 32. *& disp.* 24. *num.*17. plures per me citati *in locis communibus argum. iuris loco* 67. *num.* 6. *& de officio, & potestate Episcopi p.*2. *alleg.*33. *num.*10. Et
in ea, concesso quod est plus, non venit quod est 4
minus, Hostiens. & Felin. *num.* 9. *in cap. postulasti, de rescript.* Abb. *in cap. at si clerici.* §. *de adulterijs, de iudic.* Surd. *decis.* 268. *num.* 20. Campan. *in diuers. iuris canon. rubr.*11. *cap.*13. *num.*92. Ego ipso *d. allegat.*33. *num.*11.

Tum, quia dispensatio super vno defectu, non 5
trahitur ad alium defectum, Mate. Anton. Natta *cons.* 601. *num.* 33. *vol.* 3. Ioan. Cephal. *consil.* 684.
num. 44. *vol.* 5. nec concessa super vno impedi- 6
mento, releuat, si aliod subsistat, *l. si quando. C. de inoffic. testament* Camill. Medices *cons.*168. *num.*25.
Surd. *consil.* 245. *num.* 4. cum sublato per dispen- 7
sationem vno impedimento, aliud remaneat, Se-
raphin. *decis.* 420. *num.* 3. nam tot debent esse di- 8
spensationes, quot sunt obstacula, *l. pupilli.* §. *si ex pluribus. ff. de noui oper. nunciat.* gloss. *verbo tanquam excommunicatis, in cap. cum pro causa, de sentent. excommunic.* Roman. *cons.*326. *num.* 3. Stephan. Gratian. *disceptationum forens. cap.* 397. *num.*39. *& cap.* 817. *num.* 16. *cum seqq.* Rota *decis.* 233. *num.* 22. *p.*1. *diuers.*

Tum etiam, quia omnis dispensatio est stricti 9
iuris, strictámque recipit interpretationem, *cap. fin. de filijs Presbyter. cap. non potest, de prabend. in* 6. Honded. *consil.* 83. *num.* 23. *vol.* 2. Surd. *consil.* 453. *num.*4. *vol.*3. Molin. *de primogen. lib.*2. *cap.*4. *num.*48. *&* 49. Menoch. *consil.*72. *num.*11. *& cons.*306. *num.*24. *& consil.* 474. *num.*14. Gironda *de priuileg. explicat. num.*1113. Gutier. *canon. lib.*2. *cap.*15. *num.*114. plures per me citati *de officio & potestate Episcopi p.*2. *allegat.*33. *num.*7.

Et odiosa. Oldrad. *cons.*215. *col.*3. *vers. & hoc ple-* 10
nius, Benedict. Capra *consil.*1. *num.*11. *& consil.*157. *num.*9. Decian. *cons.*19. *num.*38. *&* 46. *vol.*1. *& resp.*33. *num.*40. *eod. vol.* Dec. *cons.*541. *n.*8. Surd. *d. decis.*268. *n.*21. *in princ. & cons.*245. *num.*10. Gironda *vbi suprà num.*1111. Rota *decis.*240. *num.* 2. *p.*1. *diuers.* vbi quòd dispensatio dicitur materia odiosa tanquam vulnerans ius commune.

Tum

11 Tum denique, quia qualitas defectus debet ex-
primi in dispensationibus, Bald. *consil.* 81. *Quidam
Simonius num.* 1. *vol.* 1. Ioann. Rojas *in epitome suc-
cess. cap.* 23. *num.* 17. *cum seqq.* itavt si dispensatio-
12 ne indigens sit spurius, non sufficiat se dicere ille-
gitimum, nisi qualitatem spurietatis specifice ex-
primat, Ioann. Neuizan. *consil.* 99. *num.* 13. & 14.
Roland. à Valle *consil.* 96. *num.* 41. *vol.* 3. Rebuff.
13 *respons.* 122. *num.* 12. vbi quòd legitimario spurij du-
plici spurietate non valet, non expressis spurieta-
tis qualitatibus, Elbert. Leonin. *consil* 78. *num.* 2. vbi
14 quòd si qualitas damnati coitus, siue spurietatis
non fuit expressa in dispensatione, redditur ta-
lis dispensatio subreptitia, Aluar. Valasc. *consil.* 80.
num. 1. *cum seqq.* Ergo si non specificetur quali-
tas illegitimitatis vera, subreptitia quoque erit di-
spensatio.

Verùm his non obstantibus in casu proposito
censeo Franciscum validè fuisse dispensatum, nec
eius dispensationem posse dici subreptitiam, ex
sequentibus.

15 Primò, qoia subreptio inducitur si non narretur
aliquid in impetranda dispensatione, quod Ponti-
ficem omnino auerteret à concedendo illam, vel
saltem redderet difficiliorem, vt per Doctores *in
cap. super litteris, de rescript. gloss. vlt. in cap. ad audien-
tiam.* vbi Felin. *num.* 17. *cum seqq. eodem tit.* Bernard.
Diaz *regul.* 444. Mandos. *in reg. de subrogan. collitig.
quæst.* 9. *num.* 8. Laderch. Imoleo. *consil.* 124. *num.* 7.
16 vbi quòd in materia dispensationis, quoties omit-
titur expressio qualitatis, quæ redderet Principem
difficiliorem, dispensatio nihil valet, Menoch. *de
arbitr. casu* 101. *num.* 2. Valasc. *d. consil.* 80. *num.* 9.
17 Subreptio enim & obreptio eatenus vitiant gra-
tiam quatenus aliquid fuerit prætermissum, aut fal-
so narratum in petitione illius gratiæ, quod si
fuisset expressum, aut verè narratum, aut Princeps
dictam gratiam non concessisset, vel saltem ægrè
illam condonasset, Mascard. *de probat. conclus.* 846.
Rota apud Viuian. *post suam praxim iurispatronat.
decis.* 97. *sub num.* 1. Certum autem est quod Pon-
18 tifex se reddit difficiliorem ad dispensandum cum
spurio, quàm cum simplici illegitimo, Marian. So-
cin. iun. *cons.* 99. *num.* 38. *vol.* 2. Tiber. Decian. *resp.* 5.
num. 16. *vol.* 1. vt constat ex communi Curiæ Roma-
næ stylo, & Summorum Pontificum consuetudine,
ex traditis à Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 19. ergo falsa
narratio in eo quod Pontificem minimè redderet
difficiliorem ad dispensandum, non vitiat dispensa-
tionem si re vera defectus sit minor, & in eo facilius
dispensari soleat.

19 Secundò, quia non vitiatur dispensatio ex falsæ
causæ expressione, quando ex verè expressa faci-
lior esset dispensatio, vt si impetrans beneficium
narret id esse curatum, vel dignitatem, cum ta-
men sit simplex aut officium; ex quo enim Sum-
mus Pontifex concessit beneficium magis qualifi-
catum, hoc est Curatum, multo fortius videtur con-
cessisse de minori, hoc est, de non Curato, *cap. cui
20 conceditur, de regulis iuris in* 6. Nec obstat falsitas
qualitatis curæ adiecta in impetratione, quia illa
in proposito, etsi necessario, si vera fuisset, ex-
primenda esset, attamen nunc censetur adiecta gra-
tia demonstrationis. ergo eius falsitas gratiam non
vitiat, vt *in l. falsa demonstratio. ff. de condit. & de-
monstrat.* quod secus erit si causa taxationis ea qua-
litas adiungatur, vt patet ex *cap. susceptum, de re-
script. in* 6. & *in cap. cui non de sacerdotali, de præ-
bend. eodem lib.* Ratio autem huius diuersitatis ea
est, quia quando gratia demonstrationis adiici-
tur qualitas, non restringit gratiam, sed re vera
est amicus conferendæ rei, vt est in se, quamuis
falsa eius qualitas demonstratur; at quando cau-
sa taxationis, limitatur gratia ad rem qualitate il-
la affectam; quare si illa non afficiatur, deficit gra-
tia defectu voluntatis concedentis. Ita Couarr. *lib.* 1.
variar. cap. vlt. num. 6. Gutier. *canonic. lib.* 2. *cap.* 15.
num. 83. Sanchez *d. lib.* 8. *disput.* 21. *num.* 35. &
num. 36. *in fine*, post Bero. *in d. cap. super litteris in*
2. *lect. num.* 48. subdit quòd quamuis in eadem ora-
tione soleat Pontifex exprimere beneficium cum
sua qualitate, cum expressio illa adiiciatur tan-
quam qualitas rei, non censebitur causa taxatio-
nis, sed causa demonstrationis apposita. optimè
Rota *decis.* 4. aliàs 582. *de rescript. in antiq.* vbi
proposito casu de quodam, qui obtinuerat gra- 21
tiam de certa sacristia in quadam Ecclesia, quam
ipse asseruit esse dignitatem, & postea apparet
quod re vera sacristia in Ecclesia illa non est
dignitas, sed simplex officium, domini de Roja
censuerunt huiusmodi gratiam non esse subrepti-
tiam, ex eo quia hæc qualitas dignitatis vide-
tur hoc caso adiecta gratia demonstrationis, tum
quia ex quo ponitur impetrans idoneus ad vtrum-
que, licet etiam Princeps concessisset officium, quod
est minus, cui concessit dignitatem, quod est plus,
seu concedere debuisset, quia quem reputauit di-
gnum maiori, reputasset vtique dignum minori,
& ideo ex quo gratia demonstrationis expressisset
qualitatem maiorem, quæ potius retrahere pote-
rat Papam à concedendo, non nocebit sibi, ex
quo constat de corpore beneficij, licet sit minor
qualitas, qua expressa Princeps etiam sibi con-
cessisset, nec videtur fecisse dolosè in dubio, ex
quo expressit qualitatem potius Principem retra-
hentem: hactenus Rota, cuius resolutio nostro
casu bene adaptatur; & à fortiori in eo pro-
cedit.

Tertiò, quia si error sit in gradu consanguinita- 22
tis, vel affinitatis explicando maiorem, vt secun-
dum, cum tamen sit minor, vt tertius, valet di-
spensatio; quia etsi non sit concessa specifice pro
tertio gradu, est tamen concessa simpliciter pro con-
sanguinitatis impedimento cum errore circa quali-
tatem accidentalem inclusam à fortiori in gradu,
super quo dispensatur. Ita Fr. Emman. *tom.* 1. *summ.
cap.* 238. *conclus.* 3. *num.* 3. Vega *tom.* 2. *summ. cap.* 34.
casu 98. *in princip.* Sanchez *d. lib.* 8. *disput.* 24.
num. 17.

Quartò, quia non obstant supra pro parte nega- 23
tiua adducta, procedunt enim quando defectus, siue
impedimenta sunt diuersa, seu diuersi generis, non
verò quando sunt annexa, connexa, dependentia,
seu inclusa, vel eiusdem generis: tunc enim dispen-
satio in casu maiori extenditur ad minorem, quan-
do id minus est annexum, vel inclusum in maiori,
Felin. *in cap. fin. num.* 5. *de simon.* & *in cap. at si cle-
rici.* §. *de adulterijs, num.* 17. *de iudic.* & *in cap. postu-
lasti, num.* 14. *vers. limita* 8. *de rescript.* Maiol. *de
irregular. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. & *lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 10.
Sanchez *d. lib.* 8. *disput.* 1. *num.* 35. prout in casu
nostro, in quo filius spurius est illegitimus li-
cet cum illa qualitate spurietatis, sub qua il-
legitimitatem includi nemo dubitat; tum etiam
quia exprimendo quis se filium Presbyteri, di-
cit tacitè se filium clerici in minoribus, & sic
istud minus includitur sub nominatione ma-
ioris.

Nec etiam obstat quod supradixi de dispensa- 24
tione non extendenda vtl odiosa, & stricti iuris,

quia cum hæc dispensatio nemini noceat nisi concedenti, censetur beneficium Principis, & venit latissimè interpretanda, Bertrand. *consil.* 7. *num.* 2. *vol.* 2. Surd. *consil.* 140. *num.* 74. tùm quia dispensatio illegitimi ad beneficia non est odiosa, sed fauorabilis, *cap. per venerabilem, qui filij sint legit.* Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 33.

Toletana iuris accrescendi.

Quando plures patroni, videlicet tres, vel quatuor à fundatore nominantur ad præsentandum aliquam capellaniam, vel beneficium, si eorum aliquis repudiauerit, vel renuntiauerit, remanet integrum iuspatronatus penes reliquos patronos non repudiantes, nec renuntiantes. Si plures executores simpliciter dati fuerint nominati, vno mortuo, vel renuntiante, Superior non potest in executione se intromittere, nec ad eum ius deuoluitur, sed cæteris accrescit. Sententia lata contra electum, quia eligentes non habuerunt potestatem illum eligendi, præiudicat eligentibus scientibus, non autem ignorantibus, lata verò contra electum, ex eo quia eius persona non est capax, aut quia renunriauit electioni, eligentibus in nihilo præiudicat.

VOTVM LIX.

1. *Ius nominandi, vel præsentandi ad aliquam capellaniam per fundatorem tribus concessum, si eorum aliquis repudiauerit, penes reliquos remanet in solidum.*
2. *In patronatu licet cesset ius accrescendi, adest tamen ius non decrescendi.*
3. *Executores simplices si plures fuerint nominati, vno mortuo, vel renuntiante, cæteris accrescit ius exequendi.*
4. *Ius accrescendi, vel potius non decrescendi, locum habet in pluribus executoribus datis, vno mortuo, vel renuntiante.*
5. *Ordinarius, pluribus datis executoribus in testamento, non potest in euentu mortis, absentiæ, vel renunciationis, alium subrogare.*
6. *Limitatur multis modis.*
7. Cap. fin. §. sanè, de restam. lib. 6. *non procedit in delegatis, arbitris, procuratoribus, & similibus.*
8. *Declaratur doctrina Lapi, ioannis Andr. Gemin. & Ancharani.*
9. *Ius accrescendi non habet locum in contractibus, & vltimis voluntatibus in rebus diuiduis.*
10. *Iuspatronatus est ius indiuiduum, & cuilibet patrono pertinet in solidum.*
11. *Sententia lata contra electum, quia eligentes non habuerunt potestatem illum eligendi, præiudicat eligentibus scientibus, non autem ignorantibus.*
12. *Sententia lata contra electum ex eo, quia persona electi non est capax, aut quia renuntiauit electori, eligentibus in nihilo præiudicat.*
13. *Sententia contra institutum, electum, seu ordinatum lata super iure, quod habuit ab ordinatore, vel instituenti, præiudicat ipsi ordinatori, vel instituenti scienti causam agi, & patienti.*
14. *Sententia lata contra ordinatorem, instituentem, eligentem, seu præsentantem, præiudicat ordinato, seu instituto scienti & patienti.*
15. *Sententia lata aduersus beneficij ecclesiastici possessorem super eodem beneficio, ex ea causa quod illi conferens non habuerit ius conferendi quoad possessionem conferendi tantum præiudicat conferenti scientiam habenti.*
16. *Refertur opinio Couar.*



VÆSITVM fuit apud me, an quando plures patroni, videlicet tres, vel quatuor, à fundatore nominantur ad præsentandum aliquam capellaniam, vel beneficium, si eorum aliquis repudiauerit, vel renuntiauerit huiusmodi nominationi, remaneat integrum iuspatronatus penes reliquos patronos non repudiantes, nec renuntiantes? In hac quæstione certa & indubitata contra Specul. communiter reprobatum resolutio est quod in hoc casu ius præsentandi remanet in solidum penes reliquos patronos per ius accrescendi, vel potius per ius non decrescendi, sicut in indiuiduo probant Roch. de Curte multos allegans *in tract. de iurepatron. §. ius, quæst.* 6. *num.* 10. Lambertin. *eodem tractatu p.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 4. *artic.* 5. vbi bene probat, dicens remanere integrum iuspatronatus penes reliquos patronos non repudiantes non tam per ius accrescendi, quam per ius non decrescendi, quia componit omnibus simul, & cuilibet eorum in solidum, & sic licet vnus renunciet, alij remanent patroni in solidum, tradit Alexand. *in l. si mihi & Titio, num.* 2. *vers. quid in iurepatronatu. ff. de verborum oblig.* Ias.

Iaſ. *in l. re coniuncti*, *num.* 254. & Ripa *num.* 234. vbi bene declarat: idem tenent Bald. *in cap. quanto, de iudic. num.* 9. vbi dicit id procedere, non quia propriè aliquid accreſcat, ſed quia per non concurſum apparet nihil diminutum, quia iſtud ius quaſi ſpirituale non poteſt diuidi, vnde non poteſt quis eſſe ſemipatronus, quem ſequitur Barbar. *ibi num.* 29. *verſ. quæris etiam hic Baldus*, & hoc tenuit etiam idem Bald. *in l. vnic. quæſt. penult. C. quando non pet. partes*, Abb. *in cap. bona in* 3. *notab. de elect. & in cap. cum vos, de officio ordin.* & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Menchaq. *de ſucceſſionum progreſſu lib.* 3. §. 33. *num.* 129.
2 vbi tenet quòd in patronatu licet ceſſet ius accreſcendi, adeſt tamen ius non decreſcendi, quod etiam ſequitur, communem opinionem dicens Bolognet. *in d. l. re coniuncti*, *num.* 414. *verſ. quid autem ſit in iurepatronatus*, Mich. Craſſ. *recept. ſentent.* §. *ius accreſcendi*, *quæſt.* 27. vbi etiam dicit communem opinionem.

3 Sic etiam ſi plures executores ſimplices, etiam alio dato hærede fuerint nominati, vno mortuo, vel renuntiante, ſuperior non poteſt in executione ſe intromittere, nec ad eum ius deuoluitur, ſed cæteris accreſcit, per text. vulgarem *in cap. fin.* §. *ſanè, de teſtament. lib.* 6. ibi. *Sanè pluribus à teſtatore ſimpliciter executoribus deputatis, vno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exequi forte nolente, ne voluntatem teſtatoris impediri, vel nimium differri contingat, poterit alius (niſi teſtator aliud expreſſerit) officium executionis iniuncta libere adimplere*, &c. reſoluunt ibi Ancharan. *not.* 3. Archidiac. *in verſ. ſanè ſimpliciter*, Geminian. *numer.* 1. Franch. *num.* 2. Calderin. *conſil.* 45. *in tit. de teſtament.* Angel. Aretin. *conſil.* 93. Iaſ. *in l. vnica in fine, num.* 45. *C. quando non pet. partes, & in l. re coniuncti, num.* 254. *ff. de legat.* 3. Bald. *conſil.* 287. *num.* 4. *lib.* 4. Paul. de Caſtro *in authent. hoc amplius, num.* 7. *C. de fideicommiſſ.* Iacob. de Arena *num.* 27. *verſ. in tertio autem caſu*, & Salycet. *num.* 15. *in l. nulli. C. de Epiſcop. & cleric.* Perez *ad tit.* 2. *lib.* 5. *ordin. pagina* 141. Seſſe *Aragoniæ deciſ.* 51. *num.* 1. *tomo* 1. Stephanus Gratian. *diſceptationum forenſium lib.* 3. *cap.* 522. *à num.* 1. & apud Hiſpanos ſtatutum eſt *l.* 38. *Tauri.*

4 Vnde etiam in hoc caſu ius accreſcendi vel potius non decreſcendi locum habet, ex Franch. *in d.* §. *ſanè*, *num.* 4. *verſic. ſextò*, Aretin. *d. conſil.* 93. Iaſ. *in l. vnica num.* 45. *C. quando non pet. partes, & in d. l. re coniuncti, num.* 254. *ff. de legat.* 3. Et procedit ſupradicta reſolutio non ſolum vbi renunciatio fit ante acceptationem & priuſquam officio vti incipiatur, ſed etiam ſi fiat poſt acceptationem, & illius exercitium, Archidiac. *col.* 1. *verſ. remotus*, Franch. *num.* 2. *verſ. tertia nota*, Geminian. *num.* 5. *verſic. quod ſi executor acceptauit*,

5 Et hinc bene colligitur ordinarium in euentu mortis, abſentiæ, vel renunciationis non poſſe alium ſubrogare loco mortui, abſentis, vel renunciantis, nec aliquo modo, cauſa, vel prætextu ſe intromittere; vt ponderando particulam illam, *liberè*, de qua in *d.* §. *ſanè*, ibi. *Officium executionis iniuncta libere adimplere*, tradunt in ſpecie Archidiacon. *col.* 1. *verbo liberè*, ibi. *Non obſtante contradictione Epiſcopi diœceſani dicentis quod hoc pertineat ad eum*, &c. Ancharan. *num.* 5. *in fine.* ibi. *Quintò nota quod dicit liberè adimpleri, inducit enim Ioann. Andr. quod Epiſcopus loco recuſantis, mortui, vel abſentis non poſſit alium ſubrogare*, *quod tenuit Ioannes de Deo & Geminian. num.* 7. *dicens. Quid importet iſtud verbum*, liberè, *ſolutio dic quod eſt intentus litteræ, quod non expectato abſente, vel nolente, vel quod Epiſcopus alium ſubroget loco illius, poſſet alius exequi. Et ex iſto vltimo dicto infertur ſolutio ad quæſtionem Ioannis de Deo, qui in quæſtion. ſuis lib.* 3. *quæſt.* 14. *tenuit quod in locum vnius fideicommiſſarij deficientis, ex quo ſuperſtes exequi poteſt; non poteſt Epiſcopus alium ſubrogare*, &c. Franch. *num.* 3. *verſ. ſextò nota*, licèt Epiſcopus poſſit ſupplere defectum, vel negligentiam executoris, tamen hoc procedit quando non ſupereſſet alter de executoribus, quia quando ſupereſt aliquis, qui velit, & poſſit exequi, Epiſcopus non ſe intromittit, niſi alij ſint negligentes, vel cum nolunt, aut non poſſunt exequi; non ergo ſuccedit Epiſcopus in locum nolentium, vel morientium, ſeu non potentium exequi, nec in locum talium poteſt alios ſubrogare, ſecundum Ioan. Andr. & Bald. *in d. l. nulli in fine. C. de Epiſcop. & cleric.* Immo inter executores circa eorum officium habet locum ius accreſcendi, niſi teſtator expreſsè prohibuerit.

Quæ quidem reſolutio limitatur quando teſta- 6
tor omnibus coniunctim & inſimul excludendi facultatem conceſſit, cum eo quòd non poſſit vnus ſine alio: ad quod exemplum reſpexit text. *in d.* §. *ſanè*, in illis verbis, ibi. *Niſi teſtatòr aliud expreſſerit*, & exemplificarunt gloſſ. *ibi verbo expreſſerit*, & Dominic. *num.* 14. item Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de inſtrumentorum edit.* §. *nunc verò aliqua, quæſt.* 54. *num.* 52. *in gloſſ. incipien. Iſte verſiculus*, Iacob. de Arenis *in tract. de commiſſar. num.* 49. *verſic. dic ergo cum plures*, Gregor. Lopez *l.* 6. *verbo no puede*, *tit.* 10. *part.* 6. Idem dicendum erit ſi teſtator loco morientis, vel renunciantis alium ſubrogauerit. Vel denique quando expreſſit exequutionem fieri debere per duos aut tres, etiam altero nolente, vel non valente: text. enim in *d.* §. *ſanè*, loquitur in executoribus ſimpliciter datis, Ioſeph. Seſſe *d. deciſ.* 51. *num.* 3.

Non obſtat quòd contrarium in iure reperitur 7
diſpoſitum, vt in delegantis probat text. *in l. duo ex tribus* 29. *ff. de re iudic. & in cap. vno delegatorum* 42. iuncta gloſſ. *verbo delegatorum, de officio deleg.* Menoch. *conſil.* 340. *num.* 1. *cum ſeqq.* Molin. *de iuſtit. tomo* 6. *tract.* 5. *diſput.* 24. *num.* 1. *verſ. quia ergo*, & in arbitris. *l. non diſtinguemus* 32. §. *cum plures. ff. de arbitr.* & in aliis ſimilibus caſibus: quia reſpondetur diſpoſitionem *d.* §. *ſanè*, eſſe noui iuris inductiuam, & ſpeciali fauore piarum diſpoſitionum ac executionum vltimarum voluntatum contra iuris antiqui regulas conceſſam, quæ ratio ſpecialis ceſſat in delegatis, arbitris, procuratoribus, & ſimilibus, vt optimè declarant Bart. *in l.* 1. §. *ſi plures in ſua diſtinctione. ff. de exercit. act.* Ancharan. *in d. cap. finali, num.* 3. *in* 3. *notab.* Archidiac. *ibidem in princip.* & cæteri ſcribentes.

Nec etiam obſtat doctrina Lapi, Ioann. Andr. 8
Geminian. Ancharan. & Franc. reſoluentium quòd ſi teſtator dixerit, *Volo per tres meos executores, vel duos ex his in ſolidum, etiam alio abſente, vel nolente fieri executionem*, tunc vni non accreſcere poteſtatem exequendi ſi duo deficiant; quia id agnoſcunt, propter illa verba, *etiam alio abſente*, &c. Quibus deficientibus, cùm clauſula *in ſolidum*, referatur ad illos tantum duos, vel tres, non ad vnum in ſolidum, non diffitentur eo caſu

ius accrescendi (vno,aut duobus absentibus) superstiri compétere.

9 Nec denique obstat quòd in contractibus, & vltimis voluntatibus non habet locum ius accrescendi,ex text.vbi notant Bart. Alexand. & scribentes *in l.si mihi & Titio. ff. de verbor. obligat.* quia respondetur id procedere in rebus diuiduis, & non indiuiduis, in quibus portio repudiantis accrescit acceptanti,ne dum in vltimis voluntatibus, sed etiam in contractibus, per text. *in l. proprium. ff. commun. prad. & in l.1. §. communis seruum duorum. ff. de stipulat. seruor.* Bart. *in d. l. si mihi Titio, num.1.* & ibi Alexand. *num.5. vers. secundò fallit in his, qua indiuidua sunt.* Bolognet. *in d. l.re coniuncti, num 410. vers. limitatur secundò in indiuiduis,* post Bart. *ibi num.65. quæst.6. princ.*

10 Vnde inferunt Roch. de Curte, Lambertin. & alij suptacitati quod in iurepatronatus (etiamsi sit fundatum in contractu) remanet totum iuspatronatus penes alios patronos non repudiantes, quia est ius indiuiduum,& cuilibet patrono pertinet in solidum, ex gloss. vbi notant Innoc. Abb. & scribentes omnes *in cap.1.de iurepatron.* Host. *in sum.tit.de iurepatron. num.5.* latè Lambertin. *lib.1.p.2.q.1.art.22.& quæst.4. art.5.*

11 Occasione huius dubij fui similiter interrogatus an sententia lata contra electum præiudicet eligentibus, & viceuersa? In quo quæsito quoad primam eius partem, verior solutio est distinguens hoc modo; aut sententia lata contra electum fuit ex eo, quia eligentes non habuerunt potestatem illum eligendi, & tunc præiudicat eligentibus scientibus,
12 non autem ignorantibus; aut pronuntiata fuit contra electum ex eo, quia persona electi non est capax, aut quia dicitur quod renuntiauit electioni, vel quid simile, & tunc cum non litigetur de iure eligentium, illis non præiudicat, nec eorum citatio requirebatur. Ita Angel. *in l. sæpè,* per text. *ibi, ff. de re iudic. num.1.* vbi ait quòd si agatur petitorio contra electum in Prælatum, & lata est sententia contra electum, quod nullum ius habet in Prælatura, illa sententia nocet eligentibus qui sciuerunt causam agitari, nam cum in iure Prælaturæ ipse habeat causam ab electoribus, & remaneat apud ipsos electores ius eligendi, ex quo de ipso iure passi sunt Prælatum agere, sententia nocet eis, Abb. Panormit. *in cap. quamuis 25. num. 23. de*
13 *appellat.* dum ait quòd sententia contra institutum, electum, seu ordinatum lata super iure, quod habuit ab ordinatore vel instituente, præiudicat ipsi ordinatori, vel instituenti scienti causam agi, & patienti, & probat à simili per *d. l. sæpè, vers. nam etsi libertas,* vbi patet quòd sententia lata contra libertum sciente domino & patiente, præiudicat ipsi domino de suo iurepatronatus. Felin. *in cap. petitionem, num.18. de accusat. & in cap. quamuis, num.11. de sentent. & re iudic.* vbi quòd sententia lata contra electum ex eo quia eligentes non habuerunt potestatem eligendi, præiudicat eligentibus scientibus, sicut dicitur in debitore, creditore, liberto, & patrono, Cardin. *in cap. cùm olim, de causa possess. & prop.* vbi dicit quòd si agens, vel defendens innitatur iuri alterius, etiam ad commodum illius sententia lata contra ipsum, præiudicat tertio scienti non ignoranti. Alexand. *in d. l. sæpè, num. 54.* vbi quòd sententia prolata contra electum ex eo quòd eligentes non habuerint potestatem eligendi, præiudicat eligentibus scientibus, Lambertin. *de iurepatron. 2. p. lib. 2. art. 9. quæst.11. princip.* vbi quòd sententia lata contra præsentatum, super iure, quod habuit à præsentante, præiudicat ipsi præsentanti scienti causam & patienti, Mieres *de maioratu p.3. quæst.15. num.11.* vbi tradit quòd sententia lata contra electum vel præsentatum, præiudicat eligenti vel præsentanti scienti, in possessione, licet non præiudicet in proprietate, Salgado *de protectione Regia p.4. cap. 8. num.331. cum seqq.* vbi quòd sententia lata contra electum & præsentatum præiudicat eligenti, aut præsentanti scienti, in quasi possessione tantùm. Christoph. de Sueltes *consil. 35. num. 3.* Ego ipse *in collect. ad cap. cùm olim, num. 4. de causa possess. & propr.*

Sic similiter quando sententia est lata contra 14
ordinatorem, instituentem, eligentem, seu præsentantem, præiudicat ordinato scienti & patienti, seu instituto, electo, vel præsentato. Ratio est, quia fuit lata contra auctorem suum in illo iure quod habet ab eo, ideo propter connexitatem & communitatem iuris & causæ videtur ille egisse cum voluntate alterius. Ita Panormit. *in d. cap. quamuis 25. num. 23. de appellat.* refert, & eadem verba transcribit Lambertin. *d. p. 2. lib. 2. art. 9. quæst.11. vers. Vltimus sit articulus,* Viuian. *in praxi iurispatron. p. 2. lib 11. cap.12. num. 13.* vbi quòd sententia lata contra præsentantem præiudicat præsentato scienti & patienti ob connexitatem iuris inter eos existentes, Salgado *d. p 4. cap.8.*
num.329. vbi quærit, an sententia lata aduersus be- 15
neficij ecclesiastici possessorem super eodem beneficio, ex ea causa quod conferens illi, non habuerit ius conferendi? & tandem resoluit sententiam huiusmodi præiudicium generare conferenti scientiam habenti, causam hanc super eo iure tractari, quoad possessionem conferendi tantum, non verò quoad proprietatem.

Nil aliud voluit Couarr. *pract. cap.14. vers. quar-* 16
tò, dum ita loquitur. *Quartò est obseruandum quid respondendum foret si in specie proposita in d. cap. cum olim, fuisset tractata lis non cum ipsis Canonicis, qui ius conferendi contendebant habere, sed inter Archidiaconum ab Episcopo, & alium à Canonicis in eadem Dignitate institutum, vel electum, atque pronuntiatum fuisset pro instituto ab Episcopo? Et profectò iuxta communem opinionem, quam nos nitimur defendere, nequaquam noceret eis etiam scientibus sententia quoad possessionem; tametsi saluo eorum iure nihilominus sententia mandaretur executioni aduersus victum, & victori tradenda foret possessio dignitatis, aut ipse in ea defendendus esset si eam obtineret; absque vllo tamen præiudicio iuris conferendi, vel eligendi, quod Canonici habere contendebant etiam quoad quasi possessionem,* &c. quia iuxta communem sententiam Doctorum, de quibus suprà, in dubium reuocari non potest quin sententia lata contra præsentatum, vel electum neutiquam nocere possit quoad proprietatem; quoad possessionem verò ita demum si præsentans litem sciat, & agi patiatur, quam communem cognoscit Couarr. *d. loco* in illis verbis citatis, *& profectò iuxta communem,* &c. sed iudicans hoc nimis rigidum contra præsentantes, voluit in eorum fauorem vt sententia adhuc quoad possessionem etiam scientibus non noceat absolutè, sed tantùm in hoc quod mandetur executioni, in aliis verbis ibi. *At verò secundum eam opinionem,* &c. Et sic cum citatis Doctoribus satis Couarruuias conuenit quod sententia contra præsentatum neque quoad possessionem nocet præsentantibus nisi scientibus; addit tamen præter eos de nouo quod neque etiam

scientibus

ſcientibus nocet abſolutè quoad poſſeſſionem, ſed tantum quoad actualem eius executionem. Sic cenſui, ſaluo, &c.

Toletana cambiorum.

Dominium & poſſeſſio in depoſitarium transfertur, cùm pecunia ad numerum penes eum deponitur, ſecus ſi deponatur clauſa, vel obſignata. Compenſatio quando facienda, vt curſus vſurarum impediatur?

VOTVM LX.

1. *Pecunia cum deponitur non ſignata, ſed ad numerum, transfertur dominium & poſſeſſio in depoſitarium, & tacita videtur conceſſa facultas ea vtendi.*
2. *Deponens pecuniam ad numerum, cateris crediteribus anterioribus non praefertur.*
3. *Depoſito pecuniarum ad numerum facto, & tranſlato dominio in depoſitarium, nullum deponenti ius remanet ad pecuniam depoſitam.*
4. *Depoſitarius ad hoc vt non poſſit vti pecunia depoſita, neceſſarium eſt dari clauſam & obſignatam.*
5. *Mercatorum pecunia nunquam ſunt otioſa.*
6. *Depoſitum pecuniarum ad numerum eſt irregulare.*
7. *Depoſitarius in depoſito irregulari ſi pecunia vſus fuerit, eámque in ſuam vtilitatem conuerterit, ad vſuras condemnandus eſt.*
8. *Depoſitum quando conuertatur in mutuum?*
9. *Depoſitum quando tranſit in mutuum, nulla contractus depoſiti veſtigia remanent.*
10. *Depoſitum quando fit ad numerum, vt depoſitarius tantundem reddat, ſi pecuniam tradere recuſauerit, veniunt vſuræ, & intereſſe à tempore moræ.*
11. *Intereſſe debebitur ex pecunia depoſita, ſi conuentum ſit vt vſuræ praſtareatur.*
12. *Pecunia quando depoſita fuit in ſacculo ſignato, vel in arca clauſa, vt eadem pecunia in ſpecie redderetur, tunc ſi depoſitarius ea vſus fuerit contra domini voluntatem, delictum committit, & tenetur principale cum vſuris reſtituere, etiam nulla mora interueniente.*
13. *Depoſitario Principis ad quem ſpectat tributorum exactio, commodum, & incommodum receptarum pecuniarum pertinet.*
14. *Bancharius Regij fiſci debitor, non poteſt eiuſdem quantitatis, quam Regius fiſcus ei dare tenebatur, vſuras petere.*
15. *Compenſatio vſurarum curſum impedit.*
16. *Mercator debitum à ſemetipſo exigere debet ad euitandas vſuras.*
17. *Compenſatio datur quando pecunia ex vtraque parte eſt eodem tempore debita.*
18. *Compenſatio non fit quando pecunia eſt debita de praeſenti ex parte vnius, ex parte verò alterius debita ad diem.*
19. *Compenſatio vt ipſo iure fiat, requiritur vt pracedat factum hominis eam petentis.*
20. *Retrotractio in compenſationibus debitis regulariter non datur.*
21. *Compenſatio quando opponitur, extinguit debitum à die oppoſitionis, & non ante.*
22. *Bancharius, qui pecuniam certa die conſignare tenetur, non poteſt compenſare, antequam illa dies venerit.*
23. *Compenſatio in cauſis fiſcalibus ſemper reijcitur.*
24. *Princeps promittens obſeruare pacta in verbo Principis, cenſetur promiſſionem iurare.*
25. *Iuramentum impedit opponi compenſationem.*



Ex Catholicus ad cambium certam pecuniarum ſummam ſuſceperat à quodam bancho, in quo ſub forma depoſiti eandem, vel maiorem ſummam in pecunia numerata ſubſignari fecerat, fuit dubitatum an vſuras ſoluere deberet pro eo tempore, quo bancharius illis pecuniis vſus fuit.

Pro parte Regis allegabatur quod cum pecu- 1
nia deponitur non ſignata, ſed ad numerum, transfertur dominium & poſſeſſio in depoſitarium, & tacitè videtur conceſſa facultas vt pecunia vti poſſit, & tantundem reddere ſufficiat, vt per *l. Lucius, l. die ſponſaliorum. §. qui pecuniam, l. Publia, in princip. l. ſi hominem. §. fin. ff. depoſiti, l. in naue Saufeli. ff. locati*, Roman. *conſil.* 500. *num.* 7. Emmanuel. Coſta *in l. ſi ex cautione fallent.* 2. *C. de non numer. pecun.* Morla *in emporio iuris tit.* 8. *de rebus cred. in princip. num.* 24. *cum ſeq.* D. Barboſ. *in l. ſi mora ex num.* 82. *ff ſoluto matrimonio.* Honded. *conſil.* 43. *vol* 2. Mandel. Alben. *conſil.* 3. *num.* 3. Alexand. Trentacinq. *variarum reſolut lib.* 3. *tit. de depoſito reſolut.* 2. *num.* 7. Caroc. *in tract. de depoſito p.* 1. *quaeſt.* 2. *num.* 21. *& p.* 2. *quaeſt.* 47. *num.* 13. *in fine*, Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 8. *de depoſito num.* 49. Fontanel. *de pactis nupt. tomo* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 7. *num.* 8. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 523. *num.* 2. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tomo* 3. *cap.* 943.

num. 4. Castill. tomo 3. controuers. cap. 16. num. 34.
Francisc. de Ponte consil. 56. num. 3. vol. 1. Vnde
2 prouenit quòd cùm depositarius dominium &
vsum pecuniarum hoc casu adquisierit, deponens
cæteris creditoribus anterioribus non præfertur,
nec illam pecuniam vt suam rei vendicare potest,
Gregor. Lopez l. 9. gloss. 1. tit. 3. part. 5. D. Barbos.
in l. si cum dotem 23. §. fin. num. 23. ff. soluto matrimon.
Castil. d. tomo 3. cap. 16. num. 72. Ratio est,
3 quia facto pecuniarum ad numerum deposito, &
translato dominio in depositarium, nullum deponenti
ius remanet in specie ad pecuniam depositam,
nisi vt tantundem pecuniam sibi solueret
depositarius, d. l. in nauem Saufeij, Camill. de
Medicis consil. 27. per totum, Corras. Strach. Peguera,
& alij apud Fontanell. de pactis nupt. tomo 2.
4 claus. 5. gloss. 8. p. 7. num. 12. Ad hoc enim vt depositarius
non possit vti pecunia deposita, necessarium
est dari obsignatam & clausam, aliàs tacitè
actum videtur, vt vteretur, Hieron. Laurent. Auenion.
decis. 311. num. 11. Cùm ergo depositarius, do-
5 minium pecuniæ apud se depositæ habuerit, illáque
vteretur, quia constans est pecunias mercatorum,
& penes illos depositas, otiosas nunquam extare,
vt argum. l. vlt. in fine. C. ad Macedon. tenuerunt
Roman. consil. 520. num. 3. in fine. Alexand. consil.
28. num. 4. lib. 7. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig.
conuent. lib. 3. tit. 10. num. 11. Scacc. de commercijs
§. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 8. num. 225. fit consequens illis
vtendo depositarium debere vsuras eiusdem quantitatis
remittere, si quas à Rege expectet accipere.

6 Vlteriùs ponderabatur depositum huiusmodi
esse irregularem. DD. communiter in d. l. Lucius. ff.
depositi, Bart. in l. quod Nerua, num. 30. ff. eod. Ias. &
Bald. in l. certi condictio. ff. de rebus cred. Anton. Gom.
tomo 2. variar. cap. 6. num. 2. Nauarr. in man. cap. 17.
num. 181. & consil. 1. & consil. 22. num. 2. de vsuris, Corras.
de deposito p. 1. quæst. 1. num. 21. Roderic. de annuis
redditib. lib. 3. quæst. 11. num 26. Alexand. Trentacinq.
variarum resolut. lib. 2. tit. de deposito resolut. 2. num. 7.
Cardin. Mantic. de tacit. & ambiguis conuent. lib. 10.
tit. 2. per tot. & tit. 3. num. 13. Scacc. de commercijs,
§. 1. quæst. 7. p. 2 ampliat. 3. num. 10. Cancer. lib. 3.
variar. cap. 8. num. 83. Montealegre in praxi ciuili
lib. 2. cap. 7. fol. 7. Castill. d. cap. 16. num. 37. Bonacina
de restitut. disput. 3. quæst. 13. num. 3. & 4.
Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 25. cap. 45.
7 à num. 560. In deposito autem irregulari si depositarius
pecunia vsus fuerit, eámque in suam
vtilitatem conuerterit, ad vsuras condemnandus
est, ex l. Quintus Curtius 28. ad fin. ff. depositi. ibi.
Quæsitum est an ex ea epistola vsuræ etiam peti possint?
respondi deberi ex bonæ fidei iudicio vsuras siue
percepit, siue pecunia in re sua vsus est, &c. l. si deposita
4. C. depositi, ibi. Si deposita pecunia is, qui eam
suscepit, vsus est, non dubium est etiam vsuras debere
præstare, &c. l. si sacculum 29. §. 1. ff. depositi,
ibi. Si permissu meo deposita pecunia, is penes
quem deposita est, vtatur, vt in cæteris bonæ
fidei iudicijs vsuras eius nomine præstare mihi cogitur,
&c.

8 Denique dicebatur quòd licèt re vera depositum
in suo principio fuerit hoc de quo agimus,
attamen ex speciali pacto de conuertenda pecunia
deposita in extinctionem debiti, vbi primum
in eius potestatem deuexerit, depositum huiusmodi
conuertitur in mutuam, l. 1. §. eleganter, vers.
si pecunia. ff. depositi, ibi. Si pecunia ab initio hac
lege deposita sit, vt si voluisset vtereris, priusquam vtaris
depositi teneberis, &c. Camill. de Medices consil.
26. num. 24. ibi. Finalis, & principalis intentio
domini fuit deponendi, vt reddatur tantundem in genere
à principio, non verò transferendi verè & intentionaliter
dominium in depositarium; & ita, vt dixi,
procedat l. die sponsaliorum. §. fin. argum. text. in
l. si quis nec causam. ff. si certum pet. Sed vbi depositarius
vtitur pecunia non nuda à voluntate sua simpliciter,
sed ex promissione deponentis, tunc ex ista permissione
intentionaliter ac verè transfertur dominium
in depositarium, vt est casus noster, hoc depositum isto
casu ex dominij translatione facta, quæ est contra naturam
depositi, vt fundauimus, conuertitur in mutuum,
vt probat text. in d. l. certi condictio. §. fin. & ideo dixi
quod necesse est, vt text. in d. l. die sponsaliorum. §. fin.
procedat in vsu ex simplici & mera voluntate depositarij;
nam si intelligeremus quod ibi concurrat voluntas
deponentis, esset contra text. in d. l. certi condictio.
§. fin. qui voluit illud conuerti in mutuum, & ita licet
iura iuribus concordare, &c. & facit Anton. Fab. de
nummarijs solut. cap. 20. dum habet quòd quando 9
depositum transit in mutuum, nulla contractus depositi
vestigia remanent; & conducunt tradita per
Roderic. de annuis redditib. lib. 3. cap. 11. num. 34. &
53. cum seq.

Verùm vt certa ab incertis separemus, & in hac 10
materia clarè procedamus, tres casus distinguendi
sunt.

Primus est, quando depositum ad numerum fit
vt depositarius tantundem reddat, & tunc si pecuniam
tradere recusauerit, cùm mox reddere teneatur,
vt resoluit Franc. Soler. in tract. de reformat.
moneta, cap. 4. §. 1. num. 29. ibi. Quia depositarij, qui
ad custodiam habent pecunias indilatè, mox si petuntur,
reddere tenentur, & sic non habent ius vtendi
summa deposita, & deposita, prout manet deposita, videlicet
in genere quantitatis pure sic debita in abstracto,
& non in concreto speciei, seu corporum, quibus potuerunt
vti, tamen abstracti fuerunt eadem corpora, vel
similia, semper tenere parata, & sic non possunt libere
vti, sed vt verisimile est, semper totidem similes species
otiosas & paratas tenuerunt, &c. veniunt vsuræ,
vel interesse à tempore moræ, sicut in cæteris bonæ
fidei iudiciis, & ita intelligitur l. 2. C. depositi. ibi.
Vsura in depositi actione, sicut in cæteris bonæ fidei iudicijs
ex mora venire solent. vbi Salycet. ait in summatio,
quod intellige in quantitatibus, secus si in specie,
hoc est, quando deposui pecuniam numeratam,
vt eadem redderetur, non in specie, sed in
quantitate, d. l. Lucius 24. propè fin. ibi. Sed & contra
bonam fidem, & depositi naturam est vsuras ab
eo desiderari temporis ante moram, qui beneficium in
suscipienda pecunia dedit, d. l. die sponsaliorum, §. 1.
ibi. Ait Consultus, qui pecuniam apud se non obsignatam
vt tantundem redderet depositam in vsus proprios
conuertit, post moram in vsuras quoque iudicio depositi
condemnandus est; quæ iura ita interpretatus est Roderic.
d. lib. 3. quæst. 11. num. 21. ibi. Nam depositarius
non tenetur ad vsuras eo ipso quod in proprios
vsus conuertit etiamsi multum superlucratus fuerit,
cum id licitè fecerit, ex text. in l. die sponsaliorum,
§. qui pecuniam. ff. depositi, antequam vera mora contrahatur.

Secundus est, quando conuentum fuit vt vsuræ 11
præstarentur, tunc enim ex pecunia deposita interesse
debebitur ratione conuentionis, & pacti, &
id probat d. l. Lucius, in fine, ibi. Si tamen ab initio
de vsuris præstandis conuenit, lex contractus seruabitur,
&c. d. l. Publia Mania. §. Lucius Titius. ff. depositi.
ibi. Quæro an vsuræ peti possint? Paulus respondit
eum

eum contractum de quo quaritur, deposita pecunia modum excedere, & ideo secundum conuentionem vsura quoque actione depositi peti possint, &c.

12 Tertius casus est, quando pecunia deposita fuit in sacculo signato, vel io arca clausa, vt eadem pecunia in specie redderetur, tunc enim depositarius si ea vsus fuerit contra domini voluntatem, delictum committit, & tenetur principale cum vsuris restituere. l. 3. C. depositi. ibi. Si depositi experiaris, non immerito etiam vsuras tibi restitui flagitabis; cùm sibi debeat gratulari quod furti eum actione non facias obnoxium, siquidem, qui rem depositam inuito domino sciens, prudénsque in vsus suos conuerterit, etiam furti delicto subdit, &c. vbi gloss. verbo quod furti, eandem præstat distinctionem, ibi. Distinguitur aut si signatam, aut numeratam: si signatam, tenetur furti ad duplum, si numeratam tantundem tenetur reddere, &c. & ibi gloss. verbo obnoxium, ibi: Loquitur ergo cum clausa est deposita, alioquin si aperta, videtur concedere, &c. l. 4. C. eodem. ibi. Si deposita pecunia is, qui eam suscepit vsus est, non dubium est etiam vsuras debere præstare, &c. vbi ait gloss. verbo. vsus est, cùm esset clausa, vt supradixi l. proxima, &c. Quod intelligitur etiam nulla mora interueniente, vt declarat gloss. verbo solent in l. 2. C. depositi. ibi. Quod depositarius tenetur ad vsuras, quas percepit, vel si pecuniam consignatam in suos vsus conuertit, etiam nulla mora alia interueniente, &c. Diuersum quippe est quando pecunia ad numerum deposita fuit, quia tunc ex dispositione iuris eo ipso depositario conceditur illius vsus, & tunc non tenetur præstare vsuras, nisi à tempore moræ, d. l. die. §. qui pecuniam, ibi. Post moram in vsuras quoque iudicio depositi condemnandus est, &c. Sic etiam quando facto deposito vero pecuniæ ex permissu deponentis depositarius vtitur re deposita, tunc eodem modo, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis, debebuntur vsuræ à tempore moræ, vt in d. l. si sacculum, vers. si ex permissu. Interesse enim seu damna absque mora oon debentur, ad not. in l. quod te. ff. si certum pet. Anton. Gabr. commun. tit. de solution. conclus. 10. num. 4. Rota apud Zach. post tract. de obligat. Camer. decis. 20. num. 1.

13 Et in terminis depositarij Principis, ad quem spectat tributorum exactio, qood ad eum, commodum, & damnum receptarum pecuniarum pertineat, cùm in deposito huiusmodi facto ad numerum voluntate Principis transferatur dominium, tenet Cuman. consil. 178. incip. Thesaurarius, num. 2. versic. ad secundum, ibi. Videndum est an domini esse debeat lucrum, & videtur quod sic, quia lucrum omne quod ipse quasi minister, & procurator domini ad soluendum consequitur, æquius domino; quam sibi prodest. ff. de distract. pignor. l. rescriptum, §. 1. ff. mandati, l. idémque. §. fin. in contrarium, quoniam hæc potius Thesaurario percipientes quàm domino videtur tribui, & remitti, nec contemplatione sui dimittitur, quamuis officium sit causa, siue occasio. ff. pro socio. l. socium, qui in eo, sequitur Bursat. consil. 320. num. 17. Eleganter Philipp. Deci. consil. 6. ibi. Secundò ista conclusio probatur ratione: nam exactor qui exigit pecunias, & recipit pro Republica, videtur obligatus in genere ad illarum restitutionem, ex quo illa pecunia numeratur. l. in naue Saufeli. ff. locati, & hoc magis expedit Reipublica, quia si aliquo casu periret pecunia, esset periculum exactoris, nam cùm sit obligatus ad restitutionem in genere, genus perire non potest l. incendium. C. si certum pet. quidquid ergo exactor fecit, cum pecunia eius propria dicitur fecisse, cum esset obligatus ad quantitatem in genere, & sic non dicitur lucratus cum pecunia domini. Tertiò quod istud lucrum nullo modo peti possit, ostenditur; quia cum iste exactor esset obligatus ad certum tempus facere solutionem Principi de omnibus pecunijs exactis, satis est quod in tempore statuto satisfaciat; & ante tempus non dicitur esse in mora. l. lecta. § sed cum fortis. ff. si certum petat. si non est in mora, ergo non obligatur ad aliquod interesse, & cum interesse non debeatur, longè minus potest peti lucrum, quod exactor fecit; cum illud suo proprio nomine tantum fecerit, vt tradit Bart. in l. Titium. §. alterum. ff. de administr. tutor. &c. Alciat. consil. 12. num. 21. lib. 5. tomo 2. quod aliàs est cons. 100. num. 15.

Sed obstat quòd cùm bancharius debitor Re- 14
goo fisco extitisset, non poterat eiusdem quantitatis, quam Regius fiscus ei dare tenebatur, vsuras petere, l. cùm alter 11. ff. de compensat. ibi. Cum alter alteri pecuniam sine vsuris, alter vsurariam debet, constitutum est à Diuo Seuero concurrentis apud vtrumque quantitatis vsuras non esse præstandas, &c. l. idem iuris 12. ff. eodem tit. ibi. Sed etsi multum sit vsuraria pecunia, diuersa tamen sint vsura: compensatio nihilominus locum habet eius quod inuicem debetur, &c. l. etiam. C. eodem. ibi. Æquitas compensationis vsurarum excludit computationem, &c. & ibi. Idem iuris est non solum in priuatis, sed etiam in causa fisci constitutum, &c. facit l. qui sine 40. aliàs 38. ff. de negotijs gestis, in illis verbis. ibi. Qui sine vsuris pecuniam debebat, creditoris sui gessit negotia, quæsitum est an negotiorum gestorum actione summa illius vsuras præstare debeat? dixi à semetipso exigere eum oportuit, debiturum vsuras, &c. l. si pupilli 6. §. videamus. ff. eodem titulo. Compensa-
tio enim vsurarum cursum impedit, Bart. & 15
Bald. in d. l. si constat, Paul. Castrens. in d. l. cùm alter, etiamsi non opponatur compensatio, cum ipso iure inducatur, Ias. in §. bona fidei, num. 82. Instit. de actionib. Alexand. consil. 74. num. 4. lib. 5. & consil 196. num. 5. lib. 7. Bald. in l. 1. C. de distract. pignor. Sozin. consil. 130. numer. 26. lib. 4.
Debet enim quis à semetipso debitum exigere ad 16
euitandas vsuras, ex l. sed si damnum. §. peculium ff de pecul. Bald. consil. 190. lib. 2. Surd. consil. 290. num. 35. Cardin. Tusch. practicarum conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 493. num. 6.

At respondetur compensationem hoc casu non 17
posse fieri, ex seqq.

Primò, qoia ea solum datur quando pecunia ex vtraque parte est eodem tempore debita, quando autem ex parte vna præsenti tempore debita est, vt hæc erat ex parte regij fisci; ex parte autem altera erat futura deberi, vt erat ex parte bancharij, tali casu ad euitandum cursum vsurarum, non fit compensatio: ita Ludou. Roman. consil. 204. num. 9. vers. nec refragatur, Sebastian. Medices de compensat. p. 1. quæst. 50. num. 6. Cardinal. Tusch. d. conclus. 493. num. 15. vbi dicit quòd quando pecunia est debita de præsenti ex parte vnius, ex parte verò alterius debita ad diem non fit compensatio.

Secundò, qoia quotiescumque ipso iure fit com- 18
pensatio, requiritur vt inducatur quod præcedat factum hominis eam petentis, argum. l. 2. ff. de compensat. ibi. Si paratus est compensare, gloss. verbo ipso iure in d. l. si constat; Guid. Papæ decis. 221. num. 2. Socin. iun. consil. 147. lib. 1. & consil. 74. num. 25. lib. 3. Roland. consil. 87. num. 28. lib. 1. Vincent. de Franchis decis. 53. num. 2. lib. 1. Intrigl. consil. 8.

consil. 8. *lib.* 1. Surd. *decis.* 191. *num.* 15. Hîc au-
20 tem nulla petitio ex parte Regij fisci facta fuit, & quatenus modo fieret, ea non obstaret pro tempore transacto, quia in compensationibus debitis, regulariter non datur retrotractio, vt bene probat Benitend. *decis.* 37. *num.* 22. *&* 23. Surd. *consil.* 246. *num.* 27. *&* 28. Costa *in tract. de retrotract. c.* 9. *casu* 4. Angel. *consil.* 259. *post princ.* vbi reddit rationem, quia ius compensandi antequam deducatur in actu, est in solo habitu, & potentia; quia habitus, & potentia in actum non deducta non afficit, neque affert actionem, quæ sequitur. idem Surd. *d. decis.* 191. *num.* 13. *&* 14. & priùs *decis.* 117.
21 *num.* 15. vbi ait quòd quando opponitur compensatio, tunc extinguit debitum à die oppositionis, & non ante, quia ius compensandi eo casu est in potentia, non in actu.

22 Tertiò, quia bancharius licet pecuniam depositam habuisset penes se, illam tamen certa die futura Regio fisco consignare tenebatur, vnde compensatio fieri non poterat, antequam illa dies venisset. *l. quod in diem, in princip. ff. de compensat.* ibi. *Quod in diem debetur, non compensabitur antequam dies veniat quamquam dari oporteat*, &c. *l. si cum mulet. §. cum intra. ff. eodem*, facit text. *in l. quacumque* 14. *ff. eodem.* vbi tradit quod quæ per exceptionem perimi possunt, in compensationem non veniunt, Sebast. Medices *in tractat. de compensat. p.* 1. *quæst.* 49. Surd. *decis.* 24. *numer.* 7. Anton. Faber *in suo Cod. tit. de vsuris diffinit.* 15. *num.* 4.

23 Quartò, quia in causis fiscalibus semper reiicitur compensatio, *l.* 1. *C. de compensat.* ibi, *Senatus censuit, & sæpe rescriptum est compensationi in causa fiscali ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat quæ petit, atque hoc iuris propter confusionem diuersorum officiorum tenaciter seruandum est*, &c. *l. Hisp.* 26. *tit.* 14. *part.* 5. Tindar. *in tract. de compensat. num.* 33. Franc. Lucan. *in tract. de fisco & priuileg. eius p.* 1. *num.* 75. Alexand. Trentacinq. *variarum resolutionum lib.* 3. *tit. de compensat. resolut.* 1. *num.* 11. Ioann. de Platea *in l.* 1. *C. ne fiscus rem quam vendidit lib.* 10. *sub num.* 1. ibi. *Ex hoc patet quod debitum ex vna statione non potest compensari cum debito alterius stationis, quia non debent confundi & intricari rationes diuersarum stationum*; aliam rationem reddunt Angel. & Siccard. *sub num.* 3. *in d. l.* 1. quod in fisco debita & credita vtplurimum ita superabundant, quod in quantum admitteretur compensatio, admitteretur officiorum confusio, quæ reprobatur per illam *l.* 1. Ex quibus manifestè conuincitur vulgare axioma *quòd fisco non potest obijci compensatio ex diuersa statione*, non constituit speciale in eo quod fiscus sit actor, sed in eo quòd causa sit fiscalis, Franciſc. Lucan. *vbi supra*, Peregr. *de iure fisci lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 15. *versic. intellige*, Sebast. Medices *de compensat. p.* 1. *quæst.* 38. *num.* 5. Felician. *de censibus lib.* 4. *cap. vnico sub num.* 13. *versic. præterea compensationem.* Francisc. de Alfaro *de officio fiscalis gloss.* 16. *priuileg.* 34. *num.* 139.

24 Denique quia Rex Catholicus promisit omnia pacta obseruare in verbo Principis, quæ quidem verba per Principem prolata important iuramentum, *cap. penult. de iureiurand.* Neuizan. *consil.* 68. *num.* 49. Crauet. *consil.* 963. *num.* 21. *vol.* 5. Tiber. Decian. *consil.* 35. *num.* 22. *&* 23. *vol.* 2. Surd.
25 *decis.* 159. *num.* 20. *& decis.* 234. Iuramentum verò impedit opponi compensationem, Felin. *in cap. ad nostram, num.* 10. *de iureiurand.* Osasch. *Pedem. decis.* 92. *num.* 26. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 74. *num.* 35. Vincent. Mancin. *de iuram. p.* 4. *effectu* 30.

Quare, *&c.*

Hispaniarum accusationis.

Castellanus, siue arcis præfectus quando teneatur, & ei culpa imputari possit si arcem, siue castellum deserat, aut illud tradat inimico?

VOTVM LXI.

1. *Castellano imputanda castelli amissio si culpa sua id euenisse probetur, & num.* 3.
2. *Culpa est deuiatio ab eo quod bonum est, siue in faciendo malum, siue in omittendo bonum.*
4. *Negligentia non probatur eo solo quod non fuerit aliquid factum, sed debet probari quod talis facere potuit, & non fecit.*
5. *Castellanus arcem, seu ciuitatem deserens, aut inimicorum potestati tradens, tunc & quando eam iam defendere non poterat, culpa vacat.*
6. *Culpa debet esse dolosa vt noceat.*
7. *Statutum puniens delictum capitaliter, non habet locum, nisi dolo interueniente.*
8. *Crimen læsæ maiestatis sine dolo non committitur.*
9. *Dolus requiritur in delictis militum.*
10. *Castellum Principis occupans non principaliter animo ipsum offendendi, non committit crimen læsæ maiestatis.*
11. *Seditio non committitur sine dolo.*
12. *Crimen læsæ maiestatis vt incurratur ex consilio, vel auxilio hostibus Principis præstito, necesse est vt dolus interueniat.*
13. *Culpa non præsumitur, & multò minus dolus.*
14. *Causa etiam leuis admittitur pro excusandis Reipubl. ministris.*
15. *Actus præsumitur potius ex alia causa gestus quàm offendendi & lædendi Principem.*
16. *Culpa an sit admissa quando sumus in dubio, nunquam quis potest pro culpa condemnari.*
17. *Culpa vt euitetur præsumitur factum quod verisimiliter fieri debuit.*
18. *Præsumptiones quando duæ sumi possunt, vna delicti inclusiua, altera verò exclusiua, semper exclusiua præponitur.*

19. *Testes de culpa seu dolo deponentes, qua declarare debeant, ostenditur.*
20. *Casum euenisse culpa alicuius asserens, probare debet culpam illam fuisse ordinatam ad casum.*
21. *Vita propria pro defendenda exactissimam à quocunque semper præsumitur diligentiam adhiberi.*
22. *Nihil mali contra laudabilis opinionis virum suspicari potest.*
23. *Consilia pro rebus bellicis bene gerendis sunt quàm sæpissimè adhibenda.*
24. *Doctores etiam interuenire debent in consilijs belli simul cum militibus.*
25. *Dispositiones quantumcunque formales semper intelliguntur si tempus & locus ad executionem vsque peruenire permiserint.*
26 *Consilium plenius deliberandi plerunque nec tempus nec locus præstant.*
27. *Miles qui contra mandatum Ducis aduersus hostem pugnauerit, capite punitur, etsi victoriam reportaret, nisi ex aliqua noua causa superueniente, vel alia suo Superiori incognita id fecerit.*
28. *Culpa caret qui viris expertis credidit verisimiliter in his, de quibus fuerunt consulti.*
29. *Peritorum in armis iudicio statur an quit potuerit in aliquo loco se defendere.*
30. *Dux priusquam bellum aggrediatur, prospicere debet an vires sibi suppetant ad debellandos hostes.*
31. *Samsonis factum quare permissum?*
32. *Castellanus quando periculum est certum non debet illi se committere, quia potius esset temeritas.*
33. *Faciens quod potuit, legem impleuit.*
34. *Militi licet vitæ & saluti consulere si tanta erat hostium vis, cui resistere non poterat.*
35. *Vasallus non tenetur ipsum dominum adiuuare, quando non est possibile illi adiumento esse.*
36. *Castellanus quando pracisè erat debellandus potest se & suis seruatis tradere castellum.*
37. *Ciuitas, quam Imperator defendere non potest, nec de hoc est spes proxima, potest se alteri subijcere.*
38. *Castellanus, qui castellum tradidit, an & quando veniat puniendus.*
39. *Milites & duces quamplurimi cùm necessitate adstricti desertores militia fuissent, nullatenus damnati fuerunt.*
40. *Ducis prudentis non est vltro vnquam periclitari, nisi vbi perspicuum sit se hostibus esse potiorem.*
41. *Carthaginenses pœna mortis suos Generales affecerunt eo quod paruo exercitu bellum aggrederentur, licèt victores euaserint.*
42. *Nauta culpa adscribitur, qui recta nauigatione contempta littora denia sectatur.*
43. *Nauta culpa non caret si per loca notoria non tuta nauigare voluerit.*
44. *Sancti Augustini pulchra verba referuntur.*
45. *Reges nihil in consilio status terminari permittant, quod in consilio conscientia non fuerit decisum.*
46. *Morti certa & indubitata nullus sese exponere potest, vt reliquorum salutem compararet.*
47. *Discrimen & interitus quando certus est, stultum & reprehensione dignum opus se illis committere.*
48. *Bella subita turbant milites fortissimos, & tunc nec vir consultus, consultus est, nec fortis fortis.*
49. *Mala duo licèt sint omnino cautissimè præcauenda, tamen si periculi necessitas ex his vnum perpetrari compulerit, id debemus resoluere quod minori nexa noscitur obligare.*
50. *Malum minus habet rationem boni respectu maioris.*
51. *Eligens medium ex duobus bonis nunquam dicitur in culpa.*
52. *Castellum, seu nauis quando deuentura est in hostium manus, omnia pretiosa prius igni tradenda, aut in mare eijcienda.*
53. *Milites & socij nauales videntes nauem in potestatem hostium deuenturam, possunt communi consensu ignem pulueri inijcere, & se mari committere.*
54. *Culpa imputandum non est quod propter bonum & licitum finem factum fuit.*
55. *Initia in potestate nostra sunt, de euentu fortuna videat.*
56. *Ducis temeritati non debet imputari tristis, & inopinatus euentus.*
57. *Consilia praua magis quàm bona sæpè solent prospere euenire.*



LLEGABATVR contra quendam 1
Castellanum culpa sua arcem deseruisse, & in inimicorum manus illam tradidisse, sed viso processu, & excusationibus in suæ innocentiæ probationem adductis, consului eum esse excusandum; & pro hac mea opinione statuenda, quatuor sunt præsupponenda iuris principia, & receptæ in hac materia conclusiones.

Prima, quod tunc arcis amissio, & loci desertio, Castellano imputanda erit, si culpa sua id

id euenisse probetur; ita colligitur ex l. milites, ibi, si nimia eorum culpa deprehendatur, alioquin pro modo culpa in eos statuendum est, l. fin. ff. de custodia reorum, l. Hispan. 1. tit. 18. part. 2. ibi, de guisa que por culpa dellos no se pierda, & ibi. Onde qualquiera dellos que por su culpa perdiere el castillo que tubiere, l. 3. ibi, si lo perdiere por su culpa, l. 9. 16. 21. & 22. eodem tit. & part. Dec. consil. 390. num. 14. cum seqq. Hieron. Grat. resp. 51. ex num. 13. Imol. consil. 34. num. 3. Ayala de iure & officio belli lib. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 18. num. 3. Tapia decis. 13.
2 num. 26. Culpa enim est deuiatio ab eo quod bonum est, siue in faciendo malum, siue in omittendo bonum, ex Bart. in l. quod Nerua, num. 6. & 7. ff. depos. & in l. si constante. §. si maritus, ff. solut. matr. Abb. in cap. veniens, num. 13. de commod. Paris. consil. 123. num. 6. lib. 1. Ioseph. Ludou. Lucens. decis. 10. num. 10.

3 Secunda, quod Castellano tunc culpa imputari poterit quando diligentia, vel industria sua potuit arcem non deserere, & hostium impetum sustinere, & tamen eam deseruit, & aduersus inimicorum vim opem ferre noluit, ex l. item quæritur. vers. exercitu veniente. ff. locati, ibi, si resistere potuit, & non restitit, l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllanian. ibi, quia toties puniendi sunt serui, qui auxilium domino non tulerunt, quoties potuerunt ei, aduersus vim opem ferre, & non tulerunt, l. omne delictum 6. §. penult. ff. de re milit. ibi, qui Præpositum suum non protexit cum posset, in pari causa factor habendus est, si resistere non potuit parcendum ei, l. 44. ff. locati, ibi, sed de damno ab alio dato agi cum eo non posse Iulianus ait, qua enim custodia consequi potuit, ne damnum iniuria ab alio dari possit? Sed Marcellus interdum agi posse ait, siue custodire potuit ne damnum daretur, siue custos ipse damnum dedit, quæ sententia Marcelli probanda est, &c. l. in rebus. ff. commodati, ibi, ita tamen eos casus non præstet, quibus resisti non possit, &c. l. Hispan. 2. & 3. tit. 2. part. 5. Strach. de mercator. tit. de nautis, part. 3. numer. 50. Vnde bene Bart. in l. ab
4 hostibus. §. 1. ff. soluto matrimonio. dicit quòd negligentia non probatur eo solo quòd non fuerit aliquid factum, sed debet probari quod talis facere potuit, & non fecit, Dec. consil. 430. in princip.

5 Vnde inferunt Doctores quod si Castellanus castellum siue ciuitatem deserit, aut inimicorum potestati illud tradit, tunc & quando eam defendere non poterat, attenuatis iam suorum viribus, non est dubium eum omni culpa vacare, quod eleganti sermone, & exemplis historiarum confirmat Ayala de iure & officio belli lib. 3. cap. 18. versic. porro cum à iustitia alienum sit quem sine culpa puniri, Dec. consil. 690. num. 14. Socin. sen. consil. 39. num. 8. volum. 3. Grat. respons. 5. in fine, & respons. 51. lib. 1. Afflict. ad constitutiones Regni incip. Dubitationem, Azeued. l. 1. num. 239. tit. 18. lib. 8. noua Recopilat. Bobadill. in sua politica lib. 4. cap. 3. num. 14. Carol. Tapia decis. 13. ex num. 26.

6 Tertia conclusio est quòd nedum culpa sufficit si non fuerit dolosa, iuxta l. 1. §. diuus, & l. in lege Cornelia. ff. de sicar. & ibi gloss. verbo culpa lata, l. absente. §. vltim. l. Metrodorum. ff. de pœn. gloss. in l. actionibus, verbo non etiam ob culpam. ff. de in lit. iur. & ibi Deci. num. 10. & in cap. 2. num. 32. lect. 1. de constit. Bart. in l. 1. §. 1. num. 3. ff. si quis testament. liber. Angel. in l. 1. num. 5. & ibi Castrens. num. 10. idem Bart. Alberic. Angel. & Marsil. in d. l. in lege Cornelia, Bald. in d. l. in actionibus, num. 7. & ibi Ias. num. 27. Dec num. 19. & communem testatur Claudius Seysel in l. 1. num. 32. ff. de legib. Tiraquel. de pœnis tempor. causa 14. num. 5. Clar. in practic. §. fin. quæst. 84. in princip. versic. & loquendo de pœna mortis, Paul. de Castro in l. nemo, num. 5. C. de Episcop. & cleric. idem Bald. in l. data opera, num. 7. versic. item si statutum. C. de iis, qui accus. non poss. vbi infert quòd
statutum puniens delictum capitaliter, seu corpo- 7
raliter, non habet locum nisi dolo interueniente, etiam quod de dolo mentionem non faciat, Alciat. in l. magna, num. 3. versic. quod exemplo. ff. de verbor. significat. Cæpol. caut. 2. num. 12. Franc. Becc. consil. 51. num. 6. Carol. Tapia d. decis. 13. num. 26. ibi, Imo ex sui parte omnia fecisse, quæ dolum excludere poterant, &c.

Et in nostris terminis quod crimen læsæ ma- 8
iestatis sine dolo non committatur docet Iureconsult. in l. 1. ff. ad legem Iul. Maiestat. l. 4. ff. eodem. Gig. de crimine læsæ maiestatis, lib. 1. rubr. qualiter & a quibus crim. læsæ maiestatis committatur quæst. 67. in princip. & num. 4. Bursat. consil. 257. num. 16. Riminald. consil. 704. num. 10. vsque ad 13. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 15. num. 4. & cap. 49. num. 14. & 18. Farinac. in praxi criminal. p. 4. quæst. 117. num. 18.

Et in delictis militum dolum requiri tenent De- 9
cian. d. lib. 7. cap. 15. num. 4. versic. dolus autem requiritur, Carol. Tapia d. decis. 13. num. 26. Farinac. d. quæst. 117. num. 19. Hinc Ruin. consil. 1. num. 4.
versic. vnde ex præmissis lib. 5. infert quòd si ali- 10
quis castellum Principis occupauerit non principaliter animo ipsum offendendi, sed ex alia causa, licèt ex ea incidenter & secundario eius offensa sequatur, illiúsque status turbetur, non committit crimen læsæ maiestatis, sequitur Cephal. consil. 76. num. 57. versic. non obstat, & num. 58. Fab.
de Anna consil. 67. num. 5. & seqq. Et hinc est quod 11
sine dolo seditio non committitur, Decian. d. lib. 7. cap. 7. num. 16. Cephal. vbi suprà, Capic. decis. 130. num. 6.

Hinc etiam est quòd ad hoc vt ex auxilio, vel 12
consilio hostibus Principis præstito, incurratur crimen læsæ maiestatis, necesse est vt dolus interueniat, vt per text. in l. 1. ad fin. ff. ad leg. Iul. maiest. tradit Foller. in practic. crimin. verbo, item quod commisit crimen læsæ maiestatis, num. 9. fol. mihi 125. vbi infert quòd ad hoc vt quis ex transmissione pecuniarum hostibus, & rebellibus sui Principis incurrat crimen læsæ maiestatis, duo requiruntur, vnum quod sciuerit eos, quibus missa est pecunia, esse inimicos & rebelles sui domini; alterum quod pecunias miserit, aut aliàs auxilium præstiterit in damnum, & præiudicium eiusdem domini, & quod de prædictis qualitatibus crimen inducentibus constet, aliàs secus.

Quarta conclusio, quòd culpa non præsumitur, 13
& multo minus dolus, l. item apud Labéonem. §. si communem. ff. de iniur. l. cùm pater. §. rogo. ff. de legat. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. ex num. 1. D. Barbos. in l. si mora, in princip. num. 28. ff. soluto matrimon. Foller. in practic. crimin. in verbo item quod commisit crimen læsæ maiestatis, num. 78. dum ait quòd doli circumstantia probanda est per fiscum, quia non præsumitur cùm sit qualitas animi, in tantum quod allegans culpam & negligentiam debet probare eam fuisse talem, vt nulla extiterit excusatio, Bart. in l. si seruum. ff. de verborum obligation. & in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matr. vbi

vbi Iaſ. num. 10. Maſcard. de probationib. concluſ. 468. num. 1.

14 Leges enim ita culpam abominantur, vt pro
excuſandis Reipubl. miniſtris, quamcunque etiam
leuem cauſam admittant, Menoch. conſ. 28. num. 13.
& 16. cum ſeqq. lib. 1. Honded. conſil. 100. num. 46.
15 vbi dicit quòd in dubio iſto caſu præſumitur actus
potius ex alia cauſa geſtus, quam offendendi &
lædendi Principem, comprobat & exornat Fab.
de Anna conſil. 67. num. 5. 18. & 44. Et vbi ſu-
16 mus in dubio an ſit admiſſa culpa, nunquam
quis poteſt pro culpa condemnari, Bald. in l. ſi
creditor. C. de pignorat. act. quod dictum pro no-
tabili refert & ſequitur Alexand. conſil. 183. verſic.
17 quinimo, num. 7. Immo ad euitandam culpam præ-
ſumitur factum quod veroſimiliter fieri debuit,
Bart. in l. cum venderet. §. fin. ff. de pignorat. act.
Crauet. conſil. 8. num. 20. Riminald. conſil. 801. ex
18 num. 25. vſque ad num. 29. Et quia quando duæ
poſſunt ſumi præſumptiones, vna delicti inclu-
ſiua, altera verò excluſiua, ſemper excluſiua præ-
ponitur, Bald. in l. precibus, col. 4. verſ. ſed quid. C. de
impuber. Innocent. & alij in cap. dudum el 2. de elect.
Brun. conſil. 27. num. 8. & ſeq. Roman. conſil. 68.
Burſat. conſil. 94. num. 21. & ſeqq. lib. 1. Honded.
conſil. 100. num. 39. vol. 2. Menoch. lib. 5. præſumpt. 1.
num. 11.

19 Nec ſufficit quòd teſtes de culpa, ſeu dolo de-
ponentes dicant illam ſeu illum interueniſſe in
actu, debent enim declarare, in quo conſiſtere
potuit, & qualiter adhiberi remedium potuiſſet,
ne caſus eueniret, iuxta doctrinam Bart. in con-
ſil 193. num. 3. Deci. conſil. 346. & conſil. 562. in fine,
Bargal. de dolo lib. 4. cap. 2. quæſ. 15. Maſcard.
d. concluſ. 468. num. 25. Ad materiam enuclean-
dam notabilis eſt alia eiuſdem Bart. doctrina in
20 l. 2. §. vlt. ff. ſi quis caut. dum dicit quòd ille, qui
aſſerit caſum eueniſſe culpa alicuius, probare de-
bet, culpam illam fuiſſe ordinatam ad caſum, &
ob id, quod ſi culpa illa commiſſa non fuiſſet,
caſus non contigiſſet, ſequuntur Alexand. con-
ſil. 74. col. vlt. lib. 6. Strach. de mercat. tit. de nau-
tis part 4. num. 2. Menochius lib. 5. præſumpt. 3.
num. 138.

21 Quibus præſuppoſitis in caſu iſto cum nulla
culpa, vel dolus imputari poſſit Caſtellano, in ar-
cis deſertione & amiſſione, bene conuincitur il-
lum puniri non poſſe, maximè cùm omnem curam
& diligentiam in ſuſtinenda arce adhibuerit, quam
diligens atque fidelis Caſtellanus facere potuiſ-
ſet eo præcipuè, quia omnia diligebantur ad vi-
tam propriam tuendam, pro qua defendenda à
quocunque exactiſſimam ſemper præſumitur dili-
gentiam adhiberi, ex Bart. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi
8 vir. ff. ſoluto matrimon. & in l. idémque eric. ff. pro
ſocio, Alban. in l. item Mela. §. Celſus. ff. ad legem
Aquil. Roman. conſil. 51. num. 9. & tanto melius
22 ſi Caſtellanus fuerit ſpectatæ fidei vir, & erga
ſuum Principem deuotiſſimus, & addictiſſimus ſub-
ditus, contra quem nihil mali ſuſpicari poteſt,
iuxta text. in l. famoſ. §. 1. ff. ad legem Iuliam ma-
ieſtatis. ibi. *Hoc tamen crimen à Iudicibus non in oc-
caſione ob principalis Maieſtatis venerationem haben-
dum eſt, ſed in veritate, nam & perſonam ſpectan-
dam eſſe an potuerit facere, & an ante quid fecerit,
& an cogitauerit*, &c. l. cùm hi. §. cauſa. ff. de tranſ-
act. ibi. *In perſona eius hæc erunt inſpicienda in qui-
bus ſit facultatibus, cuius opinionis, tunc enim appa-
rebit nunquid circumuenire velit*, &c. l. non omnes.
§. a barbaris. verſic. ſed licèt, ff. de re milit. ibi, *Et ſi*

Barboſæ Vota deciſiua.

*bonus miles ante exiſtimatus fuerit, propè eſt vt affir-
mationi eius credatur*, &c. l. 1. §. tormenta. ff. de quæſt.
cap. in noſtra. §. nos verò, de procurat. cap. ſacros.
de ſentent. excommunicat. ibi. *maximè ſi laudabilis
opinionis exiſtat*, &c. Pariſ. conſil. 163. num. 16. vo-
lum. 4. Tiraquell. de pœnis temper. cauſa 51. num. 54.
cum ſequentibus. Honded. conſil. 100. num. 20. vol. 1.
Menoch. lib. 1. præſumpt. 16. num. 1. cum multis ſe-
quentibus.

Arcis præfectum excuſat etiam maxima dili- 23
gentia, quam adhibuit in veteranorum militum
conſiliis perquirendis, quæ pro rebus bellicis be-
ne gerendis ſunt quàm ſæpiſſimè adhibenda, Ayala
de iure belli, lib. 2. cap. 6. Petr. Gregor. de Republic.
lib. 11. cap. 2. Valenzuel. de ſtatu & bell. p. 2. con-
ſider. 11. num. 50. cum ſequentib. latè Maſtrill. de ma-
giſtrat. lib. 5. cap. 14. à princip. Petr. Barboſa en
el tratado primero de la iuridica verdadera razon de
eſtado, fol. 301. ibi. *En los vltimos peligros de la
guerra los heroicos conſejos ſon de ordinario los mas
ſaludables*, &c. Bobadil. in ſua politica lib. 4 cap. 2.
num. 30. & 31. vbi quòd Doctores etiam inter- 24
uenire debent in conſiliis belli ſimul cum militi-
bus, D. Ioan. de Solorzano de iure Indiarum lib. 3.
cap. 2. num. 2. cum ſequentib. Quod demum intel- 25
ligendum eſſe exiſtimo quando tempus id per-
mittit, quia diſpoſitiones quantumcunque forma-
les ſemper intelliguntur ſi tempus & locus ad exe-
cutionem vſque peruenire permiſerint, Bart. in
l. omnes populi, quæſt. 5. in princip. num. 60. verſic.
primo caſu. ff. de iuſtitia & iure, optimus text. in
l. 2. §. ſi tamen. ff. ſi quis caut. l. ex conducto. §. ſi
vis tempeſtatis. ff. locati. l. interdum. §. ſi propter ne-
ceſſitatem. ff. de publican. & vectigalib. Ayala de iure
belli lib. 2. cap. 5. num. 7. & 8. Alderan. Maſcard. de
ſtatut. interp. concluſ. 2. num. 238. Bona l. Hiſpan. 23.
tit. 23. verſ. e aun ſin todo eſto, part. 2. ibi, *ſi el enemigo
diere lugar*, &c.

Plerumque enim, ait Iureconſult. in l. 1. ff. de 26
exercit. act. nec tempus, nec locus præſtant ple-
niùs deliberandi conſilium, l. tutor qui reperto-
rium ff. de adminiſtr. tut. Afflict. deciſ. 289. num. 34.
Non omnia conſilia cunctis præſentibus tractari
ratio rerum, aut occaſionum velocitas patitur, vt
Othonem ſuis militibus dixiſſe affirmat Tacit. lib. 1.
hiſtor. cap. 16. & in idem tendunt quæ tradit Seneca
lib. 10. epiſt. 72. Et eleganter Ioan. Cochier in the-
ſauro politico lib. 3. cap. 21. ait in ſubitis periculis
conſilia non quærenda, ſed rapienda, his verbis.
*Enimvero in ſubitis arduiſque periculis nihil eſt feſti-
natione tutius, in queis rapienda ſunt conſilia, non quæ-
renda*, &c.

Et in terminis notat eleganter Franciſc. Cre- 27
monen. ſingul. 150. incip. Mandatum, vbi propter-
ea infert quod licet, qui contra mandatum du-
cis aduerſus hoſtem pugnauerit, capite punien-
dus ſit, etſi victoriam reportaret, per textum,
quem dicit ſingularem in l. in bello. ff. de re milit.
limitat procedere niſi ex aliqua noua cauſa ſuper-
ueniente, vel alia ſuo ſuperiori incognita, id fe-
cerit, quod dicit menti perpetuò eſſe notandum;
ſequuntur Tiraquell. de pœnis temper. in præfat.
num. 37. Andr. Gail de pace public. lib. 1. cap. 4.
num. 29. Paſchal. de viribus patriæ poteſt. p. 3. cap. 3.
num. 32.

Vnde Caſtellanus cùm requiſierit milites vete- 28
ranos in conſiliarios, & non ex ſuo capite, ſed
de eorum conſilio arcem dereliquerit, ſatis con-
ſtat eum in culpa non fuiſſe, quia ea caret, qui
viris expertis credidit veriſimiliter in his, de qui-

bus fuerunt consulti, gloss. in l. Titio cui fundus.
ff. de condit. & demonstr. & in cap. cupientes, in princip.
in ver. notitia, de elect. in 6. Tiber.Decian. respons.29.
num. 18. & 19. vol. 1. nam iudicio peritorum in sua
arte standum est. l.1. ff. de ventre inspic. l. bonorum.
ff. de bonorum possess. l. in testato. ff. de suis, & legitim.
hered. l. semel. C. de re milit. lib.12. Strach. de nauie.
6. p. num. 25. Mascard. de probationib. conclus.1169.
num.1. Gratian. disceptationum forens. cap.135. num.29.
& tom.3. cap.572. num.48. & 50. & cap.600. num.21.
Sanchez de matrimonio lib.7. disputat.109. num.108.
Mari. Giurb. in consuet. Messanens. p.1. cap. 8. gloss.2.
29 num. 6. Bertazol. consil.1. num. 21. vbi propterea
subscribit quod quoties dubitatur an quis com-
modè se in aliquo loco defendere posset, an verò
necessario prosiliendum esset, & occidendus ad-
uersarius, statur iudicio peritorum in armis, & in
huiusmodi rixis; quod procedit etiamsi periti de
credulitate deponant, & non de certa scientia,
Roman. in rubr. num.3. ff. de iureiurand. & ibi Ias.
num.4. Felin. in cap. quoties, num.11. de testib. Decian.
respons.51. num.81. volum.2. Hieron. Grat. consil.55.
num. 2.

30 Nec mirum si omnes consuluerint arcem defe-
rendam, & Castellanus eorum consiliis acquieue-
rit, cum inimicorum vis tanta esset, vt illis resisti
minimè posset tum propter ingenem hostium ma-
num, tum propter exiguas, & debiles vires militum
castelli, & ideo Luca cap. 14. consulitur vt prius-
quam bellum aggrediatur bonus dux, videat an vi-
res sibi suppetant ad contrarias subiugandas, ibi.
Aut quis Rex iturus committere bellum aduersus alium
Regem non sedens prius cogitat si possit cum decem
millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad
se? Nec mirum quod Machab. lib.1. cap. 9. Iudas
31 cum paruo exercitu militum, contrarium numero
superiorem aggrederetur, id enim ex inspiratione
diuina factum fuisse aduertit Nicol. Serarius, & alij
illius loci expositores; qua ratione Samsonis fa-
ctum permitti notant alia quamplurima exempla
referentes, S. Augustin. lib. 1. de ciuitate Dei, cap.21.
D.Ambros. lib. 1. offic. cap.40. D.Thom.1.2. quæst.64.
artic. 5. ad 4. & ibi Aragon, Sot. de iustitia lib. 2.
quæst. 3. artic. 8. & lib. 3. quæst. 1. artic. 4. ad finem.
Plac. de delict. cap. 23. num. 2. Amescua de potest. in
seipsum, lib. 1. cap. 8. num. 28. Torreblanc. de magia
lib. 4. cap. 31. Solorzan. de iure Indiar. lib. 2. cap. 3.
num. 13.

32 Hoc idem legibus Partitarum comprobatur, vi-
delicet l.7. tit. 23. part. 2. ibi. Assi que quando estu-
biere con poca compaña, o los enemigos fueren muchos,
e entendiere que no se les podrian er en saluo, ni desuiar
que non lidien con ellos. Et l.6. tit. 18. part.2. ibi, Si
el Alcaide subiere nueuas de enemigos estando fuera
del Castillo, procure en todas las maneras que pudiere
entrar en el para le defender, &c. vbi Gregor. Lopez
gloss. verbo en todas las maneras, intelligit istam le-
gem quando probabiliter credebatur quòd posset
ingredi, vel non erat certa eius mors, vel captio,
nam aliàs, inquit, potius esset temeritas, & in
castelli damnum, si ipse deueniret in potesta-
tem hostium; idem Gregor. Lopez in l. 1. verbo
por su culpa. & in l.18. verbo deuen auenturar d.
tit. 18. ibi. Quando periculum est certum, non debet
ei Castellanus se committere, quia potius esset teme-
ritas.

33 Balthas. de Ayala de iure & officio belli lib. 3.
cap.18. eandem sententiam ad excusationem Ca-
stellani tuetur, ibi. Itaque qui necessitate coactus quam
ne Dij quidem, vt quodam loco ait Liuius, superare
possunt, omni humana ope destitutus, arcem hosti tra-
dit, eum nullo supplicio dignum esse existimo, nam qui
facit quod potuit legem impleuit, & vasallus non te-
netur fidelitatem præstare domino, nisi quatenus fa-
cere potest; impossibilium enim nulla est obligatio. Vnde
eos, qui necessitate coacti Scboram arcem à Turcis ob-
sessam eisdem dedere, Venetias reuersos in nullam repre-
hensionem venisse refert Egnatius; intelligebat enim Se-
natus quanta vis esset necessitatis, cui nulla virtus potest
resistere. Hinc plerique existimant ciuitatem, quæ iusto
præsidio caret, excusari à crimine læsæ maiestatis si hosti
dedatur.

Petr. Bellin. de re milit. tit. vnic. ex num. 61. ibi. 34
Si tamen ea erit vis, cui resisti non poterat, licebat
militi saluti consulere & vitæ in d. §. fin. secundùm
quam distinctionem fortè debent intelligi iura feudo-
rum in vasallo, qui dominum dereliquit in prælio, de
quo in cap. 1. §. qui dominum, quæ fit prima cau-
sa benefic. amitt. & in cap. 1. quibus modis feudum
amitt. & in cap. si quis miles, quibus modis feudum
amitt. el 2. Quam distinctionem Doctores ibi non
ita explicitè faciunt: vbi enim non potest ei prodesse
meum auxilium, quid proderit mors, vel capti-
uitas?

Aluarot. in cap.1. §. item qui dominum, num. 4. 35
quæ fuit prima causa, ibi. Quæro pone quòd non erat
possibile quòd vasallus potuisset ipsum dominum adiu-
uare, an teneatur? & respondeo secundùm Iacob. de
Ardez quod non, argumento l. omne delictum. §. fin.
ff. de re milit. & infra eodem. §. sed nec est, & quæ ibi
dixi. Isern. in cap.1. §. & omne, num.3. de noua forma
fidel. Curt. iun. de feud. p. 4. num.11. Capic. de in-
uestit. feudal. cap. feuda auittuntur limit. 3. & cum
multis Rosenth. de feudis, cap. 10. conclus.16. num. 24.
in gloss. lit. Z.

Humada ad l. 6. tit. 18. part. 2. in gloss. 6. versic. 36
hasta la muerte, vbi sic ait num. 2. Quintò fallit
quando Castellanus nullis ex causis in prima amplia-
tione relatis tradidit castellum, sed solum ex eo quod
præcisè erat debellandus, & manifestè constabat hoc,
tum propter ingentem manum hostium, tum propter
exiguas, & debiles viros castelli, & militum custodien-
tium; nam eo quod nulla spes euasionis manet, poterit
se, & suis seruitiis, tradere castellum, nulla tamen
culpa præcedente; quam limitationem ego confirmo ex
doctrina Baldi in cap.1. de iudic. in 2. lect. num. 9.
dicentis quod ciuitas, quam Imperator defendere non 37
potest, nec de hoc est spes proxima, potest se alteri
subijcere, eo irrequisito, quam conclusionem approbat
Felin. in cap. cum contingat, de foro compet. num. 6.
& in cap non licet, de præscript. num. 12. in med. &
hoc permissum fatentur de iure naturali, quo tutela sui
corporis vnicuique permissa est. l. vt vim, de iustitia
& iure, &c.

Anton. Aluarez en el tratado de los Alcaydes 38
in l. 6. tit.18. part.3. p. 4. affirmatiua cap. 5. fol.50.
ibi. Para que la muerte del Alcayde sea desculpa de
auer perdido el castillo, y no boluerlo al Rey, es ne-
cessario que sea la muerte sin culpa, porque si el Al-
cayde tuuo culpa en morir, tal muerte no sera defen-
sa ni disculpa de su memoria, antes se le imputara
culpa, de auer por la culpa de su muerte perdidose
el Castillo: y esto nos muestra el glorioso Rey en sus
leyes, y dize a este proposito. Que si lo hiziesse, ma-
guer fuesse muerto o preso, no podia ser quito de la
traicion si estonces el castillo se perdiesse; y esto seria
como si el Alcayde con osadia temeraria peleasse o
resistiesse impetu y fuerça de enemigos, que natural-
mente no podia que si lo hiziesse y moriesse, y por ello
se perdiesse el castillo seria culpado de traicion; y assi
dize

dize el glorioso Rey. Ca maguer el es fuerço, y el ardimiento son mui nobles en sy; pero en las mas cosas ha menester que sean aiudados por sesso y por cordura, porque aquello que los omes codician, que a ser vencedores, no las torne a ser vencidos: y esto señaladamente conuiene a los que an de defender los castillos, ca tal ardimiento podrian mostrar los de dentro en saliendo a los de fuera, que si lo no ficiessen con salidoria, y consesso, que el castillo fuesse en saluo que se podria perder, luego si la muerte ha de ser sin culpa para defender la memoria del Alcayde, necessario le es euitar esta culpa, la qual seria notoria quando la muerte se reciliesse temerariamente con voluntaria desesperacion, sia et fuerço regulado por razon y prouecho del castillo, &c. & eadem *part. 4. affirmatiua fol.* 40. respondet *ad l.* 1. 6. *&* 12. *tit.* 18. *part.* 2. *&* ad *l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 8. *ordin.* quæ est *l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 8. *recopilat.* cum similibus procedere *quando el Alcayde que queda viuo è libre, perdio o entrege el castillo por desuergonça, o deslealtad, o por flaqueza, o por temor de la muerte propria, o de la muger o hijos, y amigos, o por tormentos, o por heridas de muerte, o por amenaças de matarlo, o por libertad, o por otro bien o mal, o por otra razon alguna desta calidad*, &c.

39 Idem resoluit Bobadill. *in sua politica lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 14. *&* 15. Exempla nonnulla ducum & militum, qui cum necessitate adstricti desertores militiæ fuissent, nullatenus damnati fuerunt, referunt text. *in officina p.* 2. *pagina* 162. Baptista Egnat. *de exemplo illustrium virorum lib.* 7. *cap.* 6. Petr. Bellin. *de re milit. tit. vnico, num.* 42. nam,

40 vt ait Lucius *lib.* 7. *decade* 3. *Prudentis ducis non est vltro vnquam periclitari, nisi vbi perspicuum sit se hostibus esse potiorem*, Iust. Lips. *lib.* 5. *ciuil. doctrin. cap.* 5. *numer.* 16. Petr. Faber *lib.* 1. *semest. cap.* 19. *folio* 128. *& sequent.* Valenzuel. *de stat. ac belli rat. seru. p.* 2. *consideras.* 11. *num.* 10. *cum multis sequentibus.* Hinc Valerius Maxim. *lib.* 2. *cap.* 7.

41 refert Carthaginenses pœna mortis suos Generales affecisse eo quod prauo exercitu bellum aggredeterentur, licet victores euasetint, bene Carolus Tapia *dicta decis.* 13. *numer.* 19. *vsque ad finem.*

42 Strach. *de naut. p.* 3. *num.* 6. vbi postquam dixerat quòd culpæ etiam nautæ adscribitur qui tecta nauigatione contempta, littora deuia sectatur, *l. qui fiscales. C. de nauicul. l. cum proponas. C. de naut. fon.* id statim limitat his verbis. *Prædicta tamen declara, nisi iusta causa nauta motus rectam nauigationem non seruauerit, vel qui reficienda nauis causa, quæ vitium fecerat, & in qua ex tempestate vnda penetrauerat, & merces corrumpebantur, vel impetu ventorum, & tempestatis, vel metu piratarum, cum forte inter nauigandum piratas vidisset, secundum Bald. & Salicet. in citata l. cum proponas, in fine, idque argumento l.* 2. *§. quid enim. ff. si quis caut. & ff. de liber. causa l. imo, & ff. de publican. l. Cæsar*, probat Bettazol. *in tractatu de gabell. in vlt. p. num.* 58. &c. & deinde *num.* 15. ibi.

43 *Culpa non caret nauta si per loca noteria non tuta nauigare voluerit; finge enim notorium fuisse piratas esse, & in magno numero, & cum posset in portu manere, maluisset cum maximo periculo nauigare; si igitur nauis capta à piratis fuerit, & merces amissa, nauta tenetur*, tangit Perez de Lara *in compendio vitæ hominum, cap.* 4. *numer.* 16. ibi. *aut ex interuallo, & loco hostibus securo in portu*, &c.

44 *Faciat bomo*, dicit S. Augustinus *in lib. contra mendacium, cap.* 17. *etiam pro temporali hominum salute quod potest, cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere nisi peccando non possit, iam se existimet non habere quid faciat, quando id reliquum esse perspexerit quod rectè faciat; quia prudentia status vestigia imitari Princeps debet, qua iustitia innititur, ipsa namque virtutes omnes dominantur*, Cic. *lib.* 1. *de legib. & lib.* 3. *de offic.* Frachet. *de rat. status disc.* 1. Sotus *de iustitia lib.* 3. *quæst.* 2. *artic.* 8. Cardinal. Bellarmin. *de officio Princip. lib.* 1. *cap.* 8. Aragon *de iustitia & iure quæst.* 37. *art.* 12. & bene aduertit Botet. *lib.* 2. *de rat. status, cap. penult. fol.* 60. *Reges nihil in Consilio status terminari* 45 *permittant, quod in Consilio conscientia non fuerit decisum.*

Hinc communiter Doctores tenent nullum posse morti certæ, & indubitatæ sese exponere vt reliquorum salutem compararet, Ioan. de Lignano *in tractatu de bello, cap.* 29. Grammat. *decis.* 18. *num.* 17. vbi dicit quòd non debet expectari mors, sed sufficit quod periculum sit ita proximum, Menchaq. *illustr. controuers. lib.* 1. *cap.* 13. *à num.* 6. vbi *num.* 12. quòd pro patria liberanda Scæuola ingenti periculo se, sponte tamen sua, exponebat, non tamen certam, & ineuitabilem mortem opponebat. Hieron. Frachetta *in femin. de rat. stat. cap.* 85. Roman. *consil.* 395. *num.* 5. Petr. Nauarr. *lib.* 2. *de restit. cap.* 3. *num.* 48. *versic. at quando certum est discrimen, & interitus, stultum & reprehensionem dignum est tale opus.* Facit notabilis text. *in cap.* 2. *in fine de feudo in culpa non amitt.* ibi. *vel si in pugna suum dominum dimiserit, & cum eo non laborauerit, si potuerit*, &c. & addit *gloss.* 1. *in cap.* 1. *quibus modis feud. amitt. Nihil enim intererat domini vasallum ibi stetisse, cum peraquè moriturus erat.* 46 47

Et licèt subita bella turbent etiam milites fortissimos, quia tunc nec vir consultus, consultus est, nec fortis fortis, vt ait S.Hieron. *in epist. ad August.* & aduertit Cassiodot. *lib.* 1. *epist.* 17. Et plerumque incerta, & inopinata turbent Prouinciales, & actus impediant, vt dicit Iureconsult. *in l. obseruare. ff. de offic. Procons.* 48

Nihilominus si duo inexcusabilia sese offerunt pericula, eo tempore, quo non datur locus ducum & militum consilia indagandi, illud est eligendum, quod habere poterit alicuius boni spem aliquam, quia, vt inquit text. *in cap.* 1. *distinct.* 13. duo mala licèt sint omnino cautissimè præcauenda, tamen si periculi necessitas ex his vnum perpetrare compulerit, id debemus resoluere, quod minori nexu noscitur obligare, *cap. iuranit, cap. non solum*, 23. *quæst.* 3. Titaquellus *de nobilitate, cap.* 31. *num.* 547. Surdus *consil.* 509. *num.* 13. Menchaq. *illustr. quæstion. cap.* 48. *num.* 2. nam respectu maioris mali, minus habet rationem boni, vt plenè ostendit Enriquez *in summa lib.* 12. *cap.* 6. §. 7. *littera F.* Marquez *en el libro i del gouernador Christiano, cap.* 23. *pagina* 154. *col.* 2. vbi admonet *que se ha de elegir el menor de los males, quando no se pueden escusar entrambos.* & Decian. *respons.* 29. *num.* 26. *lib.* 1. ait quòd ex duobus bonis medium eligens nunquam dicitur in culpa, quia bono etiam medius repetitur, *l. vbi autem non apparet, in princip. ff. de verborum obligat.* 49 50 51

Item est præcauendum quando castellum, seu nauis deuenerit est in hostium manus, ne diuitiæ in ea existentes in illorum potestatem deueniant, sed omnia pretiosa, argentum, & aurum, 52

vel in mare eiicienda, vel igni tradenda sunt, vt in exemplis relatis à Liuio *decade* 3. *lib.* 1. Polyb. *lib.* 3. Valer. *lib.* 6. *cap.* 6. Otrosi. *lib.* 4. *cap.* 14. Patric. de Regno *lib.* 7. *tit.* 6. Anton. Herrera *en la historia general de España lib.* 12. *cap.* 14. *fol.* 639.

53 Vnde excusari possunt nostri milites, & socij nauales, qui cùm iam vident nauem in potestatem hostium venturam, communi consensu ignem pulueri iniiciunt, & se mari committunt, ne ipsi & naues veniant in hostium potestatem, Less. *de institia lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 34. Bonacin. *in summ. tom.* 1. *disputat.* 2. *quæst. vltim. sect.* 1. *puncto.* 45. à *num.* 8. Laymann *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 1. *sect.* 5. *num.* 3. *ad fin.* Filliucius *in quæstionibus moralibus tract.* 29. *cap.* 4. *num.* 72.

54 Cùm ergo appareat euidenter quòd Castellanus bono consilio suorum ducum, & militum, & sine dolo ductus omnem adhibuit curam & diligentiam vt arcem ab hostium incursibus defenderet, quicquid postea sinistrè & malè succedat, ei culpæ imputandum non est, iuxta *cap. de occidendo* 23. *quæst.* 5. ibi. *Absit quod ea quæ propter bonum & licitum finem facimus, si quid per hoc præter nostram voluntatem malè acciderit, nobis imputetur*, &c. gloss. *in l. Barbarius. ff. de offic. Proconf.* Bart. *in l. si constante*, *num.* 118. *ff. soluto matrimon. & in l. venditor.* §. *solet*, *num.* 3. *ff. de hæred. vel act. vend.* Roman. *consil.* 395. *num.* 3. *&* 5. Crauet. *consil* 89. *num.* 2. Tiber. Decian. *respons.* 29. *num.* 16. *volum.* 1. *& respons.* 124. *num.* 3. *lib.* 3. Anton. Mo-
55 nach. *Florent. decis.* 2. *num.* 7. Seneca *epist.* 14. ibi. *Initia in potestate nostra sint, de euentu fortuna videat, & epist.* 85. ibi. *Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed vtilem operam, & nauis regendæ scientiam, hac eo magis apparet, quo illi magis ali-
56 qua fortuita vis obstitit.* Palat. Rub. *del es fuerço bellica*, *cap* 34. vbi dicit: *Que el que hizo lo que debia, agora sea acometeder, o acometido, vencedor o vencido; si la fortuna le fue contraria, no por esto dexara de ser esforçado.* Optimè Petr. Barbosa *en dicho trat. de la iuridica y verdadera razon de estado*, *p.* 1. *discursu* 2. ibi. *Y mi resolucion es que en todas las grandes emprezas se incluye (assi de parte de los Principes, como de la materia dellas) vna nueua y no entendida logica, en que vno es el que pone la premissas, y otro el que saca las consequencias. las premissas estan a cargo de los hombres en ponerlas, y entonces las ponen cathegoricamente quando con manduro juicio y sana intencion encaminan los medios al buen fin de la empreza. El sacar las consequencias es iuridicion in solidum de la prouidencia diuina, lo qual entonces reduze a pratica la nueua logica quando disminuiendo la natural influencia de las premissas y medios haze que en la consequencia (esto es en el vltimo sucesso y fin de las cosas) salga negro loque ellas mostraban sin duda auer de ser blanco, y al reues*, &c. Quod comprobat S. Bernardus *lib.* 2. *ad Eugenium. Nec est quod temeritati ducis debeat imputari tristis, & inopinatus euentus, omnia faciebat domino cooperante, & sequentibus signis*, &c. & conducit text. *in l. fluminum.* §. *Seruius. ff. de damno infecto*, in illis verbis. *Non si violentia ventorum, vel qua alia ratione, qua vim habet diuinam.*

57 Nonnunquam assolent meliora consilia in peius ruere, vt notat Salust. *ad Cesarem orat.* 1. ibi. *Qui etiam videbis sæpè praua magis quam bona consilia prosperè euenire*, Ioan. Cochier *in thesauro aphorism. politicor lib.* 4. *cap.* 6. ibi, *Cum ineuitabili necessitate, siue prouidentia sæpè fiat consilia vt habeant opti-
ma exitum malum.* Cassiodor. *lib.* 3. ibi, *Hinc fit* 58
vt quidam omnia imprudenter agant, & ipsis pro voto succedant, quidam ad omnia se consilio disponant, & semper in contrarium eis cedant. Et Demosthenes duram esse conditionem eorum aiebat, qui in dandis consiliis, & in gerendis rebus solent versari, cùm eorum fides ex euentu soleat æstimari.

Quare absoluendum Castellanum putauimus, nec attendendas calumnias contra illum per aliquos milites transmissas censuimus, quia vt bene dixit Cornel. Tacit. *in vita Iulij Agricola. Iniquissima hæc bellorum conditio est, prospera omnes sibi vendicant, aduersa vni imputantur.*

Quare, *&c.*

Toletana affictus.

Conductori gabellarum si per Regiam Curiam ob bannimentorum emanationem impedimentum præstetur, quin re locata etiam in parte vtatur, damna & interesse reficienda sunt, & quomodo?

VOTVM LXII.

1. *Impedimentum proueniens conductori facto locatoris quando excuset? ostenditur*
2. *Contractus rescinditur cessante spe, quæ fuit causa incundi contractum bona fidei.*
3. *Fructibus deficientibus, aut ipsa terra, quæ illos productura est, alluuione fluminis consumpta, locator ad nihilum obligari potest.*
4. *Læsio nulla consideratur in futuro euentu, cum potuerit bonus, vel malus contingere.*
5. *Læsionis remedio vti non potest quando aliquid potest se habere ad commodum, vel incommodum.*
6. *Remedium* l. 2. C. de rescindenda vendit. *locum habet quando excessiua læsio ex iudicio fortunæ, aut sortis contingeret.*
7. *Fratres si diuidant ad breuia & sortis infelicitate emergit intolerabilis deceptio, debet in melius reformari.*
8. *Læsio de tempore contractus æstimanda est, quando partes respiciebant præsens tempus, non autem futurum.*
9. *Remedium* l. 2. C. de rescindenda venditione *locum habet etiam post finitam conductionem & fructibus consumptis.*
10. *Renuntiationes generales & particulares legum del quaderno quando valeant?*

11. *Clau*

11. *Clausula renunciationum latè, & copiosè apposita in contractibus locationum quomodo conductores ligent?*

12. *Renunciationes generales non comprehendunt casum læsionis enormissimæ.*

13. *Leges, quæ de læsione vltra dimidiam loquuntur, non comprehendunt enormissimam.*

14. *Læsioni enormissimæ renuntiari non potest.*

15. *Etiam cum iuramento.*

16. *Iuramentum non operatur vbi interuenit enormissima læsio.*

17. *Sterilitas ad remittendam pensionem conductori dicitur quando tam pauci fructus colliguntur, quod conductor soluendo pensionem conuentam maneret læsus vltra dimidiam.*

18. *Semen & expensæ prius deduci debent ad sciendum an superuenerit sterilitas in fructibus locatis.*

19. *Iudex prudens ad res, & bona rectè æstimanda non quoslibet, sed peritos earum rerum æstimatores admittere debet.*

20. *Annus vnus sterilis an cum fersili compensetur, ostenditur.*

21. *Exceptio remissionis ob sterilitatem, vel ob læsionem, seu incursus bannitorum si ante petitam executionem fuisset probata, facit cessare omnem virtutem obligationis Cameralis,*

22. *Renunciatio de non petenda remissione ex quauis causa, non procedit in casibus insolitis.*

23. *Exceptio læsionis enormissimæ, si altiorem indaginem non requirat, impedit executionem Cameralem.*

24. *Exceptio proueniens ex* l. 2. C. de rescindenda vendit. *potest opponi durante tempore ad allegandas exceptiones.*

25. *Exceptiones legitimæ non remouentur* per l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop. *sed solum friuolæ.*

26. *Factum proprium nemo impugnare potest; sed limitatur multis modis, ibidem.*

27. *Locatores si deficiant in adimplemento eorum, quæ promiserant, non poterit ad locationis executionem deueniri.*

28. *Obligatio non oritur in contractibus & obligationibus reciprocis ante adimplementum.*

29. *Contractibus reciprocis prius qui exequi prætendit, debet ostendere se adimplenisse ex parte sua, quod in quocumque paruo adimplemento locum habet.*

30. *Defectus vnius nummi sufficit vt dicatur implementum defuisse, & vt actor obtinere non possit.*

31. *Locationis, & conductionis contractu locator non dicitur tradidisse nisi pro eo tempore, quo conductori frui licuit.*

32. *Rex tenetur ad damna & interesse resultantia ex facto suorum officialium. & num. 34.*

33. *Locator tenetur ad damna conductori resultantia facto famuli, serui, vel subditi ipsius locatoris.*

35. *Officiales Regij in tangentibus officium suum censentur quasi quidam institores.*

36. *Familiares quando delinquunt in officio, seu monasterio, in quo dominus familia eorum opera vtitur, tunc & eo casu dominus suo nomine, & insolidum tenetur.*

37. *Dominus videtur in culpa qui malos officiales eliget, & eorum opera in tali officio vtitur.*



VOTIRS conductori per locato- 1
rem, vel Regiam Curiam ob bannitorum emanationem impedimentum præstatur, ne re conducta vti possit, ipse locator etiam ex natura contractus tenetur actione ex conducto, quamuis per ipsum non steterit quominus alius re conducta vsus fuerit, non solum ad damna, sed etiam ad lucrum, est casus *in l. si fundus. ff. locati, & in l. si in lege. §. colonus, eodem tit.* ibi. *Et quantum per singulos annos compendy facturus erat, consequetur; conductor enim, dum impeditur facto locatoris vti re conducta, agit ad interesse in quo venit etiam lucrum, l. si de fundo*, & ibi *gloss.* 1. *C. locati.* In impedimento proueniente conductori facto locatoris, solet distingui hoc modo. Aut factum est iniustum, & tenetur ad damna & lucrum, aut est iustum, & tunc ad totale tenebitur ex computo, quia non debet conductor ex vsu rei locatæ percipere damnum, siue procedat vitio rei locatæ, ex *reg. l. sed addes. §. si quis dolia. ff. locati*; siue illius occasione, cum idem iudicetur de damno quod percipiatur ex re ipsa, quod de damno proueniente occasione rei; nec refert patiatur id damnum à locatore, vel ab alio, quem locator prohibere non potuit, ad finem vt conductor consequatur emendam. Ita Bart. communiter approbatus distinguendo inter factum iniustum, & iustum, *in l. si vno. §. item cùm quidam, colum.* 1. *in* 1. *membro princip. ff. locati*, per plura comprobat Roman. *consil.* 178. *Pro decisione casus*, & communiter ad id receptum Bart. testatur Natt. *consil.* 610. *Vtrùm conductor, volum.* 3. Ludou. Gozadin. *consil.* 27. optimè Camill. de Medicis *consil.* 141. *num.* 1.

Idem dicendum si conducantur gabellæ resi- 2
dentium in loco, nam cùm propter dictam residentiam cuicunque antea tantum fuisset vendita gabella, & sic esset verisimilis ista residentia siue mora longinquior habitatorum causa finalis vtriusque contrahentis, si ex postfacto plures habitatores locum desererent, & apparuerit dicta causa non

sequuta,

sequuta, debet iste contractus rescindi si conductor non fuisset aliter locaturus, ex *l. cum si fundum. C. de pact. inter empt.* vbi cessante spe, quæ fuit causa ineundi contractum bonæ fidei, rescinditur contractus, latè Ancbaran. *consil.* 402. *num.* 3. Idem si
3 in fructus certæ terræ res conducta imponatur, quia fructibus deficientibus, aut ipsa terra, quæ illos productura est, alluuione fluminis consumpta, locator ad nihilum obligari potest, ex adductis à Bart. *in d. l. si quis domum, in princ. ff. locati*, Anton. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *num.* 1. Neuizan. *consil.* 91. *num.* 12. Conrad. *de contract. tract.* 5. *quæst.* 87. *conclus.* 4. *in princip.* Petr. Pechi. *in cap. contractus, num.* 9. *de regul. iuris lib.* 6.

4 Non obstat quòd successus non residentiæ, vel alluuionis fluminis est quidam futurus euentus, qui refectionem non admittit, cum potuerit bonus, vel malus contingere, in quibus casibus nulla consideratur læsio, *l. si iactu. ff. de actionib. empti*, *l. neque emptio. C. de contrahend. emptio.* Menoch. *consil.* 196. *num.* 16. *cum sequentib.* Cribell. *Dolana decis.* 134. *à*
5 *num.* 16. Et quando aliquid potest se habere ad commodum, vel incommodum, non valet vti remedio læsionis, Capic. *decis.* 159. *num.* 17. Crauet. *consil.* 141.

6 Quia respondetur obiectionem non procedere quando excessiua læsio ex hoc iudicio fortunæ, aut sortis contingeret, Bald. *in l. maioribus, num.* 3. *C. com-*
7 *mun. vtriusque iudic.* dicens quòd si fratres diuidant ad breuia, & sortis infelicitate emergit intolerabilis deceptio, debet in melius reformari, & quod potest eo casu adiri superior, Corn. *consil.* 143. *num.* 10. Cort. *in memorabil. verbo sortis adiudicatio, & verbo sententia*, optimè Griuel. *decis.* 59. *num.* 5. Et in terminis *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* dicunt ibi Bart. *num.* 7. Pinel. *p.* 1. *cap.* 14. *num.* 14. Menoch. *consil.* 1163. *num.* 11. *vol.* 13. quòd ea locum habet etiam quando emptus vel conductus fuit dubius euentus, & excessum fuit in pretio.

8 Nec etiam obstat quòd de tempore contractus æstimanda venit læsio, *l. si voluntate. C. de contrah. empt.* & eo tempore conductores non fuerunt læsi, cùm tunc res locata fuerit iusto pretio æstimata. Respondetur enim quòd læsio vtrum interuenerit, consideratur de tempore contractus, vbi contractus perficitur vnico momento, & non habet tractum successiuum, & ita loquitur *d. l. si voluntate*, secus vbi habet tractum successiuum, vel est explicandum aliquid de futuro, quia tunc intelligitur, rebus sic habentibus, & succurritur etiam ex æquitate læso & grauato, Natt. singulariter *consil.* 548. *num.* 36. vbi dicit quod iura, quæ dicunt læsionem tantum esse considerandam tempore contractus, intelliguntur quando partes respiciebant tantùm præsens tempus, non autem tempus futurum. Vide Bart. *quæst.* 4. Alban. *consil.* 17. *&* *consil.* 34. *num.* 15. Mandel Albens. *consil.* 34. *num.* 16. *lib.* 1. Deci. *consil.* 335. *num.* 3. Pinel. *in d. l.* 2. *C. de rescindend. vendit. p.* 2. *cap.* 1. Cæpol. *de seruit. vrban. prædior. cap.* 50. *num.* 23. Roland. à Valle *consil.* 1. *num.* 275. *lib.* 2. Thesaur. *decis.* 226. Osasch. *decis.* 47. *num.* 16. Vincent. de Anna *allegat.* 16. *num.* 4. Balsarran. *de feudis lib.* 2. *tit. si de feudo defuncti militis controu. fuerit inter dominum & agnatos vasalli, in verbo vel.* §. *omnes, num.* 15. *cum seqq. fol. mihi* 231. Seraphin. *de priuileg. iuramenti priuileg.* 83. *num.* 85. Cancer. *variar. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 253. Cùm ergo essentiale contractuum huiusmodi pendeat ab accidentali euentu temporis, Surd. *consil.* 480. *per tot.* & præcipuè *num.* 14. Brito *ad cap. propter sterilitatem, de locato in princip. num.* 58. *&* 61. ideo in illis hoc remedium locum habet, vt cum multis nouissimè tenet Hermosill. *in l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 4. *num.* 2. *cum seqq. tom.* 2.

Nec etiam obstat quòd remedium læsionis non 9
competit post finitam locationem, ex Dec. *consil.* 583. *ad fin. vers. vltimo*; ea ratione motus, quia finita locatione, fructibúsque consumptis non potest electio dari locatori, vt potius fructus eligat, quam pretij suppletionem. Quia respondetur in facto obiectionem non procedere cum ante finitam locationem hæc lis iam verteretur: sed adhuc verum est, remedium *d. l.* 2. *C. de rescind. vendit.* habere locum etiam post finitam conductionem, fructibus consumptis, vt post alios reiecta Decij opinione latè probant Pinel. *in ead. l.* 2. *p.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. Gutier. *practic. lib.* 2. *quæst.* 138. Menchac. *lib.* 3. *controuers. vsufreq. cap.* 61. *num.* 12. Matiens. *l.* 1. *gloss.* 6. *num.* 5. *tit.* 2. *lib.* 5. *recopilat.* & ibi Azeued. *num.* 4. Anton. Gam. *Lusit. decis.* 19. *& decis.* 204. vbi subdit nihil referre quòd post finitam locationem, fructibúsque consumptis non possit electio dari locatori, vt potius fructus eligat, quàm pretij locationem, quia in hoc remedio *d. l.* 2. etiam datur casus vbi solùm quis ad pretij tenetur supplementum, licèt facultatem iam non habeat reddendi rem ipsam venditam, prout est quando emptor alij tertio vendiderit.

Nec item obstat quòd locatio huiusmodi facta 10
fuit cum conditionibus generalibus legum del quaderno, & *lege* 15. *tit.* 9. *lib.* 9. dispositum est generali conditione, vt in locationibus reddituum, gabellarum, & bonorum Regi pertinentium nulla læsio allegari possit. Quia in terminis Menchac. *lib.* 2. *de success. creat.* §. 20. *p.* 2. *requis.* 19. *num.* 67. resoluit renunciationem generalem factam per relationem ad dictas leges & generales conditiones non sufficere, sed opus esse vt locatores in locationis scripturis specialem, & indiuiduam mentionem faciant, de casibus, quibus renuntiant, & vt scriba maior horum reddituum, & gabellarum eis seruatim legat dictæ renuntiationis & conditionum generalium singula capitula, testetúrque se illis eas prælegisse, cum renuntiatio aliter facta, nempe per relationem ad dictas leges, non sit certa & specialis, qualis in hac materia requiritur; renuntiatio namque exceptionum, vel casuum fortuitorum debet esse certa & specialis, nec sufficit quod possit certificari per relationem ad aliud, iuxta admirabilem doctrinam Alberic. quam adducit *in l. sed & si quis.* §. *quæsitum. ff. si quis caut.* vbi docet quòd si quis renuntiet omnibus exceptionibus enumeratis *in prædicto tit. si quis caution.* & particulariter exceptionibus numeratis *in l.* 2. *eiusdem tit.* illa renuntiatio tanquam generalis non valet, neque obligat renuntiantem quamuis facta sit mediante relatione, ad *d. l.* 2. & ex eo capite potest dici certa & specialis: in odiosis enim prout sunt huiusmodi renuntiationes, non sufficit aliquid esse certum per relationem ad aliud, quamuis secus sit in fauorabilibus, in quibus procedit regula *l. vbi autem.* §. *illud. ff. de verborum obligat.* cum similibus, & Alberic. sequuntur plures alij Doctores, de quibus Ias. *ibidem.*

Et confirmatur prædicta resolutio ex his, quæ 11
in proposito tradit Menoch. *consil.* 72. *num.* 37. *cum seqq. vsque ad num.* 41. *lib.* 1. vbi dicit quòd istæ clausulæ renunciationum tam latè, & copiosè

piosè appositæ in his contractibus locationum non videntur adscriptæ voluntate partium, sed potius ex capite tabellionum, vnde non ligant conductores ad non petendam remissionem mercedis, vt in specie respondit Neuizan. *consil.* 91. *num.* 13. Deci. *consil.* 351. *num.* 7. & tradunt alij citati ab eodem Menoch. *vbi proximè num.* 38. Ad hoc enim vt illi obligati maneant, opus est quod constet omnes renunciationes expresè & specialiter lectas, & declaratas fuisse, iuxta communem Doctorum sententiam per text. *in l. fideicommissa.* §. 1. vbi Bart. *ff. de legat.* 3. Alexand. *in l. sciendum*, 30. *ff. de verborum obligat.* Socin. iun. *consil.* 143. *num.* 19. *& consil.* 147. *numer.* 15. *lib.* 2. quos refert & sequitur idem Menoch. *d. loco num.* 41. & vltra eos latissimè probat Paul. Galerat. *de renunciat. centur.* 2. *renunt.* 102. *num.* 24. *versic. nam clausula*, *& num.* 25. *in fine.*

12 Deinde respondetur generales renunciationes non comprehendere casum læsionis enormissimæ, vt *in d. l. Hispan.* 15. *tit.* 9. *lib.* 9. quæ solùm loquitur in læsione vltra dimidiam, vt patet ibi. *Mandamos que ningun arrendador maior e menor no pueda decir ni alegar que en el arrendamiento que hazo fue engañado respeto de lo que la renta valia al tiempo del contrato, aunque diga y alegue que fue engañado en mas de la mitad del iusto precio*; & leges quæ
13 de læsione vltra dimidiam loquuntur, non comprehendunt enormissimam, vt tradunt communiter omnes *in d. l.* 2. & in specie August. Bero. *in cap.* 1. *num.* 46. *de constitut. & in cap.* 1. *num.* 12. *de in integr. restitut.* Osasch. *decis.* 42. *num.* 1. Mynsing. *centur.* 1. *obseruat.* 54. *num.* 5. Francisc. de Ponte *consil.* 138. *num.* 11. *volum.* 1. Paul. Galerat. *de renunciat. centur.* 2. *renunciat.* 102. *num.* 24. *versic. & promissio de non contraueniendo ratione alicuius læsionis non excludit enormissimam*, &c. Nam stante enormissima læsione, vel facta probatione nihil fuisse perceptum deductis expensis, nunquam similes renunciationes extenduntur ad huiusmodi casus, quasi tunc deficiat intentio contrahentium. Stephanus Gratianus *disceptationum forensium cap.* 534. *num.* 45.

14 Et quamuis de facto renuncietur læsioni enormissimæ, talis renunciatio non est valida, ac demum ea non obstante potest quis vti hoc remedio, Alexand. *consil.* 139. *lib.* 7. Ias. *consil.* 135. *lib.* 4. Deci. *cons.* 11. *& cons.* 36. Ruin. *consil.* 11. *lib.* 4. Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *versic. caterùm vbi læsio*, *& in cap. quamuis pactum p.* 3. §. 4. *num.* 3. *cum seq.* Simoncel. *de decret. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 233. Bortel. *de compromiss.* §. 8. *gloss.* 1. *quæst.* 4. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 83. *num.* 103. Osasch. *decis.* 41. *num.* 2. Menoch. *consil.* 412. *num.* 74. qui omnes conueniunt quòd læsioni enormissimæ renuntiari non potest, & quod ea stante non operatur renunciatio, & citatis multis hanc sententiam communem, & verissimam fatetur Paul. Galerat. *de renunciat.*
15 *centur.* 2. *casu* 102. *num.* 24. *&* 25. subdens quòd renuntiari non potest etiam cum iuramento, idque etiam probat Cephal. *consil.* 405. *num.* 30. Seraphin. *priuileg.* 126. *num.* 15. Menchac. *controuers. illustr. lib.* 1. *cap.* 2. *num* 17. Gutier. *in authent. Sacramenta*
16 *puberum*, *num.* 92. quia non operatur iuramentum vbi interuenit enormissima læsio, Brun. *consil.* 25. *num.* 3. *& consil.* 21. *num.* 12. atque læsio enormissima tollit vires iuramenti, nec est necessaria absolutio. Hieron. Gabr. *consil.* 9. *col.* 1. *lib.* 2. & latissimè prosequitur Paul. Galerat. *vbi proximè num.* 25. Gutier. *de gabellis lib* 7. *quæst.* 136. *num.* 22.

& 13. ibi. *Conductores autem bonorum ciuitatis, vel villa, & emptores pascuorum publicorum, in quibus glandes nasci consueuerunt prædictæ sterilitatis, & læsionis vltra dimidiam remedio vti possunt, nisi illi renuntiauerint, quæ renunciatio etiam iurata eisdem obesse non poterit, data enormissima læsione*, &c.

Si læsio non fuisset adeo magna, nec enor- 17
missima ad locationem eneruandam, adhuc stante magna sterilitate superueniente in fructibus locatis, remittenda veniret pensio, nam sterilitas ad remittendam pensionem conductori, dicitur quando tam pauci fructus colliguntur, quod conductor soluendo pensionem conuentam, maneret læsus vltra dimidiam, Alexand. *cons.* 107. *num.* 18. *lib.* 7. *& consil.* 3. *numer.* 6. *lib.* 1. Paris. *consil.* 88. *num.* 23. *lib.* 1. Capic. *decis.* 88. *num.* 2. Aretin. *consil.* 52. *num.* 2. Socin. Nepos. *consil.* 68. *num.* 9. *lib.* 2.
Hieron. Grat. *consil.* 161. *num.* 5. *lib.* 2. Intelligendo 18
quòd tunc ex parte conductoris prius deduci debent semen, & expensæ, ex *l. si venditor*, §. *si quid emptor, in fine, de seruis exportan. l. fundi partem ff. de contrahend. empt. l. fructus. ff. soluto matrim.* Cagnol. *in d. l.* 2. *C. de rescindend. vendit. num.* 241. Pinel. *ibidem cap. fin. num.* 17. Tiraquell. *de retractu conuent. in præfat. num.* 25. Ioan. Petr. Bimi. *consil.* 35. *num.* 3. *vol.* 1. *& consil.* 269. *num.* 3. *& seq. vol.* 2. Gregor. XV. *decis.* 570. *num.* 4. *&* 10.

Ad res & bona rectè æstimanda Iudex prudens 19
non quoslibet, sed peritos earum rerum æstimatores admittere debet, Seraphin. *decis.* 665. *num.* 2. *cum seqq.* vbi quòd modus probandi verum rei valorem per peritorum electionem est à iure approbatus secundum communem æstimationem, maximè si periti sint de consensu partium electi, & mediante iuramento referant, Stephanus Gratianus *disceptationum forensium*, *tomo* 3. *cap.* 600. *num.* 20. Hugo Donell. *ad tit.* 44. *lib.* 4. *C. de rescindend. vendit. num.* 11.

Nec ad euitandam hanc pensionis remissionem 20
ob sterilitatem, sufficit allegare subsequentium annorum vbertatem, quasi vnus annus sterilis cum fertili compensetur, iuxta *l. merces.* §. *vis maior*, *l. ex conducto. ff. locati*, *l. licèt*, *C. eodem tit. cap. propter sterilitatem*, *eodem tit. l. Hispan.* 12. *&* 13. *tit.* 8. *part.* 5. Quia si remissio prætenditur impediri in ipso anno sterili non prius visa sequentis vbertate, & tunc statim extante anno sterili facienda est remissio pensionis, non expectata vbertate, quæ poterit euenire in annis sequentibus, ex text. *in l. si vno anno. ff. locati.* ibi. *Si vno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis contigit vbertas, nihil obesse domino remissionem, sed integram pensionem esse etiam eius anni, quo remiserit, exigendam*; ex quo manifestè colligitur quòd remissio pensionis anni sterilis statim est facienda, quæ postea adueniente vbertate in annis sequentibus per integrum est exigenda, vt expresè resoluit Brito *in d. cap. propter sterilitatem de locato*, *num.* 82. *fol.* 315. vbi *num.* 78. *fol.* 313. exemplificat quando per vbertatem fructuum præcedentis, seu subsequentis anni sterilitas compensetur. *Finge*, ait ille, *quòd colonus tenebatur ad triginta, v. g. nomine mercedis seu pensionis soluenda, euenit postea vt primo anno conductionis propter sterilitatem superuenientem perciperet fructus, qui deducto semine & expensis valerent tantum decem, & ita minimè adæquarent quindecim, quæ est pars dimidia integra pensionis; quo casu sterilitas venit consideranda efficax ad remissionem mercedis cum conductor læsus maneat vltra dimidiam iusta pensionis*

soluenda. Suppone insuper quod sequenti anno percepit idem colonus fructus valentes quadraginta, deducto semine, & expensis, certe adhuc vbertas eiusdem sequentis anni non est talis, per quam sterilitas praecedentis compensetur, quia decem qua supersunt vltra triginta, qua sunt nomine pensionis soluenda, licet iuncta cum alijs decem perceptis in primo anno sterili faciant cessare lasionem vltra dimidiam, quia constituunt quantitatem viginti, qua quidem excedit quantitatem quindecim librarum, qua erat dimidia pars pensionis conuenta, non tamen supplent in totum lasionem pracedentem; tunc ergo dicenda erit vbertas, per quam sterilitas compensetur, quando in sequenti anno colonus percipiat fructus, qui deducto semine, & expensis, aquiualeant quantitati quinquagima librarum, quia tunc viginti, qua supersunt vltra triginta libras, & ita vltra pensionem conuentam, adiunctis decem perceptis in primo anno sterilitatis, constituunt triginta, qua erant soluenda in primo anno.

21 Exceptio remissionis ob sterilitatem, vel ob læsionem, seu incursus bannitorum, si ante petitam executionem fuisset probata, cum non requirat altiorem indaginem, facit cessare omnem virtutem obligationis Cameralis, seu contractus garentigij, secus si non fuisset probata ante petitam executionem. Ita Zachi. *de obligat. Cameralis quæst.* 18. *num.* 12. Rota *apud eundem decis.* 105. *num.* 3. ibi. *Iniustitia vere talis decreti satis deducebatur ex eo quia fuit exceptum de remissione pensionis propter maxima damna passa à conductoribus cassalium per incursus bannitorum, vt deponit tertius testis, & alij concordantes tam super articulis, quam iuxta interrogatoria, quo casu absque difficultate fit remissio pensionis. Alex. cons.* 28. *num.* 10. *lib.* 1. *Caputaq. decis.* 1. *lib.* 2. *in manuscriptis. Ex causa enim bannitorum in loco conductionis morantium contingit sterilitas fructuum, & propter sterilitatem fieri pensionis remissionem Pontificio & Cæsareo Iure constitutum est cap. propter sterilitatem, de locato, l. licèt, l. merces,*
22 *§. vis maior. ff. locati. Non obstat renunciatio de non petenda remissione ex quauis causa, quia non procedit in causis insolitis, prout in casu de quo agitur, Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum, num.* 3. *in fine. ff. si quis caut. Bald. cons.* 19. *lib.* 1. *Corn. consil.* 23. *num.* 13. *lib.* 2. *Purpur. consil.* 467. *num.* 17. *Natt. cons.* 256. *num.* 5. *Neque obstat quod exceptio remissionis pensionis cum sit altioris indaginis non impediat executionem obligationis Camer. quia dicitur altioris indaginis quando ante executionem petitam non fuit probatus ductus incursus bannitorum, & damno per eos illata, sicus verò quando est probatus, prout in hac causa, quandoque domini conductores satis probauerunt magnum numerum bannitorum in dictis cosalibus damna passa in fructibus, & ideo cum huiusmodi exceptio non dicatur altioris indaginis, & sit probata, nullo iure prohibetur quin faciat cessare omnem virtutem obligationis Cameralis, &c.*

23 Sic similiter læsionis enormissimæ exceptio impedit executionem cameralem, si altiorem indaginem non requirat Galles. *de obligat. Camer. part.* 4. *quæst.* 1. *numer.* 17. Rota *apud Zachiam in fine dicti tractat. de obligat. Camer. decis.* 110. *num.* 4. *& de-*
24 *cis.* 148. *num.* 5. Et quod durante tempore ad allegandas exceptiones possit opponi exceptio proueniens ex *d. l.* 2. *C. de rescind. vendit.* tenent Didac. Perez *in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin. fol. mihi* 631. *vers. vtrum autem durante tempore.* Azeued. *l.* 2. *num.* 158. *tit.* 21. *lib.* 4. *noua recopilat.* Et etiam quæcumque aliæ legitimæ exceptiones in Regno Castellæ intra decem dies probatæ admittuntur, quia per *l.* 1. *&* 2.
25 *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* non remouentur exceptiones legitimæ, sed solummodo friuolæ; ita reprobato Auendaño resoluunt Suarez de Paz *in practic. p.* 4. *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 34. *fol.* 121. Gutier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 121. Rodriguez *de execut. cap.* 6. *à num.* 2. & stante simili Cathaloniæ statuto Ripoll *variarum resolutionum, cap.* 14. *& vlt. num.* 136. *cum multis sequentibus.*

Ex quibus visum fuit conductori succurrendum, 26
& tanto magis, quia locatores absque debita potestate bona & res conduxerunt, stante prohibitione cum decreto irritanti ne ea locarentur, vnde conductor ipse bene poterit conductionem à se factam impugnare, quia licèt factum proprium nemo impugnare possit, *l. post mortem. ff. de adopt. l. & per fundum. ff. de seruitut. rust. prad. l. sicut. C. de action. & obligat. l. cùm à matre. C. de vendicat.* cum similibus. Nihilominus id multipliciter limitatur, & primo in nullitate actus à lege vel statuto inducta, quia tunc potest agens factum proprium impugnare, Alexand. *consil.* 103. *num.* 9. *vol.* 2. Menoch. *consil.* 89. *num.* 87. Surd. *consil.* 284. *num.* 12. Secundò quando actus est nullus ipso iure, *l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib.* 11. *l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanct. Eccles.* Crauet. *consil.* 175. *num.* 6. Natt. *cons.* 198. *num.* 24. Verall. *decis.* 170. *num.* 6. *cum seq. p.* 3. Mari. Antonin. *variarum resolut. lib.* 1. *resolut.* 5. *num.* 23. Grammat. *decis.* 12. *num.* 14. *& decis.* 79. *num.* 3. Tertiò quando actus annullatur fauore publico, Bart. *in l. post mortem, in princip. ff. de adopt. & in l. si quis pro eo, num.* 7. *ff. de fideiuss.* Menoch. *consil.* 89. *num.* 85. Surd. *consil.* 284. *num.* 1. Quartò quando actus est in fraudem legis resistentis. Cephal. *cons.* 393. *num.* 110. *vol.* 3. Surd. *consil.* 284. *num.* 10. quæ omnes limitationes verificantur in casu proposito.

Deinde eo amplius conductio impugnabatur, 27
quia locatores defecerunt in adimplemento eorum, quæ promiserant, vnde quocunque facto proprio, vel alterius id eueniat, non poterit ad locationis executionem deueniri. *l. qui insulam* 30. *l. si fundus, l. hac distinctio. ff. locati. §. penult. Instit. eod. l. Hispan.* 21. *&* 22. *tit.* 8. *part.* 5. Ancharan. *cons.* 114. Menochius *consil.* 27. *num.* 34. Alexand. *consil.* 107. Mastrill. *Sicil. decis.* 199. *num.* 18. Surd. Boët. & alij, quos refert & sequitur Castill. *controuers. lib.* 3. *cap.* 3.
num 18. Ratio est, quia causa finalis obligationis 28
consistit in libero rei locatæ vsu, qui si deficiat, locator non habet in quo actionem suam fundare possit, cum in huiusmodi contractibus & promissionibus ante adimplementum non oritur obligatio, quia sunt conditionalia, *si tu implaueris ex parte tua, d. l. ex conducto. §. si quis vinum. ff. locati*, Natt. *consil.* 610. *num.* 12. Menoch. *cons.* 671. *num.* 4 Surd. *cons.* 400. *num.* 6. Mascard. *de probat. conclus.* 1393. *n.* 30. Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.* 2. *num.* 6. *&* 7. Castill. *d. cap* 3. *num.* 4.

Qui enim in contractibus reciprocis, prius exe- 29
qui prætendit, debet ostendere se adimpleuisse ex parte sua. *l. Iulianus. §. offerri ff. de action. empti, l. quaero* 57. *§. inter locatorem. ff. locati, l. filia licet. C. de collat.* Ioann. Baptist. Caccialup. *in tract. de transact. quæst.* 14. *num.* 4. Cauakan. *decis.* 70. *aliàs* 25. *de contractib. num.* 34. *p.* 2. Decian. *consil.* 60. *num.* 44. *lib.* 2. quod in quocunque paruo adimplemento locum habet, Cagnol. *in l. si quis maior. quæst.* 20. *C. de transact.* Beroi. *cons.* 15. *num.* 14. *lib.* 3. Roland. *consil.* 69. *num.* 41. *lib.* 4. Adeo quòd defectus vnius nummi sufficit vt dicatur implementum defuisse, & vt actor obtinere non possit, vt cum Ias. *in authent. qui rem, num.* 16. *C. de sacrosanct.* *Eccles.*

Eccles. Roman. Alexand. Menoch. & aliis probant Morla *in emporio Iuris ciuilis tit. 5. quæst. 3. num. 25.* Marescot. *variarum resolutionum lib. 1. cap. 88. num. 4.*

31 Et quamuis in venditione, & aliis contractibus primo vsu etiam momentaneo quis censeatur tradidisse, & esse liberatus, tamen in contractu locationis & conductionis locator non dicitur tradidisse nisi pro eo tempore, quo conductori frui licuit, quia vniuersa substantia eius contractus in eo versatur vt liceat conductori vti, quòd est factum successiuum, aliàs poterit retinere pretium, aut à contractu resilire. Ita Bart. *in l. si quis domum, num. 1. ff. locati*, Franc. Becc. *consil. 45. num. 19.* Surdus *decis. 326. num. 17. & consil. 400. num. 6.* Cephal. *consil. 117. num. 1.* Gregor. XV. *decis. 235. num. 1. & 2.* relati à Castill. *d. cap. 3. num. 9.*

32 Denique nihil inconuenit quòd impedimenta aliqua conductori præstarentur per aliquos Regios ministros, & non per ipsum Regem locatorem, quia poterat Rex prouidere ne vis fieret conductori, & sic tenetur ad damna & interesse resultantia ex facto suorum officialium, ex text. *in l. si in lege 24. §. colonus in fine, & l. si fundus 33. ff. locati*, ibi. *Nam etsi colonus tuus fundo frui à te, aut ab eo prohibetur, quem tu prohibere ne id faciat, posses, tantum ei præstabis, quanti eius interfuerit frui, in quo etiam lucrum eius continebitur*, &c. *l. Hispan. 21. tit. 8. part. 5.* ibi. *E porende dezimos que si los señores destas cosas, o otro aquien ellos lo podiesse vedar embargassen en alguna manera a los que las tibieren arrendadas, que non pudiessien vsar, ni aprouecharse dellas, que les deuen pechar todos los daños y los menoscaboe que venieren por tal razon como esta; e aun deuenles pechar de mas desto las ganancias que pudieran auer fecho en aquellas cosas que tenian arrendadas, si non ge las ouiessen ellos embargado*, &c.
33 & ibi Gregor. *gloss. 1.* ibi. *Veluti si erant famuli, vel serui, vel subditi locatoris, l. seruus. ff. de action. & obligat. l. non videtur. § qui iussu. ff. de regulis iuris*, vbi gloss. & per Ioan. Andr. *in cap. proposuit, de concess. præbend.* vbi & Abb. *penult. col.* *Et si posset prouidere ne vis fieret colono si non fecit, tenetur ad totale interesse, vt hic, & in l. si fundus, cum l. seq. ff. eod.* & per Bart. *in l. si vno. §. item cùm quidam. versic. tertio casu principali. ff. eodem*, &c. optimè Cabed. *decis. 80. num. 9. & 11. p. 2.* vbi quòd
34 in omni materia Rex tenetur in solidum ad damna & interesse resultantia ex facto suorum officialium, siue de mandato Regis fiant, siue sine mandato, dum tamen ipse prohibere potuerit, & non prohibuerit, imò per illum steterit, ex Bart. *in l. ne quid, num. 2. ff. de incend. ruina, & naufrag.* Dec. *in l. 3. num. 8. C. de pact.* Grammat. *decis. 47. num. 1.* Menoch. *de recuperand. remed. 1. num. 42.* Vel si versum est in vtilitatem Regis patrimonij *cap. 1.* vbi Doctores, *de restit. spoliat.* vbi notat Abb. *nol. 1.* & Beroi. *num. 4.* Paul. Paris. *cons. 423. p. 1.* Cabed. *d. decis. 80. num. 2. cum sequentib. ex d. l. si fundus. ff. locati*, iuncta *l. ciuitas ff. si certum*
35 *pet.* vbi per scribentes: quia officiales Regis in tangentibus officium suum, censentur quasi quidam institores, vt dicit Petr. Cortal. per text. ibi *in l. fin. ff de instit. action.* & plenius idem *in l. 1. §. est autem. ff. eod.* asserens ita iudicatum fuisse in Curia Parisiensi, tradit latè Socin. *consil. 144. colum. 2. & 3. vol. 2.* Facit item ratio text. *in l. 1. §. 1. ff. nautæ, caup.* quod debet imputari domino qui tales homines negotio præposuit, qui conditiones contractui appositas non adimpleuerunt. *l. 1. in princip. & in §. familiæ, & in l. 3.* ibi, *quin debes bonos seruos ad hoc ministerium eligere, ff. de public. §. vlt. Institut. de obligat. quæ ex quasi delicto.* Item quia quando familiares delinquunt in 36
officio, seu ministerio, in quo dominus familiæ eorum opera vtitur; tunc ex eo casu dominus suo nomine, & in solidum tenetur, ex doctrina Bart. *in l. ne quid. ff. de incend. ruina, & naufrag. & in l. 1. in fine. ff. furti aduersus naut. l. debet, in princip. ff. nautæ, caup. l. ex maleficijs in fine. ff. de action. & obligat.* Et ratio secundùm com- 37
muniter scribentes est, quia dominus videtur in culpa officiales huiusmodi eligendo, & eorum opera in tali officio vtendo, *l. videamus, in princip. ff. de publiciana*, Abb. & Beroi. *in d. cap. 1. num. 41.* quæ fundamenta refert Cabed. *d. decis. 8. num. 5. & 6.*

Quare, &c.

Hispalen. Cambiorum.

Cambia & recambia, seu interesse quando data mora debeantur creditori?

VOTVM LXIII.

1. *Cambium siccum, & cambium reale quod dicatur, ostenditur.*
2. *Pecunia verè & realiter debent accipi ad cambium ex ipsamet causa post lapsum diei præstituta ad soluendum.*
3. *Debitor non constituitur morosus, nec tenetur ad cambia, nisi creditor illi protestetur se velle accipere illas pecunias ad cambium, & de facto eas receperit.*
4. *Pactum quod interesse debeatur etiam mora cessante non valet.*
5. *Cambia sua natura valde sunt onerosa.*
6. *Mora incursa non dicitur vt cambia, & interesse debeantur, si creditor tempore destinato solutionis non aderat, nec procuratorem constituerat in loco vbi solutio facienda erat.*
7. *Cambia sunt vsuraria si verè & realiter litteræ transmissæ non fuerint cum debitis circunstantijs.*
8. *Assertioni partium non est standum in prohibitis.*
9. *Cambia nunquam sunt conformia.*
10. *Interesse certum pro tempore futuro nunquam taxari nequit.*
11. *Interesse lucri cessantis nunquam debetur, nisi lucrum illud sit in potentia proxima, & quasi certum.*
12. *Pecunia sub vsuris non sufficit simpliciter capi data mora.*

13. *Interesse vt licitè poßit concedi non solum probanda est negotiatio de tempore mora, sed etiam quod lucrum vere & realiter cessauerit.*

PROMISERAT Franciscus soluere Ioanni certam pecuniarum summam sub certa die, eo pacto adiecto quod si pecuniæ die præfixa solutæ non fuerint, liceret Ioanni creditori eas ad cambium accipere sub vsuris; dubitatum fuit an Franciscus huiusmodi vsuras cambium, & recambium deberet nulla prius ei facta denunciatione, seo intimatione, de pecuniis cum effectu ad cambium & recambium accipiendis? In quo dubio pro veritate consultus censui negatiuè, motus his potissimum rationibus.

1 Prima, quia stante solo prædicto pacto cambium illud siccum, & non reale est, cum Ioannes litteras non miserit, periculum aliquod passus non fuerit, nec pecunias ad cambium acceperit, Mandos. *in addit. ad Roman. consil.* 38. *littera K, sub num.* 9. vbi dicit cambium illicitum, & vsurarium, Caualcan. *p.* 2. *de contractib. decis.* 2. *num.* 16. Peregrin. *consil.* 85. *num.* 8. *volum.* 3. Scaccia *de commercijs, quæst.* 7. *p.* 2. §. 1. *ampliat.* 8. Antonin. de Amato *variar. cap.* 27. *num.* 18. Rota apud Duran. *decis.* 32. *num.* 21. Rota *decis.* 775. *num.* 1. apud Farinac. *in nouissimis nouiss. aliàs p.* 4. *diuers.* vbi fuit dictum facultatem concessam creditoribus accipiendi pecunias debitas per quendam Constantinum ad cambium, & recambium vsque ad iotegralem solutionem debiti, non sufficere nisi concurrant alia requisita, & sic quod verè & realiter pecuniæ prædictæ fuerint ad cambium & recambium ex ipsamet causa expressim acceptæ, quodque fuerit debitor ipse de prædictis certioratus; idem cum multis validissimis fundamentis tenent Franc. Becci. *consil.* 213. *ferè per tot. præcipuè num.* 52. *cum seqq.* Peguera *decis.* 33. *per totum, maximè num.* 4. Ioan. Franc. del Castillo *decis.* 112. *per totam, præcipuè num.* 22. 29. & 33. qui omnes plura io proposito cumulant, & ferè innumeros ad id probandum congerunt Doctores. Et in dubio & iuxta consuetum stylum mercatorum de facili præsumuntur cambia ficta & sicca, Seraph. *decis.* 946. *num.* 4. vbi *num.* 1. subdit cambia præsumi suspecta quando de eis nec per litteras cambij, nec per librorum mercantiliter tentorum partitas doceatur.

2 Secunda, quia vlteriùs requirebatur quòd propter non factam restitutionem Ioannes creditor acceperit pecunias ad cambium post lapsum diei præstitutæ ad soluendum, quia poterat esse quod acceperit pecunias ad cambium ob alias causas, ita Rota apud Marches. *de commissionib. p.* 1. *pag.* 875. *num.* 1. *in* 2. *edit.*

3 Tertia, quia Franciscus non potuit morosus, ac cambiorum debitor constitui nisi priùs Ioannes ei protestatus fuisset, ac per suas litteras denuntiasset velle accipere illas pecunias ad cambium, & de facto eas receperit, Mohedan. *decis.* 3. *de renunt.* Anchatan. *consil.* 376. *sub num.* 2. August. Beroi. *consil.* 194. *num.* 33. *lib.* 1. Mich. Salon *in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 78. *art.* 2. *controuers.* 8. *sub num.* 17. *versic. fanet, folio* 252. *tomo* 2. Rota *d. decis.* 775. *sub num.* 1. Mora enim sine ioterpellatione non committitur, *l. mora. ff. de vsuris, l. nulla. ff. de regulis iuris*, Thoming. *consil.* 38. *num.* 83. *vol.* 1. Cephal. *consil.* 618. *num.* 36. & *consil.* 645. *num.* 71. Turret. *cons.* 43. *num.* 9. & *consil.* 76. *num.* 1. *vol.* 3. Ana *consil.* 95. *num.* 11. Bardelon. *consil.* 71. *num.* 4. & *consil.* 86. *num.* 2. Aldouin. *consil.* 52. *num.* 15. Afflict. *decis.* 316. Osasch. *decis.* 12. Barz. *decis.* 108. *num.* 3. Raudens. *decis.* 17. *num.* 17. & 19. Surdus *decis.* 240. *num.* 8. Rota Genueos. *decis.* 68. *num.* 1. Mascard. *de probationib. conclus.* 935. *num.* 3. & *conclus.* 1067. *num.* 8. & 25. Seraphin. *de iuramento. priuileg.* 48. *num.* 8. Aloys. Ricc. *collect.* 1190. Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. litt. I. conclus.* 325. *num.* 1. & *conclus.* 326. in terminis Sigismund. Scacc. *de cambijs & commercijs*, §. 1. *quæst.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 249. ibi. *Confirmatur primò hoc tertium requisitum quia quando credendum esset fore vt debitor morosus, puta mutuatarius monitus soluat debitum cum suo minori sumptu, creditor puta mutuator teneretur illum monere se accepturum esse pecunias sub vsuris, si illum commodè monere possit*, Molin. *de iustitia tomo* 2. *de contractib. disput.* 315. *versic. illud est ibi quando item col.* 273. & *ratio potest esse tum quia quod nobis non nocet, & alteri prodest, est agendum: sed hac denunciatio creditori non nocet, & debitori prodest, vt dixi, ergo: tum quia hoc ipso quod creditori data esset facultas à debitore, vel à lege, vt posset pecunias sub vsuris accipere nomine ipsius debitoris, videretur in hoc procurator ipsius debitoris, sed procurator debet vtiliter gerere negotium domini, ergo tenetur prius requirere ipsum debitorem an vellet soluere*, &c.

Et hoc adeò procedit vt pactum quod ioter- 4
esse debeatur, etiam mora cessante, non valeat,
Aretin. *consil.* 151. *col. fin. versic. ad secundum dubium*,
Rota *d. decis.* 771. *num.* 3. *versic. & interpellatione*,
vbi valde iniquum iudicatur quod vno, eodémque tempore quis obligetur, & constituatur in mo- 5
ra, maximè in cambiis, quæ sua natura valde sunt onerosa, optimè Stephanus Gratian. *disceptationum forensium, cap.* 987. *num.* 13. & 17. vbi requirit ad hoc vt sint debiti fructus fructuum, & interesse de interesse, & vsoræ vsurarum vt in fine cuiuslibet anni creditor præuia citatione suam pecuniam repetat, & realiter cupiat sibi reddi à suo debitore non solum talem pecuniam, sed etiam interesse hucusque decursum ratione eiusdem pecuniæ non solutæ; nam si ista interpellatio non fiat in fine cuiuslibet anni, seu semestris, in quo solutiones maturantur, nullum interesse de ioteresse debetur, neqoe vsura vsurarum, aot fructus fructuum.

Quarta, quia Ioannes creditor tempore destina- 6
tæ solutionis non aderat, nec constituerat procuratorem in loco vbi solotio erat facienda, quia tunc non dicitur incursa mora vt cambia & interesse debeantur, *l. pecunia* 9. §. *vsurarum, versic. si tamen. ff. de vsur.* ibi, *si tamen post mortem creditoris nemo fuit, cui pecunia solueretur, eius temporis inculpatam esse moram constituit*, &c. Bart. *in l. item illa, num.* 11. *ff. de constit. pecun.* vbi Castrens. *num.* 8. & 13. Angel. *num.* 4. Plot. *in l. si quando, num.* 182. *C. vnde vi*, Tiraquell. *de retractu lign.* §. 15. *gloss.* 2. *num.* 10. Afflict. *decis.* 316. *num.* 2. Couarr. *practicar. cap.* 10. *num.* 4. Bertazol. *de instrument. clausul.* 41. *gloss.* 4. *num.* 6. Corbol. *tit. ob non sol. canon. limitat.* 15. *num.* 3. Roland. *consil.* 57. & *consil.* 87. *num.* 20. *vol.* 1. Ann. *consil* 95. *num.* 10. Barz. *decis.* 111. *num.* 8. Anton. Sola *ad decret. Sabaudiæ tit. de consib. gloss.* 1. *p.* 4. *num.* 2. Dec. *consil.* 566. *num.* 4. Mohed. *decis.* 15. *aliàs* 307. *sub tit. de locato*, Alexand. *consil.* 210. *lib.* 6. Crauet. *consil.* 648. *num* 2. Menoch. *consil.* 1153. *num.* 27. Stephanus Gratian. *disceptationum forensium, cap.* 42. *num.* 20. 21. & 43.

Quinta, quia prædictus Ioannes creditor de se 7
asseruit

asseruit pecunias prædictas fuisse sumptas ad cambium, ob non factam restitutionem tempore debito, quæ declaratio non suffragatur, etiamsi ex partium conuentione fuerit statutum quod præfati Ioannis assertioni crederetur; in prohibitis enim non statur partium ipsarum confessioni, cum non sit obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, cúmque interesse cambiorum ad sui valorem & iustitiam requirant quod verè & realiter fuerint transmissæ litteræ cum debitis circunstantiis, vt supra dictum est, aliàs cambia sunt vsuraria, & nulla, Rota apud Marchesan. *de commiss. p.1. pag. 875. decis. 52. num.3.* Caualcan. *d. decis. 2. num.31. & 32.* eadem Rota *d. decis.775. num. 2.* vbi
8 idem dicit quòd in prohibitis non est standum assertioni partium, ne sit in eorum potestate facere licitum quod aliàs illicitum est; quia plurimum Christianæ Reipubl. conducit ne hoc modo aperiatur via fraudibus, & vsurariæ prauitati, & subdit quod non sufficit quod creditor ostendat se pecunias accepisse ad cambium, stante pacto, de quo supra, sed constare debet à quibus illas acceperit creditor, & an necessitate coactus, & quo tempore, & quantum persoluerit, dummodo cambium fuerit licitum & factum iuxta concessionem Pij IV. & Pij V. iuuat *l. Hispan. 13. tit.18. lib. 5.*
9 *noua recopilat.* Cambia enim, vt experientia docet, nunquam sunt vniformia, modo plus, modo minus, nonnunquam nihil lucri, quandoque etiam
10 damnum afferunt, & ideo interesse pro tempore futuro certum ab initio taxari nequit, Rota *decis.315. num 6. p.2. diuers.* Peregrin. *consil.85. num.8. lib. 3.*
11 Hinc prouenit vt interesse lucri cessantis nunquam debeatur, nisi lucrum illud sit in potentia proxima, & quasi certum, Franc. Becc. *consil.213. num.11. p.2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.67.*
12 *à num. 9.* vbi *num.17.* asserit quòd non sufficit simpliciter capi pecuniam sub vsuris data mora, sed deberet extare necessitas capiendi, quia deficiente, & non probato quod sua interesat ita sub vsuris accipere propter aliquod periculum imminens, debitor non tenebitur resistere illas vsuras, cùm non dicatur pati damnum accipiendo sub vsuris pecuniam nulla impellente necessitate, & potius dicitur damnum affectatum, quod non producit actionem contra debitorem, & *cap.829. num.1. cum seqq. & cap.987.*
13 *num. 22.* vbi post multos quos refert, resoluit quòd ad hoc vt illud interesse possit licitè concedi non solum probanda est negotiatio de tempore moræ, sed etiam quod lucrum verè & realiter cessauerit, non autem fictè, aut simulate, & quod idem lucrum cessans sit in potentia proxima & probabili, quod videlicet mercator habuerit præ manibus res, quibus emptis tantum superlucratus fuisset, quas emere non potuit ob moram debitoris non soluentis sibi suum creditum.

Quare, *&c.*

Compostellana alimentorum.

Alimenta contemplatione matrimonij permissa, dissoluto matrimonio non debentur.

VOTVM LXIV.

1. *Socer & socrus vicem parentum obtinent.*
2. *Paria sunt affinitatem non adesse, vel esse dissolutam.*
3. *Matrimonium est causa finalis fiendæ promissionis si illa fiat in capitulis matrimonialibus.*
4. *Matrimonium attenditur cuius contemplatione alimenta promissa fuerunt.*
5. *Factum nunquam consideratur, sed attenditur cuius contemplatione factum fuit.*
6. *Causa si perimitur effectus tollitur.*
7. *Matrimonio dissoluto cessant effectus, qui eius contemplatione inducebantur.*
8. *Alimenta quando relicta sunt ob causam cessant quamprimum cessat causa propter quam relicta sunt.*
9. *Alimenta filia & genero pater promittens simpliciter, censetur promittere dum matrimonium constiterit.*
10. *Alimentorum promissio durat tantum alimentati vita durante.*
11. *Alimentorum promissio semper habet subintellectam clausulam,* rebus sic stantibus.
12. *Alimenta semper variationi & alterationi subiecta manent.*
13. *Contrahens cum hærede videtur intuitu qualitatis hæreditariæ contraxisse.*
14. *Legato vsusfructus finito, finitur onus ei iniunctum.*
15. *Vxor est alenda à viro si dotem promissam non soluit, etiam in vna parte.*
16. *Maritus sine dote vxorem non recipit.*
17. *Vxor indotata spernitur à viro.*
18. *Promissio facta contemplatione alicuius certi emolumenti, ipso cassato non tenet.*
19. *Promissio euanescit cessante causa propter quam finaliter facta fuit.*
20. *Onera ratione bonorum debita, bonis diminutis, vel extinctis, diminuuntur, vel extinguuntur.*
21. *Ecclesia facultatibus diminutis, onera diminui debent.*
22. *Locator acceptans debitum ex locatione soluendum non tenetur soluere si locatio cesset.*
23. *Obligatio soluendi cessare debet, cessante possidendi causa.*


ROMISERAT Petrus eius socrui 1
in capitulis matrimonialibus se illi alimenta subministraturum, quæsitum fuit apud me an vxore mortua, & dissoluta per eius mortem affinitate, socrui promissa alimenta debeantur? Et breuiter respondi illa non deberi, nam licèt socer & socrus vicem parentum obtineant. *l. quia parentes.*

ff. soluto matrim. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 39. num. 8.* Farinac. *in praxi crimin. p. 2. quæst. 54. num. 11. in princ.*
2 nihilominus dissoluta affinitate cessat causa affectionis, quia paria sunt affinitatem non adesse, vel esse dissolutam, Alberic. *in tract. de testib. p. 1. cap. 1. num. 56.* Farinac. *d. quæst. 54. num. 32.* proindéque de iure communi non teneri Petrum socrui alimenta præstare vxore mortua, & sic affinitate dissoluta, resoluit Ioan. Vincent. Anna *allegat. 33. num. 16. cum seqq. p. 1.*

3 Nec ratione promissionis potest obligari dictus Petrus, quia cùm illa facta esset in capitulis matrimonialibus, bene sequitur matrimonium fuisse causam finalem fiendæ promissionis, Fontanel. *de pactis nuptialib. tomo 2. clausul. 13. gloss. vnic. num. 7.* Molin. *de ritu nuptiar. p. 2. lib. 3. quæst. 2. num. 60. & 61.* subdens quòd huiusmodi promissiones, quæ fiunt in contractu matrimonij, vestiuntur ab eo,
4 quia ipsi adhærent. Vnde bene infertur quòd ad alimentorum huiusmodi durationem non attenditur persona socrus, sed ipsum matrimonium, cuius contemplatione promissa fuerunt, argum. *l. seruo legato 72. §. si testator.* & ibi Bart. *ff. de legat. 1. l. fideicommissa 11. §. cùm esset, & §. interdum. ff. de legat. 3.* ibi. *Multum autem interesse arbitror, cui voluerit prospectum, cuiusque contemplatione testator fecerit, &c. l. post legatum. §. amittere. ff. de his, quibus vt indign.* ibi. *Sed hoc legatum quod tutori denegatur, non ad fiscum transfertur, sed filio relinquitur, cuius vtilitates desertæ sunt, l. sed si plures. §. in arrogato*, & ibi latè scribentes, *ff. de vulgari, l. si defunctus. C. de suis, & legitim. hæred.* exornant Paul. de Castro *consil. 187. Notandum est, volum. 2.* latè Surd. *consil. 445. num. 20. & 21.* Valenzuel. *consil. 13. num. 19. tom. 1.* Cabed. *Lusitan. decis. 167. num. 2. versic. contigit, &*
5 *num. 3. & 4. p. 1.* Quibus proximum est, quòd nunquam factum consideratur, sed attenditur cuius contemplatione factum extitit, *l. si paterfamilias 15. §. qui duos. ff. de adopt.* ibi, *facit enim non quasi auus, &c.* vbi Bald. *num. 4.* sequuntur Deci. *consil. 278. Placet mihi, num. 2. col. 2. versic. vlterius, cum seqq. tom. 1.* Crauet. *d. consil. 231. num. 16. statim post princip.*

6 Et facit vulgaris regula quòd si causa perimitur, effectus tollitur, *l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. cap. cum cessante, de appellat.* de qua latè per Tiraquell. *in tract. cessante causa, num. 11. cum seqq.* & ex ea sic ferè in terminis arguit Ias. *consil. 149. Circa primum, num. 4. lib. 4.* Dec. *consil. 177. num. 2. tom. 1.* pulchrè Bald. *in l. 1. in addit. ff. de offic. eius,* Menoch. *consil. 19. num. 24. cum seqq. lib. 1.* Et ideo
7 dissoluto matrimonio cessant effectus, qui eius contemplatione inducebantur, Oldrad. *consil. 151.* & in pulchro casu Rouit. *consil. 15. num. 9. & 10. lib. 2.* Theodor. *allegat. 41. num. 11.* & quando ali-
8 menta relicta sunt ob causam, cessant quamprimum cessat causa propter quam relicta sunt, *l. Seio amico in princip. ff. de ann. leg.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 5. num. 1.*

9 Ex quibus in terminis propositæ quæstionis Lara *in l. si quis à liberis §. non tantùm, num. 63. in fine, & num. 65. ff. de liber. agnoscénd.* & Franc. Hieron. Leo *Valent. decis. 195. num. 20. tom. 2.* resoluunt patrem filiæ & genero alimenta promittentem simpliciter, censeri promittere dum matrimonium constiterit, quia verisimile est promittentem simpliciter alimenta intentionem habuisse vt præstarentur, donec matrimonium constaret. Nec contradicunt Grammat. *decis. 101. num. 56.* & Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 3. num. 14. & 15.* dum per text. *in l. cum hi. §. modus. ff. de transact.* ibi, *constat enim alimenta cum vita finiri, &c.* tenent quòd quando quis promittit genero & filiæ alimenta, licèt non declararetur pro quo tempore, tamen intelligitur eorum vita durante, quia solum dicunt promissionem præstandi alimenta non extendi vltra vitam alimentarij, non tamen negant intentionem soceri promittentis alere generum fuisse vt alimenta præstarentur, donec matrimonium constaret, & non amplius; hæc enim fuit causa præstandi alimenta, quia durabat matrimonium, quo soluto, & sic cessante causa, cessare debet promissio, *l. Firmio 26. §. fin. in fine. ff. quando dies leg. ced.* ibi. *Cæterùm si pecuniam annuam pater alimentis filij destinasset, non dubiè, persona deficiente, causa præstandi videtur extincta, &c.* bene Franc. Hieron. Leo *d. decis. 195. num. 20. in fine.*

Hinc, vt suprà vidimus, alimentorum promissio 10
durat tantum alimentarij vita durante, & tamen potest etiam eo viuente cessare, si causa, cuius contemplatione promissio facta fuit, cesset, ex *l. illa libertis 83. ff. de condit. & demonstrat.* vbi Iureconsultus dicit quòd mortuo filio cessat legatum alimentorum, quia cessat causa finalis propter quam
motus fuit testator ad faciendum tale legatum ali- 11
mentorum; quia alimentorum promissio semper habet subintellectam clausulam, *rebus sic stantibus*, & in eodem statu manentibus, *cap. quemadmodum. de iureiurand. l. quæro. §. inter locatorem ff. locati*, & in puncto in præstationibus alimentorum, ita arguit Ramon. *consil. 2. num. 9.* & tangit Surdus *cons. 445. num. 35.*

Illa enim siue concedantur per sententiam, siue 12
promittantur contractu, aut testamento, semper variationi, & alterationi subiecta manent, vt in illis, quot sententia debentur, probat text. *in l. ius alimentorum. §. fin. ff. vbi pupill. educ. valeat,* Cardinal. Mantic. *decis. 331.* Castill. *controuers. tomo 3. cap. 27. num. 10. cum sequentib.* Fontanel. *de pactis nuptialib. tomo 2. clausul. 6 gloss. 2. p. 3. num. 73. pagina 402.* Et in promissis per contractum Rot. apud Farinac. *decis. 224. p. 2. recentior* & in legatis, text. *in l. si cum præfinitione 20. ff. quando dies leg. cedat*, quam Bartolus notat ibi pro singulari.

Facit deinde, quia contrahens cum hærede vi- 13
detur innitu qualitatis hæreditariæ contraxisse, *l. si proponas, §. 1. ff. de inofficioso testamento.* Surdus *de alimentis, tit. 9. quæst. 30. num. 20. versic. quinto facit.*

Sic onus iniunctum vsufructuario alimentandi 14
finito vsufructu per mortem in hæredes eius non continuatur obligatio præstandi alimenta, quia legatum alimentorum est onus adiectum legato vsufructus, ideo finito legato vsufructus, finitur onus iniunctum, Alexand. *in l. 1. num. 3.* & *ibi* Salicet. *C. de legat.* Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, num. 238.* Peregrin. *de iure fisci lib. 5. num. 123.* Surdus *de alimentis, tit. 5. quæst. 1. ex num. 18.*

Hinc vxor non est alenda à viro si dotem pro- 15
missam resoluit, quia cessat causa ob quam matrimonium fuit contractum, Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 7.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 5. num. 2.* quod procedit licèt vnam partem dotis soluerit, dummodo aliam retinuerit, Bald. *in l. insulam. §. vsuras. ff. soluto matrimon.* Palat. Rub. *in repetit. cap. per vestras, notab. 3. num. 2. & hoc non solum*, Surd. *d. quæst. 17. num. 3.* Et etiam locum habet quamuis integram, sed incertam tamen dotem maritus habuerit, si de

euictione

euictione agete non possit, Nouell. *de dote p.7. priui-*
16 *leg. 42. ad fin.* quia vetosimiliter maritus sine dote
vxorem non reciperet, *l. fin. § si à socero. ff. qua in*
fraud. cred. l. purè. §. fin. ff. de doli mali, & met. except.
17 Nec vxor libentet nubit sine dote, quia indotata
spernitur à viro. *l fin. C. ad Velleian.* Surd. *de aliment.*
*tit.7. quæst.*20. vbi latè disputat, & *num.*18. *&* 19. re-
manet cum hac opinione.

18 Hinc etiam promissio facta contemplatione ali-
cuius certi emolumenti, ipso cassato non tenet,
Barr. *per text. ibi in l. cùm quis decedens. §. 1. ff. de*
*legat.*3. Paul. de Castro *consil.*319. *Visis & conside-*
ratis, num. 2. ante med. versic. ipsis ergo redeuntibus,
quem sequitur Cardioal. Tusch. *tom. 1. littera C. con-*
19 *clus.*102. *num.* 34. nam cessante causa propter quam
finaliter facta fuit promissio, ipsa quoque promissio
euanescit, Roman. *conf.*417. *n.*1. *ad med. & conf.*503.
*num.*7. *cum seqq.*

20 Et eadem tarione onera ratione bonorum de-
bita, bonis diminutis vel extinctis, diminuuntur,
vel extinguuntur, *l. 2. C. de alluuionib. l. si merces.*
§. vis maior. ff. locati, l. cura. §. deficientium. ff. de mu-
ner. & honor. l. forma. §. illud ff. de censib. Roman.
21 *consil.*369. *num.*25. *&* 26. vbi propterea infert quòd
diminutis Ecclesiæ facultatibus, onera diminui de-
bent, cùm & suffragia cessent, prout tradit Perez
de Lara *de anniuers. & capellan. lib.*1. *cap.*15. *num.*1.
cum seqq. Aluarado *de coniecturata mente defuncti*
22 *lib.* 2. *cap.* 2. *§.* 1. *num.* 37. E. confirmatut doctrina
Angeli *in l. fin. ff. de constit. pecun.* quam sequuntur
Roderic. Xuar. *ad l. post rem. §. sed pro euidentia,*
*num.*16. Marc. Anton. Eugen. *consil.*73. *lib.*1. Surd.
consil. 445. *lib.* 3. Anton. Amat. *resolut.* 21. *num.* 12.
asserentis locaturem acceptantem debitum ex loca-
tione soluendum non teneri solnere si locatio ces-
set, ea ratione, quia censetur obligatus respectu rei
locatæ.

23 Ab eo principio prouenit illud quod resoluit
Couarr. *variar. lib.*3. *cap.*7. *num.*6. *versic. hinc etiam,*
ante med. dum ait quòd tertius possessor qui ratio-
ne suæ possessionis coactus fuit recognoscere ipsum
creditorem, titulúmque nouum eidem facere, erit
obligatus reditum soluere dum fuerit eiusdem rei
possessor, quasi cessante possidendi causa, per con-
sequens cessare debeat soluendi obligatio, sequun-
tur Felician. *de censib. cap. fin. num.*7. Gutier. *de tutel.*
*p.*1. *cap.*1. *num.*24. Auendan. *de censib. cap.*99. *num.*3.
Muta *Sicil. decis.* 6. *num.*3. *&* 4. *& decis.*18. *num.*14.
& 15.

Ex quibus patet dissolnto matrimonio alimenta eius contemplatione socrui promissa eidem non deberi, & ita de iure respondeodum esse duxi.

Quare, *&c.*

Toletana maioratus.

Facultas concessa ab vxore marito instituendi maioratum, intelligitur facta iuxta viri boni arbitrium, & inter consanguineos eiusdem vxoris.

VOTVM LXV.

1. *Facti series proponitur.*
2. *Arbitrium boni viri significant verba,* prout sibi videbitur expedire.
3. *Verba qualibet reducuntur ad arbitrium boni viri, vbi tractetur de adimplemento mandati, seu commissionis aliena*
4. *Arbitrium triplex est voluntatis, rigoris, & æquitatis.*
5. *Verba omnia quantumcunque liberam voluntatem denotantia in forensi iudicio restringuntur ad limites rationis, & causæ.*
6. *Vltima voluntas in alterius arbitrium collata est nulla.*
7. *Electio sola alicuius personæ incerta inter personas certas quando confertur in liberam tertij voluntatem, talis voluntates collatio est in iure valida.*
8. *Bonorum distributio inter certas personas potest committi in liberam tertij voluntatem.*
9. *Vltima voluntas non potest conferri in alterius arbitrium dispositiuum, sed bene in distributiuum, declaratiuum, & electiuum.*
10. *Commissio ad testandum quomodo in Hispania dari possit.*
11. *Mandato ea tantum comprehenduntur quæ mandari possunt.*
12. *Arbitrium boni viri, quod est regulatum, in dubio concessum videtur.*
13. *Mandatum ab vxore marito concessum ad disponendum, intelligitur iuxta boni viri arbitrium.*
14. *Arbitrium boni viri continet id, quod est de iure, vel de consuetudine.*
15. *Arbitrium boni viri debet esse iuri & æquitati consonum.*
16. *Executores testamentarij deputati ad distribuendum, prout eis videbitur, non debent abuti potestate.*
17. *Maioratus verbum importat maioratum regularem.*
18. *Feudum simpliciter, seu in dubio præsumitur concessum iuxta propriam suam naturam.*
19. *Mandatum intelligitur secundum verisimilem mentem mandantis.*
20. *Commissarius debet sequi verisimilem mentem testantis.*
21. *Mandatum recipit interpretationem ab eo, quod consuetum est fieri.*
22. *Arbitrator poterit in laudo apponere modos congruos, & adiacentes.*
23. *Mandatum concessum procuratori ad alienandum feudum nobile, intelligitur secundum conditionem rei.*
24. *Emphyteusis concessio facta in tres generationes, cum clausula quod illis finitis, possit dominus alteri concedere pro libito voluntatis, quomodo intelligatur.*

25. *Man*

25. *Mandatum generale ad inuestiendum, & renouandum non extenditur ad insolita.*

26. *Facultas concessa patri vt possit disponere de facto inter filios prout sibi videbitur, intelligitur secundum naturam feudi.*

27. *Mater habens facultatem ad maioratum si committat patri quod ipse faciat, non dicitur voluntas captatoria.*

28. *Mandatum nunquam censetur concessum ad vtilitatem mandatarij.*

29. *Executor seu commissarius ad eligendum non potest se ipsum eligere.*

30. *Mandantis voluntati semper fauendum.*

31. *Naturali affectu præsumitur quis potius diligere suos quàm extraneos.*

32. *Maioratibus instituendis finis fundatorum est familiarum suarum conseruatio.*

33. *Maioratus extinguitur extincta familia, & eius bona allodialia remanent.*

34. *Facultate data successorem eligendi, quamuis verbis liberam facultatem denotantibus concessa sit, talis dispositio intelligenda est inter illos, qui de familia sunt.*

35. *Mandatum speciale requiritur vt quis rem suo arbitrio commissam exequatur eo modo, quo sibi placuerit, regulas iuris, & viri boni arbitrium non sequendo.*

36. *Mandatum speciale requiritur ad quodlibet arduum negotium.*

37. *Mandatum speciale requirit omnia ardua.*

38. *Argumentum ab eo quod interrogatus verisimiliter respondisset testator, valet, & ab eo quod si viuus respondisset testator.*

1 XOR quædam dum in extremis ageret, in suo vltimo, quo decessit, testamento, declarauit se velle vt ex suis bonis maioratus fundaretur, & illorum, quæ constituerat, executionem commisit eius marito, qui deinde dicto mandato vsus ex suis & vxoris bonis dictum maioratum instituit, ad fauorem filij, ac ab eo descendentium, & in eorum defectum vocauit quendam extraneum; sed moriente filio sine descendentibus, extraneus ad successionem se opposuit, & ex alia parte eundem maioratum ad se pertinere aiebat quidam ex familia, & linea dictæ vxoris. Mota lite super successione huiusmodi, & consultis pro veritate, existimaui maritum respectu bonorum vxoris suæ teneri vocare eius consanguineos, nec eidem ab vxore concessum censeri mandatum ad suos excludendos, & ad extraneos admittendos, ex sequentibus.

2 Primò, quia licèt facultas ab vxore marito concessa ad instituendum maioratum fuerit multum ampla ad vincula, & vocationes addendas, quæ sibi bene visæ fuerint, vt patet ibi, *con las clausulas, vinculos, y llamiamento que le parecieren necessaries*, &c. nihilominus illa verba; *que le pareiceren necessarios*, cui Latinè respondent, *prout sibi videbitur expedire*, significant arbitrium boni viri, *l. fideicommissaria libertas 46. in princip. ff. de fideicommiss. libert.* ibi, *si tibi videbitur, peto vt manumittas, quod accipiendum est, si tibi quasi bono viro videbitur*, &c. *l. Thais 41. §. sorore*, & ibi Bart. *ff. eod. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de legat. 3.* quæ conclusio ab omnibus recipitur, vt testatur plures referens Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 1. 2. & 8. & cons. 1069. num. 4. lib. 11.* Osasch. *decis. 111. num. 9.* Francisc. Marc. *quæst. 542. num. 7. p. 1.* Riminald. *cons. 157. num. 114. cum seqq. lib. 3.* Et in mandato docet Bart. *l. creditor. §. Lucius. ff. mandati*, Afflict. *decis. 91. num. 4.* & in commissione testatoris Corn. *consil. 173. num. 5. lib. 3.* & in potestate data executoribus testamenti, Caualcan. *decis. 36. num. 387. cum seqq. p. 2.*

Secundò, quia stante dispositione & mandato prædictis, maritus maioratum instituere debebat non iure proprio, sed iure vxoris, & tanquam in eius patrimonio. *l. pater ex prouincia. ff. de manum. vindict. l. vnum ex familia. §. 5. de falcidia*, & ibi Doctores *ff. de legat. 2.* & ideo in terminis, & vbi tractatur de adimplemento mandati, seu commissionis alienæ, quælibet verba reducuntur ad arbitrium boni viri, vt tradit Bald. *consil. 383. num. 3. volum. 3.* vbi dicit quòd aut quis habet potestatem in actu iure suo, & tunc accipitur pro libertate arbitrij, *l. ficut. C. de action. & obligat.* aut habet potestatem in actu iure alieno, id est virtute mandati, & commissionis, & tunc intelligitur de æquitate arbitrij, & *num. 5.* concludit quòd de natura mandati est appendices secum trahere, extranea verò non complecti. Idem Bald. *in cap. cùm olim nobis, num. 5. de elect.* vbi ait, quòd triplex est arbitrium, scilicet merè voluntatis, rigoris, & æquitatis, primum datur in propriis, secundum & tertium in alienis. Rebuff. *in l. liberti. ff. de verborum significat. fol. 580. versic. at verbum hoc placet*, subdens quòd in forensi iudicio omnia verba quantumuis liberam voluntatem denotantia, restringuntur ad limites rationis & causæ; quod asserit expertum vidisse in quodam executore testamenti, & paulo inferiùs *in versic. & in dubio*, addit. *Sicque omnia verba ad voluntatem alicuius collata debent intelligi de voluntate rationi consentanea, quemadmodum in dies moderari videmus. Et nullum verbum est adeo generale quin ex consideratione debitarum circumstantiarum debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere.* Oldrad. *consil. 148. numer. 7.* quod pluribus exornat Osasch. *decis. 169. num. 9. cum sequentibus.* 3

Tertiò prædicta omnia confirmantur aduertendo quod licet iure attento quælibet vltima voluntas in alterius arbitrium collata, sit nulla. *l. illa institutio 32. ff. de hæredib. instituend. l. Senatus 45. §. legatum. ff. de legat. 1. l. captatorias 70. l. illa autem institutiones 71. eodem tit. de hæredib. instit. l. captatorias 11. C. de testament. milit.* quæ licèt de captatoriis dispositionibus loquantur, quæ propriè aliud significant, vt per Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 31.* Anton. August. *lib. 4. emendat. cap. 15.* Corras. *lib. 15. miscell. cap. 13.* Conan. *lib. 10. comment. cap. 6.* Couarr. *in cap. cùm tibi, num. 2. de testamentis*, & alios relatos per Menoch. *consil. 408. num. 2. lib. 5.* omnes tamen scribentes in dictis legibus eas generaliter intelligunt de vltima voluntate in alterius arbitrium collata, latè declarat Roder,

Roder. Xuar. *de captator. volunt. n.* 1. *cum seqq.* & plures casus destinguens Menocb. *d. cons.* 408. *n.* 1. *cum seqq.* Surd. *cons.* 264. *n.* 5. *lib.* 2. & *cons.* 1380. *n.* 26. *cum seqq.* Peregr. *de fideicommiss. art.* 33. *n.* 65. & 68.

7 Verùm quando non substantia dispositionis confertur in liberam tertij voluntatem, sed sola electio alicuius personæ incertæ inter personas certas, talis voluntas collatio est in iure valida, *l. verùm* 8. §. *cùm quidam ff. de rebus dub. l. cùm quidam* 21. *l. vnum ex familia* 69. *l. cum pater* 79. §. *à filia,* & §. *hereditatem ff. de legat.* 2. *l. pater ex prouincia* 22. *ff. de manumiss. vind.* tradit Bart. *in d. l. illa institutio, in fine n.* 9. *ff. de hered. instituen.* Alex. *in d. l. captatorias C. de testam. milit. n.* 6. vbi *decis. n.* 12. Corn. *n.* 19. Roderic. Xuar. *in d. tract. de capter. volunt. num.* 6. Couar. *in cap. cum tibi n.* 11. *C. de testam.* Menoch. *d. cons.* 408. *n.* 25. & *cons.* 1054. *n.* 5. *vol.* 11. qui omnes
8 mouentur ex ratione text. *in d. §. cum quidam*, nempe quia non substantia dispositionis, sed electio personarum commissa censetur, & eodem modo potest committi bonorū distributio inter certas personas, vt *in l. cùm filius* 78. § *pater ff. de leg.* 2. notat Roder. Xuar. *d. tract. de captat. volunt. sub n.* 7. *vers. valet etiam per modum*; vnde optimè Bald. *in d. l. illa in-*
9 *stitutio n.* 3. dicit, quod vltima voluntas non potest conferri in alterius arbitriom dispositiuū, sed bene in destributiuum, declaratiuum, & electiuum, refert & sequitur Surd. *d. cons.* 380. *n.* 44. *lib.* 3.

10 In Hispania per *l.* 31. *Tauri*, quæ est *l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* potestas & commissio dari potest ad testandum cum hæredis institutione, & meliorationibus, ac aliis in eadem lege expresse concessis; & illius verus sensus, quod in suo casu tam circa hæredis institutionem, quam circa meliorationes & alia in ea contenta, substantia dispositionis testatori committenti attribuitur, commissario verò eorum omnium electio & executio, vt declarant Cou. *in d. c. cum tibi*, *n.* 11. *de testam.* Tello Fernand. *in d. l.* 31. *Tauri n.* 7 Mieres *de maioratu p.* 1. *q.* 48. *n.* 3. Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 42. *n.* 3. Azeued *l.* 5. *n.* 3. *cum seqq. tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.*

11 Vnde prouenit quòd si mandatum disponendi esset in libera mariti voluntate circa substantialia dispositionis, neque ad arbitrium boni viri, & ad præsumptam vxoris voluntatem reducendum esset, vtique nullum, & inualidum existeret, & ideo iuxta formam, quam dicimus de iure valere, interpretandum est vt valeat, *l. quoties* 13. *ff. de rebus dub.* latè Menoch. *lib.* 6. *præs.* 4. & 6. Et in mandato ea tantùm comprehenduntur, quæ mandari possunt, *l. Lucius* 21. §. *Imperatores, ff. ad municip.* ibi, *cum ad ea, quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris,* &c. Bart. *in l. si quis sub conditione n.* 1. *ff. de condit. instit.* Paul. de Castro *cons.* 335. *n.* 3. *lib.* 1. exornat Aym. *cons.* 106. *n.* 6. *lib.* 1.

12 Quartò, quia licet essemus in dubio an vxor marito suo liberam & absolutam, an verò regulatam concesserit facultatem, nihilominus facultatem regulatam & non liberam concessam fuisse interpretandum est, Bald. *in l.* 1. *n.* 27. *ff. de legat.* 2. ibi. *In dubio autem tanta libertas non videtur dari, sed libertas moderata, l. cum filius* §. *pater. ff. eod. tit.* Bart. *in l.* 3. *n.* 2. *ff. de annuis leg.* Euerard. iun. *cons.* 40. *n.* 33. *vol.* 1. Vbi resoluit quòd si dubium sit vtrum ex his duobus concessum fuerit, in dubio concessum videtur arbitrium boni viri, quod est regulatum, refert Bart. Alex. Ias. Dec. & alios.

13 Et in terminis de mandato ab vxore marito concesso, & è contra, ad disponendum, tradit Socin. iun. *cons.* 160. *à n.* 48. *lib.* 2. vbi loquitur, in facultate data cum clausula, *prout sibi videtur, & placebit*, Petr. Pechi. *de testam. coniug. lib.* 1. *c.* 13. Paz *de tenuta cap.* 34. *n.* 137.

Hoc ergo dicti mandati vero & genuino intel- 14
lectu supposito ad arbitrium viri boni regulandi, euidens sit mandatario marito incumbere Iuris cōmunis dispositioni, & generali Hispani consuetudini se conformare: nam arbitrium boni viri continet id, quod est de Iure, vel de consuetudine, non autem contra legem, *l. continuus* 137. §. *cum ita ff. de verb. oblig. l. societatem* 77. §. *arbitrorum ff. pro socio.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, verbo videbitur n.* 5. vt tradit Paul. *d. cons.* 335. *n.* 2. 3. & 4. *lib.* 1. Curt. sen. *in repet. l. si super possessione n.* 2. *C. de transact.* Alex. *cons.* 33. *n.* 3. *lib.* 1. & *cons.* 175. *num.* 6. Hippol. Riminald. *cons.* 411. *num.* 77. & 78. *vol.* 4.
vbi dicit quòd boni viri arbitrium debet esse iuri & 15
æquitati consonum, aliàs si ex ceruice sua procedit, non valet quod agit, optime ad propositum Bald. *in l. fin.* §. *sed & si quis per illum text. C. communia de legatis*, vbi notat quod in vltima voluntate si aliquid sit collatum alicui, vel arbitro, seu arbitratori, iniquum reducitur ad æquum octo modis, scilicet quatuor, quibus dicitur plus, & quatuor, quibus dicitur minos; sequitur Afflict. *decis.* 371. *num* 9. & 10.
Et in specie quod executores testamentarij de- 16
putati ad destribuendum, prout eis videbitur, & placebit, non debent abuti potestate circa distributionem & electionem personarum, sed tenentur seruare regulas Iuris, tradit post alios Paris. *cons.* 45. *num.* 18. & 19. *lib.* 3. sequitur Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.* 5. *interp.* 1. *dub.* 2. *num.* 35. *fol.* 487. Et si executores male arbitrantur, passioe agunt, & tale arbitrium debet corrigi secundum regulas Iuris, & mentem testatoris, vt ait Paris. *d. cons.* 45. *num.* 19.

Quintò, quia mandatum datum fuit cum obli- 17
gatione præcisa fundandi maioratum, & secundùm Iuris dispositionem, hoc verbum *maioratus*, importat maioratum regularem, vt tradit Greg. Lop. *l.* 2. *gloss.* 1. *post princ. tit.* 15. *part.* 2. Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 5. *num.* 2. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri num.* 64. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. *cum seqq.* qui omnes tenent quod sub conditione nuda instituendi maioratum, veniunt omnes vocationes, & substitutiones regulares, & perpetuo sic fundatus remanet maioratus, inter omnes de familia: & in feudo idem
tradit Rosenthal *de feudis c.* 2. *concl.* 54. *n.* 1. sub- 18
dens feudum simpliciter, seu in dubio præsumi concessum esse iuxta propriam suam naturam, itaut solita sua omnia adsint, nulla autem insolita pacta contineat, & *ibi lit. A.* plures refert, Bald. *cons.* 330. *num.* 2. *lib.* 3. vbi ait quòd verba, quæ non sunt determinata formaliter, determinantur naturaliter secundùm naturam rei, & contractus, & quod naturaliter inest pro expresso debet haberi, quasi ipsa natura loquente, *l ex empto, ff. de actionib. empti, l. quoties ff. de oper. libert.* Vnde maritus tenebatur sub hac forma maioratum instituere, qua deficiente lex ipsa pro facto haberi voluit, ex *l.* 33. *Tauri*, cui consonat in promissione de meliorando, *l.* 22. *Tauri*, quæ procedit in promissione faciendi maioratum, vt notat *ibi* Tellius *n.* 5. & Auendaño *l.* 44. *Tauri gloss.* 16. *n.* 9. *cum seqq.* Et in nostris terminis loquens in facultate data marito per vxorem ad instituēdum maioratum, prout sibi videbitur, tradit Mieres *de maioratib. p.* 1. *q.* 48. *n.* 1. *cum seqq. vsque ad num.* 21. Tellius, & Auendaño *proximè citatis locis.*

Sextò, quia maritus tenebatur verisimilem suæ 19
vxoris sequi voluntatem, mandatū enim intelligitur

secundum verisimilē mentem mandantis. l. creditor
60. §. si inter maritum. ff. mandati, Pute. decis. 21.
n. 2. p. 3. Bellon. Genuæ decis. 147. n. 2. & decis. 174.
n. 4. & 5. Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent.
lib. 7. tit. 15. n. 25. & in terminis Palat. Rub. in d. l.
20 31. Tauri n. 48. & 76. dicens quòd commissarius
debet sequi verisimilem mentem testantis, & pro-
bat expressè d. l. 31. ibi, y los tales commissarios ha-
zen muchas fraudes y engaños con los tales poderes,
estendiendose a mas de la voluntad de aquellos que se
los dan, &c. Et patet ratione, quia, vt dictum extat,
substantia dispositionis tota vxori mandanti tribui-
tur, d. l. vnum ex familia §. sed si de falcidia, & §.
sed et si fundum, vbi Bart. Bald. & cæteri. ff. de legat. 2.
eleganter Gofred. in d. l. vnum ex familia, §. Rogo
num. 1. vbi dicit quòd commissarius in casu isto est
organum legis, non autem causa per se disponens,
& ideo ab eo non denominatur effectus. At verisi-
mile est vxorem illam valde suos de familia dixisse,
proindeque voluisse maioratum iuxta generalem
Hispaniæ consuetudinem inter ipsos fundari, l. he-
redes mei 57. §. cum ita ff. ad Trebell. & in specie
ad interpretationem mandati concessi commissario,
vel executori ad faciendum maioratum, tradit post
21 alios Mieres d. p. 1. q. 48. n. 15. Et quod mandatum
recipit interpretationem, ab eo quòd consuetum est
fieri, probat l. vel vniuersorum 12. ff. de pignor. act.
Bart. in l. si procurator ff. de iure fisci. Vnde dicen-
dum est maritum teneri iuri & Regni consuetudini
deferre, minime in huiusmodi fundatione regulari
illius naturæ contrarias substitutiones apponendo;
facit quod tradit Curt. sen. in l. si super possessione
22 c. 2. C. de transact. vbi post Bald. n. 3. ait quòd arbi-
trator poterat in laudo apponere modos congruos,
& adiacentes, & etiam conditiones congruas, & ad-
iacentes, non autem extraneas.
23 Bene ad rem nostram Paul. de Castro cons. 335.
n. 2. vers. quanto, & n. 3. lib. 1. vbi tenet quòd man-
datum concessum procuratori ad alienandum feu-
dum nobile, intelligitur secundum conditionem rei,
super qua constitutus est procurator: vnde non po-
terit alienare feudum in non nobilem per verba, vt
possit alienare, quibus sibi videbitur, & placuerit;
nam adhuc tenetur seruare id, quod est de Iure, vel
consuetudine, & sic non debet mutare conditio-
nem feudi.
24 Et in notabili specie Beroi. cons. 103 n. 13. vers.
secunde, & seqq. lib. 1. vbi consuluit quòd concessio
emphyteusis facta in tres generationes, itaut his fi-
nitis possit dominus alteri concedere pro libito vo-
luntatis interpretanda est secundum terminos Iuris
communis, videlicet quod possit concedere illi,
cui res emphyteutica de iure finita linea conceden-
da erat, & se proximiori agnato.
25 In simili Decian. resp. 73. n. 39. & 40. lib. 2. vbi
dicit quòd generale mandatum ad inuestiendum, &
renouandum, non extenditur ad insolita, sed intel-
ligitur vt procurator inuestiat secundum morem
solitum, & consuetum; vnde si bona non erant so-
lita concedi fœminis, sed tantum masculis, non po-
terit procurator vigore mandati fœminas contra soli-
tum morem inuestire.
26 Iuuat etiam quod tradit Socin. cons. 160. à n. 48.
lib. 2. dum ait quòd facultas concessa patri vt possit
disponere de feudo inter filios, prout sibi videbitur,
& placebit, intelligitur secundum naturam feudi,
quæ erat vt seruaretur æqualitas inter filios, sequitur
Pechius de testam. coniug. lib. 1. c. 13.
27 Et præsentem quæstionem decidit Gregor. Lop.
l. 2 gloss. 13. q. 1. tit. 15. part. 2. per hæc verba. Et
facit quòd si mater habens facultatem ad maioratum
committat patri quod ipse faciat, quod non dicatur
voluntas captatoria, sed intelligatur quod faciat in fi-
lium maiorem masculum, prout meris est, &c.
Septimò, quia maritus vocando ad dicti maio- 28
ratus successionem suos consanguineos, non autem
vxoris mandantis, egit proprium negotium, & vo-
luit de bonis vxoris, familiæ suæ conseruare me-
moriam contra præsumptam ipsius mandantis vo-
luntatem; mandatum enim nunquam censetur con-
cessum ad vtilitatem mandatarij, l. si mandauero 22.
§ si tibi centum, ff. mandati, vbi Bart. & Bald. id
notant, idem Bald. in l. Ordo n. 7. C. de execut. rei
iud. & alios referens Surd. cons. 4. n. 38. in fine; ex
quo prouenit quod executor, seu commissarius ad 29
eligendum, non potest se ipsum eligere, vt per tex.
in d. §. si tibi centum, notant Bart. & Bald. ibidem,
Gloss. verbo potest in l. planè ff. quod cuiusque vni-
uers. nom. Molin. lib. 2. de primog. c. 4. n. 58. & 59.
Facit etiam quod tradit Deci. cons. 493. n. 10. & 11.
vbi dicit quòd procurator, qui debet tractare ne-
gotia domini, si eius propria negotia tractauit sub
colore mandati, videtur esse in dolo, & non obligat
dominum, & idem probat tex. in l. si in emptione 34.
§. fin ff. de contr. ab. empt.
Octauò, quia nō sine fraude maritus in maioratus 30
successione prætulit vxoris consanguineis extraneos
aliunde venientes, cum deberet æqualiter descēden-
tibus & trāsuersalibus suis prouidere, non autem fa-
cultate sibi data abuti contra Iuris dispositionem, &
verisimile testatricis mandantis voluntatem, ad quod
facit optimus tex. in d. l. vnum ex familia, §. fin ff.
de legat. 2. ibi, Item Marcus Imperator rescripsit
verba, quibus testator ita cauerat, non dubitare se
quacunque vxor eius heres instituta cepisset liberis
suis reddituram, pro fideicommisso accipienda, quod
rescriptum summam habet vtilitatem, ne scilicet onus
bene transacti matrimonij, fides etiam communium
liberorum decipiat patrem, qui melius de matre præ-
sumpserat, &c. l. si libertus 50. ff. de operis libert. ibi.
& fere ea mens est personam arbitrio substituentium,
vt quia speret eam rectè arbitraturam, id faciant, non
quia vel immodice obligari velint, &c.
Nonò, quia naturali affectu præsumitur quis po- 31
tius diligere suos quàm extraneos, cùm nemo cre-
datur alienas successiones propriis velle anteponere,
vt ait text. in l. cum acutissimi, C. de fideicomm. quod
in præsenti casu satis deducitur ex voluntate, quam 32
dicta vxor habuit, instituendi maioratum, nam in
eis instituendis finis fundatorum est familiarum sua-
rum conseruatio, Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. per
tot. itaut extincta familia extinguatur maioratus, & 33
eius bona allodialia remanent, l. qui solidum, §. præ-
dium ff. de legat. 2. Molin. d. lib. 1. c. 4. n. 1.
Vnde data facultate successorem eligendi, 34
quantumuis verbis liberam facultatem denotan-
tibus concessa, sit talis dispositio intelligenda inter
illos, qui de familia sunt, Socin. cons. 151. num. 5.
ad fin. vers. ex quibus vltimo lib. 2. Paris. cons.
44. num. 20. & 21. lib. 3. Menoch. cons. 497.
num. 19. lib. 5. & cons. 1006. n. 35. vers. quoad
tertium, & à num. 36. lib. 11. Boër. decis. 202. n. 2.
vers. & sic per hanc disponendi licentiam, & in pul-
chro casu Fontanel. de pactis nupt. tom. 1. claus. 4.
gloss. 25. n. 23. & 24 & n. 20. proponit quæstionem,
& illam decidit d. n. 55. & 28. vers. hanc opinionem,
& ferè in nostro casu Castill. controuers. tom. 3. c. 87.
n. 34. & 35. vbi plures pro hac opinione refert Au-
ctores, & tom. 6. cap. 142. n. 22. vbi in fortiori casu
idem resoluit. Requiritur enim speciale mandatum, 35
vt

vt quis rem suo arbitrio commissam exequatur eo
modo, quo sibi placuerit, regulas Iuris, & viri boni
arbitrium non sequendo, iuxta doctrinam Ioan.
Fabri *in §. procurator. Instit. de his, per quos agere*
possum. n. 1. vers. idem puto, vbi probans speciale man-
datum requiri ad quodlibet arduum negotium,
36 tandem sic concludit. *Et idem crederem quòd sit*
mandatum speciale necessarium vbi aliquid petitur
contra ius commune, vt dispensatio. Si enim quando
petitur restitutio in integrum, quæ est fauorabilis, &
rationabilis, opus est speciale mandato, multo potius,
vel saltim pari ratione in aliis, quæ petuntur contra
Ius commune, vel sint odiosa, &c. sequitur Rebuff. *in*
concord. tit. de electionis erogatione. gloss. super verbo
speciale ad fin. vers. vltimo in omni arduo, & ponde-
roso negotio, Mozz. *de contractib. sub tit. de man-*
dato §. de diuisione mandati n. 51. vers. nonagesimo-
quintò. vbi etiam vers. Nonagesimoseptimo probat
mandatum factum alicui, vt faciat quicquid sibi vi-
sum fuerit, & placebit, non importare speciale man-
37 datum, nec mandatum cum libera; & est generale
vt omnia ardua requirant speciale mandatum, nec
sufficiat generale cum libera, Bart. *in l. filiusfam.*
num. 9. ff. de donation. Tiraq. *post leges connub. gloss.*
7. num. 511. Cou. *lib. 1. var. c 6. n. 2* Menoch. *de arbitr.*
lib. 1. q. 80. n. 145. & plures referens Schrader. *de feudis,*
p. 10. sect. 18. n. 133. vbi latè *à n. 131.* probat in
causa feudi, vtpote ardua, & præiudiciali, requiri
speciale mandatum, nec sufficere generale cum li-
bera, nec speciale ad causas feudales, sed requiri spe-
cialissimum ad talem causam.

38 Iuuat quòd si ipsa vxor fuisset interrogata, an vel-
let maioratum deferri ad extraneum, an vero ad ali-
quem de sua familia, proculdubio respondisset se
velle maioratum transire potius ad consanguineum,
quam ad extraneum; procedit enim argumentum
ab eo quod interrogatus verisimiliter respondisset
testator, *l. Titius §. Lucius*, vbi scribentes *ff. de liber.*
& posth. Afflict. *decis. 141.* Socin. iun. *cons. 141. n.*
14. in fine, in 2. gloss. verbo remaneret, in fine in l. tale
pactum in fin. ff. de pactis, vbi Bald. dicit hanc esse
maximam & concludentem coniecturam in inter-
pretandis vltimis voluntatibus, Decian. *resp. 89. n.*
20. lib. 3. Pereg. *de fideicom. art. 11. num. 32.* & ab eo
quod si viuus esset, respondisset testator, *l. cùm ser-*
uus 81. ff. de condit. ex demonstr. ibi *Nam quod ipse*
viuus facturus erat, id ab heredibus suis fieri iussisse
intelligitur, &c. *l. item legato 47. §. 1. ff. de legat. 3.* ibi
Assignaturus si vixisset: exornant Simon de Prætis
de interpretat. vltim. volunt. lib. 1. interp. 1. dub. 3.
solut. 5. num. 50. ad seqq. Menoch. *cons. 193. num. 12.*
Quare, &c.

Toletana resistentiæ.

Magistratibus & iudicibus semper obediendum, atrociter & detestabiliter eos iniuriantes, vel offendentes contemplatione officij possunt pœna mortis puniri. Iudices possunt tanquam suspecti recusari si aspera verba, aut contumeliosa cuipiam ex ligantibus duxerint, vel si propalauerunt animum suum, aut inimici extiterint, quamuis inimicitia nec capitalis, nec grauis sit.

VOTVM. LXVI.

1 *Magistratibus non solum primis, sed etiam minimis parendum.*
2 *Iniurias & vituperia in iudicem proferens acerrime puniendus.*
3 *Iniuria quacunque sit facta iustitia, ministris atrocissima est.*
4 *Iniuria facta Iudici, facta censetur Principi, cuius vices gerit.*
5 *Consiliarium Principis offendens intuitu & contemplatione officij incurrit crimen læsæ Maiest.*
6 *Iniuria, seu offensa commissa contemplatione officij, quæ dicatur.*
7 *Resistentia calificata est si ad manuum operationem deuentum sit cum Iudice.*
8 *Iniuria atrox & detestabilis facta iudici, quæ dicatur.*
9 *Iniuria atrocissima, quando dicatur.*
10 *Adulterium grauius delictum est homicidio.*
11 *Offensam detestabilem & atrocem faciens iudici contemplatione officij, pœna capitali est puniendus.*
12 *Iudex vsque ad pœnam mortis arbitrium suum potest extendere, quod de superiore iudice intelligitur, vt n. 13.*
14 *Delicta plura committens in vno, de omnibus tanquam diuersis est accusandus, & puniendus.*
15 *Delicta plura quando ab vno committuntur, licèt pro eorum quolibet pœna mortis imponi non possit, pro omnibus simul capitaliter illa committens puniri poterit.*
16 *Delicta ad aliorum exemplum sunt punienda.*
17. *Culpa semper adscribitur prouocanti.*
18 *Magistratum nunquam licet repercutere.*
19 *Iudex recusari poterit tanquam suspectus, si verba aspera aut contumeliosa, pensata eorum qualitate cuipiam ex litigatoribus dixerit.*
20 *Iudex vt suspectus recusari poterit, quia propalauit votum suum, licet non expresse declarasset, sed iudicium aliquod exhibuisset, quo animi sui motus detegeretur.*
21 *Causa sufficiens recusandi Iudicem est si lis etiam in causa ciuili inter illum, & litigantem vertatur, etiam lite finita.*

22 *Inimicitia quacumque quamuis non sit capitalis nec grauis sufficit ad recusandum Iudicem.*

23 *Causa iusta sola vt sit Iudex inimicus sufficit ad recusationem.*

24 *Inimicitia leuis, seu minima suspicionis causa in iudice sufficit, vt possit suspectus recusari.*

25 *Causa minor requiritur ad recusandum iudicem quàm ad opponendum contra testem ne deponat.*

1 MAGNA Magistratibus semper fuit habita reuerentia, vt ipsis etiam Ethnicis Præpositis obediendum esse per Christianos præcipiat Paulus Apost. *ad Roman.* 13. & ad *Hebra.c.* 13. *Obedite,* inqoit, *Præpositis vestris, & subiacete eis,* &c. Et hoc duplici ratione. Prima quia non solum repræsentant personam Principum, quorum nomine iustitiam administrant, sed etiam quæ dicuntur ministri Dei, eiusque auctoritate iudicandi munere funguntur, iuxta illud Salom.*c.*8. *Ioan* 19. *Petri* 1. *epist.c.*2. Secunda, quia in obedientia Magistratibus debita vtplurimum consistit Reipublicæ pax & tranquillitas, vt expresse docet tex. *in cap. ad hoc* 89. *dist.* iuncta gloss. & Archid. *ibidem*, Boët. *de anctorit. magn Consil. p.* 1. *à n.* 1. Et ideo magno honore & veneratione digni sunt, *l. omnem honorem C. quando prouoc non est necesse, cap. vt debitus honos, de appell. l.* 11. *tit.* 1. *part.*2. *l.*9. *tit.*18 *part.*4. Tiraq. *de nobilit. cap.*20. *per tot.* Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.* 41. Quod non solum de primis illis Magistratibus intelligitur, qui ex latere ipsius Principis sunt, *cap. præcipimus* 93. *dist. cap.* 2. *de offic. vicar. in* 6. *l.* 1. *C. de offic. Vicar.* Cassan. *in catalog. gloria mundi p.* 7. *consid.* 39. Greg. Lopez *l. fin. verbo en sus lugares tit.*2. *part.* 2. Auendan. *ad cap.*3. *Prætor. n.* 4 *vers. decimo*; sed quos de minimis, vt contra Greg. Lopez *l.* 7. *gloss.* 1. *tit.* 6. *part.* 6. resoluunt Bobadil. *in sua politica lib.*3. *c.*1. *à n.* 1. Mastrill. *de magistrat. lib.* 5. *c.* 3. *n.*6. & 7.

2 Vnde quæcunque pœna, quamuis maxima sit, non videtur sufficiens ad iniurias & vituperia in Iudices prolata punienda, cum id semper & omni æuo fuisset acerrime punitum, vt referunt Tit. Liui. *lib.* 3. Dionys. *lib.* 5. Bodin. *lib.* 3. *de Republ. c.* 5. & ideo Iureconsi. *in l. omne delictum ff de re milit.* respondit capite puniendum esse eum, qui in Præpositum manum intulit, & comprobant Bald. *in c.* 1. §. *iniuria, de pace iuram. firm. in feud.* Puteus *de syndicatu verb. pœna c.* 10. *n.* 2. Auiles *ad cap.* 1. *Prætor. n.*12. & *in c.* 20. *gloss. remediando, in fine.*

3 Attocissima igitur est iniuria, quæcunque sit facta iustitiæ ministris, iuxta tex. *l. Prætor* §. *fin. ff. de iniur. l. atrox, Instit. eod. l.*8. *tit.* 31. & *l.* 20. *tit.* 9. *part.*7. Plac. *de delict. lib.*1. *c.*6. *num.*3. *pag.*48 Nam eidem Principi, cuius vices gerunt, facta censetur,

4 Luc. de Peña *in l. omnes stationarij C. de cohortib. lib.* 12. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 7. *consid.* 20. Auiles *ad cap.* 1. *Prætor. gloss. tierra n.* 4. ibi & *omnia supradicta tenentur facere correctores, & iustitiæ ministri, qui loco Regis in Republica officia gerunt,* &c. & ibi. *Quod officialis habens Magistratum dicitur esse Princeps in ciuitate illa, & tenet* Montalu. *in gloss. Ordinaria in par. corrector, vers. item nota: & facit quia omnis iniuria facta officiali Regis actu gerenti officium, intelligitur facta Regi,* &c. latè Decian. *in tract. crimin. lib.*7. *cap.* 50. *per tot.* quem sequitur Mastrill. *d. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 32. Regner Sextio. *de Regalib. lib.*2. *c.*20. *n* 23. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 3. *gloss.*1. *n.* 3. *cum seqq.* Et ideo offendens Consiliarium Principis intuitu, & contemplatione officij, 5
non tamen ex odio particulari, incurrit crimen læsæ Maiestatis. Farin. *d. q.*17. *n.*40. Stephan. Gratian. *discept. foren. tom.* 1. *cap.* 54. *n.*7.

Dicitur autem delictum, seu offensa, aut iniuria 6
commissa contemplatione officij quando facta fuit iudici sedenti pro tribunali; vel circa actum & exercitium suæ iurisdictionis, vel circa quamcunque operationem respicientem administrationem iustitiæ, iuxta Bartoli doctrinam communiter receptam *in l. si quis obrepserit in fine. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Angel. *de malefic. in l. falsario n.* 25. Cyn. *in l. si non conuicij col.* 3. *vers. præterea C. de iniur.* Farin. *in praxi crimin. q.* 17. *n.* 42. Narbona *in explicat. concordia gloss.* 18. *num.* 8. Calificata autem resi- 7
stentia erit si ad manuum operationem deuentum sit cum iudice, vel eius ministris in exercitio officij, *l. milites* §. *irruentes ff. de re milit.* Pote. *de syndicatu verbo resistentia cap.*2. Farin. *q.*32. *n.* 45. Caualcan. *de brachio Regio p.* 2. *num.* 55. Cabal. *resol. crimin. casu* 111. *à n.* 1. Anton. Monach. *Florent. decis.* 1. *num.*26. & 27. Mari. Giurba *cons.*29. *num.*26. & 28.
Detestabilis & atrox iniuria facta iudici, quàm Hi- 8
spani vocaot *desacato calificado*, exemplificatur a Narbona *d. gloss.*18. *n.* 115. his verbis. *Ac rursus ex dictis apparet quando & quibus casibus verificentur verba illa nostræ concordiæ, o desacato calificado, quod tunc demum videbitur factum cum familiaris contumelosa verba iudici seculari protulerit, dicendo, nempe quod mentitur, vel quod infamis est, aut leno, aut infectæ radicis, vel si ei alapam præstiterit,* &c. Item eiusdem calitatis erunt verba, tu es sodomita, vel cornutus, ex *l. Hisp.*2. *tit.*10. *lib* 8. *Recop.* ibi, *Sodomitico, o cornudo, o traydor*, vbi Azeued. *n.* 33. *cum seqq.* Clar. §. *iniuria in princ.* Cou. *var. lib.*1. *c.* 11. *maxime à n.* 5. Parlador. *lib.*1. *quotid. c.* 17. *à n.* 2.
Nam atrocissima committitur iniuria quando vir 9
vxoratus vocatur cornutus, quia grauissime offenduntur ipse maritus, vxor, & filij, iuxta *l. codicillis* §. *mater ff. de legat.* 2. ibi, *sed & alius mihi deteriora fecit*, quæ verba gloss. marginalis interpretatur, id est, *vxorem adulterari, aut adulteram facere*, his verbis. *Petrus de Rauenna allegat istum tex. in alphab. suo, ad hoc quod maior sit iniuria marito vxorem suam adulterari, vel adulteram facere, quam proprium filium occidere*; de cuius textus interpretatione in citatis verbis plura tradit Narbona *l.*20. *glos.* 17. *à num* 12. *tit.*1. *lib.*4. *Recop.* Adulterium enim 10
grauius delictum est homicidio, cum adulterium lædat famam, homicidium verò vitam, & pretiosior sit fama, & vitæ præferenda, *l. iste quidem ff. de eo quod metus causa.* D. Barbos *in l.*2. *p.*2. *n.*119. & *n.* 124. *ff. soluto matr.* Caball. *resol. crimin. resol.* 244. *n.*12. Bobadil. *d. lib.* 3. *c.*11. *n.*24 ibi *No ay cosa mas estimada que la buena fama y honra del hombre en este siglo, pues se prefere a la vida y a la hazienda del,* &c.

Cùm ergo constet offensam seu delictum à Pe- 11
tro iudici factum fuisse detestabile & atrox, ac contemplatione officij commissum, ac iniuria grauissima, pœna capitali venitur ipse Petrus puniẽdus, *d. l. omne delictum* 6 ibi, *qui manus intulit Præposito, capite puniendus est, augetur autem petulantiæ crimen dignitate Præpositi,* &c. *ff. de re milit.* vbi gloss. *verbo dignitate*, quam approbant & sequuntur Bald. *in cap.* 1. §. *iniuria in princ. de pace iuram.*

firm.

firm. in feud. Greg. Lopez l.20.gloss.6.tit.9.part.7. Farin. q. 57. n. 56. Bobadil. d. lib.3. cap.1.num.26. ibi. El que pute las manos en su Cupitan,e dio befeton la Corregedor; tiene pena capital, y aunque sea de-xado el officie durante la residemsia, Auiles ad cap. 1. Prator. verbo derechumente num. 12. ibi, quod potest condemnari ad mortem qui manus intulit sue Centurioni, & idem de Potestate, & Capitaneo, Narbona d.gloss.18. n.8.

12 Coadiuuat calificata resistentia quam dictus Petrus iudici iosolenter fecit, pro qua lege Regia Hispania 7.tit. 22. lib.8. Recop. poterat ad remigandum triremibus committi, nisi adeo qualificata esset resistentia, vt ad aliorum exemplum conuenjret maiori & rigidiori supplicio eum punire, vt patet ibi. Saluo si la resistencia fuere tam calificada que para exemple de la iusticia se deue y conuengu hazer muior castige, &c. sub quibus verbis pœoa mortis includitur, oam iudex vsque ad eam arbitrium suum potest extendere.gloss. celebris verbo extraordinariam in §. in summa Instit. de iniur. plures relati à Claro in praxi crimin. q.83. n. 11. vers. sed quære, in princip. Farin. q. 57. n. 27. cum seqq. Caball. resol. crimin. casu 92. per tot. maximè n. fin. ibi. Iudex ergo vigore dicti arbitrij sibi concessi pœnam arbitratur secundum facti circunstantias, quandoque leuem, quandoque grauissimam vsque ad mortem inclusiuè, vt rectè considerat Ioan. de Imola l.2. sub num.4. vers. quid autem ff. de publ. iudic. relati à Mario Giurba cons. 6. n. 1. Valenzuela cons.145. n.87. ibi. Quia licet Iudicis cõmitteretur arbitrio, posset Iudex etiam de mortis pœna arbitrari attentu facti qualitate, l.Pedius §. 1. de incend. ruina, & naufrag. plures citati à Narbona d.gloss. 18.n.8. 9.& 115.

13 Quæ quidem arbitrij vsque ad mortem extensio in iudicibus superioribus, non autem in inferioribus & pedaneis, locum habet, cum arbitrium intelligatur datum secundum dignitatem eius, cui conceditur, Menoch. de arbitr. casu 70. Mari. Giurba cons.14. Farin. d.q. 17. n. 58. Bobadil. in sua politica lib.2.cap.21.n.138 & 139.

14 Tria nanque delicta Petrus commiserat, videlicet ad manuum operationem deueniendo cum iudice superiore sedente pro tribunali, deinde verba contumeliosa contra illum dicendo, quod esset cornutus, l& impurus; & demum ei insolenter resistendo dum illum capere vellet, ac in carceres ducere, de omnibus tanquam diuersis est accusandus, & puniendus, ex l. Prætor edixit § quod autem, vers. si mihi ff. de iniur. ibi. Si mihi plures iniurias feceris, puta turba, & cætu facto domum alienam introieris, & hoc facto efficiatur vt simul conuitium patiar, & verberer, possim separatim tecum experiri de singulis iniurijs, quæritur. &c. vbi Bart. quem refert gloss. verbo additio, sic ait. Quod cogitur omnes proponere in vno libello, tamen ex qualibet sequitur condemnatio, nisi proponerentur in diuersis libellis, vt in d.l. neu est nouum, cum ibi notatis, &c. idem Bart. in l. nunquam plura ff. de priuat. delict. Placa de delict. cap. 1. n. 17. qui hanc resolutionem verissimam dicunt vbi

15 delicta fuerint diuersæ speciei. Vnde succedit vera conclusio quod quando plura delicta ab vno committuntur, licet pro eorum quolibet pœna mortis imponi non possit, pro omnibus in simul illa committens capitaliter puniri poterit, iuxta tex. in l. capitalium §. solent. ff. de pœnis, l.3. ff. de Episcop. audient. l quicunque C. de seruis fugit, l omnes § delatores C. de delatorib. lib. 10. cap. nos 25. q. 2. & vltra ordinarios in dictis iuribus, Ludou. Carrer. in praxi crimin. vers. circa igitur tertio à num. 1. fol. mihi 248. Marsil. Grammat. Farin. & alij penè infiniti, quos refert Caball. cent. 1. casu 99. à n. 52.

Et tanto magis quando in hac prouincia Iudicibus & iustitiæ ministris non ita obtemperatur, vt conuenit, ad refrenandas malorum hominum conditiones, ne formidine pœnæ, & iustitiæ timore audeant similia delicta committere, sed ministris debitam referant obedientiam, cap. felicis, § cæterùm, de pœnis lib.6. ibi, Dignum est vt nefandi ratione flagitij vlterius seueritas amplius extendatur, & propter enormitatem culparum, plagarum modus exuberet ne pœnis solitis contenteiur, &c. l. 1. ff. de abigeis, ibi. Puniuntur autem durissimè non vbique, sed vbi frequentius est hoc genus maleficij, &c. l. aut facta §.pen. ff. de pœnis, ibi. Nonnunquam euenit vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur quoties nimium grassantibus exemplum opus est, &c. quibus conuenit pulcher text. in l. saccularij §. sunt quædam ff. de extraord. crimin. Carrer. in sua praxi § circa secundum n. 8. vers. sic etiam pro furte, fol. mihi 227. & §. ac etiam n. 33. & 34. fol. mihi 234. Gregor. Lopez l. 22. verbo que receberian tit. 1. part.7. Caball. resol. crimin. casu 99. n.60. cum seqq. 16

Non obstat quod ex parte iudicis fuerit data Petro offendendi & iniuriandi causa, quia de hoc nullibi constat, immo apparet ipsum Petrum prouocasse iudicem, ac proinde eidem culpa est imputanda, ex tex. in l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad leg. Aquil. ibi. Culpam enim penes eum residere, qui prius flagello percusserit, &c. l. in hoc iudicium 10. ff. de seruo corrupto, ibi. Iustum est eum teneri, qui princeps fuerit delicti, Duardus in explicat. Bullæ in Cœna Domini lib 2. c.7. q.36. n.40. Criuell. decis.43. num. 16. ibi Culpa enim semper adscribitur prouocanti, &c. vbi n. 25. referens Sotum, Menoch. & alios subdit, quod si verba iniuriosa repercutientis fuerint diuersi generis, non excusatur prouocatus, quia hoc esset vlcisci, & non defendere. ibi. Quod etiam in foro Conscientiæ licitum est dare mentitam ad repulsandam iniuriam, vel dicere iniuriantem esse mendacem, sed non licet appellare iniuriantem latronem, vel concubinarium, vel similia, quia hoc esset vlcisci, & non defendere. 17

In omni casu nunquam licet Magistratum repercutere, Aristot. lib. 5. Ethicor. ibi. Si quis Magistratum gerens percusserit quemquam, non decet eum repercuti; & si quisquam eum, qui Magistratum gerit, percusserit, is non solum repercutiendus est, verum etiam supplicio afficiendus, &c. idem Aristot. lib.5. politicor. c.11. quem sequitur Mastrill. de Magistrat. lib 5. cap. 3. n. 54. & seq. & cum Puteo Simanch. Mascard. Narbona d.l.20. gloss. 18. n. 67. tit. 1. lib. 4 noua Recopil. Bobadil. in sua politica lib.1. cap.13. n.132. & lib.3. cap.1. n.28. ibi. Que si el Corregidor heriere a alguno, no es licito herirle a el, y si alguno le heriere, puede el Corregidor no solamente herirle, pero deue ser por ello el que le herio castigado con pena de muerte, &c. 18

Quoad recusationem verò Iudici propositam, visum fuit illi locum esse multiplici ex capite. 19

Primò, quia verba aspera reo dixit, Iuris enim interpretes merito crediderunt Iudicem recusari seu reiici posse tanquam suspectum si verba aspera, aut contumeliosa pensata eorum qualitate cuipiam ex litigatoribus dixerit, gloss. in cap. cum super, de offic. deleg. Ripa in cap. si quando n. 4. de rescript. Matiens. in dialogo Relatoris p. 3. c. 38. n. 10 Aufrer. in tract. de recusat. tit. 1. n. 30. in fine, Auiles ad cap. 4. Prætor. gloss. fin. n. 17. ad fin. Bobadil. in sua politica lib.2. c.21. n.117 & 118. & lib 5. cap. 1. num. 119.

Luc. Matth. Apicella *de suspicione official. num. 62. circa fin.* Nouar. *in collect. decis. collect.* 214. *num.* 8. *vers. vigesimaquinta dicens verba iniuriosa parti*, Accac. de Ripol. *var. cap. 2. n. 80. cum seqq.*

Secundò, quia propalauit votum suum; potest enim Iudex vt suspectus recusari ob id quod iam aperuit animi sui opinionem, Abb. & DD. *in cap. irrefragabili §. excessus, de offic. ordin.* Ias. *in l. apertissimi n. 9. C. de iudic.* Alea. *in l. Prætor. n. 17. ff. de iurisd. omn. iudic.* Conrad. *in pract. rub. de exception. n. 9. & rub. de sentent. n. 39.* Menoch. *cons. 93. n. 13. & 14. lib. 5.* Iacob. Laurent. *de Iudice suspecto c. 11. n. 18. vers. cuius quidem opinionis*, Luc. Matthæ. de Apicella *d. tract. de suspicione official. n. 103.* Mastril. Suil. *decis. 72.* Nouar. *d. collect. 214. n. 5.* Mari. Giurb. *decis. 54. n. 3. cum seqq.* Aluar. Valasc. *de partit. c. 9. n. 21.* ibi. *Illa tamen inter alias causas suspicionis maximè apud Tribunalia admittitur, quando Iudex antequam ferret sententiam detexerit votum suum*, &c. Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed. 123. n. 19.* Decian. *cons. 26. per tot. vol. 1.* Et procedit quamuis non expressè declarasset, sed iudicium aliquod exhibuisset, quo animi sui, motus detegeretur, vt cum aliis obseruat Giurba *d. cons. 54. n. 3. in fine.* Verùm ex hoc capite non est secura recusatio, & ideò eam facilè admittendam non esse censuit Valasc. *d. c. 9. n. 21.* quem refert & sequitur Giurba *d. decis. 54. n. 7.* vbi subdit quod Romæ dignissimi Rotæ Auditores, palam detegunt quid sentiant in causa, & dicunt libere partibus, tu ius non foues, sententia contra te ferenda est, Rota non benè sentit de causa tua.

21 Tertiò, quia inter partem & Iudicem lis aderat, nam sufficiens causa recusandi Iudicem est, si lis etiam in causa ciuili inter illum & litigantem vertatur. Abb. *in cap cum super, de offic. deleg.* Marania *in pract. p. 6. actu 2. de appellat. n. 47.* Rebuff. *in tract. de recusat. art. 9. gloss. 9. n. 22.* Luc. Matthæ. *d. tract. de suspic. official. n. 97.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. I. n. 867.* Nouar. *de collect. 214. n. 6. & 7.* Quod procedit etiam lite finita, siue aduersarius obtinuerit, siue succubuerit, Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. apertissimi C. de iudic.* Farin. *d. lit. I. n. 868.* Vincent. de Franchis *decis. 719. n. 1.* & ibi Aloys. Ricc. *in*

22 *addit.* Et quod ad recusandum Iudicem sufficiat quæcumque inimicitia quamuis non sit capitalis, aut grauis, resoluunt Præpos. *in cap. postremo n. 11. de appellat.* & ibi Philipp. Franch. *n. 20.* Marant. *vbi supra n. 35. in fine*, Rebuff. *d. art. 9. glos. vnica n. 16.* Rippol. *var. resolut. cap. 2. n. 171.* Farin. *d. lit. I. num. 863.* Vbi quòd non inspicitur an inimicitia habuerit fomitem ex veritate, vel ex falso, & an à partibus, vel à tertio. Et quòd sufficiat inimicitia etiam præsumpta glos. *in cap. Adrianus 63. dist.* Ripol. *d. c. 2. n. 171.* & sola iusta causa vt sit Iudex inimicus sufficit ad recusationem, vt tradit Innoc. *in cap. 1. de re*

23 *iudic.* quod secundùm Bart. *in l. 2. in fine ff. de his quibus vt ind. gn.* procedit etiamsi ignoret commissam esse causam inimicitiæ, refert & sequitur Luc. Matthæ *d. tract. de suspic. official. num. 96.* Accac. de Ripol. *d. c. a n. 171.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 284. n. 28.* Imò in Iudice sufficit inimicitia leuis

24 seu minima suspicionis causa, vt possit suspectus recusari, *glos. verbo consanguineum in d. cap postremo, de appellat.* & ibi Host. *n. 2.* Bellam. *n. 2.* Philip. Franch. *n. 20.* & Alex. de Neuo *n. 12* Seraph. *de priuileg. iuram. priuil. 7. n. 4.* Card. Tusch. *practic. concl. verbo suspectos concl. 908. n. 13.* Beltramin. ad Greg. XV. *decis. 328. n. 14.* Rota *decis. 2. n. 13. p. 1. diuers.* Stephan. Aufter. *de recusat. tit. 3. num. 26.* Mastrill. *Sicil. decis. 151. n. 46.* quia ad recusan- 25
dum Iudicem minor causa requiritur, quàm ad opponendum contra testem ne deponat, Accac. de Ripoll. *d. c. 2. n. 162.*

Quare, &c.

Vallisoletana legitimitatis.

Filius ex coniugato & soluta respectu patris est adulterinus, ac omnis successionis tam ab intestato, quã ex testamento incapax. Filium naturalem, & spurium in quibus casibus Princeps de ordinaria, seu absoluta potestate legitimare valeat?

VOTVM LXVII.

1 *Filius ex viro coniugato & muliere soluta respectu patris omnis successionis tam ex testamento, quam abintestato incapax est.*

2 *Filius ex coniugato & soluta dicitur ex adultero natus quoad omnes Iuris effectus.*

3 L. 10. tit 13. part. 6. *declaratur.*

4 *Filius ex vxorato & soluta respectu patris est adulterinus, & ideo illi non succedit.*

5 *Filij spurij, & alij eiusdem speciei iure Authenticorum legitimationis incapaces sunt.*

6 *Princeps quando spurium ad succedendum, & ad alia capacem reddere vult, actus iste non dicitur vera legitimatio, sed est dispensatio.*

7 *Legitimatio per subsequens matrimonium fauorabilior est quàm illa; quæ fit per rescriptum Principis.*

8 *Legitimatio per rescriptum Principis quoad naturales, est propria, legitima, & fauorabilis, quoad alios verò odiosa, impropria, & in omnibus restringenda.*

9 *Spurium, adulterinum, aut ex alio damnato coitu susceptum legitimari ex rescripto Principis mali profectò exempli est.*

10 *Legitimatio noua introducta à Iustiniano.*

11 l. qui in prouincia §. Diuus ff. de ritu nupt. *declaratur.*

12 *Princeps filios spurios legitimat ex absoluta & summa, non autem ordinaria potestate.*

13 *Spurius si fuerit nimium odiosus, veluti natus ex sacrilegio, specialis super hoc impetranda est dispensatio.*

14 *Legitimatio spurij in tertij præiudicium eatenus valebit, quatenus Princeps ex suff*

sufficiente occurrente causa valuerit iuri acquisito derogare, & non aliàs.

15 *Legitimatio spurij ad petitionem patris, & eius vita durante, si nullus alius filius legitimus aut naturalis extiterit, valet, dummodo fiat cum derogatione Iuris, & clausi. non obstantibus.*

16 *Filium spurium hæredem in suo testamento si pater instituerit sub conditione si eum Princeps legitimauerit, vel cum capax erit, an talis institutio valeat, & num. seq.*

17 l. In tempus ff. de hæredib. instit. *declaratur.*

18. *Legitimatio à filio naturali obtenta post mortem patris valet quando pater filium huiusmodi purè hæredem instituit, & voluntatem suam declarauit.*

19 *Quid quando venientes ab intestato hæreditatem iam adiuerint, ostenditur.*

20 *Legitimatio facta post mortem patris non praeiudicat agnatis, nisi citati fuerint, & consenserint.*

21 *Legitimatio illegitimi facta post mortem patris ex declaratione sua voluntatis, quando hæres ab intestato non solum adiuerat iam hæreditatem, sed etiam possessionem bonorum acceperat est inualida.*

22 *Legitimatio obtenta post mortem patris secundum Rotam retrotrahitur vbi accessit consensus patris in vita.*



1 VAMVIS in Hispaniarum Regnis per
l.9. Tauri. filios ex viro coniugato, &
muliere soluta matri successibilis sit sub-
lata Doctorum controuersia, de qua
per Pereg. *de iure fisci lib 3. tit. 18. n. 36.* Nihilo-
minus respectu patris omnis successionis tam ex te-
stamento, quam abintestato incapax est, *auth. ex
complexu. C. de incestis nupt. auth quibus modis na-
turales efficiantur sui §. fin. auth. quibus modis na-
tur. efficiantur legit.* ibi. *Si autem vir viuente vxore
sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licet
post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spu-
rius erit filius, & ab hæreditate repellendus*; in ter-
minis expendens ad id textum *in d. cap. tanta*, Guid.
Papæ *decis.* 280. vbi testatur ita vidisse iudicari. Dec.
post multos, quos refert, *cons. 305. n. 5. lib. 1.* se-
quitur dicēs communem & veriorem Menoch. *cons.*
60. *n. 15. vol. 1.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 7.
lit. S. concl. 409. num. 11.* vbi citat ad id Gozadin.
Crauet. & Bertrand. dicit communem Pereg. *d.
d. lib. 3. tit. 18. num.* 35. vbi attestatur per binas sen-
tentias sic obtinuisse. Cou. *de sponsal p. 2. c. 8. §. 5.*
2 *num. 16. vers. ex quibus dubium est*, vbi subdit talem
filium ex coniugato, ex soluta dici ex adulterio na-
tum quoad omnes Iuris effectus, accusatione ex-
cepta. Valasc. *consult. 27. p. 1.* Cuius quidem Tau-
rinæ *legis* 9. dispositio licèt procedat circa matris
successionem, quoad patrem nihil loquitur, & in
3 hac parte, si de Iure Regio agamus, sequenda est
l. 10. tit. 13. part. 6. Quæ filios ex fornicatione, in-
cestu, vel adulterio natos, qui naturales filij vocari
non possunt, ab hæreditatibus & successionibus
parentum arcere iubet, & sic separatim, & discre-
tiue fit mentio de filiis ex adulterio natis, & verbum
illud, *fornicacion* intelligit Gregor. Lop. *ibi glos. 1.*
de ea fornicatione, quæ etiam accedente fornican-
tium consensu, coniugalis esse non potest; eoque
modo declarant Rojas *in epitom. success. cap. 20. n. 1.*
Parlador. *rerum quotid. lib. 1. q. 10. n. 2.* Valasquez de
Auendaño *d. l. 9. Tauri, gloss. 2. n. 4.* Azeued. *l. 7. n. 39.
tit. 8. lib. 5. Recopil.*

Vnde bene Valasquez de Auendaño *d. n. 4.* ex- 4
presse tenet per *d. l. 9. Tauri*, filium ex vxorato & so-
luta non succedere patri, cum respectu illius sit
adulterinus, & sufficiat esse coitum damnatum, li-
cet non pœna mortis naturalis, vt filij ab eo procre-
ati ab eius hæreditate omnino repellantur, & re-
probat Anton. Gom. *ibidem n. 14. ad med.* dicentem
quod filius coniugati & solutæ poterit hodie per il-
lam legem patri succedere, cum non sit natus ex coi-
tu punibili ex parte matris, qui debuerat aduertere
supradictam legem 9. in sola matris successione pro-
cedere, & coitum istum adulterinum, & consequē-
ter damnatum esse, idem contra Anton. Gom. tenet
Anton. Pichard. *sub tit. Instit. de hæred. quæ abintest.
defer. in compendio de legitima omnium tam legiti-
morum quàm illegitimorum descendentium successione
§. 8. n. 20. & 21.* quamuis eandem Antonij Gomez
opinionem referat, licet non expresè eam sequatur,
Matienz *l. 7. gloss. 11. n. 8. tit. 8 lib. 5. Recop.*

Qui quidem filij spurij, & alij eiusdem speciei, 5
iure authenticorum, de quo *in tit. quibus modis na-
turales efficiantur legitimi*, legitimationis incapaces
sunt, vt docet Cou. *de sponsalib. p. 2. c. 8. n. 4. vers.
tertio ex eadē*, ibi. *Huic opinioni accedit quod Iustinia-
nus in Nouellis tit. quibus modis naturales efficiantur
legitimi. dum legitimationes expendit, & eam præ-
sertim, quæ beneficio Principis fit; de his tantum filiis
agit, qui vel sunt omnino naturales, vel ex his geniti
parentibus, qui spe conceptionis matrimonium lege di-
uina, aut Pontificia contrahere poterant*, &c. notant
Cuiac. *in recitationibus solemnibus ad tit. C. de na-
tural. liber.* Dec. *cons. 175. num. 3. lib. 1.* Emman.
Costa *in l. Gallus §. & quod si tantum p. 2. n. 166.*
Socin sen. *cons. 95. num. 21. vol. 4.* Octauian. Pe-
dem. *decis. 116. n. 6.* ibi. *Et hoc comprobatur ex eo
quod legitimatio talium spuriorum est contra ius com-
mune, quo expresse prohibentur tales spurij legitimari.
l. lege §. fin. & auth licet C. de natural. liber. §. fin.
quibus modis natur. effic. sui, per quæ Iura ita tradit*
Socin. *cons. 95. n. 21. vol. 4* & Benedict. de Plum-
bino *disput. incip. Statuto Pisano col. 15. conclu-
dens quod ex quo talis legitimatio est de genere pro-
hibitorum, maxime à Iure diuino & Canonico non esse
vera & propria legitimatio.* Vnde prouenit quòd 6
quando Princeps spurium ad succedendum, alios-
que Iuris effectus capacem reddere vult, actus iste
non dicitur vera legitimatio, sed est dispensatio, vt
post Paul. de Castro, Cou. & alios resoluit Molin.
de primog lib. 3. c. 3. n. 36.

Probatur namque eo medio, quia legitimatio per 7
subsequens matrimonium fauorabilior est, quam
illa, quæ fit per rescriptum Principis, vt notatur
*in cap. tanta, qui filij sint leg. & in l. cum quis 10. l. nu-
per 11. C. de naturalib. liber.* Paris. *cons. 13. n. 36. lib. 2.*
vbi refert multa specialia, quæ conceduntur legiti-
matis per subsequens matrimonium, & non per re-
scriptum Principis, Cou. *de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 8.
num. 4. in fine*, ex eo dicens quòd legitimatio per 8
rescriptum Principis, quoad naturales, est propria,
legitima, & fauorabilior, quoad alios verò odiosa,
impropria, & in omnibus restringenda, Octau.

Pedem.

Pedem. *decis.* 116. *num.* 16. Obseruant Tiraq. *de iure primog.q.*34. *n.*54. *cum seqq.* Anton.Fab. *in suo Cod. lib.*5. *tit. de naturalib. liber. defini.*5. Weseirbec. *cons.*44. *num* 40. Caualcan. *decis.*32. *n.*12.*p.*3. Atqui legitimatio illa per subsequens matrimoniũ, cùm magis propria, naturalis, & legitima sit, non habet vim legitimandi spurium, ad succedendum patri, vt in indiuiduo de filio ex viro coniugato & muliere soluta procreato agens probat tex. *in d.cap. tanta*, vbi notant gloss. & Doctores omnes, *& in l. cum quis,cum l.seq. C. de naturalib. liber.* Octauian. *d. decis.* 116. *n.* 19. Ergo necessariò fatendum est quòd si matrimonium sufficiens reputatum non fuerit, ad legitimandum filios spurios, ideo nec sufficiẽs reputari debeat rescriptum Principis, quod minorem vim habet, quàm matrimonium.

9 Hoc argumento vsus est Octauian. *d. decis.* 116. *n.* 19. ibi. *Est textus apertus in cap. tanta, qui filij sint leg. vbi expresiè dicitur quod si vir viuente vxore aliam cognouerit,& ex ea prolem susceperit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus talis filius erit spurius,& ab hæreditate repellendus, &c.* & paulò inferiùs, ibi. *Si ergo tales spurij non efficiuntur legitimi,etiam per subsequens matrimonium, quo omnis macula abstergitur, ex quo vera,atque originaria, ac potentior inducitur legitimatio; ergo nec poterunt per rescriptum verè legitimari,argumento à maiori,& posteriori,ad minus negatiuè, quod argumentum validum est in l.*2.*C.in quibus causis in integr. restitutio non est necess. Euerard.in suis locis legalibus loco* 66. &c. Eo etiam vtitur Anton. Fab. *d. definit.* 5. ita subdens. *Spurium, adulterinum,aut ex alio damnato coitu susceptum legitimari ex rescripto Principis,mali profectò exempli est, & contra bonos mores, cum nec in his sint, qui per subsequens matrimonium, cuius præcipua est ad legitimandum auctoritas, legitimari possint*, &c. Quibus consonat *l.* 1.*tit* 13. *part.*4. vbi Greg. Lop. *gloss* 8. & 9 nec mirum, quia, vt dicit text. *in cap. si gens Anglorum dist.* 56. nec sunt in bello fortes, nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec Deo amabiles, & late exornat plurima aduersus spurios congerentes Rojas *de success. c.*2 *n.*1 *cum seqq.*

10 Non obstat textus, qui ex aduersu adducitur *in l.qui in prouincia § Diuus ff. de ritu nupt.* quia vltra quam quod de legitimatione non loquitur, vtpote quia nouè introducta est à Iustiniano *in auth. quibus modis effic. legit. §. si quis sanè*, ibi. *Damus ei fiduciam noua quadam, & nunc adinuenta à nobis via ad legitimorum ius perducere naturales*,&c.& paulo post. ibi *Sic & nos hunc modum adinuenimus* Respondetur *in d.§ Diuus*,ad confirmandum filiorum

11 statum quatuor concurrisse circunstantias. Prima est numerus liberorum; secunda in figura matrimonij eorum procreatio; tertia diuturnitas temporis,quia contractum fuerat ab hinc quadraginta annis: quarta allegata ignorantia; propter quæ omnia Princeps confirmauit statum liberorum, vt patet ex rescripto relato *in d. §. Diuus*, vbi postquam retulit prædictas circunstantias, subdit hæc verba. *Idcirco cum hæc omnia in vnum concurrant, confirmamus statum liberorum vestrorum in eo matrimonio quæsitorum,quod ante annos quadraginta contractum est*, & ita intelligunt illum textum Doctores ibi, & alij,quos refert Octauian. *d. decis.* 119. *n.* 10.

12 Et quamuis nonnulli Doctores existimauerint Principem posse filios spurios legitimare, nihilominus id non procedit Iure attento, nec ex potestate ordinaria, sed ex absoluta & summa, vt obseruat Alber. *in rub. de decret. ab ordine facien.n.*8.ibi. *Item lex prohibet legitimationem spuriorum, vt in d. auth. quibus modis naturales efficiantur sui §. fin. Glossa tamen permittit ibi Princips non ex ordinata potestate, quæ est vt legibus viuat, C. de testam. l. ex imperfecto, sed ex absoluta, & summa potestate, quæ est vltra ordinatam, & ex qua est supra legem*, refert & sequitur Cephal. *cons.*285. *num.* 23.*lib.* 2. Greg. Lop. *l.*4. *gloss.*8.*tit.*15.*part.*4. vbi dicit in hoc casu necessariam esse legum correctionem;& addit

Mieres *de maiorat.p.*1.*q.*8.*n.*101. quòd si filius spu- 13
rius fuerit plurimum odiosus, vt quia natus ex sacrilegio, specialis super hoc impetranda est dispensatio, eius autem verba hæc sunt. *Et per illum text. dicit Bald.in l.eam quam n.*38. *C.de fideicom. quod filius,qui est plurimum odiosus,vt quia natus ex sacrilegio, vel monachatu, non est legitimatus per verba generalia,non obstantibus:sed specialis in hoc est impetranda dispensatio, & per illum text.dicit idem Bald. in l.omnes populi col.*9. Optimè de qualitate spurietatis declaranda Valenzuel.*cons.*169.*à princ.*

Vnde infertur quòd quandocunque agitur de 14
viribus legitimationis spuriorum, & de præiudicio quod eius vigore Princeps afferre potest, id totum secundum ordinarias potestatis regulas agendum est: & ideo legitimatio hæc in tertij præiudicium eatenus valebit, quatenus Princeps ex sufficiente occurrente causa valuerit iuri acquisito derogare, & non aliàs, vt bene considerat Bolognet. omnino videndus *in l Gallus §. & quid si tantum n.* 260. *ff. de liber. & posthum* Qua quidem absoluta potestate nunquam inuictissimi nostri Hispaniarum Reges vtuntur, nec vti volunt, vt dispositum sanctissimè reperitur *l.*3.*tit.*14.*lib.*4. *Recop.* ibi. *Aunque se diga proceder de nuestro motu propio, y poderio Real absoluto, que sin embargo de todo aquello, todauia es nuestra merced y voluntad que la Iusticia floresca, y sea dado y guardado a cada vno su derecho y no reciba agrauio, ni perjuizio alguno en su iusticia*, &c.

Et vt materia concedendæ legitimationis spurietatis à Principe cum distinctione appareat, & sciatur quibus casibus eam concedere potest, aliqui sunt distinguendi in hanc vt sequitur formam.

Primus casus est quando Princeps filium spurium legitimat ad petitionem patris, & eius vita durante, qui nullum alium filium legitimum, aut naturalem habebat,& tunc communis obtinuit legitimationẽ valere,dummodo fiat cum derogatione iuris,& apposita clausula, *Non obstantibus*; ita tenent Doctores *in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth.* & notat Greg.Lop *l.*4.*gloss.*8.*tit.*15 *part.*4. Imò notat optimè Anton. Fab. *in suo C. tit. de naturalibus liber. definit* 5 spurium legitimari ex rescripto Principis, mali exempli esse,& contra bonos mores, & admonet quod si tale rescriptum à Principe pater impetrauerit, non debet Senatus ad cuius potius, quàm ad rationalium cognitionem ea res pertinet, voluntatem sequi Principis, nisi tot iussionibus, & comminationibus vrgeatur, vt vel inuitus parere habeat necesse.

Secundus casus est quando pater mortuus est,& 16
filium spurium hæredem in suo vltimo testamento instituit, sub conditione si eum Princeps legitimauerit, vel cum capax erit, quo casu plures tenuerunt institutionem huiusmodi valere, & legitimationem post mortem patris obtineri posse, vt constat ex relatis à Molin. *de primog.lib.*2.*c* 3.*num.*40. & 41. Pereg. *de iure fisci lib.*3. *tit.* 18. *num.* 88. pro qua opinione adducitur tex. *in l. in tempus ff. de hæred. instit.*

Contrariam tamen sententiam tenuerunt Paul. 17
de

de Castro in l. filiusfam. 29. ff. de testam. num. 54. Bald. in l. eam quam C. de fideicom. num. 48. Socin. sen. in l. Gallus §. instruens num. 2. ff. de liber. & posth. alios referens communem dicit Guillerm. Benedict. in cap. Raynutius, verbo reliquit n. 5. de testam. Marc. Anton. Aquilin. in d. §. & quod si tantum, super verbis. Quid enim si aqua & ignis interdictionem pateretur. num. 287. Ad dictam autem l. in tempus, respondetur procedere quando incapacitas solum respiciebat institutum, quæ potest suppleri mortuo testatore, vt capere possit; secus tamen est quando prohibitio incapacitatis dirigitur in eundem testatorem, & in eius odium, vt in nostro casu, iuxta tex. in l. fin. C. de naturalib. liber. ibi. Ideò prohibuerunt quia vitium paternum refrænandum esse existimauerunt. &c. quia tunc non potest suppleri, nec conualidari ex postfacto, maxime post eius mortem, vt in indiuiduo respondens dicta l. in tempus, considerauit vltra proxime citatos Molin. d. lib. 2. c. 7. n. 42. ibi. Item non obstat d. l. in tempus, & ea quæ scribuntur in d. §. instituens, adnotare solent: ad ea namque respondetur multipliciter; primo quod non loquuntur quando defectus prouenit ex parte instituentis, prout in casu, de quo agimus, contingit. Tunc enim hic defectus nedum post mortem, sed etiam in vita eiusdem suppleri non potest, l. filius, qui in potestate ff. de liber. & posth. l. 1. §. sed si filius ff. de legat. 3. idque in specie dixit Alex. in d. § instituens n. 2. & Curt. iun. d. cons. 84. n. 2. & 3. &c.

18 Tertius casus est quando pater filium illegitimum pure hæredem instituit, & voluntatem suam declarauit, vt Princeps illi legitimationem concessisset, tunc propter concursum voluntatis tam parentis quam Principis, valet legitimatio obtenta post mortem patris, dummodo talis filius sit naturalis, & non spurius, vt probat tex. in auth. item sine legitimis C. de natural liber. vbi notatur, auth. quibus modis natur. effic. legit. §. fit igitur licentia, vers. si vero, iuncto §. fin. eiusdem authentica; notat Dec. cons. 175. n. 3 lib. 1. ibi. Secundò respondetur quod text. in auth. item si quis loquitur in filiis naturalibus, dum inquit se velle naturales liberos fore legitimos successores; secus videtur in filiis spuriis, prout in casu nostro agitur, quia sunt magis odiosi. auth. ex complexu C. de incest. nupt. & ideo beneficium legitimationis datum liberis naturalibus in d. auth. item si quis, non habet locum in filiis spuriis, qui ab omni prorsus beneficio excluduntur, vt dicit tex. in d. auth. licet in fine C. de naturalib. liber. Costa in d. §. & quod si tantum p. 2. num. 166. ibi. Cæterum in specie à Decio proposita, vbi filius non simpliciter naturalis erat, sed ex damnato coitu conceptus, quæstio in hoc est, an non possit induci textus in auth. item sine, qui loquitur in naturalibus, & Bart. hic intellexisse videtur eum textum non solum in naturalibus, sed etiam in spuriis procedere, cum in naturali, vel spurio quæstionem proposuit idque pro constanti videtur habuisse Carol. Ruin. num. pen. è contrario Lancel. Gallia constanter asserit cum tex. in spuriis non procedere, ideoque conatur verba Bart. per interpretationem defendere, hoc etiam Dec. affirmauit in dicto cons. 175. in 2. col. Ego vero non dubito quin Iustinianus in auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi §. illud autem collat. 6. Vnde translatus est tex. in d. auth. item sine, in naturalibus liberis solum procedat, exclusis his, qui ex damnato coitu sunt concepti, in quibus nulla legitimationis species procedit, vt in auth. quibus modis natur. effic. sui §. fin. coll. 7. De Iure Regio consonat l. 6. tit. 15. part. 4. vbi statuitur Principem sequendo voluntatem patris iam defuncti, qui eius filium naturalem hæredem instituit, posse eum legitimare, & confirmare testamentum ipsius patris; & ibi Gregor. Lopez in gloss. naturales, ita ait Non enim habebit locum ista lex in filiis spuriis, qui ab omni beneficio excluduntur, &c.

19 Quartus casus est idem quod tertius, addita certa circumstantia, quod scilicet venientes ab intestato hæreditatem iam adiuerint, quo casu si filius est naturalis, procedit d. auth. item sine legitimis, quia hæredes ab intestato ius non habent, filio naturali hærede instituto, in quo nullo prohibito, aut incapacitas quoad effectum reperitur: secus verò in spuriis aliis hæredibus institutis, quibus Princeps etiam de plenitudine potestatis in præiudiciũ venientium ab intestato legitimationem concedere non potest post mortem patris, Anchar. cons. 241. num. 2. Rota decis. 164. num. 9. in fine p. 2. in posth. Farin. Fortun. Garc. in d. §. & quod si tantum n. 187. cum seqq. vbi n. 370. sic concludit. Sed vt ex superioribus constat id teneas quod siue hæreditas sit delata ab intestata, siue sit iam adita, siue sit apprehensa, nisi Princeps iusta causa vtilitatis publicæ abstulerit sola sua voluntate, non iuste aufert, nec iure valebit talis legitimatio, &c. Sarmient. select. lib. 1. c. 8. n. 14. cum seqq. Molin. d. lib. 2. cap. 7. num. 28. vers. quod in hac specie, & n. 29. ibi. Hæc tamen distinctio quamuis à grauissimis Auctoribus recepta sit, mihi tamen iure non probatur, imo est contra omnia Iura tam Ciuilia, quam Regia, quæ paulo ante citauimus, decentia dominium non posse alicui auferri a Principe absque causa publica, & dato bono cambio, quæ indistincte id disponunt; nec verum videtur quod ex eo quod modus acquirendi sit de iure Ciuili, dominium possit à Principe auferri; quamuis enim dominium per modum à Iure Ciuili constitutum acquiratur, ipsum tamen dominium ex iure gentium procedit, cum omnia dominia quæcunque ratione quærantur, iuris gentium sint, &c. & tandem concludit eam veriorem, & receptiorem: atque rationi, & æquitati magis consonam, Bolognet. in d. §. & quid si tantum n. 260. vbi refert ita de facto vidisse Bononiæ obseruari, quia cum Cardinalis Campegius ex sua plenissima potestate legitimasset forsan triginta, & vltra filios illegitimos post mortem parentum, & aditam hæreditatem eorum, tales legitimationes non potuisse præiudicare dictis agnatis adeuntibus, multoties vidisse iudicari; & ita vltra triginta sententias contra legitimatos latas fuisse, & in vsum transiisse refert Spin. in speculo testament. gloss. 16. num. 125. Menoch. cons. 108 n. 49. cum seqq. lib. 2. late Cardin. 20 Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. S. concl. 521. n. 6. cum seqq. Valenz. cons. 69. num. 108. vbi post Bart. in d. § & quid si tantum num. 14 tenet legitimationem factam post mortem patris non præiudicare agnatis nisi citati fuerint, & consenserint, & addit Rota coram Duran. decis. 254. num. 7 quod si pater in vita facit legitimum filium ad effectum vt ei succedat in bonis, de quibus potest libere disponere, in quoscunque nemo citari debet.

21 Quintus casus est quando hæres ab intestato non solum adiuerat iam hæreditatem, sed etiam possessionem bonorum acceperat, & tunc nullus dubitat legitimationem esse inualidam, proinde hæredi nullatenus præiudicare posse, vt vno ore affirmant omnes in d. §. & quid si tantum, & aduertunt Menoch. d. cons. 108. num. 48. Petra de potestate Principis q. 25. & 32. Nec aliqui Doctores in contrarium adduci soliti huic nostræ sententiæ impedimento sunt. nam Pute. decis. 472. alias 483. lib. 2. loquitur in filio habito in figura matrimonij, cui solũ obstabat

Canonicum impedimentum, & dispensatio fuit in radice, vt constat ex lectione dictæ decisionis. Clar. *in §. testamentum q. 31. n. 6.* loquitur in filio legitimatu viuu patre. Hieron. Gabr. *cons. 29. lib. 1.* agit de filio naturali ex soluta, & soloto, vt patet *ante n. 1.* & deinde probat filium de quo ibi esse oaturalem, licet susceptus oon esset ex cuucubina, in qua concurrerent iuris Ciuilis requisita; & *cons. 26. lib. 1.* solum ostendit per totum hoc consilium legitimationem, de qua fuerat consultus, esse obreptitiam, licèt *n. 3.* per transennam dixerit quod de vuluntate parentis potest fieri legitimatiu post eius mortem, quia non affirmat id procedere in spurio, cum id intelligi debeat iuxta terminos dictæ auth. *item sine liberis*, & ea quæ supra late tradita sunt. Seraphin. *decis. 1331. n. 11. p. 2.* luquitur in filio naturali, vt constat ex themate per eum propusito *n. 1.* ibi. *Et Fabricium filium naturalem legitimatum auctoritate Archiui Curia Romana*, &c. Rota *decis. 667. n. 4. p. 1. recentior.* pariter tractat de legitimatione obtenta in vita patris.

22 Illud adderem vtilissimum quod legitimatio obtenta post mortem patris retrotrahitur vbi accessit consensus patris in vita, Rota *decis. 74. n. 7. p. 2. recentior.*

Quare, *&c.*

Seguntina falsitatis.

VOTVM LXVIII.

Instrumentum falsum, & de falso suspectum quod dicatur: plures coniecturæ, præsumptiones, & suspiciones falsitatis scripturarum & instrumentorum, ex quibus oriantur ad hoc vt ab eorum fide detrahatur, vel nulla illis adhibeatur?

1 *Instrumentum quandoque est falsum, quandoque de falso suspectum.*

2 *Instrumentum de falso suspectum dicitur quando nulla adest concludens probatio falsitatis, sed solum adsunt verisimiles falsitatis suspiciones.*

3 *Falsitatis præsumptio aut proueniunt ex vitio patenti & visibili, aut ex intrinseco, & non visibili.*

4 *Falsitatis probatio cum difficilis reputetur, indiciis & coniecturis fit.*

5 *Falsitatem detegere est quodam modo diuina reuelatio.*

6 *Falsitatis præsumptiones plures sufficiunt, licet qualibet per se non sit plenè probata.*

7 *Suspiciones in ciuilibus ad probandam falsitatem sufficiunt.*

8 *Præsumptiones falsitatis instrumento fidem tollunt.*

9 *Suspicio falsitatis sufficit quando agitur de tollenda fide scriptura.*

10 *Suspicio falsi quando oritur ex vitio extrinseco & visibili; præsumptio habetur pro concludenti probatione.*

11 *Coniectura extrinseca falsitatis in ciuilibus sufficiunt ad hoc quod scriptura fides adimatur.*

12 *Coniectura vehementes & tendentes ad eundem finem, probant falsitatem commissam, maximè quando agitur de falsitate ciuiliter.*

13 *Coniectura qua in causa criminali tantum sufficiunt ad torturam, multo fortiùs sufficiunt in causa ciuili ad hoc vt non adhibeatur fides instrumento.*

14 *Probatio per testes est naturalis, at qua fit per instrumentum est artificiosa.*

15 *Scriptura de falso suspecta non creditur.*

16 *Scriptura, in qua non fuit appositus locus confectionis illius, præsumitur falsa.*

17 *Suspicio falsitatis arguitur quando non est adhibita solemnitas requisita.*

18 *Locus loci est de necessitate apponendus in scripturis, & instrumentis, præcipue si fiant in ciuitate populosa & ampla.*

19 *Ratio quare in instrumento facienda est mentio de loco, refertur.*

20 *Loci mentio spectat ad substantialia, & necessariam solemnitatem instrumenti.*

21 *Notarius omittens apponere locum in instrumento, est suspectus de falso.*

22 *Instrumentum, in quo non est appositus locus, vbi fuit confectum, nullum est.*

23 *Probatio præsumptiua maximè in instrumento, seu aliqua publica scriptura, non sufficit ad supplendam loci solemnitatem, sed requiritur loci expressa mentio.*

24 *Loci probatio præsumptiua sufficit in scriptura priuata.*

25 *Expressio vbi requiritur pro forma non sufficit expressio per relationem ad aliud.*

26 *Locus, & locus loci exprimi solet ex stylo, & consuetudine notariorum.*

27 *Subscriptionis notarij omissio scripturam vitiat.*

28 *Signum notarij accedere debet ad essentiam & validitatem instrumentorum publicorum.*

29 *Defectus clausula,* Actum, *&c. indicat imperfectionem actus, & stipulationem non adesse.*

30 *Falsitas arguitur ex contrarietate seu repugnantia inter duo instrumenta ab eadem parte producta.*

31 *Scriptura, qua verisimilia non continet, fides adhibenda non est.*

32 *Instrumentum continens inuerisimilia est de falso suspectum.*

33 *Falsitatis plena probatio resultat quando* *vnum*

vnum verisimile additur pluribus inuerisimilibus.

34 *Falsum reputatur quod verisimile non est.*

35 *Verisimile non est quod factum fuerit id, quod fieri non solet.*

36 *Inuerisimile est quod parcus, & tenax immensam faciat donationem.*

37 *Donatio excessiua & immoderata præsumitur fraudulenta, & simulata.*

38 *Insolita omnia sunt suspecta.*

39 *Instrumentum de fide suspectum est si rogatum fuerit à notario valdè suspecto.*

40 *Notarij fides diminuitur si sit valdè diffamatus, aut probetur fuisse solitum ea facere.*

41 *Scripturas falsas producere solitus facit vt malè præsumatur contra eam quam producit.*

42 *Falsitatis præsumptio oritur ex suspicione, quæ à familiaritate magna inter aduersarium, & Notarium intercedit.*

43 *Falsitatis donationis præsumptio est si donans post donationem quamplura bona diuersis contractibus distraxit, pratenso donatario sciente, & non reclamante.*

44 *Falsitatis instrumenti præsumptio est, quia omnes testes in eo descripti mortui sunt.*

45 *Testes duo quando reperiuntur descripti in instrumento quorum vnus dicit se non interfuisse, alter vero mortuus est, resultat suspicio quod instrumentum non sit verum.*

46 *Ignorantia, seu obliuio non præsumitur ob tempus peruetustum in facto momentoso.*

47 *Subscriptio testium facta contra solitum facit præsumi instrumentum falsum.*

48 *Falsitatis præsumptio oritur ex clausulis, & cautelis insolitis positis in instrumento.*

49 *Falsitatis præsumptio oritur ex occultatione scripturæ.*

50 *Occultatio instrumenti præsumitur ab eo facta in cuius commodum cedit.*

51 *Falsitatis præsumptio oritur ex diuersitate dictaminis scripturæ.*

52 *Characteres visi imitati potiùs quam veri Notarij conficientis scripturam faciunt de illa malè præsumi.*

53 *Papyri signum si sit diuersum ab alia eiusdem scriptura, facit de illa malè præsumi.*

54 *Charta in qua scriptum fuit instrumentum, si sit maculata, & immunda inducit præsumptionem falsitatis.*

55 *Parcella plures quando sunt verificata non est verisimile quod liber in cæteris falsum contineat.*

PRo eumprobanda falsitate scripturæ 1
donationis, de qua agitur, præmittendum est quod scriptura, seu instrumentum quandoque est falsum, quandoque de falso suspectum, ita distiuguit tex. *in l. 1. §. si quis neget*, vbi gloss. Bart. & alij, *quemadm. testam aper. cap. ex litteris, de fide instrum. cap. fin. de crimine falsi*, Mandel. Alben. *cons. 99. n. 3.* Farin. *de falsit. & simul. q. 151. num. 1.* Instrumentum autem dicitur falsum quando concludenter probatur falsum, vtputa rem aliter se habere, quam canter instrumentum; suspectum verò 2
dicitur quando nulla adest concludens probatio falsitatis, sed solum adsunt verisimiles falsitatis suspiciones, vt in *l. 2. ff. de fide instrum. & in l. iubemus, C. de probat. & in cap. olim ex litteris, de rescriptis. & in cap. ex litteris, & in cap. inter dilectos, de fide instrum. & in d. cap. fin. de crimine falsi*, Mandel. Alben. *d. cons. 99. num. 4.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis. 118. num. 8.*

Præmittendum etiam est magnam inter Doctores 3
reperiri distinctionem inter præsumptionem falsitatis prouenientis ex vitio patenti, & visibili, & eam quæ prouenit ex intrinseco, & non visibili, aut patente vitio: primæ classis exemplum est, vbi scriptura, seu instrumentum reperitur apostillatum, seu cancellatum, vel interlineatum, aut abrasum: secundæ classis exempla sunt quando instrumenti vitium ab extra prouenit, puta quia continet inuerisimilia, vel contrariatur alteri instrumento, & in aliis, de quibus Mascard. *de probat. concl.* 740. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 20.* Nicol. Genua *de scriptura priuata q. 6. princ. per tot. fol. 37. cum seqq.* Farin. *cons. 109. num 9. & 10 p. 2* vbi quòd præsumptiones falsitatis patentes & visibiles non solum dicuntur eæ quæ ex vitiata scriptura, sed omnes aliæ, quæ ex lectura scripturæ, de cuius falsitate agitur, colliguntur.

Cùm autem falsitas vtplurimum occultè com- 4
mittatur, illius probatio difficilis reputatur, ac proinde indiciis & coniecturis probari potest, Ias. *cons. 68. n. 2. lib. 4.* & cum pluribus Menoch. *cons. 538. num. 2. lib. 6.* Hunded. *cons. 109. num. 2. lib. 1.* quia detegere falsitatem est quodam modo diuina reue- 5
latio, Bald. *in l. si ex falsis C. de transact. n. 2.* ponderando textum ibi, *ciuiliter falso reuelato*. Socin. iun. *cons 41. num. 7. lib. 1.* Et hæ præsumptiones falsitatis 6
sufficiunt, licet quælibet per se non sit plenè probata, *cap. præterea 27. de testib.* vbi Abb. *not. 1.* Aretin. *in c. veniens el 1. n. 25. ad fin.* & ibi Felin. *n. 13. eod. tit.* idem Aret. *cons. 13. n. 9.* Dec. *cons. 577. num. 12.* Anton. Gabr. *commun. lib. 1. tit. de probat. concl. 1. n. 32.*

Vnde prouenit quòd in ciuilibus ad probandam 7
falsitatem sufficiunt suspiciones, & hæ habentur pro falsitate, Archid. *in cap. in memoriam n. 12. dist. 19.* Mascard. *concl. 739 n. 4.* Osasch. *decis. 117. n. 7.* Thesaur. *lib. 2. quæst. foren. q 47. in princ.* Farin. *d. tit. de falsit. q. 152. per tot. & cons. 70. num. 20. vol. 1.* vbi quòd præsumptiones falsitatis instrumento fi- 8
dem tollunt, optimè *cons. 108. n. 8. p. 2.* vbi quod sola suspicio sufficit quando agitur de tollenda fide 9
scripturæ, & subdit quod suspicio minor est quàm præsumptio, quàm coniectura, & quàm indicium, Rota *decis. 366. n. 4. post tom. 2. consil. eiusdem Farin.* Ita quòd quando suspicio falsi oritur ex vitio extrinsecu, & visibili, tunc verum sit quod habeatur 10
pro concludenti probatione præsumptio falsitatis, iuxta doctrinam Innoc. *in c. 1. n. 8. de fide instr.* quam sequitur Farin. *d. q. 152. n. 14.* & post eum

confirmat. Gait. de credito c.2.tit.7.n. 1904. & hu-
ius speciei duæ sufficiunt coniecturæ, Mascard. concl.
740. n. 45. Farin. d. conf. 108. n.9.p.2. Circa tamen
coniecturas ab extra, de quibus supra dixi, an idem
sit resoluendum, videtur apud Doctores multum
controuersum, ex quibus magis vera & communis
11 sententia tenet eas in ciuilibus sufficere, ad hoc quod
scripturæ fides adimatur, Bald. in l. scriptura n. 9.
C. de fide instrum. & alij plures relati per Mandel.
Alben. d. cons 99. num. 5. 7. & 8. lib. 1. Natt. cons.
633. n.9. Farin. d. q.152. num. 16. vbi affirmat hanc
opinionem seruari in Curia Romana, Mascard.
concl. 740. num. 4. cum seqq. & dicit communem
Bajard. ad Clar. in §. falsum n. 268. Olasch. decis.
107. num.7. & cons.7. num.23. Ioseph. Ludouic. Pe-
rus. decis. 15. n. 65. cum seqq. Intrigliol. Sicil. decis.
17. num.22. Ioseph. Sesse d. decis. 118. n.8. & multo
magis, vt in casu nostro, quando agitur de repro-
bando instrumento, quia tunc sufficiunt suspiciones
etiam extrinsecæ, & non visibiles, Crauet. cons. 56.
n. 10. Alben. d. cons. 99. n. 10. vers. in secunda.
12 Et quòd coniecturæ vehementes, & tendentes
ad eundem finem probent falsitatem commissam,
maxime quando agitur de falsitate ciuiliter, resol-
uunt Verall. decis. 207. p. 1. & decis. 4. p. 2. Menoch.
cons. 260. num. 38. lib. 3. Manent. cons. 9. num. 39.
& 40. Federic. Scot. resp. 5. num. 26. cum seqq. tom.
2. lib. 1. Ludou. Morot. cons. 17. num. 2. vbi dicit
quod hæc opinio in forensibus controuersiis reci-
pitur, Pereg. cons. 92. num. 25. & 26. lib. 1.
13 Quod adeo procedit vt coniecturæ, quæ in casu
criminali tantum sufficiunt ad torturam, multo for-
tius sufficiant in causa ciuili ad hoc vt non adhi-
beatur fides instrumento, prout optime probat Lu-
dou. Morot. d. cons. 17. num. 4. cum seqq. vbi fortius
defendit quod si notarius inquisitus criminaliter de
falso condemnatus ad torturam tortus negauit, &
in fauorem scripturæ stetit, & ideo fuit absolutus
ab instantia criminali, adhuc in iudicio ciuili non
est adhibenda fides scripturæ, & secundum hoc iu-
dicauit Senatus, vt refert Thesaur. lib. 1. quæst. fo-
ren. q.47. num. 12. quicquid ipse in contrarium in
hoc casu speciali incliner, Pereg. cons. 25. & 26.
lib. 1.
14 Comprobatur namque efficacissima ratione; quia
probatio per testes est naturalis de Iure diuino, &
gentium. cap. in omni negotio, cap. licet vniuersis, de
testib. probatio autem quæ fit per instrumentum, est
artificiosa, & quodammodo miraculosa, quia cre-
ditur pelli mortuæ. Innoc. in cap. cum P. tabellio n. 1.
& 2. de fide instr. Oldrad. cons. 75. Etenim testibus
de falso suspectis non creditur. l. ob carmen §. fin. ff.
de testib. Ergo fortius credi non debet scripturæ de
15 falso suspectæ, ita notabiliter argumentatur Natt.
cons. 633. num. 13. cum seqq. Crauet. cons. 56. n. 21.
Morot. resp. 17. num. 2. Pereg. cons. 92. num. 25.
lib. 1.
16 Pluribus præsumptionibus ex intrinseco, & vi-
sibili vitio prouenientibus fides scripturæ, de qua
agitur, adimitur, & falsitatis oritur coniectura. Pri-
ma est quando in scriptura omittitur locus, in quo
facta fuit, quia ex tali omissione præsumitur falsa,
Barbat. in rub. de fide instrum. col. 34. Plot. de in lit.
iurando §. 28. num. 6. Gemin. in cap. Abbate sanè
§. fin. n. 11. de re iudic. lib. 6. Felin. in c. 1. n. 6. de fide
instrum. Farin. d. tit. de falsit. q. 153. num. 191. &
17 cons. 109. num. 19. Suspicio enim falsitatis argui-
tur quando non est adhibita solemnitas requisita,
Bossi. in tit. de falsa. num. 6. in fin. & num. 13. adden.
ad Alb. cons. 224. lit. L. Mascard. concl. 745. n. 12.
Farin. d. q. 153. num. 191. & conf. 9. num. 3. & 4.
Gaito d. tit. 1. n. 330. cum seqq. Quod locum habet 18
non solum in omissione loci principalis, sed etiam
quando deficit locus loci; est enim magis vera &
recepta opinio, vt locus loci sit de necessitate ap-
ponendus in scripturis, & instrumentis, Cæs. de
Grassis decis. 45. alias vnica num. 9. de dolo & con-
tum. Castr. cons. 420. Viso & examinato col. 1. ante
med. lib. 2. Menoch. cons. 288. num. 1. lib. 3. & lib. 2.
præs. 84. num. 2. Gonzal ad reg. 8. Cancel. gloss. 62.
num. 4. Barz. Bonon. decis. 39. num. 50. & 52. Ste-
phan. Gratian. Marchiæ decis. 28. num. 2. & dis-
cept. forens. tom. 3. cap. 479. num. 47. cum seqq. vbi
num. 55. id absque dubio procedere ait in ciuitate
populosa, & ampla, quo casu magis requiri vt ap-
ponatur locus loci concludit, & num. 52. subdit
quod quamuis non vitietur instrumentum in totum
si non apponatur locus loci, tamen semper redditur
suspectum, itavt stante oppositione incumbat pro-
ducenti onus probandi illum locum specialem in
quo fuit factum instrumentum, & magis commu-
nem testatur Farin. cons. 109. num. 17.
Ratio autem quare in instrumento facienda sit 19
mentio de loco in quo facta fuerunt, ea potest as-
signari, vt aduersario licitum sit illius falsitatem
probare, quod scilicet eo tempore non fuerit in illo
loco, in quo dicitur confectum instrumentum, ar-
gumento tex. optimi in l. optimam §. fin. C. de con-
trah. stipul. per quem ita dicit Felin. in cap. 1. num. 6.
vers. sed textus, de fide instrum. Farin. d. cons. 109.
num. 19. Stephan. Gratian. d. c. 479. num. 55. Cald.
Pereira de empt. & vendit. c. 5. num. 13. vers. quamuis
enim.
Vnde fit inconcussam remanere resolutionem 20
quod loci mentio spectat ad substantialia, & neces-
sariam solemnitatem instrumenti, itaut sine ea in-
strumentum valere non possit. tex. & gloss. verbo loca
in cap. quoniam contra, de probat. Dec. in cap. 1. de
fide instrum. num. 8. vbi alios refert Cou. pract. c. 10.
ante num. 4. vers quinto, cum pluribus aliis, de qui-
bus per Cald. Pereira d. cap. 5. num. 9. Gaito plures
etiam referens in tract. de credito cap 3. tit. 1. n. 353.
vbi ex num. 310. cum seqq. probat quod notarius 21
omittēs hanc solemnitatem in instrumento pœna
falsi tenetur, maxime si sit suspectus de falso, Fa-
rin. d. q. 157. num. 6. & d. cons. 109. num. 17. cum
seqq.
Hinc etiam prouenit nullum esse instrumentum, 22
in quo hæc solemnitas deficit, d. l. optimam C. de
contrah. stipul. cap. Abbate sanè §. pen. vers. ex his,
de re iudic. lib. 6. Bald. in l. comparationes num. 8. C.
de fide instrum. Dec. in cap. 1. num. 8. de fide instr.
Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 492. Natt. cons. 329.
in princ. lib. 2. Rot. decis. 5. de fide instrum. in antiq.
Cephal. cons. 58. num. 33. lib. 1. & cons. 553. num. 9.
lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 84. & consil.
288. num. 2. & 13. Cald. Pereira d. cap. 5. n. 13.
Seraph. decis 949. num. 2. Farin. d. cons. 109. num. 27.
Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 11. n. 4.
& tom. 3. cap. 899. num. 17. ibi. Additur defectus
loci, qui tamen debebat apponi, adeò quod illo non ap-
posito, resultet clara nullitas instrumenti, cum ista ap-
positio sit vna ex perfectioribus requisitis, Gaito d. c. 3.
tit. 1. num. 354.
Nec ad supplendam hanc loci solemnitatem 23
sufficit præsumptiua probatio, maxime in instru-
mento, seu aliqua publica scriptura, sed requiritur
loci expressa nominatio, Felin. in d. cap. 1. num. 13.
de fide instrum. Cephal. cons. 622. n. 49. & 50. vbi 24
subdit quòd in scriptura priuata loci probatio præ-
sumptiua

sumptilis sufficit. Menoch. *d. conf.* 288. *num.* 18. *ibi. Hæc expressio loci sumpta à codicillo, est quadam expressio præsumptiua, quæ non sufficit in isto casu, in quo expressio pro forma requiritur.* Ratio est, quia vbi expressio requiritur pro forma, non sufficit expres-
25 sio per relationem ad aliunde, Alber. *in tract. stat. p.* 1. *q.* 150. Ias. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. de liber. & posth. & latius conf.* 97. *num.* 12. *& seq. lib.* 4 Menoch. *d. lib.* 2. *præs.* 84. *num.* 7. *&* 8. *& d. conf.* 288. *num.* 15.

26 Maximè, quia ex stylo & consuetudine notariorum exprimi solet locus, & locus loci, in quo instrumentum conficitur, ex Menoch. *d. conf.* 288. *n.* 3. immo contraria consuetudo non valeret, Cou. *pract. c.* 20. *num.* 3. vbi aduertit quòd si locus & tempus confecti instrumenti deficerent, multis falsitatibus, hominumque dolis, & malitiis pateret locus, vnde his, & aliis mature perpensis vere ac iure respondendum esse resoluit non valere consuetudinem, imo iniquam esse, quæ induxerit absque his duabus solemnitatibus & requisitis valere instrumenta, firmat etiam Afflict. *ad constit. Neapol. lib.* 1. *rub.* 73. *num.* 20. plures per Menoch. *d. conf.* 288. *num.* 4. *& d. lib.* 2. *præs.* 74. *num.* 2. *verf. & hæc quidem*, Cald. Pereira *d. cap.* 5. *num.* 9. *& latius num.* 14. vbi cauendum asserit ab Alexandro contrarium tenente; optimis etiam rationibus valde ad propositum conducens late probat Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 767. *ex num.* 6. *& decis.* 28. *num.* 4. *cum seqq.* Marc. Anton. de Amatis *decis.* 60. *num.* 2. & cum aliis Heriog. *de fideiussor. cap.* 14. *num.* 40. qui tutiorem dicit, Farin. *d. conf.* 109. *num.* 10. Gaito *de credito c.* 3. *tit.* 1. *n.* 353.

27 Secunda præsumptio falsitatis scripturæ est defectus inscriptionis, & subscriptionis notarij, quæ subscriptio cum sit de necessariis requisitis, & substantialibus, eius omissio scripturam vitiat, *l.* 2. *C. de conuen. fisci debit. lib.* 10. *& in auth. de instr. caut. & fid.* vbi gloss. & Bald. Abb. *in cap.* 1. *col.* 3. *de fide instr.* Angel. *conf.* 210. *in princ.* vbi dicitur quòd causa non est valida, quæ non continet subscriptionem, Corn. *conf.* 94. *vol.* 4. Cagnol. *in l. librarius num.* 33. *ff. de regul. Iuris*, Surd. *conf.* 187. *n.* 18. *&* 20.

28 Tertia præsumptio, est defectus signi notarij, ad essentiam enim & validitatem instrumentorum publicorum signum notarij accedere debet, Luc. de Pena *in l generali C. de tabul. lib.* 10. Angel. *d. conf.* 220. Bart. *in l. Prætor §. si initium num.* 32. *ff. de edendo*, Boët. *quæst.* 36. *num.* 8. *& quæst.* 37. *n.* 10. vbi testatur de magis communi, Corn. *conf.* 226. *num.* 3. *vol.* 3. Azin. *de execut. cap.* 6. *per tot.*

29 Quarta præsumptio est defectus clausulæ, *Actum &c.* quæ indicat imperfectionem actus, & stipulationem non adesse, Marc. *de clausul. p.* 1. *clauf.* 4. *num.* 1. Seraphio. *decis.* 949. *num.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 899. *num.* 15.

30 Quinta præsumptio, est contrarietas seu repugnantia inter duo instrumenta ab eadem parte producta ex qua falsitatem argui notatur *in l. scriptura C. de fide instrum.* gloss. *verbo falsam in cap. in memoriam* 19. *dist.* Bonifac. de Vitalini *in rub. de falsis num* 6. Ruin. *conf.* 55. *num.* 11. *lib.* 4 Cephal. *conf.* 287. *ex num.* 11. *lib.* 2. Mascard. *concl.* 240. *n.* 41. Menoch. *lib.* 5. *præs.* 10. *num.* 24. *& conf.* 199. *n.* 16. *& de arbitrar. casu* 87. *num.* 43. Grammat. *conf.* 24. *num.* 4. *cum seqq.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de falsit. instrum. resol.* 5. Farin. *d. quæst.* 153. *ex num.* 121. Ego ipse *in collect. ad cap. imputari* 13. *num.* 2. *de fide instrum.* Et tanto magis falsitas arguitur ex contrarietate, seu repugnantia si ea appareat in eodem instrumento, Menoch. *conf.* 619. *num.* 10. Farin. *d. n.* 121. Genua *de scriptura priuata lib.* 1. *q.* 6. *princ. dubit.* 6. Gaito *de credito cap.* 3. *tit.* 1. *n.* 671.

Sexta præsumptio est inuerisimilitudo; fides 31 enim adhibenda non est scripturæ, quæ verisimilia non continet, & non caret falsitatis suspicione, vt per Alex. *conf.* 84. *num.* 2. *verf. præterea dicta scriptura vol.* 7. Bald. *in l. scripturanum.* 5. *C. de fide instr.* vbi subdit quòd non sufficit esse possibile, nisi etiam sit verosimile, Crauet. *conf.* 56. *num.* 19. *& conf.* 930. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 5. Tiraq. *in l. si vnquam in præfat. num.* 57. Mascard. *d. concl.* 740. *n.* 35. Farin. *d. q.* 153. *num.* 176. Stephan. Gratian. *Marchia decis.* 28. *num.* 12. Ioseph. Sesse *Arag. decis.* 117. *num.* 17. *&* 18. Thesaur *forens. lib.* 1. *q.* 47. *num.* 1. vbi *num.* 11. inquit quòd hæc suspicio est multum efficax vt Iudex non adhibeat fidem instrumento, Petr. Bimi. *conf.* 188. *num.* 38. *cum seqq. lib.* 2. Pereg. *conf.* 92. *num.* 12. *cum seqq. lib.* 1. Et quod instru- 32 mentum continens inuerisimilia sit de falso suspectum, late probat Crauet. *conf.* 28. *num.* 5. *cum seqq.* Albens. *conf.* 485. *num.* 8. Et ad probationem falsitatis maximè attenditur inuerisimilitudo, vt latè probat Crauet. *conf.* 134. *n.* 36. & plures referens Farin. *d. q.* 153. *n.* 176. *& seqq.* Quod adeò verum est vt ad probandam falsitatem instrumenti sufficiat probatio per verisimile, Ofasch. *decis.* 177. *n.* 8. Farin. *d. q.* 153. *num.* 177. Surd. *d. conf.* 473. *num.* 11. *lib.* 4. Et quòd reficit plena probatio falsitatis quando 33 vnum verisimile additur pluribus inuerisimilibus, Iacob Nouel. *reg.* 242. *fallent.* 2. quem refert & sequitur Farin. *d. num.* 177. videndus etiam *conf.* 109. *num.* 23. dum ait præsumptionem falsitatis resultantem ex inuerisimilitudine habere qualitatem visibilis, & patentis vitij; quod enim verosimile non est, falsum reputatur, *cap. quia verosimile, de præscript.* 34 Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *C. de seru. fugit.* Cephal. *conf.* 287. *num.* 21. *lib* 2.

Hinc cum verisimile non sit quod factum fuerit 35 id, quod fieri non solet, *l. fideicommiss. §. si seruo*, vbi Bald. notat *ff. de legat.* 3. Alex. *conf.* 75. *col. pen. lib.* 5. Crauet. *conf.* 947. *n.* 31 *& conf.* 949. *n.* 10. patet inuerisimile esse quod parcus, tenax, & sui patrimonij nequaquam prodigus immensam faciat donationem, arg. text. *in l. sed si ergo ff. ad Velle.* iuncta gloss. *verbo donat*, quæ refert plures concordantes, *l. Hisp.* 3. *tit.* 12. *part.* 4. & conducit Tiraq. plura cumulans *in l.* 9. *connub. n.* 43. optimè Crauet. *conf.* 862. *n.* 3. Surd *conf.* 472. *n.* 18. Et quòd immensa & summa liberalitas etiam in personis non parcis, nec miserabilibus, inuerisimilem faciat donationem resoluunt Paul. de Castro *conf.* 174. *n.* 1. *lib.* 1. Corn. *conf.* 124. *n.* 5 *lib* 3. Rip. *responsor. lib.* 3. *de renoc. donat. cap.* 5. *n.* 13. *in fine*, Farin. *conf.* 108. *n.* 116. Ex- 36 cessiua enim & immoderata donatio præsumitur fraudulenta, & simulata, Cephal. *conf.* 137. *n.* 78 *& conf.* 142. *n.* 14. Becci. *conf.* 52. *n.* 59. vtporè quia in- 37 solita, quæ ideo de falso suspecta etiam præsumitur, Crauet. *conf* 889. *n.* 7. *& conf.* 930. *n.* 11. *& conf.* 857. *n.* 6. vbi ait insolita omnia esse suspecta.

Septima falsitatis præsumptio, vt de fide suspe- 38 ctum sit instrumentum, oritur, si rogatum fuerit à notario notantis fidei, & valde suspecto, Bald. *conf.* 402. *Quæritur an per solam diffamationem lib.* 5. Crauet. *conf.* 864. *n.* 10. *& conf.* 134. *n.* 34 Ofasch. *decis.* 316 *n.* 11. Motol. *conf.* 47. *ex n.* 3. Ad quam 39 suspicionem inducendam non requiritur sententia contra notarium, sed sufficit per testes, & per famam probare illum fuisse solitum ea facere, vt est expres-

40 sè de mente Bart. & aliorum *in l.1.§.si quis neget ff.*
*quemadm.testam.aper.*Farin. *q.*156.*n.*154.Mascard.
*de probat. concl.*740.*n.*30. Ioseph. Sesse *Aragon. de-*
*cis.*118. *n.*21. Vel quod sit valde diffamatus, vt ex
Cuman. & Anan.ac aliis pluribus resoluit Farin. *q.*
156.*n.* 154.

41 Octaua falsitatis præsumptio oritur ex mala qua-
litate producentis scripturam, de cuius falsitate
agitur, præsertim si aliàs fuerit solitus falsas scriptu-
ras producere, gloss. magistra communiter recepta
verbo suspectus in l.iubemus C. de probat. Bald.*cons.*
401.*n.*2.*lib.*5. Bertazol. *cons.*91. *n.*35. Mascard. *d.*
*concl.*470.*n.*29.*lib* 2.Morot. *d.cons.*47.*n* 5. & cum
innumeris Farin. *d. q.* 153.*n.* 146. *& seq.* Genua *de*
scriptura priuata lib. 1 *q.6. dubit.*7.

42 Nona falsitatis præsumptio oritur ex suspicione,
quæ à familiaritate magna inter aduersarium, &
notarium intercedit iuxta text. *in l. nullum patet ff.*
*de excusat.tut.*Ferrent. *Gurgari.inter consil.crimin.*
*Ziletti cons.*122.*n.*8.*&* 9.*lib.*1. Crauet. optimè *cons.*
682.*n.9.vers.octauo.*Card.Tusch *pract conclus.* lit.
*F,concl.*44 *num.*62.Farin. *in praxi crimin.p.*2. *q.*52.
n num. 8.

43 Decima falsitatis donationis præsumptio est, si
donans post donationem quamplura bona diuersis
contractibus distraxit. prætenso donatorio sciente,
& non reclamante, Fulgos. *cons.*151.*col.* 2. *ad fin.*
vers. tertio, Crauet. *cons.*930.*n.*6. Morot. *cons.* 47.
*sub n.*12.

44 Vndecima falsitatis instrumenti præsumptio est,
quia omnes testes in eo descripti mortui sunt, vt
per Alex. *cons.77.vers. primo concurrit lib.* 1. Paris.
*cons.*27.*n.*14.*&* 42. *lib.* 2. vbi idem dicit si duo ex
tribus testibus instrumẽtariis mortui fuerint, Ofasc.
*decis.*117.*n.*10.Crauet.*cons.*28.*n.*7.*& cons.*119.*n.*13.
Menoch. *de præsumpt. lib.*5. *præs.*22. *n.*13. Morot.
*d.cons.*47.*n.*7.& cum multis Farin. *q.*157. *num.*179.

45 Quando enim duo testes repetiuntur descripti in
instrumento, quorum vnus dicit se non interfuisse,
alter verò mortuus est, resultat magna suspicio quod
instrumentum non sit verum. Ita ex Puteo, Alex.
& Cuman.tradit Neuizan. *cons.* 27. *n.* 13. Crauet.
*cons.*28 *n.7.vers.imò idem si vnus.*Menoch.*cons.*199.
*n.*13. latè Farin.*q* 153.*n.* 180. Idem si ille vnus te-
stis non diceret se non interfuisse, sed affirmaret
se non recordaste si verisimiliter posset recordari,
quia peræque habendum est ac si omnino negaret
se interfuisse, Menoch. *de arbitr. casu* 105. *n.*31. *in*
fine, & cum aliis Farin. *d.q.*158.*num.*122. maximè
in facto multum notabili; in quo non præsumitur
obliuio etiam ex antiquitate temporis, *cap.cum illo-*
rum §. circa,de sent.excom Crauet.*cons.*132.*num.*31.

46 Ob tempus enim peruetustum ignorantia, seu obli-
uio non præsumitur in facto momentoso, Abb.
*cons.*41.*num.*1. *vers. ad cap. lib.*2. Roman.*cons.*391.
num. 7. *& cons.*448. *num.* 3. Crauet. *cons.* 930.
num. 8.

47 Duodecima falsitatis instrumenti præsumptio
oritur ex eo, quia reperitur subscripsio testium facta
contra solitum, iuxta ea, quæ notabiliter respondit
Socin. *cons.*189. *num.*56. *&* 57. *vol.* 2 qui suspicio-
nem falsitatis contra testamentum deducit ex eo,
quia non erat scriptum iuxta stylum Hieronymi cõ-
ditoris, nempe in subscriptione nominis proprij.
Nam ipse semper scribebat. Ego Hieronymus, &c.
cum aspiratione, vt ex omnibus instrumẽtis per eum
confectis constat, in isto autem legitur Ieronymus
sine aspiratione, & sic aliter quam secundum con-
suetudinem suam, ex quo facile credendum est to-
tum testamentum esse falsum, refert & sequitur
Menoch. *cons.*199. *num.* 10. *& de præsumpt. lib.* 5.
præs 20.*n.*18. *&* 19. Sic quoque respondet Decian.
*cons.*108 *num* 6x. *vol.*2. qui arguit falsitatem pro-
pterea quod quidem Ioannes solitus erat scribere
nomen suum Io. cum littera I. in subscriptione verò
illius instrumenti extabat subscriptio cum littera G.
Genua *de scriptura priuata lib.*1. *q.*6. *dubit.*7.*n.*9.10.
& 11. qui licet *num.*12. subdubius transeat cum hac
conclusione sic simpliciter per prædictos Doctores
adnotata, indubitanter tamen firmat tenendam, sal-
tem quando aliæ coniecturæ, & circunstantiæ cum
illa concurrunt.

Duodecima falsitatis præsumptio oritur ex clau- 48
sulis & cautelis insolitis in instrumento positis, vt
per Ioseph Ludou. *decis.* 212. *num.* 13. Mascard.
*concl.*740 Crauet.*cons.*28.*num* 5. Franc.Marc. *decis.*
743. *num.*2 *p.*1. Menoch. *cons.*199.*num.*6. Farin. *d.*
*q.*153. *num.*162. Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 118.
lit. T.

Decimatertia falsitatis præsumptio oritur ex oc- 49
cultatione scripturæ, *cap.* 1. *de frigid. & malef.* ibi,
quia si proclamare voluit, cur tandiu tacuit, l. si quis
forte §.1 ff. de pæn ibi, *neque enim debebant tam ma-*
gnam rem tandiu reticere, Caball. *milleloq.* 584.
vers. nono. Barbat. *cons.*88. *col.pen. lib.* 4. Paul. Ca-
strens. *cons.*281 *num* 1. *lib.* 1. Crauet. *cons.* 28. *n.* 6.
Menoch. *lib.*2. *præs.*91. *num.*5.Surd.*cons.*173.*n.*20.
& cons. 473. *num.* 28. Farin. *d. quæst.*153. *num.*18. 50
Subtractio enim, seu occultatio instrumenti præ-
sumitur ab eo facta in cuius commodum cedit;
Bossi. *de indic num.*63.Franc.Beci.*cons.*70. *num.* 20.
in fine, vers. Secundum indicium, Honded. *cons.*96.
*num.*13. *& num.*61. *lib.*2. Mascard. *concl.* 831. *n.* 1.
& concl. 1003. *num.*69. Farin. *d.q.*153 *num.*109.*&*
*de furtis q.*76. *n.* 89.

Decimaquarta falsitatis scripturæ præsumptio 51
procedit tum ex diuersitate dictaminis ipsiusmet
scripturæ, Specul. *in tract. de probat. §. videndum*
restat num. 25. Ias. *cons.* 562. *num.* 2. *ad fin. lib.*4.
Mascard *d. concl.* 740. *num.* 39. Farin. *d. quæst.*135.
*num.*139. Tum quia in charta recenti, & cum lit-
tera recentiori inuenitur scriptum instrumentum
antiquum, & constitit quod tempore, quo instru-
mentum fuit confectum, illa charta non fabricaba-
tur, & ideo præsumitur falsum, *cap. inter dilectos,*
§. sed contra, de fide instr. ibi. *Secundo, quia cum*
charta vetustissima videretur, recentior apparebat
scriptura tanquam in illo tempore facta fuisset, &c.
ibi. *Littera quoque recẽtior videbatur quam charta,*
&c. Farin. *d. q.* 153. *n.*266. *&* 170. Tum quia col- 52
ligitur characteres potius esse imitatos, quam veros
Notarij dictam scripturam conficientis, vt resoluit
Decian. *resp.* 99. *num.* 18. *vers. septimò lib.* 2. vbi
considerat quod licet characteres litterarum vide-
rentur imitari characterem, quo solebat vti nota-
rius, attamen propter imitationis difficultatem vi-
debantur librata manu, ac sensim, & cum maxima
consideratione diligentiaque formati, non vt alij
currente calamo, & negligenter, & ex hoc ait in-
duci præsumptionem falsitatis, refert & sequitur
Card.Tusch.*pract.conclus. tom.*3. *lit. F. concl.* 44.
num. 9. Tum, quia papyri signum, in qua scripta 53
est partita suspecta, non est simile signo alterius pa-
pyri, Decian. *cons.*100.*num.*17.*lib.*2. Menoch.*de præ-*
*sumpt.lib.*5.*præs.*20.*n.*40.Mascard.*d.concl.*740.*n.*21.
Farin. *d. q.*155.*n.*166. Tum quia vnum folium pa-
pyri altero longius est. Farin. *d. q.* 153. *num.*168.*&*
*cons.*108.*num.*2 *tom.*2 tum quia charta, in qua fuit
scriptum instrumentum, erat maculata, & immun-
da, quæ inducit præsumptionem falsitatis, gloss.
verbo

verbo suspectus in fine vers. vel ratione charta, *&* ibi Odofred. *num. 1. in l. iubemus C. de probat.* gloss. *verbo scripturam in l. fin. C. de falsis*, Bald. *in l. contractus num. 22. de fide instrum.* vbi dicit quòd non solum scriptura debet esse munda, sed etiam charta in qua scribitur. Petr. Bimi. *cons.* 188. *num.* 91. *lib.* 2.
54 Farinac. *d. quaest.* 153. *num.* 185. tum quia instrumentum non continebat ea omnia, quæ adhiberi in illo solitum erat, ex quo inducitur præsumptio vehemens falsitatis, *cap. licet § illos quoque*, vbi gloss. *verbo in forma scriptura, de crim. falsi*, Crauet. *cons.* 28. *n.* 5. Menoch. *concl.* 199. *num* 6. *& de praesumpt. lib* 5. *praes.* 20. *num.* 17. tum etiam quia diminuitur fides toti instrumento, & non probat, quia in vna eius parte certa falsitas reperta fuit, vt post multos resoluit Sigism. Scacc. *de iudic lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 184 *cum seqq.* Menoch. *de praesumpt. lib.* 3. *praes.* 63. *num.* 2. vbi dicit quòd quando liber, aliave scriptura continet falsum in vna parte, præsumitur etiam in reliquis falsum continere, *ex l. si ex falsis C. de transact.*
55 Sicut è contra quando parcellæ, seu partitæ libri mercatoris, vel alterius priuati probatæ, & verificatæ fuerunt, liber præsumitur verus in reliquis omnibus parcellis etiam non verificatis, quia quando plures parcellæ sunt verificatæ, non est verisimile quod liber in cæteris falsum contineat, Paris. *cons.* 90. *à n.* 3. *& cons.* 47. *vol.* 1. Syluan. *cons.* 21. *n.* 10. *vol.* 2. Natt. *cons.* 581. *n.* 15. Passet. *cons.* 75. *à n.* 13. *& cons.* 190. *n.* 6. Hippol. Rimin. *cons.* 489. *n.* 30. *&* 35. Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de praesumpt. concl.* 5. *à n.* 1. Cephal. *cons.* 508. *n.* 34. Purpur. *cons.* 519. Crauet. *cons.* 198. *n.* 6. *& cons.* 350. *n.* 15. *& cons.* 969. *n.* 32. Bursat. *cons.* 124. *n.* 8. Fab. Turrec. *cons.* 100. *n.* 40. *vol.* 1. Monal. *cons.* 98 *n.* 3 Borsel. *cons.* 20. *& seq.* Surd. *cons.* 543. *n.* 4. *& decis.* 199. *n* 3. Menoch. *d lib.* 3. *praes.* 63. *n.* 1. Viui. *decis.* 132. *n.* 8. *& decis.* 445. *n.* 8. Farin. *cons.* 13. *n.* 6. & ibi Adden. *lit. A.* Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 1 *c.* 19. *n.* 1. Escobar *de ratiocin. c.* 12. *n.* 5. vbi dicit quod si liber rationis societatis in aliquibus probaretur veritate scriptus, tunc etiã in aliis illi esset credendum propter præsumptionẽ bonæ fidei.

Quare, *&c.*

VOTVM. LXIX.

1 *Donatio facta pro causa onerosa matrimonij, & inter capitula matrimonialia scripta censetur causa finalis matrimonium.*

2 *Intellige quando donatio fit pro contrahendo matrimonio cum persona certa, & nominatim expressa.*

3 *Dictio*, vt, *causam finalem ostendit.*

4 *Verba*, vt dictum matrimonium effectum sortiatur, *ostendit matrimonium esse causam finalem donationis.*

5 *Dictio*, Pro, *inducit causam finalem.*

6 *Causa finalis dicitur, quæ ab agente principaliter consideratur.*

7 *Causa matrimonij in omni persona donante, est finalis, dummodo fiat pro certo & determinato matrimonio.*

8 *Donatio facta intuitu & contemplatione matrimonij corruit, si illud sequutum non fuit.*

9 *Exceptio matrimonij non sequuti potest opponi contra promissionem.*

10 *Donatio facta intuitu matrimonij corruit quando matrimonium fuit contractum, & tamen propter aliquod Iuris impedimentum nullum extitit.*

11 *Donata vel quæsita intuitu matrimonij sunt restituenda si illud nullum existat.*

12 *Donator potest condicere rem donatam ex defectu causa finalis propter quam donatio facta fuit.*

13 *Doctores plures referuntur idem resoluentes.*

14 *Legata vxori putatiuæ relictum ex defectu volantatis irritum est, & ad testatoris hæredes pertinet.*

15 *Donatio facta intuitu matrimonij non valet illo inter contrahentes inualido existente, etiamsi ignoranter contraxerit.*

16. *Dos non debetur quando matrimonium fuit nullum.*

17 *Donatio intuitu matrimonij facta non valet eo inualido existente etiamsi vterque coniux inscius impedimenti fuerit.*

18 *Matrimonio consummato, & postea ob aliquod impedimentum declarato nullo, si vterque ignorauit impedimentum nec maritus lucratur dotem, nec vxor antefactum.*

19 *Donatio quando fit à tertio ob causam matrimonij eo existente nullo, vel non sequuto est semper nulla siue contrahentes scirent, siue ignorauerint impedimentum.*

20 *Donatio facta vxori per maritum intuitu matrimonij celebrati, eo non sequuto, si vterque contrahens fuit conscius impedimenti*

Toletana donationis.

Donatio facta pro contrahendo matrimonio cum persona certa, & nominatim expressa, matrimonio non sequuto, vel nullo existente propter aliquod Iuris impedimentum, est nulla, siue contrahentes scirent, siue ignorauerint impedimentum quando fit à tertio; vbi verò facta fuerit vxori per maritum, si vterque contrahens conscius erat impedimenti, non est locus repetitioni, sed fiscus potest rem donatam vendicare; at si donans sciebat impedimentum, & alter ignorabat, res donata efficitur ignorantis.

dimẽti non est locus repetitioni, sed fiscus potest rem donatam vendicare: at si donans sciebat impedimentum, & alter ignorabat, res donata efficitur ignorantis.

21 *Conditio nuptiarum quando habeatur pro impleta?*

22 *Legatum pro matrimonio contrahendo quando sit purum, quando modale, & quando conditionale?*

VIT dictum, Matrimonium inter Elenam & Franciscum celebratum fuisse causam finalem donationis præpositæ ex sequentibus.

1 Primò, quia eo ipso quod donatio facta fuit pro causa onerosa matrimonij, & inter capitula matrimonialia, scripta reperitur, dicitur causa finalis matrimonium, & talis donatio censetur pars & portio contractus Matrimonij, Boër. *decis.* 353. *n.*10. Surd. *cons.*164. *n.*5. *vers. Et causa matrimonij semper præsumitur finalis quando aliquid in nuptiis datur*, idem Surd. *cons.*196. *num.*15. ibi. *Et vt dixi quando aliquid datur in nuptiis, semper causa matrimonij præsumitur esse finalis*, Bertazol. *cons.*28. *n.*52. & 53. *in ciuilib.* Franc. Becc. *cons* 20. *n.*18. Neuizan. *cons.*45. *n.*26. *cum seqq.* Milanens. *decis.*164 *lib.*1. Cald. Pereira *cons.*52. Castill. *decis.*106. *n.*13. Fontanel. *de pactis nuptial. claus.*4. *gloss.*1. *n.*14. Canner. *var. lib.*1. *cap.*6. *num.*61.

2 Quod absque dubio procedit, quando fit donatio, vt in nostro casu, pro contrahendo matrimonio cum persona certa, & nominatim expressa, vt pro constanti affirmat Monter. *decis.*10. *n.*11. Fontanel. *d. claus.*4 *gloss.*1. *n.*16. *cum seqq.* Molin. *de ritu nupt. lib.*3. *q.*12. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*5. *cap.*984. *num.*22. *cum seqq.* vbi ait resoluentes matrimonium non esse causam finalem, loqui in donationibus factis pro omni matrimonio, his verbis. *Tales donationes quando fiunt pro contrahendo matrimonio cum persona certa, & nominatim expressa, semper dicuntur ob causam finalem, non autem impulsiuam; cum contraria procedant quando esset donatum in genere pro contrahendo matrimonio, & talis donatio censetur pars, & portio ipsius contractus matrimonij, & cum toto ipso contractu confunditur concernendo vtilitatem non solum donatarij, sed etiam ipsius mulieris secum contrahentis, & eius parentum, qui videntes tales donationes fieri suis generis futuris, eneruant sua patrimonia constituentes ampliores dotes filiabus, alias non daturi, vt ditioribus eas nuptui tradant*, Guid. Papæ *decis.*145. *n.*2. Natt. *cons.*115. *n.*2. Roland. *cons.*70. *n.*3 & 4. *lib.*4 Menoch. *cons.* 261. *n.* 19. Franchis *decis.*205.

3 Secundò, quia verba donationis ostendunt matrimonium fuisse causam finalẽ ad eam faciendam, vt patet ibi, *paraque el dicho matrimonio tenga efeto*, notando illam dictionem, *paraque*, latinè, *vt*, quæ proprie causam finalem ostendit, *l. cum alimenta* §. 1 ibi. *illam autem adiectionem vt habeat vnde se pascat magis ad causam*, &c *ff. de aliment. leg. l. si creditor ff. de distr. act. pignor. l. emptori ff. de euiction. l.* 4. *ff. de testib.* Flamin. *de resignat. benef. tom.*1. *lib.*3. *q.* 5. *n.* 11 cum aliis per me citatis *dict.* 439 Vlterius verba illa, *vt dictum matrimonium effectum sortiatur*,

4 ostendont matrimonium esse causam finalem donationis, Castill. *contr. tom.*6. *c.*119. *n.*21. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.*2. *n.*3 Monter. *d. decis.*10. *n.*17.

Id ipsum comprobant alia eiusdem donationis, 5
y por causa onerosa doti, ex dictione, *Pro*, quæ inducit causam finalem *l. pen.* §. *fin. de aliment. & cibar. legat.* Bald. *in l.* 1. *C per quas personas nobis acquiritur col. pen. vers. venio ad secundam form & in cap.* 1. *in princ. de testib.* vbi notabiliter quòd ista dictio, *Pro*, idem significat ac si disponens dixisset se aliàs non facturum, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*1. *c.* 96. *n.*26. Castill. *d. c.*119. *n.*19. vbi ad propositum deducunt ex dict. *Pro*, quod in casu de quo agunt fuerit donatum ob causam finalem matrimonij. Vtpote quia, vt innumeris relatis ostendit idẽ Castill. *d. tom.*6. *c.*172. *n.*23. causa finalis dicitur quæ ab agente principaliter consideratur, & quæ ipsum præcipue mouet, & in quam ipsius mens, veluti in scopum dirigitur, & cum quis aliquid facit ex tali causa sine qua non esset facturus, aut quæ ita mouet, vt ea cessante non faceret, vel non eo modo. 6

Tertiò, quia in omni persona donãte, siue sit pater, siue extraneus, causa matrimonij est finalis, dũmodo fiat pro certo, & determinato matrimonio, in parte probat tex. *in l. si extran. ff. de condict. causa data*, ibi. *Sed & si pater pro filia det, & ita conuenit (nisi euidẽter aliud actum sit) conditionem patri competere Marcellus ait*, &c. per quem tex. ita tenent D. Barbos. *in l. si cum dotem n.*51. *vers. Denique.* iuxta prædicta, & *n.*52. *ff. soluto matr.* Fontanel *de pactis nupt. claus.*4. *gloss.*1. *n.* 18. & 30. Monter à Cueua *d. decis.*10. Cald. de Pereira *d. cons.*52. Aoendan. Baeca, Molin. & plures alij congesti à Castill. *d. tom.*6. *c.*119 *a n.*11. *vsque ad* 17. vbi latissimè reprobat illos qui differentiam constituunt inter patrem & extraneum: Doctores verò, qui contrarium asserere videntur, aut loquuntur in donatione simplici, libera, & pura, non autem in ea, cuius causa finalis fuit matrimonium, vt sunt Alexand. *cons.*14. *n.*1. *lib.*1. Bellon *cons.*74. *n.*5. Crauett. *cons.*114. *n.*7. *lib.*1. & *cons.*718. *n.*11. *lib.*4. Bursat. Franc. Marc. Cacher. Cephal. Turret. Mantu. Iacob. Perret. Viui. & Surd. Aut agunt de patre, qui motus dilectione, aut sanguinis affectione donauit, vt per Paul. de Castro *cons.*365. *n.*2. *lib.*1. Vel tractant de donatione facta duobus post matrimonium contractum, in quo casu loquitur Oldrad. *cons.*5 & alij, qui illum sequuntur. 7

Posito ergo pro constanti quod donatio facta 8
fuerit intuitu, & contemplatione matrimonij, si illud sequutum non fuit, ipsamet donatio corruit, & annullatur, ac pro non facta habetur, quia talis donatio habet tacitam conditionem, *si nuptiæ sequantur, d. l. si extraneus ff. de condict. causa data*, ibi. *Nam quasi causa insequuta habere potest conditionẽ qui ob matrimonium dedit matrimonio non copulato*, &c. *l. si ego* 10. *l. promittende* 42. ibi. *Sed si nuptiæ sequutæ non fuerint, ex stipulatu agi non potest, magis enim res quã verba intuenda sunt ff. de iure dot. l. Titio centum*, §. *Titio genero*, & ibi Bart. *n.*1. *ff. de condit. & demonst.* Tell. *in l.*17. *Tauri n.*76 *cum seqq.* D. Barbos. *in l. si cum dotem. in princ. n.*51. *ff. soluto matr.* Cald. Pereira *cons.*52. *n.*8. *vers. accedit etiam*, Font. *de pactis nupt. tom.*1. *claus.*4 *gloss.*1. *n.*53 & 54. *cum pluribus seqq.* Molfes. *ad consuetud. Neapol. tom.*2 *p.*4. *tit. de succession. ab intestato in addit. ad q.*25. *n.*5. *pag.*140. Molinus *de pactis nupt. lib.*3. *q.*6. *n.*70. & 71. Castill. *d. tom.* 6. *c.*119. *ex n.* 4. Et quòd ista exceptio matrimonij 9
non sequuti possit opponi contra promissionem, late probat Grassis *de exceptionibus except.*40. *n.*11. & 12.

Idem quoad propositum dicendũ est quando ma- 10
trimonium fuit contractũ, & tamen propter aliquod Iuris impedimentum, nullum est, *per l.* 1. *C. de condict. ob causam, & l. quod Seruius ff. de condict. causa data.*

& l. si

& l. si mulier §. eius nomine ff. de iure dot. l. à diuo Pio ff. de ritu nupt. ibi. *Quia ex dote nullum lucrum habet, qua nulla est,*&c. *l. hac conditio* 10. *in fine ff. de condit. & demonstr.* ibi. *sed non omnes coniunctiones implent conditionem, puta cum nondum nubilis ætatis in domum mariti deducta non paruit conditioni,*&c. ex quo Paulus de Castro respondens ad obiectionem de conditione potestatiua, ita subdit. *Conditio nuptiarum non est mere potestatiua, & impletur per nuptias validas, per inualidas autem nec impletur, nec deficit.* Quorum Iurium decisionibus ita in terminis probant.

11 Vincent. de Franchis *decis.* 52. *n.* 3. ibi. *Fuit igitur dubitatum si hæc donatio debeatur declarata iam matrimonio nullo,* & *n.* 4. attestatur Senatum censuisse quod donata, vel quæsita ex dicto matrimonio sunt restituenda danti, vel ei, vnde bona prouenerunt, postquam cessat causa matrimonij, & *num.* 9. subdit quòd quando ambo coniuges sunt ignari facti & iuris, hinc inde data repetuntur, & tandē post Cassan. *consil.* 49. concluditur esse legē in mūdo, quę dicat hoc casu mulierē lucrari lucra matrimonialia.

12 Fontanel. *de pactis nuptialib. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 1. *n.* 64. ibi. *Sed quid si contrahatur quidem matrimoniū, illud tamen postea declaretur nullum, propter aliquod Iuris impedimentum, quod vetaret illud cōtrahi, in hoc casu idem censeo indistinctè, quod in superiori, posse scilicet donatorem condicere rem donatam si tradidisset; vel retinere si penes se haberet ex defectu causa finalis propter quam facta extitit, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum,*&c.

13 Eandem sententiam tuentur Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 7 § 1. *n.* 8. Palat. Rub. *in rub. de donationib.* §. 36. *n.* 7 Roder. Xuar. *lib.* 3. *fori tit. de los ganancias l.* 1. *n.* 4. Viui. *commun opin.* 1057. *n.* 3. Caualcan. *decis.* 18. *n.* 23. *p.* 2. Matiens. *l.* 2. *gloss.* 1. *n.* 6. *tit.* 9. *lib* 5. *Recop.* Gall. *de except. p.* 2. *tit.* 4 *except.* 8. *n.* 3. Menoch. *cons.* 309 *n.* 97.

14 Emmanuel à Costa *in cap si pater p.* 1. *ver. vxorem num.* 18 *de testam. in* 6. vbi etiam legatum vxori putatiuæ relictum irritum esse docet ex defectu voluntatis, & ad testatoris hæredes pertinere.

15 Antonius Gomez *l* 50. *Tauri num.* 65. *vers. tertius est.* ibi. *Aduertendum etiam quod omnia superiora habent locum & procedunt quando matrimonium valet, & tenet de iure inter maritum & vxorem, secus tamen est si matrimonium inter eos non valet nec tenet, etiamsi contraxerint ignoranter, quia tunc ista donatio non confirmatur morte, sed indistinctè reuertitur ad donatorem,*&c.

D. Petrus Barbosa *in l.* 2. *in princ. n.* 158. *ff. soluto matrim.* vbi ex pluribus idem tuetur.

16 Cardin. Mantica *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 33. *num.* 50. ibi. *Tertio hoc pactum restringitur, vt non habeat locum in dote putatiua, quando scilicet matrimonium per errorem fuit contractum, & de iure non subsistit, nam cum nullum sit matrimonium dos non intelligitur, ergo pactum de lucro dotis locum non habet,*&c.

17 Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 2. *n.* 9. vbi resoluit donationem nihil prorsus valere matrimonio nullo existente, etiamsi vterque coniux inscius impedimenti fuerit.

18 Molfes. *ad consuetud. Neapol. p.* 7. *q.* 7. *num.* 16. vbi agens de matrimonio consummato, & postea ob aliquod impedimētum declarato nullo, ait quod si vterque ignorauit impedimentum nemo punitur, nec etiam maritus tunc lucratur dotem, nec vxor antefatum, & ideo data hinc inde restitui debere per conditionem sine causa ait.

Ludou. de Lima *in addit ad Molin. de primogen.*
Barbosa Vota decisiua.

lib. 4. *c.* 2. *n.* 18. *vers. cæterùm,* ibi. *Et idem asseuerandum fatemur si contrahatur matrimonium, & illud postea declaretur nullum.*

Ex quorum dictis videtur ad duos casus tota materia reducenda. Primus est quando donatio fit à tertio, Petro scilicet vt in vxorem ducere possit Mariam, & è conuerso, & tunc quomodocunque cesset causa matrimonij, aut quia contractum non fuit, aut quia declaratum fuit nullum propter aliquod iuris impedimentum, tunc donatio expirat siue contrahentes scirent, siue ignorarent impedimentum; quia bonæ fidei & voluntati donantis attenditur, & causa inspicitur, matrimonium verum scilicet, & non putatiuum, in quo omnes conueniunt. 19

Secundus est quando donatio fit vxori per maritum, & in hoc casu inter scientiam & ignorantiam solet distingui, in hunc modum. Aut vterque fuit conscius impedimēti, & tunc non est locus repetitioni, sed fiscus potest rem donatam vindicare, *l. cum hic status* §. *fin. de donat. inter virum,* Sanch. *d. lib.* 6. *disp.* 2. *n.* 2. Fontanel. *d. claus.* 4. *gloss.* 1. *n.* 66. Aut verò donans sciebat impedimentum, & alter ignorabat, tunc res donata efficitur ignorantis, quia donans ex ea falsa causa matrimonij falsitatis non ignarus, censetur donare, & lex talem donationem applicat coniugi ignoranti, Sanch. *vbi proximè n.* 5. vbi *in fine* hanc rationem suggerit. 20

Vbi promissio dotis, seu obligatio, & matrimonij contrahendi conditio non in vltima voluntate, sed in contractu inter viuos fuit celebrata, tunc talis conditio nuptiarum non habetur pro impleta, etiāsi ex impedimento illius, cum qua matrimonium cōtrahendum erat, conditio deficiat. Ita Alex. *in l.* 1. *n.* 10. *C. de instit. & substit. & ibi* Corn. *in fine,* & Ias. *n.* 6. Emman. à Costa *in l. cum tale* §. *si quis arbitratu limit.* 6. *n.* 18. *ff. de condit. & demonst.* Greg. Lop. *l.* 14. *glos. pen. tit.* 4. *part.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 33. *n.* 21. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 19. vbi dicit communem, D. Barb. *in l. si mora* 10. *n.* 78 *ff. soluto matrim.* Fontanel. *d. claus.* 4 *glos.* 1. *n.* 61. Cald. Pereira *d. consil.* 52. *n.* 4. vbi *n.* 5. rationem differentiæ assignat, quia in contractibus strictior fit interpretatio, & cum à verbis non recedamus, illa conditio matrimonij contrahendi, seu obligatio celebrata contemplatione futurarum nuptiarum non impletur nisi sequuto matrimonio; in testamentis autem, & conditionibus testamentariis plenior atque vberior fit interpretatio, ac proindè à verbis non æquè pendemus, obtinuitque vt in his conditio habeatur pro impleta, si per eum, cui legatum, vel fideicommissum relinquitur, non staret. 21

Non obstat quòd conditio fuerit modalis, & conditionalis, ac proinde ex capite causæ non sequutæ reuocari non poterat; quia est sequenda distinctio Bald. *in l si plures n.* 26. *C. de condit. insert.* dicentis; aut legatur pro matrimonio contracto, & est purum omnino, aut pro contractis sponsalibus, & est modale, aut pro sponsalibus contrahendis, & est conditionale; vnde cum donatio de qua agimus fuerit pro matrimonio futuro, absque dubio dicitur conditionalis, vt ex aliis profitetur Castill. *d. tom.* 6. *cap.* 119. *n.* 25. & 26. tum ex eo, quia differentia inter conditionem & modum in principio consistit, videlicet quod conditio impedit acquisitionem donec conditio impleatur, modus autem eam non impedit: at conueniunt in fine; quia quemadmodum defectus conditionis dispositionem annullat, & resoluit, ita quoque defectus modi actum resoluit, & donatarium iure iam quæsito priuat, & facit vt donatio ad donantem, vel eius hæredes reuertatur, Me- 22

noch.*conf.78.num.17 lib.1.& conf.131.n.1. & 2. lib. 2.& conf.903.ex num.34.*Pereg.*de fideicommiss.art. 63. num.14.* Surd.*conf.437.num.43.lib.4.*Galganet. *de condition.p.1.c.102.sub n.4.versiatem modus a conditione differt* , & innumeris relatis Castill. *controuers.tom.4.c.55.n.32.cum seqq.& tom.6 c.119.n.26.* Tum etiam,quia vt inquit idem Castill.*d.c.19.n.27.* in materia,in qua versamur,prædicta maxime procedunt,quia cum matrimonio modi matrimonium sit causa finalis,etiãsi in vim modi matrimonium inesset, conditionis naturam assumeret, vt matrimonio ipso non sequuto resolui, aut vitiari deberet dispositio, & hoc quia quando modus est causa finalis dispositionis,dicitur conditio, & ipso non impleto dispositio vitiatur, refert Salicetum, D. Barbos. & alios.

Quare, *&c.*

Toletana agnationis.

Filij appellatione non venit nepos quando disponens mentionem facit de filio non simpliciter, sed cũ aliqua alia qualitate, quæ non ita conuenit nepoti, vel vbi disponens discretiuè de filiis, & de nepotibus tractauit. Filij masculi appellatione non comprehenditur nepos, vel alius descendens ex filia. Vocatio masculorum quãdo non comprehendat masculos ex fœmina.

Votvm LXX.

1 *Filij appellatione non venit nepos quando disponens mentionem facit de filio non simpliciter, sed cum aliqua alia qualitate, quæ non ita conuenit nepoti.*

2 *Ordo genituræ consideratur inter plures fratres, non autem inter filium, nepotem, & pronepotem.*

3 *Nepotes in præiudicium filiorum existentium admittendi non sunt.*

4 *Filiorum nomine non veniunt nepotes vbi disponens discretiuè de filiis, & de nepotibus tractauit.*

5 *Filij masculi appellatione non comprehenditur nepos, vel alius descẽdẽs ex filia.*

6 *Procedit in cõtractib. & donationibus vt n.7.*

8 *Statutum præferens descẽdẽtes masculos, vel hæredes masculos, non comprehẽdit masculum ex fœmina descendentem.*

9 *Feudo pro masculis concesso non succedunt masculi ex fœminis descendentes.*

10 *Procedit in maioratibus Hispaniæ.*

11 *Et in testamentis, ac vltimis voluntatibus.*

12 *Fœmina exclusa tacitè exclusi sunt masculi ex ea prouenientes.*

13 *Medio excluso, per quod deuenitur ad aliud, & illud excluditur, ad quod per tale medium deueniri debebat.*

14 *Vena succisa, deficit cursus, & fluxus.*

15 *Masculorum sub vocatione cognatus pro masculo non reputatur.*

16 *Nepos ex fœmina non admittitur ad maioratus successionem, qui deferri debet masculis.*

17 *Masculi ex fœminis quotiescunque non habent specialem prouisionem, nihil refert quod masculi adsint, qui tamen prouemant à fœminis exclusis.*

18 *Agnatio vbi est conseruãda, tunc vocatio masculorũ, masculos tantum ex masculis, non vero ex fœminis comprehendit.*

19 *Maioratus institutor si masculos absolutè vocauit, nec fœminas admisit, ex ea masculorum vocatione censetur agnationem voluisse conseruare.*

20 *Testator vbi in dispositione pluries masculorum mentionem fecit, censetur fœminas excludere, & tacitam agnationis conseruandæ rationem habere.*

21 *Fundator quando est masculus, & primus vocatus similiter masculus agnatus, & deinde vocantur etiam masculi in futurum, tunc videtur inducta ratio conseruandæ agnationis, & solum admittuntur masculi ex masculis.*

22 *Testator quando sæpè habet mentionem de masculis vel dispositiuè, vel enuntiatiuè, tunc censetur inductum fideicommissum absolutum fauore masculorum prouenientium ex agnatione.*

23 *Testator masculinã qualitatẽ considerando agnationis fauorem respexisse censetur.*

24 *Ludouici Molinæ opinio.*

25 *Agnationes conseruandæ ratio non cessat ob vocationem fœminæ quando institutor aliter disponere non potuit, nec locus erat vt succederent masculi.*

26 *Agnationis conseruandæ ratio etiam non cessat ex vocatione fœminarum quando agnatio contemplatur ad certos gradus, vel ad certas personas est restricta.*

27 *Masculi ex fœminis descendentes non sunt masculi descendentes.*

28 *Testamẽti in vna parte quãdo apparet quomodo testator aliquod verbũ acceperit eodẽ modo videtur acceptum in alia parte.*

29 *Intellige quãdo versamur circa res dubias.*

30 *Declaratio propria non dicitur quando vocabuli significatio est certa.*



APpellatione filij, non venit nepos quando disponens mentionem facit de filio, non simpliciter, sed cum aliqua alia qualitate, quæ non ita conuenit nepoti; nempe filius primogenitus, sic in fideicommissis & maioratibus resoluunt Alex.*conf.123.n.2.vol.1.& conf.4 n.9.& per tot. lib. 4.* Bald. quem sequitur Fulgos.*n.2.in l.vt intestato C. de*

de suis & legit. hered. dum dicit quòd appellatione primogeniti venit nepos, sed appellatione filij primogeniti non comprehenditur nepos, quia tunc dispositio restringitur ad primum gradum filiorum, quam Baldi traditionem probarunt Corn. & Paul. ibi, Tiraq. *in tract. primog. q.4.n.* 19 & latè Emman. Acosta *in tract. de maioratu p.1.n.8.& p.2.n.9 vers. confirmatur hoc argumentum*, Bellon. *cons.50. num.3.* Mandel. *cons.60 n.5.* Cou. *pract. c. vlt. n.4. vers. quinto idem erit*, Berret. *cons.* 140. *num.* 2. Marian. Socin. iun. *cons.* 108. *n.* 18. *vers. & similiter, & num.* 17. *lib.* 2. vbi quòd consideratio primogeniti, secundogeniti, & deinceps, non cadit in nepotibus, & aliis descendentibus. Alciat. *cons.* 98. *Donationis verba, & cons.* 2. *n.* 12. *lib.* 8. vbi de quadam donatione facta hoc modo; *donamus vobis, & filiis vestris*, scilicet *primogenito vestro*, & deinde vni post alium successiuè secundum ordinem geniturae, quod in ea non est actū de nepotibus, sed dumtaxat de filiis primi gradus, in quibus cadit ordo geniturae, Pereg. *de fideicom. art.* 21. *n.* 44 *in fine vers. hac verè cõclusio*, Card. Mantic. *de coniect. vltim. volũ. lib* 8. *tit.* 9. *n.* 11. Raudens. *de analogis, in appendice p.1. n.* 56 & *n.* 166. Menoch. *cons.*

2 403. *n* 24. *lib.* 3. *& cons.* 328. *n.* 5. vbi quòd ordo geniturae consideratur inter plures fratres, non autem inter filium, nepotem, & pronepotem, ac alios deinceps, pulchrè Surd. *cons.* 403. *n.* 23 *vers. demum, & n.* 24. *vol.* 3. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 22. *vers. idq; verissimum est*, Rub. *cons.* 149. *n.* 8. & 9. Rimin. iun. *cons.* 371. *n.* 144. *&* 147. Dec. *cons.* 4. *n.* 12. *vers. ex quibus apparet lib.* 2. vbi distinguit an indefinitè substituatur primogenitus, an verò filius primogenitus, quia tunc censetur constituta differentia inter gradū filiorum, & nepotum, Franc. Hieron. Leo *decis* 69. *n.* 41. *cum seqq.* latè Castill. *controu. lib.* 5. *p.* 2. *c.* 92 *n.* 23. *cum seqq.* & praecipuè *n.* 28 plures alios refert & sequitur Fusar. *de substitut.* 311. *n.* 25. *& cons.* 26. *n.* 3. *& cons.* 39 *num.* 12.

3 Et hoc tanto magis sine dubio procedit quando, vt in nostro casu filij existunt, in quibus conditio verificari possit, quia tunc nepotes in praeiudiciū filiorum existentium, admittendi non sunt. Alex. *cons.* 37. *n.* 15 *lib.* 6. Corn. *cons.* 107. *n.* 3 *lib.* 1. *& cons.* 131. *col.* 2. *lib.* 3 Gozadin. *cons* 36. *n.* 9 Sanch *in l. heredes mei §. cum ita p.* 4. *n* 167 *ff ad Trebell.* Zas. *cons.* 7. *n.* 7. & 8. *lib.* 1. Anton. Gabr. *commun. tit. de verbor signif concl.* 5. *n.* 77. Curt. iun. *cons.* 57. *n.* 7. *vers. praeterea*, Paul. de Montepico *cons.* 74. *n.* 9. *& cons.* 101. *n.* 28. Decian. *cons.* 47. *n.* 11. *lib.* 3. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *n.* 11. Crass. *in §. fideicommiss. q* 11. *n.* 3. Surd. *cons.* 403. *n.* 19 & 21 Castanate *cons.* 58. *n.* 14. Fusar. *d. q.* 311. *n.* 39. vbi dicit quod quando viuit filius & ex eo nepos, tunc appellatione filij non venit nepos, & *n.* 41. idem dicit quando extant filij & ex alio filio nepotes.

4 Maximè vbi disponens discretiuè de filiis, & de nepotibus tractauit, tunc filiorum nomine non veniunt nepotes, quia cum voluit intelligere de nepotibus, illud expressit, vnde quando de eis non dixit, sed de filiis, non debemus interpretari quod de nepotibus intellexerit, probat tex. *in l. liberorum in verbo toties ff. de verb signif* & ibi notat Bart. *n.* 4. *vers. primo casu*, Ruin. *cons.* 131. *n.* 4. *vol.* 2. Socin. iun. *cons.* 128. *n.* 71. *vol.* 1. Anton. Gabr. *commun lib.* 6. *tit. de verbor. signif. concl.* 1. *n.* 93. Simon. de Pretis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *interp.* 3. *dub.* 4. *solut.* 1. *n.* 43. *fol. mihi* 326. Crauet. *cons.* 677. *n.* 3. *vers. Secundo respondetur*, vbi dicit quòd expressum facit silere tacitum, Decian. *cons.* 47. *num.* 16. *vol.* 3. vbi ait quòd si aliquando de nepotibus specialis facta fuerit mentio,

Barbosa Vota decisiua.

praecipuè in filiorum defectum, non potest dici quod vocando filium, intellexerit de nepote, Hond. *cons.* 60. *n.* 64 *lib.* 1. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. p.* 3. *c.* 54. *n.* 16. Menoch. *cons.* 215. *n.* 69. & *cons.* 328. *n.* 6. & *de praesumpt. lib.* 4. *praes.* 94. *num.* 6. Surd. *d. cons.* 403. *n.* 22. Castill. *d. cap.* 92. *num.* 31. *cum seqq.* Badel. *cons.* 83. *n.* 51. Rustic. *in l cum auus lib.* 6. *c.* 4. *n.* 44. Fusar. *d. q.* 311. *n.* 59. *& cons* 36. *n.* 8. & *cons.* 152. *n.* 2. Rota *decis.* 667. *n.* 1. & *decis.* 693. *n* 4. *p.* 2. *recentior.*

Et denique quia nepotes non ex filio, sed ex filia 5
nati sunt, ac proinde appellatione filij masculi non comprehenditur nepos, vel alius descendens ex filia, Capra *cons.* 18. *n* 9. *in fine, & n.* 10. vbi loquitur in substitutione facta filiis sub conditione, si sine filiis masculis, Crauet. *cons.* 22. *n.* 10. Card Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib* 8 *tit.* 8. *n.* 22. Menoch. *cons.* 1306. *n.* 4 *lib.* 11. Anton. Fab. *de errorib. pragmat. tom.* 2. *decad.* 28. *errore* 8. *fol* 144. ibi. *Inde vero fit vt concepta dispositione, vel cõditione de filiis masculis, sicut foemina omnes excluduntur, ita & nepotes ex filia exclusi videantur, tanquam qui non possint venire sub nomine filiorum, nisi ex persona matris, quae ex eo filiorum numero fuit, & quae tamen exclusa fuit à conditione, aut dispositione propter adiectam qualitatem masculorum*, &c. & *d. decade* 28. *errore* 10. *per totum.* vbi latè fundat, praecipuè fol. 151. ibi. *Ea sententia est, in contractibus eam ipsam distinctionem adhibendam esse, quam adhibuimus in vltimis voluntatibus, an scilicet conditio concepta sit his verbis specialibus, si sine filiis masculis; an illis generalioribus, si sine liberis masculis; priore casu non puto appellatione filij masculi contineri nepotem ex filia, quia si contineretur, vtique propter filiam ipsam contineretur, cum non nisi per filiam auo coniungatur; atqui non potest filia facere, vt hic nepos videatur masculus testatoris, quando quidem nec illa ipsa masculus est, vt neque ipse foemina*, &c.

Et in contractibus hoc probant Specul. *tit. de locato §. nunc aliqua q.* 146. Paul. de Castro *cons.* 190. 6
Nouiter renouatur n. 2. *& 3. lib.* 3. *& in l. Gallus §. nunc de lege n.* 6 & ibi Alex. *n.* 3. Ias. *n.* 6 *ff. de liber. & posthum.* dicens perpetuò mente tenendum, & *cons.* 300 *Viso quodam processu lib.* 2. Franc. Marc. *Delphin. decis* 543. *n.* 21 *lib* 2. Clar. qui dicit communem *in §. emphyteusis q.* 36. Menoch. *cons.* 172. *n.* 1. *lib.* 2. & *cons* 40. *n.* 45. *lib* 4. Pereg. *de fideicommiss. art.* 26. *n.* 8.

In donationibus Guid. Papae *decis.* 133. & Ran- 7
chin. *ibi in addit.* Socin. iun. *cons.* 116. *num.* 6. *lib.* 3. Syluest. Aldobrandin. *cons.* 6. *n.* 6. Pereg. *d. art.* 26. *num* 8. & *num.* 15. *in fine.*

In statutis praeferentibus descendentes masculos, 8
vel haeredes masculos, quod non contineatur masculus ex foemina descendens, probat Paul. Alex. & caeteri *in d. l. Gallus §. nunc de lege*, Angel. Ruin. Guillelm. Bened. Anton. Rub. & alij plures, quos refert & sequitur Pereg. *d. art.* 26. *n.* 3. qui dicit communem.

In feudis pro masculis concessis, quod non suc- 9
cedunt masculi ex foeminis descendentes, probant gloss. & Doctores *in cap.* 1. *§ & quia vidimus*, vbi Afflict. *n.* 54. *de his, qui feud. dar. pos.* Bald. *in l. quoties C. de suis & legit.* Paris. *consil.* 17. *n.* 7. *lib.* 1. Surd. *cons.* 307. *n.* 1. *lib.* 3.

Et in maioratibus Hispaniae, in indiuiduo obser- 10
uant Antou. Gom. *l.* 40. *Tauri num.* 61. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 54 Mieres *de maiorat. p.* 2. *q.* 6. *num.* 54 *ad fin.* Castill. *controuers. lib.* 3. *cap.* 19 *num.* 17. *in fine cum seqq.* illi enim vel per contractum, seu per vltimam voluntatem institui

& fuodari soleot, & licet in contractu instituantur, vltimæ voluotatis vim & naturam obseruant. Molin. lib. 1. cap. 21. per tot.

11 In restamentis, & vltimis voluntatibus, Bald. conf. 40. Quidam magnus nobilis lib. 3. Mathes. sing 130. Corn conf. 124. n. 24. lib. 2. Socio. iun. conf. 69. per tot. lib. 3. Cardin. Mantic. de coniect. vltim volunt. lib. 11. tit. 15 per tot. Mich. Crass §. fideicommissum q. 35. n. 3. Menoch. conf. 172. n. 12. & conf. 400. n. 43. Syluest. Aldobrand. conf. 3. & 5. Tiber. Decian. conf. 127. num. 5. cum seqq. lib. 3. Surd. conf. 316. n. 6. Pereg. d. art. 26. n. 35.

12 Et ad hoc quod exclusa fœmina tacite exclusi sint masculi ex ea prouenientes, probatur per text. in cap. 1. de success. fratrum, ibi. Proles fœminei sexus, vel ex fœmineo sexu descendens ad huiusmodi successionem aspirare non potest, &c. cap. 1. §. hoc autem notandum. qui feud. dar. poss. ibi. Hoc autem notandum est quod licet filia, vt masculi patribus succedant, legibus tamen successione feudi remouentur similiter & earum filij, nisi specialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat, &c. Ioan. Andr. in cap. Apostolica, de re iud. lib. 6. & in addit. ad Specul. tit. de testam. circa fin. Bart. in l. 2. §. videndum n. 2. ff. ad Tertul. & in l. liberorum n. 16. ff de verb. signif. vbi etiam Alciat. n. 12. Bald. in l. 1. num. 3. ff. de senator. ibi. Quod si filia non succedit in Regno, neque etiam eius filius succedere potest, quia non potest esse plus virtutis in causato quam sit in infiniti potentia causa, &c. & in l. maximum vitium C. de lib. pret. n. 4. ibi. Eudē dico si ex tali filia superesset nepos masculus, nam mutatio in eo sensu non mutatur: mutatur tamen ratio exclusiua, cum non possit venire nisi tanquam matris imago, &c. & ipse Bald. conf. 40. Quidam magnus nobilis lib. 3. pluribus ratiooibus id

13 comprobat, ibi. Item excluso medio, per quod deuenitur ad aliud, & illud excluditur ad quod per tale medium debebat deueniri, quia non habet ordinatam & in Iure fundatam consequentiam; item mater & filius vna persona censentur; item vlterior agnatus non debet esse potior suo genitore, item natura matris non potest à filio separari; item aspectus nepotis ad auum maternum est per sanguinem maternum, &c. Afflict.

14 lib. 3. constitut. rub. 23. num. 13. & 14 Et succisa vena deficit cursus & fluxus, l. flumina §. fin. ff. de damno infecto. Tiraq. de primog. q. 12. num. 12. & non est dubitandum quod ista sit commuois opinio & in practica recepta, teste Beccio conf. 107. n. 3. in fine, Antoo. Gom. l. 40. Tauri n. 61. Molin. de primogen. lib. 3 cap. 5. n. 41. & 42. Ioseph de Rusticis in l. cum auus ff de condit. & demonstrat. lib. 6. c. 16. n. 2. cum seqq. Mietes de maiorat. p. 2. q. 6. n. 46.

Idem Bald. conf. 202 lib. 5. n. 1. ibi. De filio enim Ioanna non est curandum, quia aut Ioanna habilis est, & inclusa in pacto, & ipsa filio suo obiicitur, tanquā prior ei, aut inhabilis, & per inhabilem personam non descendit feudum in masculis, &c. Paul. Castreos. in l. Gallus §. nunc de lege n. 6. ff. de liber. & posthum. ibi. Quod si quis recipit emphyteusim pro se, & suis descendentibus masculis, restringitur ad descendentes ex masculis; nam cum mater sua, si viueret, non admitteretur, multo minus debet admitti filius ex ea, ne sit melioris conditionis quàm mater, quia eum præcedit in gradu. l. si viua matre C. de bonis mat. &c. Et licèt Aretin. ibi n. 52. ad finem, dicat istam rationem posse reuocari in dubium, quia in prouisione hominis non est necesse qood oepos succedat ex persona matris, cum possit vocari ex propria persona, & sic qualitas materoa ei noo obsit, nihilominus concludit dictam opioiooem veram esse, quia illa verba non videntur aliud posse significare, nec propter aliud esse posita, nisi vt descendentes ex fœminis exclusi sint propter descendentes masculos per lineam masculinam. Gregor. Lopez l. 6. glos. 23. tit. 26. part. 4. Palat. Rub. in repet. rub. de donat. inter virum §. 69. n. 34. Corn. conf. 122. n. 14. vol 1, dicens id procedere ex verosimili mente loquentis, & Alex. conf. 188. n. fin. lib. 6. & Socin. conf. 251. n. 9. lib. 2. vbi dicit qoòd quando testator facit mentionem de desceodentibus masculis, non veniunt fœminæ, nec etiam veoiunt descendentes masculi ex eis, Deci. conf. 399. n. 8. vers. & quia testator, Natt. conf. 187. n. vlt. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 3. §. 5. n. 70. & ioter aliam ratiooem esse dicit, quia radix mortifera non potest stipitem, vel ramum fructiferum, vel virentem facere. Hinc Sigism. Loffred. tit. de his, qui feud. dare poss. ait quòd si feudum deuenit in fœminā, tunc id, quod obstat matri, obstat & filio, & qood iste defectus est impurgabilis, & addit Tiraq. de primog. q. 12. n. 5. se credere nemini futurum dubium quod si filia oon succedit io iure primogeniturae, nec etiam eius filius succedet. oam quod ex radice est, eius naturam, à quo procedit, sequatur necesse est, & quod amputata radice, necessario rami debent deficere, & quod sublata media persooa, noo potest sequens admitti. & Franc. Viui. lib. 1. commun. opin. verbo statutum excludens n. 13. Mich. Grass de succession. abintestato q. 5. n. 3. vbi dicit hanc esse veram & indubitatam conclusionem, Menoch. conf. 172. ex n. 3. & conf. 400. n. 36. latè & notabiliter Decian. resp. 117. n. 15. cum multis seqq. lib. 3.

Et sic regulariter sub vocatione masculorum, 15
cognatus pro masculo oon reputatur, & minus priuilegium quam fœmina agnata consequitur, Fraoc. Bursat. conf. 1. n. 20. vol. 1. ibi. Non enim hic tractamus de filia per lineam masculinam descendente, sed de nepote per lineam fœmininā; qui verè ob initium infectum inter masculos descendentes non connumeratur, præcipuè quando fœmina per testatorem excluduntur, secundùm Bald. & Salicet. in l. maximum vitium C. de liber. præter. &c. Ratio est, quia in matribus capacitatur, vel inhabilitatur tota linea descensiua à filiis mascolis & fœminis, Bero. conf. 151. n. 20. vol. 2 Natt. conf. 581. n. 32. & 34. vol. 3. nam qui primitiua inficit, deriuatiua vituperat, vt inquit Bald. in l. fin. n. 4 C. de verb. signif. Afflict. decis. 248. n. 7. Menoch conf. 172. n. 33. vol. 2. Hippol. Rimin. conf. 313. n. 51. vol. 3. Cephal. conf. 581. num. 26. cum seqq. vol 4 Optimè prosequitur Bald. d. conf 40. n. 3. quòd scilicet hoc casu nepos cum non veniat ad repræseotationem aui, nisi per matrem, cuius ipse est imago, non excludit substitutum, & ideo nec ipse potest excludere, quia matris genitura nihil sibi influit in successione; tum quia nepos non debet esse melioris conditionis qoàm filia, vt in l. si viua matre C. de bonis mat. nec vlterior cognatus debet esse potior suo genitore; & natura matris non potest à filio separari, & aspectus nepotis ad auum maternum est per saoguinem materoum; itaut si gradus matris tollatur de medio, noo potest intelligi quod iste sit nepos; & quando aliquid deriuatur, vel deducitur ab aliquo, sapit naturam, & qualitatem eius, à quo deducitur, vt nepos legitimatus, qui descendit à filio illegitimo, vt in l. fin. C. de natural. liber. io ratione sui, & quia mater est persona media, cuius gradum filius ingreditur, & inhabilitas medij inducit inhabilitatem in extremo.

Hanc eandem resolutionem tenent Doctores 16
Hispani, Palat. Rub. in repet. rub. de donation. inter virum & vxor. §. 69. n. 34. dicens quòd si maioratus defertur masculis, intelligitur de descendentibus

bus per lineam masculinam, vnde nepos ex fœmina cum procedat à radice infecta, vel exclusa, non admittitur. Cifuentes *in l.* 40. *Tauri q.* 2. & Mieres *de maioratu p.*2.*q.*6. *n.* 52. vbi testatur hanc esse regulam generalem in materia maioratuum quod exclusa fœmina à maioratu, exclusi censentur descendentes ex illa, licet sint masculi, & eam latè prosequitur & exornat ante *n.* 54. subdens quod quando testator in sua dispositione fecit mentionem de descendentibus masculis, ex quo non veniunt fœminæ, non veniunt etiam masculi descendentes ex fœminis.

17 Non obstat quòd masculi ex fœminis succedere possunt ex propria persona, secundùm Bald. *in auth. cessante C. de legit. hered.* quia præter quam quod eius doctrina explicatur à Socin. iun. *cons.* 2. *n.* 20. *vol.*3. & à Greg. Lop. *l.*3. *verbo mugeres q.*18. *tit.*13. *part.* 6. tamen vera resolutio est quod quotiescunque masculi ex fœminis non habent specialem prouisionem, nihil refert quod masculi adsint, qui tamen proueniant à fœminis exclusis, ita idem Bald. *in l.* 1. *n.* 2. *&* 3. *ff. de senatorib.* ibi. *Et nota & adde quòd vbi non succedit fœmina, non succedit filius eius, extra de re iudic. cap. ad Apostolica lib. 6. in nouellis; nam omne quod est ex radice, sequitur naturam proprij genitoris; & ideo si filia Regis Francorum non succedit in Regno ex rationabili consuetudine Francorum; filius eius, scilicet dominus Rex Angliæ inclytæ recordationis in Regno Francorum nullum ius prætendere potuit, quia in causato non potest esse plus virtutis quàm procedat ab influenti potentia causa*, &c. & communi calculo receptam doctrinam testantur Pereg. *de fideicom. art.*26. *n.*6. *vers. contrarium, & n.* 7. Surd. *cons.*85. *n.* 11. *&* 12. *lib.*1.

18 Quæ principalis resolutio locum habet & procedit sine dubio, vbi agitur de conseruanda agnatione masculorum, quia tunc vocatio masculorum tantùm ex masculis, non verò ex fœminis comprehendit, Peregrin. *de fideicom. art.* 26. *n.* 11. Gam. *Lusit. decis.* 194. Mantic. *de coniect. vltim. voluntatem lib..*, *tit.*18. *n.*20. Menoch. *cons.* 802. *n.*36. Surd. *cons.* 308. *n.*14. Fusar. *de substit. q.*325. *n.* 10. Idem est si expressè, vel tacitè ratio conseruandæ agnationis deprehenditur. Decian. *cons.*127. *n.* 9. *vers. cum igitur lib.*3. Pereg. *cons.*5. *n.* 13. *lib.*1. *& cons.*1 *n.*3. *lib.*5. vbi ait communem esse distinctionem quod vbi apparet dilectam fuisse agnationem, tunc masculi ex fœminis non veniunt sub appellatione masculorum, secus quando non apparet testatorem dilexisse agnationem, Surd. *cons* 316. *n.*8. *& cons.* 475. *num.*16. Fusar. *cons.* 19. *n.* 13. Idem enim est quod expressè habeatur, aut tacitè, & subintellectè ex dispositionis contextura colligatur, vt per Hyppol. Riminald. *cons.*23. *n.*90. *lib.*1. Molin. *de primog. lib.*3. *c.* 5. *n.*1. *& n.*5. Vnde à dispositione excludente fœminas propter masculos posse argui à ratione subintellecta, tanquam vnica & finali, scilicet vt bona in agnatione conseruentur, concludit Bald. *in l. maximum vitium n.*7. *ante fin. C. de liber. præter.* & in dispositionibus maioratuum agnoscit Molin. *d. c.*5. *n.* 9. vbi
19 *n.*25. subdit quod si maioratus institutor masculos absolutè vocauit, nec fœminas admisit, ex ea masculorum vocatione, etsi expressè rationem conseruandæ agnationis non adiecerit, censetur agnationem voluisse conseruare; cuius opinionem sequuntur Menoch. *cons.*127. *n.*12. *& cons.*400. *n.*43. Surd. *cons.* 316. *n.*6. Castill. *controuers. tom.* 2. *c.* 4. *n.* 78. *&* 80. *& tom.* 5. *c.* 92. *n.* 2. *cum seqq. & tom.*6. *cap.* 129. maximè ex *n.*49. Fusar. *de substit. q.*499. *num.*15. *& q.*311. *num.*63. *& quæst.* 340. *num.* 13. *&* 19.

20 Tacitam quoque agnationis conseruandæ rationem perscrutatur Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.*3. *interp.*3. *solut.* 11. *per tot.* vbi ait quod vbicunque vocando & disponendo testator mentionem facit de masculis, exinde habetur ratio tacita & præsumpta suæ voluntatis, vt consulatur, & prouideatur suæ familiæ agnationi, quia voluit testator bona conseruare in linea masculina, & in sua agnatione, continuata successione per fideicommissum. Plures apud Fusar *de substitut q.*346. *n.*13. *& cons.* 5. *n.*11. *& cons.*6. *n.*4. *& cons.*13. *n.*7. *& cons.*36. *n.*2. *& cons.* 24. *n.* 40. vbi *n.* 41. dicit hoc maximè verum quando testator pluries vocauit masculos, *& cons.*145. *n.*24. *& cons.*157. *n.* 12. *&* 13. *& cons.* 174. *n.*9. Auendan. *in l.*40. *Tauri gloss.*9. *n.* 54. *vsque ad n.* 57. ibi. *Quid si conseruanda agnationis rationem non expressit, neque fœminas propter masculos remotiores exclnserit, sed pluries in dispositione masculorum mentionem fecerit? an ex ea masculinitatis geminatione intelligatur institutorem agnationem conseruare voluisse, ita quod fœminæ proximiores à masculis remotioribus excludantur? Existimo in dubio exclusas censeri cùm enixam institutoris voluntatem conseruandi agnationem ex ea masculinitatis geminatione ipsum habuisse deducatur.* Pontao. *de fideicom. cap.*21. *n.*38. vbi tenet quòd licet sola expressio masculinitatis non inferat agnationem præcisam, fallit tamen vbi expressio multiplicata, & assidua proponitur; nam eo casu propter enixæ voluntatis preces, vt *in l. cùm pater §. filius matrem ff. de legat.* 2. tota successio de masculo in masculum absque mixtura fœminei sexus facta intelligitur, tanquam si nominatim de sola linea masculina testator loqueretur; atque ita conciliantur variæ Doctorum conclusiones.

21 Et sic quando fundator est masculus, & primus vocatus similiter masculus agnatus, & deinde vocantur etiam masculi in futurum, tunc videtur inducta ratio conseruandæ agnationis, & solum admitti debent masculi ex masculis, non verò masculi ex fœminis; ita originaliter Specul. loquens de emphyteusi concessa vni, & eius descendentibus masculis, in *tit. de locato §. nunc aliqua q.* 146. sequitur Paul. de Castro *cons.*190. *n.*2. *&* 3. *lib.*2. *& in d. l. Gallus § nunc de lege n.*6. & ibi Alex. *n.* 3. Ias. *n.* 6. dicens perpetuò menti tenendum, *ff. de liber. & posthum.* idem Paul. de Castro *cons.* 300. *vers. viso quodam processu lib.*2. Franc. Marc. *Delphin. decis.* 546. *n.*21. *p.*1. Menoch. *cons.*172. *n.*8. *lib.*2 *& cons.* 400. *n.*45. *lib* 4. Hanc eandem sententiam sustinent Riccard. de Malumb. & Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de testam. col. vlt.* dum habent substitutionem factam fauore vnius, & eius descendentium masculorum, intelligendam de masculis ex masculis, eum sequuntur plures relati à Tiraq. *de primog. q.*12. *n.*12. & à Menoch *d. cons.* 172. *n.* 12. *& d. cons.* 400. *n.*43. Franc. Marc. *d. decis.*546. *n.*21. *p.*1. latè Surd. *cons.*316. *num.*6.

22 Ita consuluerunt Mathesil. *sing.*130. Corn. *cons.* 124. *n.*14. *lib.*2. Socin. iun. *cons.*116. *n.*3. *lib.*3 Natt. *cons.*187 *n.*6. Guid. Papæ *decis.* 123. Paul. de Montepico *cons.*96. *à n.* 57. *vsque ad fin.* vbi loquitur de Albuquerquensi. Mandel. Alben. *cons.* 483. *n.* 61. *vers. tertio*, vbi quòd quando testator sæpe habet mentionem de masculis, vel dispositiue, vel enuntiatiue, tunc censetur inductum fideicommissum absolutum fauore masculorum prouenientium ex agnatione, Syluest. Aldobrandin. *cons.* 3. *vol.* 1. *& cons.*6. *n.* 6. Surd. *d. cons.*316. *per tot. & cons.*241. *n.*13. dum scribit super Ducatu de Veragas. Menoch. *d.*

conf.400.per tot. Et decisum referunt Thesaur decis. 96.n.27.& 28. Mari.Giurba decis.32.n.14. vbi alias plures cumulat. Greg.XV. decis.514.n. 9. & decis. 464.n.17.& 18.

23 Sic etiam resoluerunt in suis particularibus tractatibus Card.Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib. 11.tit.13. n.14.& tit.15.n 2. & 3. Ludou.Pontan. de fideicom.cap.21.n.38.Pereg.in simili tract.art.26. n.15. vers. & testator, dum de hæredibus masculis meminit, sentit de masculis ex masculis, per quos familia, & familiarum dignitas conseruatur, Crast.in §.fideicommissum q.12. Sim. de Prætis de interp. vltim.volunt.lib.3.interp.3.solut.11.n.3.Ioseph.de Rusticis in l.cum auus lib.6.c.16.ex n.10.vsque ad n.23. ff. de condit & demonstr. vbi dicit quod testator masculinam qualitatem considerando agnationis fauorem respexisse censetur. Et ex Hispanis Greg. Lop. l.3. verbo mugeres col 7. circa med. vers. si vero conditor maioria tit.13.part.6. Anton.Gom l 40. Tauri n.61. Auendan. super eadem l.gloss.9 n.54 cum seqq. Molin.de primog.lib.3 c 5.n.55.Aluarad.de coniectura ta mente defuncti lib.2.cap.3.§ 4.n.6.& 7.Gutier. conf.13.n.8.Castill.lib.3.quotid.c 4.n.80.

24 Non obstat quod Molin. d.lib.3.c.5.n.50.firmat cōclusionem quod quoties in aliqua parte seu clausula primogenij vocantur fœminæ, etiamsi plures in eo primogenio masculi vocati fuerint, in eo non censetur habita agnationis ratio, sed solum prælatio masculis tributa, itavt in eorum defectum fœminæ eiusdem gradus succedant; quem sequi videntur Petra de fideicommiss.q.9.n.19.Menoch.de præsumpt. lib.4. præs.69. & conf.44.n.10. lib.1.& conf. 1212. n.5.lib.13.Gutier.d.conf.13.n.23.Surd.conf.353. n. 3. & conf.308.n.15. & conf.443.n.13.& conf.448. n.6. Pereg.d art.23.n.26.Ramon.conf.100.Pereg.de Lara de vita hominis c.30.n.94.& 95. Castill. contron.lib. 2.c.4.n 178.& tom.5.c.9.n.3. Vincent. Fusar.de substit.q. 499. n. 22.

25 Quia verius est ob fœminatum substitutionē in hoc casu non excludi conseruandæ agnationis rationem, quando institutor aliter disponere non potuit, nec locus erat vt succederent masculi, in quibus agnatio conseruari posset; ita Angel.conf.68. & 69. Socin.sen.conf. 81.n.12.lib.4. Socin. iun. consil. 23. n.37.cum seqq.lib.1.& conf.158. n.42.vol.2. & conf. vol.3.Grat.conf.5.n.86.& conf.111.n.16.& conf 120. n.46.cum seqq.lib.2.Curt.iun.conf.113 n.44.Rube. conf.22.n.10.Beron.conf.96.n.6.lib.2. Hieron. Gabr. conf 116.n.13.lib.2.Cephal.conf.251.n.44.48. & 49. Tiraq.de primogen.q.13.n.10 Greg Lop in l.3 tit.13. col.7.q.21.vers.& procedit, part 6. Mieres d.p.2. q.6.
26 n.59. Præcipuè quando agnatio contemplatur ad certos gradus, vel ad certas personas est restricta, nō autem simpliciter, & absolutè; quia tunc etsi fœminæ, vel aliqui cognati vocentur in personis specificatis, ratio conseruandæ agnationis non cessat, Thesaur. decis. 88. Salaz.de vsu & consuet. c.12. n. 64.Cephal.d.conf.251.n.48.cum seqq.Surd conf.443. n.41.& conf.475. ex n.14.& decis. 66. n. 21. vers. quod verò, Caualcan. decis.18.n.3.p.3.Decian.conf. 127.n.25.lib.3. Rube.conf.32.n.10.Iacob.Niger de gradibus successionum c.28.n.32 Mari.Anguisol.conf. 122.n.37.& 39.lib. 1. Gasp. Guillelm. in apologia feudorum c.26.n.34. ibi. *Et cum D.Octauius hoc indultum à serenissimo Principe impetrauerit, vt memoriam suam augeret, domumque & genus propagaret, suosque descendentes honorabiliores constitueret, non est dubitandum hæc verba, maxime ita continuata perfectissima agnationis significatiua censeri, atque ideo solum masculis ex virili sexu prouenientibus applicari posse, saltim, vt non sit locus fœminis, neque alicui masculo per fœminam veniente, donec vniuersi agnati deficiant*, &c.Alex.Ambrosin. Perus. decis. 10. Gutier.d conf.13.n.23.& 35. Pereg. d. art.25.n.26 Franc.Molin. de ritu nupt.lib.3.c.24. ex num. 135. Mieres d.p.2.q.6.n.41.cum seqq. Giurba d. decis.32. num.34 Melch. Phœbus Lusit.decis.39.n.15. tom.1. Ludou.de Cassaneate conf.4.ex n.217.Castill.d.lib.5. c.92.n.4. cum seqq.Perez de Lara d.c.30 n.114. Fusar. de substitut. q.499.n.23. & 24.

Denique non obstat quòd aliqui volunt masculos ex fœminis descendentes, masculos descendentes esse, proindeque clausulæ fundationis masculos descendentes requirentis locum esse, quia non sequitur, sunt masculi, & sunt descendentes, ergo propriè, sunt descendentes masculi: sicut non sequitur, Petrus est magnus, & est Logicus; ergo Petrus est magnus logicus, quia verbum *Varones*, positum post verbum *descendentes*, non solum respicit personam, sed etiā descendētiam, ita in terminis Bald. d.conf.40.n. 2. lib. 3. ibi. *Aspectus nepotis ad auum maternum est per sanguinem maternum, & si mater tollatur de medio, non potest intelligi quod iste sit nepos*, &c. clarius Syluest Aldobran. d conf.3.num.50.ibi. *Quinimo cum ad hoc vt possint dici vocati, nec necesse sit eos habere hanc qualitatem, quod sint descendentes, eam non possunt aliqua ratione consequi, quam ex transmissione materna, cuius medio ipsi sunt descendentes*, &c. ita cum Alciato, & Alben. probat Menoch. d. conf.172.n.35.vers.respondetur secundo. 27

Et tanto magis, quia ex alia clausula dispositionis, vbi eadem ferè verba referuntur, hæc declaratio elicitur; quando enim ex vna parte testamenti apparet quomodo testator aliquod verbum acceperit, eodem modo videtur acceptum in alia parte, Bart. n. 27. & Ripa n.129.in l.centurio ff.de vulgari, Pereg. de fideicommiss.art.16.n 30.& Bartolum sequuntur communiter scribentes ibi, Paris.conf.73.n.48.lib.2. dicens communiter approbari, vbi n.60. post Corn. Curtium, Socin.Abb.& Cuman. dicit multo magis hoc procedere quando verbum in hac parte ambiguè positum, fuerit in alia per ipsum testatorem ita expresse declaratum, vt in præsenti pulchre Corn. conf.90.n.7.lib.3.Paris.conf.80.n.29 lib.2.Socin. sen. in l.1.n.1.ff.de rebus dub.Socin.iun.conf.51. n 9.& conf.65.n.10.vbi dicit communem lib.4.alios refert Card Mantic. de coniect. vltim. volunt.lib.6.tit.13. n.15. Sfort Perus.conf.95.n.76.Et hoc esse commune documentum, quod quando in vna parte testamenti apparet quomodo testator verbum aliquod acceperit, eodem modo censeatur acceptum in alia parte, post Bart.Ripam, Fulgos.Gabriel & Gozadin. 28
tradit Raudens.conf.35.n.63. lib. 1. Quod quidem 29
intelligitur quando versamur circa res dubias l. heredes palam §. si quid post. vbi Paul. de Castro ff. de testam Et vna pars bene declarat aliam quæ sit dubia, sed vbi non est dubia non recipit declarationem ab alia, l.1. ff. de rebus dub. Crot. conf.45.n.11.

Et non dicitur propria declaratio quando vocabuli significatio est certa, Paul. de Castro conf. 340. lib. 1. Franc. Becc. conf. 3. num. 44. lib. 1. Surd. conf.426.num.44.lib.3. 30

Quare, &c.

Toletana

Toletana legitimitatis.

Matrimonium non inducitur quando promissio præcessit Concilium Trid. copula autem subsequuta fuit post illius publicationem.

VOTVM LXXI.

1 *Sponsalia de futuro post Tridentinum non transeunt in matrimonium ex copula subsequuta.*

2 *Matrimonium non inducitur quando promissio præcessit Concilium, copula autem subsequuta fuit post illius publicationem.*

3 *Constitutio noua quando concernit aliquid productiuum plurium effectuum, comprehendit etiam præterita respectu effectuum futurorum.*

4 *Statutum excludens filiam dotatam à successione dotantis includit dotatas ante statutum si moriatur dotans post statutum, secus si esset mortuus ante statutum.*

5 *Pater si acquisiuit emphyteusim pro se & filiis masculis & filiabus, & antequam pater moriatur manat statutum quod filia non possit succedere stante filio masculo, certe filia non posset postea succedere propter nouam prohibitionem dicti statuti.*

6 *Statutum nouum si introducat aliquam solemnitatem in contractu, si actus erat ante statutum inchoatus, sed post statutum veniebat perficiendus, actus talis comprehenditur sub dispositione statuti.*

7 *In terminis* cap. is qui fidem, de sponsal. *non retrotrahitur matrimonium à tempore copulæ subsequutæ ad tempus factæ promissionis.*

8 *Matrimonij in contractu nec nouus consensus, nec conditionis interuentus retrotrahitur, sed operatur à tempore quo impletur conditio.*

1 

IOANNES ante Concilium Tridentinum promiserat Franciscæ matrimonium cum illa cõtrahere, sed illud tunc copula non cõsummauit, nisi post eiusdem Concilij Trid. publicationem, quæsitũ fuit apud me an istud matrimoniũ hoc modo contractũ absque solemnitatibus ab eodem Cõcilio requisitis validum extitisset ad effectum legitimationis filiorũ. In quo dubio respondi pro inualiditate matrimonij: nam licet sponsalia, subsequuta copula, in matrimonium præsumptũ transierint attento Iure communi, de quo *in c. is qui fidem, de sponsal.* nihilominus cum sacrosanctũ Conciliũ Trid. abrogauerit dicti textus dispositioné, hodieque talia matrimonia cessent, nec post Tridentinum sponsalia de futuro transeant in matrimonium ex copula subsequuta, Nau. *in man. c. 25. n. 144. & c. 27. n. 141.* Menoch *de præsumpt. lib. 3. præs. 1 n. 99.* Perez, Gutierrez, Spino, Matienso, Azeued. Henriq. & alij Hispani, quos sequitur Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 40. n. 3.* ideo matrimonium, de quo interrogatus fui, non potuit valere, nisi adhibitis eiusdem Concilij solemnitatibus, etiã si promissio præcederet, si copula quoque non præcessit, quia etiam ante Tridentinum sponsalia de futuro solùm transibant in matrimonium ex copula sequenti, non autem ex copula præcedenti, *cap. veniens, de sponsal.* ibi, *si post fidem præstitam cognouerit,* & *d. cap. is, qui fidem,* ibi, *carnali copula subsequuta,* &c. Abb. *in cap. veniens il 2. de sponsal.* Socin. sen. *cons. 28. n. 6.* Cou. *de sponsal. p. 1. c. 4. §. 1. n. 13.* latè Menoch. *d. lib. 3. præs. 2. n. 42. vers. declaratur 30.* vbi *n. 43.* ita ait. *Et hinc fit quòd si testes dixit Caium eius spõsam carnaliter cognouisse, non concludit vt ex ea copula inducatur matrimoniũ; est enim opus probare quod post sponsionem eam cognouerit,* &c.

Non obstat dicere quòd licèt non probetur copulam habitam ante Concilium, nihilominus non negatur eam subsequutam post Concilium, & hæc sufficiens videtur cum retrotrahatur ad tempus sponsaliorum, quæ præcesserunt ante Concilium, *c. fin. §. fin autem, de concess. præb. lib. 6.* gloss. notabilis *verbo deputata in cap. 1. de testam.*

Quia respondetur distinguendos esse tres casus. 2
Primus est, quando probatur promissio facta ante Concilium, copula subsequuta, & hic est casus expressus in *d. cap. is qui fidem.* Secundus, quando tam promissio quàm copula obuenerunt post Conciliũ, & hic etiam est casus clarus contra matrimoniũ, cum Tridentinuũ irritauerit omnia matrimonia præsumpta, ex Menoch *d. lib. 3. præs. 1. n. 99.* Sanch. *d. lib. 3. disp. 40. n. 3.* Tertius, quando promissio præcessit Cõcilium, copula autem subsequuta fuit post illius publicationẽ, & tunc ex præciso Iuris rigore concludendũ est non induci matrimonium, ex seqq.

Certum & indubitatũ est in iure nostro post Cõ- 3
cilij publicationẽ contrahentes inhabiles fieri ante copulam subsequutã, quia ea perficiebatur matrimonium, non autẽ vires ex antecedenti promissione accipiebat; vbi enim Constitutio noua dat certã formam actui, licet ille actus fiendus in futurũ, habeat ortum ex causa de præterito, tamen subiicitur nouæ Cõstitutioni, & sub ea cõprehẽditur, iuxta doctrinã Imolæ *in Clem. 2. super gloss. verbo imposterũ, de ætate & qual.* & Card. ibi dicit quod quando Constitutio noua cõcernit aliquid productiuũ plurium effectũũ, cõprehendit etiam præterita respectu effectuum futurorũ Probat in simili Bald. *in l. si ita scriptum § fin. ff. de legat. 2. & in l. omnes populi n. 52. ff. de iustit. & iure. & in l. illa, post med. C. de donat.* dicens quòd sta- 4
tutum excludens filiam dotatã à successione dotantis, includit dotatas ante statutũ si moriatur dotans post statutũ, quia tunc est pars de præterito, & pars de futuro. Secus si esset mortuus dotans ante statutum, quia tunc totũ esset de præterito; sequitur Felin. *in c. fin. de constit. n. 11. vers. pute,* vbi dicit hanc esse communem opinionem: & in simili comprobat Bart. *in l. omnes populi n. 47. ff. de iustit. & iure,* & pulchrum exemplum constituit Anchar. *cons. 178. Visis & diligenter examinatis,* vbi voluit quod si pater 5
acquisiuit emphyteusim pro se & filiis masculinis, & filiabus, & antequam pater moriatur, manat statutũ quod filia non possit succedere stante filio masculo, certè filia non posset postea succedere propter nouã prohibitionem dicti statuti, nam licet filiæ ius competeret ex præcedenti stipulatione patris, quia tamẽ ius illud perficitur post mortem patris, ideo statutũ superueniens comprehendit illud ius, quod postea nascitur, & perficitur, quamuis ex causa de præterito, sequuntur Capra *in tract. regular. concl. 6. n. 53.* Crot.

in

in l. omnes populi n.131.ff.de instit.& iure, Alderan. Mascard.*in tract.de interpret.statut.cōcl.13.n.51.vers. quinto limita*, vbi latè probat quòd quando factum aliquod est partim de præterito,& partim de futuro; vel quādo factum de preterito expectat perfectionē suam,& complementum à facto futuro, tunc statutū nouum interim editū, illud factum comprehēdit, ex gloss.*d.verb in posterū, in Clem.2.de ætat.& qualit.*

6 Et confirmat alia vera & recepta Doctorum cōclusio quod si statutum nouū introducat aliquā solemnitatem in contractu, si actus erat ante statutum inchoatus, nondum tamen erat perfectus, sed post statutum veniebat perficiendus, tunc ille actus sub dispositione statuti comprehenditur, ex tex. pulchro & eleganti *in l.contractus, C.de fide instrum.* ibi, *quæ tam in postea conficiendis instrumentis, quam in his, quæ iam scripta, nondum autem absoluta locum habere præcipimus*, &c. per quem textum sic in specie tradunt Abb *in c.fin.de constit.n.11. vers. aut statutum procedit*, & Bart.*in l.omnes populi,q.5 princ.n.44.vers. primo casu*, quod sequitur Alderan.*d.concl.13.n.69.*

7 In terminis *d.cap. ii, qui fidem*, non retrotrahitur matrimonium à tempore copulæ sobsequutæ ad tēpus factæ promissionis, quia legis præsumptio fuit vt matrimonium tempore copulæ contractum diceretur, cum ad excusandam præsumptionem delicti lex introduxerat hanc præsumptionem, quia existimauit ex illa carnali coniunctione nouum superuenisse cōsensum, atque ita voluisse perducere ad effectū promissionem illam in sponsalibus factam, vt tradunt Con.*de spons.p.1.c.4.§.1.n.1.* Menoch.*d.lib.3 præs.1. n.7.* & Generale est in contractu matrimonij nec nouum consensum, nec conditiones interuentum retrotrahi, sed solum operari à tempore quo impletur conditio, vel à tempore, quo interuenit nouus consensus, vt voluerunt Abb.*in c.super eo n.8. vers.Item ex facto, de condit.appos.* Præpos.*in cap.per tuas,n.7. eod.tit.* Nauar.*cons.14.n.7.& per tot. de sponsalib. & cons.3.de despons.impub.* Gutier.*canon.lib.1.c.22.n.16.* Actus enim non consideratur ex die, quo gestus fuit, sed ex die, quo fuit perfectus ob interuentum noui consensus, vt probant Afflict.*decis.286.& decis.385.* Vincent. de Anna *in constit. Diuæ memoriæ, n.204. & 210.& in rub.de vasallo decrepitæ ætatis, num.222.* Franc.*Milanens.decis.8.n.300.& n.315.lib.1.*

Quare, *&c.*

Granaten. primogenituræ.

Primogenitura quando, & quibus coniecturis dicatur constituta?

VOTVM LXXII.

1 *Maioratus coniecturis probatur, licet non sit dictum à testatore.*

2 *Coniectura sufficiunt ad inducendum fideicommissum.*

3 *Maioratum constituere vult qui dixit quod vinculabat certa bona.*

4 *Maioratus & vinculum de consuetudine, & communi loquendi vsu idē significāt.*

5 *Verbum*, liberi, *ex sua propria significatione omnes descendentes in infinitum comprehendit.*

6 L.Iurisconsultus, §.parentes, ff.de gradib. *declaratur.*

7 *Liberorū vocatione comprehenduntur collectiuè filij & descendentes in infinitum ordine successiuo inter se vocati.*

8 *Fideicommissi perpetui præcisa coniectura est, quando in dispositione adest verbum*, proles descendentes, *&c.*

9 *Dictio*, quādocunque *denotat perpetuitatē.*

10 *Fideicōmissi absoluti, & maioratus perpetui coniectura est, quando fundator digressus est ad plures gradus substitutionū, maxime aliis incurrētibus cōiecturis.*

11 *Filij dicuntur successiuo fideicommisso grauati quando testator positos in conditione grauauit.*

12 *Nomen familiæ & delatio armorum semper ponuntur gratia conseruandi familiæ honoris.*

13 *Testator, qui iussit primogenitos assumere debere nomen & insignia familiæ, motus fuit vt sua familia conseruaretur, primogeniturāq; in familia esset perpetua.*

14 *Primogenitus filius dicitur, qui primus natus est.*

15 *Maioratus, & vinculum inducitur ex vocatione filij primogeniti, si vocatio sit perpetua.*

16 *Clausula codicillaris adiecta ab ipso testatore operatur vt descendentes censeantur inuicem, & successiue vocati per fideicommissum.*

17 *Maioratus præsumitur institutus ex nobili & illustri testatoris qualitate; item ex qualitate bonorum, vt* num.18.

19 *Maioratus institutus præsumitur ex scriptura vbi non ita clare nunciatur fundatus, si consuetudo sit succedendi in his bonis iure maioratus saltē per decenniū.*

20 *Coniectura plures simul iunctæ id efficere solent, quod vna per se sumpta efficere non potest.*



ONIECTVRIS vinculum, seu maioratū probari, licet expresse non sit dictū à testatore, tenent Molin. *de primog. lib. 1.c.4.& 5.* Castill.*contron.l.5.c.93.§.6.* Fusar.*de substit. q.384 n.1.* & etiamsi disponens non vtatur in fūdatione verbo fideicommissum, maioratum, aut vinculum perpetuū, vt per Molin.*d lib.1.c.5 in princ.* Mieres *de maiorat.p.3.q.5. n.20.* Castill.*lib 4.c.9.n.25.* Sic etiā ad inducendū fideicōmissum coniecturas sufficere resoluūt plures, quos plena manu refert Fus.*d.tr.q.276.à princ.* Vnde existimaui bona de quibus agitur, esse vinculata, & primogeniturā cōstituere. his potissimū cōiecturis. 1 2

Prima ex eo solùm quòd disponēs dixit quod certa bona vinculabat, voluit maioratum cōstituere, quia in substantia & secundum cōmunem vsum loquēdi hoc importat verbum *vinculum*, Azeued. *in rub. tit.7.n 6.in fine lib.5.Recop.* Mieres *de maioratu p.1. in princ n.4.& p.2.in præfat.n.298.* Castill. *contron. lib.2.c.22.n 43* Maioratus namque & vinculum de consuetudine & cōmuni loquendi vsu idem significant, & eandem vim & virtutē habent, Molin.*de iust. tom.3.disp.557.n.9.vers.his ita constitutis*, Perez de Lara *de anniuers.& capell.lib.1.c.7.n.2.* Paz *de tenut. c.4.n.5.* Castill.*d.lib.2.c.22.n.43.& lib.6.c.143. n.20.* 3 4

Secun

5 Secunda ex verbo, *liberi*, de quo in dispositione, quod ex sua propria significatione omnes descendentes in infinitum comprehendit, *l. liberorum. ff. de verbor. signif. l. sed & si hac. §. liberos, & l. quisque. §. parentes. ff. de in ius vocando*, cum aliis quæ congerunt Rustic. *in l. cum auus lib. 6. cap. 8. num. 3. & 4.* Fusar. *d. tract. de substitut. quæst. 327. in princ.* & Ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque signific. appell. 130. ex num. 1.* & importat idem quod verbum *descendentes*, Peregr. *de fideicommiss. art. 22. n. 43.* Menoch. *cons. 420. num. 6. 15. & 16.* Cæs. Barz. *decis. 4. num. 17. & 18.* optimè Ramon *consil. 9. num. 5.* est collectiuum multorum graduum & personarum, sicut nomen familiæ. Dec. *consil. 41. num. 66.* & cum aliis Peregrin. *cons. 44. num. 1. & 18.* Et licèt nonnulli existimauerint dictum verbum, *liberi*, vltra trinepotes non extendi, per text. *in l. Iurisconsultus. §. parentes*, ibi. *vsque ad trinepotem, ff. de gradibus*; nihilominus hoc certum non est, & expressè contrariatur Iuribus, de quibus suprà: nec obstat *d. § parentes*, quia tantum dicit quod sicut in parentibus nullum nomen proprium datur, vt quia nunquam dicitur quatritauus, quintauus, sed solum dicitur pater tritaui, sic liberorum appellatio vltra trinepotem nullum proprium nomen habet, vt quia nunquam dicitur, quadrinepos, quintenepos, sed solum dicitur filius trinepotis, nepos trinepotis; non ergo negat appellatione liberorum descendentes in infinitum contineri, sed tantum admonet post trinepotem liberorum appellationem proprium nomen non habere, vt clarè & apertè demonstrāt verba illius text. itavt obscurari nequeant, quod egregiè aduertit Conan. *commentar. Iuris cap. 1. num. 4.* Cald. Pereira *in l. si curatorem. C. de in integr. restit. verbo sine curatore sub num. 48.* Menoch. quia vltra dictam solutionem alias præstat *consil. 1. n. 198.* Rustic. *ad l. cum auus lib. 6. cap. 8. n. 22.* Fusar. *quæst. 327. num. 38.* vbi plures alios refert, & tandem concludit ab hac opinione non esse recedendum.

7 Supposito ergo quòd sub prædicta mentione, & vocatione liberorum comprehenduntur collectiuè filij & descendentes in infinitum, ordine successiuo inter se vocati, vt proximior primo admittatur, & deinceps cæteri de gradu in gradum secundùm gradus prærogatiuam, *l. peto. § fratre*, vbi omnes *ff. de legat. 3.* Grat. *cons. 41 num. 24. 25. & 26.* & euidentius ex *num. 66. lib. 1. & cons. 84. n. 10. lib. 3.* Menoch. *cons. 420. num. 6. 14. 15. & 16. & cons. 904. num. 6. cum seqq.* vbi subdit quòd quando in dispositione adest simile verbum, veluti, *proles, descendentes*, &c. fideicommissi 8 perpetui præcisa coniectura est, & quod repetitur censetur in singulos sub generalitate talis verbi comprehensos; idem etiam comprobat cum pluribus *cons. 1155. num. 1. cum tribus seqq. & consil. 1010. num. 18.* Peregrin. *cons. 44. num. 8. & 9. lib. 1.* optimè Ramon *cons. 9. num. 5.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 285. num. 14.* Castill. *controuers. lib. 5. cap. 93. § 4. num. 11.* Ioan. Anton. Bellon. *de iure accrescendi, cap. 5. quæst. 16 num. 138. in nouis*. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3 quæst. 24 ex num. 38.* vbi *num. 70.* concludit hanc esse indubitabilem coniecturam fideicommissi perpetui.

9 Tertia, quia verbo *liberis* adiungebatur dictio, *quandocunque*, vt patet ibi. *Obierit quandocunque sine liberis*, quæ denotat perpetuitatem, & infinitatem temporis, *l. in substitutione*, vbi notatur *ff. de vulgari*, Bart. *in l. Centurio, num. 17. ff. eodem.* Riminald. iun. *consil 740. num 37.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 51. num 6. & consil. 1010. num. 13. & consil. 1155. num. 34.* Cassanate *consil. 33. in fine*, Ramon *cons. 9. num. 6.*

Quarta, quia fundator digressus est ad plures gradus substitutionum, tunc namque velut manifesta coniectura est quod voluerit fideicommissum absolutum, & maioratum perpetuum constituere, Viui. *commun. opin. 855. num. 5.* Caualcan. *decis. 16. num. 65. p. 3.* Mieres *de maiorat. p. 1. quæst. 50. num. 31.* Menoch. *cons. 1195. num. 17.* Intrigl. *de substit. cent. 3. quæst. 79. num. 13.* Leo Valent. *decis. 209. n. 41.* Castill. *controuers. lib. 5. cap. 93. § 4. num. 8.* Fusar. *de substitut. quæst. 472. num. 49.* maximè aliis concurrentibus coniecturis, vt in nostro casu, Peregrin. *cons. 59. num. 11. vers. nec obstat, vol. 3.* Cassanat. *consil. 4. num. 236.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis. 65. num. 14.* & absque dubitatione procedere docent Molin. *lib. 1. cap. 5. num. 38.* Castill. *lib. 4. cap. 9. num. 23.* Et fortius quando substitutiones respiciunt ipsos descendentes, vt ex communi, & magis communi, ac in foro recepta opinione post Capic. *decis. 108.* Guid. Papæ *decis. 351.* testatur Peregrin. *consil. 98. in fine lib. 4.* Alciat. *consil. 604. num. 7. & consil. 778. num. 3.* vbi de foro Mediolani, Crass. *in §. fideicommissum, quæst. 33.* vbi de Prætorio Germaniæ, Thesaur. *decis. 93. num. 34. & decis. 270. num. 29.* vbi de Senatu Sabaudiæ, Fontanel. *de pactis nuptial. claus. 4. gloss. 24. num. 11.* vbi de Audientia Cathaloniæ, Gregor. XV. *decis. 515. n. 4.* vbi de Rota Romana. 10

Quinta, quia testator positos in conditione grauauit, his verbis. *Si hæres decesserit sine filijs, vel eius filij sine filijs decesserint, ei vel eis sic decedentibus substituo Titium*; tunc enim filij dicuntur successiuo fideicommisso granati, Peguer. *decis. 216. num. 10.* Fusar. *de substitut. quæst. 441. num. 42.* latè Ramon *consil. 9. num. 16. & 17.* Rota *decis. 266. num. 24. & decis. 300. num. 12. cum sequentib. p. 1. recentior.* 11

Sexta ex nomine, & delatione armorum, ea scilicet ratione, quia semper illa ponuntur gratia conseruandi familiæ honoris, ex vulgata decisione Guid. Papæ *decis. 467.* quem communiter receptam testatur Surd. *cons. 369. num. 21.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 1. cap. 5. num. 34. & lib. 2. cap. 14. num. 4.* Flores de Mena *variar. lib. 1. quæst. 17. num. 4.* Rota *decis. 566. num. 3. p. 1. recentior.* Menoch. *cons. 117. n. 22. & consil. 220. num. 30. & consil. 803. num. 8. vers. quarta*, vbi refert hanc coniecturam semper sibi videri valde vrgentem, Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 288. num. 16. & 27.* Seraph. *decis. 1329. num. 3.* Fusar. *de substit. quæst. 384. num. 9. & quæst. 390. num. 10. & q. 437. num. 76.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 25. num. 27.* Cassanat. *consil. 20. num. 29.* Ramon *consil. 15. num. 19.* latè Fontanel. *decis. 32. num. 1. cum seqq.* Vnde testa- 13 tor, qui statuit primogenitos assumere debere nomen & insignia familiæ, visus fuit moueri non alia ratione, quam vt sua familia conseruaretur, primogenituráque in familia esset perpetua; ita Menoch. *consil. 117. num. 23. & consil. 220. num. 30. & 31.* Caualcan. *decis. 17. num. 46. versic. quarto.* Thesaur. *decis. 96. num. 25. & decis. vlt. num. 29. & 30.* Fusar. *quæst. 480. num. 34.* & cum aliis Cassanat. *consil. 20. num. 19.* 12

Septima ex vocatione filij primogeniti (talis enim dicitur, qui primus natus est, vt cum plurimis tradit Castill. *controuers. lib. 5. cap. 93. § 1. num 6. & 7.*) ex quo induci vinculum & maioratum re- 15 ceptissimum est inter Doctores, vt late probat Molin. *de primogenit. lib. 1. cap. 5. num. 18. cum sequentib.* & ibidem Lima *in addit.* plures referens, Rustic. *in l. cum auus, lib. 4. cap. 2. num. 39.* Valenzuel. *consil. 69.* vbi asserit vocationem primogeniti intelligendam esse de vocatione perpetua, 14

Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 362. *num.* 64. Mierez *de maiorat. p.* 2. *quaest.* 5. *num.* 13. Fosar. *de substitut. q.* 384. *num.* 6. *&* 7. *& quaest.* 390. *num.* 2. *& quaest.* 480.

16 Octaua ex claosula codicillari adiecta ab ipso testatore, quæ operatur vt prædicti descendentes censeantur inuicem, & successiuè vocati per fideicommissum, vt pet Menoch. *consil.* 420. *num.* 17. *& consil.* 1155. *num.* 7. *cum seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 19. *n.* 19. Ferrer. *in constitut. Cathaloniæ gloss.* 1. *n.* 176. Leo *Valent. decis.* 109. *num.* 47. Rota apud Farinac. *decis.* 304. *num.* 7. *p.* 2. *recentior.*

17 Nona ex nobili & illustri testatoris qualitare, Paul. Gastrens. *consil.* 343. *n.* 22. *lib.* 1. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 2. Mieres *de maioratu in initio p.* 2. *num.* 38. Castill. *lib.* 5. *cap.* 84. *ex num.* 12. Leo *Valent. decis.* 60. *n.* 39. Fontanel. *decis.* 32. *num.* 18. *cum seqq.*

18 Decima ex qualitate bonorum, Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 18. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 68. *num.* 14. Cardin. Mantic. *d. lib.* 6. *tit.* 22. *num.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 776. *n.* 30. *cum seqq.* Valenz. *consil.* 40. *num.* 20. *cum seqq.* Castill. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 65. *& lib.* 5. *cap.* 93. §. 12. *per tot.* Ramoo *cons.* 17. *num.* 28.

19 Vodecima ex consuetudine succedendi in his bonis iure maiotatus, saltim pet decennium, existente sctiptura, in qua institutor clare maioratum non fundauit. Ita Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39. *vers. nona coniectura, & lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 57. Castill. *controuers. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 24. *& lib.* 5. *cap.* 93. §. 6. *num.* 1. *vers. quod si aliqua coniectura.*

20 Duodecima elicitur ex his omnibus coniecturis simul iunctis, nam si vna io dispositione inueniatur, quæ iudicanti non satisfaciat, respiciendum erit vtrum simul cum ea alia etiam concurrat; solent enim plures coniecturæ simul iunctæ id efficere, quod vna pet se sumpta efficere non potest. *l.* 2. §. 1. *ff. de excusat. tutor. l. instrumenta,* vbi gloss. *C. de probat.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 41. *&* 42. Castill. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 24. *& lib.* 5. *cap.* 93. §. 6. *num.* 1. *versic. quod si aliqua coniectura,* Fontanel. *decis.* 33. *num.* 9. Beltramin. ad Gregor. X V. *decis.* 315. *num.* 18. *&* 29. Rota *decis.* 146. *num.* 1. apud Farinac. *in nouissim. nouissimarum,* vbi quòd in hac materia locum habet regula quod singula, quæ non probant, simul collecta iuuant. Intellige procedere quando quælibet coniectura io suo genere satis perfecta est, non quando quælibet per se, & in suo genere est imperfecta, vt cum multis sentit Cassanate *consil.* 4. *num.* 265. & post Bart. & antiquiores Ias. *in l. admonendi. ff. de iureiurand. num.* 253. & ibi Caccialup. *num.* 205.

Quare, &c.

Vallisoletana maioratus.

Filius legitimatus per subsequens matrimonium succedere potest in ma-
1 ioratu, quo expressa adest clausula vocans ad successionem filios legitimos, natos, seu procreatos de legitimo matrimonio, nisi expressè cautum sit quòd non succedat, vel ex aliis verbis colligatur fundatorem eum voluisse excludere.

Matrimonium in articulo mortis contractum validum est, ac filios antea procreatos legitimos afficit.

Præsumitur quis sanæ mentis, & matrimonium in sana mente contraxisse, maximè si in præsentia Parochi & testium illud celebrauerit, qui eius consensum intellexerunt, & illico peccata sua confessus est, & sanctissimam Eucharistiam suscepit, ac rectè & prudenter de suis bonis disposuit.

VOTVM LXXIII.

1. *Doctores referuntur qui affirmant filium per subsequens matrimonium legitimatum succedere posse in maioratu, quo expressa adest clausula vocans ad successionem filios legitimos natos, seu procreatos de legitimo matrimonio, & num.* 2. *&* 3.
4. *Conditio nati ex legitimo matrimonio, idem importat quod procreati ex legitimo matrimonio.*
5. *Iura probantia hanc opinionem referuntur.*
6. *Legitimatus per subsequens matrimonium potest in Episcopum eligi.*
7. *Lex Regia Hispan. eandem probat opinionem.*
8. *Legitimati per subsequens matrimonium verè sunt legitimi.*
9. *Contrariæ opinionis negatiuæ Auctores referuntur.*
10. *Intelligendi sunt in aliquibus casibus hic relatis.*
11. *Legitimati per subsequens matrimonium admittuntur ad maioratus successionem etiamsi geminatis verbis vocentur legitimi, & de legitimo matrimonio nati.*
12. *Doctores pro hac parte plures referuntur vsque ad num.* 26.
27. *Legitimati per subsequens matrimonium non succedunt quando expressè cautum est quod isti non succedant.*
28. *Vel quando constet testatorem ex certis verbis ab eo prolatis voluisse excludere legitimatum per subsequens matrimonium.*
29. *Qui dicit natos ex legitimo matrimonio, asserit etiam eos esse legitimos.*
30. *Geminatio verborum non habet vires suas quando reiterantur plura synonyma.*
31. *Geminatio per synonyma nihil operatur.*
32. *Dictio, &, posita inter genus, & speciem nihil*

nihil operatur, sed resoluitur vel in expositiuam, vel in disiunctiuam.

33. *Legitimati per rescriptum Principis excluduntur per verba*, ex legitimo matrimonio nati.

34. *Matrimonium in articulo mortis contractum validum est, ac filij antea procreati legitimi censentur.*

35. *Doctores referuntur præcedentis opinionis, & num.* 36.

37. *Matrimonium contractum cum concubina in articulo mortis præsumitur factum in fraudem substituti, & in primogenitura aliàs succedentis.*

38. L. filiæ mez. ff. soluto matrim. *intelligitur.*

39. *Dolus præsumi nequit in dubio in actibus iure approbatis, nisi perspicua doli indicia præcedant.*

40. *Matrimonium in articulo mortis principaliter debet censeri contractum, vt quis animæ consulat, & filijs suis prospiciat.*

41. *Pater legitimando non dicitur præiudicare iuri tertij, nec illi fraudem facere.*

42. *Constitutus in articulo mortis quis dicatur.*

43. *Differentia est inter constitutum in periculo mortis, & constitutum in articulo mortis.*

44. *Actum vt quid dicatur in articulo mortis non sufficit quod agens decesserit ex illa infirmitate, nisi etiam concurrat quod iam desperaretur de eius salute.*

45. *Legitimationis filiorum effectus est inseparabilis ab ipso matrimonio.*

46. *Sanus mente quilibet præsumitur.*

47. *Probare debet qui dicit aliquem esse dementem, seu non sanæ mentis.*

48. *Sanæ mentis præsumptio est si tempore celebrationis matrimonij Parochus, consanguinei & alij præsentes fuerint.*

49. *Sanæ mentis esse aliquem percipitur ex circunstantijs, videlicet ex sermonibus & gestis illius.*

50. *Sanæ mentis quis præsumitur ex prudenti suorum bonorum dispositione.*

51. *Furiosus licèt quis antea fuerit, si postea ritè & rectè testetur, valet eius testamentum.*

52. *Sanæ mentis fuisse matrimonium contrahentem probatur, si in præsentia Parochi & testium illud celebrauerit, qui eius consensum intellexerunt.*

53. *Testator peccata sua confessus, & sanctissimam Eucharistiam suscipiens, præsumitur sanæ mentis.*

54. *Testes de sana mente deponentes præferendi sunt deponentibus de furore, & insana mente.*

55. *Testibus duobus de sana mente deponentibus maior est adhibenda fides, quàm mille negantibus.*



PETRVS dum esset in articulo mortis duxit in vxorem Mariam, ex qua filium antea susceperat eo tempore, quo ambo ad contrahendum habiles erant, quæsitum fuit apud me an iste filius effectus legitimus per matrimonium subsequens, possit succedere per mortem patris in maioratu, quo expressa adesset clausula vocans ad successionem filios legitimos natos, seu procreatos de legitimo matrimonio?

ARTICVLVS I.

IN hac quæstione decidenda ita adinuicem pugnant inter se Doctores, vt quæ sit communior & verior sententia diiudicari sit multum difficile; alij enim legitimatum in his terminis excludere substitutum, & ad primogenium, vel fideicommissum venire debere affirmant; alij verò è contrario negant. 1

Affirmatiuæ partis sectatores sunt Paul. de Castro *in l. fin. num. 5. & 6. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* Butr. *num.* 18. Imol. *num.* 13. *in cap. innotuit, de elect.* Abb. *in cap. tanta, num.* 71. *in fine, qui filij sint legit.* Dec. *in cap. cum in cunctis, num.* 24. *de elect.* vbi hanc opinionem dicit communem, Ripa *in l. si vnquam, num.* 96. *C. de reuoc. donat. & in rubr. si certum petatur, num.* 3. *& in l. ex facto. § si quis rogatus, num.* 47. *ff. ad Trebell.* Bologn. *in d. rubr. si certum pet. num.* 13. Afflict. *in cap.* 1. *§. naturales, tit. si de feudo defuncti contron. fuerit in 3. notab. n.* 6. vbi dicit ex communi omnium sententia hoc rescriptum esse, Ruin. *cons.* 70. *in princ. lib.* 3. Paris. *consil.* 13. *ex num.* 40. *lib.* 2. Syluan. *consil.* 3. *num.* 49. Beroi. *consil.* 177. *num.* 47. *lib.* 2. Sfort. *in tract. de compendiosa p.* 5. *art. vlt. pag. penult. vers. ego teneo*, Fanut. *de lucro dotis, ver. post mortem, num.* 36. *pag.* 94. Hieron. Gabr. *consil.* 21. *in* 4. *dub. num.* 30. *lib.* 1. Marc. Anton. Anguisol. *consil.* 74. *lib.* 6. Simõn de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *dubit.* 3. *solut.* 2. *num.* 6. *fol. mihi* 190. plenissime Franc. Bursat. *consil.* 1. *num.* 28. *& consil.* 10. *ex num.* 7. *& consil.* 17. *ex num.* 2. *& consil.* 18. *ex n.* 3. *lib.* 1. vbi testatur hanc proculdubio communiorem opinionem, veriorem, & magis approbatam, & contrariam penitus reprobatam tam in successione feudorum, quam fideicommissorum, Cephal. *consil.* 239. *n.* 10. Mich. Crass. *in tract. succession. §. fideicommissum, quæst.* 38. *num.* 5. *in vers. contrarium tamen*; hanc quoque probant innumeri congesti à Surd. *consil.* 203. *num.* 17. *lib.* 2. & latissimè hanc sententiam tuetur Octauius Bamacchat. *in cap.* 1. *§. naturales, tit. si de feudo defuncti contron. fuerit, quæst.* 2. *per tot.* Andr. Fachin. *lib.* 7. *controuers. cap.* 51. Alciat. *consil.* 501. *num.* 2. *circa fin. nunc cons.* 52. *lib.* 9. vbi testatur de communi mente scribentium, latè probat Menoch. *cons.* 799. *num.* 4. *lib.* 8. *& cons.* 225. *ex num.* 9. *& cons.* 227. *num.* 13. *&* 21. *& cons.* 279. *num.* 43. *&* 44. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 81. *n.* 4. *cum seqq.* Capic. *decis.* 22. *in fine*, Franc. Becc. *cons.* 165. *ex num.* 21. *lib.* 2. Emman. Suarez *in thesauro recept. sentent. verbo legitimatus ob matrimonium*, Ioan. Marc. Riminald. *cons.* 78. *lib.* 1. *& cons.* 226. *lib.* 2. Lancellot. Gallia *consil.* 122. vbi pro hac opinione refert quadraginta & quatuor Doctores, asserens esse veriorem, & communiorem, & quæ præstantiores numero, & auctoritate Doctores habet, Ioan. Baptista Lup. *in tract. de illegitimis comment.* 4. *§.* 3. *n.* 14. vbi multa refert, Laderch. Imolen. *consil.* 24. *num.* 5. *&* 38.

vbi innumeros citat, & dicit multis ex Canonibus, & legibus apparere opinionem hanc esse verissimam, & Doctores, qui contra tenent euertere dispositionem Pontificiam & Imperialem, & hanc partem esse receptiorem, & quod si computetur numerus Doctorum, multo plures esse inuenientur, qui fauent legitimato, Borgnin. Caualcan. decis. 32. n. 4. p. 3. vbi multis pro hac sententia relatis, tandem concludit hanc esse magis communem, veram, æquam, fauorabilem, & obseruatam opinionem, & sequendam, & tenendam à veris, & timoratis Iudicibus. Mohedan. decis. 281. Corbul. de iure emphyt. in additione magna ad causam priuationis ob lineam finitam ex num. 103. Ioan. Borcholten in tract. de feudis, cap. 7. num. 51. & 52. Barthol. Bertazol. cons. ciuili 3. num. 15. & 26. lib. 1. Fului. Pacian. cons. 8. num. 43. Nicol. de Vbaldis de success. ab intestato p. 1. num. 65. Marzat. de fideicommiss. p. 2. quæst. 30. Ascan. Clemens tract. de patria potestate, cap. 3. num. 57. Iacob. Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 11. de sponsalib. num. 61. Ioseph. de Rusticis ad l. cùm auus. ff. de condit. & demonstrat. lib. 2. cap. 16. ex num. 16. ad 183. Vincent. Fusar. de substitut. quæst. 409. n. 47. vbi si conditio ita concepta est, *sine filijs ex legitimo matrimonio procreatis*, & num. 48. vbi *de natis & procreatis*, & num. 50. vbi si dictum sit, *si sine liberis ex legitimo matrimonio conceptis*.

2 Ex Hispanis hanc sententiam sequuntur Gregor. Lopez l. 2. gloss. 10. quæst. 12. tit. 15. part. 2. Petr. Duen. reg. 350 ampl. 8. Fortun. Garcia in l. Gallus. §. & quid si tantum, n. 267. & 268. & 285. ff. de liber. & posthum. Couarr. de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 30. & 31. Emmanuel. Suarez & Iacob. Cancer. dictis locis, Ioann. Garc. in tract. de nobilit. gloss. 11. num. 21. vbi hanc veriorem & honestiorem affirmat, Molin. de primogen. lib. 3. cap. 1. num. 10. vbi testatur hanc sententiam indistinctè veram esse, alt. Molin. Theologus de Iustit. tract. 2. disp. 472. vers. vtrum verò legitimatus per subsequens matrimonium, Montealegre in praxi lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 5. Ceuall. commun. contra communes lib. 1. q. 2. num. 60. 63. 64. & 86. in fine, & quæst. 606. n. 11. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quæst. 11. n. 34. & 38. Mieres de maiorat. p. 2. quæst. 1. num. 11. Basil. Pont. de matrim. lib. 11. cap. 11. n. 10. Castill. de Sotomaior controuers. lib. 6. cap. 105. ex num. 35.

3 Et pro hac parte fuisse tam in Hispania, quam extra illam iudicatum referunt plures ex citatis, & alij de nouo referendi, nam Molin. d. lib. 3. cap. 1. num. 10. pro ea non semel iudicatum fuisse testatur; & Bursat. cons. 10. in finalibus verbis lib. 1. dicit in fauorem legitimati per Indices à Cæsarea Maiestate delegaratos iudicatum fuisse; & Borgnin. Caualcan. decis. 32. num. 12. part. 3. affirmat in prima & secunda instantia Papæ decisum, Horat. Carpan. in statuta Mediolani part. 1. cap. 414. num. 47. 48. & 89. vbi sic seruari & practicari Mediolani asserit; pro ea consuluit Collegium Patauinum inter consilia Mantuæ cons. 191. in princ. relatum per Socin. iun. cons. 63. num. 52. lib. 3. pro quo consilio Collegij Patauini fuit iudicatum, vt refert Marzat. d. tract. de fideicommiss. part. 2. quæst. 30. in fine, & in suo casu ita quoque fuisse iudicatum refert Laderch. Imolen. d. cons. 14. in fine; eandem etiam decidendo tenuit Senatus Burdegalensis apud Boër. decis. 159. num. 5. & Senatus Pedemontanus apud Cachetan. decis. 154. num. 5. & per tot.

4 Et quòd idem quoad propositum importet conditio, *nati ex legitimo matrimonio*, & alia, *procreati ex legitimo matrimonio*, vt in specie tradunt Deci. in cap. cum in cunctis, num. 30. de elect. Natt. cons. 121. num. 13. Alciat. cons. 51. num. 3. lib. 9. Petr. Anton. Anguizol. cons. 94. lib. 6. Hieron. Gabr. cons. 21. lib. 1. Bursat. d. cons. 18. num. 7. lib. 1. Menoch. cons. 225. lib. 3. Mich. Grass. in d. §. fideicommissum quæst. 38. Greg. Lopez in l. 2. gloss. 10. quæst. 12. num. 7. tit. 15. part. 2. Molin. d. lib. 3. cap. 1. num. 10. Peregrin. de fideicommiss. art. 24. num. 39.

5 Probatur autem hæc opinio primo ex decisione text. in l. cum quis, in fine. C. de naturalib. liber. ibi. *Sed qui ex eisdem matrimonijs procreati sunt, simili perfruantur fortuna*, &c. §. fin. Instit. de nupt. ibi. *quod & alijs liberis, qui postea ex eodem matrimonio fuerunt procreati*, &c. quæ iura cauillari non possunt, & à contrariis defendit Laderch. Imolen. cons. 24. à n. 5.

6 Secundò efficaciter probatur ex text. in cap. cum in cunctis, & in cap. innotuit, de elect. nam in d. cap. cum in cunctis in fine principij, ibi. *& de legitimo matrimonio sit natus*, probatur quod in Episcopum eligi non potest nisi qui natus fuerit ex legitimo matrimonio, & tamen in d. cap. innotuit, dicitur admitti legitimatum per subsequutum matrimonium; quæ Iura ad hoc ponderat gloss. verbo legitimi in d. cap. tanta, melior gloss. verbo coningata in d. cap. innotuit, quam ad hoc dicit singularem Ias. cons. 168. col. 4. lib. 4. & communiter approbatam Cephal. cons. 82. num. 5. lib. 1. Et illorum Iurium argumento sic in specie vtuntur Dec. in d. cap. cùm in cunctis, num. 11. & 12. & cons. 155. num. 3. Boër. d. decis. 159. num. 4. Gregor. Lop. in l. 1. glos. 9. vers. nota etiam quod si testator, tit. 13. part. 4. & dicunt communem inductionem & intelligentiam Couar. de sponsal. d. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 24. Molin. d. lib. 3. cap. 1. num. 10. Marc. Anton. Natta cons. 121. num. 18. lib. 1. Ioan. Matiens. l. 10. gloss. 3. num. 11. tit. 8. lib. 5. recop. Et quamuis huic argumento respondere multis conetur Alex. consil. 5. num. 7. lib. 7. illis tamen plenè satisfaciunt Laderch. Imolen. d. cons. 24. num. 20. cum seqq. Petr. Anton. Anguizol. cons. 74. num. 9. lib. 6. Borgnin. Caualcan. d. decis. 32. num. 12. lib. 3.

7 Tertiò id ipsum comprobatur lege Regia Hisp. 1. tit. 13. part. 4. ibi. *Otrosi son legitimos los hijos que home ha en muger varragana si despues de esso se casa con ella*, &c. vbi Gregor. Lop. in verbo son legitimos, colligit ex eo, quod sunt verè & propriè legitimi, & non per fictionem, dicens ibi esse casum pro opinione Abb. in d. cap. tanta in 2. notab. quem textum ad hoc rectè ponderat Garcia d. tract. de nobilit. gloss. 21. num 62.

8 Quartò pro eadem sententia facit huiusmodi legitimatos verè esse legitimos, d. l. cum quis, & l. nuper. C. de natural. liber. §. vlt. in auth. de trien. & semis. exæquatos esse in omnibus legitimè natis, l. reliqui in auth. quibus modis natur. effic. sui, d. l. nuper. eadem perfrui fortuna cum legitimè natis, d. l. cum quis, cum l. seq. Laderch. Imolen. d. cons. 24. num. 13. vers. secundò considero, cum multis seqq.

9 Negatiuam verò partem sustinent Barbat. in l. cùm acutissimi, num. 251. C. de fideicommiss. Bald. in l. filium eum definimus in 1. notab. ff. de his, qui sunt sui, & in l. Paulus in 1. lect. num. 4. ff. de statu homin. & in cap. innotuit, num. 12. de elect. & cons. 206. lib. 2. & cons. 29. lib. 3. & cons. 292. lib. 4. & cons. 367. lib. 5. Ruin. cons. 92. lib. 3. & in d. l. Gallus, §. & eius, num. 88. Luc. de Peña in l. eos. C. de his qui sponte sub. mun. col. antepenult. ex num. 45 ad 70. Guid. Papæ quæst. 482. Roland. à Valle cons. vlt. per tot. lib. 2. Riminald. sen. cons. 543. per tot. lib. 5. Hippol. Rimin. cons. 222. lib. 2. & cons. 544. num. 30. lib. 5. Anton. Gomez l. 9. Tauri, n. 164. Cifuentes l. 40. Tauri col. 1. Bursat. cons. 290. num. 50. lib. 3. Thesaur. decis. 486. Fachin. sibi contrarius consil. 2. lib. 2. Paul. Leon consil. 100. Cardinal. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. ex num. 14. Barthol. Bertazol. sibi contrarius

contrarius conf. ciuili 101. num. 26. cum seqq. & consil. 117. num. 17. Burg. de Paz conf. 6. num. 13. Angel. Matheac. de legat. & fideicommiss. lib. 3. cap. 21. Æmil. Gall. de except. tit. 1. p. 1. except. 2. ex num. 24. & tit. 4. p. 2. except. 27. num. 220. cum seqq. Vincent. de Ana in cap. 1. num. 431. de vasal. decrep. ætatis, Hottoman. conf. 30. num 12. Peregr. de fideicommiss. art. 24. num. 6. & conf. 1. in causa pro Comitatu de Fuentes num. 29. vbi subdit ita bis aut ter in Senatu Mediolani votatum fuisse, & etiam Paduæ, Surd. decis. 319. & consil. 465. num. 9. Trentacinq. de substitut. p. 4. cap. 7. n. 53. & variar. resolut. lib. 2. tit. de legitim. resol. 1. num. 28. Anton. Merenda lib. 4. controuers. cap. 17. Alexand. Raudens. de analog. lib. 1. cap. 36. num. 130. & seq. Anton. Faber de errorib. pragmat. p. 2. dec. 35. errore 6. ad fin. Paul. Christinæ. vol. 1. decis. 310. Cassanate conf. 34. num. 17. Castill. de Sotomaior controuers. lib. 4. cap. 31. & lib. 5. cap. 75.

10 Sed eorum fundamenta non sunt adeò solida vt non possint facillimè euerti, nam illis latissimè respondent Alciat. d. consil. 52. lib. 9. Hieron. Gabr. d. conf. 21. lib. 1. Decian. conf. 5. à num. 63. lib. 1. Bursat. consil. 17. & 18. per tot. Borgnin. d. decis. 32. num. 10. Laderch. Imolens. d. conf. 24. reperiuntur enim plures ex citatis pro hac vltima negatiua sententia, qui loquuntur de legitimatis per rescriptum Principis, alij verò, qui sibi ipsis contrarij sunt; vnde existimo priorem opinionem in disputando & iudicando tenendam esse.

11 Nec eam intelligas procedere vbi dictum esset simpliciter de legitimis, vel vbi solùm, de legitimo matrimonio natis, non autem si dictum sit, de legitimis, & de legitimo matrimonio natis, vel procreatis, & vi geminationis ostendentis enixiorem voluntatem, Butr. in cap. per venerabilem, num. 17. qui filij sint legit. Prosp. Passer. conf. 100. num. 4.

Quia contrarium verius est, immo ea geminatione verborum non obstante pro legitimato pronunciandum, vt probant infrascripti Doctores geminationi respondentes.

Fortun. Garcia in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 267. vers. primo ex superioribus infero, ibi. Constanter igitur teneas retrotrahi, & quod illa æquiparatio valeat, quod habebunt legitimas successiones, ac si ab initio nati essent legitimi, & ex legitimo matrimonio, &c.

12 Gregorius Lopez d. l. 1. gloss. 1. verbo y se caso con ella, vers. quarto limitat. tit. 13. part 9. ibi. Nota etiam quod si testator, vel alius disponens vocet filios legitimos ad maioriam, vel fideicommissum, & de legitimo matrimonio natos, quod etiam venient legitimati per subsequens matrimonium tanquam nati de legitimo matrimonio, &c.

13 Sfortia Perusin. in tract. de compend. substit. p. 6. quæst. omnium finali, num. 16. vers. quartus casus, vbi relatis duabus opinionibus contrariis, residet in hac nostra opinione dicens quod licèt plures vtramque teneant, & hinc inde adsint attestationes de communi, tamen facto calculo plures tenent hanc sententiam, quam amplectitur, tanquam æquiorem, & benigniorem, & quæ fauet filiis & matrimonio, & quæ causam præstat matrimoniis celebrandis inter concubinarios, & sic saluti animæ eorum prospicit, dicens quod vbi aliàs legitimatus admitteretur, non debet propter has geminationes excludi, non obstante ratione superflui.

14 Petrus Antonius Anguisola consil. 74. num. 4. lib. 6. ibi. Tamen ratio geminationis, qua potissimum innituntur, non videtur adesse. Etenim cum longe aliud denotent verba illa, legitimis, & naturalibus; aliud verba de legitimo matrimonio procreatis, non potest dici subesse geminationem, præcipuè cum verba vltima, scilicet, ac de legitimo matrimonio procreatis, sint magis restricta, & restringant significatum præcedentium. Præterea vbi etiam posset dici adesse geminationem, tamen cum verba vltima scilicet, & de legitimo matrimonio procreatis operentur magnum effectum, absque eo quod excludant legitimatos per matrimonium subsequens, debent extendi ad eorum exclusionem contra dispositionem Iuris. Etenim per illa verba filijs legitimis & naturalibus comprehensi erant legitimati per rescriptum, qui dicuntur legitimi & naturales; hi autem excluduntur à verbis subsequentibus, scilicet ex legitimo matrimonio procreatis. Vnde cum verba prædicta satis operentur, scilicet exclusionem legitimati per rescriptum, non potest ex his inferri ad exclusionem legitimati per subsequens matrimonium, &c.

15 Bursatus conf. 1. num. 28. vbi communem dicit, & latius conf. 10. num. 9. vbi bene respondet argumento geminationis, latè consil. 17. num. 7. & conf. 18. num. 10. vbi asserit dubitandum non esse quod recto calculo Doctorum iniro maior pars de communi & communiori opinione affirment, & tanquam verior & communior iudicando & consulendo sequenda sit.

16 Ludouicus Molina de primogen. lib. 3. cap. 1. num. 10. vbi dicit hanc opinionem indistinctè veram & communem esse, & secundum eam non semel iudicatum vidisse.

17 Villalobos in libro communium opin. verbo legitimatus, vers. sed maior est difficultas, & vers. legitimatus per subsequens matrimonium admittitur.

18 Marcus Mantua conf. 191. per tot.

19 Ioan. Maria Riminaldus consil. 116. per tot. & ibi Hippol. Riminald. in additionib.

20 Laderch. Imolens. d. conf. 24. num. 36. vers. sed prætorquam, & num. 70 vers. quocirca, asserens ex Canonibus, & legibus apparere hanc opinionem esse verissimam, & Doctores, qui contra tenent, euertere dispositionem Pontificeam & Imperialem, & pro ea, cum faueat matrimonio, & legitimitati, in dubio iudicandum esse attestatur.

21 Borgninus Caualcan. d. decis. 32. num. 12. vers. & sic apparet p. 3. vbi dicit hanc opinionem esse sequendam, & tenendam à veris, & timoratis Iudicibus.

22 Michaël Crass. in tract. succession. §. fideicommissum, quæst. 38. num. 5. vers. contrarium, vbi dicit quòd si numerentur auctoritates eorum, qui in terminis vtramque partem tenent, huius partis auctores non esse numero impares, & contrariam sententiam duram esse, & contra ius commune, & in nudo verborum rigore fundari. Hanc verò vti benigniorem & æquiorem tenendam esse maximè in fauorem matrimonij; cum secundum Iuris Canonici (cui in his standum est magis quam Iuri Ciuili) dispositionem tales legitimati verè sunt legitimi ac habentur, ac si nunquam fuissent illegitimi. Et præterea videri contra verisimilem mentem testatoris si dicamus esse exclusos: quia ista verba, ex legitimo matrimonio procreati, non censentur addita nisi ad cauendum cõtra generales clausulas rescriptorum, & ad excludẽdum legitimatos per rescripta, per gratias pretio (vt solet) redemptas non ad disponendum contra ius commune, cui in dubio disponens censetur se cõformare, per has clausulas si non apertè hunc casum expresserit.

23 Lancellot. Garcia conf. 122. n. 1. 9. & per tot. dicens hanc opinionem magis veram, æquam, receptam, fauorabilem, & sequendam à veris & timoratis iudicibus, & quod tenentes istam numero & auctoritate transcendunt eos, qui contrariam tenent.

24 Ioannes Baptista Lupus *d.commento* 4.§.3.*num.*13. *&* 14. vbi plutibus citatis, & post loogam disputationem ita concludit.

25 Marcabrunus ab Anguilis *conf.*73. *num.*30. 39. *&* 52. loquens in casu fortiori, vbi dictum fuerat quod succederent filij & descendentes legitimi, & naturales, & qui nascerentur ex legitimo mattimonio, & coitu contracto, & consummato inter coniuges; & non de legitimis, & naturalibus fictione Iuris, vel per legitimationem, seu Sacerdotium, aut dignitatem, vel alio qnolibet modo; & licèt illa verba essent admodum vrgentia, præcisa, & geminata & multò fortiora, & vberiora quam nostra, rameo *num.* 30. *cum seqq.* rectè probat quod licèt filius nascatur aore matrimonium, nihilominus debet admitti tanquam legitinius, & naturalis, natus de legitimo matrimotuo contracto, & consummato, & de legitimo coitu.

26 Menochius *conf.* 799. *num.* 8. *lib.* 8. *& conf.* 227. *num.*64.*lib.*3. qui locus licet à nonnullis pro contraria parte allegerur, hanc tamen ptobat, cum loquatur in specie statuti loquentis de nato & procreato ex legitimo matrimonio.

27 Ex quorum dictis patet hanc sententiam Iuri consonam, & magis communem esse; contrariam enim tenentes, vel loquuntur qnando expresse cautum est quod noo succedat legitimatua per subsequens matrimorium, Afflict. *in c.* 1. §. *naturales, si de feudo fuerit contron. inter domin. & agnat. in* 5. *& vlt. notab.num.*3. Additio ad Alex.*conf.*5.*num.*7. Ioan. Bapt.Lup. *d.comm.*4. §.3.*num.*10.*&* 17.

28 Vel quando constat per alia verba, seu certas coniecturas restatorem voluisse excludere legitimatum per subsequens matrimonium, vt declarat Bursat. *consil.* 17. *num.* 7. *vers. secundo dic.* Veluti, si dictum fuerit, *de filijs legitimis, & de legitimo matrimonio aatis, & non aliter*, ponderando verba illa, *& non aliter*, vt per Peregr.*d.art.*24.*num.*46. quem tamen in hoc casu reprobat Ioan. Bapt. Lup. *d. comment.*4. §.3. *num.*15. Aut si dispositum esset, *de filijs legitimis, & de legitimo matrimonio natis, veris, & non fictis*, vt apud Thesaur. *decis.*196. quem in hoc etiam casu reptobat idem Ioan. Bapt. Lup. *d. loco num.*16. Aut denique si fuisset dictum, *de filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio ab initio natis*; sed nec hoc esse verum tenet Ioan. Bapt. Lup. *d.* §.3. *n.*18. *&* 19. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*11. *tit.*17. *num.*30.

29 Huius nostræ resolutionis pulchram ratiooem assignat Laderch.Imolen. *d.conf.*24.*num.*54. dum ait quòd qui dicir natos ex legitimo matrimonio, asserit etiam eos legitimos esse, cum hæc verba sint synonyma, & sie potius phrasis ista est inculcatio verborum quam geminario, cum nemo possit esse natus legitimè ex mattimonio, qui non sit etiam legitimus, & ob id tanquam expressio eius, quod racitè inest, nihil operatur, *l.*3. *ff.de legat.*1. Et quòd sit inculcatio verborum, & oon geminatio, rectè etiam probat Petrus Antonius Anguisola *conf.*74.
30 *num.* 6. *lib.* 3. Et confirmatur, nam geminatio verborum non habet vires suas quando reiterantur plura synonyma, id est plura idem significantia, quia tunc potius est quædam verborum inculcatio, quæ quandoque fit tollendæ dubitatiunis gratia, non augendæ dispositionis, vt per Abb. *in cap. solita de maior. & obed.* ideo tunc hæc plura habentur vice vnius, nec amplius efficiunt, quam vnum verbum simplex effecisset, iuxta Bart. & alios *in l. si quadam. C. de codicill.* & per text. *in l. testamentum. C. de testam.* vbi Alex. air quòd si testator dicat, hoc meum testamentum, mea vltima volnntas, meum elogium, nihil amplius agit quam si diceret, hoc meum testamentum; quia hæc sunt synooyma, testamentum, vltima voluntas, & elogium; idcirco geminatio
per synonyma nihil operatur; & ita qnoque dicit 31
plura alia adducens Paris. *conf.*110.*num.*45. *cum pluribus seqq. vol.* 1. Et in terminis hanc quoque considerationem ptobat Marcabrunus ab Anguil. *d. conf.*73. *num.*52. *vers. quartò respondeo.* ibi. *Quarto respondeo quod testator apposuit illa verba, de legitimo coitu, & matrimonio pro vno & eodem, vt sit inculcatio verborum facta ad abundantem cautelam, & maiorem declarationem, iuxta tradita in l. quæ dubitationis. ff. de regul. Iuris. Et probatur etiam quia coitus legitimus, & matrimonium noa sunt diuersa, sed idem important: & quando copula ponitur inter duo, quæ idem importat, resoluitur pro, id est, cap. monasteria in fine, & ibi Doctores, de vita & honestate cleric.* Felin. *in cap.* 2. *col.* 12. *de rescript.*

Maximè cùm in illis verbis copulatiuis, *legitimi*, 32
naturales, & de legitimo matrimonio nati, & procreati, illa coniunctiua *&*, tanquam posita inter genus & speciem nihil operetur, sed resoluitur vel in expositiuam, vel in disiunctiuam, nec considerari debet ad exclusionem filiorum, & contra fauorem matrimonij, & salutis animæ, vti rectè considerat Sfort.Perusin. *in tract.compendiosa substitut. in col. fin. totius operis, vers. quartus casus principalis*, Bursat.*conf.* 18. *num.* 19. *vers. accedo ad septimum*; & præter eos Marcabrun. ab Anguil. *d.conf.*73.*num.*52. *vers. quarto respondeo*, vbi dicit quòd cum in hoc casu copulatiua ponatur inter duo, quæ idem importat, resoluitur in expositiuam, ac si dictum esse, *id est*, vel *scilicet*. Et illa verba, *de legitimo matrimonio nati*, posita post verbum *legitimi*, censentur fore posita & addita magis ex capite, & vsu notarij, quam mente, & voluntate restatoris, qui laicus erat, & ignorans vim, & effectum geminationis: & licèt etiam præsumerentur de voluntate testatoris dicta, nihilominus exclusionem legitimati operari oon debent, nisi clarè per notarium id sibi declaratum fuerit: hoc enim docet experientia magistra rerum, quando qnotidie videmus verba hæc replicari & geminari potius ex quodam stylo, & vsu notarij, quàm ex dispositione testantis, quæ replicatio seu magis verborum inculcatio tanquam superflua prorsus & impertinens reiici debet, vt ad litteram dicit Bursat. *conf.*18. *num.*17. *vers. sexto loco.*

Non obstat quod otiosa remanerent verba illa, 33
legitimi & ex legitimo matrimonio nati, quia nihilominus vtilia sunt, cum sub verbo, *legitimi*, includantur legitimati per rescriptum, qui excluduntur per alia verba *ex legitimo matrimonio nati*; vt in terminis huic argumento respondent Sfort.Perusin. *in vltimo folio totius operis de compendiosa, num.*7. *vers. ego contrarium teneo*, Bursat.*d.consil.*18.*num.*19.*vers. nec repugnat quod illa verba*, Petr.Anton.Anguisola *consil.*74. *lib.*6. Laderch.Imolen.*d.consil.*24.*num.*55. Marcabrun. ab Anguila *d.consil.*73.*num.*39.*&* 52. *vers. secundo respondeo, & vers. tertio respondeo*, vbi dicit illa verba geminata & præcisa non tendere ad excludendam legitimationem ex matrimonio, sed ad excludendam alias species fictæ legitimationis, veluti per rescriptum, oblationem curiæ, sacerdotium, dignitatem, & alias similes, & idem agnouit Peregrin. *d. art.* 24. *num.* 40. *ad fin.* subdens hæc verba. *Ego autem super hac geminatione, legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio non multum confido, quia illa adiectio, de legitimo matrimonio, potest videri expressa ad excludendam legitimatos per rescriptum,*

sicut

ſicut etiam aduertit Sfort. loco praellegato num. 7. ideoque ſtat cum effectu operatiuo. Idem tradit Ioan. Bapt. Lup. *d. commento 4. §. 3. num. 14. ad fin. verſic. neque aliter.*

ARTICVLVS II.

Verſatur ſuper nullitate matrimonij vti contracti in articulo mortis.

34 QVicquid dicat Angel. & alij, qui eum ſequuntur, verior & communior ſententia tenet matrimonium in articulo mortis contractum validum eſſe, ac filios antea procreatos legitimos cenſeri, ſubſtitutúmque excludere; tũ ex vſu Eccleſiæ id admittente ne infirmi ſpiritualis ſalus, ex qua & temporalis dimanat, deſperetur; tum quia generandi potentia adhuc perſeuerat, licèt impedimento extrinſeco pro tunc vſus illius futurus non ſit, idque firmatur ex *l. ſed & quaſitum. ff. de liberis & poſthum.* vbi nec ætas, nec ſterilitas, nec accidentale impedimentum, impediunt matrimonij validitatem, & eſt optimus text. *in l. ſi quis poſthumos. ff. eod. tit.* ex quo probatur quod in homine tempore celebrati actus conſideratur natura ipſius hominis, non temporale vitium, aut valetudinis carentia, propter quam abdicatur homo à generandi facultate. Et hanc opinionem inter alios quamplures in ſpecie tenent infraſcripti Doctores.

35 Ioan. Andr. *in cap. ſine culpa, quaſt. 1. de regul. iuris in 6. & in cap. 2. de frigid. & maleſic.* Anton. de Butr. *ibi, & in d. cap. tanta, qui filij ſint legit.* vbi Abb. Cardin. *propè fin. verſ. pone quod in extremis*, Præpoſ. *num. 7. verſ. ex quo infero*, ſecundum Ioannem, Alber. *in l. cum quis, num. 3. verſ. circa tertium articulum. C. de naturalib. liber.* Bald. *conſil. 319. Matrimonium in articulo mortis lib. 4.* Anton. de Roſel. *in tract. de legitimat. lib. 1. tit. de cauſa materiali legitimat. num. 27. verſ. vlterius quaro*, vbi latiſſimè, Ludou. de Sardis *in tract. de naturalibus liber. p. 2. cap. de legitimat. per verum matrimonium, n. 1. verſ. primo quaritur*, Alexand. *in l. ſi quis poſthumos, n. 4. verſ. item etiam inducit. ff. de liber. & poſthum.* Fulgoſ. *in d. l. ſed eſt quaſitum, num. 4. & 6.* Gualdenſ. *in tract. de arte teſtandi tit. 1. caut. 14. verſ. ſecundum remedium eſt*, Nicol. de Vbaldis *in tract. de ſucceſſione ab inteſtato, num. 63. verſ. & poterit fieri talis legitimatio*, optimè Socin. *in d. l. ſed eſt quaſitum, num. 4. verſic. ex quibus remanet*, Pariſ. *conſ. 13. num. 68. & conſ. 14 num. 35 lib. 1.* Ioan. Brunell. *in tract. de ſponſalibus concluſ. 2. num. 19. verſ. quartò ampliatur*, vbi latè ad partes diſputat, & argumentis contrariæ ſententiæ reſpondet, Mayner. *in l. quoties idem, num. 22. verſ. ſed dubitatur an in articulo mortis. ff. de regul. iuris*, Ripa *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, num. 48 verſ. item dixit quòd legitimatus. ff. de condit. & demonſtrat.* Felin. *in cap. in praſentia, num. 36. verſ. facit mirabile dictum*, aſſerens hanc eſſe communem opinionem, *de probationib.* Ruin. *conſil. 78. num. 8. verſ. nec eſt etiam verum quod dicatur lib. 3.* Dec. *conſil. 155. col. 1.* Ioan. Lup. *in tract de illegitimit. comment. 4. §. 1. num. 17. & 19.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo ſuſceperit liberos, num. 73. C. de reuoc. donat.* Burſat. *conſil. 18. num. 22.* vbi dicit communiorem opinionem, *& conſil. 40. num. 7. lib. 1.* vbi etiam aſſerit ita teneri magis communiter, & contrariam tenentes errare, Mich. Craſſ. *commun. opin lib. 2. cap. 5. quaſ. 2. 7. & 8.* Marin. Frecchia *in tract. de ſubfendis lib. 1. tit. 3. num. 48.* Andr. Gail *lib. 2. obſeru. 141. num. 8.* Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de legitimat. concluſ. 1. num. 59.* Hieron. Gabr. *conſil. 24. num 3. lib. 1.* Oſaſch. *Pedem. deciſ. 154.* Theſaur. *deciſ. 96. à n. 3.* Syluan. *conſ. 3. n. 29.* Paſchal. *d. cap. 4. num. 89. & 90.* Menoch. *de praſumpt. lib. 4. praſumpt. 81. num. 9. & lib. 5. praſumpt. 5. num. 16. & conſil. 108. num. 21. & conſil. 126. n. 18. & conſil. 350. num. 32.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 13. num. 1. & 5.* Decian. *conſil. 5. num. 67. & 71. lib. 1.* idem Mich. Graſſ. *de ſucceſſ. § fideicommiſſum, quaſt. 38. num. 6.* Sfort. Peruſin. *in tract. de compendioſa ſubſtit. p. 6. quaſt. omnium vlt. num. 6.* Octau. Bamachat. *in tit. ſi de feudo defuncti contentio fuerit, quaſt. 7. num. 52 & 63. & per tot.* vbi ſæpius dixit hanc communem, & magis communem, & communiter teneri per Canoniſtas, & Ciuiliſtas, Hieron. Scutfius *conſil. 1. num. 21. cent. 1.* Matth. VVeſenbec. *conſil. 44. num. 44. lib. 1.* Celſ. Hugo *conſil. 73. num. 11.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 24. num. 59.* Campan. *in diuerſor. Iuris canon. rubr. 11. cap. 13. num. 173.* Gallus *de except. tit. 1. p. 1. except. 2. num. 81. & 82. & p. 1. tit. 4. except. 27. à num. 202.* Alexand. Trentacinq. *de ſubſtitut. p. 4. cap. 7. num. 42. circa fin.* vbi de communi opinione, Intrigl. *eodem tract. cent. 3. quaſt. 66. n. 4.* Ruſtic. *in d. l. cum auus lib. 2. cap. 16. num. 4. cum ſeqq. & lib. 5. cap. 2. num. 64.* Fuſar. *de ſubſtit. quaſt. 408. num. 80. cum ſeqq.*

Ex noſtris Hiſpanis hanc eandem ſequuntur 36
ſententiam Montaluus *l. 2. tit. 6. lib. 7. fori*, Gregor. Lopez *in l. 1. in gloſſ. verbo ſe caſe con ella, tit. 13. part. 4.* Palat. Rub. *in l. 12. Tauri, num. 33. verſ. an per ſequens matrimonium*, Roch. de Vergas *in d. cap. tanta, num. 52. qui filij ſint legit.* Petr. Duen. *reg. 350. Filius naturalis limit. 1.* Anton. Gomez *l. 9. Tauri, num. 58.* dicens contrariam Angeli opinionem apertè falſam eſſe, Sarmient. *lib. 1. ſelect. cap. 6. num. 5. fol. 19.* qui vtriuſque partis refert fundamenta, Couarr. *de ſponſalibus p. 2. cap 8. §. 1. num. 10.* Roder. Xuar. *lib. 1. legum fori tit. 11. de los pleitos, l. 9. num. 10.* Ferdinan. Menchaq. *lib. 1. controuerſ. vſufrequent. cap. 41. num. 4.* Rojas *de ſucceſſ. cap. 1. num. 23.* Burg. de Paz *conſ. 6. num 11.* Gama *de ſacram. praſtandis vltimo ſupplicio damnatis, quaſt. 4. num. 2.* Didac. Spino *de teſtam. gloſſ. 15. princ. num. 105.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 25. & 26.* Ioann. Garcia Gallec. *de nobilit. gloſſ. 21. num. 58. verſ. procedit autem hac concluſio, & in tract. de hypotheca poſt contractum, num. 19.* Ceruantes *in l. 17. Tauri, num. 30.* Ioan. Gutierrez *in §. ſui, num. 169. Inſtit. de hered. qualitate, & lib. 2. pract. quaſt. 105. num. 9. & de matrimon. cap. 118. num. 2.* Fr. Emman. Rodriguez *quaſt. regular. tom. 1. quaſt. 13. art. 1.* aſſerens hanc eſſe magis communem opinionem, *& in summ. verbo hijos, cap. 131. num. 3.* Alphonſ. Vega *in ſumma caſuum conſcientia verbo hijos, caſu 11. verſ. y eſta legitimacion.* vbi etiam teſtatur de magis vera & communi ſententia, Ioan. Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 13. quaſ. 11.* Hieron. Ceuall. *commun. contra commun. quaſt. 1. n. 5.* Marienſ. *l. 10. gloſſ. 3. num. 4. tit. 8. lib. 5. recopilat.* Valenzuel. *conſil. 66. num. 3.* Molina *de iuſtitia tom. 1. tract. 2. diſp. 172. col. 5. verſ dubium praterea eſt*, Sanchez *de matrimonio lib. 7. diſp. 105. num. 4. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib. 11. cap. 1. §. 1.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 18. num. 14. cum ſeqq.* Caſtill. *controuerſ. tom. 5. cap. 111. n. 32. cum ſeqq.* Ludou. de Caſſanate *conſil. 21. & 11. per tot.* vbi latè comprobat, & defendit, ac tandem ita iudicatum fuiſſe refert.

Non obſtat quòd ſicut actus factus in articulo 37
mortis, ſi aliquis per talem actum excluditur, cenſetur factus in fraudem, & ad illius excluſionem, *l. filia mea emancipata. ff. ſoluto matrim.* ita & matrimonium contractum cum concubina in articulo mortis præſumitur factum in fraudem ſubſtituti, & in primogenitura aliàs ſuccedentis, vt videntur tenere Angel. *in l. ſed & quanam. ff. de liber. & poſthum. & in l. nuper, num. 3. C. de natural. liber.* Alciat. *conſ. 614. num. 4.*

aduersatio; nam cum præsumptio naturæ sit quod quilibet sanæ mentis præsumatur; ideo qui contra hanc naturalem præsumptionem, amentiam, seu non sanam mentem allegat, probare debet, Bart. *in d. l. nec codicillos, versic. dicendum est. C. de codicill.* Menochius *d. lib. 6. præsumpt. 45. num. 20.* Simon de Prætis *d. solut. 4. num. 4.* Mascard. *d. conclus.* 824. *num.* 9. Honded. *consil.* 78. *num.* 55. *lib.* 2. Sanchez *d. lib. 1. disput.* 8. *num.* 17. *versic. & ratio est clara.*

48 Nihilominus pro illius sana mente plures extant coniecturæ & præsumptiones. Prima est quia tempore celebrationis matrimonij Parochus, consanguinei, & alij præsentes fuerunt, cum alioquin nec Parochus contra munus officij sui interuenisset, nec consanguinei & parentes consensissent, vt latè multis rationibus probant Barbat. *cons.* 59. *num.* 7. *in fine lib.* 2. Honded. *consil.* 78. *num.* 55. *lib.* 2.

49 Secunda, quia ex testamento & codicillo postea factis optima præsumptio sanæ mentis percipitur: tum quia notarius in testamento asseruit eum esse sanæ mentis, cuius assertioni standum videtur cum ad officium Notarij spectet inquirere, an ille, qui ipsum rogabat, esset sanæ mentis, & quamuis per sensum corporis non percipiatur, potuit tamen percipere ex circumstantiis, videlicet & sermonibus, & gestis illius, iuxta sententiam Imolæ *in l. 2. num. 2. ff. de testament.* Vnde id pro probatione sanæ mentis sufficit. Corn. *consil.* 216. *num.* 14. *lib.* 3. Honded. *d. consil.* 78. *num.* 56. *lib.* 2. Deci. *in l. senium, num. 8. C. qui testament. facere poss.* latè Simon de Prætis *lib. 2. interp. 1. dubit. 1. solut. 4. num* 13. *&* 14. vbi dicit negari non posse quin multum pertineat ad officium notarij antequam incipiat scribere testamentum alicuius pro validitate sui instrumenti, & debito sui officij, & honoris diligenter prius cum testibus vocatis perquirere de bono intellectu, & sana mente testatoris, cum præsumatur quilibet diligens in officio suo, ideo non modicam fidem adhibendam esse tali instrumento, etiam circa rectam & sanam mentem testatoris.

50 Tertia, quia licèt deficeret attestatio notarij, satis euidens sanæ mentis præsumptio percipitur ex testamento & codicillo posterius factis, considerando sanam & prudentem suorum bonorum dispositionem, nullo modo conuenientem dementi, aut furioso, sed cuilibet personæ sanæ, & integræ mentia; quia ex dictis & factis qualis sit mens sana, aut insana, percipitur, vt in proposito considerant Beroi. *consil.* 56. *num.* 10. *lib.* 2. Barbat. *consil.* 59. *num.* 5. *versic. & ratio est, & num.* 7.
51 *&* 10. *lib.* 2. Ex quo inferunt Doctores quod licet quis antea fuisset furiosus, vel habitus pro furioso, tamen si postea ritè, ac rectè fuit testatus, & eo modo quo testatus fuisset alius sanæ mentis, valet huiusmodi testamentum, quoniam ex dicta prudenti dispositione præsumitur fuisse sanæ mentis tempore conditi testamenti, in sententia Ioann. Andr. *in cap. fin. de success. ab intestato,* quem referunt, & sequuntur Bald. *in cap. 1. per quos fiat inuest. in vsibus feudorum,* Corn. *consil.* 215. *numer.* 15. *lib.* 3. Curt. iun. qui dicit sententiam istam esse magis communem *consil.* 304. *num.* 83. Hippol. de Marsil. *singul.* 380. *num.* 3. qui in fine dicit hanc opinionem esse communiorem, & rationabiliorem, Barbat. *consil.* 59. *num.* 5. *in fine*, Honded. *d. consil.* 58. *num.* 60. *&* 61. *lib.* 2..

Quarta, quia iuxta decretum Concilij Trident. *sess. 14. de reformat. matrim. cap.* 1. matrimonia nulla declarantur nisi celebrentur coram Parocho, & testibus mutuo eorum consensu intellecto; vnde ex præsentia Parochi & testium probatur quod testator habuit consensum, & quod Parochus & testes mutuum vtriusque consensum intellexerunt, vt pro munere officij tenebantur, & ne in suo officio deliquisse credantur. Ita sanam mentem arguit Honded. *d. consil. 78. num. 65. vers. quarto deseruit lib.* 2. comprobans ex traditis in simili per Bursat. *consil.* 59. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. 52

Quinta, quia testator antea peccata sua confessus fuit, & sanctissimam Eucharistiam suscepit, cum actus iste Confessionis, & sacræ Eucharistiæ efficax argumentum præstet quod esset sanæ mentis, & omnem furoris præsumptionem excludit, vt benè probat Deci. *consil.* 448. *num.* 10. *in fine*, Honded. *d. consil.* 78. *num.* 67. Alexand. de Neno *consil.* 37. *num.* 6. Farinac. *fragment. criminal. p. 1. littera F. num.* 182. 53

Denique adsunt plures testes de sana & ordinata mente disponentes, qui aliis, si qui sint, deponentibus de dementia præferendi sunt; quando enim aliqui testes deponunt de furore, & alij de sana mente, maior fides adhibetur deponentibus de sana mente, & sic de qualitate, quæ naturaliter cuicunque inest, & cum qua homo nascitur, & quæ magis conuenit naturæ, & iuri communi, Paris. *consil.* 88. *num.* 22. *lib.* 3. Grammat. *decis.* 73. *num.* 23. *&* 27. Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. conclus.* 4. *num.* 19. Port. Imolen. *consil.* 94. *num.* 16. Tiber. Decian. *consil.* 177. *num.* 35. *lib.* 3. Mascard. *de probationib. conclus.* 817. *num.* 11. *&* 12. qui *num.* 13. ampliat etsi testes deponentes de sana mente essent exigui numero, veluti duo tantum; illi verò de furore asserentes essent plures, vt mille, nam tunc fides maior esset habenda duobus de sana mente deponentibus, quam mille negantibus, quem cum Ias. & Boër. sequitur Honded. *d. consil.* 78. *num.* 73. *&* 74. *lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt.* 45. *num.* 21. Simon de Prætis *de interp. vltim. volunt. lib. 2. interp. 1. dub. 1. solut. 4. num.* 18. 54

Quare, *&c.*

Calaguritana salarij.

Vicario Episcopi ex æquitate, & Iudicis officio debetur salarium non conuentum.

VOTVM LXXIV.

1. *Facti series proponitur.*
2. *Vicarius Episcopi non potest pretio constitui.*
3. *Pecunia accipi non potest pro administratione rerum Ecclesiæ.*
4. *Actus omnes iurisdictionis voluntariæ quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, sunt materia simoniæ.*
5. *Vicarius pro obligatione exercendi munus officij, potest habere salarium de Camera Episcopi.*

6. *Salarium non conuentum illis tantum famulis de rigore debetur, qui probauerint se solitos fuisse operas suas locare, & viceuersa dominum eas conducere.*

7. *Salarium non conuentum ex æquitate præstatur, & solui debet.*

8. *Salarium conuentum Iudicis officio peti potest, ne scilicet dominus locapletetur cum iactura miseri famuli.*

9. *Salarium præstandum est quod præstari consueuit, & secundum præteritam consuetudinem soluendum.*

10. *Conductus sine expressione certi salarij censetur conductus pro solito præstari.*

11. *Salarium quod solet antecessoribus dari, videtur assignatum etiamsi nihil sit dictum.*

12. *Salarium semel percepisse antecessorem sufficit vt dicatur consuetum dari.*

13. *Salarium non conuentum famulis, & alijs vilibus personis non debetur, qui sæpè pro expensis inseruiunt absque salario.*

14. *Rota refertur decis. 120. p. 4. diuers.*

15. *Episcopus in foro conscientiæ tenetur Vicario suo vltra sportulas & emolumenta, salarium constituere.*

16. *Vicarius Episcopi, qui ex prouentibus officij sufficienter remuneratus non fuerit, salarium petere potest.*

17. *Lex Matriti lata die 19. Martij 1616. dum statuit, ne salaria non conuenta petere possint hi, qui Prælatis, Magistratibus, cæterisque dominis famulantur, intelligitur.*

18. *Salarium Vicarijs capitularibus Sede vacante constituatur in Regnis Castellæ & Legionis per concordiam à Sede Apost. confirmatam.*

19. *Salarium pro modo habiti laboris augeri debet.*

20. *Officijs duobus seruiens duplici debet frui salario.*

21. *Salarium debet esse labori correspectiuum, & æquiualens.*

22. *Famulus promittens pro certo salario seruire tribus scholaribus, & seruit quatuor, debet habere salarium ob quartam scholarem.*

1 LICENTIATVS Ioannes Baptista de Larrigada Canonicus sanctæ Ecclesiæ Calaguritanæ ad mandatum Domini Gondisalui Chacon Episcopi Calaguritani per nouem ferè annos officia Prouisoris, Vicarij generalis, & Gubernatoris dicti Episcopatus sine aliqua conuentione salarij subiit indefessus. Verum dictus D. Episcopus de mense Maij currentis anni 1642. mortem cum vita commutauit, nulla in suo vltimo, quo decessit, testamento facta mentione de soluendo eidem Licentiato de Larrigada salario pro similibus seruitiis in exercitio dictorum officiorum præstari solito. Petitioni Licentiati de Larrigada contradixit Don Petrus de Velasco Faiardo D. Episcopi defuncti ex fratre nepotis, & eius hæres ex cessione per R. Cameram Apost. sibi facta, eo præcipuè fundamento, quia dictus de Larrigada habuit plures obuentiones & emolumenta dictorum officiorum, quibus sufficienter sustentari poterat, & aliquas pecuniarum summas lucrari, quodque sine aliqua salarij conuentione ad dicta officia vocatus fuit, & toto tempore, quo D. Episcopus vixit, illud sibi deberi nunquam ostentauit, ex quo erat in ciuitate publica vox & fama quod gratis, & absque vllo salario ea præstabat seruitia. Consultus pro parte dicti de Larrigada, & visis in facto pro vtraque parte adductis censui salaria petita dicto de Larrigada esse absque dubio soluenda.

Licèt enim Vicarius Episcopi non possit pretio 2
constitui, *cap. ad nostram 21. de simonia*, Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. c. 20. n. 9.* Cardos. *in praxi Iudicum & aduoc. verbo Vicarius, n. 13.* quia pro administratio- 3
ne rerum Ecclesiæ pecunia accipi non potest, Panorm. & Anan. *in cap. consideres 8. eodem tit. de simon.* S. Thom. *2. 2. q. 100. art. 3.* S. Antonin. *p. 2. tit. 1. cap. 5. §. 17.* Selua *de benef. p. 1. q. 7. n. 61.* Siluest. *in sum. verbo simonia, §. 9.* cùm omnes actus iurisdictionis volunta- 4
riæ, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, sint materia simoniæ. Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 3. q. 54.* Suar. *d. lib. 4. c. 20. n. 8.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. c. 14. in princ.* Bonacin. *de simon. q. 4. §.... ex num. 3.*

Nihilominus pro obligatione exercendi munus 5
Vicarij Episcopi, & pro subeundo labore illius, poterit ipse Vicarius habere salarium de Camera Episcopi, *gloss. 2.* vbi notant DD. *in cap. 1. ne Prælati vices suas*, Nauarr. *in man. c. 23. n. 102. vers. quibus addo*, Cardoso *d. verbo Vicarius, n. 13.* Sbroz. *d. lib. 3. q. 54. n. 3.* Ratio autem differentiæ cur Episcopus simoniacus sit committens pretio recepto suas vices alicui, non autem iste pretium ab Episcopo recipiens, illa est, quia Vicarius, seu alius ab Episcopo constitutus recipi debet sui laboris, & operis stipendium; locat enim Episcopo suas operas, nec vllo iure cogitur suo stipendio militare, *cap. cùm ex officij, de præscript.* At verò Episcopus, qui Vicarium vel alium constituit pro sua iurisdictione exercenda, si pretium accipiat ex eo quod suas vices cõmittit, iurisdictionem suam vendere videtur, cum stipendium, vel salarium potius conferre debeat ei. Ita Ego ipse *in collectan. ad d. cap. 1. num. 4.*

Cùm ergo Vicario Episcopi non solum licitum, 6
sed etiam debitum sit salarium pro seruitio in officio Vicariatus præstito; iam quæstio remanet disputanda an & quando illud debeatur si non fuerit conuentum? Communis sententia putat salarium non conuentum illis tantum famulis de rigore deberi, qui probauerint se solitos fuisse operas suas locare, & viceuersa dominum eas conducere, arg. text. *in l. salarium. ff. & Cod. mandati*, & eorum, quæ latè post antiquiores tradunt Dec. *cons. 132. in fine*, Alciat. *cons. 109. lib. 3.* Cephal. *cons. 534. num. 9.* Sim. de Prætis *cons. 53. n. 1. in fine, & n. 2.* Ioan. Botta *cons. 43. n. 5. cum seqq.* Iacob. Cancer. *var. resol. p. 2. c. 14. n. 114.* Mohedan. *decis. 4. de officio Vicarij in nouis*, Baëça *de decima tutor. cap. 2. n. 1. & cap. 10. n. 20.* Marta *voto 99. n. 1.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 1. q. 288. n. 5.* Visconte *in suis conclusionibus iuris verbo salarium*, Flores de Mena *var. quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 2. n. 1.* Reynoso *obseruat. pract. obseru. 27. num. 7. & 8.* Valenzuel. *cons. 199. n. 62. vol. 2.* Et sequi videtur Rota *decis. 559. num. 1. & decis. 679. num. 10. p. 1. diuers. & decis. 120. apud Farin. in nouissimis nouiss. aliàs p. 4. diuers. & decis. 238. & 291. p. 1. recentior.*

recentior. & decis. 157. sub num. 2. etiam p. 2. recent. & in Romana salarij 30. Aprilis 1621. coram Pirouano, & coram Reuerendissimo Duran Episcopo Vrgellen. decis. 259. num. 20.

7 Verùm contraria opinio, quod scilicet salarium non conuentum ex æquitate præstetur, & iuxta seruitij meritum taxari, & solui debeat, ne quis ex labore alieno locupletetur, verior & communior videtur, & eam arg. text. *in l. excepto. C locati, & l. sed an vltro. §. 1. & l. qua vtiliter. ff. de negot. gestis, l. 28. tit. 12. part. 5.* defendunt Guid. Papæ *decis.* 68. Anton. Gomez *lib. 2. var. cap. 2. num. 9.* Socin. iun. *cons. 196. num. 1. lib. 2.* Ias. *in § tripli. Instit. de action.* Rimin. iun. *cons. 478. lib. 4.* Didac. Perez *l. 1. tit. 2. lib. 1. ordin. lit. A. vers. est tamen dubia*, Rebuff. *in praxi tit. de famulor. salar. gloss. 3.* Baëz. *d. cap. 20. num. 2. in fine*, Ceuall. *d. quæst. 288. num. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 414. & consil. 288. num. 10. & 24. & cons. 970. num. 4.* Bobadill. *in sua politica lib. 2. cap. 10. num. 38. lit. C.* Flores de Mena *d. quæst. 8. § 2. num. 3. & 10.* Gutier. *de iuram confirm. p. 1. cap. 64. num. 3.* vbi testatur se ita vidisse practicare, Azeued. *l. 6. num. 4. tit. 15. lib. 4. recop.* vbi asserit idem, etiam non probata consuetudine soluendi talia salaria, contra Didac. Perez citato loco exigentem huius consoetudinis probationem, latè & eleganter Solorzan. *de iure Indiarum, tom. 2. lib. 3. cap. 11. num. 52.* Marc. Antòn. Genuens. *in practicab. ecclesiast. cap. 25. quæs. 726. num. 2.* vbi ait hanc sententiam procedere non solum de Iure Canonico, sed etiam de Iure diuino, in his propriis terminis Vicarij Episcopi, Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 54. num. 178. in fine, & de iure ecclesiastico vniuerso lib. 1. cap. 19. num. 46. & 47.* Rota coram Seraphin. *decis. 74.* & apud Marches. *de commission. p. 1. pag. 192. in 2. impress.*

8 In æquitate fundatur hæc secunda sententia, secundùm quam salarium non conuentum iudicis officio peti potest, Mohedan. *d. decis. 4. num. 1.* Ioan. Baptist. Magon. *de recta patrocinandi ratione cap. 8. num. 3.* Didac. de Britto *ad tit. de locato, § 4. num. 8.* ibi. *Tenebitur boni viri arbitrio ad salarium præstandum, & iuxta qualitatem personæ, & seruitij exhibiti, vel etiam consuetudine loci, seu regionis iuxta supra resoluta, idque non actione locati, quæ non datur vbi deficit certum salarium promissum ex supra resolutis, sed potius ex æquitate, l. si me & Titium. ff. si certum pet. & sic in factum, seu præscriptis verbis, vel iudicis officio, ne scilicet dominus locupletetur cum iactura miseri famuli, iuxta illam summam æquitatem, de qua sæpius in Euangelio. Dignus est operarius mercede sua, Luca 10. Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem, Paul ad Corinth. cap. 3. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum laborem, consonat text. in l. Seio amico. ff. de annuis leg. Ita in specie limitat Feder. Senen. consil. 18. in fine, Alex. cons. 109. num. 12. lib. 6. Angel. verbo famulus in fine, num. 10. Bonacos. de famulis quæst. 79. Natt. cons. 376. n. 4. Socin. cons. 19. col. vlt. vers. 4. lib. 1. Dec. Genuen. 119. num. 2. Barbos. in l. mora, num. 97. ff. solut. matr.*

9 Et adhuc attenta priori opinione Licentiato Lattegada salarium de iure & extra omnem æquitatem soluendum erat, quia per plurium testium depositiones satis patet illum Vicarij generalis officium egisse tempore D. Episcopi Michaelis de Ayala, qui præcessit dictum D. Episcopum Gondisaluum Chacon, & non obstante quod super salario nihil fuerat inter eos conuentum, nihilominus mortuo dicto D. Episcopo Michaële, idem Larriega salarium à R. Camera Apostolica integrum habuit, prout in eodem officio Vicariatus plures eius prædecessoris ab Episcopis olim pro tempore existentibus semper illud habuerunt, nec id vnquam fuit in controuersiam deductum; & sic erat præstandum quod præstari consueuit, & secundum præteritam consuetudinem soluendum erat, *l. licèt, d. l. excepto. C. locati, l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædilit. edicto*, Rebuff. *in l. 3. num. 3. ff. de offic. assess.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 11. num. 10. ad fin.* vbi ex Dec. & aliis
resoluit quod conductus sine expressione certi sa- 10
larij, censetur conductus pro solito præstari; Flores de Mena *d. lib. 1. quæst. 8. § 1. num. 16.* Remoso *d. obseruat. 27. num. 7.* Britto *ad d. tit. de locato & conducto,*
§. 4. num. 8. Sic etiam salarium quod solet antecesso- 11
ribus dari, videtur assignatum etiamsi nihil sit dictum, gloss. *in d. l. excepto*, Caroc. *de locato p. 1. tit. de mercede commissa quæst. 2. n. 21. pag. 7.* Marta *consil. 53. num. 12.* Mastrill. *de magistrat. lib. 1. cap. 2. num. 66.* qui loquuntur in officiali nominato absque præfinitione salarij, Noguerol *allegat. iuris tom. 1. alleg. 5. n. 15.*
vbi quod sufficit probare antecessorem salarium se- 12
mel percepisse vt dicatur consuetum dari; semper enim attenditur communis consuetudo & obseruantia itavt pro expresso habeatur, quod solitum est obseruari, *l. de interpretatione. ff de legib.*

Qua terenta sententia, quæ magis æqua est, & 13
ob id omni iure attento sequenda in hac materia, non obstant Doctores, qui priorem sequi sub distinctione videntur, quia omnes ferè loquuntur, vel de famulis, & aliis vilibus personis, quæ sæpè inseruiunt pro expensis absque salario, vt dixi *de officio Episcopi d. allegat. 54. num. 178. in fine, & de iure ecclesiast. d. lib. 1. cap. 19. num. 47.* vel de illis, qui sperant aliquod officium, vel beneficium à dominis Regiis ministris, vel ecclesiasticis Prælatis obtinere, & obtinent opulentum, interim concessa illis commoda habitatione, & lauto victu sibi & famulis quotidie dato; vel de illis, qui plura emolumenta, redditus, & prouentus Audientiæ habent. Et ideo nil mirum si Rota *in d. decis.* 120. censuit Vicario de quo ibi, nullum salarium deberi, quia plura emolumenta ex officio perceperat, & ab Episcopo nonnulla ecclesiastica beneficia obtinuerat, ac victum & vestitum, commodámque habitationem ab eodem Episcopo consequutus fuerat, quorum nihil licentiatus de Larrigada à D. Episcopo Gondisaluo Chacon habuerat toto tempore, quo vixit, nisi quod per triennium illum secum manducare permisit.
Audiamus igitur decisionis verba, quæ nostrum hoc 14
assumptum optimè probant, & sunt quæ sequuntur. *Non obstant deducta in decisione in causa Turritana mercedis coram Reuerendissimo P. D. meo Seraphino die 20. May 1569. ex qua videbatur concludi prædicta non habere locum in Vicarijs Episcoporum, & alijs honestis personis, quibus salarium debet constitui. l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Dixerunt enim Domini casum illum non conuenire huic themati, in quo Bartholomæus victum pro se & famulo, & commodam habitationem habuerat ab Episcopo; item redditus, seu prouentus Audientiæ Vicariatus, quibus addebatur consuetudo eiusdem Cardinalis, quem alijs nullum salarium persoluisse testificabatur secretarius Cardinalis, cui tanquam verisimilia deponenti credendum videbatur. Accedebant postremo fama publica quod Bartholomæus seruiebat sine salario. Item quia erat diœcesanus, cum similes sæpe in patria soleant absque emolumentis, huiusmodi munera honorifica subire. Rursus quoniam viuente Cardinalè non petierat salarium. Denique ei à Cardinale fuerunt collata ecclesiastica beneficia. Ex his enim facile inducebantur Domini ad credendum Bartholomæum absque aliquo salario inseruire voluisse.*

15 Non obstat quòd dicto Licentiato de Larrigada officij emolumenta omnia pertinebant, quibus commodè sustentari poterat, & adhuc supereisset quod salarij nomine secum retinere ac proinde sine salario seruire posset, iuxta ea, quæ tradit Valenzuel. *cons.* 169. *num.* 61. *cum seqq.* quia id in facto non verificatur, constat enim prouentus officij multum tenues esse; vnde Episcopus in foro conscientiæ tenebatur illi salarium constituere, & soluere, Didac. de Segura *in suo direct. Iudic. eccles. cap.* 14. *num.* 36. Ioan. Mariens. *in dialog. relatoris lib.* 3. *cap.* 32. *num.* 9. Flores de Mena *d. quæst.* 8. §. 1. *num.* 6. vltra sportulas, prouentus, & emolumenta huiusmodi, iuxta text. *in d.* §. *tripli, Instit. de action. & auth. de iudicib.* §. *ne autem circa hoc labor collat.* 6. *auth. offeratur. C. de litis contest.* Garc. Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 1. Et in tantum verum est quod dicimus de tenuitate prouentuum officij, vt ipse Vicarius qui illud exercebat, nonnulla bona aliunde sibi obuenientia expendere coactus fuerit, vt posset decentius suo muneri deseruire, quod est magni faciendum, ex adductis per Solorzan. *d. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 53. vbi postquam nostram approbat senten-
16 tiam, sic prosequitur. *Quod securius procedit, vbi persona huiusmodi, quæ Episcopis inseruierunt, aliquas expensas tacitas, vel expressas ob hanc occasionem fecerunt; tunc enim remuneratione non facta in vtroque foro, & secundùm Auctores vtriusque opinionis iustum salarium debetur, & persoluendum est*, vt resoluunt Fr. Ludou. Lopez *in instruct. negotiorum, cap.* 25. *& in instructorio conscient p.* 2. *cap.* 8. Flores de Mena *vbi sup.* §. 1. *num.* 19. *&* 28. *vbi exemplum adducit in vicario Episcopi si forte is ex prouentibus officij sufficienter remuneratus non fuisset; aut si ex longinquo deductus sub spe promissionum Episcopi ad eum se transtulit, & alia commoda, & lucra deseruit, & postea promissionibus frustratus inuenitur*, &c. & paulò inferiùs attestatur quod ita sæpe in emergentibus causis pronunciauit.

17 Ne etiam obstat Regia lex Matriti lata *die* 19. *Martij* 1616. in qua statuitur ne salaria non conuenta petere possint hi, qui Magistratibus, Prælatis, & aliis dominis famulantur, quia respondetur illam agere de illis, qui inferioribus ministeriis assistunt, & latinè dicuntur famuli, vt videtur insinuare, de hac lege agens Amat. Roderic. *in tract. de priuileg. creditor. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 28. *fol.* 33. ibi, *multi suscitarentur famuli petentes pro suis seruitijs salaria*; & addit Solorzan. *d. lib* 3. *cap* 8. *num.* 62. hoc ferè arbitrarium esse hodie in supremis Hispaniæ Tribunalibus, & quod aliquando petitiones famulorum ea lege non obstante admittuntur, & salaria huiusmodi taxentur, & aliquando in totum ex dictis considerationibus repelluntur.

18 Nec denique obstat dicere prætensum à licentiato de Larrigada salarium videri excessiuum; quia ea quantitas per quandam concordatam inter Nuntium Apost. & Regnorum Castellæ, & legionis Ecclesias initam, vt in *Constitut. Clementis VIII. de anno* 1599. videtur taxara Vicariis Capitularibus persoluenda ab eadem R. Camera Apostolica vsque ad diem fiendæ gratiæ, & ab eo die in antea ab Episcopo electo, prout obseruatum fuit à tempore immemorabili; & hodie obseruatur sine contradictione, cum si rigorem spectemus, & ad multiplicia officia, quæ idem de Larrigada exercuit toto tempore nouem annorum Prouisoris scilicet, Vicarij Generalis, Gubernatoris Episcopatus, & Consultoris dicti D. Episcopi, oculos conuertamus, salarium
19 erat duplicandum, quia pro modo habiti laboris augeri debet, Mastrill. *de magistratib. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. Reinoso *d. obseru.* 17. *num.* 6. Et duobus ser- 20
uiens officiis, duplici debet frui salario, Angel. *in auth. vt iudices sine quoquo suffrag.* §. *illud, num.* 1. *fol. mihi* 11. *col.* 4. Mastrill. *d. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 72. *cum seqq.* Maurus *alleg.* 19. *num.* 1. *lib.* 1. cum debeat esse labori 21
correspectiuum, & æquiualens, *l. Seio amico ff. de annuis legat.* nouissimè Noguerol *allegat. Iuris tom.* 5. *alleg.* 33. *num.* 63. vbi *num.* 63. ex Batt. & aliis binc infert quòd si famulus promisit pro certo salario ser- 22
uire tribus scholaribus, & seruit quattuor, quod debet augeri salarium ob quattum scholarem, faciunt plura adducta per Reinos. *d. obseru.* 27. *num.* 15. *cum seqq.*

Ex quibus, *&c.*

Toletana nullitatis matrimonij.

Matrimonium cõtractum metu amissionis bonorum, vel maioris partis illorum, est nullum; quid in timore amissionis alicuius interesse, quod prætenditur ex successione, & quod consistit in spe tantùm?

VOTVM LXXV. & vlt.

1. *Interesse considerabile non reputatur quod prætenditur ex successione.*
2. *Minæ, quæ solum tendunt ad cessationem lucri, non autem ad illationem damni in bonis, non sufficiunt ad probationem matrimonij per metum celebrati.*
3. *Metus amissionis bonorum, vel maioris partis est cadens in constantem virum, ac proinde sufficit ad matrimonium annullandum.*
4. *Idem de metu magni damni in rebus, vel de timore amissionis magnæ rei.*
5. *Amissio alicuius lucri, seu interesse, quod consistit in spe tantum in bonis parentum respectu filij, sufficiens est ad inducendum iustum metum cadentem in constantem virum.*
6. *Filius in vita patris dicitur quasi dominus hæreditatis paternæ.*
7. [*Ius, quod in filium confertur, potius videtur continuatum, quam translatum.*
8. *Filius mortuo parente non videtur capere hæreditatem.*
9. *Filius mortuo parente dicitur dominium continuare, & liberiorem rerum suarum suscipere administrationem.*
10. *Filijs nostris omnia ex voto paramus.*
11. *Patris hæreditatem qui perdit, dicitur damnum pati.*
12. L. 1. C. de filiis official. milit. lib. 12. *expenditur.*
13. *Reges Portugaliæ solent prouidere filijs officialium meritorum de officijs parentum.*

14. *Scaccia, & Seraphin. declarantur.*
15. *Iudex ad vlteriora procedens in causa censetur omnes exceptiones reijcere.*
16. *Iudex procedendo ad vlteriora non censetur reijcere exceptiones eius personam respicientes, sed requiritur vt expressè super illis fiat pronunciatio.*
17. *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione.*
18. *Processus factus per Iudicem, contra quem fuit oppositum de incompetentia, est nullus si prius non se pronuntiauerit Iudicem competentem.*
19. *Exceptiones dilatoria valdè dubia, & qua requirunt exactiorem cognationem, regulariter ad definitiuam sententiam reseruantur.*
20. *Exceptiones dilatoria, qua respiciunt personam Iudicis, vel actoris, vel rei, non sunt ad definitiuam reseruanda, sed ante omnia terminari debent.*

1 CONTRAXERAT Matrimonium N. per verba de præsenti cum Maria graui metu inductus ab eius parente, quod scilicet eum, nisi illico contraheret, bonis omnibus, & legitima aliquo prætextu priuaret, & quod officium à Rege sibi donatum cum facultate illud renuntiandi, nullatenus illi, sed alteri renuntiaret; quibus omnibus inductus N. & ad vitandam bonorum huiusmodi, & officij amissionem, matrimonium non sponte, sed per vim contraxit inuitus. Quæsitum fuit apud me an validum foret, vel nullum sit? Et videtur pro validitate facere, quia iste timor non cadit super amissione bonorum existentium apud eum, cui ille infertur, sed penes tertium, à quo sperat illa obtinere successione, vel donatione; & ideo Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 5. num. 74.* minime reputat interesse considerabile, quod prætenditur ex successione, nec ius, quod consistit in spe tantum, & Seraphin. *de-*
2 *cis. 763. num. 3.* ait quod minæ, quæ solum tendunt ad cessationem lucri, non autem ad illationem damni in bonis, non sufficiunt ad probationem matrimonij per metum celebrati.

3 Verum his non obstantibus in casu proposito dixi matrimonium fuisse nullum; est enim iuris conclusio quod metus amissionis bonorum, vel maioris partis illorum, est cadens in constantem virum, ac proinde sufficiens ad matrimonium annullandum, ita arg. *in l. propter litem, in princ. ff. de excus. tut. & cap. primi, in princ. de restit. spoliat. in 6.* resoluunt Dyn. *in l. interpositas, num. 1.* & ibi Bald. *num. 8.* & Salic. *num. 5. de transact.* Anton. Blanc. *in tract. de indic. num. 128. in fine,* Ruin. *consf. 111. num. 10.* Cephal. *consf. 295. num 12. vol. 2.* Ioan. Æmil. *consil. 73. num. 11. & 11.* Menoch. *de arbitr. casu 135. num. 9.* Sfort. Odd. *de restit. in integr p. 1. quæst. 7. art. 9. num. 79. & 80.* plures, quos refert, & sequitur Sanchez *de matrim. lib. 4.*
4 *disp. 6. n. 22.* vbi *num. 15.* idem tenet de metu magni damni in rebus, vel de timore amissionis magnæ rei, Rot. *apud Farin. decis. 779. num. 3. p. 1. recentissim. in p* [illegible] *Farin.* ibi. *Tertiò de vehementibus minis eiusdem patris tam ante discessum quam post reditum Renati; videlicet vt arceretur ab eius conspectu, nisi professionem emitteret, aliàs eum in totum exhæredaret, vt dicunt secundus, & tertius, super secundo in summ. d. num. 2. & illi interdiceret aditum sua domus, vt dicit quartus super eodem, qua iustum metum inducunt, vt de amissione bonorum, vel maioris partis, est text. in cap. 2. de ijs qua vi,* Natt. *consil. 50 num. 10. lib. 1.* &c.

Et licèt id procedere videatur in amissione bo- 5
norum re vera existentium, non vero in amissione alicuius lucri seu interesse, quod consistit in spe tantum, nihilominus si lucrum seu interesse huiusmodi prætenditur à filio in bonis parentis adhuc viuentis, timor futuræ amissionis sufficiens est ad inducendum iustum metum cadentem in constantem virum, & ad matrimonium annullandum, vt censuit Rota in his terminis *coram Gregor. XV.*
decis. 326. num. 19. Et ratio est, quia filius in vita 6
patris dicitur quasi dominus hæreditatis paternæ, *l. in suis. ff. de liber. & posthum.* ibi, *in suis hæredibus euidentius apparet continuationem dominij eorum perdurare, vt nulla videatur hæreditas fuisse, quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quasi domini existimantur.* Et paulo inferius. *Itaque post mortem patris non hæreditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur,* &c. Ias. *in d. l. in suis. §. vlt. num. 14.* Tiraq. *in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in præfat. num. 19. & 20.* Menoch. *consil. 1. n. 487.* Fusar. *de substit. quæst. 193. num. 35.* Robles de Salzedo *de repræs. lib. 1. cap. 7. num. 16. cum seqq.*

Ideoque potius videtur continuatum, quia trans- 7
latum quod in filium confertur, *d. l. in suis, l. voluntas. C. de fideicommiss.* Tiraquell. *in d. præfat. n. 20.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 155. num. 35.*

Quapropter mortuo patre non dicitur capere 8
hæreditatem, Donel. *comment. Iuris Ciuilis lib. 7. cap. 2. vers. quod sit necessarium,* Anton. Fab. *p. 1. iurisprud.*
tit. 2. princ. 5. illat. 3. Sed dominium continuare, & 9
liberiorem rerum suarum suscipere administrationem, idem Anton. Fab. *tom. 3. de errorib. pragmat. decad 55. errore 1.* Robles *d. cap. 7. num. 18.*

Nam filiis nostris omnia ex voto paramus. *l. 2. C.* 10
de bonis qua liber. Stephan. Gratian. *d. cap. 155.*
num. 36. Vnde qui perdit hæreditatem patris, dici- 11
tur pati damnum ex *l. vlt. C. de codicill.* Tiraq. *d. n. 19. in medio.*

Iuuat maximè, quia pater habebat officium ma- 12
ximæ auctoritatis à Rege sibi collatum, cum facultate illud renuntiandi, vt suprà dixi, quæ licèt deesset, adhuc filius ad illud consequendum post mortem patris ius multum considerabile obtinebat, cuius animo reputatur tanquam bonorum amissio, quæ certò sunt sibi obuentura, ex *l. 1. C. de filijs official. milit. lib. 12.* ibi. *Hi qui ex officialibus quorumcunque officiorum geniti sunt, siue eorundem parentes adhuc Sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt, in parentum militiam vocentur,* &c. eleganter Thesaur. Valasc.
consil. 129. num. 13. ibi. *Quod autem Reges huius Regni* 13
ab antiquis temporibus soleant prouidere filijs officialium meritorum de officijs parentum, non venit in dubium, imo transiuit iam quasi in obligationem, & debitum ipsius Regis, vt iniuriam fecisse dicatur si alteri donauerit, quemadmodum alias in alia materia dixit Bart. de renouatione emphyteusis in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiu. &c. & sic minando illum pater quod officium pro alio filio, vel in alterius fauorem renuntiare, vel ius sibi ad renuntiandum competens alteri cedere vult, incutit filio timorem amissionis magnæ rei, quæ ei alias obuentura erat, ac proinde iustè filius timuit minas patris de priuando eum hoc officio, & commodo etiam futuro, à quo liberè poterat priuari, & talis metus cadens in constantem virum, sufficiens est ad matrimonium annullandum.

14 Non obstant Sigismundi Scacciæ, & Seraphini
auctoritates, de quibus *supr. num.*1. *&* 2. quia lo-
quuntur & procedunt in interesse, quod prætendi-
tur in successione extranei, non aotem in lucro &
interesse, quod habet filius in bonis parentum post
eius mortem, iuxta supradicta.

15 Hæc licèt de iute vera mihi videantur, attamen
de competentia Iudicis multum dubito, quia cum
fuerit illi oppositum per exceptionem dilatoriam
de incompetentia sui iudicij, ad vlteriora processit,
tacitè spreta exceptione huiusmodi; quamuis eo-
dem iure eautum sit iudicem ad vlteriora proce-
dentem in causa censeri oppositas exceptiones re-
iicere. *l.*1. *C. de ordine iudic. l. à procedente*, vbi Bart.
C. de dilat. plenè Anton.Gabr. *commun. tit.de excep.*
*conclus.*1. Brunor.à Sole *in compendio resol. lit.I. verbo*
16 *Iudex ad vlteriora procedende.* nihilominus in ex-
ceptionibus dilatoriis iudicis personam respicien-
tibus secus dicendum est, videlicet in illis per pro-
cessum ad vlteriora iudicem non censeri illas reii-
cere, sed requiri vt expresè & specificè super illis
fiat pronunciatio, vti optimè probat Bart. *in l.*2. *in*
*repet.num.*17. quem sequitur ibidem Ias. (& vterque
loquitur etiam quod sit lata sententia) *num.* 45. vbi
etiam Paulus de Castro,*ff si quis in ius vocat.non ierit*,
Abb. *cons.*14.*In causa, seu quæstione num.*3. *p.*1. Vaoti.
*de nullit. tit.*14. *quibus modis sent.null.poss.repar.num.*9.
Maluas. *cons.*73. *num* 7. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.*1.
*num.*25. Guid. Bon. *aduocat. ciuil. aduoc.*26. *num.*15.
Marc. Aoton. Natta *cons.*271. *num.*3. *tom.*1. Ludou.
Schrader. *de feudis*, *tom.* 2. *p.*10. *in praamb. num.* 39.
Grassis *de excep.*18. *num.*15.

17 Ratio differentiæ est, quia in aliis eaceptiouibus
non dubitatur de iudicis competentia; in hac verò
fori daclinatoria de illa dubitatur, cum debeat esse
certus de sua iurisdictione, *cap. Romana.§ si verò*, cum
doobus præcedentib. *de appellat. in* 6. & notat Bart.
in l.multum interest .ff.de condit.& demonstr.& Paul.de
Castro *in l.*1. *C.de ordine iudic.* itavt ratione incerti- 18
tudinis processus nullus sit si post oppositionem ex-
ceptionis fori declinatoriæ, non prius se pronuntia-
uerit iudicem competentem quàm ad vlteriora pro-
cedat, iudicando in causa, quamuis verè iudex in ea
sit, vt optimè docet Ias. *in d.l.*2.*num.*45. *vers.ratio di-*
uersitatis est. ff. si quis in ius voc.

Vnde fit quòd quamuis aliæ exceptiooes dilato- 19
riæ valdè dubiæ, & quæ maiorem & exactiorem
cognitionem requirunt, regulariter ad definitiuam
sententiam reseruentur, *l. ille à quo* 13. *§. si de testa-*
mento, & ibi DD. *ff. ad SC.Trebell.* Bart. *in l.is à quo.*
ff. vt in possess. legat. & in l. nam & postea, in princip.
num. 8. *ff. de iureiurand.* Marant. *de ordine iudic. p.* 6.
*membr.*11. *num.*13. Lazat. Fanur. *de momento tempor.*
*cap.*14. *num.* 10. copiosè Ludou. Schrad. *de feudis*
tom. 2. *p.*10. *in praamb.n.*36. Nihilominus tamen ex- 20
ceptiones dilatoriæ, quæ respiciunt personam iudi-
cis, non sunt ad definitiuam reseruandæ, sed statim,
& ante omnia terminari debent, Batt. *in l.fin.num.*5.
ff.pro soc. Bald. *in l.*3. *§. ibidem. ff. ad exhib.* Ias. *in*
l. ait Prator 3. *in princip. num.* 25. *ff. de iureiur.* Abb.
*d. consil.*14. *in causa, num.* 2. *p.*1. Blanc. *in tract. de*
*compromiss.quæst.*4. *princ.num.*36. Schrader. *d. num.* 36.
vers. attamen hoc non habet locum, vbi idem dicit de
exceptionibus, quæ respiciunt personam actoris, &
in aliis respicientibus personam rei post Lan-
franc. Balb. tenet Perez de Lara *de anniuers. &*
Capell. lib. 2. *cap.*10. *num.* 63. *&* 64. Quod & in
casu nostro magis sine dubio procedit, quia
in exceptione huiusmodi fori declinatoria ex-
presè petitum fuit super illa ante omnia pro-
nuntiari sub pœna nullitatis. Et ita sentio, sal-
uo, &c.

F I N I S.

RECENSIO.



RECENSIO

Legum, & Iurium, quæ in his Votis decisiuis referuntur, expenduntur, enucleantur, & conciliantur.

De

INDEX



INDEX
RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM.

Prior numerus paginam signat, posterior est marginalis.

Confirmator.

Decisio.

Declaratio, Declaratoria.

Decretum.

Defectus.

Definitor, Definitorium.

Electio

Index Rerum,

Filij

Forma

Informatio.

Lex

Testes

Proba

Index Rerum,

Index Rerum,



O

Obſequium.

Index Rerum,

Parochia

Poſſeſſor.

Poſſeſſor

Præsentato

Profeſſio

Sequens.

Seruita.

Seruitus.

Similitudo.

Simoniacus.

Simulatio.

Præsumptio

Testamen

Testamentum.

Testator.

Testimonium.

Testes.

Index Rerum, & Verborum.

FINIS INDICIS.

